1946

v.g. ciceribus, & alijs huiusmodi confectus, & quodlibet aliud vinum ex alijs rebus confectum, vt ex malogranatis ex pressum, & aliud huiusmodi, vt quod vulgo dicitur: *Zerbeza*. Cuius ratio in promptu est, nam ex eo quod Christus in Euangelio dicit, materiam Sacramẽti Baptismi esse aquam, docent communiter Patres, & Teologi, & merito, istã aquam debere esse, quæ ad communiorem vsum deseruit, nimirum naturalem & excludunt alias aquas, quæ, licèt tales vocentur, quia tamen ad communem vsum non sunt destinatæ, sed ad peculiarem, non sunt materia Sacramenti Baptismi, vt aqua roseacea, & alia huiusmodi; atqui etiam ex Euangelio cõstat, materiam adæquatam huius Sacramenti esse panem, & vinum, vt Matth. 26. *Accepit Iesus panem, &c.* & Luc. 22. & Marc. 14. & Prouer. 9 *comedite panem, & bibite vinum, quod miscui vobis.* Ergo iste panis, & istud vinum debent esse, quæ ad communem vsum destinata sunt, ac per consequens, cum solum panis ex frumẽto confectus, & vinum de vite sint, quæ ad communem vsum deseruiunt, & alij panes, & alia vina ad peculiarem vsum sint destinata, solus panis frumẽti, & vinum de vite erunt materia adæquata, & necessaria necessitate huius Sacramenti, non alij panes, nec alia vina.

Nec contra hoc facit id, quod in can. 4. Apostolorum dicitur: *Nil aliud offerre licere ad altare tempore, quo sacra celebratur oblatio, præter nouas spicas, vbas, & oleum, &c.* Etenim, vt optimè obseruauit quidam doctissimus, & primarius Salmantinus, postea Archiepiscopus Valentinus, in art. 2. huius materiæ numer. 38. oblationes, quæ in primitiua Ecclesia à fidelibus fiebant, dum sacra celebrarentur, fuisse in duplici differen-

autem oblationes fiebant non tanquam materia necessaria Eucharistiæ, sed per modum ceremoniæ ad sustentationem ministrorum Ecclesiæ, & istæ poterant fieri de spicis, vbis, oleo, & incenso, vt in dicto can. 4. Apostolorum dicitur, harumque dispensator erat Episcopus, qui vnicuique ministro, prout illi opus esset, erogabat, vt notat Varonius tom. 1. anno Christi 57. cap. 63. & per hanc differentiam explicantur plura iura à Canonistis adducta.

Resolutio secunda sit, necessarium est necessitate Sacramenti, quod iste panis sit triticeus, vel eiusdem speciei cũ illo, vt est illud quod vulgo dicitur: *Rubion, & candeal, & centeno*, licèt de hoc non ita sit certum ac de primis. Ita habetur in definitione Eugenij 4 in decreto fidei, quod habetur in Concil. Florẽtino, vbi loquens Pontifex de Sacramẽtis habet hæc: *Tertium est Eucharistia, cuius materia est panis triticeus, & vinum de vite.* Atqui sub nomine tritici etiam cõmuniter intelligitur, quod vulgo dicitur: *Rubion, y Candeal*, sic enim S. Isidorus lib. 7. Ethymolog. cap. 3. *Silyginem*, (vulgo *candeal*) *selectum triticum appellat*, licèt S. Thomas pro silygine intelligat vulgo *centeno*, quæ generatur ex grano tritici in malis terris seminato, qui panis etiam est materia huius Sacramenti, teste eodem S. Th. in hac q. art. 3. ad 2. quod non habet locũ in hordeo, nec in spelta, nec in farre: ergo intentum.

Consulto in resolutione dixi, non esse certum de silygine, vulgo *centeno*, quia plures docent, panem ex illo factũ non esse materiam huius Sacramenti, sicut non est panis ex hordeo confectus; quod probãt ex eo, quod sicut panis hordeaceus non est panis communis, sed in-

Soluuntur fundamenta contrariorum.

ARTIC. IV

CÆterum in sui fauorem opponunt primo aduersarij ex Conc. Trid. sess. 13. can. 3. vbi hæ habentur verba: *Si quis dixerit, vel præcipuum fructũ sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus prouenire, anathema sit.* Atqui fieret necessaria necessitate medij ad salutem, præcipuus eius fructus esset remissio peccatorum, quæ sit per primam gratiam causatam, etiam in nostra sententia ab Eucharistia; ergo non est necessaria necessitate medij ad salutem. Confirmari potest ex Concil. Florentin. quod hoc Sacramentum appellat viuorum, ac per consequens supponens primam gratiam ab Eucharistia non causatam; aliàs enim appellaretur Sacramentum mortuorum ob eandem rationem, qua appellatur Baptismus, & Pœnitentia. Respondeo, quod Concilia, dum remissionem peccatorum tanquam præcipuum effectum negant Eucharistiæ, & dicunt esse Sacramentum viuorum, sumunt illam prout in genere causæ efficientis habet prodicere in re gratiam sibi proportionatam cibantem, quæ necessariò supponit primam gratiam; nam iste est præcipuus fructus, & effectus Eucharistiæ, cum it[illegible] quod à cæteris Sacramentis distinguitur; non autem sumunt illam, prout finis est cæterorum Sacramentorum, secundum quã rationem habet finaliter causare remissionem peccatorum, & primam gra-

sit[illegible]ate salu[illegible]
nil[illegible]entia su[illegible]
do pro nec[illegible]
cæ[illegible]tera aut[illegible]
secundum [illegible]
conuenien[illegible]
charistia n[illegible]
sitatem, sec[illegible]
quia in hac [illegible]
corpus arti[illegible]
tum non hoc
sicut Baptis[illegible]
esset necessi[illegible]
set necessari[illegible]
intentum.

Respo[illegible]
primo loco[illegible]
te medij Eu[illegible]
non autem [illegible]
tui, licèt, qui[illegible]
sit necessita[illegible]
lo; cum en[illegible]
dum argum[illegible]
mi: *Nisi quis*[illegible]
charistiam: [illegible]
respondet: *A*
illud verbum
de spirituali n
sacramentali,
Ioannem. Er[illegible]
uenit in nece[illegible]
mo, non aut[illegible]
do in secund[illegible]
dem modo n[illegible]
verum est: A[illegible]
susceptionem,[illegible]
charisti[illegible]
[illegible]*, ac B[illegible]*
tum ad pueros
se salus sine hoc
Sacrament[illegible]
adultos.

1946

TRACTATVS DE ALIMENTIS,

DN. IOAN. PETRI SVRDI, CASALENSIS,

IVRISCONS. CELEBERRIMI,

SENATORISQVE PRAECLARISSIMI,

Nouem Partibus seu titulis distinctus.

IN QVO VNIVERSA ALIMENTORVM MATERIA PERSPICVE AC PLANE PROPONITVR, PROPOSITA DILIGENTER ENVCLEATVR, enucleata firmissimis argumentis fulcitur, Quæstionibusque tum eruditis, tum profundis, quasi certa quadam regula passim obseruata, elucidatur.

OPVS MAGNAE ET INFINITAE DOCTRINAE, Omnibus tum Theoricis, tum Practicis, apprime vtile ac necessarium.

NVNC PRIMVM IN GERMANIA, RESECTIS INNVMERIS MENDIS, ALLEGATIONIBVSQVE à textu Characterum varietate distinctis, correctius editum.

Materiarum Catalogum proxima post præfationes pagina demonstrabit; addito rerum & verborum INDICE locupletissimo.



Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest. special. ad decennium.

FRANCOFORTI,
Ex Officina Typographica Nicolai Bassæi.

M. D. XCV.

SERENISSIMAE DOMINÆ, D. ELEONORÆ AVSTRIACAE MANtuæ Duci,

IO. PETRVS SVRDVS S. D.

NOVO CERTE, ET ALIIS QVI IN LEGALI FacultateSua ſcripta edidere, prorſus invſitato, non tamen abſurdo, aut minus conſentaneo exemplo Liber hic Alimentorum Tractatum continens tuis auſpicijs legentium manus percurret: ſolis enim viris eiuſmodi ſcriptiones dicare veterum, & recentiorum quoque conſuetudine vſurpatum eſt. mihi verò aliorum exempla, quæcunque eos ratio impulerit, vt non ſemper negligenda, ita nec indiſtinctè amplectenda videntur, niſi cum actionis noſtræ ratio aut nulla, aut non planè certa conſtare poteſt; Quo enim conſilio grauiſſimi authores Principum virorum patrocinia ſibi implorare indignum non putarunt, eo ipſo mihi Sereniſſima Eleonora, quin tuæ amplitudinis fidem, grauiſſimi nominis auctoritatem, clariſſimorum natalium ſplendorem, atque alias excelſi animi tui cumulatiſſimas dotes ad Libri huius tutelam aduocarem, minime dubitandum fuit. Quis enim noſtro, aut patrum noſtrorum ſeculo ſuæ nobilitatis ſtemmata præferre audebit tuo generi? quod ſi patrium attendamus, à longa maximorum Cæſarum ſerie; ſi maternum, ab inuictiſſimorum Regum nunquam interrupto ordine ducitur. Sed hæc & ſi per ſeipſa præclariſſima ſunt, atque egregiam in omnem Prouinciam tui nominis famam propagare poſſunt, ea tamen tanquam vnius arridentis fortunæ beneficio referenda, parui putaſti facienda, niſi tanto benignioris gratiæ afflatu, te morum grauitate, oris, & perſonæ dignitate, miraque in totius vitæ curriculo honeſtate, vti quæ tua ſunt præcipua ornamenta, non modo dignam omnibus probares, verum virtutum omnium præcellentium concurſu ceteros qui ſunt, quique fuere Principes anteire, atque incomparabili animi magnitudine ſuperare contenderes, quas ego innumeras animi dotes ſi tam anguſto elogio perſtringere tentarem, male dixiſſe, non laudaſſe viderer. Illud porrò vnum ſilentio inuoluere indignum, & nefas eſſet, quod vel tacentibus alijs omnibus tui nominis gloriam totius terrarum orbis finibus minimè contentam admirabili hominum conſenſu ad æternam præpotentis Dei arcem extollere poteſt, quod lapſam, & proſtratam, ac propemodum extinctam in egenos pietatem tanta alacritate ſuſcitaſti, & erexiſti, erectam tanto ſtudio, totq; immenſis lagitionibus liberaliter foues, vt in hac Prouincia quicunq; opibus, & fortunæ bonis expoliati, quicunque parentibus orbati, quicunq; humano omni auxilio deſtituti ſunt, certum ſibi, & nunquam non paratum in tuæ inexhauſtæ liberalitatis præſidio conſtitutum eſſe refugium experiantur, & fateantur. Sed quid dico refugium? non ne honeſti nominis familias aduerſis fortunæ caſibus conflictatas grauiſſimam in latebris ferentes inopiam, & ingenuo pudore præpeditas, cuipiam ſuæ vitæ miſerias patefacere non audentes, miſſis exploratoribus, qui peruigili ſtudio, & diligentia in eam curam incumberent, ab immundis vitæ ſordibus eruiſti? earum inopiam largitioneſubleuaſti? & ne in eadem rurſum inciderent calamitatem mira ſolicitudine, & cura nunquam benefaciendo fatigata prouidiſti? Non ne ingruentem proximis annis egeſtatem, & rei maximè frumentariæ extremum tota ferè Italia defectum quaſi futurarum rerum præſcia pio animo anteuertens acribus ſtimulis eorum exprobando ignauiam, qui quanquam proprij muneris neceſſitate

astricti, nullo tamen opportunæ pietatis amore concitati paulatim illabentis morbi nescij, suis, & suorum commodis anxiè dediti tamquam multis tenebris oculorum acie obtusa excœcati, opem ferre negligebant, effecisti, vt instanti, & iam iam grassanti pesti præsentibus remediis & vndecunque comparatis auxiliis, & vnum in locum miserrimis hominibus coactis, certo in singulas Tribus disposito frumenti, & pecuniæ subsidio occurreretur? vnde qui haud dubie sordibus, & fame enecti, alijs incuriæ, & impietatis notam inussissent, nunc tua benignitate, & vigilantia seruati concordi confessione, quod hac luce fruantur, quod vitæ munera exerceant, hoc totum tuæ pietatis beneficio se assecutos esse testantur, votaque pro tua, tuorumque incolumitate, vt te diu huic patriæ, & pauperibus præsertim cœlestia numina fortunatissimam sospitent, demumque exacta senecta supremæ te asciscant gloriæ læti exoluunt. Hæc certè non minorem tuo nomini gloriam conciliant, quam quod Regia stirpe progenita patrem, & multos auos Imperiali diademate insignitos recensere possis, hanc verò sexus imbecillitas non imminuit, sed si glorioſa facta iusta ratione reputauerimus auget. cui enim natura multa obtendens impedimenta incliti decoris iter obstruxerat solidiore vnius animi robore elaborandum, obstinatoque consilio, & perpetuo virtutis cursu enitendum fuit, vt perfracto omni obice ad summum veræ laudis virique decoris fastigium, viam tibi patefacere. Itaque si muliebrem corporis habitum generosi & viriles spiritus tot præstantissimis virtutibus decorant, vt magnos etiam Reges non æquare modo, sed præcellere videaris; Quis vitio mihi vertere poterit, si præter aliorum morem tibi mea scripta dicauerim? Quis mihi succensebit, qui posthabita externa corporis forma, fortiora mihi in reliquis præsidia parauerim, quam si ea excelsi cuiuslibet viri Principis nomini consecrassem? Et cui aptè magis Alimentorũ Tractatus, cuius nobilissima pars pauperum subsidia amplectitur, offerri debuit, quam ei quæ quamquam infinitis virtutibus dedita, in hanc tamen vnam subleuandæ paupertatis ita totis viribus studiosè incumbit, vt hanc solam excolere videatur? Atque si perpetuæ gloriæ præmium assequi nulla alia ratione hominibus constitutum sit, non vereor, quin mea existimationi apud eos, quibus tui nominis amplitudo nota est, nemini autem ignotam arbitror, satis per me factum sit. Illud superest, vt qua soles benignitate munus hoc quàm minimum, si tuæ Celsitudinis sublimitatem attendas, maximum tamen si offerentis animum respicias, gratum habeas.

AD

AD LECTOREM.

SI qua celeritate agendum aliquid ſuſcipimus, ea ipſa abſoluere nobis datum eſſet, & talem partum edere poſſemus, qualem audentis animi magnitudo concepiſſet, Tractatus hic Alimentorum iam diu tuis in manibus verſaretur, tibiq; vtiliſſimus, & mihi gratiſſimus prodijſſet: vſu tamen perſæpè venire fato quodam, ſeu diuino verius iudicio cernimus, vt quæ magis appetimus, perrarò aſſequamur, & minus valeat ingenium, vbi propenſiores animum intendimus. Mihi certè non aliter contigit, dum erat opus in manibus mihi ipſi blandiendo apud legalis diſciplinæ ſtudioſos promeruiſſe exiſtimabam, vbi extrema manus eſt impoſita, & abſolutum opus aliquot annis delituit, ſtudioſè, anxiè, ſolicitèq; perlegi, proprijq; partus parentibus inſitus amor paululum deferbuit: neq; enim is mihi viſus eſt liber tot vigilijs elaboratus, vt ſi non meæ, ſed alterius cuiuſpiam cuſtodiæ rationem exacturus fuiſſem, alienum iudicaſſem, adeo mutatus ordo, dicendi genus variatum, & à ſolita ſcribendi ratione mihimet diſceſſiſſe videbat. Illud in primis ægrè erat ferendum, quòd ea pars quæ alentes reſpicit, leuiter admodum in ipſo rei initio pertractata langueſcebat: & quanquam reſumpto mox ſpiritu exurgere, & tanquam excuſſis compedibus liber rectius incedere cernatur, difficile tamen eſt legenti quam ſemel iuſte conceperit opinionem vnquam, vel protinus ſaltem exuere: nam quemadmodum qui in compedibus diu fuere, etiam ſoluti tardius incedunt: ita qui ieiuna, aut arida oratione offenduntur, minime tum recreantur, cum ea vberior ſe extollit: eſt & qui faſtidio lectionis captus longius progredi non ſuſtineat. Rurſus exacto ferè opere, nihil tale opinanti venit in manus Ioan. Baptiſtæ Pontani eiuſdem argumenti tractatus, & mox Antonij Cordubenſis relectio l. ſi quis à liberis. ff. de liberis agnoſc. quorum vtrumq; omnem ſcribendi anſam præripuiſſe, atq; quicquid in eo ſcribendi genere ingenij acumen, & authorum copia afferre potuiſſet ad rei ſuæ ornatum contuliſſe videbam, oculis obuerſabatur, quanta feſtinatione, quantaq; anxietate agendum ſit ei qui celeri paſſu præeuntem curſu præuenire, vel certè æquare contendit, cum tamen primum impoßibile iudicarem, alterum niſi ſummo ſtudio, pertinaciq; labore aſſequi non poſſem, quod ſi non ſuccederet, non defuturos qui parum prudentis, vel nimium audentis animi, vel demum non iuſti mearum virium æſtimatoris notam inurerent. Hæc ſuſcepti laboris pœnitentiam inducere, & fortaſſe de inſtituto deturbare poterant, niſi fractas vires recreaſſet, quod in re ardua, & difficili audendum ſit. Nam & Pontanus pauca admodum in tanta rerum, & quæſtionum copia complexus eſt, & multa ex eis perſtrictè abſoluit, vt potius, quàm alijs, ſibi ſcripſiſſe videatur; & Cordubenſis Vlpiani argumento additus in eiuſmodi tractationis campos longius euagari, & expatiari, vel non ſatis ſuo inſtituto conuenire iudicauit, aut propoſiti ſibi thematis anguſtia, vel cupientem eum ſemper à curſu reuocauit, ſicque multa alijs pertractandi, & vberius, ac fuſius diſputanda reliquit. Quibus ego ſubleuatus me ipſum collegi, propoſitumque retinui, & ſcribendi alacritatem mihimet addidi: vt operi ſupremam manum imponerem, interpellarunt nihilominus, quæ ſunt Senatoris munia, & exacti operis editionem diutius retardarunt: dum enim comperendinando otij aliquantulum expecto, & qui ſequitur dies ſuas ſecum affert curas, luſtrum ferè excurrit. Quare poſita omni mora cum maximis occupationibus diſtinerer, nec tempus daretur exſcriptoris vitia corrigendi, exemplum ſic, vt erat mendoſum, & corruptum (quod res ipſa poſtea indicauit) Typographo excudendum tradidi, quod ſimul atque cœptum eſt typis dari: compertum eſt vndiq; mentis ſcatere, quibus impreſſoris ſolertia quamquam maxima, penitus librum purgare non potuit. Quod quidem pupugit, ſed non adeo animum offendit: nemo enim eſt tam ſupinus, qui non ipſi ſcriptori aſcribat, quæ vero ſcribendi rationem attingunt, quam acutioris iudicij viri in primis obſeruare conſuere leuiter turbarunt, ſi quidem tantum rei tribuitur, quæ ſcriptis mandatur, vt neglecto omni ornatu tanto gratior euadat quanto purior, & ab omni fuco munda legentium oculis exhibetur: neq; hactenus multis, ne dicam cuiquam tam feliciter ſucceſſit, vt in hac legali diſciplina ſummam rerum copiam ſtyli elegantia, verborum facundia, & (vt vno verbo totum rhetorices corpus complectar) eximia eloquentia explicare potuerit. Poſtrema tractatio ipſa Alimentorum tam latè patens, tot tantaque complectens à ſcribendi munere deterrere potuiſſet, ſi mihi perſuaſum fuiſſet vnum in locum quæcunq; ad ſuſceptum ſcriptionis genus pertinent, colligere, iuſtoq; ordine conſtringere poſſe, quod nulli hactenus hominum, quæ humani eſt ingenij imbecillitas, euenisſe puto. At mihi ſatis fuerit, ſi non perfectum hunc Tractatum & omni ex parte abſolutum, ſtudio tamen, labore, & ſolicitudine artis faſtigium, & præſtantiam quaſi digito eo minus indicauero. Habeas igitur Librum qualemcunq; ingenij mei infirmitas produxerit mutilum, imperfectum, inornatum, ſed non certè inutilem.

IN CLARISSIMI IVRISCONS. AC PERILLVSTRIS MANTVAE SENATORIS, D. IOAN. PETRI SVRDI LIBRVM DE ALIMENTIS ANIBALIS MAGNOCABALLI

Epigramma.

Surit Orbis inops, ſupplex alimentaq́ poſcit:
Aures ſed precibus claudit hic, ille negat.
SVRDVS adeſt, vnuſque audit, miſeretur & vnus:
Vnus munificam fertq́ benignus opem.
Iuſtitiæ, Iurisq́ penu de diuite promit,
Quas paret, inſtructas diſtribuatq́ dapes.
His opulenta locat doctis conuiuia chartis;
Orbis inops hic iam, quo ſatureris habes.

OCTAVII MAGNOCABALLI IVRISCONSVLTI CASALENSIS IN TRACTATVM DE ALIMENTIS CLARISS. SENATORIS SVRDI.

VO ſuper axe magis vehitur, fulgentius inde
Sol nitet, & nutrit lumine cuncta ſuo.
Haud ſecus Oenæo fulges ſpatiatus Olympo,
Et nos vitali nectare, SVRDE, beas.

OPVS HOC, QVOD DE PROPRIIS VIRIBVS NIHIL PRAESVMENS, SED SOLIVS PRAEPOTENTIS DEI FRETVS AVXILIO AGGREDIOR, ALIMENTORUM continens Tractatum, nouem in Partes seu Titulos diuiditur; quibus, ni fallor, vniuersam eam materiam complector. & quamquam amplam, & diffusam, certa quadam regula singulas Quæstiones sua in sede collocando perstringo.

PRIMVS ERGO TITVLVS EST.

Cui, & quibus à lege debeantur alimenta, & continet Quæstiones 129.

1 PATER tenetur alere filios legitimos, & naturales.
2 Adoptiuus filius alendus, an sit à patre.
3 Filius bannitus, an debeat ali à patre.
4 Hæreticus, Iudæus vel aliter infidelis, an teneatur alimenta præstare filio orthodoxo.
5 Ventri prægnanti, an debeantur alimenta.
6 Filius qui duxit vxorem inuito patre, & filia, quæ eo inscio nupsit, an recipiat alimenta à patre.
7 Filius qui monasterium exiuit, an sit alendus à patre.
8 Naturalem legitimatum alere, an pater teneatur.
9 Naturalis, an sit alendus à patre.
10 Spurio vel aliter ex coitu damnato, an sint danda alimẽta.
11 Pater spiritualis, an alat filium.
12 Auus paternus, an nepoti ministret alimenta.
13 Auus, an alat nepotẽ legitimũ & naturalem ex filio spurio.
14 Mater, an alat filium legitimum & naturalem.
15 Mater, an præstet alimenta filio naturali.
16 Auus maternus, an teneatur nepoti alimenta ministrare.
17 Filius, an teneatur alere patrem legitimum, & naturalem.
18 Pater Iudæus, vel infidelis, an alatur à filio.
19 Pater hæreticus, an recipiat alimenta à filio Orthodoxo.
20 Spurius, an alat patrem.
21 Pater spiritualis, an debeat ali à filio.
22 Mater alenda, an sit à filio legitimo, & naturali.
23 Hæredes patris, an teneantur alere filium.
24 Hæredes filij, an debeant patri alimenta.
25 Frater & soror, an fratrem sororem alat.
26 Filia quæ propter dotẽ excluditur statuto, an interim sit alẽda.
27 Primogenitus succedens in dignitate, an debeat secundogenito alimenta.
28 Patruus, an nepotem alat.
29 Monasterium, an filios monachi alere teneatur.
30 Vsufructuarius, an alat familiã et eos q erãt alẽdi à defuncto.
31 Fiscus de bonis confiscatis, an alat filios damnati.
32 Maritus, an vxorem alere teneatur.
33 Vxor infirma, an à marito alenda sit.
34 Fiscus, an præstet alimenta vxori eius qui fuit damnatus.
35 Vxor, an maritum pauperem alat.
36 Maritus exul, an sit ab vxore alendus.
37 Monasterium, an alat maritũ eius quæ ingressa est religionẽ.
38 Socer, an teneatur ministrare alimenta nurui.
39 Nurus, an socerum pauperem alat.
40 Nouerca, an à priuigno alenda sit.
41 Victricus, an teneatur priuigno alimenta præstare.
42 Gener qui vxorem alit, consequitur interusuria dotis seu alimenta à socero qui dotem promissam non soluit.
43 Maritus recipiendo dotem, an censeatur remisisse dotales vsuras.
44 Vidua, an sit alenda ab hæredibus viri intra annum luctus.
45 Viduæ, an sint ab hæredib. viri dãda alimẽta post annũ luctus.
46 Hæredes vxoris, an alant maritum inopem.
47 Tutor, an sit alendus de bonis pupilli.
48 Donatarius, an donanti egeno alimenta exhibeat.
49 Filij donatoris alendi, an sint à donante.
50 Filij illegitimi, an sint alendi à possessore paternorũ bonorũ.
51 Libertus, an alat patronum pauperem.
52 Alumnus, an nutritori alimenta ministret.
53 Discipulus, an exhibeat magistrum.
54 Ecclesia alit patronum pauperem.
55 Vasallus, an exhibeat dominum.
56 Dominus, an præstet alimenta vasallo pauperi.
57 Subditi, an egenti domino subuenire debeant.
58 Dominus feudi, an præstet alimẽta muto, et impfecto vasallo.
59 Prædicatori, an sint a populo præstanda alimenta.
60 Sacerdoti alimenta ab ecclesia, an danda sint.
61 Decuriones, an sint alendi à ciuitate.
62 Testis, an sit alendus à producente.
63 Iudici, vel notario transmissis pro examine dantur alimẽta.
64 Episcopus visitans ecclesiam, vel aliud exercens munus sibi incumbens, an consequatur alimenta à populo.
65 Præsidi visitanti prouinciam, an debeantur alimenta.
66 Operarius conductus, an sit à conducente alendus.
67 Officialis a potestate conductus. an sit alendus.
68 Aduocato exeunti prouinciam, an Deus det alimenta.
69 Obsides, an sint alendi.
70 Equus depositus, à quo sit alendus.
71 Debitori carcerato, an dentur alimenta à creditore.
72 Carcerato pro delicto, quis ministret alimenta.
73 Ecclesia, an alat delinquentes, qui ad eam confugiunt.
74 Reus, qui pendente appellatione transmittitur ad iudicem, quas expensas recipiat.
75 Monacho alimenta debentur à monasterio.
76 Milites à republica recipiunt alimenta.
77 Populo fit alimentorum prouisio à republica, vel Principe.
78 Debitori, qui non tenetur vltra, quam facere possit, relinquenda sunt alimenta.
79 Delegatus, quando exit domiciliũ suum, victũ consequitur.
80 Victor, an soluat victori expensas, quas fecit super hospicio.
81 Infantibus expositis, quis præstet alimenta.
82 Beneficiatus sine culpa depositus, an sit de fructibus beneficij alendus.
83 Operas q præstãt in domo, alẽdi sunt ab ijs quib. præstiterũt.
84 Beneficiatus, an ex fructibus primi anni dimittendis capitulo sit alendus.
85 Familia sociorum, an sit communi impensa alenda.
86 Mensoribus quis præstet salarium, & impensam.
87 Rector hospitalis, an ab eo alimenta sumat.
88 Amicus, an alat amicum egenum.
89 Debitor in diem, an recte alimenta petat à creditore.
90 Pauperes & egeni alendi, an sint.
91 Alere seipsum quisque tenetur.
92 Alimenta inter plures concurrentes, cui potius danda sint.
93 Eleemosina in danda quis sit præferendus.

94 *Sibi potius, quam filio præstare debet alimenta, & patri potius quam filio.*
95 *Patrem potius quam vxorem teneatur ne quis dare alimenta.*
96 *Patri etiam infideli subuenire potius tenetur filius, quam alij extraneo.*
97 *Vxor relicta vsufructuaria primum alit filios testatoris, quam se ipsam.*
98 *Patri ne spirituali potius, quam carnali præstanda sint alimenta?*
29 *Patri an matri prius sit à filio subueniendum.*
100 *Monasterium, an vicarius præferendus sit in alimentis præstandis ex beneficio curato.*
101 *Pater est pro alimentis prius conueniendus, quam filius.*
102 *Pater, an auus teneatur alimenta præstare.*
103 *Auus paternus, an mater ad alimenta teneantur.*
104 *Auus maternus, an prius cogatur alere, quam hæredes patris.*
105 *Filia, an ab hæredibus patris, vel à matre sit alenda.*
106 *Frater, an prius à matre, quam à fratre petat alimenta.*
107 *Frater, an prius à fratre, quam ab extraneis filij sui hæredibus petat alimenta.*
108 *Vxor, an alimenta petat à secundo viro, vel ab hæredibus primi.*
109 *Seruus, an sit á patre potius, quam à domino alendus.*
110 *Actori, quando sint à reo præstanda alimenta lite pendente.*
111 *Filio agenti ad paternam hæreditatem, an debeantur alimenta.*
112 *Filius, vt lite pendente consequatur alimenta, quæ requirantur.*
113 *Filius agens ad rescindendam renunciationem paternæ hæreditatis, an sit alendus.*
114 *Filius adoptiuus, an sit alendus pendente lite super hæreditate patris.*
115 *Filio illegitimo agenti ad legatum, vel portionem hæreditatis, danda sunt alimenta.*
116 *Fatri contra fratrem agenti communi diuidundo, vel familiæ erciscundæ, an sint præstanda alimenta.*
117 *Fratri, vel alij petenti hæreditatem consanguinei, an debeantur alimenta.*
118 *Vxori accusanti patrimonium, an interim maritus prouideat de alimentis.*
119 *Agenti cuicunque ad bona, quæ prætendit sua, an pendente lite alimenta debeantur.*
120 *Pauperi agenti, an debeantur alimenta à reo diuite lite pendente.*
121 *Monachus, qui accusationem prosequitur contra abbatem, interim ali debet.*
122 *Seruus dum litigat cum domino, ali debet.*
123 *Sequestratis bonis eorum dominus interim est alendus.*
124 *Mulieri, quæ ventris nomine missa fuit in possessionem, non imputantur alimenta percepta, & idem in alijs personis.*
125 *Quando lite pendente decernuntur alimenta, an sit præstanda cautio de restituendo.*
126 *Sententia declarans filium esse alendum, an probet filiationem.*
127 *Abbas pendente accusatione, an sit alendus.*
128 *Monacho inquisito, an interim à monasterio dentur alimenta.*
129 *Accusato, an sint lite pendente soluenda alimenta.*

TITVLVS II.

Alimenta, quando censeantur relicta, vel debeantur.

Continet Quæstiones 15.

1 FVNDVS, quando relinquitur ad alimenta, proprietas ne videatur relicta?
2 *Alimenta, vel victus, quando relinquuntur, an aliud, quam alimenta debeatur.*
3 *Habitatio cum filijs si relinquatur, an alimenta censeantur relicta.*
4 *Filij si ex dispositione mariti sunt penes vxorem educandi, an videantur relicta alimenta.*
5 *Necessitas vitæ, vbi relinquitur, an alimenta debeantur.*
6 *Gubernio domus relicta, alimenta an sint præstanda.*
7 *Familiæ videntur relicta alimenta, quando ea Titio relinquuntur cum Domini.*
8 *Domina in domo si relinquitur vxor, an alimẽta debeantur.*
9 *Administratione relicta, an debeat ali vxor.*
10 *Si quis est tractandus vt filius, an debeat ali.*
11 *Recommendato à testatore debentur alimenta.*
12 *Legatum annuum, an in dubio factum censeatur in causam alimentorum.*
13 *Spurio relictum, an in dubio censeatur pro alimentis.*
14 *Alimenta, an ei videantur relicta, qui fuit in conditione positus.*
15 *Vxor relicta vsufructuaria, domina, & madonna, quando habeat alimenta.*

TITVLVS III.

Alimenta debita, quomodo petantur.

Continet Quæstiones 9.

1 PATRI à filio, & econtra, debentur alimenta iudicis officio.
2 *Vxori, an detur iudicis officium pro consequendis alimentis à viro.*
3 *Secundo genitus petit à primogenito alimẽta officio iudicis, & ibi de liberto, patrono, vasallo, domino, douatorio, Vicario, spurio, & paupere, & an sit præstanda fideiussio.*
4 *Legatum alimentorum peti potest personali actione: an autem detur actio hipothecaria vel rei vendicatio aut officium iudicis.*
5 *Actio negotiorum gestorum datur marito moram passo contra socerum prosequendis interusurijs dotalibus.*
6 *Alimenta ex statuto debita, an petantur iure actionis.*
7 *Tutor iure actionis consequitur à pupillo alimenta illi præstita.*
8 *Actio pro alimentis, an competat soli alimentario, vel cuilibet de populo.*
9 *Libellus, an sit necessarius in causa alimentorum.*

TITVLVS IIII.

Quomodo, & qualiter sint præstanda alimenta.

Continet Quæst. 29.

1 CIBARIA omnia veniunt appellatione alimentorum.
2 *Vestis, an debeatur ei, cui alimenta sunt præstanda.*
3 *Potus, an sit ei præstandus, cui alimenta relicta sunt.*
4 *Habitationem consequitur, qui est creditor alimentorum.*
5 *Medicinæ, an veniant in debito alimentorum.*
6 *Expensæ magistri, librorum & studij, an debeantur.*
7 *Lectus veniat in relicto alimentorum.*
8 *Equus & currus, & rheda, an nomine alimẽtorũ cõtineatur.*
9 *De redditibus & fructibus an etiam de fundo præstanda sint alimenta.*

10 *Ex fructibus bonorum feudalium, an danda sint alimenta.*
11 *Ex bonis castrensibus, vel quasi, an soluantur alimenta.*
12 *Filijs primi matrimonij, an præstantur alimenta ex dote matris, quæ contraxit secundas nuptias.*
13 *Pupillus, vbi debeat educari, & soror penes fratrem, vel matrem, & sponsa apud sponsum.*
14 *Vxor, an alibi quam in domo mariti alenda sit.*
15 *Alimenta in domo relicta, an alibi præstari debeant.*
16 *Res pro alimentis debitæ quo in loco debeantur, quando hæres & alimentarius diuersi sunt fori.*
17 *Quo tempore præstanda sint alimenta.*
18 *Dignitas, & qualitas alimentarij attenditur in taxandis alimentis.*
19 *Consuetudo testatoris attenditur, quando agitur de taxatione alimentorum.*
20 *Vxori debentur alimenta, seu redditus dotis.*
21 *Testi non debetur impensa alimentorum ante discessum.*
22 *Episcopo, vel alij visitatori, quæ alimenta concedantur.*
23 *Filijs alimenta, qualiter præstanda sunt, & ibi de donatore & filie ingressi, de patrono, officiali, operario, subdito, obside, famulo & alijs personis.*
24 *Quando alimenta debeantur etiam pro famulis, filijs, & familia.*
25 *Impensa quam domi erat quis facturus, an deducatur de taxatione alimentorum.*
26 *Si ex fundo debentur, an debeantur nullis fructib. perceptis.*
27 *Alimenta, an speciebus peti debeant.*
28 *Alimenta, quæ loco elemosinæ debentur, qualiter sint taxãda.*
29 *Operæ alimentarij, an deducantur de alimentis.*

TITVLVS V.

Quanto tempore præstanda sint alimenta.

Continet Quæstiones 8.

1 ALIMENTORVM præstatio finitur morte regulariter, sed limitatur multis modis.
2 *Vidua non alitur intra annum luctus. si ei dos restituitur, idem in sorore.*
3 *Alimẽta possunt relinqui, vel promitti pro certo tempore.*
4 *Conditio est prius implenda, quando relinquuntur sub conditione.*
5 *Debita ob causam extinguuntur finita causa.*
6 *Relicta rectori vel episcopo, an transeant in successorem.*
7 *Spurio relictum pro alimentis non transit ad eius hæredes.*
8 *Actori debita alimenta præstantur vsq; ad sententiam definitiuam.*

TITVLVS VI.

Præstitorum alimentorum qualem, & quando concedatur repetitio.

Continet Quæstiones 23.

1 ANIMVS repetendi alimenta præstita præsumitur in dubio, & infertur ad multa.
2 *Maritus repetit à socero alimenta præstita vxori.*
3 *Maritus, an ab vxore repetat alimenta pro dote promissa, si eam retinuit in obsequio.*
4 *Maritus, an repetat alimenta, quæ vxori sanæ præstitit.*
5 *Socer qui aluit filiã, an repetat à genero.*
6 *Pater putatiuus an repetat à vero alimenta filio præstita.*
7 *Extraneus, qui credens se teneri aluit aliquem, an repetat.*
8 *Mater qui filium aluit repetit à marito.*
9 *Filius, an repetat alimenta patri, vel matri præstita.*
10 *Vidua quæ intra annum luctus aluit seipsam, an repetat ab hæredibus viri.*
11 *Victricus, an repetat à priuigno alimenta, quæ præstitit.*
12 *Frater, an fratri alimenta præstitisse præsumatur animo donandi, vel repetendi.*
13 *Socius, an repetat quod impendit in alimenta socij.*
14 *Tutor, an repetat alimenta, quæ pupillo præstitit.*
15 *Negotia gerens alterius, an in dubio præsumatur de suo impendisse, & an repetat.*
16 *Vxorem alens alterius, an repetat à marito, & ibi an hæredes mariti repetant à vidua.*
17 *Vxor, an repetat à marito quem aluit.*
18 *Pietatis intuitu præstita alimenta, an repetantur.*
19 *Infantem expositum si quis aluit, à quo possit repetere.*
20 *Alimenta lite pendente præstita, an repetantur.*
21 *Amicus, an repetat alimenta quæ amico præstitit.*
22 *Repetio conceditur hæredi soluentis, & contra hæredem eius, cui fuerunt soluta.*
23 *Alimenta, qui repetit tenetur probare se præstitisse.*

TITVLVS VII.

Quibus ex causis denegari possint alimenta debita.

Continet Quæstiones 24.

1 FILIO eisdem ex causis denegantur alimenta ex quibus potest exhæredari.
2 *Filius hæreticus, an sit alendus à patre.*
3 *Filio, qui hostis est patriæ, iuste alimenta denegantur.*
4 *Filia, quæ peccauit in corpus suum, an sit alenda.*
5 *Filius, qui portionem sibi assignatam dissipauit, an habeat alimenta à patre.*
6 *Filius non alitur à patre, si aliunde habet.*
7 *Filius non consequitur alimenta extra domum patris.*
8 *Filium non alit pater, quando non habet pro se.*
9 *Filio naturali, qui habet aliunde, non debentur alimenta.*
10 *Filio naturali, qui habuit à patre vnciam, an denegentur alimenta.*
11 *Filio naturali, q duas habuit vncias, an danda sint alimẽta.*
12 *Filio naturali denegantur alimenta, ex omnibus causis quibus legitimè potest exhæredari.*
13 *Mater, quibus ex causis excusetur ab onere alendi filiam.*
14 *Patri, ex quibus casibus fratrem non teneatur alere.*
15 *Frater, in quibus casibus fratrem non teneatur alere.*
16 *Vxor, quæ sine causa recessit à viro, non est alenda.*
17 *Vxor, quæ dotem promissam non soluit, alimenta non consequitur à marito.*
18 *Vxor ne alatur à marito, an pacto conueniri possit.*
19 *Vxor, quæ dotem non promisit, & cum possit non vult dotem dare, an sit alenda.*
20 *Vxor, an sit alenda, quando dos fuit euicta & maritus non potest agere pro euictione.*
21 *Vxori hæreticæ, an maritus præstare teneatur alimenta.*
22 *Vidua, quibus in casibus non habeat alimenta ab hæredibus viri intra annum luctus.*
23 *Vxor transiens ad secunda vota, an perdat legatum vsusfructus sibi factum à viro.*
24 *Vidua, quæ post annum luctus peccauit in corpus suum, an priuetur legato alimentorum.*
25 *Maritus adulter, an sit alendus ab vxore.*
26 *Marito, qui factus est rebellis, vel hostis, an iuste denegentur alimenta.*
27 *Socer, an alat nurum impudicam, vel inhonestam.*
28 *Libertus, an alat patronum diuitem: & quid si non habet pro se.*

29 *Seruus an teneatur alere dominum, quando vix sufficit pro se ipso.*
30 *Subditus pauper non alit dominum.*
31 *Vasallus pauper non tenetur alere dominum.*
32 *Patronus non est alendus, quando ecclesia non habet pro se.*
33 *Ecclesia, an teneatur præstare alimenta dotanti si domus data cum onere alendi sit perempta.*
34 *Patronus, an sit alendus ab ecclesia, quãdo dos interijt casu.*
35 *Monachus expulsus de monasterio, an sit alendus.*
36 *Clerico suspenso, an debeantur alimenta.*
37 *Ordinato, quando alimenta non debeantur ab ordinante.*
38 *Vicarius non alitur à monasterio, quando est aggrauatus.*
39 *Deportato & ei, qui damnatus est ad metalla, præstanda sunt alimenta.*
40 *Sibi ipsi potest quis subtrahere alimenta, vt subueniat viro insigni & apprimè vtili Reipublicæ.*
41 *Tutori alimenta nõ debentur, quando male administrauit.*
42 *Filio pendente lite, quibus ex causis denegentur alimenta. & ibi de vxore, & monacho.*

TITVLVS VIII.

Quæ sint alimentorum priuilegia.

Continet Priuilegia 97.

1 *CAVSA alimentorum est pia & fauorabilis.*
2 *Summaria est causa alimentorum, ideo infertur ad multa.*
3 *Reus edit actori ad fundandum intentionem super debito alimentorum.*
4 *Officium suum iudex impartitur non petenti decernendo alimenta.*
5 *Pactum nudum producit actionem, in causa alimentorum.*
6 *Lis datur inter patrem, & filium pro alimentis.*
7 *Seruus est capax legati alimentorum, fratres minores, relegati, deportati, & damnati ad metella.*
8 *Minor potest sine tutore, aut curatore esse in iudicio pro alimentis.*
9 *Iudex ecclesiasticus cognoscit contra laicũ super alimentis.*
10 *Appellatione pendente super validitate matrimonij præstantur alimenta.*
11 *Hæres pro alimentis conuenitur pendente tempore ad conficiendum inuentarium.*
12 *Legatum alimentorum præstatur ante aditam hæreditatẽ.*
13 *Hæres, an pro alimentis teneatur vltra vires hæreditatis, præcipuè non confecto inuentario.*
14 *Legatum relictum ab eo, cui nihil fuit relictum sustinetur.*
15 *Legatum alimentorum relictum nominatiuè ab vno, censetur repetitum à substituto.*
16 *Legatum alimentorum, an capiatur de manu hæredis.*
17 *Incertitudo, an vitiet legatum, vel debitum alimentorum.*
18 *Falcidiam, an patiatur legatum alimentorum.*
19 *Bona subtecta restitutioni, an possint pro alimentis alienari.*
20 *Legatum pro alimentis non venit in generali ademptione legatorum.*
21 *Alimentorum legatum, non censetur reuocatum alienata, & postea recuperata re, ex qua sunt præstanda.*
22 *Soluens tribus annis continuis alimentorum legatum factum in testamento non solenni cogitur perseuerare.*
23 *Onus non præsumitur causa legati alimentorum.*
24 *Conditio mixta deficiens per mortem, vel casum, non extinguit legatum alimentorum.*
25 *Legatum alimentorum in dubio præsumitur annuum, non vnicum.*
26 *Pater, quando adhuc viuens cogatur filio portionem assignare pro alimentis.*
27 *Indefinita æquipollet vniuersali in alimentis.*
28 *Debitor qui bonis cessit cum peruenit ad meliorem fortunam, si conueniatur retinet alimenta.*
29 *Vsura, an fieri, vel concedi possit fauore alimentorum.*
20 *Legatum pro alimentis, an patiatur diminutionem, quando legata transcendunt hæreditatis vires.*
31 *Vxori, quando alimenta relinquuntur venit non solum prima, sed etiam secunda.*
32 *Executor potest conuenire hæredem ad soluendum legatum pro alimentis.*
33 *Filia excluſa à successione petit alimenta.*
34 *Maritus constante matrimonio si dotem vxori restituit vt se alat, liberatur.*
35 *Delinquens, an possit alienare bona sua vt se alat.*
36 *Dotalis fundus potest alienari pro alimentis.*
37 *Pater alienat bona filij, vt se alat.*
38 *Pater potest vendere filium, vt se alat.*
39 *Furari, an liceat pro se alendo.*
40 *Fornicari, an liceat vt consequatur alimenta.*
41 *Forensi relinqui possunt alimenta non obstante statuto quòd forensi nil relinquatur.*
42 *Subditi, & vasalli inuiti alienantur à domino, vt sibi de alimentis prouideatur.*
43 *Vasallus inuito domino vendit ad vitam commoditates feudi, vt se liberet à fame.*
44 *Vendere, an liceat ante tempus, quando fames vrget.*
45 *Minoris bona pro alimentis venduntur sine solennitatibus.*
46 *Ecclesiæ bona venduntur sine solennitate, quando est prælato subueniendum.*
47 *Mora, an purgetur in causa alimentorum.*
48 *Vxor, filius, & alij tenentur pro debito mariti patris & aliorum contracta pro alimentis.*
49 *Vxor habet mariti bona pro alimentis obligata.*
50 *Hipotheca in bonis eius, qui promisit dotem, an detur pro alimentis.*
51 *Hipotheca, an generaliter cuicunq; competat cui alimenta debeantur.*
52 *Tertius possessor rei obligatæ pro alimentis, an conueniatur personali actione.*
53 *Compensatio, an locum habeat in causa alimentorum.*
54 *Successor, in beneficio tenetur ad debitum, quod successor contraxit ratione alimentorum.*
55 *Cedi non potest ius percipiendi alimenta.*
56 *Transigere, an & quando liceat in causa alimentum.*
57 *Legitima non minuitur ob alimenta præstita nec ea imputantur in legitimam.*
58 *Pubertas in alimentis non oritur nisi anno decimo octauo.*
59 *Confiscatio non includit ius petendi alimenta.*
60 *Appellationi an sit locus in causa alimentorum.*
61 *Donatio reuocatur si donatarius non alit donatorem.*
62 *Retentio datur pro alimentis seruo, vel animali præstitis.*
63 *Patriam potestatem perdit pater qui filio negat alimenta.*
64 *Patronus perdit ius patronatus si negat alimenta liberto.*
65 *Pater recuperat patriam potestatem si filius emancipatus neget ei alimenta.*
66 *Libertus redigitur in seruitutem si patrono negat alimenta.*
67 *Legitimatus efficitur de nouo spurius, si non alit patrem legitimantem.*
68 *Religiosus potest exire religionem, vt alat patrem inopem.*
69 *Maritus, quæ non aluit vxorem, non lucratur dotem ex pacto, vel statuto.*

70 *Inducię non includunt debitum contractum ex causa alimentorum.*
71 *Arbitro non alienante in causa alimentorum non extinguitur compromissum.*
72 *Donatio non insinuata valet fauore alimentorum.*
73 *Stipulari licet pro absente in causa alimentorum.*
74 *Dos non redit ad patrem, quando extant filij inopes.*
75 *Iudex non sequitur voluntatem partium in causa alimentorum.*
76 *Maritus stipulando alimenta pro se, intelligitur stipulari pro vxore.*
77 *Patronus inops exigit operas ante euentum diei.*
78 *Delinquenti præstans alimenta post delictum, an puniatur.*
79 *Monachus potest habere proprium pro consequendis alimentis.*
80 *Sequestrum relaxatur pro alimentis debitoris qui non habet aliunde.*
81 *Filius naturalis potest impugnare voluntatem patris fauore alimentorum.*
82 *Hæres iussus dare reditus pro alimentis, an possit soluere æstimationem.*
83 *Vxor, etiam excommunicata, agit ad restitutionem dotis, vt se alat.*
84 *Maritus tenetur vltra, quam facere potest, quando vxor laborat extrema inopia.*
85 *Tutor potest pinguia præstare alimenta, quam ordinauerit testator.*
86 *Tutor remouetur tanquam suspectus, si negligit alere pupillum.*
87 *Accusare alimentatorem non potest alimentatus.*
88 *Pater, quando dilapidat bona reseruata pro alimentis filij, tenetur restituere, nec excusatur si velit cauere.*
89 *Seruus ascriptus glebæ potest vendi sine fundo, quando subest necessitas.*
90 *Pater, qui misit alimenta filio bannito non punitur pœna statuti.*
91 *Collectam non soluit is, qui est alendus de fructibus fundi.*
92 *Clericus alere potest suos coniunctos de fructibus beneficij.*
93 *Primogenitus instituti non potest, nisi facta alijs filijs pro visione alimentorum.*
94 *Vendere cogitur quilibet, quando extat penuria.*
95 *Legatum ex testamento rupto ob institutionem turpis personæ sustinetur.*
96 *Appellans non auditur in causa alimentorũ nisi prius soluat.*
97 *Monachus obligat monasterium in expensa alimentorum, & studij, idem in filio.*

TITVLVS IX.

Generalia quædam circa alimenta,

Continet Quæstiones 45.

1 ARGVMENTVM *ab alimentis ad dotem est validũ.*
2 *Ab alimentis ad legitimam, an liceat arguere.*
3 *A pia causa ad alimẽta, vel econtra, an licite arguatur.*
4 *Multiplicatio, an & quando admittatur in alimentis.*
5 *Ius accrescendi, an locum habeat in legato alimentorum.*
6 *Legatum alimentorum, an sit annuum, & ibi alia.*
7 *Sententia super alimentis, an sit interlocutoria.*
8 *Legatum primum ob eandem causam factum, an reuocetur per secundum.*
9 *Vxor, an possit plus relinquere pro alimentis secundo viro, quam vni ex filijs primi matrimonij.*
10 *Alendi onus, an reguletur secundum ordinem succedendi.*
11 *Alere si quis aliquem promittat pro certa quantitate semel recepta, an validus sit contractus.*
12 *Clericus, an præsumatur vixisse de fructibus beneficij.*
13 *Vxori relictis alimentis, an debeantur secundæ, quæ fuit ducta post testamentum.*
14 *Alendi obligatio, vel promissio, an sit diuidua, vel indiuidua.*
15 *Renunciatio generalis, an includat alimenta, quando illis renunciari potest.*
16 *Vxor, cui relicta sunt alimenta potest etiam exigere dotem.*
17 *Iudex an prohibere possit, ne mittantur alimenta ei, qui confugit ad ecclesiam.*
18 *Fructus prædij relicti ad fruendum donec soluatur pro alimentis certa quantitas, an in sortem imputentur.*
19 *Filius pro alimentis, an habeat lucratiuum titulum.*
20 *Aduentitium, an reputetur, vel profectitium, quod filius lucratus est ex fructibus fundi ad alimenta assignati.*
21 *Alimenta, an sint institutionis titulo relinquenda, quando succedunt loco legitimæ.*
22 *Patronus, an possit vendere ius quod habet percipiendi alimenta ab ecclesia.*
23 *Qui prædium recepit, vt aliquem alat, an exinde possit se liberare restituendo prædium.*
24 *Transactio super alimentis, an firmetur clausula quæ vim habet iuramenti.*
25 *Hæres si priuatur hæreditate, vbi molestet alimentarium, cui tunc applicetur hæreditas.*
26 *Molestari, quomodo, & quãdo dicatur legatarius alimẽtorũ.*
27 *Monacho translato de vno in aliud monasterium, quæ sint præstanda alimenta.*
28 *Filio qui potest seruire alicui principi, vel militare, an præstentur alimenta à patre.*
29 *Vxor, cui sunt relicta alimenta, an petat supplementum ex auth. præterea. C. vnde vir.*
30 *Vxor, cui relicta sunt alimenta, intra annum luctus, an illa consequatur si interim nubat.*
31 *Assensus super feudi alienatione concessus pro dote, an extendatur ad alimenta.*
32 *Delinquenti, an liceat alienare bona sua pro alimentis, quando bona confiscantur ipso iure.*
33 *Hæreticus occultus in foro fori, an sit capax legati alimentorum.*
34 *Legatum alimentorum filio relictum, an imputetur ei in legitimam.*
35 *Vxori inopi, an debeatur quarta ex auth. præterea, si maritus ei alimenta reliquit.*
36 *Legatum alimentorum relictum filijs alicuius, an debeatur eius nepotibus.*
37 *Vxori, an debeatur quarta ex authentica, præterea, si dotem habet aureorum mille.*
38 *Filia absolute exclusa à statuto, an consequatur alimenta in bonis patris.*
39 *Alimenta, an repetantur secundum laborem, & industriã.*
40 *Pecunia, quando relinquitur ad alimenta, quid tunc sit agendum.*
41 *Fundus ex quo præstanda sunt alimenta, qualiter sit æstimandus.*
42 *Donatione rescissa, quia donatarius nõ præstiterit alimẽta, an rescindãtur obligationes medio tẽpore contractæ super re.*
43 *Vxori intra annum luctum, an debeantur alimenta vltra, quam importent fructus dotis.*
44 *Tutor qui præstitit alimenta pupillo, an pro eorum repetitione habeat obligata bona.*
45 *Minor, cui alimenta relicta sunt in domo hæredis, an restituatur si se ipsum aluit extra domum.*

TRACTA-

TRACTATVS DE ALIMENTIS, PRÆCLARISSIMI IVRISCONSVLTI, DOMINI IO. PETRI SVRDI, Casalensis.



TITVLVS I.

Cui, & à quibus lege debeantur alimenta.

SVMMARIVM.

1 Pater tenetur alere filium.
2 Educatio est de iure naturali.
3 Pater negando alimenta filio, efficitur anathema.
4 Filijs alimenta efficaciùs debentur, quàm vxori.
5 Pater ne filios alat, statuto disponi non potest, vbi latè.
6 Beneficiatus tenetur partem redditus conuertere in eleemosinam, & non excusatur consuetudine.
7 Consuetudo est altera natura.
8 Pater, ne filium alat, pacto induci non potest.
9 Argumentum à statuto ad pactum negatiuè valet.
10 Princeps est solutus legibus.
11 Princeps est lex animata in terris.
12 Princeps facere non potest, quod pater non alat filium.
13 Princeps non est solutus dictamine rationis.
14 Princeps sine causa non tollit ius gentium.
15 Ius gentium inductum est ratione naturali.
16 Ius gentium est potentius principatu.
17 Consuetudo tantum potest, quantum Principis dispositio.
18 Pater etiam cum iuramento non potest priuare filium alimentis.
19 Iuramentum nihil operatur in his, quæ non pendent à potestate iurantis.

20 *Pater tenetur alere filium emancipatum.*
21 *Emancipatus habetur pro mortuo, & non est in potestate patris.*
22 *Obligatio alendi oritur à charitate sanguinis, non à patria potestate.*
23 *Emancipatio non tollit iura sanguinis.*
24 *Emancipatus retinet quasdam reliquias naturales.*

QVÆSTIO PRIMA.

VIDENDVM est, quibus præstanda sint alimenta iuris censura. Et dubium non est, quin pater teneatur filios † alere, *l. si quis à liberis. §. si quis ex iis. ff. de libe. agnoscen.* Educatio enim † est de iure naturali, *Instit. de iure natura. in prin. c. ius naturale, distin. 1.* Dicitur enim filios necare denegãdo alimenta. *l necare. ff. de liber. agnoscen.* & quod sit anathema, † not. Archid. *in d text.* & ponit præpos. qui subdit habere filios opus esse pietatis, & infert, eleemosynam paruulis siue pauperibus relictam, dici legatum in piam causam, *Rebuff. in tracta. de priuileg. sub priuileg. 53. num. 9.* Hanc autem conclusionem, quod pater filios teneatur alere, habent Doctores passim in ore, præcipue Bartol. Alber. & alij *in d. l. si quis à liberis.* Vital. *in tract. Clausul. tit. an alimen. renuncia. poss. col. 3.* & efficacius debentur filiis alimenta, quàm vxori, † vt post Crau. *in cons. 189. num. 3. ponit Lancello. Gallia. in consuetud. Alexand. in ver. solidos, num. 42.* Adeò verò strictè debentur filiis alimenta, vt statuto contrarium censeri non possit, † *vt voluit Cyn. in l. sancimus. C. de nuptiis, Io. And. ad Spec. in tit. qui filij sint legitimi, num. 13.* vbi inquit non tenere statutum disponens, quod pater non teneatur alere filium maiorem annis decem octo, quia filiorum educatio est de iure naturali: prohiberi ergo aut tolli non potest. *§. naturalia. Institu. de iure natura.* & licet actio producta sit à iure ciuili, vel prætorio, atque ita ex tempore, principale tamen obiectum dimensurari debet à natura, à qua debitum alimentorum originem sumit. Hoc etiam voluit Bald *in l. cum lege. C. de episcop. & cler.* Et inferunt ideò Cyn. & Bal. *in locis prædictis*, quod etsi statutum possit tollere, & minuere legitimam, non tamen ita potest extenuare, ne filius alimenta consequatur, quorũ loco legitima successisse videtur. Eandem opinionem probauit Bald. *in l. fi. §. ipsum autem. C. de bon. quæ liber.* vbi ait, quod etsi legitima filio debeatur iure naturali tantùm, atque ideo possit per statutum augeri, & minui: tamen alimenta debentur iure naturali, & formali, quare non ita minui potest, vt filio desit vnde se alat. Ancha. quoque *in repet. cap. 1. quæst. 11. de constitut.* vult, quod statutum non possit priuare filium legitima, *allegat. Io. And. in loco præcitato* Et dicit Ang. *in l. 1 §. ius naturale, in fi. ff. de iustit. & iu.* quod statutum non tollit legitimam, quatenus alimenta includit, *Imo. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demonst. Caccialup. in l. omnes populi, num. 75. ff. de iustit. & iu. Dec. in l. iura sanguinis, numero 2. ff. de reg. iur. Socinus Iun. cons. 54. num. 13. volum. 3. Vasq. de succes. creat. lib. 2. §. 20. num. 312. alios citat, licèt ipse contrarium teneat, Didac. in epitom. de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 6. num 5. vers. secundo infertur,* vbi inquit, tale statutum fore iniustum, atque inualidum. Inuenio etiam, quod Alber. *in tracta. statut. quæst. 40. vers. item quæro,* tenet hanc opinionem, licèt pauci eum allegent, immo Bal. *in cons. 21. num. 2. volum. 3.* dicit, quod filia non potest in totum excludi ab alimentis, sed vel ea, vel æquipollens habere debet, puta dotem. *Sequitur Crau in cons. 189. num. 3. vbi allegat etiam Calcan. Cum his transit quoque Natta in cons. 201. num. 10.* vbi dicit, quod statutum excludens dotatam, prouidet in consequentiã de alimentis, quia maritus postea tenetur illam alere, *Boss. in tit. de alimen. præstan. fil. & vxor. num. 7. communem dicunt Viuius, commu. opin. lib. 1. conclus. 22. colum. 2. vers. amplia istam conclusionem: dicens, quod cum ea rãseunt communiter omnes Canonistæ, Eman. Suarez. in vers. alimenta, num. 169. Ascan. Clem. in tracta. de pat. potest effec. 17. num. 11.* Horum autem omnium ratio est, quia alimenta naturali iure debentur, statutum contra ius naturale non valet, *vt per Doctores in cap. cum tanto, de consuet. & Doctores in l. omnes populi. ff. de iustit. & iu.* Sed his casibus potest statutum excludere filios ab alimẽtis, quibus ex legis dispositione denegantur, *vt per Dec. in l. iura sanguinis. ff. de reg. iur.* quos suo loco inferiùs separato discursu recensere est animus.

Qua autem ratione statuto tolli non possunt alimenta filiis debita, ea ipsa induci id minimè potest consuetudine: valet enim argumentum à statuto ad consuetudinem, *Abbas in cap. cum tanto, num. 22. extra de consuetud.* vbi ait, quod naturalia sunt immutabilia. *§. sed naturalia, Instit. de iure natur.* & consuetudo contra legem naturæ non valet: iure autem naturæ filij sunt à parentibus alendi, *sequuntur alibi ibi,* & Curt. *in tract. de consuetud. sectio. 5. num. 10.* inquit, quod ab hoc nemo discrepat, *Didac. loco prædicto, num. 4. Suarez, d. ver. alimenta, num. 169. Ascan. d. effec. 17. num. 11.* Ideo Crauet. *in cons. 116. num. 2.* dicit, quod ex quo clericus beneficiatus tenetur dimidiam reddituum beneficij erogare in Ecclesiæ reparationem, & pauperum eleemosynas, & alimenta, non excusabitur prælatus, † vel Rector, eo quod consuetudo sit nihil dispensandi in eleemosynam, quia alimenta consuetudine tolli non possunt: esset enim ea consuetudo, inquit ipse, iuri naturali contraria, secundum Dec. *in l. singularia. in fi. ff. si cert. pet. Marsil. in l. si. quis ne quæstio, num. 87. ff. de quæstio.* Licet ergo soleamus dicere, quod consuetudo est altera † natura, secundum Philosophum, quem allegat Iason *in l. Gallus, in 2. lect. §. idem credendum, col. 3. ff de liber. & posthum. Gallian. in l. si quis posthumus, in secundo not ab. ff. eod. cum aliis apud Neuiza. in Sylua nuptia. lib. 2. num. 37.* tamen non tollit ius naturæ, quia par in parem non habet imperium, siue quia id sit per fictionem, quæ tamen fictio prævalere non debet veritati.

Ab eodem fonte cum suprascriptis deducitur quod etiam pacto disponi non potest, ne filio alimenta præstentur à patre, † *ita concludit Specu. in d. tit. qui fil. sint legiti. num. 12.* quia pactum contra ius naturale non valet, *l. ius agnationis, ff. de pact. Alber. in l. 1. §. ius naturale, vers. sed quæro, ff. de iustit. & iur. vbi Bald.*

vers.

vers. quæro quid, si filius, Bartolus in l. si quis à liberis, §. sed si parens, ff. de liber. agnoscend. Decius in dicta l. iura sanguinis, numero 4. Socinus Iunior, dicto cons. 54. num. 13. Didac. dicta part. 2. cap. 8. §. 6. num. 3. vbi allegat Alexan. qui tamen loquitur in filio, sed generaliter in quocunque, cui alimenta debeantur, sed in filio ponit expresè Ascan. loco præallegato, & de hoc tractabimus infrà, *in quæstione, an filio debeantur alimenta, qui suam portionem dissipauit, sub titulo, quibus ex causis alimenta denegentur: & rursus, vbi agemus, an possit alimentis renunciari, sub titulo de alimentorum priuilegiis.* Mea enim non est intentio, vel pluribus in locis eãdem quæstionem pertractare, vel quæ proprius expostulat locus, in aliam, præcipuè extraneam sedem transferre. Scio autem multa pluribus locis conuenire, sed quo ad ea satis Doctoribus factum erit, si ad eum locum remittantur, vbi erit vberior de ea quæstione tractatio. Vt ergo redeam ad institutum negotium, fundatur hæc decisio, non solùm ratione suprà adducta, quod ius naturæ pacto non potest tolli, sed etiam quia valet argumen-
9 tum à statuto ad pactũ negatiuè † hoc modo, Statuto fieri non potest, ne filius cõsequatur alimenta à patre, ergo nec pacto, *gl. in §. cum autem impuberi, in ver. iubetur. Instit. de adoptionib. Bart. in l. alia, §. eleganter, circa fi. ff. sol. matr. Euerar. loco 89. colum. fi.* Et Specul. *loco prædicto*, loquitur, quando pactum est iuratum, *Domi. in cap. quamuis. colum. 2. de pact. in 6. Felin. in cap. ex rescripto, num. 12. de iureiur. ponit Didac. dicto §. 6. num. 3.*
10 Similiter, licèt Princeps sit legibus † solutus, *l. dignavox, C. de legib.* & quod Principi placet, legis habeat vigorem, *l. quod Principi, ff. eod. tit.* Et Princeps
11 dicatur lex † animata in terris, *§. fin. in Authen. de consul.* & qui potest etiam fingere, sicuti facit lex, tamen si mandet patrem non teneri filium alere,
12 † non valebit eius placitum secundum Bald. *in l. 1. num. 5. vers. fin. ff. de constit. Princip.* vbi ait, non habere vim legis, quando Principi placet, quod Deo non placet: debet enim Principis sanctio esse non solùm possibilis, sed etiam honesta, *vt inquit Bald. loco prædicto* & dicit Rebuf. *in cons. 91. nu. 54. volum. 2.* quod Principum placita tunc vim habent legis, quando sunt cum honestate coniuncta. Est enim Princeps
13 solutus lege, sed non solutus dictamine † naturalis rationis: est enim rationale animal, & natura ipsa ligatur, *vt inquit Bald. in l. 2. num. 30. C. de seruit. & aqua. & in cap. 1. de natu. feud. Rolan. in cons. 1. num. 22. vol. 2. Menoch. in cons. 27. num. 22.* proinde non solùm iure naturali ligatur, vt prædixi, sed etiam iure gentium, *c. quanto, de iureiur.* Et non potest sine causa tollere
14 quæ sunt † iuris gentium, *vt per Felin. latè in c. quæ in Ecclesiarum, de constitut. Doctores in cap. 1. de probat.* & ius
15 gentium fuit ratione naturali inductum, † *vt inquit Abbas in cap. fi. de consuetud. Sequitur Roch. de Curte, dicto tracta. de consuet. sectio. 5. num. 16.* Et dicit Bald. *in cap. 1. §. fi. qui feud. dar. poss.* quod ius gentium poten-
16 tius † est quam Principatus, *Ias. l. quominus, num. 4. ff. de flumin.* & confirmari potest ista sententia, quia si non potest induci statuto, atque ita lege propria, quamuis mortua, non etiam poterit induci lege viua, quæ dicitur impropria. Deduci etiam potest argumentum à consuetudine, quæ paris videtur
17 potentiæ cum ipsa Principis dispositione, per ea † quæ ponunt Doctores, præcipuè Felin. *in cap. cum contingat, de foro competen. in c. cum non liceat, col. 4. & 5. de præscript. ponit nouissimè Roch. de Curt. d. tracta. sectio. 1. num. 32. & sectio. 7. num. 3.*
18 Et pater non potest etiam cum iuramento † filium priuare alimentis, *cap. cum quidam, extra, de iureiur.* vbi dicitur, quod iuramentum est illicitum, *& ibi not. Bal. num. 2. & Felin. num. 11. Firmia. in suo repert. in ver. pater ale. num. 10. Bonacos. de æquit. canon. conclus. 3,* & ratio est, quia iuramentum nihil operatur in iis,
19 quę non pendent à potestate † iurãtis, vt quia contractus reprobetur fauore tertij, *Bart. in l. Titiæ Seio, §. Imperator, colum. 1. & 2. ff. de leg. 2. vbi etiam Bald. Idem Bald. & Salic. in l. 1. C. de inoffic. donatio. Tiraq. in præfat. l. si vnquam, num. 92. & num. 164. C. de reuoc. donatio. Castr. in cons. 346. num. 6. vol. 1.*
20 Tenetur item pater alere † filium emancipatum, *vt est text. expressus in d. l. si quis à liberis, §. 1. ff. de liber. agnoscend. & ponit Cagnol. in l. vnica, num. 25. C. quando non peten. par.* nec dubium facit, quia emancipa-
21 tus † habeatur pro mortuo, *vt in l. Gallus, §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu.* & non sit in patris potestate, *§ emãcipatione, Instit. quib. mod. ius patr. potest. soluitur.* nam ea obligatio alendi, non oritur ex iure patriæ
22 potestatis, sed ex sanguinis charitate, *vt probat † textus in d. l. si à liberis, §. vtrum, vbi Bar. in princ. id notat.* Proinde sat est, si sanguinis naturale vinculum duret, quod emancipatione non est ruptũ, & emancipatio, licèt tollat iuris ciuilis beneficia, non tamen
23 tollit iura naturalia & iura † sanguinis, *vt probatur in l. iura sanguinis, ff de reg. iur. & in § at ij, qui, & §. seq. vbi Ang. not. Institu. de hæred. quæ ab intest. defer. un. facit l. legatum, de cap. diminut.* vbi alimentis non attenditur ius, sed factum. Potest etiam dici, quod etsi emancipatio tollat ius patriæ potestatis, remanent tamen nonnullæ reliquiæ eius potestatis, quæ præcedebat, † *vt inquit Aret. in §. ius autem. Instit de patr. potesta. Ias. in l. quod dicitur, num. 34. ff. de verb. oblig.* Et harum
24 reliquiarum multi sunt effectus, & ante eos, quod emancipatus filius alendus sit, voluit Bald. *in d. l. vnica, num. 6. in fi. C. quando non peten. par. Ascan in tracta. de patr. potest. effec. 17. num. 20. cap. vlt. num. 89.* vbi dicit eidem deberi legitimam, & allegat multa, quæ apud eum videri poterunt.

SVMMARIVM.

1 *Adoptio hodie nihil immutat de iure naturalis patris.*
2 *Taxatiua excludit omnes casus, præter expressos. Limitatur num. 10.*
3 *Causa naturalis præualet ciuili, quando vtraque concurrit.*
4 *Adoptatus non vocat in ius patrem naturalem.*
5 *Legitima filio adoptiuo non debetur in bonis patris naturalis.*
6 *Pater adoptiuus tenetur alere filium adoptatum.*
7 *Declaratio §. sed hodie, Instit. de patr. potest.*
8 *Pater adoptiuus non tenetur legitimam filio adoptato relinquere.*
9 *Alere tenetur, quicunque tenetur tractare vt filium.*
10 *Taxatiua non excludit casus simules.*
11 *Adoptio imitatur naturam.*

QVÆSTIO II.



QVÆRO etiam, an pater adoptiuus teneatur alere filium, quē per adoptionem ſuſcepit? Et videtur quod non, *per tex in §. ſed hodie, Inſtitut. de patr. poteſt.* vbi quicunq; alij datur per adoptionem, non tranſit † in alterius poteſtatē, nec quic-
1 quam immutatur, niſi quod adoptiuo patri ſuccedit ab inteſtato, iura verò patris naturalis minimè diſſoluuntur, ergo pater naturalis tenetur filium alere non adoptiuus. Ad idem eſt tex. *in §. ſed ea omnia, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſtat. defer.* vbi excepto tantummodo ſucceſſionis caſu, omnia iura naturalis patris integra ſeruantur, ac ſi in eius poteſtate permanſiſſet, & non fuiſſet adoptatus: illa ve-
2 rò taxatiua † dictio, *tantummodo*, omnes caſus excludit præter expreſſos. *l. qui altena. §. libertos. ff. de negot. geſt. cap. ſi duo, de procur. in 6. Caſſa. qui plures allegat text. in conſ. 339. num. 2. volum. 1. cum ſimilibus.* Præterea, quando concurrunt cauſa naturalis & ciui-
3 lis, ſine dubio † prævalet naturalis tanquam potentior. *l. ſi. C. de his. qui ven. ætat. impetr.*

Rurſus dixi ſuprà, quod alimenta filio debentur naturali quadam ratione & ſanguinis charitate, *& probatur in l. ſi quis à liberis. §. & magis. ff. de agnoſcen. vel alen. lib. & hanc ſententiam probauit gloſ. in d. § ſed ea omnia.* vbi etiam dicit, quod non poteſt patrem na-
4 turalem † in ius vocare: *eam ſequuntur Io. Fab. & Ang. ibi, Bened. in c. Raynutius, in ver. vxorem nomine Adelaſiam, num. 738. de teſtam. Gul. de Ludo. ſing. 32. cum eis tranſit Tiraq. in l. ſi vnquam, in ver. ſuſceperit liberos, num. 8. C. de reuoc. donat.* vbi ſubdit, † quod ei quoque non debe-
5 tur legitima in bonis patris adoptiui, *Menoch. de præſumpt. quæſt. 31. num. 26.*

Contraria ſententia placuit Placent. **antiquo**
6 gloſſatori, quem † citat gl. *in d. §. ſed ea omnia, & ante eum Azo, quem citat ibi Io. Fab. Placuit item Specul. in titu. qui fil. ſint legit. num. 19. vbi ſequitur Ioan. And. Bald. in Authen. niſi rogati, num. 19. C. ad Trebellia. & in l. cum adoptiuis, num. 5. C. de adopt.* vbi mouetur ratione, quia vocatur ad ſucceſſionem inteſtati, *Lampertin. de iure patron. lib. 3. in 3. princip. q. art. 6. num. 15. Barbat. in c. Rayn. col. 29. verſ. præterea ſi dicatur, de teſta. & ante omnes gl. in l. onera. ff. de adoptio.* & hæc pars habet pro ſe textum, cui non poteſt commodè reſponderi, *in ea l. onera,* vbi dicitur in patrem adoptantem transferri onera eius, qui ſuſcipitur in adoptionem, & non poteſt negari, quin alimētationis onus ſit principale: & quamquis velint aliqui Moderni, nō concludere rationem Bald. *in d. l. cum in adopt.* nam eo, quod alicuius hæreditas deferatur alteri, non infertur, cogendum illum ad præſtandum alimēta ei, de cuius ſucceſſione eſt ſpes: tamen ea non eſt inepta, quia vt in diſcurſu huius operis demonſtrabimus, proximior grauatur onere alendi proximiorem. Non obſtat igitur textus *in d. §. ſed hodie,* vbi dicitur, quod iura patris naturalis minimè diſſoluuntur, quia re-
7 ſpondeo, textum illū intelligi † de actiuis iuribus, quæ patri contra filium competebant, non de paſſiuis, quibus pater erga filium tenebatur, ideo non
8 tenetur filio relinquere † legitimam, *ſecundum Bal. in d. l cū in adoptiuis. & Tiraq. in loco prædicto,* nec poteſt citari in ius ſine venia. Onera ergo omnia tranſeunt in adoptantem, ſed nō iura, quæ patri competebant. Eodem modo intelligi debet tex. *in d. §. ſed ea omnia.* Et licèt durum videatur, quod adoptiuus pater teneatur ad onera, & non acquirat iura naturalis patris contra *l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur.* tamen rectè intuenti ceſſat obiectum: nam onus alimentationis eſt onus, quod eſt annexum ipſi filio, ergo acceptando eum in filium, videtur ſe obligare ad ea omnia, quæ pater tenetur filio præſtare: pater autem tenetur alere filium, ergo & ado-
9 ptās, quia qui tenetur aliquem tractare † vt filium, tenetur illum alere, *ſecundum Bart. in l quidam. cum filium. ff. de verb. oblig. & dixi in tit. quando alimēta cenſeantur relicta.* Et quod dictum eſt de taxatiua, non pro-
10 cedit in caſibus ſimilibus. hi enim † non excluduntur. *l. obæs, vbi gl. C. de præd. min. gl. in ver. duntaxat, in l ſi mora. ff. ſolu. matrimo. Caſtr. conſ. 16. num. 8. volum. 1. Alexan. in conſ. 130. num. 8. volum. 4. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. num. 6. Pariſ. in conſ. 85. num. 14. volum. 2. Socinus iunior in conſ. 1. num. 138. volum. 1. Crot. in conſ. 136. num. 53. Euerar in loco 70 colum. 3. Gomeſ. de teſtam. cap. 11. num. 12. Natta conſ. 675. num. 13. Cæphal. in conſ. 257. numero 24.* Caſus autem alimentandi non eſt diſſimilis ſucceſſioni, cum ab vno ad alium rectè inferatur, vt ſuprà dixi defendendo. Et ex iis, quæ recenſet Tiraquellus *in dicta l. ſi vnquam, in verſ. ſuſceperit liberos. num. 20.* conſtat, præter ſucceſſionem in bonis adoptiui parentis alia iura competere filio, vnde deduci poteſt, taxatiuam illam non retinere ſuam proprietatem. Non obſtat etiam, quod concurrant cauſæ naturalis & ciuilis, quia imò non datur concurſus, ex quo onera ſunt in adoptātem tranſlata, *dicta l. onera. ff. de adoption.* & vna accedente, altera tollitur: nam tunc pater præſtat alimenta naturali filio, quando non habet aliunde: ecce ergo, quod non datur concurſus. Ita dicimus in filia nupta, quæ alitur à marito, non à patre: idem eſt in pluribus aliis. Poſtremò, nō facit difficultatem, quod alimēta naturali quadam charitate debeantur, quia hoc eſt verum, quando aliunde filius non habet, ſed cum patrem habet adoptiuum, ceſſat illa naturalis ratio, & charitas. Præterea adoptio
11 † imitatur naturam, *§. adoptio. Inſtitut. de adoptio.* pater ergo adoptiuus tanquam in locum naturalis ſubrogatus tenetur alimenta præſtare.

SVMMARIVM.

1 *Pater occidere poteſt filium bannitum. contra, num. 9.*
2 *Filius non alit patrem bannitum, intellige, vt num. 7.*
3 *Pater propter bannum priuatur iure naturæ.*
4 *Vxor tenetur alere maritum bannitum.*
5 *Capitis diminutio non tollit ius alimentorum.*
6 *Bannitus non amittit ea, quæ ſunt iuris naturalis.*
7 *Pater tenetur alere filium bannitum.*
8 *Pater alit filium etiam ſtante ſtatuto, quod bannito nemo ſubueniat.*
9 *Filius bannitus occidi non poteſt à patre, etiam diſponente ſtatuto, quòd banniti impunè occidantur.*
10 *Filius hoſtis patriæ poteſt occidi à patre, ſtante ſtatuto.*
11 *Capitulum primum, de pace tenenda, quomodo declaretur à Doctoribus.*

12 *Ius diuinum in obseruantia præferendum est naturali.*
13 *Intellectus c. 1. de pace tenen.*
14 *Rei suæ legem potest dominus apponere quam vult.*
15 *Matrimonium debet esse liberum.*
16 *Matrimonium si statuto sub pœna cum certis personis prohibeatur, sustinetur dispositio respectu pœnæ.*
17 *Pater ne alat bannitum filium, statuto fieri non potest.*
18 *Lex potest ex causa tollere ius naturale.*
19 *Princeps potest ex causa limitare & restringere ius diuinum, non contra, sed in fauorem.*
20 *Causa iusta semper in Principe præsumitur, vbi ampliatur.*
21 *Princeps cum dicit se moueri ex causa publicæ vtilitatis, credendum est.*
22 *Patriæ plus debemus, quàm parentibus.*
23 *Patriæ prius obediendum est, quàm parentibus.*

QVÆSTIO III.

SED an pater teneatur alere filium bannitum, diceret aliquis, quod non, quia bānitus dicitur hostis ciuitatis, & quem-
1 admodum † occidi potest, *secundum Bart. in l. si adulterium cum incestu. §. liberto. ff. de adulter. vbi Alexan. in addit. 10. hoc no. Iaſ. in l. omnes populi num. 47. ff. de iustit. & iu. Gerar. in sing. 2. Marsil. in cons. 119. num. 18. & in l. vnica. num. 20. C. de rapt. virgin.* qui omnes dicunt, filium posse bannitum patrem occidere, & econtrà, ita possunt illi denegari alimenta. *l. necare. ff. de liber. agnoscen. l. nihil. ff. de sicar.* Item de hoc est tex. expressus *in c. 1. de pace tenen. & eius violat.* vbi expressè
2 prohibetur, filius † ne bannitum patrem alat, sub pœna amissionis bonorum, & ibi Baldus notabiliter dixit, quod pater propter bannum priuatur
3 iure † naturæ, Et Afflict. *ibi in 11. nota. num. 22.* subdit hoc esse mirabile, verior tamen est contraria opinio, quod pater alat bannitum filium, quia idem
4 videmus dispositum in vxore † *l. mutus, §. manente. ff. de iure dot. & in Authent. de incestis nuptiis, §. si verò contigerit, & in Auth. vt cum de appel. cognoscit. §. si verò de prædictis.* Secundò, facit text. *in l. eas, & l. legatum. ff. capit. dim.* vbi debitum alimentorum non intercidit propter capitis diminutionem, † ex quo consistit in pacto, nō in iure. Tertiò, licèt pater sit bannitus, remanet tamen pater, & non desinit esse talis. *d. §. si verò contigerit.* donec ergo durat naturale vinculum, durat obligatio, quæ ex eo causatur, & iuuat repetere, quod lex ciuilis non tollit iura na-
6 turalia, & bannitus non † perdit ea, quæ sunt iuris gentium, *Bar. in l. emissionem. §. qui deficiunt. ff. de capit. dimin.* Et dicit Bal. *in cons. 54. vol. 5.* quod banniti, quæ communis est omnibus, retinent naturalem affe-
7 ctionem. Etin hanc partem † descendit Rainer. de Forli. *in d. l. si quis à liber. §. sed vtrum, Ang. in Auth. de incest. nupt. num. 1. Nellus in tract. de bannit. in 1. par. 2. tempor. num. 48. vbi disputat quæstionem, Duennas, reg. 68. limi. 10. vbi tamen multos citat, qui hoc non dicunt, præter Gomes. in §. fuerat, num. 32. Instit. de actio. Cæphal. in cons. 324. num. 12. & Ascan. Clemen. in d. tract. de patr. potesta. effec. 17. num. 10. & hanc probauit Soci. Iun. in cons. 54. num. 16. vol. 3.* Facit, quia etiam deportato & relegato reseruatur facultas consequendi alimenta, vt dicam suo
8 loco, & procedunt hæc etiam stāte † statuto, quod bannito non præstentur alimenta, quia intelligi debet, quoad eos, qui nō tenentur naturali ratione. Ita per multa concludit Socin. Iun. *in cons. 54. per totum, vol. 3.* vbi inquit, quod etsi verba statuti sint generalia, puta, *che niuna persona di qual si voglia stato, grado, ò condition si sia, possa in modo alcuno, sotto qual si voglia pretesto, ò colore dare aiuto, ò sussidio con parole, ò fatti a qual si voglia bandito,* tamen fore restringenda, ne comprehendant patrem. Idem tenent Benin. *de pauper. quæst. 7. in 2 spec. num. 7. Duen. Cæphal. & Ascan. in locis prædictis.* Et non obstat, quod filius sit hostis ciuitatis, & possit occidi, quia respondetur contrarium esse verum, quod scilicet stante statuto, quod bannitus possit impunè occi-
9 di † non potest, *Dynus & Angelus in dicta l. si adulterium cum incestu. §. liberto. Alberic. de statut. par. 4. quæstio. 16. & 27. Nellus in tracta. de bannit. in 2. par. 2. tempor. quæst. 12. Cæpol. cons. crimin. 5. colum. 4. & 5. vers. octauò hoc probatur, vbi allegat Gand. & Francisc. de Aretin. Felin. in cap. quæ in ecclesiarum, colum. 3. vers. secundus casus, de constit. vbi quod ante casum, hac est tenenda opinio.* Et *ad l. minimè. ff. de religio.* respondent prædicti Doctores, quod procedit, quādo filius venit contra patriam,
10 & ea ratione fuit bannitus, † secus, si ex alia causa. *idem Nellus d. 1. par. 2. tempor. num. 48. ita etiam declarat Duen. dicta limitatio, 10. ver. & non obstat tex. Tiraquell. post Alexan. quem citat in tracta. de pœn. temper. cau. 20. num. 11. vbi ita dictam legem intelligit Ignē. in l. 3. §. si quis tabulas, num. 36. ff. ad Sillan. Socin. Iun. in cons. 54. num. 18. volum. 3.* Quinimò gl. *in d. l. minimè,* intelligit, quod solum liceat occidere se defendendo, *sequitur Marsil. in l. 1. §. præterea, num. 33. ff. de quæstio.* Non obstat
11 text. *in d. c. 1. de pace tenen.* quia ibi casus † est specialis, qui ideo trahi non debet in consequentiam. *l. ius singulare, & l. quod verò contra. ff. de legib. ita respondet Nellus, d. num. 48. & Duen. d. limitatio. 10 vers. nec obstat text.* Aliter tamen respondet Afflict. *in d. c. 1. in 11. no. num. 22.* quia scilicet promiserat pater cum iuramento, non alere filium bannitum. Tenetur ergo obseruare iuramentum, & colligit, quod tenetur
12 quis potiùs ad obseruantiam iuris † diuini, id est, iuramenti, quam iuris naturalis, quo tenetur alimenta præstare. Sed contra hanc rationem posset quis instare, quod iuramentum contra ius naturale non obligat, *vt per Bartolum & Doctores in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso.* & dictum est suprà, quod pactum etiam iuratum non præiudicat in causa alimentorum, sicut etiam diximus non valere legem, quæ tolleret alimenta debita iure naturæ. Propterea videtur mihi aliter respondendum, quod ille text.
13 non dicit, † simpliciter patri alimenta fore deneganda propter bannum, sed inquit, filium præstantem alimenta patri bannito, priuandum esse bonis, quæ sub eo modo fuēre filiis applicata, ne pater ministraret alimenta. Potuit enim Princeps
14 † rei suæ legem apponere quā voluit, *l. in traditionibus. ff. de pact. latè dominus Decius in cons. 10. num. 25. & 26.* quam ex quo ille non seruat, priuandus est, atque ita valet dispositio, quoad pœnam amissionis bonorum, quæ sub ea lege cōcessa fuerunt, licet non valeat, quoad hoc, vt patri denegentur alimenta.
15 Pro quo facit, quod etsi matrimonia † sint libera.

Gemma.de ſponſa. tamen ſtatutum prohibens matri-
16 moniũ ſub pœna, ſuſtinetur reſpectu pœnæ, † *ſecundum Cagnol.qui alios citat in l.ſi quis maior.num.215.C. de tranſact.* & priuari quis poteſt lucro, niſi contrahat cum tali, *vt per Dec.in l.1 C.de inſtit. & ſubſtit.ponit Cravet. conſ.1.* Poſſet etiam dici, quod illa promiſſio non alendi patrem, tanquam turpis & contra ius naturale, non obligat, & habetur pro non appoſita, ideo erit cogitandum.

Ampliatur autem hæc concluſio, vt ſit nullum
17 ſtatutum, quo expreſsè diſponitur, patrem † non poſſe alere filium bannitũ, *vt per plura concludit Igne. in l.3.§.ſi quis tabulas, num.36.ff. ad Sillan. quem citat, & ſeq.Socin.iun.d.conſ.54.num.12.vol 3.* In quo tamen aliqualiter ſubſiſtendum eſt, quia lex poteſt ex cauſa
18 tollere † ius naturale, *vt per Dec. in d.l. iura ſanguinis, num.3.* ſicuti enim lex multis in caſibus denegat filio alimenta, de quibus tractabimus, ſeparato titulo, ita & poteſt hoc facere ſtatutum: an verò bannum ſit iuſta cauſa, hoc eſt, de quo quæritur. Et ſanè, quando ideo ſtatuerunt Principes, quia multi eſſent banniti, qui aliter non poſſent arceri à finibus ſui territorij, vel quando damno eſſent reipublicæ, vel quando ex alia cauſa, cõcernente tamen publicã vtilitatẽ, fieret hũiuſmodi ſtatutũ, crederem valere, quia Princeps ex cauſa poteſt, ne dum
19 naturale, ſed diuinum † etiã ius limitare, & reſtringere, non contra, ſed in fauorem, *vti poſt multos declarat Felyn.in c.quæ in eccleſiarum, num.3.verſ.prima concluſio, de conſtitut.* vbi, *col.4.verſ.procedit ergo dictũ*, concludit, in dubio præſumi, quod ſtatutum factum ſit ex cauſa publicæ vtilitatis. Pro quo facit, quod in
20 Principe † ſemper præſumitur cauſa iuſta, *Cyn. poſt antiquos, in l.ſi.circa fi. C.ſi contra ius, vel vtil.pub.* vbi loquitur etiã in his, de quibus ſine cauſa non poteſt diſponere: *ſequitur Bal.ibi*, qui vult, quod non detur in contrarium probatio, *Butr. & Abb.in d.c. quæ in eccleſiarum*, Natta *in conſ.487. num.41.* id quod procedit ſine dubio, quãdo in decreto atteſtaretur Prin-
21 ceps, id ſi facere † cauſa publicæ vtilitatis, *Natta ibi, num.43. Rol.in conſ.1.num.190.vol.2.* Limitatur tamen hæc deciſio, vt non procedat, quãdo filius ideo foret damnatus, quia contra patriam veniſſet: tunc enim pater ei nõ tenetur alimẽtis ſubuenire, quia
22 patriæ plus † debemus, quam parentib. *d.l. minimè, & clariùs in l veluti.ff.de iuſtit. & iu.* vbi probatur, nos primũ patrię naſci, atq; ei potius quam parentibus
23 teneri ad obedientiã præſtandum, *ita † declarat Ang. in d.Auth.de nupt.§.ſi verò contigerit, quem ſequuntur Alb. Cæpol. Nellus, Igne. Soc.iun.Duen. & alij ſupracitati.*

SVMMARIVM.

1 *Pater hæreticus, Iudæus, vel infidelis, tenetur alere filium orthodoxum.*
2 *Pater non ſubtrahit alimenta filio ſub prætextu religionis.*
3 *Pater Iudæus tenetur dotare filiam, quæ conuerſa eſt ad catholicam fidem.*
4 *Mater tenetur dotare filiam Chriſtianam, etiamſi pater dives ſit.*
5 *Legitima filio orthodoxo debetur viuente patre Iudæo, vel infideli.*
6 *Legitima ſtatim filio aſſignatur, quando pater ingreditur monaſterio.*

QVÆSTIO IIII.

VID autem ſit in filio orthodoxo, & fideli, an ei pater hæreticus. Iudæus, vel infidelis teneatur exhibere alimenta: non videtur in hoc laborandum, quia habemus tex. expreſsè de-
1 cidentem, † quòd ſic, *in d.l.cognouimus.§.ſed ne videamur.C.de hæret.* quem Salyc.ibi dicit eſſe notandum contra Iudæum, qui recuſat alere filium Chriſtianum. Et dicit Bal. *in l.neq; mater, num.2. C.de iure dot.* quod filij Iudæorum conuerſi ad fidem, ali debent à parentibus, & Salyc. *ibi*, dicit hoc procedere in filiis Sarraceni, vel Iudæi. Ij enim, ſi orthodoxi ſunt, aluntur à patribus, quamuis diuerſæ ſectæ. Et Ang. *in §.fuerat, Inſtit.de actio.* dicit eſſe multũ notandum, & ſe habuiſſe de facto paucis ante dieb. *ſequitur Iaſ. ibi, num.114.* qui ait tex. *in d. l. cognouimus*, eſſe ſingularem, & pendere ſuo tempore quæſtionem Papiæ, *Io.de Anan.in c. Iudæi, il ſecondo, nu.4. & 5 de Iudæis, Brun. in tract.de ſtatut.excluſ.fœmin.in 6.art.princip.num.61. & ſeq. Plot.de in lit.iur.§.8.num.17. Marquard. in tract.de Iudæis, lib.3.c.4.num,1. & ſeq.* Et ratio eſt, quia filius propter conuerſionem ad fidem catholicam non debet eſſe deterioris conditionis, ſed melioris, *d.c.Iudæi.* Et dicit tex. *in c.1. & in c.ſi quis reliquerit, 30.diſtinct.*
2 quod prætextu religionis, aut fidei pater † non debet filio alimenta, vel alia ſubſidia denegare. Et popterea Aſcan.Cle. *in tract.de patr. poteſta.effect.7. in fi.* concludit & ipſe, præſtanda eſſe filio alimenta à patre, vel Iudæo, vel alterius ſectæ, & per eandem rationem concludũt Doctores, *per tex. in d.l. cogno-*
3 *uimus*, quod pater tenetur dotare filiam † quę ſit ad fidem conuerſa. Idem voluit gl. *in l.neque mater.C.de iure dot.* vbi Bal.Salyc. & alij, & fortius ea gloſ. vult, quod etſi aliâs mater non teneatur dotare filiam, niſi in ſubſidiũ, vbi pater eſt egenus, tamen fauore fidei, ſi filia orthodoxa ſit, teneatur mater dotem
4 dare † etiamſi pater ſit diues, *ſequitur Anan. in d.c.Iudæi, Ang.in d.§. fuerat, vbi Iaſ. num.115. dicit notandum, ſequitur etiam Bru. Marquard. & Aſcan.* imò, vt ei, qui ad fidem conuerſus eſt, maior exhibeatur fauor. Dixit Io.de Anan. *in loco prædicto*, quod talis filius con-
5 uerſus † ad catholicam fidem poteſt patrem compellere adhuc viuentem ad ſibi conſignandum legitimam. Sequitur Brun. *vbi ſuprà*, qui etſi primum dubitet, tandem reſoluit, quod attendenda ſunt ſtatuta, Plot. *loco prædicto.* Eſt verum quod Ioan. Licirier *in tract.primogen.lib.1. q.17. num.1.* tenet contrarium, ea motus ratione, quod Iudæi iure Romano reguntur, ſecundum quod legitima filio non præſtatur patre viuente, *l.1.§.ſi impuberi.ff.de collatio.bono.* & cum eo tranſit Aſcan. *loco prædicto.* Et dubitatio quã monuit Brun. *in d.art.6.* nihil pertinet ad quæſtionem, quia ſiue ligentur ſtatuto, ſiue non, nihil infertur ad aſſignationem legitimæ. Mihi verò videtur ſanctam & iuſtam eſſe Anan. ſententiam: ſicuti enim mater tenetur filiã dotare eo caſu, quo aliâs non teneretur, vt magis religioni faueamus, quare non eodem modo obligabitur pater legitimam an-

mam ante tẽpus assignare, ne si differatur exactio in mortis æternæ tempus spe illius legitimæ filius, vt patri sit gratior, & pinguiorem consequatur legitimam, interim inducatur ad fidem catholicam deserendã, & Iudaisinum repetẽdum. Addo etiam pro hac parte facere glos. sing. *in c. transmissæ. qui fil.* 6 *sint. legit.* quæ vult, quod legitima statim † filio assignetur, quãdo pater monasterium ingreditur. Et eã multũ ibi commẽdat Abb. & probauit eius sententiã Bal. *in Auth. si qua mulier. C. de sacros. eccl. Aret. in l. 1. nu. 6. ff. de testam. Anan. in c. 2. nu. 2. de delict. puer. Dec. in cons. 426. nu. 7. Bal. Nouel. in tract. dot. par. 1. col. 3.* Si ergo ingressus patris in religionem id operatur, quare non idem operari debet filij ingressus ad catholicam fidem, quam ante pernegabat.

Est etiam quæstionis, *an pater filio excommunicato teneatur alimenta præstare?* Item, *an filiæ, quæ peccauit in suum corpus, & an filio luxurioso malè morigerato, & vitæ culpabilis, & an multũ aliis casibus filius ali debeat à patre?* Sed eos qui in negatiuam resoluuntur, reseruandos duxi in eam partem, vbi tractabo *de causis, quibus filio alimenta iuste denegantur.*

SVMMARIVM.

1 *Venter prægnans alendus est, etiam quando dubium est, si prægnans sit.*
2 *Venter prægnans matris, alitur de bonis mariti, etiam si ipse dives sit.*

QVÆSTIO V.

DE filio in lucem edito, non est dubium, quin pater illi alimenta præbeat secundum supradicta, sed mortuo patre, si dubitatur, ne vxor prægnans sit, an venter sit alendus. Et sanè non videtur, quia cum non sit natus, non eget alimẽtis, & dum est in vtero, alitur materno sanguine, *vt per Aul. Gel. Noct. Attic. lib. 12. c. 1.* Et si mater postquã filium peperit triennio, tenetur alere, multo magis alimenta præstabit ei, quem in vtero gestat, & cum alatur immediatè à matre, non sunt alimenta præstanda ei, qui habet aliũde, vti hæc omnia probabimus iis in locis, quibus cõmodius eas quæstiones pertractari cõtinget. Con-
1 tra tamen statuit ius, non modo ventrem † alendum, quando certum est esse prægnantem, sed etiam, quando est dubiũ, *est tex. in l. 1. §. sed etsi in certum sit. ff. de vent. in poss. mitt.* Et mouetur ratione, quia æquius est, impendia frustra fieri aliquando, quam alimenta denegari ei, qui aliquo casu futurus est, *Duen. Masuer. & Moder. Paris. quos citat Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 35. num. 14. Cordub. d. l. si quis à liberis. §. item rescriptum. num. 4. ff. de libe. agnosc. addo Bald. in l. diuortio. col. 2. ff. solu. matrimo. vbi quod non compensat cum fructibus suarum dotium, vide ibi Rom. num. 15. Ioan. num. 16. in fi. Cordub. d. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. num. 116. ff. de lib. agnos. Rebuf. tom. 1 de senten. prouis. artic. 1. gl. 2. num. 12. & vide Vital. in loco infra allegando.* Hæc autem alimenta matri præstantur intuitu ventris, & proinde censentur ventri præstari, nec hoc casu matris persona attenditur. Qua ratione etiamsi mater sit dives, & possit de proprio se ipsam alere, percipit nihilo-
2 minus alimenta ex mariti hæreditate, † *probatur in l. curator. ff. de vent. in posses. mitten.* An autem repetantur, si reperiatur deinde eam non esse prægnantem, suo loco dicam, & de hoc vide *vbi tractabimus de hærede, qui tenetur filios defuncti alere, & omnino Vital. in tracta. clauss. tit. an aliment. renuncia. poss. colum. 7. vbi, an quando aliunde habet.*

SVMMARIVM.

1 *Filius, contrahens matrimonium sine patris consensu, exhæredari potest.*
2 *Exhæredari qui potest, excludi etiam potest ab alimẽtis.*
3 *Patris consensus in matrimonio filij requiritur de honestate, non de necessitate.*
4 *Matrimonium si statuto prohibeatur sub pœna, licet matrimoniũ non impediatur, pœna tamen committitur.*
5 *Filia, quæ nubit indigno, exhæredari potest.*
6 *Matrimonium sine patris consensu valide contrahitur.*
7 *Matrimonij materia vbi tractatur, ius Can. attenditur.*
8 *Matrimonium quod sine patris consensu contrahatur, statuto induci non potest.*
9 *Matrimonium ne contrahatur sine consensu patris, pacto disponi non potest.*
10 *Pœnam non meretur, quod fit lege permittente.*
11 *Filius alimentis non priuatur, eo quod contraxerit matrimonium sine patris consensu.*
12 *L. 1. §. si emancipatus, il primo. ff. de cõtratab. est correcta.*
13 *Principali sublato tollitur omne consequens.*
14 *Iniuriam non infert, qui vtitur iure suo.*
15 *Matrimonium debet esse liberum etiam à pœna.*
16 *Argumentum à dote ad alimenta, non valet negatiuè.*
17 *Filia quæ inuito patre nupsit, petit nihilominus dotem à patre, vbi, quid si nupsit indigno.*
18 *Pater sciens filiam nupsisse, & tacens, videtur consentire.*
19 *Consensus hominis superueniens, validat alienationem feudi, ipso nescio factam.*
20 *Dominus sciens feudi alienationem, & contradicens, videtur consentire.*
21 *Indignus quis dicatur, quando quæritur, an filia indigno nupserit.*
22 *Doctori si nuberet Comitissa, non diceretur indigno nupsisse.*
23 *Dos est necessaria ad sustinendum onera matrimonij.*
24 *Pater tenetur dotare filiam, quæ post annum vigesimum quintum nupsit indigno.*
25 *Pater tenetur dotare filiam, quæ post annum, quo nupsit patre inscio, si expectauit tempus congruum secundum patriæ morem.*
26 *Pater tenetur alere filiam, quæ indigno nupsit, si neque ipsa, neque vir habeat aliunde.*
27 *Violata nubens tenetur exquirere patris consensum.*
28 *Filia emancipata tenetur adhibere patris consensum, quando vult nubere.*
29 *Consensus patris in nuptiis filiæ est requirendus de honestate tantum, non de necessitate.*
30 *Filia emancipata potest nubere sine patris consensu, exactu annis viginti quinque.*
31 *Vidua si velit nubere sine patris consensu, poterit pater ei primam dotem minuere.*

QVÆSTIO VI.

QVOD si filius, sine patris consensu, vxorem duxit, videtur alimentis priuandus, nam ex iis causis potest priuari alimẽtis, quibus potest exhęredari, vt est commu-

nis regula, quam alia in parte pertractabo, vt filius contrahens matrimonium sine patris cõsensu ex-
1 hæredari potest, *vt* † *voluit Cast. in l. si filiã, C. de inoff. testam.* qui etsi loquatur in filia, tamen vult idem esse in filio, *argum. l. 1. §. si emancipatus, tit. ff. de contrat. ab.* & quamuis aliqui teneant, quod nunc nõ possit filia vel filius exhæredari ob eam causam, tamen correctio iuris ciuilis, quę fuit inducta ex dispositione iuris canonici, volẽtis, quod libera sint matrimonia, & consensus patris minimè sit necessarius, locum habet solũ respectu exhæredationis, sed non quoad alios effectus, propterea qui olim exhæredari
2 poterat, nunc † excludi potest ab alimentis, vel à dote, *vt declarat Ruin in cons. 131. nu. 6. vol. 4.* Et certum est, qp patris cõsensus in matrimonio filij vel filiæ †
3 requiritur de honestate, *secundum gl. in d. c. cũ virum. in ver. paterna: de regula & in c. sufficiat, in ver. solus, 27. q. 1.* ergo inhonestè facit filius, contrahẽdo insscio patre, & non benè infertur, matrimonium valet sine patris consensu, ergo exhęredari non potest. Nam etsi matrimonij substãtia non possit à statuto impediri, tamen si imponatur certa pœna cõtrahen-
4 tibus matrimoniũ sine patris consensu, † erit pœnæ locus, *secundum Bal in l omnem, circa fi. C. ad Tertull.* pœna enim est quid separatũ à vinculo matrimonij. Hæc verò sententia locum multo magis vendicare videtur, quando duo concurrunt. Primum, quòd sine patris consensu matrimonium sit contractum: secũdum, quòd cum muliere inhonesta,
5 vel si filio viro † nubat indigno, *ita gl. in c. de raptoribus, in ver. excusato, in fi. 36. q. 1.* & hoc etiam vult Bald. loquendo in filio, *in l. nec filiũ. C. de nupt.* vbi ait, quod potest exhęredari. Mouetur per tex. *in l. 3. §. emancipatus. ff. de contrat ab.* Idem voluit Bal. *in l. si pater. C. de sponsal.* Butr. *in c. accedens, de procu. Anch. in cons. 21. num. 6.* qui etiam dicunt, quòd pater non tenetur dotare filiã, quæ nupsit indigno sine suo consensu, & hoc etiam voluerunt gl. & Archi. *in c. cum causa, de raptor. vbi etiam Abb. Io. And. in d. c. accedens, Salic. in l. si vt proponis, la 1. C de nupt. & Bald. in l. 1. col. 9. ff. solu. matrim. Alex. in cons. 97. num. 10. vol. 1. Ias. in l. 2. §. quod si in patris, nu. 28. ff. solu. matr. Ruin. in cons. 131. num. 5. vol. 4. vbi post Ias. in loco prædicto, dicit esse communem.* non enim filia debet dotem sperare à patre, quem tam graui iniuria affecit. *l. si quis à liberis. §. idem iudex. ff. de lib. agnosc.* Esset quam indignum patrem cogi ad dotandũ filiam, quę se & totam familiam dedecorauit. *c. honorantur, 32. q. 2* Et quamquam ius canonicum remoueat id, quod pertinet ad matrimonij validitatem, non tamen remouet iniuriam, & ingratitudinem patri illatam, propter quam pater potest denegare dotem & exhæredare. *ita respondet gl. in c. cum secundum, in ver. legali infamiæ, extra, de secund. nupt.* & prędictam opinionem, quod non sit dotanda filia, quæ indigno nupsit, sequutus est Coras. *in d. l. qui liberos, num. 110. ff. de ritu nupt.* & quicquid sit in masculo, obtinere debet hæc opinio in filia, nubente indigno. Ita resoluit Coras. *in d. l. qui liberos, num. 10.* dicens in masculo esse correctũ id: quod faciliùs admittit Dec. *con. 231. num. 3.* contraria tamen sententia est verior, & rationi atque æquitati magis consona, quandoquidem matrimonia debent esse libera, *c. Gemma. de*
6 *sponsal.* & validè † filius matrimonium contrahit sine patris consensu. *gl. in c. fi. 22. q. 2. gl. pen. in c. 1. de desponsat. impub. vbi eam sequitur Abb. idem dicit gl. in l. Paulus, ff. de sta. hom.* licèt de iure ciuili patris consensus sit necessarius, *vt Instit. de nupt. in princ. d. l. Paulus. ff. de sta. hom. l si vt proponis, la 2. C. de nupt.* Verùm cum matrimonium res sit spiritualis, attendendum est ius †
7 canonicum, *c. fin. de secund. nupt. §. hunc igitur. ibi, leges seculi. præcipuè in matrimonijs canones sequi non dedignantur. 2. quæst. 3. Ange. in cons. 29. in primo dub. But. in cons. 35. in princ. Abbas in d. colum. 2. de sponsal.* Ideo statutum, quod filius non possit matrimonium contra-
8 here † sine patris consensu, non valet, *secundum Io. And. in c. statutum, il 1 in vers. & facit decretalis ad quæstio. in fin. de hæret. in 6.* Sequitur Rimin. & alij ibi, & subdit, quod leges requirentes consensum parentum, correctæ sunt, But. & Abb. *in c. 1. de sponsal. in cons. 12. nu. 2. vol. 1. Anch. d. cons. col. 2.* vbi dicit, quod sicuti per ius canonicum correcta sunt iura ciuilia, quæ patris consensum requirebant in matrimonio filij, ita non valet statutum, quod reducit homines ad ius ciuile, & hãc dicit esse magis communem opinionem Doctorum, quia matrimonia spectant ad ecclesiam, & subdit, quod statutum est contra bonos mores, atq; ideo etiam pactum non valet, in quo
9 † patris consensus requiritur, & idem omnino dicit Alexand. de pacto & statuto *in cons 1. num. 24. & seq. in 3. volum. & in cons. 79. num. 7. & seq. vol. 7.* vbi latissimè differit inferendo ad pactum, & cumulando rationes Dec. *in l. nuptias, num 9. ff. de reg. iur. & in cons. 231. col. 2.* & ideo cum lex permittat filio contrahere matrimonium sine patris consensu, non potest exhæredari. Quod enim sit permittente le-
10 ge † non meretur pœnam, *l. Gracchus, C. de adulter.*
11 *qui peccat. c. 24. quæst. 4. & in terminis hoc* † *voluit Abb. in d. cons. 12. Ancha. in d. cons. 21. Dec. in d. cons. 231. & in d. l. nuptias.* In quibus locis latissimè examinat hanc quæstionem Didac. *in epit. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 3.* vbi tamen loquitur, quando filius vxorem ducit honestam sine patris consensu, *Ascan. Clem. in d. tracta. de patr. potesta. effectu 17. num. 17.* vbi infert, quod propter hanc causam alimenta denegari non possunt.

Non obstat igitur dictum Castren. *in dicta l. si filium, C. de inoffic. testam.* quia contra eum tenent Abbas, & Anch. & alij suprà citati, & *l. 1. §. si emancipatus,*
12 quia Castr. mouetur, est † correcta, & hodie non habet locum, inquit Bartolus ibi. & dum dicitur, quod lex canonica non remouet ingratitudinem, & iniuriam, quæ patri infertur, non requirendo eius consensum, qua ratione potest secundum aliquos exhæredari, non est concludens ratio. Nam lex canonica non plenè consuluisset pro libertate matrimonij, si iura ciuilia reuocasset solùm, quoad validitatem, non autem quoad remouendum pœnam. Priuationis pœna enim ea est, quæ magis remoueret à contrahendo matrimonium, proinde sublstulit lex canonica non solum inualiditatem, sed etiam pœnam, & sublato principali, tolli-
12 tur omne † consequens, *l. nihil. §. cum principalis. ff. de reg. iur. & l. cum principalis. ff. eo. vbi Dec. & Cagnol. c. accessorium, de reg. iur. in 6. & post hæc scripta vidi Ias. ita*

benè dis-

benè differentem in l. sed si post, num. 5. C. de inoffic. testam. Præterea dico, quod stante dispositione iuris Canonici, filia nubendo sine patris consensu non af-
14 ficit patrem iniuria. † nemini enim facit iniuriam, qui vtitur suo iure. *l. quod reipublicæ, & l. iniuriarum. ff. de iniur.* & tunc erit iniuria, quando patris consensus est necessarius, at cessat iniuria sublata necessitate consensus. Addo, quod vbi etiam posset dici iniuria, non tamen est talis, quæ præbeat iustã causam exhæredandi, si iam non consideremus necessitatẽ, quæ erat iure ciuili inducta. Similiter, quod dicebatur, valere pœnam indictam, licet dispositio non valeat per quam matrimonia prohiben-
15 tur, habet † aptum responsum apud Dec. *in d. l. nuptias. & in d. cons. 231. vbi reprehendit Bar. in l. adiicimus. C. de murilegul. lib. 11.*

Non etiam refragatur, quod pater non teneatur filiã dotare, quæ nupsit sine suo consensu, nam vbi hoc verum esset, nõ infert ad alimenta: quandoquidẽ, vt aliâs dixi, non valet argumentũ à dote
16 ad alimenta negatiuè, quia magis † debentur alimenta, quam dos, *Imo. Rom. & Alex. in l. 1. ff. soluto matrim.* Respondeo etiam, quod in contrarium est
17 communis opinio, quia etiam, quæ † nupsit inuito patre, petit dotes, *gl. in c. fin. in gl. 1. 32. q. 2. & gl. in c. de raptoribus, in vers. excusata. 36. q. 1. & eam seq. Ia. in l. sed si post, num. 5. C. de inoffic. testam. & in Auth. res quæ, num. 15. C commu. de leg. Campeg. in tracta. dot. par. 1. q. 13. vbi allegat Bald. & Rom. Boer. in decis. 130. num. 8. vbi loquendo de ea, quæ digno viro nupsit. allegat Bart. Bal. Ang. Sali. Cast. & multos alios, & inducit multo textus, latè Didac. de sponsal. part. 2. c. 3. §. 8. num. 5.*

Quatenus verò dictum est, contrariam opinionem procedere, quando nupsit indigno, responderi potest, quod Imo. *in c. accedens, de procurat.* tenet contrarium, quia neutra est iusta causa exhæredationis, non quidem, quod sine consensu nupserit, quia in lege canonica est sublatum: nõ etiam quia nupserit indigno, quia hæc causa non est iusta, & non reperitur enumerata, *in §. causa, in Auth. vt cũ de appellatio cognosc. & Imol. seq. Alex. in l. 1. nu. 32. ff. solu. matrim. Ias. in l. sed si post, in fi. Dec. d. cons. 231. & in d. l. nupt. Campeg. de dot. par. 1. q. 13. Didac. de sponsal. par. 2. c. 3. §. 8. num. 5.* Sed si verum dicere fas est, ea sentẽtia, quod nubendo indigno sine patris consensu, non possit dotem petere, est communis: nam vltra supra citatos, pro cõtraria parte, etiam tenet Bal. nouell. qui optimè differit *in tracta. dot. part. 6. priuileg. 16. col. 4. & Lup. melius cæteris, in rep. cap. per nostras, in 2. not. §. quod habet concurrere, num. 1. & seq de donat. inter vir. & vxor. Syl. nup. lib. 2. num. 36. Iacob nouell. reg. 139. num. 3. Fabian. in Authen. nouissima, num. 176. C. de inoffic. testam. Paris. 29. colum 3. volum. 3. Didac. d c. 3. §. 8. num. 7.* Erit ergo conclusio, quod filius vel filia consequetur alimenta à patre, etiamsi matrimonium contrahat sine illius consensu. Fallit tamen, quando vltra spretum patris consensum filius indignam duceret vxorem, vel filia nuberet indigno.

Aduerte tamen in proposito, quod satis dicitur
18 pater consentire matrimonio, si sciens † tacet, & non contradicit, quia dicitur cõsentire, si euidenter non dissentit. *l. in sponsalib. §. 1. ff. de sponsal. cap. honorantur. §. idem, 32. q. 2.* vbi idem operatur taciturnitas, post iam contractum matrimonium, quod expressus consensus à principio, & probat latè Anchar. *d. cons. 21. col. 2.* vbi addit, quod consensus hic colligitur etiam ex verbis paternis, & quod sufficit si superueniat post factum, pro quo facit, quod di-
19 cimus de † consensu domini, qui conualidat venditionem feudi iam factam ipso inscio, si superueniat, *Isern in c. 1. in princ. num. 14. & ibi Aluar. nu. 15. de prohib. feu. alien. per Feder. Gozad. in cons. 26 num. 9. Curt. iun. de feud. in 4. par. princ. in 2. reg. q. 2. Soc. iun. in cons. 97. numero 16. vol. 2. Natta in cons. 475. num. 13. vbi addit Iac. de Ardizo. in sum. tit. quib. mod. feud. amittat. vers. consensum autẽ. adde Dec. in cons. 144. nu. 1. Crau. pro genero, nu. 379. & seq.* intelligendo tamen, nisi agatur de præiudicio tertij, *vt per Rol. in cons. 2. nu. 146. vol. 1. de quo videndi sunt Bero. in cons. 73. num. 8. vol. 1. Menoch. in cons. 1. num. 405. cons. 38. num. 32. Bertran. cons. 49. num. 25.* Imò in feudo
20 sufficit, † quod sciens dominus non contradicat, *gl. in c. 1. in ver. permissione, quam ibi not. Bal. de prohib. feud. alien. per Lothar. Aluar. c. 1. § præterea, quib. mo. feu. amittat. communem dicit Iacob. in sua inuestit. in ver. & cum pacto de non alienando, num. 20. & Curtius iun. loco prædicto, vers. & in primis folio mihi 48. Ias. in l. quæ dotis, num. 88. ff. solu. matr. Capic. decis. 100. num. 6. Clar. de feud. quæst. 31. in fine.*

An autem filia nupserit digno, vel indigno, at-
21 tendi debet vtriusque † coniugis progenies, scientia, diuitiæ, & alia, & secundùm ea prudẽs iudex æstimabit, an indigno nupserit, *iuxta not. per Io. And. & alios in c. super eo, il secondo, de testib. Bar. in l. si rogatus. ff. de manum. vindic. Alex. In l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. matr. declarat in proposito, Lup d. c. per vestras. §. tertiũ, quod habet concurrere, num. 4. & 12.* Et ibi *à num. 1.* latè tractat, de importãtia indignitatis alterius ex coniugibus, præcipuè quoad prolẽ. Et ne id videatur parui admodum momenti, vidi his diebus, dum Taurini agerem, disceptari in amplissimo eo Senatu, causam, super qua respondit Rolan. à Valle, *cons. 26. vol. 4.* & quia pater non curauerat legitimari filiam, condemnati fuêre patris hæredes ad damna, & interesse, quæ, vti intellexi à Senatoribus, circa duo consistebant, primò, circa prolis dignitatem, quæ si mater fuisset legitimata efficiebatur habilis ad dignitates ecclesiasticas, & militias. Secundò circa id, quod illegitimam filiam nobilis non duxisset sine dote longe pinguiori.

Aduertendum est etiam, quod si magna Comi-
22 tissa nuberet † Doctori, non diceretur nubere indigno, *vt per illum tex. voluit Salic. in l. prouidendum. C. de postulando, & Campeg. d. q. 13. dicit esse notabile, & menti tenendum, & dicit Coras. d. l. qui liberos, num. 100. in fi. esse dictum memorabile, Seq. Lup. d. §. tertiũ, quod habet, nu. 12. vers. ex hoc infertur, vbi subdit esse semper menti tenendum.*

Et quia dixi supra, patrem cogi ad præstandum alimenta filiæ, quæ nupsit sine consensu: posset id alicui dubiũ videri, nam pater tenetur solum egẽtem filiam, & quæ non habet aliunde alere, at si est nupta vir tenetur alere, ergo non est grauandus pater. Respõdeo tamen, quod quæstio posset procedere casu, quo vir non esset aptus præstandis alimentis, vt quia non haberet pro se.

Item

Item respondeo, quod pater, qui dotem filiæ non dedit, non leuatur onere alendi filiam: dos
23 enim † est necessaria ad substinendum onera matrimonij. *l. assiduis. §. exceptio. C. qui potior. in pign. hab. Bart. in l. nupta. ff. sol. matrimo. ita respondet Campeg. dicta quæstio. 13. colum. 2.* Et ideo Doctores dicunt, quod pater, qui dotem promissam non soluit, tenetur præstare interusuria, pro tempore, quo fuit in mora. *l. in insulam. §. usuras. ff. sol. matrimo. & dicam alibi.*

Quod autem suprà affirmauimus, filiam, quæ indigno viro nupsit, neque alendam, neque dotãdam esse, non procedit, quando filia excessisset annum vigesimum quintum, quia si tanto tempore
24 pater sit negligẽs † tenetur filiæ, quæ indigno nupsit patre inuito, dotem dare, vel alimenta, *tex. in l. sed si post. C. de inoffic. testam. & in Auth. vt cum de appellat. cognosc. §. deinceps. & §. si alicui. Idem voluit glos. in d. c. de raptoribus, 36. q. 1. vbi etiam Archid. Salice. in l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* quia habet, quòd patris tarditati asscribat, *sequitur Alex. d. l. 1. num. 32. ff. de solu. matr. Iaf. d. l. sed si post, in fi. Bal. Nouell. d. specia. 16. col. 4. Fabian. in Auth. nouissima. num. 156. in fi. C. de inoff. testam. Neuiza. Sylua nupt. lib. 2. num. 36. vbi multos allegat, Campeg. d. quæst. 13. col. 1. addo Abb. in c. 1. de despons. impub.* Quinimo etiã ante vigesimum quintum annum, filia nupsit, est dotan-
25 da à patre, dum tamen expectauerit † tempus congruum, putà, vsque annum vigesimum, vel aliud tempus conueniens inspecto patriæ more, *vt per Abb. in d. c. 1. de despons. impub. quem sequitur Bal. Nou. in d. specia. 16. col. 4.* Quod tamen non habeo pro constanti, sed nunc non expedit examinare. Non omitto tamen, quod Abbas in loco prædicto, intelligit, tunc filiam esse dotandam, quando nubendo dotem promisit viro. Id quod placuit etiam Didaco, *d. c. 3. §. 8. num. 7. vbi latè tractat.*

Non etiam procedit, quando tam ipsa, quã sui,
26 egeni sunt: tunc enim, etsi sine patris consensu † nupserit indigno viro, debet à patre consequi alimenta, ex ratione *cap. cum haberet, in fi. de eo, qui dux. in vxor. quam pol. per adulter. ita in terminos ponit Didac. in d. c. 2. §. 8. nu. 7. in fi.* Postquam verò consensus patris plurimum attenditur in matrimonio filiæ, non est prætermittendum, quod etsi filia sit vidua, tamen patris cõsensus adhuc requiritur, si velit ad secun-
27 da vota † transire. Habemus tex. expressum *in l. vidua. C. de nupt.* Quæ tamen loquitur, quando nõ excedit annum vigesimum quintum, & idem est in
28 filia † emãcipata. *l. in coniunctione. C. eo. tit.* Imò *l. vidua* loquitur, quando vtrumq; concurrit, quod scilicet sit vidua, & emancipata. Verum, vt suprà dixi,
29 eiusmodi consensus † est de honestate, non necessitate requisitus, *vt voluit gl. ibi: quam sequitur Io. Garron. in rub. C. de secun. nupt. nu. 71 Didac. d. c. 3. §. 8. nu. 8.* Et quod dictum est de filia emãcipata, intelligi debet,
30 intra annum vigesimum quintum, aliâs † post id tempus potest patre non monito nubere. *l. filius emancipatus. ff. de ritu nupt. cum aliis citatis à gl. in d. l. vi-*
31 *dua.* Et si vidua contra patris voluntatem velit † secundo nubere, potest prima dos minui, *Authen. sed quamuis, vbi glos. 2. C. de rei vxo. actio. Garron. loco proximè citato, & de prædictis Aretinus Institut. de nupt. in princ. numero 4.*

SVMMARIVM.

1 *Actio semel exstincta, non potest reuiuiscere.*
2 *Factum legitimè non debet ex superueniente causa retractari.*
3 *Tradere qui tenetur, est liberatus, si semel tradidit, licet ex alia causa res ad eum postea peruenit.*
4 *Pater tenetur alere filium, qui factus monachus exiuit monasterium.*
5 *Mater alit filium, quando pater est soluendo. (lem.*
6 *Causa accidẽtalis superueniens non exstinguit naturalem.*
7 *Causa naturalis præfertur accidentali, quando vtraque concurrit.*
8 *Factum legitimè reuocatur ex superueniente casu, qui tendit ad eundem finem.*
9 *Immunitas ex causa concessa, cessat ipsa causa cessante.*
10 *Causa cessante, non cessat effectus, quando tractus est momentaneus.*
11 *Causa vbi cessat solum pro parte, effectus non cessat.*
12 *Ratio dubitandi declarat dispositionem.*

QVÆSTIO VII.

CERTVM est, quod si filius ingrediatur monasterium, pater liberatur ab onere alendi, idq; oneris transit ad monasteriũ: sed quid si exinde monasterio expellatur, an pater cogetur illũ agnoscere, & alere? Et videtur quod nõ, quia per monasterij ingressum liberatur pater, vt dicam in hoc eodem titulo, ergo ex superuenienti casu resurgere non debet paternum munus, quod semel fuit solutum: actio enim vel obligatio
1 † semel extincta nõ debet reuiuiscere, *l. eius qui. §. fi. ff. de iure fisc. gl. in l. si eum quis. §. fi. ff. de furt. in l. qui res. §. aream, vbi alios citat concordantes. ff. de sol. Tiraq. in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, num, 191. in fi. C. de reuocan. donat. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, par. 8. num. 161. ff. ad Trebellia.* Et quod semel factum est legitimè, non
2 debet ex superuenienti † casu retractari, *c. factum legitimè, de reg. iur. in 6. l. in ambiguis, §. non est nouum, ff. eo. titu.* Et facit, quia obligatus ex sententia, vel aliter,
3 rem tradere, † liberatur facta semel traditione, ita vt si res ad eundem redeat, non teneatur vlterius tradere, *glos. magna, in l. ab emptione, vbi Bart. colum. 2. ff. de pact. in l. si cum fundum venderes, in ver. tradat, ff. de contrahen. emptio. cum multis apud Tiraquell. d. vers. susceperit liberos, num. 191.* Id quod magis procederet, si propria culpa expelleretur, vt quia causam dedisset expulsioni. In contrarium tamen est expressa decisio Castren. *in cons. 67. per totum, volum. primo,* vbi
4 concludit, † patrem teneri eo casu alimenta præstare, quia pater tenetur naturali causa, & eatenus durat obligatio alendi, quatenus durat causa, sed causa durat etiam filio expulso, ergo & obligatio. Mouetur etiam exẽplo matris, quæ etsi onere alẽdi filium releuetur à patre, tamẽ si pater sit inops,
5 resurgit materna † obligatio. *l. pen. ff. de lib. agn. Cyn. in l. alimẽta, C. de neg. gest.* Et in dubio sequendũ est, q̃ habet minus captionis, *l. quotiens nihil. ff. de reg. iu.* Ad id verò, q̃ dictum est, actionẽ semel extinctam nõ reuiuiscere, respondet Cast. quod obligatio patris nõ fuit extincta per ingressũ monasterij, nã causa
6 accidẽtalis † nõ extinguit naturalem, *l. filio quẽ pater,*
7 *ff. de lib. & posthum. l. assumptio. ff. ad municip.* quinimò † in con-

in concursu præfertur naturalis, *l. qui habet, §. 1. ff. de tutel. & facit, quod voluit Caccialup. in Authen. si qua illustris, num. 39. C. ad Orficia. & dicam infrà.* Item facit,
8 quia quando casus superueniens † tendit ad eundem finem, tunc factum legitimè reuocatur, *l. sciendum. §. fina. ff. qui satisda. cogan. §. ex contrario, versic. quod si viuo. Institu. de lega. declarat Cagno. dicto §. non est nouum, num. 2.* Responderi etiam potest, quod immunitas seu excusatio concessa propter aliquam
9 causam † cessat, ipsa causa cessante, *l. cura. §. deficientium, ff. de muner. & hon. l. his oneribus. §. 1. ff. de vaca. mun.* vbi immunitas, concessa propter paupertatem, cessat, si diuitiæ superueniant. Idem dicitur *in l. non tantum. §. eos qui. ff. de excus. tut. vbi not. Nicol. de Neapol. l. nec maritus. ff. solut matrim. l. semper. §. negotiatores. ff. de iure immunit. Ioan. And in Mercur. in c. decet, colum. prima, vers. aliqui ex supradictis, de regulis iur. in sexta. & ad prædicta multos allegat concordantes Tiraquell. in tracta. cessan. causa, parte prima, numero 99. 113. & 139.* Ideò pater excusatus ab alendi onere propter ingressum monasterij, tenetur filio exeunte monasterium. Et dicit Alexander *in d. §. si maritus, num 6.* post Pet. Cyn. & Bald. quod tunc cessante causa, cessat
10 effectus, quãdo tam causa, quàm † effectus habent tractum successiuum, secus, si momentaneum tractum haberent, sed necessitas alendi cõtinet processionem temporis: causa ergo non cessabit, & facit, quia vbi causa non cessat in totũ, sed pro parte
11 tantum, non † cessat effectus, *glos. in cap. cum accessissent, vers. contrauenerint, vbi Doctores, præcipuè Dec. de constitut. Tiraq. in d. tracta. cessan. cau. lim. 31.* Ingressus autem monasterij non tollit in totum, sed pro parte illa tantum temporis, pro quo filius perseuerat in monasterio. Non fuit ergo superfluum dubitare de decisione Castr. nam declaratur dispositio ex
12 ratione † dubitandi, *secundùm Iaf. in l. filio quem pater, in princ. ff. de lib. & posthum.* vbi inquit, inuestigandam esse rationem dubitandi, & decidendi, quia declarat textum. Intellige autem præsentem quæstionem in monacho, iustè expulso de monasterio, vel etiam iniustè exacto, vt pater ei, dũ agit cõtra monasterium, præstet alimenta: tenetur enim monasterium alere monachum, & recipere, quem iniustè exegit de monasterio, vt dicemus suo loco.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus nihil differt à legitimis.*
2 *Legitimatus instituì debet sicut legitimus.*
3 *Legitimatus si sit præteritus, rumpit testamentum, & dicit nullum, ac si foret legitimus.*
4 *Alimenta ei non sunt deneganda, qui futurus est rerum dominus.*
5 *Legitima debetur filio legitimato.*
6 *Legitimato per oblationem curiæ, nouem vnciæ relinqui debent, si legitimi non extant.*
Vbi eadem ratio, ibi idem ius.
7 *Legitimatus primordia habet naturalia.*
8 *Generationis ius in naturali nunquam aboletur.*
9 *Priuilegium auget ius, non adimit.*
10 *Dignitas si augetur non extinguit legatum.*
11 *Domicilium si additur ob dignitatem superuenientem, non tollit nr antiquum.*
12 *Legitimatus est alendus à patre.*

QVÆSTIO VIII.

SED an filium naturalem legitimatum pater teneatur alere? Et mihi sine dubio id
1 videtur, quia legitimatus nihil differt † à legitimis, *§. sit igitur licentia: ibi, nihil à legitimis differentes, in Auth. quib. mod. nat. effician. legitimi. §. quoniam variæ. ibi nihil dissimilis legitimis, in Auth. quibus*
2 *mod. nat. effic sui.* Et debet hæres institui † sicuti legitimus, *Iaf. in Auth. nouissima, num. 14. C. de inoffic. testam. & in rub. ff. de lib. & posthu. num. 11. Paris. in cons. 7. num. 3. volum. 2.* Cæphal. *in cons. 276. num. 5. Rol. in cons. 96. nu. 50. volum. 3.* & potest dicere testamentum nullum, &
3 inofficiosum, & illud † rumpere ac si foret legitimus, *Roman. in cons. 34. Curt. sen. in cons. 35. colum. 1. Paris. latissimè dicto cons. 7. num. 2. Vasq. de successio. creatio. lib. 2. §. 2. num. 31.* Si ergo in cæteris omnibus tractandus est instar legitimi, & habetur pro legitimo, quare non eodem modo consequetur alimenta sicut legitimus? Addo, quod iustè alimenta ei denegari
4 non possunt, qui futurus est rerum dominus, † *vt dicitur in l. 1. §. sed etsi incertum sit. ff. de ventre in possess. mitten.* Item, valet argumentum de legitima ad alimenta, *vt suo loco videbimus,* & iis alimenta conceduntur, quibus debetur legitima, ac filio legitima-
5 to relinquenda † est legitima, *secundum Bal. in cap. de causis, num. 34. de offic. deleg. Iaf. in cons. 154. colum. antepen. vers. 8. principaliter, in fin. volum. 2. Dec. in cons. 257. num. 2. vbi plures citat, Paris. in cons. 7. num. 3. ante eos, Alexan. cons. 139. num. 2. vers. 3. concludo, volum. 1. Bero. in cons. 57. num. 40. vol. 2. Beren. in l. in quartam, num. 54. ff. ad leg. Falcid. Tiraq. in dicta l. si vnquam, in vers. susceperit liberos, num. 79. C. de reuoc. dona. Rube. in l. Titia §. Imper. num. 47. ff. de le-*
6 *ga. 2.* vbi fortiùs vult, quod legitima eius, † qui fuit legitimatus, capiat nouem vncias. *Nat. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto, num. 96. C. de testam. Rolan. in cons. 67. num. 20. volum. 3.* Accedat, quod in legitimato concurrit sanguinis charitas, per quam inducitur in patre necessitas alendi filios, *vt dixi in princ.* Ergo concurrere debet idem ius, quia vbi eadem est ratio, idem quoque est ius, *l. illud. ff. ad leg. Aquil.* Etsi adoptiuus filius est alendus, secundum veriorem sententiam, quam suprà firmaui, pari modo alendus erit legitimatus, nam plus est esse legitimatum quam adoptatum, ex quo legitimatus primordia
7 habet naturalia, † *vt inquit Bald. in l. si te, C. de suis & legit.* & quamuis lex abhorreat maculam natiuitatis, tamen generatio ipsa, quæ † concurrit in legi-
8 timato, nunquam aboletur, *sequitur Ang. ibi, Rolan. in cons. 96 nu. 45. volum 3.* Sed quid hæsitandum est, cùm naturali & spurio, & incestuoso prestanda sint alimenta, *vt paulò infra dicam,* sanè legitimatio accedens non debet quicquam filio detrahere, sed fauorem superaddere, vt dicimus de priuilegio,
9 quod non adimit ius iam competens, † sed auget, *l. fi. C. de præpos. agen. in reb. lib. 12.* vbi Bartolus dicit per concessionem noui priuilegij non ea tolli quæ antea fuerant concessa. Et dicit Bartolus *in l. falsa. §. si cui. ff. de cond. & demonst.* quod augmentum di-
10 gnitatis † non extinguit legatum. Et subdit Baldus, quod honor superueniens auget quidem statum, sed

tum, sed non minuit priorem conditionem, *latè Socin.* Et dicit text. *in l. pen. ff. de Senatusconsv. vbi Bart. & Bal.* quod etsi per superuenientem dignitatem no-
11 uum addatur † domicilium, tamen non amittitur antiquum, idem dicitur, *in l. Senatores, C. de incol. lib. 10. vbi glos.* Et *in leg. municeps. ff. ad municip.* probatur, quod dignitas addita eximit quoad onera, sed non tollit honores antea debitos, & possent ad hoc multa allegari. & legitimatio abstergit maculam, quam ex natiuitate spurius vel naturalis contraxerat, sed non tollit iura naturalia. Et in terminis
12 quod legitimato præstanda† sint alimenta, est cõs. Alcia. *209. num. 5.* vbi fortius loquitur in eo, qui ita fuit legitimatus, ne quicquam possit consequi nisi ex patris voluntate.

SVMMARIVM.

1 *Naturalis filius etiam ciuili iure alendus est à patre.*
2 *Pater disponere non potest, quod naturalis filius non alatur.*
3 *Naturali filio quod alimenta negentur, statuto induci non potest.*
4 *Testator facere non potest, quò minus leges effectum sortiantur.*
5 *Naturalis filius, non obstante patris iuramẽto, debet ali.*
6 *Naturalis filia dotanda est à patre, & ibi latè agitur.*
7 *Pater non tenetur alere filiam naturalem: contra tamen num. 1.*
8 *L. vxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. 3. quomodo intelligatur.*
9 *Naturalis filius propriè & strictè dicitur, qui ex concubina natus est in schemate vxoris.*
10 *Concubina vt verè dici possit multa requiruntur.*
11 *Concubina differt ab vxore sola dignitate, inspecta sermonis proprietate.*
12 *Concubina non dicitur nisi facta protestatione à viro.*
13 *Concubina vt fiat, debet præcedere protestatio, nec sufficit si sequatur.*
14 *Naturales filij hodie rarò sunt, secundum proprietatem sermonis.*
15 *Concubinatus est prohibitus etiam iure ciuili nouissimo.*
16 *Naturalis filius ex concubina est magis odiosus iure canonico, quàm natus ex furtiuo coitu.*
17 *Naturalis filius non dicitur, qui susceptus est ex muliere quæ in domo retinetur pro famula.*
18 *Naturalis non dicitur filius susceptus ex paupercula quæ in domo seruit ad opera vilia.*
19 *Concubinatus quando & ex quibus indiciis præsumatur.*
20 *Naturalis filius largè dicitur, quicunque nascitur ex soluto & soluta, cũ qua posset consistere matrimonium.*
21 *Naturalis filius dicitur ex communi vsu loquendi, & secundum ius canonicum, quicunque suscipitur ex soluta & soluto.*
22 *Naturalis in materia fauorabili dicitur natus ex soluto & soluta.*

QVÆSTIO IX.

QVÆ HACTENVS dicta sunt, filios respiciunt legitimos, & naturales. Expostulat autem locus hic, vt aliqua de naturalibus subiiciamus, & iis alimenta à
1 parentibus præstanda iure † ciuili apertè sanci-

tum est, *Authen. licet. C. de nat. lib. ibi (huiusmodi enim naturales filios pasci boni viri arbitrio necesse est.) Cyn. in Authen. ex complexu, C. de incest. nupt.* vbi inquit, quod natus ex coitu licito, quoad ius ciuile, sed damnato in foro pœnitentiæ, alendus est, *glos. in l. si quis à liber. §. vtrum ff. de lib. agnos.* vbi distinguitur inter filium natum ex concubina, & alium: *sequitur ibi Bart. in tract. alimen. num. 17. Ias. in Authen. res quæ, num. 8. C. commun. de legat.* vbi dicit, procedere iure ciuili & canonico, *Marsil. singul. 358. Lup. in repet. c. per vestras in 3. notab. §. 23. num. 11. Crauet. in cons. 89. num. 1. Didac. cap. 8. §. 6. in 2. part. de spons. in princ. Alciat. cons. 209. num. 2. vbi multos allegat, dicens esse clarum, Menoch. cons. 60. num. 6. Bero. in cons. 167. num. 20. & seq. vol. 2.* vbi ampliat, vt procedat non solùm in filio susceptо ex concubina, maritali affectu retenta in domo, sed etiam in quocunque nato ex soluto & soluta, sine tamen coitu nefario, *Ascan. in d. tract. de patr. potest. c. 5. nu. 36.* Ampliatur autem, vt non possit pater testamẽto con-
2 trarium præcipere, † *vt voluit Bald. in l. id quod pauperibus, num. 38. C. de episc. & cler.* vbi ait, quod etsi pater mandet in testamento alimenta non præstari filio naturali, tamen exequutores testamentarij poterunt ea præstare, prohibitione paterna non obstante. Et Marsil. *in sing. 358. in fi.* dicit hoc esse singulare verbum, paucis notum, & ideo tenẽdum perpetuo menti, *& ante eum Ias. in cons. 26. num. 13. volum. 1. qui tamen loquitur in spurio, Ascan. d. c. 5. num. 36. Bonacos. in tracta. de æquita. canon. concluſ. 2. vers. & testator non potest prohibere. Lancello. Gall. in Consuetud. Alexan. in vers. solidos, quæst. 6. num. 9.* Vbi allegando Alciat. *in cons. 18.*
3 *num. 18. lib. 9.* ampliat etiã, statuto induci non † posse, quod filio spurio denegentur alimenta, *Menoch. cons. 60. num. 8. Didac. d. c. 8. §. 6. num. 5. Socin. in cons. 130. num. 4. volum. 2.* Et licet multi loquantur in spurio, tamen omnes mouentur doctrina Baldi *in d. l. id quod pauperibus*, qui loquitur in naturali, & si est verum in spurio legibus odioso, multò magis locum vendicabit in naturali minus odioso, & prædictæ decisionis ratio est, qua testator non potest
4 facere, quod leges † effectum non sortiantur, *l. nemo potest. ff. de leg. 1.* Vbi Ripa, *à num. 2. vsque ad 24.* ponit multas decisiones, sed hanc omisit, quæ tamen non erat spernẽda. Ampliari etiam potest, vt pro-
5 cedat, etiamsi pater iurauerit † filium naturalem non alere, vt supra dictum est de filio legitimo & naturali, quia in vtroque militat eadem ratio. Hæc autem concluſio ampliatur aliis modis, & multipliciter declaratur, sed quia hæc conueniunt aliis titulis, ideo in opportuna loca reiicimus.

Porrò sicuti naturales filij alendi sunt à patre,
6 ita filia naturalis est † ab eodem dotanda, *Bart. in l. fi. colum. 2. vers. idem dico in dote, ff. de his, quib. vt indign. in l. Meuius, §. duobus, in 3. quæst. ff. de leg. 2. in l. fi. §. à socero. ff. de his, quæ in fraud. cred. & in Auth. ex complexu, C. de incest. nupt. Bald. in l. neque mater, C. de iure dot. Abb. in d. c. cum haberet, de eo qui dux. in vxo. quam pollu. per adulterium, Abb. in cons. 50. col. 2. in cons. 115. vol. 2. Aret. in §. legari, Instit. de legat. vbi inquit, se obtinuisse Ferrariæ.* Et quamuis Doctores prædicti loquãtur aliquando de filia spuria, tamen intelligitur de naturali, & in naturali expressè hoc voluêre Bal. *nouel. in tract. dot. par. 6.*

priuileg.

priuileg. 16. colum. 2. Campeg. in eo. tracta. par. 1. quæst. 17. & ita seruari in praxi dixit Aret. in l. 1. colum. 5. vbi Rip. num. 65. dicit communem. ff. soluto matrim. Coras. in l. qui liberos, num. 103. ff. de ritu nupt. Bero. in cons. 161. num. 21. & sequent. volum. 2. & communem asserit Caccialup. in dicta Authen. si qua illustris, num. 91. C. ad Orficia. & ita vidisse responsum per magnos Iuristas, præcipuè Maria. Socin. Thom. Doccium, & Franc. Aret. Lup. in cap. per vestras, in 3. not ab. §. 9. num. 1. & §. 23. num. 4. & 22. Didac. in epitom. de sponsa. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 11. Rolan. cons. 74. num. 43. volum. 1. & communem dicit Ascan. d. cap. 5. num. 38. & seq. Garz. de vlt. fin. num. 106. & seq. Tiraquel. de iure primog. quæstio. 62. num. 12. Coras. d. l. qui liberos, num. 114. vbi dicit receptam esse sententiam. Hęc autem pars fundatur ratione, quia licet sit naturalis, est tamen filia, & qua ratione legitimæ & naturali tenetur pater dotem dare, ea ipsa debet naturalem tantum dotare, cum in ea non minus, quàm in legitima versetur ratio affectionis sanguinis & charitatis. *Ita arguit Bulgar. in l. 1. num. 28. ff. soluto matrim.* Item, si iure canonico inspecto, spuria, quæ deterioris est conditionis, venit dotanda, quanto magis id erit dicendum in naturali, quæ est minus odiosa. Probatur etiam in l. *si quis à liberis, §. non tantum, ff. de libe. agnos.* vbi dicitur, quod pater legitimam & naturalem tenetur alere, & pro ea subire alia onera. Sicuti ergo tenetur naturalem alere, ita & dotare, quia dos est onus, *d. l. qui liberos.* & qui tenetur alere, tenetur etiam dotare, *d. §. non tantum.* Accedat, quod dos succedit loco alimentorum, ergo cum naturali præstanda sint alimēta, dabitur & dos. Et quamuis in contrariū innuere videatur text. *in l. vxorem, §. pater naturalis, ff. de lega. 3.* vbi dicitur, filiæ naturali denegandam esse actionem contra patrem pro dote, quam promisit genero, cuius legis vigore, gl. *ibi, in ver. naturalis,* dixit,
7 patrem naturalem † non teneri ad præstanda alimenta filio: id quod placuit etiam Bart. *in l. si quis à liberis, §. vtrum, num. 3. ff. de lib. agnosc. Bal. in l. fina. num. 2. C. de dot. promiss. Ang. in cons. 209. Imo. Aret. Rom. & Alexan. in d. l. 1. ff. solu. matrim. Dec. in l. si certis annis, num. 9. C. de pact. Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, num. 61. & 119. C. de reuoc. donatio. Syluan. cons. 2. num. 26. Boer. in decis. 127. num. 11. Visita. in l. 1. num. 106. ff. solu. matrim.*
8 tamen ille tex. intelligitur passim † à Doctoribus procedere, quando filia naturalis est diues, & potest seipsam alere, vel dotare, & si inops sit, prior obtinet sententia, *& ita declarant Bar. Bal. Nouel. Campeg. Caccialup. Didac. Lup. Bulga. Ripa, & alij omnes suprà adducti.*

Responderi etiam potest, quod *§. pater naturalis,* non tractat, an pater teneatur dotare, vel non dotare, sed an dotem dedisse videatur de proprio, vel de bonis filiæ restituendis ex fideicommisso mariti. Ergo non probat assumptum.

Pro declaratione eorum, quæ suprà dicta sunt, & aliorū, quæ in proximè sequenti quæstione subiiciam, sciendum est, quod naturalis filius dici potest propriè, & largè, & vt sit strictè, & propriè na-
9 turalis, † necesse est, quod natus sit ex concubina, id est, ex muliere in schemate vxoris sociata, *vt in Auth. quib. mod. natur. effic. sui. §. si quis autem defunctus, & in Auth. de trien. & semis. §. & hoc dicimus, si vni, &c. & de tota hac materia, vide latissimè Petr. Ant. Petram, post hæc scripta visum, in tracta. de fideicommis. ex prohib. alien. q. 11. num. 170. & sequen. Riminal. cons. 187. num. 72. 87. & seq.* & natus ex vera concubina, dicitur naturalis, *gl. in cap. nisi cum pridem, in ver. manzeres, de renunciat. gl. in cap. per venerabilem, ver. naturalib. qui filij sint legitimi.* Mul-
10 ta autem requiruntur, vt mulier dicatur † concubina, & consequenter, vt inde susceptus filius dicatur propriè & strictè naturalis. Et quamuis aliqui tria, alij quatuor, alij quinque dicant esse necessaria, tamen si iura per eos ad id allegata videantur, in hoc conueniunt debere interuenire hæc, quod sint nati ex soluto & soluta, quod inter eos possit esse matrimoniū, quod cohabitet in domo, quod retineatur in schemate concubinæ, quod sit vnica, quod publicè & palàm retineatur, quod impares sint personæ, quod talis sit mulier cū qua stuprum non committatur. Colligitur id ex Spec. *in tit. de successio. ab intest. §. 1. vers. nunc de naturalib.* Vbi etsi tria tantum referat, iura tamen per eum allegata, quę concubinatum requirunt, alia omnia includunt: *ita etiam Azo in summa, C. de natural. lib. vbi quatuor recitat, Io. And. ad Specul. in rubr. qui fil. sint legit. Signor. in cons. 221 factum sic se habet, Abb. in d. cap. per venerabilem, sequitur Bal. Ang. Mathesil. Ang. Aret. Alex. Mar. Laud. Præpos. Corn. Caccialup. & Bert. quos citat Alciat. in tracta. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 5. num. 4. & seq. latissimè omnium Gram. in voto 4. Alciat. in cons. 268. num. 3. Rip. in l. ex pacto, §. si quis rogatus, num. 4. ff. ad Trebellia. Didac. in epitom. de sponsa. par. 2. cap. 8. §. 4. num. 2. Paleot. in tract. de noth. & spur. cap. 12. num. 1. & seq. Natta in cons. 421. num. 3. Ruin. in cons. 88. num. 3. volum. 3. Caphal. in cons. 48. num. 77. Manti. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 2. nu. 22.*
11 Et inspecta proprietate sermonis, cōcubina † differt ab vxore sola dignitate, *l. item legato. §. parui. ff. de lega. 3.* Ideò Virgilius concubinam appellat coniugem, *vt aduertit Natta in cons. 623. num. 2.* status enim concubinæ, adeò est vxori similis, & proximus, vt
12 sit omninò necessaria protestatio, † quod velit eā habere in concubinam, *l. in concubinatu. ff. de concub. l. in liberæ. ff. de ritu nupt. §. consideremus, vers. nunc. in Authen. de trien. & semis. Oldr. in cons. 196. num. 2. Ioan. And. ad Specu. in rub. qui fil. sint legit. Natta in loco prædicto,* & quæ protestatio requiritur à principio, nec sufficit quod superueniat, † *secundum glos. in d. l. in concu-*
13 *binatu, Bart. in l. pacta nouissima. C. de pact. Gram. d. voto. 4. num. 8.* Et secundùm prædicta rari hodie sunt voto
14 naturales, † *vt post Oldr. Bal. & Alexan. aduertit Paleot. in d. cap. 12. num. 3. Alciat. cons. 268. num. 3.* Nam etsi iure ciuili foret licitus concubinatus, tamen hodie in-
15 specto nouissimo iure † ciuili est prohibitus, *cap. 1. de fil. nat. ex matrim. ad morganat. contract. Ioan. An. in cap. fine culpa, de reg. iur. Felyn. in cap. cum sit generale, in fi. de foro compet. Ripa in l. si vnquam, num. 74. C. de reuoc. donat.* & multò magis iure canonico. *cap. nemo, 32. quæst. 4. Abb. d. c. per venerabilem, num. 31. Eman. Cost. in l. cum tale, §. si arbitratu, ampliat. 3. num. 4.* vbi ideò infert conditionem, si steterit in concubinatu, haberi pro non apposita tāquam turpem, & iure canonico inspecto deterioris sunt conditionis nati ex concubina, quàm nati ex muliere, ad quam furtiuus esset successus, quia grauius est peccatum cum concubina,

16 † *vt not. Abb. in c. tanta, colum. fi. vbi Præpos. num. 6. qui fil. sint legit. Fort. Garz. in tract. de vlt. fi. vtriusque iur. illat. 8. sequitur Dida. d. §. 4. num. 4. Vasq. illustr. q. c. 102. num. 10. Bero. cons. 165. num. 12. vol. 2.* Infertur ex prædictis quod natus ex famula in domo retẽta in modum famu-
17 læ non est naturalis, nec † ei potest aliquid relinqui, *Alber. in rub. C. de natur. liber. vbi ait, in contingentia facti aliàs fuisse ita consultum & determinatum, Mart. Laud. in disputat. incip. Augerius, colum. 22. Ias. d cons. 51. num. 3. vol. 3. cons. . vbi allegando. Bal. dicit hoc esse verum, inspecto rigore iuris ciuilis, ex stricta verbi significatione, Ripa in d. §. si quis rogatus. num. 4.* Infertur item, susceptum ex paupercula muliere, quæ inseruiebat deferendo aquam in domum, vel similia præstabat seruitia, cum tamen in domo non habitaret, non
18 †esse naturalem nec capacem relicti, *secundum Oldr. in d. cons. 198. in 1. dub.* An verò, & quando præsuma-
19 tur cõcubinatus, † latè tradit Gram. *d. voto 4. Alciat. cons. 266. num. 5.* Largè verò & impropriè dicitur naturalis, secundum vulgarem & communem loquendi consuetudinem, quicunque nascitur ex
20 soluto & soluta, inter † quos posset esse matrimonium, & idem est secundum æquitatem canonicam *c. innotuit. de elect. c. tanta. qui fil. sint legiti.* ita Bal. *in cons. 129. num 3. volum. 2. & cons. 206. in fi. volum. 3.* vbi inquit, quicquid exigat rigor iuris ciuilis, æquitas tamen iuris canonici, & communis loquendi vsus eos omnes habet pro naturalibus, qui nati sunt ex soluto & soluta, *Ioan. And. ad Spec. in dicta rub. qui fil. sint legitimi, colum. 2. vbi dicit. hanc esse communem sententiam, Butr. in d. c. per venerabilem. num. 26. in fi.* vbi ait benè notandum, pro statutis quę loquuntur de naturalibus. *Sequitur Abb. ibi, in glos. in ver. in naturalibus, & ante eos hoc voluit Archid. in c. liberi, 22. quæst. 4. Sequitur Bal. ibi, in cap. dudum, il 2. num. 7. in fi. de elect.* vbi infert ad legitimationes, quæ fiunt à palatinis, *Bal. in c. nisi cum pridem, colum pen. de renunciat.* vbi infert, quod natus ex fanticella, dicitur naturalis, & potest legitimari, *Ias. in cons. 51. num. 5. volum. 3.* vbi ait, quod iura canonica appellant naturalem, quicunque natus est ex soluto & soluta. *& latè hanc sententiam defendit Bero. cons. 165. num. 11. volum. 2. Didac. d. §. 4. num. 3. vbi latè.* Natta *in cons. 623. num. 5. & 7. Hercula in in tract. de caut. de non offend. c. 32. num. 4. Nicol. de Vbald. in tract. de successio ab intesta. colum. 2. in fi. Crauetta cons. 166. num. 8. in fi. Caphal. in cons. 186. num. 78. Ascan. in dicto c. 5. num. 37. in fi.* Et vbi materia fauorabilis esset, tunc
21 naturalis diceretur quicunque † natus ex soluto & soluta, *Natta dicto cons. 623.* Idem de verbis testatoris intelligit Iason *d. cons. 51. num. 9.* Imò Bero. *dicto cons. 165. num. 18. & sequent.* vult, quod larga illa significatio naturalis, non minus propria, quam stricta significatio sit, quia potest esse larga & propria: Id quod tamen non habeo pro constanti, sed de his alibi.

SVMMARIVM.

1 *Spurio & nato ex damnato coitu, denegantur alimenta à patre, secundùm ius ciuile, secus infrà, num. 5.*

2 *Spurio nihil à patre relinqui potest, vel dari quouis titulo.*

3 *Spurio quod relinqui possit à patre, non inducitur statuto.*

4 *Facultatem legitimandi proprios spurios, Imperator non potest Palatino Comiti concedere.*

5 *Spurio filio pater tenetur iure canonico alimenta dare.*

6 *Naturales nihil differunt à legitimis inspecta natura.*

7 *Spurio debentur alimenta in vtroque foro tam seculari, quàm eccleſiastico.*

8 *Spurio ne alimenta soluantur, pater ordinare non potest.*

9 *Spuriam filiam dotare pater tenetur.*

10 *Spurio relictum causa alimentorum sustinetur.*

11 *Spurio relictum præsumitur in dubio in causam alimentorum.*

12 *Debitor necessarius censetur legare animo compensandi.*

13 *Actus vt sustineatur, fieri debet in dubio interpretatio.*

14 *Annuum legatum præsumitur factum in causam alimentorum.*

15 *Spurio relictum causa alimentorum valet, quatenus tamen non excedit valorem alimentorum.*

16 *AEtas spurij consideratur secundum* l. hæreditatum. ff. ad leg. Falcid. *vt cognoscatur, an legatum excedat alimenta.*

17 *Dos iusta dicitur, quæ alimentis commensuratur.*

18 *Dos datur vt mulier ex ea alatur.*

19 *Dos succedit loco alimentorum.*

20 *Dos dicitur iusta inspecta conditione mulieris & quantitate patrimonij.*

21 *Dos dari potest de bonis fideicommisso subiectis secundum qualitatem personæ.*

22 *Dos est apud maritum titulo oneroso.*

23 *Dos spuriæ data non statim reuocatur, sed expectanda est mors mariti.*

24 *Maritus est dominus dotis.*

25 *Vxor potest secundo viro plus relinquere quàm liberis ex primo matrimonio, si relictum non affert emolumentum.*

26 *Spuriæ dos non statim repetitur, quando maritus ignorauit vxorem esse spuriam.*

27 *Spurio ex damnato coitu non debentur alimenta.*

28 *Spurius ex sacerdote genitus est odiosior aliis.*

29 *Clericus potest spurium filium pauperem alere de redditibus sacerdotij.*

30 *Spurius generaliter loquendo dicitur, quicunque ex iustis nuptiis non est natus.*

31 *Spurius dicitur quicunque ex stupro, adulterio, vel ex concubina non sola vel moniali genitus est.*

32 *Spurius strictè dicitur natus ex parentibus, inter quos matrimonium esse non poterat, vel ex coitu iure ciuili prohibito.*

33 *Spurius dicitur natus ex ancilla.*

34 *Spurij alij ex damnato & punibili coitu, alij ex damnato quidem, sed non punibili nascuntur.*

35 *Spurius in dubio filius præsumitur, non autem naturalis, vel legitimus, vide num. 37.*
Filius in dubio præsumitur spurius, non naturalis, aut legitimus.

36 *Possibile honestum potius præsumendum est, quàm possibile inhonestum.*

37 *Filius in dubio præsumitur legitimus, non illegitimus.*

QVÆ-

QVÆSTIO X.

SI Filio naturali à iure ciuili antiquo de-
negantur alimenta, multò magis pater
1 poterit ſpurio, & nato † ex damnabili
coitu denegare. *§. fi. in Auth. quib. mod. natu. effic. ſui. cap. per venerabilem, in fi. qui fil. ſint legit. l. humanitatis, & Authen. licet. C. de natur. lib Authen. ex complexu. C. de inceſt. nupt. Specu. in tit. qui fil. ſint legit. §. 1. numero 17. Bal. in l. id quod pauperibus, colum. fina C. de epiſcop. & cler. Abbas in cap. tanta, num. 13. qui fil. ſint legit. Bened. in cap. Rainut. in ver. vxorem nomine Adelaſiam. num. 123. de teſtam. Hanc opinionem ſequuti ſunt Imo. Præpoſ. Aret. & Felin. quos citat & ſequitur Didac. in epitom. de ſponſal. par. 2. c. 8. §. 6. num. 6. AEmilia. conſ. 139. num. 1. Bero. in conſ. 165. num. 16. & 22. volum. 2. Gabriel Paleot. in tracta. de noth. & ſpur. c. 46. num. 1. Vaſq. de ſucceſ. creatio. lib. 2. §. 20. num. 313.* vbi inquit, iura canonica in hoc non ſeruari in foro Cæſaris, *Rolan. in conſ. 74. num. 29. volum 1. Cæphal. in conſ. 48. num. 10 conſ. 226. num. 29. Aſcan. Clem. in tracta. de patr. poteſta. cap. 5. num. 37.* Rationem allegat Paleot. loco prædicto, quia viuentes licentiùs & familiariùs cum mulieribus præter decorum, ij, ſicuti declarant, non procreandæ ſobolis gratia facere, ita effectu & fructu carere debent. Sequitur Aſcan. *loco prædicto*, non tamen aduertens, quod ea ratio concludit quidem filium ſpurium non teneri ad alendum patrem, ſed non concludit cõtrà filium, quia eius nulla eſt culpa: & contra patrem Paleot. refert illam Solonis legem, non contra filium. Melior ergo ratio eſt, quod etſi naſci ex adulterio vitium ſit patris, non filij, *cap. naſci. 56. diſtinct.* quia tamen pater punitur in filio. *l. iſti quidem, ff. quod met. cau.* Ideo lex ciuilis, vt parentes ab eiuſmodi concubitu remoueat, plectit filios, vt in eis pater diſcat ab inhoneſto & damnabili coitu abſtinere. Abhorret enim lex tantam patris incontinentiam,
2 ideo prohibet, ne † quid ſpurio relinquatur. *§. pen. in Authen. quib. mod. natur. effician. ſui. Authen. ex complexu. C. de inceſt. nupt. Bart. in l. ſi gener. ff. de his, quib. vt indign. Capr. conſ. 1. col. 4. Dec. conſ. 288. Marſil. in ſingul. 143. Rolan. dicto conſ. 74. volum. 1. cum infinitis ſimilibus.* Et ideo non valet ſtatutum, quod pater poſſet relin-
3 quere filio † ſpurio, *Bart. in l. teſtamenti factio. ff. de teſtam. Bal. in l. 2. C. de iure aur. annul. Idem Bal. in conſ. 458. num. 9. volum. 5. Crauet. in conſ. 137. num. 2. Natta conſ. 402. num. 24. Alexan. conſ. 129. num. 17. volum. 6. Bal. & Aretin. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinit. & fide cathol. Fede. de Sen. in conſ. 277.* vbi, *num. 3.* dicit, ſpurium excludi in pœnam patris fornicantis, *Socin. in conſ 95. num. 8. vol. 4. Iaſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, num. 114. ff. de lib. & poſthum.* qui duo inferunt, quod Imperator non poteſt Comiti Palatino cõcedere facultatem
4 legitimãdi proprios † ſpurios, quia hoc eſſet viam peccato amplificare. *Caccialupus in l. omnes populi, numero 80. ff. de iuſt. & iure. vbi ali naturaliter declarat Didac. dicta part. 2. cap. 8. §. 5. num. 6. Alciatus in conſ. 123. num. 10. vbi ſubdit eſſe contra legem diuinam. Neuiz. lib. 34. num. 1. Vaſq. illuſtr. quæſtio. cap. 102. num. 9. in fi. vide tamen Boer. deciſ. 127. num. 9. Paleot. in dicto tracta. cap. 54.* Quæ etſi iure ciuili veriſſima ſint, non admittuntur tamen iure canonico, ſecundum quod † ſpurij ſunt
5 † alendi à patre, *cap. cum haberet, in fi. de eo, qui dux. in vxor. eam, quã pollu. per adulter. vbi Abbas notat poſt gl. ibi, quam ſequuntur Cardin. Abbas in conſ. 50. & in conſ. 115. volum. 2. Corſet. in repert. in ver. alimenta, il ſecondo. Aretinus Inſtitu. de iure natur. gent. & ciuili, in fine. Decius in conſ. 312. num. 4. Vital. tracta. clauſul. tit. an renuncia. poſſ. alim. colum. 4. Ruin. in conſ. 124. num. 8. volum. 1. Socinus iunior, in conſ. 130. num. 3. volum. 2. Bero. in conſ. 165. num. 23. volum. 2. Marſil. in ſing. 358. Lup. in repet. cap. per veſtras, in tertio notab. §. 23. num. 22. de donatione inter virum & vxo. Dida. dicto cap. 8. §. 6. num. 1. & ſeq. & num. 6. Rolan. in conſ 74. num. 39. & 47. volum. 1. & in conſ. 22. num. 31. in 3. Benint. deciſ. 22. num. 1. Bonacoſ. in tract. de æquit. canoni. concluſ. 2. in princ. Manti. de coniec. vltim volunt. lib. 8. tit. 5. num. 12. Menoch. in conſ. 60. num. 6. Aſcan. dicto cap. 5. numero 37. & in effec. 17. num. 8. Simon. de Pret. de conject. vltim. volunt. libro 3. interpret. 1. dubit. 3. ſolut. 2. num. 7.* Et ratio eſt, quia naturalis eſt coniunctio inter pa-
6 trem & filium, natura † autem nullã conſtituit differentiam inter legitimos & illegitimos, imò ne eam quidem cognouit, *vt in Authen. quibus mod. natur. effic. legit. colum. 2. verſ. liceat igitur: ponit Natta, licèt ad aliud propoſitum, in conſ. 231. num. 4.* Alia eſt etiam ratio, quia alimenta filiis debentur naturali iure, ideo ius ciuile non potuit ſine cauſa ſpurios illis priuare, & ne filius ſine aliqua culpa fame pereat, ius canonicum decreuit contrarium. Alias rationes ponit Paleot. *de nothis, cap. 47. num. 1. & ſeq.* Et prædictam ſententiam quod iure canonico debeantur alimenta ſpurio, probarunt, præter ſupradictos, Bartolus *in dicta Authen. ex complexu, in l. fi. num. 7. C. de iis, quib. vt indign. Alexan. in conſ. 74. num. 4. volum. 2. in conſ. 113. num. 3. volum. 7. Matheſ. in tracta. de ſucceſſ. ab inteſta. art. 1. memb. 2. num. 1. & memb. 3. num. 18. Ang. à Gambil. in tracta. de teſtam. gloſ. 69. num. 2. Ludou. de Sard. in tracta. legitim. in tit. de legitim. inter patrem & filium, num. 4. Iaſon in conſ. 26. num. 4. volum. 1. Bauer. in §. hæres. num. 8. Inſtitu. de hæred. inſtit. Bero. in cap. Rainutius. num. 91. de teſtam. Boer. in deciſ. 127. num. 2. Bertran. in conſ. 205. num. 4. volum. 2. & Duennas in regu. 356. limit. 4. & regu. 367. in princip. Ioan. Cirier. de primogen. quæſtio. 16. num. 1. Gril. de pœn. omnifar. coitus, quæſtio. 2. num. 9. Calcan. in conſ. 62. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſtio. 35. num. 13.* Hæc autem iuris canonici diſpoſi-
7 tio ſeruanda † eſt in vtroque foro: *ita voluit gloſ. fina. in fi. in dicto cap. cum haberet, vbi eum ſequitur Cardin. & Abbas num. 5. Et idipſum volunt ferè omnes proximè citati, præcipuè Aretin. Socin. Bero. Lup. Didac. Marſil. Rolan. Menoch. & Aſcan. & communem opinionem dicit Decius in cap. clerici, num. 4. de iudic. Ripa in l. ſi vnquam. num. 68. C. de reuoc. donation.* Et dicit Aretinus *in l. 1. colum. 5. ff. ſoluto matrimo.* quod hæc opinio ſeruatur in practica, propter magnam eius æquitatem, *Neuizan. qui multos citat, in Syl. nuptia, lib. 3. num. 25. & communem dicit Ang. Inſtit. de iure natur. gent. & ciui. in princip. colum. fina Duennas dicta regu. 267. num. 2. Iaſ. dicto conſ. 26. num. 13. volum. 1. Bened. d verſ. nomine Adelaſiam. num. 123. Bal. nouel. l. 1. num. 143. ff. ſoluto matrim. Capic. deciſ. 164. num 2. Euerar. loco de alim. ad dotem. num. 41. AEmil. d. conſ. 139. num. 1. Alba conſ. 44. Paleot. d. cap. 47. Natta conſ. 108. num. 4. Rot. Bonon. deciſ. 22. Bonacoſ. in d. tracta. concluſ. 2. Aſcan. d. effec. 17 num. 20. Menoch. d. conſ. 60. num. 6. Rolan. in tracta. de lucro dot. quæſtio. 94. in princ. Quanquam Vaſq.*

de succeßio creat. lib. 2. §. 20. num. 313. conetur leuibus quibuſdam rationibus impugnare: Ludou. Molin. de primogen. Hiſpano. lib. 2. cap. 15. num. 42. vbi loquitur in eo qui maioratum conſtituit.

Et procedit hæc concluſio, etiamſi pater con-
8 trarium diſponeret, † quia non poteſt ordinare, quod ſpurius nõ alatur, *ſecundùm Bal. in l. id quod pauperibus, num. 38. C. de epiſcop. & cler. quem ſequuntur multi, quos citaui in proximè præcedenti quæſtione, circa princ.* Et ſicuti pater alere tenetur ſpurium, ita & ſpuriam
9 dotare, quia † dos ſuccedit loco alimentorum, vt ſæpius dictum eſt, *Bart. in dicta l. fi. num. 7. ff. de his, quib. vt indign. & in dicta Auth. ex complexu. num. 4. in l. Mauius. §. duobus. num. 18. ff de leg. 2. Bald. in l. ſed nec mater. C. de iure dot. Abbas in dicto cap. cum haberet, Aret. in l. 1. colum. 5. ff. ſoluto matrim. vbi dicit ſeruari in practica, Sequent. ibi Socin. num. 25. & Ripa, num. 65. qui dicit communem, Curt. ſen. in conſ. 39. in princ. Et in conſ. 77. colum. 32. Ang. de teſtam. gloſ. 69. num. 2. Bauer. in d. §. hæres, num. 8. Bal. nouel. in tract. dot. part. 6. priuileg. 6. Campeg. in eod. tract. part. 1. quæſtione 17. Opizon. in l. filius familias. §. diui, num. 142. ff. de leg. 1. communem dicit Caccialup. in dicta Authen. ſi qua illuſtris. numero 91. Lup. in dicto cap. per veſtras, in tertio notab. §. 23. num. 22.* vbi dicit, ſeruari in vtroque foro, quia vbique locorum militat naturalis ratio & æquitas, ſecundùm quam pater tenetur filiam alere & dotare, *Didac. dicto §. 6. num. 11. Iaſon in conſ. 26. num. 12. vol. 1. Capic. deciſ. 180. Boer. deciſ. 127. num. 2. & 7. Rolan. in d. quæſtio. 94. Aſcan. in dicto tract. effect. 11. num. 8. Menoch. d. conſ. 60. num. 9. Et magis communem dicit Vaſq. d. §. 20. num. 314. licèt ipſe contrarium teneat, Duen. d. reg. 366. & reg. 367.* Bar, *in tracta. de non melioran. filiat. cap. 13. num. 15.* Infertur ex hoc, quod ſi pater aliquid relinquat ſpurio,
10 ratione † alimentorum, id ſuſtinebitur, *Bart. in l. fi. num. 7. ff. de his, quib. vt indign.* vbi quod poteſt pater relinquere fundum ad alimenta, *idem Bart. in dicta Authen. ex complexu.* vbi dicit, quod pater poteſt certam quantitatem relinquere pro alimentis, *Abb. in conſ. 50. num. 2. volum. 2.* Et dicit Aret. *Inſtit. de iure natur. in princip. num. 6.* quod relinqui poteſt res, quæ ſuccedat loco alimentorum. Idem dicit *in tracta. de teſtam. gloſ. 69. in fi. Pet. de Vbal. in tracta. de ſucceßione ab inteſta. car. 7. ver. ſequitur quarta, Dec. in conſ. 376. num. 2. Caccialup. in dicta Authen. ſi qua illuſtris, num. 92.* vbi ait, quod legatum fundi, factum ſpurio pro alimentis, eſt validum, quatenus capit verum debitum alimentorum, *Ruin. in conſ. 124. num. 6. volum. 1. vbi loquitur in donatione, Pariſ. in conſ. 9. num. 3. volum. 2. Socinus iunior in conſ. 130. num. 3. volum. 2. Ripa in l. 1. num. 68. ff. ſoluto matrim.* Alba, *in conſ. 44.* vbi dicit, quod tunc non petit legatum, tanquam legatum, ſed tanquam alimenta, *Bal. nouel. in tracta. dot. in 6. part. in 16. ſpecia. colum. 2. deciſ. Pedem, 85. num. 1. vbi loquitur in donatione. Menoch. in conſ. 60. num. 7.* Et hanc ſententiam ſequuntur illi omnes, qui dicunt, quod relictum vel datum ſpu-
11 riis, vltra quantitatem pro alimentis debitam, reuocatur, vt paulò infrà attingam.

Sciendum eſt autem, quod relictum filio ſpu-
11 rio, vel donatum, in dubio intelligitur † pro alimentis datum, *vt concludit Ruin. d. conſ. 124. num. 6. vol. 1.* Mouetur duplici ratione. Prima eſt, quia debitor neceſſarius legando, vel donando, videtur id face-
12 re animo † compenſandi, *vt notant Doct. in Auth. præterea, C. vnde vir & vx.* Pater autem eſt neceſſarius debitor, *ſecundùm ea, quæ ſuprà dixi.* Secundò, quia
13 fieri debet interpretatio, per quam † ſuſtineatur actus, *l. quoties, ff. de rebus dub.* & donatio facta ſpurio, non poteſt ſuſtineri, niſi in cauſam alimentorum, ergo, &c. & dicit Ruin. id procedere, etiam quando fit mẽtio meritorum in donatione, qui ea poſthabita ſuſtinetur ratione alimentorum. Id tamen intelligendum eſt, quando datur, vel relinquitur egeno, non quando diuiti: *per ea, quæ ponunt Bart. & Doctores in l. ſi Stichum. §. 1. ff. de verb. oblig.* vbi in relicto
14 annuo dicunt, tunc † cenſeri factum in cauſam alimentorum, quando fit pauperi, non ſi diuiti, vt aliquando declarabo.

Quod verò dictum eſt, relictũ datum, vel promiſſum in cauſam dotis vel alimentorum, valere,
15 intellige quatenus non excedat † quantitatem alimentorum, quod ſi excedit, reuocari poteſt. *ita Bal. in l. eam quam, num. 41. C. de fideicom.* quia cauſa certis finibus reſtricta limitat effectum producẽdum, & infert, ſi magnum aliquod podere relinquatur ad alimenta, quod quicquid eſt vltra alimentorũ valorem, reuocabitur, *Socin. in conſ. 2 num. 5. vol. 4. Iaſ. in conſ. 26. num. 13. vol 1.* vbi ait, quod illud relictum vltra modum à iure taxatum, applicatur non hæredibus, ſed iis, quiſubſtituti ſunt ſpurio: *per l. vnicam, §. in primo, & §. pro ſecundo. C. de caduc. tollen. Gloſ. Bald. & alij in l. 1. C. de ſecund. nupt. Aret.* qui id quoque dicit reuocari poſſe, datum ſupra alimẽtorum modum, *in §. nouiſſimè, col. 2. Inſtit. ad Orfician. Bal. nouel. in d. ſpecia. 16. col. 2. Nicol. de Vbal. in tracta. de ſucceßio ab inteſta. c. 6. col. 3. Caccialup. in Auth. ſi qua illuſtris, num. 91. & ſeq. Barbat. in cap cum tibi, colum. 17. de teſtam.* Et dicit Bal. *in conſ. 75. vol. 3.* quod exequutor teſtamenti ſub alimentorum prætextu non poteſt aſſignare ſpurio omnia bona, *Bero. in conſ. 165. num. 28. & 29. vol. 2. Curt. iun. in conſ. 37. nu. 6.* vbi dicit, exceſſiuam dici dotem, quæ æquat portionẽ filij legitimi & naturalis, *Ang. de teſtam. gloſ. 69. num. 2. Lup. in d. c. per veſtras, in tertio notab. §. 24. num. 1. & ſeq. vbi melius, & plenius cæteris omnibus diſſerit. Didac. d. §. 6. num. 11. & ſeq.* Et dicit Paleot. *in d. tracta. cap. 50. in princ.* quod ſpuriæ longè minor dos ſolet aſſignari, quàm legitimæ. *Et latè proſequitur Rolan. d. conſ. 74. num. 39. & ſequent. & Menoch. dicto conſ. 60. num. 10.* Simon *d. ſolut. 2. num. 7.* Vt autem cognoſcatur, an dos excedat legitimum alimentorum mo-
16 dum, conſideranda erit † ætas filij ſecundũ diſpoſitionem, *l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid. vt declarat Lup. d. §. 24. num. 2. vbi allegat. Bal. in conſ. 34. vol. 3. & quidam Moderni allegant etiam Opizon. in §. diui. num. 142. qui tamen mihi hoc non dicit.*

Ea verò iuſta & æqua dos æſtimatur, quæ alimẽ-
17 tis reſpondet, & non excedit, † *vt colligitur ex not. à Bart. in dicta l. fina. de his, quib. vt indign. & in d. Auth. ex complexu, & ita explicat Capic. in deciſ. 181. per tot. Aſcan. qui alios citat, effec. 11. num. 8.* Ratio eſt, quia dos con-
18 ſtituitur, vt inde † mulier alatur, *l. vbi adhuc. C. de iure*
19 *dot.* & loco alimentorum † ſuccedit, *l. filiam, §. Titia. de cond. & demonſt.* Ideò ſecundùm alimenta regulari debet. Sed non ſolùm haberi debet reſpectus ad alimenta, ſed etiam ad cõditionem mulieris, &

quantitatem

20 quantitatem patrimonij, vt dicimus de filia † legitima. *l. filia. ff. de leg. 3. l. cum post. §. gener. ff. de iure dot.* putà, si pater esset summæ dignitatis aut nobilitatis & ditissimus, *ita Abb. in d. cons. 115. num. 1. vers. attamen, dico. volum. 2. Paleot. in d. tracta. cap. 50. vbi doctè differit: & pro eo faciunt, quæ ponunt Doctores in Auth. res quæ. C. commu.*
21 *de legat.* vbi dicunt, quod mulier † potest dotari de bonis fideicommisso subiectis secundùm qualitatem & conditionem personæ, non autem solum secundum quantitatem patrimonij.

Dictum est suprà, quod datum spurio vltra modum legitimum, reuocatur statim, quod erit, quãdo spuriæ datum est in causam dotis, an eo casu reuocabitur, quatenus excedit debitum. Et sanè, si pater dotem dedit genero, non reuocabitur eo vi-
22 uente, quia maritus dotem habet oneroso † titulo, *gl. in l. si donaturus. ff. de cond. cau. da. Bar. in l. si constante, num. 67. vbi eum sequuntur omnes ff. solu. matrim. Bald. in l. hac edictali. C. de secund. nupt. Ias. in l. Nesennius, in 3. notab. ff. de re iudic. latè in §. item si quis in fraudem, num. 30 Instit. de action.* Ideò æquitati non conuenit, quòd marito, dum onera sustinet matrimonij, auferantur dotes, quibus debet onera sustinere, *atque ita in ter-*
23 *minis † decidit Bart. in l. si. ff. de his, quæ in fraud. credito. vbi in §. si à socero. num. 2. mouetur supradicta ratione. Idè dicit in l. Mæuius. §. duobus, quæstio. 3. ff. de leg. 2. Bal. in d. Authen. ex complexu. Ang. in §. item si quis in fraud. Instit. de action. Campeg. de dot. par. 1. quæstio. 48. Ang. in l. ignoti. C. de reuoc. his, quæ in fraud. cred. Abb. in cons. 115. num. 2. volum. 2. Alex. in cons. 54. num. 12. volum. 7. Paleot. in d. tracta. de noth. cap. 50. per totum, Rolan. in cons 74. num. 49. volum. 1. vbi addit Bertran. & ita tenetur communiter, vti attestatur Lupus, d. §. 3. cap. 24. num. 3. & hæc opinio est magis humana, vt dicit Rip. in l. 1. num. 69. ff. soluto matrim. Bened. in d. c. Rainutius, in vers. vxorem nomine Adelasiam, num 126. de testam. Ludou. de Sard. in tract. de legitim. §. fin. num. 10. Io. Bapt. de sancto Blasio, de priuileg. dot. priuileg. 242. addit. ad Corset. sing. 146.* Contrarium tamen voluit Nicol. de Vbal. *in tracta. de succes. ab intest. car. 7. colum. fin.* quia si dotis constitutio à principio nõ valet, potest statim reuocari. Item, maritus debet sibi imputare, qui spuriam duxit: debuit enim cautiùs negociari, *argum. cap. nuper, de donatio. inter vir. & vxo.* Hanc opinionem dicunt de iure veriorem Lup. *in d. c. 24. num. 3. Rip. d. l. 1. num. 68. ff. solu. matrim. Didac. d. §. 6 num. 12.* vbi dicit, quod etsi dos marito detur pro oneribus matrimonij, non tamen sequitur, quod maritus titulum habeat oneroſum, nam ratione coniugij tenetur alere vxorem. Sed hæc ratio nihil valet, quia maritus eam non aliter duxisset in vxorem, nisi cum ea dote, *vt in simili arguit Cast. in l vnica, num. 1. C. de inoffic. don.* Magis vrget alia ratio, quod sibi imputet vir, qui spuriam duxit, sed ea quoque cessat, quando dos est ipso marito promissa à patre: nam id non reperitur iure prohibitum. Ergo nihil est, quod
24 marito ascribatur: ipse † enim est dotis dominus. *l. quotiens. C. de iure dot. Instit. quib. alien. licet, in princ.* Et talis constitutio dotis, nullam omnino affert spuriæ vtilitatem, ideo videtur, quod non obstante legis prohibitione sustineatur dotis constitutio, *per ea quæ ponit Bal. in l. hac edictali, in princ. colum. 2. ver. nunc statim succedit. C. de secund. nupt.* vbi vult, quod con-
25 trahens secundas nuptias, † possit secundæ vxori plus relinquere, quàm filiis primi matrimonij, quando relictum non affert secundo cõiugi emolumentum, vt quia grauatur statim alij restituere. *Sequitur Tiraq. in l. si vnquam in ver. susceperit liberos, numero 174. C. de reuoc. donat.* Conueniunt omnes, tunc repeti non posse à viro dotes excessiuas, quando vir ignorauit illam, quam dixit esse spuriam, quia
26 † error facti non debet nocere marito, qui putauit illam legitimam. *c. lator, & cap. ex tenore, qui fil. sint legit. ita declarat Nicol. de Vbald. in d. tracta. in 4. specie filio, folio 7 seq. Lup. d. c. 24. num. 3. vbi ait, sibi satis placere, & esse decisionem à paucis notam, sequitur Ripa in d. l. 1. nu. 48. Didac. dicto §. 6. num. 12. Rolan. in dicto cons. 74. num. 50.* Quod intellige, quando constaret, quod maritus fecerit diligentiam, vt sciret conditionem mulieris, quam intendebat ducere in vxorem: aliâs enim nulla facta inuestigatione, laborat contra maritum præsumptio, quod sciuerit, quia tenebatur inuestigare, *argum. l. qui cum alio. ff. de reg. iur.* vbi si id recipitur, quando agimus de contractu ingerente damnum pecuniarium, quanto magis locum habebit, vbi agitur de re grauiori, ad quam nemo accedit nõ informatus de qualitate personæ. An autem maritus lucretur talem dotem, & an ab hæredibus vxoris possint hæredes patris repetere, aliásque similes quæstiones, videbimus infrà suis sub titulis examinatas.

Quę diximus de spurio alẽdo, non videtur procedere in eo, qui natus est ex damnato & punibili coitu: ei enim etiam alimentorum nomine nihil
27 pater relinquere † potest, secundùm Bart. *in cons. 119. Dominus Dominicus, vol. 1.* vbi loquitur in filio sacerdotis, procreato durante sacerdotio. Huiusmodi enim nati ex sacerdote, sunt † cæteris magis
28 odiosi, *vt per Ang. in cons. 401. num. 7. Caph. in cons. 410. num. 26. Paleot. d. tract. de noth. & spur. cap. 16. num. 16.* Et eandem sententiam, quod nefarios & incestuosos filios, pater non teneatur alere, probauit Bald. *in Auth. ex complexu, in princ. C. de incest. nupt. Lud. de Sard. in tract. de legitim. colum 9. vers. quartò quæritur.* Verior tamẽ est aduersa opinio, quod etiam ex incestuoso & nefario coitu nati, alẽdi sint à patre: iis enim, sicuti aliis, communis est natura, secundùm quam diximus alimenta esse præstanda, & eis conuenit æquitas iuris canonici, de qua *in d. c. cũ haberet.* Ideo Lup. *in d. not. 3. §. 10. num. 14.* dicit communiter teneneri, quod etiam in nefariis procedat dispositio *cap. cum haberet*, quidquid Bald. loco præcitato voluerit, *& in §. 23. num. 12.* & Caccialup. *in d. Auth. si qua illustris, nu. 91.* dicit mirari de verbo Bart. *in d. cons. 119. & cum hac tranſit Nicol. de Vbald. in d. tract. 1. part.* Huius quoque sententiæ fuit Didac. *d. §. 6. in princ.* dicens, quod filij, quocunque coitu nati, etiam incesto, alendi sunt. Inuenio etiam, quod in filia vnius monialis; id placuit Dec. *in cons. 611. in fine.* vbi mouetur, quia in ea non minus, quàm in aliis, militat ratio æquitatis, & cum ipsa non deliquerit, iniustum esset, si plecteretur ex delicto patris. *l. sanctimus. C. de pœnis.* & cum dispositio iuris canonici sit fauorabilis, debet ampliari. *l. cum quidam. ff. de lib & posth.* Garzias pulchrè *in tract. de vlt. fine iur. ciuil & canon. nu 78.*

vbi, quod ratio iuris canonici discordat à Baldi conclusione, latissimè autem Baldus reprehendit, hanc comprobans partem, *Paleot. dicto tract. cap. 46. num. 5. & sequent. vsque ad fin. Duennas dicta reg. 367. numero 5. vbi citat alios. & ante eos Abbas, cons. 50. volum. 2.* Ideò Abbas, *in cap 1. num. 4. de cohabit. cler. & mulier.* dicit, quod clericus potest filium susceptum post clericatum, & ita post illicitum coitum, alere de
29 redditibus † sacerdotij: quia licèt clericus malè fecerit, ex quo tamen sunt geniti, non sunt perdendi, sed eis tanquam pauperibus subuenien-dum, *allegat dictum capitulum, cum haberet, sequitur Lup. d. 3. notab. §. 23. nu. 13.* vbi infert, quod de eisdem redditibus potest dotare filiam incestuosam, *Duen. in reg. 367. num. 3. ampliat 3. in fi.*

Quis verò spurius dicatur, satis colligitur ex iis, quæ latè diximus in præcedenti capitulo, dum de naturalibus disseruimus. Habita enim naturalium cognitione, ignorari non possunt spurij. Et quidem spurij nomen in genere capi potest, & in specie. In genere porrò spurij dicuntur, quicun-
30 que ex minimè iustis nuptiis sunt † geniti, *Bart. in l. fi. ff. de his, quib. vt indign. Paleot. in d. tracta. cap. 16. num. 4.* vbi post Dec. inquit, non esse subreptitium rescriptum legitimationis, in quo exposuit quis, se esse spurium, cum tamen esset incestis nuptiis. Adnotandum tamen, subobscuram esse eiusmodi explanationem. Quocirca intelligenda est, vt spurij vocabulo veniant, nedum, quæ ex iustis nuptiis non sunt procreati, sed ij quoque, qui ex concubinatu non sunt orti, vnica extante cõcubina, *ita Bart. d. l. fi. Abb. in c. tanta. qui fil. sint legit.* Ideò qui nascitur ex adulterio, vel stupro, vel ex concubina, cum quis plures haberet, vel ex soluta, quę nõ erat concubina, vel ex moniali, vel sacerdote, vel aliter, spu
31 rius † est. Ita declarat Caccialup. *in d. Auth. si qua illustris, num. 1.* vbi *num 3.* ponendo exempla, dicit, quod spurius est, quicunque non nascitur ex legitimo matrimonio, nec ex vnica cõcubina, & propterea clerici, moniales, & alii quibus interdictus est cõcubinatus, producunt spurios, *Didac. d. par. 2. c. 8. §. 5. num. 1. vbi citat Vasq. illustr. quæst. cap. 102. num. 7. vbi plures addit, Natta in cons. 623. num. 3.* In specie autem spurius
32 dicitur, qui ex † iis nascitur parentibus, inter quos non poterat esse matrimonium tempore conceptionis, vel qui nascitur ex coitu iure ciuili prohibito, & punibili, *Ang. in §. nouissimè. Instit. ad Orfician. Caccialup. Didac. Vasq. & alij supracitati.* Infertur ex his,
33 quod natus † ex ancilla dicitur spurius, *Caccialup. loco prædicto, Bart. in l. fi. de concubin. Bal. cons. 206. volum. 3. Afflict. & Ruin. quos citat & sequitur Cæph. in cons. 111. numero 29. Crau. cons. 166. num. 6. Alcia. cons. 268. num. 4.*

Constituitur & alia inter spurios differentia,
34 † quia nascuntur aliqui ex coitu punibili, alij ex damnato quidem, sed non punibili, *Paleot. d. cap. 16. num. 5. & 45. num. 2. Cæphal. in cons. 48. num. 19. Natta in cons. 421. num. 4. & 5.* vbi inquit, distinctionem hanc esse attendendam, respectu maternæ successionis, non autem respectu paternæ, quia ab ea omnes indistinctè excluduntur. Est tamen quæstionis, an in dubio filius præsumatur spurius, vel naturalis. Et sanè glos. pen. *in c. lator, qui fil. sint legit.* & ibi Præpos. dicunt, filium in dubio natum præsumi ex a-
35 dulterio. † Alciat. *in tract. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 5. ferè per totam,* mouetur pluribus fundamentis. Ideò Alciat. *in cons. 268. num. 1. & seq. & in cons. 269.* mouetur ex eo, quod voluerunt Bal. Cast. & Alex. *in l. 3. ff. de lib. & posthum.* vbi volũt, quod præsumatur incapax filius, quem constat non esse legitimum. Eandem sententiam tenuit Natta, *in cons. 421. per totum:* vbi, licet multa dicat, ea ferè vnica ratione mouetur, quia actor debet probare suæ intentionis fundamentum, & se habilem ad successionem, & nõ potest naturalis, nisi verus concubinatus concurrat, qui tamen non præsumitur, *Menochius in cons. 60. num. 12.*

Contrariam tamen sententiam probauit Bald. *in cons. 448. in tertio dubio, volum 1. sequitur Crauet. in consilio 138. num. 1. & in cons. 66. num. 1. Cæphal. in cons. 48. numero 11. Bero in cons. 19 per totum, præcipuè num. 6. & 18. volum. 2. Simon de Pretis, lib. 3. interpret. 1. dubitat. 3. solutio. 2. num. 4. Boss. in tit. de coitu damn. num. 77. vide tamen latè Petram, de fideicom. quæstio. 11. num. 463. & seqq. Caualca. in decis. 12. num. 23 Rim. cons. 187. num. 79. Ioseph. Ludo. dec. Perus. 18. num. 24.* Ratio principalis huius partis est, quia in dubio quis præsumitur capax successionis, & qui vult dicere incapacem, quia sit spurius, debet probare, *l. in exceptionib. ff. de probat. ita arguit Bald. in loco præcitato, & Cæphal. quoque.* Hæc tamen ratio non concluderet, quando quis institueretur tanquam naturalis, vel vbi quid sibi relinqueretur tãquam tali, quia tunc onus probandi talem cõiunctionẽ pertineret ad institutũ vel honoratum. Secũda ratio est, quia semper capi debet præsumptio exclusiua delicti, *l. merito. ff. prosocio.* At spurius, *vt dixi,* descendit ex damnato coitu, naturalis autem ex permisso. Item, magis est præsumendum possibile
36 † honestum, quam inhonestum, *Bart. in l. filium. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. Bero. cons. 19. num. 10. volum. 2.* Præterea sicuti filius in dubio præsumitur legiti-
37 mus † & non illegitimus, *Cæpol. in caute. 118. quis in dubio. colum. 2. Dec. in l. si emancipati. num. 3. C. de collatio. Soc. in cons. 23. num. 19. volum 1. Bero. in cons. 19. per totum, volum. 2. Cotta in memor. incipien. filius præsumitur, Simon d. solu. 2. num. 4.* ita debet præsumi naturalis potiùs quàm spurius. Semper enim sumenda est præsumptio, vt magis inhonestum, vel magis graue delictum excludatur, *dicta l. merito.* Et Beroius *in d. cons. 19. num. 20.* recitat nonnullos casus, in quibus posset esse locus decisioni, *Alciat. in d. præsumpt. 2.* Et ratio Nattæ, quod teneatur quilibet probare fundamentum suæ intentionis, est leuis: quia cum quilibet præsumatur capax, satis est fundata agentis intentio, nisi contrarium probetur.

SVMMARIVM.

1 *Pater spiritualis succedit filio, nec econtrà.*
2 *Cognatio spiritualis, nihil habet commune cum rebus profanis.*
3 *Actus non operatur vltra agentis intentionem.*
4 *Filius spiritualis non excludit substitutum sub conditione, si decesserit sine filiis.*
5 *Pater spiritualis non tenetur alere filium, sed vide ibi de veritate.*

6 *Pater qui tenuit ad sacrum chrisma, alit filium.*
7 *Cognatio spiritualis tribus modis contrahitur.*
8 *Affinitas spiritualis non est minor quàm carnalis.*
9 *Pater spiritualis est plus diligẽdus, & honorandus, quàm carnalis.*
10 *Occidens patrem spiritualem, non minus punitur, quàm occidens naturalem.*
11 *Pater spiritualis non accusatur, non vocatur in ius sine venia, recusatur suspectus, non est testu idoneus, tenetur solùm, in quantum facere potest.*
12 *Affinitas spiritualis maior est quam carnalis.*
13 *Dispensatio aduersus spiritualem cognationem non solet concedi.*
14 *Amicitia idem operatur quod sanguinis coniunctio.*
15 *Amicitia magna superat affectionem parentum.*
16 *Fiscus excluditur per ordinem decurionum à successione.*
17 *Collegium consiliariorum excludit fiscum.*
18 *Fisco in successione præfertur confraternitas.*
19 *Fiscus excluditur à tutore in successione.*
20 *Pater spiritualis in successione excludit fiscum.*
21 *Antecedens qui vult, censetur velle omne necessarium consequens.*
22 *Actum faciens, obligat se legibus de illo actu loquentibus.*
23 *Filius spiritualis non dicitur propriè filius.*
24 *Verba naturaliter, non fictè, sunt intelligenda.*
25 *Filius non dicitur verè is, cui deest veritas naturæ.*

QVÆSTIO XI.

HÆc in patre naturali procedunt, quæ suprà explanata sunt, an vero in patre spirituali locum sibi vendicent? Diceret quilibet, quod non. Is enim nullo mo-
1 do succedit filio † nec sibi filius, *Butr. in cap. transmissa, qui fil. sint legit. Abbas cap. tanta, eodem tit.* Secundò, inter patrem & filium spiritualem, intercidit gratuita quædam & spiritualis necessitudo, quæ nihil
2 habet commune cum rebus profanis, † vt est alimentatio, *vt inquit Nicol. de Vbal. in tracta. de succes. ab intest. car. 3. ver. septima & vltima species, Bologn. ad Mathesil. in tracta. de succes. ab intest car. 8. ver. in additio. incip. vltimus gradus, ver. quid autem in filiis, quos citat Tiraquel. in l si vnquam, in ver. susceperit liberos, num. 26. C. de reuoc. donat.* Tertiò, vbi pater de sacro fonte aliquem leuat, non id agit, vt ei præstet alimenta si
3 egeat, actus † ergo non obligat vltra agentis intentionem. *l. non omnis. ff. si certum pet.* Quartò, videmus quod filius spiritualis non excludit substitu-
4 tum, quando vocatur quis sub conditione † si decesserit sine filiis, *Bal. in Authen. nisi rogati, colum. pen. C. ad Trebellia. Sequuntur Barbat. Curtius sen. Franch. Dec. Campeg. Natta. Cotta. Benedict. & Ripa, quos citat Tiraq. loco prædicto, Manti. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 8. num. 18.* Hanc partem per prædictas rationes pro-
5 bauit † Ant. Cordub. *in l si quis a liberis, in princ. num. 19. ff. de lib agnoscen. vel alen.*

Verum contrarium sequutus est Baldus, *in Authen. nisi rogati, num. 19. C. ad Trebellia.* qui mouetur exemplo adoptiui patris: & licet loquatur sub dubio fortè, id tamen non reddit dubiam Baldi decisionem. Est enim frequens loquendi mos, apud prudẽtes Iurisconsultos. Id etiam voluit Io. Fab. *in l. 1. C. de alen. lib. Franch. in c. 1. de cogna spirit. lib. 6. Nicol. de Vbald. loco prædicto, Alexan. in addit. ad Bart. in tracta. aliment. numero 17. Barbat. in cap. Raynaldus, colum. 37. Curt. Gozad. Ripa & Cotta, quos citat & sequitur Tiraquellus, loco prædicto, num. 31.* vbi post Budæum inquit, proditam esse à iure honorariam quandam actionem ad nutricationem spiritualis filij, si egeat, Beninca. *in tracta. paupert. in 7. quæstio. in 2. specia. iudi. num. 10.* vbi
6 dicit, idem † esse in illo, qui puerum tenuit ad sacrum chrisma, & ad catechismum. His enim tribus modis efficitur pater spiritualis, & contrahi-
7 tur agnatio spiritualis, † *vt notatur in cap. fina. de cogna. spirit. libro 6. Decius in consilio 464. numero 11 Ascan. in tracta. de patr. potesta. effec. 17. numero 21.* Ratio est,
8 quia spiritualis affinitas non est † minor, quam carnalis, *cap. qui dormierit, 27. quæstio 2. cap. ita diligere, & cap. sequent. 30. quæstio. 3.* vbi dicitur susceptum de sacro fonte, ita diligere debere eum, qui susce-
pit, sicut patrem. Imò dicit glos. *in cap pictacium. ead.*
9 *cau. & quæstio.* quod plus est diligendus † & præferendus carnali, in exhibitione reuerentiæ, *Barbat. in l. 2. col. 7. ff. de verbor. obligat.* Et glos. *in cap. aut facta. in ver. parentem, de pœn. distinctio. 1.* dicit, non minus puniendum esse, qui spiritualem, quàm qui natura-
10 lem patrem † occidit. Et spiritualis pater non potest in ius vocari, sine venia, potest recusari, ne iudicet in causa sui filij spiritualis, non est testis ido-
11 neus, potest accusare † & prosequi iniuriam, non tenetur nisi in quantum facere potest, *vt latè prosequitur Tiraquel. in d. ver. susceperit liberos, num. 28. & seq.* Et dicit glos. *in dicto cap. qui dormierit*, maiorem esse
12 affinitatem spiritualem, quam carnalem: † Et ideò, secundùm Abb. *in cap. fina. colum. 3. de purg. canon.* Ecclesia, quæ quotidie dispensat aduersus car-
13 nalem cognationem, nunquam dispensat † aduersus spiritualem. *Sequitur Cotta in memor. incipit, commater, in fi. post Felin. quem citat, & Tiraquel. in loco prædicto.* Quod si in eo cadit tam arctum amoris vinculũ, quare illo nõ obligatur ad alimẽta eo modo, quo naturalis pater obligatur. Videmus enim ma-
14 gnum amorẽ idem operari, quod † sanguinis coniunctio, *Abb. in cap. requisisti, de testam.* Id quod infinitis decisionibus exornat Tiraquel. *in d. l. si vnquam, in ver. libertis. num. 102. & seq.* vbi infert, quod amici capiunt legata ex testamento minus solenni, in eis subintelligitur clausula codicillaris. amicitia enim
15 † superat parentum affectionem, *Bar. in l. alimenta. §. 1. ff. de alimen. & cibar. leg. vbi Alex. seq.* Quod si pater ad alimenta tenetur, quia minister naturalis generationis, quare ad id non tenebitur spiritualis pater, quia fuit minister regenerationis, quæ non minus attenditur, quàm ipsa generatio?

Et non obstat, quod pater nullo modo succedat filio, quia respondeo rationem successionis solam non obligare ad alimẽta, & præstationem alimentorum non regulari secundùm normam successionis, *vt suprà dixi.* Præterea dico, quod etiam pater spiritualis debet ad successionẽ admitti post agnatos & cognatos, excluso fisco, sicuti excluditur per
16 † ordinem decurionum, *vt in l 1. C. de hæred. decur.* vbi
17 Bartolus idem dicit, † in collegio consiliariorum, quod fisco præfertur. Idem in confraternitatibus
18 † vult Castrens. *ibi, & Dec. in l. 1. nu. 20. C. vnde vir & vx.*

19 Excluditur etiam fiſcus † à tutore, *vt per Alex. in conſilio 31. num. 7. volum. 1. Amanell. ſing. 242.* Licet ergo non
20 inueniam in ſpecie deciſum, non video, † quare non ad excluſionem fiſci ſuccedat quoque ſpiritualis.

Non obſtat ſecundò, quia etſi illa ſpiritualis cognatio ſit gratuita, & nihil habeat commune cum temporalibus & profanis, producit tamen amorem, quo aſtringitur pater ad benefaciendum filio, quem leuauit de ſacro fonte.

Tertiò, non mouet, quod non id egerit, quando eum leuauit, quia reſpondeo, quod etſi principaliter non id egerit, tamen cenſetur id omen voluiſſe, quod conſequitur ex actu, quia, qui vult an-
21 tecedens, cenſetur † velle omne conſequens neceſſarium. *l. 2. vbi Doctores. ff. de iuriſdict. omn. iud. c. præterea, de offic. deleg. cum ſimilibus.* Et qui facit actum, ſe
22 obligare † videtur ad leges loquentes de illo actu, *Bal. in l. ſi duo. ff. de acquir. hæred. Natta in conſ. 42. num. 22.*

Poſtremò nõ mouet, quod filius ſpiritualis non excludat ſubſtitutum, quia non eſt filius, præcipuè
23 † intelligendo propriè, *Bald. in Authen. niſi rogati, & ſequuntur alij in contrarium citati.* Et quando teſtator ponit in conditione, intelligit de veris filiis, & de
24 naturalibus, non de ſpiritualibus. Verba † enim naturaliter, non fictè debent intelligi, *l. ſi. ff. de iis, qui ven. ætat. impetra. l. ſancimus. C. de nupt.* Et non dicun-
25 tur veri filij, quibus defecit veritas † naturæ. *l. filio quem pater. ff. de lib. & poſthum. Caſt. conſ. 30 num. 1. vol. 1.* Prędicta verò concluſio, quod pater ſpiritualis teneatur filium alere, procedit quando aliunde filius nõ habet alimenta, ita intelligunt omnes. Dubium tamen oriri poſſet, an ſit à patre alendus, etiamſi habeat ſanguine cõiunctos, à quibus ali poſſit. Et quamuis Doctores, quos viderim, non tractant quæſtionem hanc, tamen credo patrem ſpiritualem teneri in ſubſidium, tãtummodo deficientibus iis, qui naturali ſanguinis ratione, vel particulari aliqua obligatione eum alere tenentur, & tunc patrem alere filium, quando ſuccederet, id eſt, quando ab iis, qui præferuntur in ſucceſſione, alimenta non poſſunt præſtari.

SVMMARIVM.

1 *Auus paternus tenetur alere nepotem.*
2 *Auus paternus non ſolum patre viuente, ſed eo quoque mortuo, alit nepotem.*
3 *Auus venit appellatione patris in fauorabilibus.*
4 *Auus in correctoriis & odioſis nõ venit appellatione pa-*
5 *Auus tenetur dotare neptem ex filio.* *(tris.*
6 *Nepos ſpurius ex filio legitimo, non eſt odioſus legibus reſpectu aui.*
7 *Ratio vbi eadem eſt, ibi diſpoſitio quoque eadem eſſe debet.*
8 *Auus tenetur alere nepotem ſpurium ex filio legitimo.*
9 *Auus non obſtante lege regia Hiſpaniarum, alit nepotem ſpurium ex filio legitimo.*
10 *Nepoti ſpurio ex filio legitimo relinqui poteſt ab auo.*
11 *Nepos ſpurius ex filio legitimo poteſt inſtitui tanquam extraneus.*
12 *Auus poteſt relinquere nepoti ſpurio ex filio legitimo quantum vult.*
13 *Patris macula non nocet filio, in iis quæ aliunde quærunt, quàm per patrem.*
14 *Nepos ex filio ſpurio inſtitui poteſt, ſi non fiat contemplatione filij.*
15 *Auus habens filios legitimos, non poteſt nepoti ſpurio ex filio legitimo relinquere vltra modum, de quo in l. fi. C. de naturalib. lib.*
16 *Nepos ſpurius ex filio legitimo, non poteſt ab auo conſequi vltra modum, l. fin. C. de natur. libe. etiamſi ſit legitimatus.*
17 *Nepos naturalis ex filio legitimo, non poteſt inſtitui, ſecundum terminos l. fi. C. de natur. lib.*

QVÆSTIO XII.

DIXIMVS, patrem teneri ad alimenta erga filiam, an idem ſit in auo pater-
1 no? & idem † omninò eſſe voluit *gl. in l. ſi quis à liberis. ff. de agnoſcend. vel alen. lib. à pat.* Mouetur ex eo tex. nam pater non ſolum tenetur alere filium, ſed etiam alia onera ſuſtinere: ergo & alere nepotes ex filio, quia illi numerantur inter onera filij. *Idem probarunt Bar. & Alber. ibi, Aret. in conſ. 17. num. 11. Iaſ. in l. ius ciuile, num. 24. ff. de iuſt. & iur. Socin. in conſ. 161. num. 1. volum. 2. Ruin. in conſ. 94. num. 7. volum. 5. & in conſ. 45. num. 2. volum. 2. Brun. de ſtatu excluſ. fœmin. artic. 11. num. 89. Coraſ. in l. qui liberos. num. 105. in fi. ff. de ritu nuptiar. Beincaſ. in tract. de pauper. in 7. q. in 2. ſpecia. iudic. num. 7. Anto. Codub. in d. l. ſi quis à liberis. §. non tantum, num. 41. ff. de lib. agnoſ. vbi allegat. Salic. Crot. & Dida. qui tamen hoc non dicunt, ſed benè hoc vult Paleot. de noth. & ſpur. c. 47. num. 6. Vital. in tract. clauſ. tit. an renuncia. poſſ. alimen. colum. 3.* Et prędicti ferè omnes loquuntur, quando pater viuit, ſed procedunt quoque, quando pater eſt mortuus, † *vt probat text. expreſſus, in l. pen. ff. de lib. agnoſcen.* vbi dicitur, quod nepos eſt patri oneri, niſi pater non ſit ſuperſtes. Et illum text. ad hoc allegat *Aret. d. conſ. 17. nu. 11.* & mortuo patre loquitur Ruin. *in d. conſ. 94. num. 8.* Et pro hac parte faciunt leges & Doctores, dicentes, quod pater tenetur alere filios, quia auus
3 venit † appellatione patris, *l. iuſta interpretatione ff. de verbor. ſignif. facit l. parentis appellatione. ff. eod. Et inquit gl. in d. l. iuſta,* quod vbicunque in toto corpore iuris fit mentio de patre, ſemper idem intelligitur de auo, Alber. *in 2. par. ſtatuto. q. 107.* id quod obtinet in fauorabili diſpoſitione legis, *vt inquit Bart. in l. liberorum, in fi. ff. de verbor. ſignif. Bal. in l. ſcimus, num. 12. C. de inoffic. teſtam. vbi loquitur in ſtatuto, & infert ad pulchram quæſtionem, eum ſequitur Alexan. ad Bar. in d. l. liberorum. Boer. in deciſ. 241. num. 5. Rebuf. de priuileg. ſcholar. priuileg. 177. num. 10. Bero. in conſ. 149. num. 7. volum. 2.* vbi tamen
4 dicit ſecus eſſe in correctoriis † vel odioſis, *Duen. in reg. 87. ampliat. 4. Aſcan. de patr. poteſta. effect. 1. num. 21.* Vbi tamen communem opinionem Doctorum infert, quod ex cauſa famis non minùs auo, quàm patri, licèt filium vendere, quod tamen hic non expedit tractare. Ex hac autem concluſione infer-
5 tur, quod auus nedum alere, ſed etiam dotare † tenetur neptem ex filio. *l. dotem dedit. ff. de collat. l. & in in eo. §. fi. cum l. ſeq. ff. de in rem ver. l. pater. ff. de euiction. l. Iulianus. §. ſed & ſi filius, vbi gl. in ver. pro filia. ff. ad Macedon.* Et id explicat expreſsè text. *in l. qui liberos. ff. de ri. nupt.*

supt. vbi dicitur, quod habens liberos in potestate, alere & matrimonio collocare tenetur, & auus liberos habet in potestate: ergo, &c. *& hoc voluit Bar. in l. vbi cum sequuntur omnes. ff. soluto matrim. glos. Bal. & alij, in l. fina. C. de dot. promiss. Ang. in dicta l. pater, ff. de eiction. Salic. in dicta l. fina. Aret. in dicto cons. 17 num. 13. & seq. vbi latè agit, Ruin. cons. 45. num. 2. in fi. volum. 2. Coras. d. l. qui liberos, num. 104, vbi dicit verissimum & receptissimum, Bald. nouell. in tract. dot. par. 6. in 16. specia. colum. 1. num. 3. Socinus tun. cons. 79. num. 15. volum. 3. Ripa in l. in quartam. num. 204. ff. ad leg. Falcid. Lup. in cap. per vestras. §. 24. incip. an auus, num. 1. & sequent. de dona. inter vir. & vx. folio mihi 161. Crauet. in cons. 219. num. 1. Natta in cons. 363. num. 5. Cæphal. cons. 105. & cons. 343. num. 6. Et ponũt Doctores passim.* In quibus locis videbis, an teneatur ex obligatione propria auus dotare & alere, an verò ex obligatione filij, & an ea dos imputetur filio in legitimam, & an teneatur dotare neptem, quæ habet patrem diuitem, & an nepti in legitimam imputetur, quę sibi debetur in bonis patris, & similes quęstiones, quas ego prudẽter omitto, ea omnino ductus sententia, quod nihil extraneum mihi sit in hoc opere pertractandum, nisi quatenus ad susceptam mihi prouinciam pertinebit. Et quæ diximus in nepote legitimo, procedunt etiam in nepote spurio, ex filio legitimo: ei enim pater vel auus tenetur alimenta præstare: est enim legibus
6 † minus odiosus, *vt notatur in l. fi. C. de nat. lib.* Sicuti enim lex ciuilis, quæ matrem cogit ad alendum filium, extenditur per idẽtitatem rationis, ad ascendentes per maternam lineam, quare non eodem modo extendenda erit, ad ascendentes per lineam paternam, lex, quæ ex æquitate patrem compellit ad exhibendum spurios? Vbi enim eadem est ratio,
7 † ibi idem ius esse debet. *l. illud. ff. ad leg. Aquil. Et*
8 *ita in terminis † probat Nicol. de Vbald. in tracta. de successio. ab intesta. par. 1. in 4. specie liberorum, sequitur Socin. in cons. 161. num 9. vers. quarto & vltima præmitto, Didac. in epitom. de sponsa. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 16.* vbi allegat Cynum, Bart. & Abb. qui tamen de hoc non faciunt
9 verbum, aduertit tamen † legem regiam cedere in hoc iuri canonico. *Sequitur Duen. in reg. 367. ampliat. 7. num. 7. Natta in cons. 108. num. 4. Ant. Padill. in Authen. res quæ, num. 66. C. commun. de leg.* vbi idem circa legem regiam sentit cum Dida. licèt supprimat eius nomen, & cum correctione defendit Ant. Cordub. *in d. l. si quis à liberis. §. idem rescripsit, num. 39. & seq ff. de lib. lib. agnos. vel alen.* Allegat Doctores, loquentes non terminis suæ quæstionis, sed in aliis, quidquid sine ratione tenuerit Vasq. *de succes. creat. lib. 2. §. 20. num. 318.* Ex hac ratione, quod spurius nepos ex filio legitimo sit alendus, deducitur alia conclusio, quod
10 ei potest ab auo relinqui, † sicuti relinqui potest à patre, secundum ea, quæ in præcedentibus quæstionibus, à nobis sunt exposita, & ita dicit Iason *in cons. 26 num. 12. volum. 1.* vbi mouetur sola dispositione *cap. cum haberet*, & in tali nepote idem concludit, quod in filio, quod scilicet relictum sustineatur ad vsque legitimam alimentorum quantitatem, & non vltra, quod tamen est falsum, quia auus potest quantum vult relinquere nepoti spurio ex filio legitimo & naturali. Prohibitio enim est de patre ad filium spurium; non autem de auo ad ne-
11 potem. *l. 1. C. de natu. lib.* Et potest institui nepos spurius, tanquam extraneus, non tanquam nepos. *l. si pater. §. qui duos. ff. de adopt.* Et per has rationes con-
12 cludit † *Fede. de Sen. cons. 57 in 6. dub. Glos. & Doctores in l. fi. C. de natu. lib. & Bero in cons. 165. num. 20. & 33. vol. 2. & Bertran. in cons. 187. per totum, volum. 3.* vbi allegando Rofred. *in quæst. 12.* dicit non reperiri lege cautum, quod auus non possit relinquere nepoti spurio ex filio legitimo, & Beroius mouetur ratione, quia in auo cessat ratio, qua lex ciuilis prohibuit à patre relinqui. Hæc sequutus sum *in cons. 89. num. 14.* Accedunt rationes citatæ à Bart. *in l. Gallus. §. quod si is, num. 2. ff. de lib. & posthu.* Nam macula patris non no-
13 cet † filio, in iis, quæ sibi quæruntur alio medio, quam per patrem, *l. diui fratres, & l. qui contra, ff. de iure patron.* Facit etiam decisio Bart. ibi, quæ vult, quod
14 nepos ex filio spurio † possit institui, si id non fiat filij contemplatione, putà, cum prohibitione, ne patri quicquam quæratur.

Hæc tamen ita intelligenda sunt, si auo non extent legitimi filij: vbi verò extant, tunc non potest
15 auus nepoti † spurio ex filio legitimo relinquere vltra modum definitum *in l. fi. C. de natu. lib.* vbi Bal. dicit, illã legem procedere in nepote legitimo ex filio naturali, vel nepote naturali ex filio legitimo, vel nepote naturali ex filio naturali, declarat Salic. *in summario*, & Barb. ad Bal. dicit illum tex. esse singularem. Et licet Bar. hunc casum omiserit, *l. Gal. §. quod si is, tamen Castr. ibi, num. 7.* loquitur clarè, quando auus vult reliquere nepoti spurio ex filio legitimo, *sequitur Aret. ibi, col. 4. ver. tangit etiam, Paleot. in d. tracta. c. 53. in fi.* vbi dicit, quæcunque expressa in nepote legitimo ex filio spurio, procedere etiam in nepote spurio, ex filio legitimo, *Ruin. in cons. 70. nu. 1. & seq. vol. 3.* vbi fortiùs dicit procedere, etiamsi talis
16 nepos † sit legitimatus, *& idẽ voluit Soc. cons. 71. nu. 42. inter cons. Ruini, vol. 3. idẽ Ruin. in cons. 101. per tot. vol. 3.* vbi
17 fortius vult, quod neptis † naturalis non possit institui secundũ dispositionem *d. l. fi.* licèt ea contrariũ disponat in nepote, quod tamen ego nõ firmo. *Ripa in cons. 191.* vbi quærit, an lex illa, loquẽs in auo, procedat in auia. Erit ergo conclusio, quod auus non poterit, etiam in causa alimẽtorum, relinquere nepoti spurio ex filio legitimo vltra debitam alimentorum quantitatem, vel vltra permissionem, *l. fi. C. de natu. lib.*

SVMMARIVM.

1 *Auus tenetur alere nepotem legitimum, & naturalem ex filio spurio.*
2 *Nepos venit appellatione filij in fauorabilibus.*
3 *Nepos legitimus & naturalis ex filio spurio, potest instituti ab auo.*
4 *Culpa patris non nocet filio.*
5 *Auus habens legitimam sobolem, non potest vltra vnciam relinquere nepotibus legitimis ex filio spurio.*
6 *Auus an possit relinquere quicquid vult nepoti legitimo ex filio incestuoso.*
7 *Spurio relictum non valet, etiamsi legitima soboles cum iuramento consentiret.*
8 *Auus an teneatur alere nepotem spurium ex filio spurio.*

9 Nepos

9 *Nepos ſpurius ex filio ſpurio poteſt inſtitui ab auo, ſi non adſit legitima ſoboles.*

10 *Aui appellatione venit proauus.*

QVÆSTIO XIII.

1 EA IPSA ratione auus tenetur alimenta præſtare filiis legitimis & naturalibus † ſui filij ſpurij, vel aliter illegitimi. Probatur autem *in d. cap. cum haberet, de eo, qui dux. in vxor.* vbi in fine dicitur, quod liberis ſuis tenetur pater neceſſaria miniſtrare. Appellatione autem liberorum, veniunt non ſolùm filij, ſed etiam nepotes. *l. liberorum, ff. de verbor. ſignif.* Imò in fauorabilibus diſpoſitio loquens de filiis extenditur
2 † ad nepotes. *Bar. in d. l. liberorum, Anch. in Clem. 1. de baptiſmo.* Et per has rationes concludit Ruinus, *in conſ. 124. num. 11. volum. 1* quod nepos legitimus ex filio ſpurio, alendus eſt ab auo, *ſequitur ſimpliciter Rolan. in conſ. 54. num. 62. volum. 2. Paleot. in tracta. de noth. & ſpur. cap. 47. num. 6. in fi.* vbi ait, dicta in filio legitimo, locum habere in ſpurio, vt ſicuti deſcendentes ex legitimis ſunt alendi ab auo, ita & deſcẽdentes à ſpurio. Et ſanè maior eſt ratio alendi nepotes legitimos ex filio ſpurio, quàm nepotes ſpurios ex filio legitimo, quia non ſunt ita odioſi legibus, ex quo ſunt legitimè nati, & ceſſat in eis cauſa, per quam ſpurio denegantur alimenta, vt ſcilicet pater puniatur in filio, vti aduertit Cordub. *d. §. idereſcripſit, num. 39. & ſeq.* qui tamen promiſcuè Doctores allegat, qui loquuntur in nepote ſpurio ex filio legitimo, cum iis, qui loquuntur de legitimo nepote ex filio ſpurio: & qua ratione auus alit nepotes legitimos ex filio ſpurio, ea quoq; tenetur neptes dotare, quia valet argumentum de alimentis ad dotem, *vt ſæpè dixi*, ex quo dos ſuccedit loco alimentorum: & ſicuti pater tenetur dotare filiam ſpuriam, *vt probaui ſuprà*, dum dixi ſpurium alendum eſſe, ita & dotare neptem ex filio ſpurio, quia pater ferre debet onera filiorum. *l ſi quis à liberis, §. non tantum. ff. de lib. agnoſ.* Et nepos legitimus
3 † & naturalis ex ſpurio poteſt ab auo inſtitui, *ſecundum Bart. in l. Gallus. §. quod ſi is ff. de lib. & poſthu.* Vbi tamen intelligit, quãdo patri nõ quæritur vſusfructus, & quando conſtat eum inſtitutum non contemplatione
4 patris: & mouetur, quia patris culpa non nocet filio, *l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de contrat ab.* & defectus patris non præiudicat filio, quæ ſibi non quæruntur ex patris perſona, *l. 3. ff. de interd. & relegat.* Et ponit exẽplum in patre hæretico, qui non præiudicat filio, & idem in patre deportato. *Et Bart in loco prædicto, ſequuntur Imo. Caſtren. Alex. Aret. Iaſ. & alij, Alexan. in conſ. 74. num 2. volum. 3. Decius, qui communem dicit, in l. hæreditas, num 8. C. de his, quib. vt indign. Abbas, Corn. Dec. Gul. Bened. Boer. Bermon. & alij multi, quos congerit Duennas, reg. 336. limitat. 2. Et hanc ſententiam dicit crebriorem Paleot. in dicto tract. cap. 53. num. 2. & ſeq. vbi hanc defendit. Eam quoque comprobat Crauetta in conſ. 184. numero 1.* vbi dicit, procedere ſine dubio, quando pater eſt præmortuus, vel nati ſunt ex filia ſpuria, quia ex quo matri non poteſt quæri vſusfructus, ceſſat ratio ſuſpicandi, ne filij contemplatione inſtitutus fuerit, *Arius Pinell l. 3. num. 28. C. de bon. mat.* Intelligenda tamen eſt hæc deciſio, vt non procedat,
5 quando auus † haberet filios legitimos & naturales: tunc enim non poſſet nepotibus eam legitimis ex filio ſpurio relinquere vltra vnciam, *ſecundum gloſ. Doctores & alios, in l. fin. per illum text. C. de natur. lib. Et comunem eſſe ſententiam dicit Iaſ. in l. hæreditas, num. 8. C. de his, quib. vt indign. Ruin. in conſ 70. num. 1. volum. 3. Socin. in conſ. 71. num. 42. eod. volum. inter conſ. Ruini, Duen. d. reg. 366. limita. 2. circa med. vbi allegat Caſſan. Capic. in deciſ. 181. num. 5. Paleot. in d. tract. c. 53 num. 9. ver. ſecunda limitatio: vbi idem dicit poſt Crauet. quando extarent ſoli nepotes legitimi, ex filiis legitimis. Simon de Pretis, de interpretat. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 1. dubit. 3. ſolu. 2. numero 10.*

Declaranda eſt quoque præcedens concluſio, vt non vendicet locum non nepote legitimo ex
6 filio inceſtuoſo, † quia ei nihil relinqui poteſt ab auo, *eſt text. in l. ſi quis inceſti, num. 2. C. de inceſt. nupt.* Et idem Bal. *in c. præſentia. num. 35. in fi. de probat.* dicit, eſſe ibi caſum vnicum in iure, & menti tenendum, *communem dicit Lauden. in tracta. de legitim. num. 37. Seq. Salic. Alex. Corne. Corſe. Bened. Didac. & alij, citati à Duen. d. reg. 366. limit. 2.* vbi tamen poſt Bal. & alios multos dicit, filium clerici non dici inceſtuoſum, ſed eſſe capacem inſtitutionis, Boer. *in deciſ. 127. nu. 8 vbi nu. 9.* dicit, ſtatuto non poſſe eiuſmodi inceſtuoſos habilitari ad ſucceſſionem, licet alij ſpurij poſſint à ſtatuto admitti, de quo per nos dictum eſt ſuprà, *Paleot. d. cap. 53. num. 9. vbi reprobat Iaſ. contrarium tenentem in d. §. quid ſi is, in fi. Cordub. d. §. idem reſcripſit, nu. 22.* Id ita intelligendum eſt, vt ex inceſtuoſo filio nepoti legitimo nihil relinqui poſſit, præter alimenta, quæ ſuprà, loquendo de alimentis ſpurio debitis, probauimus etiam inceſtuoſo fore, de iuris naturalis æquitate, & canonici expreſſa diſpoſitione, præſtanda. Si enim, patri concepto & nato in peccato, debentur alimẽta, multò magis debebuntur filiis, ſine ea labe conceptis. Et nota pro omnium prædictorum ampliatione, quod relictum ſpurio
7 † non valet, etiamſi legitima ſoboles conſentiret cum iuramento, quia nullum pactum ſuſtinetur, *Ang. conſ. 223. colum. 2. Alex. conſ. 129. num. 15. volum. 6 Crauet. conſ. 229. colum. pen. Simon d. ſolut. 2. num. 10.* An verò ſpurio nepoti ex filio ſpurio teneatur vnus alimenta dare, magis dubium videtur, Bald. enim *in conſ. 67. num. 3. volum. 1.* loquens de illius ſucceſſione, inquit, indigniſſimũ ſibi videri, quod inſtitui poſ-
8 ſit ab auo † ſpurius ex ſpurio, quia laborat nedum propria, ſed paterna etiam ſordidate, & quod de eo non extat lex aliqua expreſſa, concludit, ideò inſtitui non poſſe, niſi vti extraneum ex cauſa meritorum, & vult in dubium cenſeri inſtitutũ ſanguinis contemplatione, idem dicit *in conſ. 416. nu. 2. volum. 3. ſequitur Simon, d. ſolut. 2. num. 11.* Sed etſi non inueniã deciſum, exiſtimo tamen idem eſſe, quod in nepote legitimo ex ſpurio, & in nepote ſpurio ex filio legitimo: nam omnibus iis caſibus militat illa ratio naturalis charitatis & affectionis, de qua *in c. cum haberet.* Et ſicuti filius ſpurius tenetur alere ſuum filium, quãtumuis ſpurium, ex quo eſt onus ſuum, *probat d. §. non tantum:* ita auus tenetur eis ſuccurrere pro alimentis, quod dicitur onus patris, &

ideò

9 ideò ſpurius ex ſpurio poteſt inſtitui ab auo † ſi legitimi non extant, *vt expreſsè notat gloſ. in l. fi. C. de natu. lib. vbi Docto. præcipuè Salic. & eam ſequuntur omnes, vt inquit Boer. in q. 127. num. 16. qui allegat. Iaſ. quem ego ibi non inuenio, & communiter Doctores ita tenere dicit Arius Pinell. in l. 3. num. 22. C. de bon. matern.* vbi dicit fortius procedere, *l. fi.* in ſpuriis nepotibus ex filio ſpurio, quàm in legitimis, quia in ſpuriis ceſſat ratio, quod patri quæratur vſusfructus, ex quo pater non habet ſpurium in poteſtate. Et Crau. *d. conſ. 184.* reprehendit Bal. in conſiliis allegatis in contrarium. Eſt verum, quod nõ aduertit Bal. loqui in nepote ſpurio ex filio ſpurio, & quæcunq; ſupradicta de auo,
10 locum habent in proauo, quia is venit aui † appellatione, *vt per Bart. in l. liber. ff. de verb. ſignif.* præcipuè quando lex ſimpliciter, & indefinitè profert nomen aui, *vt per Bar. ibi & per Doct. in l. Gallus. §. idem credendum, ff. de lib. & poſthu. Bero. conſ. 97. num. 10 volum. 1.* & dicta in auo paterno, procedunt etiam in auia paterna, iis tamen caſibus, quibus mater tenetur, vt infrà declarabo.

SVMMARIVM.

1 *Mater quamuis non tenetur alere filium, teneatur tamen lactare intra triennium.*
2 *Lac præſtare modica eſt impenſa.*
3 *Nutrix venit appellatione matris.*
4 *Pater tenetur cum matre alere intra triennium filium illegitimum.*
5 *Matri obligatur filius æquè, ac patri, inſpecto iure naturæ.*
6 *Argumentum à ſimili, ſat eſt, ſi procedat in eo de quo principaliter quæritur.*
7 *Mater multis in caſibus excuſatur, ne filium alat intra triennium.*
8 *Mater ſimul cum patre tenetur alere filium intra triennium, quando matrimonium declaratur nullum.*
9 *Mater alit filium vltra triennium, ſi pater ſit inops, & filius non habet aliunde.*
10 *Matri debetur eadem reuerentia, quæ patri.*
11 *Matri parere debent filij ſicut patri.*
12 *Mater non poteſt in ius vocari ſine venia.*
13 *Mater filiam inopem, vel patre carẽtem, dotare tenetur.*
14 *Argumentum ab alimentis ad dotem, eſt validum, quando diuerſa non militat ratio.*
15 *Mater, pro dotanda filia poteſt alienare bona ſubiecta fideicommiſſo, vbi vide.*
16 *Dos danda filiæ à matre, debet reſpondere quantitati alimentorum.*
17 *Mater hæretica tenetur dotare orthodoxam filiam, etiam, quæ habeat patrem diuitem.*
18 *Mater Iudæa, dotare tenetur filiam catholicam, etiamſi pater ſit diues.*
19 *Mater Iudæa, non tenetur dotare filiam Iudæam, extante patre diuite.*
20 *Legitima filius fidelibus reſeruatur, quando matris hæreticæ bona confiſcantur.*

QVÆSTIO XIIII.

VIDIMVS de patre & auo, nunc de matre dicendum eſt. Et ſanè concludunt omnes, quod etſi mater alere non teneatur filium, tenetur tamen lactare † in-
1 tra triennium. *l pen. C. de patr. poteſta. & ibi not. gloſ. in ver. primò.* Idem voluit gloſ. *in l. alimenta, in ver. materna. C. de negot. geſt. in §. illud, in ver. filios, in Authen. vt lice. mat. & au. gloſ. ſi. in c. cum haberet, de eo, qui dux. quam pollu. per adulter. Bart. in tracta. de alimen. num. 13. & in l. ſi quis à liberis, §. ſi mater. ff. de libe. agnoſcen. Baldus in dicta l. alimenta, num. 2. Papien. in form. libell pro lega. rei ſingu. in princip. num. 83. Doctores in cap. fi. de conuerſ. infid. & in dicto cap. 1. de infan. & languid. Fab. & Ioan. de Plat. in §. ius naturale, num. 2. Inſtitu. de iure natu. Alexan. & Aretin. in dicta l. alimenta. Hanc ſententiam amplexi ſunt Corneus, Lamber. Bologni. Coraſ. & Didac. quos citat & ſequitur Cordub. in dicto §. ſi mater. eum 1. Ioan. Lup in d. cap. per veſtras, in tertio notab. §. 23. num. 8. de donatio. inter vir. & vx. Neuiz. in Sylua nupt. libro 3. num. 36. Beuincaſ. in tracta. de paupert. in 7. quæſtio. princip. in 2. ſpecia. tud. num. 31. Paleot. in tracta. de Noth. & ſpur. cap. 48. in princip. Aſcan. in tracta. de patr. poteſta. cap. 4. num. 22. Aretin. §. ius naturale, num. 8. Inſtitu. de iur. natur.* vbi dicit, procedere, etiamſi proteſtetur velle repetere, *Vital. tracta clauſ. titu. an poſſit alimen. renuncia. colum. 4. & colum. 6. vbi omninò Lud. Mol. de primogen. Hiſpan. lib. 2. cap. 15. num. 3.* Vbi ampliat etiam vltra triennium in ſuo caſu, & *ſecundum Baldum in dicta l. alimenta.* Ratio eſt, quia lac
2 præſtare † modica eſt impenſa, ſecundùm Gloſ. *in dicta l. ſi quis à liberis. §. ſi mater, vbi Barto. & Alber.* Hanc rationem ſequitur Cordub. *in dicto §. ſi mater, num. 3.* Sed mihi non arridet, quando certum ſit, impenſæ modicitatem non transferre in matrem onus, quod patri incumbit, & veriorem eſſe exiſtimo rationem naturæ, quæ docuit, omnia animalia à matribus ali, dum lacte viuunt. Et ſigna huius naturalis præcepti recitat ex Phauorino Philoſopho, Gellius Noct. Attic. *lib. 12. cap. 1. Didac. in Epitom. de ſponſa. part. 2. c. 8. §. 6. num. 13. vbi refert etiam Gregor.* Non omitto, quod Zaſ. *in l. 1. §. huius ſtudij, num. 14. ff. de iuſt. & iur.* dicit, hanc ſententiam non eſſe veram, quod mater intra triennium alere filium compellatur, ſed quia ſtat contra eum communis opinio, non eſt in hoc laborandum, ita tamẽ, ne ignores, quod in tantum mater alere tenetur filium trimum, vt
3 nutrix, † ideò matris nomen mereatur, veluti ex Nonio Marcello & Alcia. deducit Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in ver. ſuſceperit liberos, num. 50. C. de reuoc. donat.* Non obtinet tamen ea ſententia in filio illegitimo, quia ad eius alimenta pari obligatione ſunt
4 obſtricti pater & mater, etiam intra † triennium: Id quod deducitur ex *dicto cap. cum haberet, in fine,* vbi dicitur, quod vterque parens liberis ſuis ea ſubminiſtret, quæ ſunt neceſſaria. Ita Abb. *ibi, numero 9.* qui mouetur ratione, quod ſpurij non ſunt in poteſtate patris, aut matris. Sed hæc non valet, quia alimenta non præſtantur intuitu patriæ poteſtatis: Additideò aliam rationem, quod ſpurio alimenta debentur ex inſtinctu naturæ, ſecundùm quàm non magis filius obligatur matri,
5 † quàm patri, *ſecundùm Innoc. in cap. 2. de regu.* Sed hæc quoque ratio non concludit ex vniuerſo, nam etſi legitimis eodem naturæ impulſu debeantur alimenta, recipitur diſtinctio, vt mater triennio, pater verò deinceps ſemper filium alat. Quare Didacus re tamen non examinata, *in d. §. 6. num. 13.* inquit, ſe dubitare de Abbatis deciſione, & eum multis impugna-

impugnat Palcot. *dicto tract. cap. 48.* Mouetur, quia ſpurij lege canonica, quoad ius alimẽtorum, redacti ſunt inſtar legitimorum: ergò diſtinctio in eis ſeruabitur, quæ obtinet in legitimis. Reſponderi tamen poteſt, eatenus ad ſimilitudinem legitimorum ſpurios redactos lege canonica, vt alantur à parentibus, non autem eodem modo, atque eiſ-
6 dem regulis, & ſat ſimilitudinem procedere † in eo, de quo principaliter agebatur. Cum Abbate tamen tenent Præpoſit. ibi, *num. 6. Caccialup. l. ſi qua illuſtris, num. 93. C. ad Orfician. Specul. Ang. & alij quos citat & ſequitur Cordub. d. l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit, num. 35. & §. ſi mater, num. 5.* qui tamen priore loco dicit ignorare, quam ob cauſam Didac. dubitauerit de Abbatis deciſione, & non diſſentit, an minorem triennio mater alere teneatur: ſed Doctores per eum citati non faciunt diſtinctionem prædictam, *& Abb. ſequitur Lup. d. c. per veſtras, in 3. not. §. 23. num. 12. Vital. in inceſtuoſo, de clauſ. tit. an alimen. renunc. poſſ. colum. 5. vbi omninò vide.* Quare ſi ratione certandum eſt, mihi placet ſententia contra Abbatem, quia nulla deficientię iuſta ratio allegari poteſt inter ſpurium & legitimum filium, imò videtur matrem magis teneri erga ſpurium, quàm erga legitimum, cum iure ciuili ſpuriũ alat, etiam poſt triennium, quod erga legitimum non tenetur præſta-
7 re, vt dicam ſuo loco. † Excuſatur tamen mater, ne filium lactet, ſi ſit pauper, & egeſtate laboret: item, ſi ſit adeo nobilis, vt ſibi turpe ſit filium lactare. Item, ſi lac ei non ſuppetat. Quas limitationes tractandas ſeruo in eam operis partem, in qua de iis cauſis diſſero, quibus abnegari poſſunt alimẽta.
8 Limita etiam, quando ex cauſa, poſteà † detecta, ſeparantur coniuges, vt quia matrimonium ſit nullum, quia tunc pater, & mater alunt communibus impenſis filium, etiam trimo minorem, *c. 2. qui fil. ſint legit. Vital. in tract. clauſ. tit. an ali. renuncia. poſſ. colum. 6.*

Exacto triennio, ſi vel pater ſit inops, vel alium
9 de filiis non habeat, cogitur mater † alere filium, *eſt text. in dicta l. ſi quis à liberis. §. vtrum, in ver. ergo & mater. ff. de lib. agnoſc. l. pen. ff. eod. tit. Auth. ſi pater. C. de diuor. fact. Cyn. Bart. Bald. Alex. Aret. & alij omnes, in l. alimenta. C. de nego. geſt. Gloſ. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi mater, in verſ. neceſſario, vbi etiam Alber. Bart. in tracta. de alim. num. 13. Bal. in l. neque mater, ante numerum primum. C. de iur. dot. Caſtr. in conſ. 76. circa fi. volum 1. Bart. in Authen. res quæ, num. 4. C. commun. de legat. & in l. Neſennius num. 7. ff. de neg. geſt. Doctores in l. 1. ff. ſolu. matrimo. vbi Alexan. num. 21. Laſ. num. 28. Crot. numero 88. & Ripa num. 79. Papien. in form libel. quæ agitur pro legato rei ſing. num. 83. Campeg. in tracta. dot. in 1. part. quæſtio. 22. Bero. in conſ. 186. num. 11. volum. 1. Coraſ. in d. l. qui liberos num. 109. ff. de ritu nuptia. Didac. de ſponſ. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 13. in fi. Boer. in deciſ. 129. num. 3. Benincaſ. in d. tract. paupert. quæſtio. 7. in 2. ſpecia. iudic. num. 31. poſt Amanel. ſing. 1. & Gramma. conſ. ciuili 141. num. 14. dicit communem eſſe omnium concluſionem, Caphal. in conſ. 5. num. 63. Aſcan. de pat. poteſta. c. 4. num 22. Anto. de Padill. in d. Auth. res quæ, num. 60. in fi. C. commun. delegat. Cordub. in d. §. ſi mater. num. 10.* Ratio inde deducitur, quia ſubducto patris ſubſidio, nemo eſt, ad quem attenta ſanguinis coniunctione, & naturali affectione & charitate magis ſpectet officium alendi: non enim filius magis patri obſtringitur, quàm matri, *ſecundùm Innocen. in d. c. 2. quem citaui ſuprà*, ideò matri non minor, quàm patri
10 exhibenda † eſt reuerentia. *l. filia. C. de patr. poteſta.*
11 Et ei æque, ac patri, parere † debent filij, *Bal. per eum tex. in l. furioſæ. ff. de curato. furio.* Et nõ magis, quã pa-
12 ter vocari † debet in ius ſine venia. *l. parentes. ff. de in ius vocan.* Et dicit Aſcan. *dicto cap. 4. num. 18.* quod etſi patria poteſtas iure ſit patri tributa, tamen in his, quæ reuerentiam, amorem & pietatem reſpiciunt, mater eſt æqualis patri: non mirum ergò, ſi filium tot officiis ſibi obligatum, alere tenetur. Et facit, quia filius tenetur matrem egentem alere, *vt infrà tractabimus*, mater ergo pares illi vices reddere tenetur, & ideò tenetur etiã dotare filiam, quãdo eſt diues, & pater nõ eſt ſoluendo. Qui enim tenetur alere, tenetur etiam dotare, *vt dictum eſt.* Et probatur hæc concluſio, *in l. neque mater. C. de iure dot.* vbi
13 dicitur, quod mater † non cogitur dotare filiam, niſi ex cauſa probabili: at poſt gloſ. ibi probabilem eſſe cauſam, ſi ipſa diues ſit, & filia pauper patre careat, vel inopem habeat, inquiunt huius opinionis authores, Iacob. de Rau. & Cin. *in d. l. neque mater, quos ſequitur ibi Baldus. Idem voluit Bartolus in Authen. res quæ, num. 4. C. commun. de legat. vbi Bald. & Fulgoſ. Cuman. in l. filiam. §. fin. ff. ad Trebellia. Alexan. in conſ. 144. num. 13. volum. 6. Iaſon in l. 1. num. 28. ff. ſoluto matrim. vbi poſt Cuman. dicit eſſe communem opinionem, Crot. ibi, num. 88. qui pariter atteſtatur de communi, idem Iaſon in §. fuerat. num. 115. Inſtitut. de actionib. Campeg. dicta par. 1. quæſtio. 22. Ripa dict. l. 1. num. 79. communem quoque dicit Curtius iunior, in dicta Authen. res quæ, num. 17. & 18. vbi Anto. Padill. num. 59. Coraſ. in dicta l. qui liberos, num. 112. & ſequent. ff. de ritu nuptia. Boer. in deciſ. 129. num. 3. Benincaſ. in tracta. pauper. quæſtio. 8. in 3. ſpecia. contract. num. 17. vbi id declarat Caphalus in conſ. 5. num. 63. Aſcan. in dicto tracta. in 11. effect. num. 4. Cordub. in §. ſi mater, num. 14. dicta l. ſi quis à liberis, Vital. tracta. clauſul. in tit. an alim. poſſ. renuncia. colum. 4.* Ita quod non eſt curandum de contradictione Ang. *in d. l. filiam, ff. ad Trebellia.* Rom. & Alexan. *in dicta l. 1. ff. ſoluto matrim.* Iaſon *in d. Authen. res quæ*, vbi tenent, quod mater diues non teneatur dotare filiam, cui pater nõ poteſt dotem dare, quia contra eos ſtat communis opinio Doctorum, & eorum ratio, qua impugnant argumentum, ab alimentis ad dotem nihil valet: Quia argumentum eſt concludens, quando non militat
14 † ratio diuerſitatis, *ſecundùm Bart. in l. fin. ff. de his, quib. vt indign. Ita reſpondet Coraſ. in dicta l. qui liberos, num. 112. & Ripa d. l. 1. num. 79.* non etiam obſtat reg. negatiua, de qua *in dicta l. neque mater*, quia ibi dicitur: NISI EX PROBABILI CAVSA. At cauſa eſt probabilis, quando pater non eſt aptus ſoluendis dotibus. Non etiam obſtat, quod neceſſitas dotandi procedat à patria poteſtate, *prout ponderat in propoſito Crot. d. l. 1. num. 88.* quia reſpondetur hoc eſſe falſum. Diximus enim ſuprà, ſpurium, qui non eſt in poteſtate, fore alendum; hoc verò, quod mater dotare teneatur filiam, procedit in tantùm, vt poſſit alienare † bona fideicommiſſo ſubiecta, vt filio dotem
15 det. *Ita concludit Bartolus in dicta Authen. res quæ, num. 4.*

Sequuntur

Sequuntur Doctores, vti testatur ibi Curt. iun. num. 15. Padill. num. 59. Et hoc admittunt Cuman. Alexan. & Iaſ. *num. 7. in dicta Authen. res quæ*, in caſibus, quibus mater tenetur filiam dotare, vt quando mater hæretica habet filiam orthodoxam. Eſt verum, quod Salyc. *ibi, quæſt. 4.* tenet contrarium, quia bona ſubiecta reſtitutioni, non poſſunt alienari, niſi in ſubſidium, quando alia bona non extant: at ſi mater eſt diues, poteſt ex aliis bonis dotare abſque eo, quod bona obnoxia reſtitutioni attingat. Sed ſatisfacit huic obiectioni Curtius iun. *num. 15.* dicens Bar. intelligi, quando mater erat diues ex ea hæreditate reſtitutioni ſubiecta, *ſequitur Padill. num. 59.* Concludit autem Alexan. *d. l. 1. num. 21.* quod eiuſ-
16 modi dos reſpondere debet † quantitati alimentorum, ſequitur Curt. iun. *d. Authen. res quæ, num. 15.* Ripa tamen *d. l. 1. num. 79.* dicit, quod ex quo mater illi oneri obligatur in defectum patris, eo modo tenetur dotare, quo pater cogebatur: id, quod mihi quoque placet, per ea, quæ ſupradicta ſunt, an filiæ ſpuriæ dos dari debeat ſecundùm quãtitatem patrimonij, vel alimentorum. Subdit etiam Ripa, *loco prædicto*, quod mater non tenetur dotare filiã diuitem, licèt ſecus in patre ſit hoc, quòd mater teneatur dotare in ſubſidium, quando pater eſt inops, non procedit vno caſu notabili, quando ſcilicet mater hæretica habet filiam orthodoxam:
17 eo enim caſu † tenetur dotare non obſtante, quod pater ſit diues. *Eſt tex. in l. cognouimus. C. de hæret. gl. in l. neque mater. C. de iure dot.* Quem ibi ſequuntur omnes, præcipuè Baldus, dicens, idem eſſe in matre
18 Iudæa, † quæ tenetur filiam catholicam dotare, *Archid. in c. hoc ſanctum, num 1. 32 quæſtio. 2. Ang. in §. fuerat, num. 19. Inſtit. de action. vbi Iaſ. num. 115. vbi dicit illam gloſ. eſſe notabilem, idem Iaſ. in dicta Auth. res quæ, num. 32.*
19 *ver. octauò limita.* vbi poſt Bal. dicit, † ſecus eſſe, ſi tam filius, quàm mater eſſet Iudæus, *Baptiſta de ſancto Blaſio, in tracta. de correlatiu. num. 48. Ang. in Authen. res quæ, C. commun. de legat. Anan. in cap. Iudæi, il ſecondo, numero 4. & 5. de Iudæ. Bald. & Alexan. in l. 2. C. commun. de legat. Lupus in rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 21. num. 5. Ripa dicta l. 1. num. 77. ff. ſoluto matrim. Brun. de ſtat. excluſ. fœmin. in 6. artic. princip. num. 61. & ſequent. Carrer. in tracta. de hæret. num. 149. Marquard. de Iudæ. part. 3. cap. 4. numero 2. Boer. conſ. 17. num. 11. Padill. in dicta Authen. res quæ, num. 61. vbi refert Bal. Nouel. contrarium tenere, Cordub. d. §. ſi mater, num. 16. Coraſ. dicta l. qui liberos, num. 108.* vbi etſi fortè hòc dictũ videatur impoſſibile eo, quòd non poſſit mater hæretica habere bona, *per Authen. Gazaros*, tamen dicit ipſe, optimè procedit, ex quo confiſcatis bonis matris hæreticæ reſeruatur filiis
20 fidelibus † legitima, vel dos. Ita quoque reſoluit Ripa, *dicta l. 1. num. 77.* & pungit Lup. *in d. c. per veſtras, in 3. not. §. 23. num. 15.* quem citat, aliter tamen proponens difficultatem, Cordub. *d. §. ſi mater, num. 16.* Intetelligit tamen Ripa hanc deciſionem minimè admittendam, quando pater eſſet Iudæus, vel hæreticus, quia tunc mater non teneretur: licèt ſecus ſit, quando pater eſſet catholicus, ſed non arridet hæc reſtrictio, nec veram exiſtimo, quia hoc modo intelligendo, nihil eſſet ſpeciale fauore religionis, vel ſaltem minus haberet ſpecialitatis, & Doctores præcitati indiſtinctè loquuntur, & volunt, quod eo caſu patris & matris obligatio concurrat, multis verò caſibus mater excuſatur ab onere alendi filium, quos reiicio in eam partem, vbi ago de cauſis, quibus alimenta non debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Mater ſemper eſt certa, etiamſi vulgò conceperit.*
2 *Naturales & legitimi reguntur modo, quod ad naturã.*
3 *AEquiparatorum eadem eſt ratio, & diſpoſitum in vno locum habet in alio.*
4 *Diſpoſitum in caſu verò locum habet in ficto, quando fictus æquiparatur vero.*
5 *Naturalis filius ſuccedit matri, cum filiis legitimis.*
6 *Teſtamẽtum imperfectum ratione ſolemnitatis factum à matre, in fauore filij naturalis, valet.*
7 *Naturales filij ſunt alendi à matre.*
8 *Filius naturalis accuſat de inofficioſo teſtamentum matris.*
9 *Naturales ſecundùm naturam, nihil differunt à legitimis.*
10 *Pater eodem amore proſequitur naturales, & legitimos.*
12 *Mater tenetur alere filium etiam ſpurium.*
12 *Mater, an teneatur alere filios ſpurios.*
13 *Mater etiam illuſtris, alit filium ſpurium.*
14 *Spurius non ſuccedit matri, nec ei mater.*
15 *Mater venit appellatione parentis.*
16 *Spurius natus ex damnato coitu, non ſuccedit matri, vbi tamen declaratur.*
17 *Spurius ſuccedit matri, quoad alimenta tantum.*

QVÆSTIO XV.

SVPRA de filiis, & naturalibus tractauimus, an verò mater teneatur ſolos naturales alere in ſubſidium? Et non eſt dubium, eam teneri per eaſmet rationes, quibus diximus patrem obligari ad filij naturalis alimenta. Id quod confirmatur. Nam ſi pater te-
1 netur, multò magis mater, quæ eſt certa † ſemper, etiamſi vulgò conceperit, *vt inquit text. in l. quia ſemper, ff. de in ius vocan.* cùm tamen pater non ſit ita certus. Addo, quod in reſpectu oneris alendi, par eſt
2 conditio legitimorum † & illegitimorum, inſpecto maximè iure canonico, *vt inquit Paleot. in tract. de noth. & ſpur. c. 48. num. 3.* Sed legitimi aluntur à matre in ſubſidium, ergo idem erit in naturalibus. Vbi enim duo æquiparãtur à iure, diſpotum in vno,
3 locum habet in alio, † *l. 1. vbi omnes Doctores. ff. de lega. 1.*
4 & vbi caſus fictus aſſimilatur vero. † Diſpoſitum in caſu vero, procedit etiam in ficto. *l. 1. §. lex Falcidia, vbi Alexan. ff. ad leg. Falcid.* Addo quod ius alimentorum regulatur ſecundùm ius ſucceſſionis, vt dicam ſuo loco, at filius naturalis ſuccedit matri et-
5 iam cum legitimis † filiis. *l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficia. gloſ. in §. nouiſſimè, Inſtitut. ad Orfician.* vbi inquit, huiſmodi naturales matri etiam illuſtri ſuccedere, ſi ſint verè naturales. Id quod placuit etiam Aret. *ibi, num. 3.* & quo ad ſucceſſionem hoc voluit Abb. *in c. cum haberet, num. 11. de eo, qui duxit in matrim. quam pollu. per adult.* licèt neget procedere in illuſtri matre, *Alexan. in l ex facto. §. ſi quis rogatus, il primo, num. 45. ff. ad Trebellia.* vbi, quod valet matris teſtamentum

6 imperfectum in fauorem naturalis † filij. Quod voluit etiam Corne. *in §. ex imperfecto. l. hac consultissima. C. de testam. Bened. in cap. Raynutius, in ver. testamentum, il primo, num. 44. extra, de testam. Boer. decis. 240. numero 14. Didac. in Epitom. de sponsa. par. 2. cap. 8. §. 4. numero 15.* vbi tamen inquit, periniquam esse sanctionem hanc, quod illegitimi cum legitimis succedant per authoritates sacræ scripturæ, quas adducit & ampliat, vt etiam excludant ascendentes matris, *num 16. Tiraquel. in l. si vnquam. ver. liberos, num. 62. Paleot. in d. tracta. cap. 38. num. 5.* vbi allegando Garzi. & Didac. respondet, quod procedunt in patre, de quo loquuntur, non in matre.

Cum ergo filij naturales succedant matri, sunt à
7 matre † alendi. Accedat, quod matris hęreditas est, quasi debita filio naturali: is enim potest testa-
8 mentum matris † accusare de inofficioso. *l. si susceptа. §. 1. vbi glos. ff. de inoffic. testam. Glos. & Castrens. in dicta l. si qua illustris, Alexan. in d. §. si quis rogatus, num. 45.* vbi per hoc affirmat, matris hęreditatem esse debitam filio naturali, *Didac. dicto §. 5. num. 16.* ergo ex matris bonis filij sunt alendi. Rursus alimenta præstanda sunt naturali quadam ratione & charitate, vt dictum est de legitimis filiis, at secundum naturam
9 nulla est differentia † inter legitimos & naturales. *§. si quis ergo filios, in Authen. quib. mod. natu. effic. legitimi.* & proles naturalis habetur pro legitima, quoad naturale fœdus, *secundum Anchar. cons. 225. colum. pen.*
10 & idem est amor, & natura legitimis, & † naturalibus, *secundum Bal. in c. quæ in ecclesiarum, colum. fi. de consti. latè Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. largitus, num. 288. & seq. C. de reuoc. donat.* Hæc ita vera sunt, vt etiam spu-
11 rium & vulgo quæsitum, mater † alere debeat, *secundum Specul. in tit. qui fil. sint legit. §. 1. num. 17.* vbi tamen excipit matrem illustrem. Idem voluit Bal. *in cons. incip. erant tres fratres,* vbi inquit, quod etsi spurij non succedant matri, debent tamen alimenta consequi de materna dote. Sequitur Caccialup. *in d. l. si qua illustris, num. 92.* vbi allegando Bald. inquit, quod ius canonicum *in d. c. cum haberet,* quoad alimenta, facit insurgere ius naturale, quia dicere contrarium, esset vna crudelitas, *& cum eo transit Lupus in d. c. per vestras, in 3. not. §. 23. num. 12.* Et hæc sententia probatur *ex dicto c. cum haberet. ibi, vt vterque liberis suis, & c. AEmilia. cons. 146. num. 11. Didac. d. c. 8. §. 6. num. 13. Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. idem rescripsit, numero 35. ff. de lib. agnos.* Nec quemquam moueat, quod inquit Aret. *in §. ius naturale. Insti. de iure natur. num. 8.*
12 vbi ait, quod † mater tenetur alere naturales & vulgo quæsitos, non autem spurios, & Rol. *in cons. 79. num. 44. volum. 2.* vbi dicit Auth. *ex complexu. C. de incest. nup.* locum non habere in matre, vti etiam placuit Cordub. *d. §. idem rescripsit num. 7.* quia loquuntur iure ciuili inspecto, cui spurij & nati ex damnato coitu, erant odiosi: at secus est, attento iure canonico, quod vti tetigi suprà, obtinet etiam in terris imperij, & in foro Cæsaris, in quo etiam nõ ob-
13 tinebit limitatio Specul. loquens † de illustri, quia secundum ius naturale, personarum nulla est discussio: Et ideò licet dicamus, quod talis filius non succedit matri, nec ei mater potest aliquid relinquere, *vt est text. in Auth. quib. mod. nat. effic. sui,* qui indistinctè loquitur in quolibet parente, & paren-
14 tis apppellatione venit † mater, *vt probatur in l. appellatione, ff. de verbor. signif. Specul. d. §. 1. qui fil. sint legit.*
15 *num. 17.* Et quod spurius natus ex coitu † damnato, non succedat matri, est glos. fi. *in d. l. si qua illustris. C. ad Orfician. & in Authen. ex complexu, in gl. fi. C. de incest. nupt. & in §. nouissimè, in ver. admitti. Instit. ad Orfici. Bar. in l. fina. ff. de his, quib. vt indig. Bal. in cons. 457. num. 7. vol. 5. Dec. in cons. 288. & cons. 311. num. 1. latè Didac. d. c. 8. §. 5. numero 15. Paleot. in dicto tract. c. 43. num. 1. post Caccialup. in d. l. si qua illustris, num. 75. Ascan. in d. tract. c. 5. num. 42.* intelligendo de nato ex punibili coitu, in quibus locis Doctores examinant, an hoc casu dicatur spurius, qui nascitur ex soluta & cõiugata, & an etiam ex soluta, & clerico sacris ordinibus insignito; Tamen hoc erit intelligendum, quando quid relinqueretur vltra alimẽta: alias enim vsque ad quantitatem alimentorum, is, qui tenetur alere, poterit ei relinquere secundum ea, quæ supra diximus, licere patri erga spurios: nõ enim pater & mater iudicantur ad imparia, quando certum est, eos teneri ad alimenta. Expedit autem scire, quod extra ca-
16 sum alimentorum, spurius † in nullo succedit matri, etiam quæ non foret illustris: quia ea distinctio, an oriatur ex matri illustri, non fit in spurio, nato ex punibili coitu, sed solùm in eo, qui oritur ex damnato coitu à iure ciuili. Sed in eum lex pœnam non statuit, *vt pulchrè declarat Bal. in d. cons. 457. num. 7. Caccialup. d. num. 75. in quo videri poterunt, quæ posuit Caualca. in reperto. suar. decis. in ver. naturalis. nnm. 29.*

SVMMARIVM.

1 *Auus maternus non alit nepotes, idemq; in auia.*
2 *Auus non tenetur dotare neptem ex filia.*
3 *Progenies non includit descendentes ex filia.*
4 *Auus maternus, alit nepotes in subsidium, quando pater & mater non sunt soluendo.*
5 *Auus maternus dotem dat nepti ex filia in subsidium deficientibus patre & matre.*
6 *Patris appellatione veniunt auus, & alij ascendentes per patrem.*
7 *Matris appellatio iucludit auum maternum, & ascendentes per maternam lineam.*
8 *Auus maternus alit nepotes spurios ex coitu non punibili.*
9 *Statutum in filio locum habet in nepote.*
10 *Naturales filij succedunt auo materno sicut matri, vbi quid in auo illustri, & quid de iure canonico.*
11 *Nepos spurius ex punibili coitu, alit debet ab auo materno in subsidium.*

QVÆSTIO XVI.

IN auo materno & auia materna, stat regula, quod non teneantur filios filiorum
1 agnoscere: † qui enim ex filia mea nascuntur, non mihi, sed patri suo, vel auo paterno sunt oneri, *inquit tex. in l. non quemadmodum, ff. de liber. agnoscen. & ibi hoc notant Bartolus & alij, Specul. in titu. qui fil. sint legit. §. 1. num. 18.* vbi dicit, teneri paternum auum, sed non maternum. Et Boer. *in cons. 17. num. 14.* dicit esse textum celebrem huius quæstionis decisionum, *in dicta l. non quemadmodum.*

Sed

sed Specu illum in loco prædicto ignorauit. *Sequitur Cordub. in l. si quis à liberis. §. non tantum, num. 69. ff. de lib. agnos.* Et hac ipsa ratione auus maternus non te-
2 netur dotẽ † dare nepti ex filia, quia onus dotandi, sicut alendi, est paternum, non maternum. *glos. in l. fi. vbi Bart. Bal. Salyc. & alij omnes. C. de dot. promiss. Doctores omnes, in l. 1. ff. soluto matrim. in l filiam. ff. ad Trebell. Crot. d. l. 1. num. 87.* vbi mouetur, quia *in l. fi. C. de dot. promiss.* dicitur, officiũ paternum esse, dotare suam
3 progeniem: sed nepos ex filia non venit † appellatione progeniei. *l. fina. vbi Bal. C. de emancip. lib. Illud etiam probauit Ripa. in dicta l. 1. num. 8. in 6. dicit communiter teneri Coras. in l qui liberos, num. 106. ff. de ri. imp. Bald. Nouell. in tracta. dot. par. 6. specia. 16. colum 1. Curtius Iun. in Authen. res, quæ, num. 15. C. commu. de legat.* Sed quando pater est mortuus, vel eget, & mater non est habilis præstandis alimentis, tunc auus mater-
4 nus † tenetur alere, *vt ille text. dicit in dicta l. non quemadmodum, vbi Doctores, & sequuntur alij suprà citati, qui ita limitant.* Ex quo inferunt præcitati Doctores,
5 quod auus maternus tenetur quoque dotare † in subsidium, *Bal. in dicta l. neque mater. C. de iure dot. Bal. nouell. dicta specia. 16. colum. 1. Curtius iun. dicta Authen. res, quæ, num. 15. Ripa dictæ l. 1. num. 82. Tiraquell. l. si vnquam, ver. liberos, num. 63. Præpos. dicto cap. cum haberet, in fi.* Et facit ratio, quia in subsidium tenetur mater & alere, & dotare, *vt dixi suprà.* ergo & auus maternus, vel auia. Sicut enim patris appellatione venit auus
6 paternus, & † ascendentes omnes per lineam paternam, *Cardin. Floren. in cap. cum haberet, in fi. de eo, qui dux. in vxor.* Ita matris appellatio auum maternum
7 includit, † & alios per matrem ascendentes, *Innoc. in cap. si verò, de senten. excomm. Bald. in sua Marg. in ver. matris appellatio, probat tex. in §. illud quoque, vbi glos. in Authen. vt lic. mat. & au. Bal. in l. Nesennius, num. 2. ff. de neg. gest.* vbi inquit, auiam venire appellatione matris. Mouetur̃que ex eo textu Boer. *dicto cons. 17. numero 6. Ascan. in tracta. de patr. potesta. effect. 1. num. 22.* Et facit, quia si auus maternus in subsidium tenetur alere nepotem spurium, *vt mox dicam*, quare non eadem ratione tenebitur alere legitimum, erga quem magis tenetur. Sanè, quando dicitur, filios, onus patris, & paternum esse officium, alere & dotare, intelligitur, quando pater est habilis, & vbi vel est mortuus, vel per inopiam non potest, exurgit æquitas, & naturalis ratio, quæ facit eam obligationem descendere in alios, & tale esse debet officiũ aui circa neptem, quale est matris erga filiã, vt de patre etiã paterno inquit Lup. *in c. per vestras, in tertio nota. §. 24. in princ. de donatio. inter vir. & vx.* Sed non solùm legitimos & naturales nepotes, auus
8 maternus alere tenetur, sed etiam naturales, † & spurios, natos tamen ex non punibili coitu, *vt est tex. expressus, in dicta l. si quis à liberis, §. 1. ver. item diuus Pius, ff. de liber. agnos.* vbi glos. subdit, procedere et-
9 iam in vulgo quæsitis, & non mirum: nam statuta † in filiis, locum habent in nepotibus, *vt dicitur Instit. ad Orficia. in princ. Facit l. filium habeo. ff. ad Macedon. l. Lucius, la seconda, ff. de hæret. Instit.* Sicuti ergo mater tenetur alere filium naturalem, ita etiam auia materna, vel auus maternus: & facit, quia filii naturales etiam vulgo quæsiti, sicuti matri succedunt ab
10 intestato, *vt dixi*, ita succedunt † auo materno & auiæ, *est textus in l. Modestinus, ff. vnde cogna. l. 1. §. sed si vulgo. ff. ad Tertullian. Aretin. in dicto §. nouissimè, in princip. Caccialupus in dicta l. si qua illustris, numero 73. conclus. 4. C. ad Orficia.* vbi dicit, quod matri succedunt & ascendentibus, per maternam lineam, *Socinus in consilio 48. numero 2. & per totum, volum. 1.* cui subscripsit ibi Bal. Nouell. concludens vterque eorum nepotem ex filia succedere auiæ, multò magis, quàm successisset mater, *Ludouicus de Sard. in tracta. de legitim. par. 2. numero 160. Alios citat Rolan. in cons. 74. numero 24. & sequent. volum. 1.* Intelligendo tamen, nisi mater sit illustris, quia eo casu non succedunt, *vt per Doctores supracitatos.* Et id procedit, nedum in iure canonico, sed etiam ciuili, quia coitus, cum non est punibilis, filij ex eo nati succedunt. Pari ergo ratione sunt alendi ab auo & auia materna. Sed etsi iure ciuili, spurio nato ex punibili coitu, siue filius sit, *vt suprà dixi*, siue nepos, alimenta denegentur, tamen iure canonico inspecto, nepos
11 spurius † alendus est ab auo materno, vel auia, in subsidium, matre & patre deficientibus, *Speculat. dicto §. 1. numero 17.* Qui etsi loquatur inspecto iure ciuili, & consequenter in spurio ex accessu non punibili, tamen Socinus *in consilio 161. numero 1. ver. confirmatur: nam ratio, volum 2.* intelligit etiam in spurio vero, & strictè sumpto vocabulo. Mouetur ratione, quia sicuti auus ex identitate rationis tenetur eas alere, quibus mater iure ciuili alimenta præstare obstringitur. *dictæ l. si quis à liberis. §. 1. ver. item diuus, ff. de lib. agnosc.* ita auus eos alit, quos ius canonicum mandat à matre alimenta sumere. Didacus hanc quoque tenet opinionem *in dicta par. 2. cap. 8. §. 6. numero 16.* allegans ad id Abb. *in cap. cum haberet, colum. fina.* qui tamen de ascendentibus per matrem, nullum verbum facit. Benè verum est, quod eadem in auo versatur æquitatis ratio, quæ in matre. Et Didacus ibi inquit, & hanc communem opinionem Vasq. *de success. creat. lib. 2. §. 20. numero 160.* licèt ipse contrarium teneat, & pro communi allegat Cynum, Barto. & Abb. qui eo nihil minus dicunt. Quæ de auo dicta sunt, procedunt in proauo, & aliis ascendentibus, per identitatem rationis.

S V M M A R I V M.

1 *Filius tenetur patrem alere.*
2 *Filius, qui patri negat alimenta, excommunicatur.*
3 *Patri debentur alimenta naturali ratione.*
4 *Patri alimenta præstantur iure gentium, non naturali, & ibi late defenditur.*
5 *Patri, ne præstentur alimenta, pacto induci non potest: vide tamen ibi de veritate.*
6 *Filius emancipatus tenetur alere patrem.*
7 *Filius impubes tenetur alere patrem.*
8 *Pater vendit filium, vt se redimat à famis necessitate.*
9 *Necessitatis tempore omnia sunt communia.*
10 *Furari licet propter famem.*
11 *Emancipatio non tollit obligationem naturalem.*
12 *Emancipatus debet patri eandem reuerentiam.*
13 *Emancipatio non tollit iura sanguinis.*
14 *Pater emancipando exercet pietatem erga filium.*

15 *Pater emancipando exercet liberalitatem.*
16 *Filius per emancipationem lucratur, & recipit beneficium.*
17 *Filius emancipationis causa tenetur ad præmium erga patrem.*
18 *Patri bannito alimenta sunt à filio præstanda.*
19 *Pater non desinit esse pater, licet impius sit, & legum contemptor.*
20 *Patri etiam impio debetur reuerentia à filio.*
21 *Banniti non perdunt beneficia iuris naturalis, vel gentium.*
22 *Deportato, vel damnato ad metalla, præstantur alimenta relicta.*
23 *Filius non potest accusare patrem.*
24 *Filio denegatur beneficium, ne fiat patri verecundia.*
25 *Bannitus perdit ius filiationis, vel agnationis. Declara tamen, vt infrà.*
26 *Pater non debet à filio ali, quando ita data sunt bona filio, ne patrem alat.*

QVÆSTIO XVII.

1 CONTRA quoque filius † patrem cogitur alere, *vt est text. in l. fina. §. ipsum autem, C. de bon. quæ liber.* vbi dicitur, quod leges alendos à parentibus liberos imperauerunt, & parentes à liberis, *& in l. filia, C. de patr. potesta.* vbi, quod filia nedum reuerentiam, sed etiam vitæ subsidium tenetur exhibere. *l. 1. & 2. C. de alen. lib. §. 1. in fi. C. de oper. liber. l. si quis à liberis, in princ. ff. de liber. agnoscen. cap. cæterum, §. 6. distinct.* vbi dicitur, hanc esse Dei traditionem, *glos. in l. ius naturale, distinct. 1. Bart. in tracta. de alimen. num. 8. Bart. & Alba. in l. 1. in princip. Salic. & Curt. in l. 2. C. de alen. liber. Vital. tracta. clauf. tit. an alim. renunc. poss. colum. 3. decis. Pedem, 124. num. 18. Benincas. de pauper. quæstio. 7. in 2. spec. vid. num. 26. Ascan. de patr. potesta. effect. 17. num. 1. Cordub. dicta l. 1. in princip. num. 4. & in cap. si qui, distinct. 30.* Excommunicantur
2 filij, qui parentibus † subtrahunt necessaria, & apud Salomonem, *Prouerb. cap. 28.* dicitur, quod homicidialis est, qui patri subtrahit necessaria, & Cicero ad Atticum, *lib. 9. epist. 11.* inquit, nefarium esse, parentes non alere, & *in dicto cap. si qui,* dicitur, quod etiam pro augendo diuino cultu, filius non debet patrem egentem deserere. Declarat ibi Præpos. Et Glos. respõdet ad illam Euangelij authoritatẽ, *qui non reliquerit patrem, vel matrem, propter me, &c.* Et dicit Aristot. *lib. 3. œconom.* quod sicuti parentes aluerunt filios imbecilles, ita mox ipsi imbecilles senio facti eadem alimenta à valentibus filiis reportare debent. Et Xenoph. *de œconom.* dicit, præter cæteras hac ratione rectè matrimonia fore instituta, vt haberemus, à quibus nostra senectus aleretur. Atque in tantum obligatio hæc parentes alendi procedit, vt filius ob eam causam possit exire monasterium, & filia possit constante matrimonio dotem repetere à viro, vt dicam circa alimentorum priuilegia. Et quæ diximus ex Arist. & Xenoph. refert Cordu. *in d. l. 1. §. parens, num. 16. ff. de agnosc. liber.* licèt de eo mentionem non faciat Menoch. *in tract. de præsumpt. post hæc scripta visus, lib. 3. præsumptio. 29. numero 16.* Et hæc alimenta naturali ratione patri præ-
3 standa † inquit Bart. *in dicta l. 1. post glos. in l. sed etsi lege, §. cõsuluit. in ver. obligauerunt, ff. de petit. hæred.* Tenetur enim quilibet benefacienti, benefacere, *d. l. sed etsi lege, §. cõsuluit.* Et infert Bar. loco prędicto, filios obstringi iure gentium, non autem naturali, quia
4 cum quid debetur natarali ratione, † id iure gentium præstandum intelligitur, *secundum glos. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. & idem voluit Bar. in l. 1. §. ius naturale, num. 6. vbi Castr. num. 12. dicit communem, ff. de iure natura. Felyn. in cap. si diligenti, num. 5. de foro compet. hanc etiam sequuntur Fortun. Rube. Bereng. Oroscius, & Roder. Suarez, quos citat Cordub. d. §. parens, num. 15.* qui tamen cum Specul. Fortun. Alphon. à Cast. & Didac. tenet, patri naturali iure alimenta deberi per filium. Sed cum Bart. stat Bertr. *in cons. 63. colum. 2. in fi. volum. 2.* dicens, hanc filii obligationem descendere à naturali ratione, Menoch. autem *dicta præsump. 29. num. 16.* relata vtraque opinione, neutri adducit se. Quod si iure naturali debita dicamus, cõprobabitur Bar. sententia *in l. 1. §. parens de libe. agnos.*
5 quæ † vult, pactum non valere, quo patri alimenta nõ sint præstanda, de quo tamen alibi verba faciemus. Et rationem, quare parentibus iure naturali alimenta non debeantur, ponit Bal. *in d. §. ius natule.* dicens, quod aliàs esset naturæ ordinem turbare: subdens, quod ex quo homo est ratio & intellectus formaliter intelligendo, naturali tenetur ratione, quæ suadet, quod genitus nõ destituat genitorem. Eum refert Rube. *in l. pater filium, num. 40. ff. de inoffic. testam.* Et quod non debeantur iure naturæ, probauit Cagnolus *in l. iura sanguinis, num. 4. ff. de reg. iur.* vbi subdit, deberi ex ea æquitate, vt benefacienti benefaciamus: & infert, quod illis poterit pater renunciare pacto, licet secus asserat in debitis filio. Sed pro alia opinione est tex. *in l. fina. §. ipsum autem. C. de bon. quæ liber.* vbi dicit ab eadem ratione descendere patris & filij obligationẽ alendi.

Et ne quis fortè existimet alendi necessitatem prodire à patria potestate, habemus lege cautum,
6 vt etiam ab emancipato † filio consequatur pater alimenta, *d. l. si à liberis, §. sed vtrum, vbi Doctores, ff. de liber. agnos. probatur in l. legatum, ff. de capi. dimin. Cagnol. in l. vnica, num. 25. C quando non pet. part. Cordub. in d. §. sed vtrum, num. 1.* Sed præter eum multi tenẽt emancipatum oneri alimentationis obnoxium, *Bart. in tract. de alimen. num. 10. Idem Bart. in l. alimenta, §. Imperatoris, num. 3. ff. de liber. agnos. vbi allegat Iac. de Aret. Ang. in tracta. de testam. glos. 45. num. 22. Io. de Plat. in §. fi. vbi Aret. in fi. Instit. quib. mod. ius patr. potesta. solu. Et illi omnes, qui dicunt posse ea de causa emancipatum filium reduci in potestatem patris, de quo tractabimus in eo titulo, quo agimus de alimentorum priuilegiis.* Et non solum adultus
7 filius emancipatus, sed etiã impubes † tenetur patrem alere, *est text. in l. si à liberis, §. & si impubes, vbi gl. hoc no. & sequuntur Doctores, idem probatur in l. 1. §. sed nonnullos, & §. si de seruus. ff. de tutel. & ratio. distrah.* vbi pupillus in rationibus tutoris tenetur acceptare, quod impendit in alimenta matris egentis. De pupillari ætate tex. clarè disponit, sed de emancipatione non loquitur implicitè, tamẽ id includitur, quia dum agit de alimentis matri præstitis, seruit in argumentum, quod idem sit, quando patri præstitisset emancipati, cum in matre, sicut in patre,

post eman-

post emancipationem cessat ratio patriæ potestatis. Hæc iura post gl. allegat Cordub. *d. §. & si impubes, in princ.* & per hæc apparet non rectè sensisse Io. de Lign. *in tract. de amicit. §. surgit, nu. 4* quem citat & sequitur Ascan. *in tract. de patr. potest. effect. 17. nu. 7. limit. 5.* vbi ait, filios ante rationis vsum non teneri ad alimenta erga patrem, ea ratione, quod ignorāt, quidquid vident. Nam tenētur ea præstare per tutores, vel alios administratores. Imò eo casu pater poterit alimenta capere propria authoritate, vel bona vendere *l. si. §. ipsum autem, C. de bon. quæ libe.*

8 Si enim pater potest in extrema † famis necessitate filium vendere, *l. 2. C. de patr. qui fil. distrax.* quanto

9 magis vendere poterit eius bona, cum † eo tempore omnia sint communia, *c. 2. xij. q. 1.* & ob famis ne-

10 cessitatem liceat † furari, *c. si quis propter necessitatem, de furt.* & dicam inter priuilegia alimentorum, & rursus, *sub tit. qualiter alimenta sint præstanda.* Erit ergo falsa Lignani & Ascan. propositio, nisi intelligamus ad effectum, vt pupillus, vel infans excusetur, ne ob defectum alimentationis pœnam aliquam incurrat. Ea verò est ratio, cur emancipatus alere teneatur patrem, quia in eo durat obligatio recepti beneficij.

Secundò, quia emancipatio non tollit affectio-

11 nem naturalem, nec eā obligationem, † quæ à natura ipsa, vel naturali ratione descendit, *§. in testibus, vbi Io. de Plat. Io. Fab. & Aret. Instit. de testam.* ideò pa-

12 tri eandem præstat † reuerentiam, *Socin. in l. sicut, num. 7. C. de in ius vocan.* vbi ait, quod etsi emancipatione soluatur ius patriæ potestatis, nō tamen soluitur reuerentia debita, & iura † sanguinis deleri

13 non possunt, *l. iura sanguinis, ff. de reg. iur.* Alia est etiam ratio, quia pater emācipando, pietatem exer-

14 cet † erga filium, *l. quod & lex, §. cum quis, ff. de lib. hom. exhib.* Et non debet ideò filius esse patri impius, à

15 quo pietatem recepit. Item, pater exercuit † liberalitatem emancipando, *l. si. ibi, liberalitatis titulo. C. de emancip. liq.* quem dicit ibi Bal. esse meliorem textum, qui sit in corpore iuris, *l. iubemus ibi, in quos talis liberalitas collata sit, C. eo. vbi Ang. notat,* & filius ab emā-

16 cipatione lucrum consequitur, & † beneficium, *l. 1.*

17 *C. de ingrat. lib.* & patri † præmium debet filius, *l. si vna matre, vbi Bal. & Castrens. C. de bon. mat.* & remunerationem, *vt in l. cum oportet, §. cum autem. ibi, quasi remunerationis gratia à filio accipere, C. de bon. quæ lib. vbi Bar.* & ipsa emancipatio dicitur beneficium, *l. filio, ff. vt leg. nom. caue. l. 1. in princ. ff. si à parente quis fuer. man.* Si ergo emancipatio affert beneficium, vtique non modo patri non erunt denegāda alimenta à filio, sed magis ei debebuntur ab emancipato, tāquam pluribus beneficiis cumulato, quàm ab eo, qui est sub potestate tanquam, qui minus deberet: qui enim plus recepit, plus debet. Si itaque non emancipatus, qui minus recepit, tenetur patrem alere, multò magis obstrictus erit emancipatus, qui plura recipit beneficia. Et est optimus tex. *in l. 1. in fi. C. de offic. præto.* vbi dicit, vt filij sese intelligāt plus debere, à quibus se meminerint vinculis sacris exutos. Nec patris bannum eximit filium ab obligatione alendi. Nam etsi Bal. *in c. 1 in princip. num 7. de pace tenenda, & eius violato.* dicat, patri bannito non teneri filium ad alimenta per illum tex. ex quo notat patrem propter bannum priuari iure naturæ, & hoc ipsum sequatur afflictus ibi *in 2. nota. num. 22.*

18 vbi inquit, esse mirabile, tamen † veritas est in contrarium, quæ probatur ex glos. *in §. si vero contigerit, in ver. alia necessaria, in Authen. de incest. nupt. l. mutus, §. manente, ff. de iure dot.* per quæ iura Barto. *in dicta l. si quis à liberis, §. sed vtrum, ff. de libe. agnos.* cōcludit, quod patri bannito tenetur filius alimenta præstare, *sequitur Ang. in d. §. si vero contigerit, num. 1. Nellus in tract. bannito, in prima part. secundi tempor. numero 48. vbi allegat quoque Rayner. Bal. in Authen. incestas, num. 2. vers. nota, quod. C. de incest. nupt. Bal. nouel. in l. si constante, numero 50. ff. solu matrim. Ioan. Lup. in Rub. de donatio. inter virum & vxor. §. 64. num 14. Duen. qui latè hanc partem defendit, reg. 68. limit. 10. Cæphal. in cons. 324. num. 14. decis. Pedem. 124. num. 11. Ascan in tracta. de patr. potesta. effect. 17. num. 3. Cordub dicta l. si quis à liberis, §. sed vtrum, num. 3. ff. de liber. agnos.* Et ratio est, quia etsi pater legum

19 contemptor, & impius † sit, pater tamen est, *d. §. si vero contigerit.* & cum alimenta debeantur etiam ratione reuerentiæ, quam patri exhibere filius tenetur, *l. Imperator, ff. ad Trebellia.* eaque reuerentia et-

20 iam impio & scelerato patri † sit præstanda, *l. liberto. ff. de obseq. liber.* vbi dicitur, quod persona patris semper videri debet honesta filio, etiamsi inhonesta sit, *vt inquit glos. ibi, in ver. honesta,* consequens est, vt pater, quantumuis legum contemptor, alendus sit. Accedat quod banniti amittunt quidem ea beneficia, quæ descendunt à iure ciuili, sed non ea,

21 quæ à naturali iure proueniunt † vel gentium, *Bar. in l. amissione, §. qui deficiunt. ff. de capit. dimin.* imò nec quæ sunt iuris communis, *vt not. Iac. de Aret. Barto & Bald. in l. ex facto. ff. ad Trebellia. Cyn. Barto. Bal. Ange. Castrens. Salicet. & alij, in l. C. de hæred. instituen. Tiraquel. in tracta. retract. consang. §. primo. glos. prima, num. 17. Gerard sing. 14. in princip. Ripa in l. fi. num. 86. C. de rei. Ruinus in cons. 123. num. 1. volum. 4. Marsil. in prac. in aggredior, num. 39. Marian. in l. is potest. num. 19. ff. quirend. hæred. vbi inquit magis communem, Boss. in tract. publica. bono. num. 69. Neuiza. qui communem dic. in filio 73. num. 7. & 8.* Ideò etiam deportato, vel i-

22 tallo damnato † alimenta relicta denegari no possunt, *l. is cui, ff. de alimen. & cibar. legat. l. seruos ad custodiam templi, vbi Bart. ff. eodem titu.* Et alimenta capere videtur natura potius quàm persona, *argumento cap. non satis, distinct. 86. vt arguit Felyn. in cap. qualiter & quando, il secondo, num. 28. de accusat.* bannum ergo, & mali mores patris, non sunt iusta causa, per quam liceat ei denegare alimenta. Præterea filius non

23 potest patrem † accusare, *l. qui accusare, in fi. ff. de accus. glos. dicta l. liberto, ff. de obseq. libe.* tacitè autem videtur patrem accusare, qui petenti alimenta obiicit bannum, & aliquando filio denegatur beneficium propter † patris verecundiam, *vt in l. fina. §. vt autem puerilis, & ibi glos. C. de bon. quæ liber.* & cum

24 ter & filius eadem sint persona, sicuti quis non potest allegare propriam turpitudinem, ita nec paternam.

Vnum est, quod nōnihil turbare videtur principalem decisionem nostræ quæstionis: nam bannitus perdit agnationis & filiationis † ius, *Bart. in l.*

25

si adulterinum cum inceſtu. liberto, ff. de adult. & in Leos, ff. de receptat. Alexan. in conſ. 75. colum. 3. ver. pro hoc facit, volum. 1. Cum ergo alimenta debeantur ratione ſanguinis & agnationis, denegari poſſunt, quando ius ſanguinis banno eſt ſublatum: ſed intelligi debet contrarium in eo bannito, qui efficitur hoſtis ciuitatis, id eſt, qui contra patriam eſt molitus, *ita loquitur Bar. in d. §. liberto, & iura ſuprà citata.* Eo vero caſtro etiam patri erunt neganda alimenta, vt dicam inter cauſas quibus denegantur, vbi etiam aliâs tractabo limitationes.

Et non obſtat deciſio Bal. & Afflict. *in dicto cap. 1. de pace tenen. & eius violato.* quia loquuntur in caſu,
26 quo † bona ſunt ita data, ne filius patri præſtet alimenta: nam ſi pactum non ſeruat, priuatur bonis, *vt pulchrè declarat Afflict. & dixi ſuprà in quæſtione, an pater teneatur alere filium bannitum, vbi multa addidi, quæ huc poſſent transferri.*

SVMMARIVM.

1 *Patrem Iudæum, vel infidelem, filius alere non tenetur, ſed contra, num. 3.*
2 *Fidei veritatem, qui negat, non alendus, ſed necãdus eſt.*
3 *Filius tenetur alere patrem Iudæum vel infidelem.*
4 *Filius Iudæi veniendo ad catholicam fidem exit patris poteſtatem.*
5 *Subſtitutio pupillaris fieri non poteſt Iudæo, vel infideli filio à Chriſtiano.*
6 *Pater Iudæus non habet in poteſtate filium pariter Iudæum.*
7 *Filij paruuli Iudæorum, an poſſint baptizari inuitis parentibus.*
8 *Baptiſmus facit nouum hominem.*
9 *Seruum Chriſtianum habere nemini licet.*
10 *Filius Chriſtianus tenetur erga patrem infidelem ad omnia, quæ concernunt charitatem.*
11 *Debitum ſoluendum eſt antequam beneficium impendatur.*

QVÆSTIO XVIII.

1 PATREM infidelem, vel Iudæum non videtur, quod filius alere teneatur, *per † tex. in c. gaudemus, de diuor.* vbi patrem infidelem, filius fidelis ſequi non tenetur, ſicuti fidelis vxor non tenetur ſequi virum infidelem,
2 & qui negat veritatẽ fidei, necãdus potius † quam alendus eſt, *cap. leg. 24. quæſt. 8.* per quem text. dixit Specu. *in tit. qui fil. ſint legit. §. 1. num. 13. in fi.* quod eiuſmodi pater infidelis non eſt alendus. Ad idem videtur text. *in cap. non ſatis, 86. diſt.* vbi probatur, quod pietatis opera non ſunt cum infidelibus exercenda. In primis enim Ambroſius in eo capitulo fidem eius requirit, in quem confertur opus pium. Demum eſt tex. *in cap. in eos, de hæret.* vbi non poteſt conferri beneficium in eum, qui non eſt catholicus. Veritas tamen eſt in contrarium, quod etiam
3 parenti Iudæo † vel aliter infideli tenetur filius miniſtrare, *eſt tex. in cap. ſi qui, 30. diſtinct.* vbi Præpoſ. Mediol. notat, quod filius patri non ſubuenit in neceſſitatibus, videtur illi debitum honorem ſubtrahere. Et ante eum voluit gloſ. *1. ibi, Ioan. de Anan. in cap. Iudæi, il ſecondo, num. 4. de Iudæis. Marquar. in tracta. de Iudæis, in tertia par. cap. 4. num. 5.* Facit quod ſuprà diximus, patrem Iudæum, vel hæreticum teneri ad alimenta filij orthodoxi. Infertur ex hoc, quod patri alimenta non debentur intuitu patriæ poteſtatis. Nam filius Iudæus factus Chriſtianus,
4 exit † patris poteſtatem, *eſt tex. iuncta gloſ. in cap. Iudæorum, 28. quæſtio. 1. notatur in cap. 2. de conuerſ. infid. in cap. Iudæi, il ſecondo. vbi Anan. & Felyn. de Iudæi. Alexan. in conſ. 71. colum. 2. volum. 2. Iaſon in l. moribus, colum. 6. ff. de vulg. Abb. in ca. fina. num. 3. de hæret. Marquar. dicto cap. 4. num. 8. Aſcan. in tract. de patr. poteſta. effect. 77. num. 6. & ſequent. vbi ad hoc nihil allegat.* Vnde ſequitur, quod pater Iudæus non poteſt filium ad fidem conuerſo
5 ſubſtituere pupillariter, † *Zaſi in tract. de Iudæis. Paul. Leon. in tract. ſubſtitut. in mat. pupilla. ſubſt. num. 112. Aſcan. d. num. 7.* Imò non defuêre qui etiã voluerũt patrem
6 Iudæum non habere † in poteſtate filium, quamuis eiuſdem ſectæ. *Sum. Ang. in ver. baptiſmus. il 6. Afflict. deciſ. 151. num. 5. & 9. Pariſ. in conſ. 2. num. 39. volum. 4.* Sed communis opinio videtur in contrarium, *vt per Marquard. loco prædicto, num. 10. & Aſcan. num. 6.* vbi dicunt eſſe veriorem opinionem, & magis communem. Et Aſcan. tracta. an paruuli Iudæorum
7 poſſint inuitis † parentibus baptizari, de quo etiam Natta *in conſ. 434.* vbi de hoc latè agit. Ratio autem quare per baptiſmum liberetur quis à pote-
8 ſtate patris Iudæi, eſt, quia baptiſmus † facit nouum hominem, *cap. 1. 26. diſtinctio.* Item, ſi licet ſer-
9 uum † habere Chriſtianum, *cap. 1. & 2. cap. conſuluit, de Iudæis, l. vnica, C. ne mancip. Chriſt.* multò minus licebit habere liberum hominem in poteſtate. Sed hæ rationes non concludunt, quia baptiſmus facit nouum hominem reſpectu animę & conſcientiæ: non enim deſinit eſſe filius illius, & propterea tenetur alere, vt dixi. Item, ſi ratio ſecunda eſſet vera. Chriſtianus quoque pater nõ haberet filium in poteſtate, quod tamẽ eſt falſum. Nec mihi probatur tertia Marquardi ratio *in dicto cap. 4. num. 8. in fine.* quod eximatur à poteſtate patris propter adeptam dignitatem, quia haberet locum etiam in filio Chriſtiano, & quia non omnis dignitas eximit filium. Verior autem ratio eſt, quia patria poteſtas multos parit effectus, qui poſſent filium Chriſtianum inducere ad noua ſacra. Sed quia hæc non multum pertinent ad rem noſtram, dicam alibi. Vera eſt itaque concluſio, quod filius Chriſtianus patrem alit Iudæum, vel infidelem. Non obſtat capit. *gaudemus*, quia procedit, quoad infidelitatem, habitationemque, & alia quæ reſpiciunt Dei cultum: nam quoad ea filius non tenetur ſequi patrem: at ſecus eſt quoad ea, quæ vitæ
10 concernunt ſuſtentationem. *ita declarat † Geminia. in dicto cap. ſi qui, 30. diſtinctio. vbi ita quoque poſt Hugo. reſoluit Præpoſ. num. 3. Marquard. dicto cap. 4. num. 5.* Non etiam mouet text. *in cap. legi. quem citat Specu. loco ſuprà citato*, quia loquitur in eo, qui tanquam iudex punit criminoſum, *vt per gloſ. ibi.* item loquitur in eo, qui fidei veritatem tentat deprauare, & corrumpere. Præterea ille tex. nõ dicit, quod alimenta ſint deneganda. Similiter remouetur *cap. non ſatis*: quia non intelligitur patre egente, ſed generaliter inter alios, vt de alia authoritate ſacræ ſcriptu-

ræ, respondet Hostien. *in tit. de tempor. & qualit. ordin. in 7. reg. colum. 2. ver. miror.* vnde hæc. Et eodem modo declarat Præpos. *dicto cap. non satis, colum. fina.* vbi resoluendo quæstionem, de qua alibi tractabimus, an magis patri infideli, quàm extraneo Christiano, præstãda sint alimenta, relatis omnibus authoritatibus aliorum dicit, eas non procedere in patre, & consanguineis egentibus, quia eorũ principalis est ratio. Et glos. *in cap. si qui*, intelligitur respectu affectus interioris, non quoad beneficia. Text. quoque *in c. in eos, de hæret.* loquitur de beneficio; & in filio alente patrem non est beneficium,
11 sed obligatio, & prius reddendum est, † debitum quam impendendum beneficium, *vt inquit Præpos. loco prædicto, colum. fi.* vbi post Aristo. 4. Ethic. dicit, quod tanto est erga parentes obligatio, quod æquiualens reddi non potest. Et ad decisionem præsentis quæstionis conferunt rationes, quas adduximus in proximè præcedenti capitulo: licet enim infidelis sit, tamen pater est. Et inquit Hostien. in loco præcitato parenti subueniendum iudico, eo ipso iure, quo eum cognosco. iure autem naturali cognosco, ergo eodem iure alere teneor Et nutrimenti exhibitio, est de primæuo iure communi omnibus animalibus. Ideo quærendum non est, an pater fidelis sit vel non, quia id nec animalia possunt discernere.

SVMMARIVM.

1 *Filius propter hæresin potest exhæredari.*
2 *Pater fidelis non alit filium hæreticum.*
3 *Correlatiua reguntur eisdem regulis.*
4 *Argumentum correlatiuorũ procedit etiã in pœnalibus.*
5 *Filius catholicus alit patrem hæreticum.*
6 *Hæreditas ascendentium magis debetur descendentibus quam econtrà.*
7 *Legitima filio debetur iure naturæ descendentibus.*
8 *Legitimæ parentibus in bonis descendentium iure debebetur ciuili.*
9 *Filius habet esse à patre.*
10 *Correlatiuorum argumentum non procedit, quando ratio militat diuersa.*
11 *Excommunicato licet ad sustentationem aliquid dare.*
12 *Eleemosina nulli est deneganda.*
13 *Pater excommunicatus ali debet à filio.*
14 *Filius non alit patrem excommunicatum, nisi constitutus sit in extrema necessitate.*
15 *Clericus excommunicatus non alitur de fructibus beneficij, nisi graui subsistente inopia.*
16 *Clerico suspensa negantur alimenta ex fructibus beneficij, quando suspensus est ob contumaciam.*
17 *Correlatiuorum idem est iudicium.*
18 *Pater & filius iudicantur ad paria.*
19 *Filius alit adoptiuum patrem, sicuti ab eo alitur.*

QVÆSTIO XIX.

QVOD si pater esset hæreticus, an filius catholicus teneatur eum alere? & videtur quod non: ex eisdem enim causis negari possunt alimenta, ex quibus quis exhæredari potest, *vt dicam infra suo loco.* At propter hæ-
1 resim † licita est exhæredatio, *secundum gl. in c. Quintauallis, vbi Ioan. And. Abb. antiq. & Panormit. num. 5. de iureiuran. Felyn. in c. cum sit. num. 2. de iud. est tex. in § si quis de prædictis, in Authen. vt cum de appellat. cognos. Carrer. de*
2 *hæret. num. 158.* Et sicuti pater fidelis † non tenetur alere filium hæreticum, *secundum Caccialup. in l. frater à fratre, num. 108. ff. de cond. indeb. & dicam loco suo:* ita econtrà filius fidelis cogendus non est alere patrem hæreticum. Dispositum enim in vno corre-
3 latiuorum, † locum habet in alio, *l non tantum. ff. de re iud. l. fina. C. de instit. & substit. Bar. in l. liberorum, ff. de*
4 *his, qui notan. infam.* & procedit etiam in † pœnalibus & correctoriis, *l. fina. C. de indicta viduit. toll. l. 1. C. de cupress. lib. 10.* Sed contrariam sententiam am-
5 plectitur † Archidiac. *in c. non satis, per illum tex. 86. distinctio. & tenet expressè glos. in cap. si qui filij, 30. distinctio. & in d. c. non satis. Hostien. in dicto titu. de tempo. & qualit. ordin. in 7. reg. colum. 2. in fine. Cardin. in c. cum haberet, l. de eo, qui dux. in vxo. quam pol. per adulterium, Diuus Thomas in 2. 2. quæst. 31. & hanc dicit commun. Abb. in c. si quis episcopus, in 1. not. de hæret. de communi quoque attestatur Felyn. in c. cum sit, num. 2. de Iudæ. Barbat. in cons. 63. colum. 2. in fi. volum. 2. Nellus in tracta. de bannit. in 1. part. 2. temp. num. 48. in fi. Duen. d. reg. 68. limita. 10. in fi. Marquar. dicto tracta. de Iudæ. par. 3. cap. 7. num 4. Cordub. in dicta l. si quis à liberis, §. etsi impubes, num. 8. ff. de lib. agnoscen.* Et non obstat, quod negari possint alimenta, ex eisdem causis, ex quibus licita est exhæredatio, quia posset responderi, quod iura exprimentia causas exhæredationum, loquuntur in filio, non in patre. Ideò pater ex illis causis exhæredari potest, ex quibus filius. Sed non placet hæc responsio: nam si causæ illæ sufficiunt ad priuandum filium, cui magis est patris hæreditas debita, quam patri debeatur hæreditas filij, multo magis sufficient pro exhæredatione patris. Quod autem ascendentium hæredi-
6 tas † sit magis debita descendẽtibus, quam descendentium hæreditas debeatur ascendentibus, probatur *l. scripto, in fi. ff. vnde lib. Alciat. tracta. præsumpt. regu. 1. præsump. 8. num. 2.* & ideo legitima filio debetur
7 iuræ † naturæ, *§. cum itaque, in Auth. de hæred. & Falci. Paris. cons. 93. num. 45. volum. 2.* patri verò debetur iure
8 † ciuili, *l. 1. §. ius naturale, ff. de iustit. & iur. Rom. cons. 32. colum. fi. Abb. in cons. 75. quidam decessit, vol. Capr. in cons. 15. Alciat. loco prædicto, num. 2.* Respondeo igitur secundo, quod argumentum contrarium non procedit in patre, sed solum in filio, qui potest ex eis causis priuari alimentis, ex quibus potest exhæredari, & in patre diuersa est ratio. Nam magis obligatur filius erga patrem, quam pater erga filium, & alimenta sunt magis debita patri, quam filio, ex quo
9 filius † habet esse à patre, *c. Moises, 32. quæst. 2. c. nasci, 55. distinct. c. mulier. distinct. 86. & ita dicit Iac. de Rau. quem citat & sequitur Cyn. in l. 2. in fi. C. de patr. qui fil. dist. & sequuntur plures alij, quos citabo infra hoc eodem tit. vbi tractabo de concursu eorum, quibus alimenta debentur.* Ideò vbi tractatur de alimensis negandis, non valet argumentum affirmatiuum à filio ad patrem. Quod enim strictius ligatum est, difficilius soluitur, & qui arctiore obligatione tenetur, difficilius liberatur, *& probat Cordub. d. l. si quis à libe. §. itẽ iudex, num. 4. 5. & 6. vbi omnino, & in princ. l. prædicta, num. 5.* & argumẽtum à correlatiuis, non habet locũ, quãdo non
10 militat eadem † ratio, *l. curatorem, vbi glos. Cyn. & Do-*

ctores, C. de interd. matr. l. fi. vbi Salic. C. de rescind. vend. Ias. in l. transigere, colum. 1. C. de transact. & in l. fi. num. 18. C. de indic. vid. tollen. decis. Pedem. 140. num 7. Euerar. loco 76. colum. 2. ver. præmissa tamen. Et hæc sententia iuuatur omnibus illis rationibus, quibus suprà adduximus, dum de patre infideli loquuti sumus. Est verum, quod Felin. *in c. cum sit, num. 2. de Iudæ.* vult, quod prædicta sententia nõ obtineat in foro contentioso, id quod ego verum existimo, quando pater non esset in magna necessitate: at eo extrema laborante inopia aliter iudicarem, per ea, quæ dicam in quæstione sequenti, *circa finem.*

Per rationes prædictas, filius alere tenetur patrem excommunicatum, quia humanitatis & pie-
11 tatis causa excommunicato † aliquid tradere ad sustentationem non est prohibitum, *cap. quoniam*
12 *multos, 11. quæstio. 3. in fi.* & eleemosina nulli † est deneganda, *cap. pasce, 86. distinct. Hostien. in d. tit. de tempo. & qual. ordin. reg. 7. colum. 1. & latè de eleemos. ponit Præpos. in cap. non satis, 86. distinctio.* vbi post Amb. dicit, quod danda est propinquioribus potius, quam a-
13 liis; & quod pater excommunicatus † sit alendus, probat text. *in cap. inter alia, de sentent. excom.* vbi ait, quod superueniens sententia excommunicationis non liberat à debito obsequio, quod ante sententiam erat præstandum, quia durat adhuc obligatio, & glos. ibi enumerat certas personas inter quas obligatio non extinguitur. Et hanc sententiam probauit Nellus *in tracta. bannit. in 1. part. 2. tempor. num. 48. in fi. alleg. tex. in c. sacris, de senten. excomm. qui de hoc nihil dicit, Duen. in reg. 68. limit. 10. circa fi.* vbi ampliat, etiãsi iustè fuisset excommunicatus, & procedit etiam, si pater sua culpa vel delicto inciderit in necessitatem, *secundum glos. notab. in c. sacrorum, 12. quæstio. 2.* Et hoc multo magis locum habere, quando maxima esset patris necessitas, *secundum glos. fina. in fi. in c. pastoralis, in ver. verum. de appellatio. quæ est approbata ab omnibus, vt inquit Dec. ibi, num. 9.* Crederem tamen hoc casu subueniendum non esse patri, nisi
14 in extrema necessitate † constituto, quia excommunicato fieri non debet eleemosina, nisi subsistente maxima necessitate, *d. c. quoniam multos.* Et ratio est, quia est in sua facultate se eximere ab excommunicatione petendo absolutionem, *vt dicunt Glos. & Ioan. And. in dicto §. seruum, vbi Abbas numero 16. & Decius numero 9.* In quibus locis dicunt, ea ratione
15 † clericum excommunicatum, non esse alendum de fructibus beneficij, nisi subsistente graue inopia, licet secus sit in depositio vel suspenso. Imo per eam rationem suspenso, quoque clerico neganda
16 esse alimenta, † quãdo propter contumaciam fuit suspensus, ex quo potest, si vult, purgare, dicunt Abb. & Dec, *in loco prædicto.* Et aduertatur, quod ratio Hostien. *in d. tit. de tempo. ordin. in 7. reg.* quod scilicet patri malo potius, quàm bono subueniendum sit, non est concludens: nam secundum eum, semper melius esset dare malo, quam bono, quod tamen est falsum.

Patrem adoptiuum à filio alẽdum in subsidium non dubito, ex his, quæ suprà de patre diximus erga filium, aliâs enim daretur inter eos inæqualitas, qui tamen dispari non sunt conditione coniun-
17 cti, & in his locum habet regula † correlatiuorum, de qua *in l. 1. C. de cupress. lib. 10. & in l. fin. C. de indic. viduit. tollen.* Et quamuis, vt dixi in patre & filio legitimis & naturalibus, non procedat argumentum, eo, quod maiori filius obligatione erga patrem obstringitur, tamen aliud est in adoptiuis, quia cũ iure ciuili sint ligati, lex eos æqualiter obligauit. Et dicit Bal. *in Auth. licet, C. de natu. libe. num. 3.* quod
18 pater & filius iudicantur ad paria † in permissiuis, & in prohibitiuis. Et refert Azo, arguere de patre ad filium, & non debet filio durum videri, quod
19 † alat patrem, à quo in casu contrario erat alimenta recepturus, & non debet quis id petere, cuius contrarium, si casus eueniret, non esset postulaturus.

SVMMARIVM.

1 *Filius spurius non alit patrem secundum ius ciuile, secus iure canonico, vt num. 6.*
2 *Argumentum à maiore ad minus, est validum.*
3 *Lucrum facere ex proprio delicto nemo debet.*
4 *Patris & filij conditio est exæquata.*
5 *Filius tenetur erga patrem ad antidora.*
6 *Pater ali debet à filio spurio, vbi quid in naturali.*
7 *Patri naturali debetur reuerentia, sicuti legitimo.*

QVÆSTIO XX.

1 SPVRIVS de iure ciuili, patri † non ministrat alimenta, *Azo in summa, C. de legitim. hæred. in fine. Bart. in l. fi. ff. de his, quib. vt indign. Bal. in l. 1. num. 27. C. de sacrosanct. eccles. sequitur Alexan. Ludou. de Sard. And. de Busse. & alij, quos citat Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. vtrum, num. 78. & seq. vbi post Paleot. refert legem duod. tabul. & leg. Solo.* Et ratio est, quia si spurij adeò legibus sunt odiosi, & in odium parẽtum facti sint insuccessibiles, multo magis parentibus ipsis denegandum erit subsidium, à quibus vitium proce-
2 dit: nam propter quod vnumquodque † tale & illud magis, *Auth. multo magis, C. de sacros. eccles.* Et sane iniqua esset lex, si filios paterno priuaret subsidio, qui tamen non peccarunt, & patri commmodum
3 deferret ex peccato; cum tamẽ ex delicto † nemo debeat lucrari. *Addo Imo. in l. ex facto, §. si quis rogatus, num. 5. ver. & pro hoc facit, ff. ad Trebellia.* vbi ait, quod sicut pater non tenetur spurium alere, quamuis hoc modo videatur vocare, ita filius non tenetur patri subuenire, *argumento eius, quod not. Azo in sum. C. de natur. liber. in fi.* & æquitas tamen iuris canonici talem rigorem non admittit, sed ius ciuile corrigit:
4 patris enim & filij conditio, est exæquata, † *vt per Bald. in Auth. licet. C. de natu. libe. num. 3.* Sed pater tenetur filium spurium alere, *vt dictum est suprà*, ergo filius debet pares vices patri reddere: tenetur. n. ad
5 † antidora, *l. sed & si lege, §. consuluit, ff. de petit. hæred.* & qua ratione mouetur lex canonica ad subueniendũ filio, ea ipsa tenetur filius subuenire patri. Imo cum plus patri debeat filius, quã pater filio, maior videtur ratio cõpellendi filiũ, quam patrem, *vt dixi*
6 *suprà.* Propterea Bal. nouel. *in tract. dot. in 1. par. specia. 16. col. 3. ver. sed posset dubitari,* † & rursus *in l. num. 144. ff. solu. matr.* dicit filium teneri erga patrem & matrem ad alimenta, licet sit spurius, *Fortun. Garz. in tracta.*

tracta de vit. fi. iur. c. ciuil. num. 79. & sequent. vbi fortius loquitur in filio incestuoso, & respondet ad argumentum deductum ex peccato paterno, quod etsi pater peccauerit, non tamen peccauit in filium, proinde non debet à filio puniri per subtractionem alimentorum, & paulò suprà inquit, patrem ob vitium incestus, non esse de iure occidendum: at negando alimenta videretur filius occidere, *l. necare. ff. de liber. agnos.* & vbi de iure foret necandus, non tamen id esset filio permissum, *Didac. in epitom. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 5. vbi tamen neminem citat, Paleot. de noth. & spur. c. 46. Cordub. in d. §. vtrum, num. 83.* vbi latè differit, quod si spurius tenetur, multo magis obligabitur naturalis, nam alimenta, etiam ratione reuerentiæ debentur: at patri naturali † reuerentia debetur, sicut legitimo, *l. parentes naturales, ff. de in ius vocando.*

7

SVMMARIVM.

1 *Filius alit patrem spiritualem.*
2 *Filius cui magis teneatur subuenire, patri ne carnali, an spirituali.*

QVÆSTIO XXI.

SPIRITVALEM tamen filium existimo teneri ad alẽdum patrem, † quia, vt dixi, pater ipsum filium alit in subsidium, ergo pares ei vices debet reddere, *argu. Authen. licet, in fi. C. de natural. lib.* & valet argumentum à corrrelatiuis, & ei debetur reuerentia, *vt ibi dixi.* Et Bellam. *in cap. parsimoniam, 41. distinctio.* quærit, cui magis filius teneatur subuenire † spirituali, an carnali, *sequitur Præpos. in c. non satis, num. 20. distinct. 86.*

1 2

SVMMARIVM.

1 *Mater alenda est à filio legitimo & naturali. amplia, num. 6. & 15. & 16.*
2 *Filiæ tenentur parentibus eam pietatem præstare, quæ sibi à parentibus præstatur,*
3 *Mater non potest in ius vocari à filio sine venia.*
4 *Matri debetur legitima in bonis filij, sicut patri.*
5 *Mater succedit æqualiter cum patre.*
6 *Filius alit matrem, quæ transiuit ad secunda vota.*
7 *Filius non tenetur dotare matrem, quæ transiuit ad secunda vota.*
8 *Iniuriam filio infert mater, quæ transit ad secunda vota.*
9 *Filius dotat matrem, quæ transit ad secunda vota, de suo consensu.*
10 *Iniuria non fit volenti & consentienti.*
11 *Maritus qui duxit vxorem sine dote, tenetur illam alere.*
12 *Filius diues tenetur dotare matrem iuuenẽ & pulchram, in qua cadit suspicio, ne efficiatur inhonesta.*
13 *Malis ex duobus eligi debet quod leuius est.*
14 *Honor vitæ comparatur.*
15 *Filius naturalis alit matrem.*
16 *Filius ex damnato coitu alit matrem.*
17 *Mater succedit filio cõcepto ex damnato coitu, & ecõtrà.*
18 *Successio inter matrem, & descendentes naturales est reciproca, & ita filij succedunt matri, sicuti mater filio.*
19 *Filij naturales & spurij, quoad matrem, habentur pro legitimis.*
20 *Filij naturales sequuntur matrem, non patrem.*
21 *Filij naturales tenentur matrem dotare.*
22 *Filius alit non solum matrem, sed auum maternum, proauum, & alios maiores.*

QVÆSTIO XXII.

MATREM quoque filius agnoscere † & exhibere debet, *vt est tex. in l. filia, C. de patria potest.* vbi glos. notat, quod inferior cogitur superiorem alere, *l. 1. & 2. C. de alen. liber.* vbi indefinite loquitur de parentibus. Ad idem est tex. *in l. 1. §. sed & nonnullas. ff. de tute. & ratio. distrahi.* vbi pupillus cogitur accepto ferre tutori, impensas factas in alendo eius matrem, quæ erat in necessitate. Probatur item *in l. si quis à liberis, in princ. ff. de liber. agnoscen. vbi glos. Bar. & alij omnes notant, Bal. in l. furiosæ. ff. de curator. furio.* vbi dicit, quod parem præstare debet reuerentiam patri & matri, & eos egenos æqualiter alere, *Bal. Nouell. in l. 1. num. 139. & 143. ff. solu. matrim. & ibi Crot. num. 89. Iaf. in l. 1. num. 25. ff. solu. matrim. & in Auth. res quæ, num. 9. C. commun. de leg. Benincas. in tract. paup. 1. quæst. 7. in 2. speciali iudic. numero 26. decis. Pedem 124. num. 8. Asca. in tracta. de paup. potesta. c. 4. num. 20. & seq. Caph. in cons. 5. num. 64. ante eos Alexan. dicta l. 1. num. 20. Campeg. de dot. par. 1. quæstio. 21. Tiraquell. de iure primogen. quæstio 62. num. 13.* & non mirum, quia ipsa alit filium, ergo pari modo ali debet à filio. Et inquit text. *in Authen. licet, in fi. C. de natu. liber.* vbi dicitur, quod filij debent † parentibus parem præstare pietatem. Et sicuti filius patrem alit, ita matrem, & cui parem debet reuerentiam, *vt dixi ex Bal. in d. l. furiosæ.* Nam mater sicut pater, non † potest in ius vocari, *l. parentes. ff. de in ius vocando,* & ei debetur legitima, † sicuti patri, *Authen. presbyteros, C. de sacrosanct. eccles. c. 1. in fi. de testamen. in 6.* & filio succedit † æqualiter cum patre, quando descendentes non extant, *§. 1. in Authen. de hæred. ab intesta. & toto tit. Institu. C. ad Orficia.* & impium esset matrem excludere à luctuosa filij hæreditate, *vt inquit l. fin. C. de impub. Paris. in cons. 108. num. 1. volum. 3. Didac. in tract. de succes. ab intesta. num. 1. in 2. conclus. Ascan. in d. tracta c. 4. num. 25.* Et procedit ea conclusio etiam in matre, quæ ad secunda vota transiuit, quia si secundus vir decesserit † & ipsa sit egena, erit alenda, *vt inquit Specul. in titu. qui fil. sint legiti. §. 1. num. 35.* Hac ratione videretur dicendum, quod filius teneatur matrem dotare transeuntem ad secunda vota. Sed contrarium † tenet Ang. *in l. 1. ff. solu. matrim.* vbi dicit, quod mater non est dotanda à filio, & ante eum voluit Gul. de Cun. *in l. 1. C. de inoffic. testam. est text. in l. tutor, secundum dignitatem. ff. de admin. tuto.* Et ratio est, quia non tenetur conferre ad suam iniuriam, *argum. §. Gregoria. in Auth. de non eligen. secun. nub.* filio enim iniuria per matrem irrogatur † per transitum ad secunda vota, *§. prospeximus, in Auth. de non eligen. hoc etiam voluit Bal. in l. si vicena, C. de præscript. long. tem. decem, vel vigin anno. vbi inquit text. in dicta l. tuto, secundum dignitatem, esse ad hoc singularem, & illum textum allegat quoque Salicet. in l. si filius in id. ff. ad Macedon. Alexan. in dicta l. 1. num. 20. ff. solu. matr. vbi etiam Imo. qui tamen dicit*

1 2 3 4 5 6 7 8

iura suprà allegata non probare, Iason, num. 23. ver. secundo filius. Bal. Nouel. num. 139. Crotus num. 89. & Rip. num. 82. vbi dicit communem esse opinionem, Campeg. in tracta. dot. par. 1. q. 21. decis. Pede. 124. num. 4. Coras. in l. qui liberos, num. 115. de ritu nuptia. vbi dicit, si filius dotaret matrem, offenderit maritum, cuius anima contristatur propter secundas vxoris nuptias. Hanc sententiam declarat Crot. non procedere, quando cessa-
9 ret † ratio iniuriæ, vt si transiret ad secunda vota,
10 de consensu filij, quo casu volenti, & † consentienti, non fit iniuria, *l. 1. §. vsque adeo ff. de iniur. l. cum donationis, C. de transactio.* Tunc enim mater esset dotanda. Sed ego non video, quomodo possit in facto verificari hæc declaratio, nam ante cõtractum matrimonium non potest dici, quod filij consentiat matrimonio, post vero matrimonium cõtractum non potest exigi dos, ex quo nupsit sine dote, nam dos succedit loco alimentorum: at maritus qui vxorem indotatam duxit, tenetur illam a-
11 lere, † *l. quod si nulla. ff. de relig. & sumpt. fun. Authen. præterea, C. vnde vir & vxor, Bar. & alij in l. quod in vxorem, C. de nego. gest. Cyn. & Bal in l. pro oneribus, C. de iur. dot. & dicam suo loco.* Et consequenter filius non tenetur dotem, aut alimenta dare ei, qui habet aliunde, nisi dicatur, quod potest filius consentire futuro matrimonio, quod exinde nõ potest sortiri effectum sine dote, quia spõsus recusat illam habere in vxorem sine dote, declarat item Rip. *in d. l. 1. num. 82.* supradictã conclusionem, ne locum habeat, quãdo
12 mater esset iuuenis † & pulchra, subesset que suspicio incontinentiæ & inhonestatis: eo enim casu, si filius est diues, tenetur secundùm eum dotare matrem, vt cõsulatur communi honori matris & pa-
13 tris: inter duo enim † mala, minus est eligendum, *cap. nerui testiculorum, 32. distinct. l. ita vulneratus, in fi. ff. ad leg. Aquil. l. quoties nihil. ff. de reg. iur.* Et sicuti filius præstanda alimenta tenetur prospicere vitæ, ita &
14 multo magis honori, qui comparatur † vitæ, *l. iusta, vbi glos. ff. de manum. vind. l. Iulianus, ff. si quis omis. cau. testam. sed reprehendendo Rip. contrarium tenet Coras. d. l. qui liberos, num. 115.* quia quantumuis sit iuuenis, & suspectæ pudicitiæ mater, semper transeundo ad secundas nuptias, infert iniuriam animæ mariti. Verum hæc ratio non potest sustineri, quãdo causa subest nubendi, de qua suprà: melius est nubere, quàm vri, & prudenter agit mulier, quæ cum dubitet de custodia primi thori, secũdas affectat nuptias; Et cessat eo casu iniuria ratiõe grauioris mali. Et eandem sententiam probauit Bal. Nouel. *in d. l. 1. num. 139.* licèt Ripa eam declarationem sibi ascribat, & eam quoque innuit Crot. *num. 89.* dum dicit, dotem esse dãdam à filio, quandocunque cessat iniuriæ ratio. Quidquid tamen sit, si non cessaret ratio iniuriæ, vt tamen consulatur honori, cogendus erit filius dotare. Et de hac quæstione vide latè Cordub. *in §. vtrum, num. 87. vbi multos citat, Tiraquel. de primogen. q. 62. num. 13. Boer. decis. 129. in fine.*

Quæ supra à dicta sunt de filio legitimo & naturali, quod mater teneatur alere, procedunt in filio naturali: is enim matri tenetur alimenta præ-
15 stare, † *vt est text. expressius in Authen. licet. C. de natu. lib. circa fi. in §. oportet, & §. si quis habens, in Authen. quibus mod. natu. effio. sui, glos. in l. si quis à liberis, in §. vtrum, in ver. vulgo quæsitos. ff. de liber. agnos. quæ iura citat Cordub. in dicto §. vtrum, num. 85. addo Ange. in Authen. ex complexu. C. de incest. nupt. quem citat & sequitur Bal. Nouel. in dicta l. 1. num. 143. ff. soiu. matrim.* vbi mouetur per tex. *in dicta l. si quis à liberis,* quæ cum indistinctè loquatur, procedit etiam in parente naturali, præcipuè cum alimenta naturali iure debeantur, *l. fi. in fi. de iust. & iur.* natura autem omnibus æque communis sit, tàm legitimis, quàm naturalibus. *l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accus. idem dicit Bal. Nouel. in tracta. dot. in 1. par in 16. specia. colum. 3. ver. dicit tamen Ang.* vbi fortius
16 idem dicit in filio nato † ex coitu damnato, qui sicut quando eget, alendus est à matre, ita matrem cogitur alere, vt pares reddat vices, *secundum tex. in dicta Authen. licet. in fi.* ne ad imparia iudicentur. *l. nam et si parentibus. ff. de inoffic. testam. Paleot. in tracta. de noth. & spur. cap. 48. in fi.* Et ratio est secundum Ange. lo-
17 co prædicto, quia inter eos est successio, † *vt in l. si qua illustris. C. ad Orficia. & dixi suprà in quæstione, an mater alat filium naturalem, vbi multos allegaui ad probandum, quod filius naturalis succedit matri.* Ex quibus infertur, quod mater eis quoque succedit, nam inter illegitimos generalis est regula, quod eo modo pa-
18 rentibus † defertur successio, quo filij succedunt parentibus. *§. de nepotibus, in Authen. quibus mod. natu. effic. sui, Azo in summa. C. de leg. hæred. in fi. Bart. in l. fina. colum. 2. ff. de his, quib. vt indign. Didac. in tracta. de succes. ab intesta. §. 13. numero 12. vbi inquit frequentissimam esse omnium interpretum sententiam, Garz. de vltim. fi. iu. ciuil. num. 81. Marsil. l. si quis viduam, num. 18. ff. de quæstio. Crauet. in cons. 138. num. 9. Paleot. in dicto tracta. cap. 41. numero 3. & sequent. Gomes. de testam. cap. 11. num. 36. Ascan. dicto tracta. cap 4. num. 44. Lancello. Gall. in consue. Alexan. in ver. vxori, num. 32.* Alia est ratio, quia ciusmodi fi-
19 lij, licet non legitimi, habentur † pro legitimis, quoad matrem, *secundùm Alexan. in l. ex facto. §. si quis rogatus, il primo, ff. ad Trebellia.* & ventrem sequuntur,
20 non patrem, vt † inquit Alciat. *in l. familiæ. §. 1. num.*
21 *7. ff. de verborum signif.* ideò matrem tenetur † dotare, *vt post Ang. in dicta Authen. ex complexu, concludit Bal. Nouel. in dicta l. 1. num. 139. in fi. & num. 143.* vbi mouetur, quia in filio naturali cessat ratio contristandi paternam animam, ex quo pater nunquam habuit in maritum eum, qui fuit pater illius naturalis, & *numero 144.* dicit esse in filio secundum ius canonicum, quia sicuti eo iure inspecto, tenetur matrem alere, ita & dotare, si mater sit iuuenis, & cupiat reduci ad frugem vitæ melioris: alias si esset iuuenis, & pauper, daretur sibi occasio meretricandi, *idem Bal. Nouel. in dictis specia. 16. colum. 3. ver. sensit tamen Ang. sequitur Boschius, in tracta. de legitim. nupt. lib. 5. num. 24. sequitur Cordub. in dicto §. vtrum, numero 90. qui in hanc sententiam citat Tiraquel. in tracta. primogen. quæstio. 61. numero 13.* vbi tamen tractat de filio legitimo, non de naturali, nisi quatenus citat Bal. Nouel. sed bene ex legitimis filiis infertur ad naturalem, cum respectus matris non deferant à legitimis, *vt dixi suprà.* Et sicuti filia dotanda est à matre, *vt dictum est,* quare non eadem ratione filius non dotabit matrem, si tenetur pares reddere vices, *vt inquit textus in dicta Authen. licet, in fine,* quem cogimur semper ad-

per aduocare in rem paternam. Et quæ dicimus de matre legitima, vel etiam de naturali, procedunt in auo paterno & aliis per eam rationem, quod si-
22 cut auus † tenetur alere, ita ali debet.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes filij alunt patrem.*
2 *Venter prægnans ali debet ab hæredibus patris.*
3 *Filius ali debet ab hæredibus patris.*
4 *Hæredes extranei tenentur alere filium defuncti.*
5 *Hæres cum beneficio inuentarij non tenetur vltra vires hæreditatis.*
6 *Filius exhæredatus, ali debet ab hærede patris iure Hispanorum, intelligetamen, vt ibi.*
7 *Hæres repræsentat personam defuncti.*
8 *Hæres non debet esse melioris conditionis, quam defunctus.*
9 *Filius legitimatus consequitur alimenta ab hæredibus patris, etiamsi essent legitimi & naturales.*
10 *Legitimati nihil differunt à legitimis.*
11 *Filius non alitur ab hæredibus patris, quando extat alius à quo possit ali.*
12 *Pauper non dicitur, qui patrem habet diuitem.*
13 *Vxor pauper non consequitur quartam in bonis mariti diuitis, si habet patrem diuitem.*
14 *Filius naturalis, vel spurius, ali debet ab hæredib. patris.*
15 *Pater in testamento ordinare non potest, quod filius etiam spurius non alatur.*
16 *Actiones descendunt ab hæredibus in hæredes & contra hæredes.*
17 *Hæres tenetur eamet actione, qua defunctus.*
18 *Fraus non præsumitur in actu, qui etiam sine fraude poterat fieri.*
19 *Filia naturalis, vel spuria dotanda est ab hæredibus patris.*
20 *Dos non est minus fauorabilis, quam alimenta.*
21 *Subrogatam sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
22 *Filij hæredes alunt matrem, & ascendentes per eam.*

QVÆSTIO XXIII.

OBLIGATIO alendi filios descendit in hæredes quoque patris, qui id munus tenentur subire, quod pater si viueret sustineret. Huius est ratio, quia hæredes
1 † filij tenentur patrem alere. *l. si quis à liberis. §. item rescriptum. ff. de liber. agno.* ergo pari modo patris hæredes tenentur alere filium, vt non sit inter eos imparitas. Hoc etiam probatur ex tex. *in l. 1. §. sed etsi incertum sit. ff. de vent. inspicien. Duen. Massuer. & Molin. quos citat & sequitur Menoch. in tracta. præsumpt. libro 1.*
2 *quæstio. 35. num. 14.* vbi dicunt, ventrem † alendum esse ab hæredibus, & probaui, vbi de alimentis posthumo præstãdis differui. Et in terminis, quod
3 hæredes patris teneantur alere † filium, est decisio Mathesil. *not. 147. nota quod istud, & ante eum Bart. in l. si marito, in §. si voluntate. ff. solu. matrim. Ludou. Molin. de primogen. Hispan. libro 2. cap. 15. num. 43. Crot in l. filius familias. §. diui. numero 30. ff. de lega. 1. cum quo transit Ferd. Loaz. num. 96. & Ripa num. 42. Socinus iunior in cons. 134. num. 33. volum. 1. Ioan. Lecirier. in tracta. primogen. lib. 2. quæstio. 16. num. 5. Ascan. Clem. in dicto tracta. de patr. potesta. effec. 17. num. 21. Cordub. in dicto §. item rescriptum, num. 4. ff. de lib. agnos.* Id ramen intelligi debet in hæ-
4 redibus † extraneis, quia si essent hæredes sanguinis, puta filij tenerentur alicui præstare alimenta: vtilitas autem quæ resultat, an teneatur pater vti hæres, vel potius vti frater, est, quia si teneretur vti hæres, & is audiuisset cum inuentarij beneficio hereditatem, quæ forte non sit soluendo, liberaretur ab onere alendi: hoc enim est beneficium inuen-
5 tarij, ne quis † teneatur vltra hæreditatis vires, *l si. §. etsi præfatam. de iure delib. Rolan. de confectio. inuentar. par. 4. in princ. folio 96.* Et Cordub. *in d. §. item rescriptum, num. 6.* dicit ex lege Hispaniarum teneri hæ-
6 redem patris alere † filium exhæredatum, id quod intelligi non potest, nisi dum disceptatur, an sit iuste exhæredatus, alias si iuste sit exhæredatus, denegantur illi alimenta, ex regula quæ habet, quod priuatur filius alimentis ex illis causis, quibus potest exhæredari; dum verò agit, an cõsequi debeat alimenta, dicam suo loco declarando tex. *in l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffic testam.* Quod vero dictum est hæredem patris teneri, fundatur ratione,
7 quia hæres † repræsentat personam defuncti, *vt in Auth. de iure eiur. à morien. præst. in princ. gl. pen. in §. si quis alium, Instit. de inutilib. stip. l. hæres. ff. de vsucap.* Ideò tenetur ad onera omnia, ad quæ defunctus tenebatur, *l. si hæreditatem. ff. mand. l. quoties, C. de hæred. instit.*
8 & non debet esse † melioris conditionis, quam defunctus, *l. in his. §. non debet. ff. de reg. iur.* Addo, quod supradicta decisio procedit etiam in filio legitimato, qui habere debet alimenta ab hæredibus pa-
9 tris, † etiam si illi essent filij legitimi & naturales, *vt concludit Alcia. in cons. 209. num. 1.* Facit, quia legitima-
10 ti non differunt † à legitimis, sed in omnibus tractandi sunt, vt legitimi, quemadmodum dixi suprà in quæstione de alendis filiis legitimatis, intellige tamẽ principalem conclusionem procedere, quando filius non haberet alium, qui de iure te-
11 neatur ad alimẽta, † *ita declarat Socin. iun. in d. cons. 134. num. 33. volum. 1.* Monetur ex tex. *in d. §. item rescriptũ.* qui requirit summam egestatem, & non dicitur extrema inopia laborare, qui habet alium sibi ad alimenta obnoxium, *sequitur Card. d. §. rescriptum,*
12 *num. 6.* Pro quo facit, quia inops † non dicitur, qui patrem habet diuitem, *gl. 1. in l. cum filios, C. de his, qui æta. vel profess. se excus. lib. 10.* Qua ratione concludit Cuman. *in l. in suis. ff. de lib. & posthum. & in cons. 141.*
13 quod etsi maritus diues decedat relicta † vxorem indotata, ea tamen non habebit quartã, *secundum Authen. præterea, C. vnde vir & vx.* si patrem habet diuitem, *sequitur Alexan. in dicta Authen. præterea. num. 11. post Salic. quæstio. 11. & probat Corne. & demum Socin. cons. 30. volum. 4. & communem dicit Dec. d. Authen. præterea. numero 20. licet ipse, & Ias. contrarium teneant, & cum ea sententia transit Cordub. in d. l. si quis à liberis, in princ. numero 76. & sequent.* Et quidquid sit in terminis, *dicta Authent.* hoc tamen est absolutum in casu nostro, vt dicam, dum tractabo de concursu obligatorum; & si tenentur alere, tenentur etiam dotare filiam; quia valet argumentum, *vt sæpius dixi*, de dote ad alimenta. Et si hæredes patris tenentur do-

tare fi-

tare filiam naturalem, vel ſpuriam, *vt dicam paulò infrà*, quare non etiam tenebuntur dotare filiam legitimam & naturalem. Et hæc, quæ de patre diximus, procedũt etiam in matre, nec hæredes patris ſolum obligantur erga filios legitimos & naturales, ſed ea obligatio eos ligat|etiam erga naturales & ſpurios. Sed hoc non tranſit ſine controuerſia, quandoquidem Salicet. *in Authen. ex complexu, num. 1. C. de inceſt. nupt.* concedit hæredes patris non teneri. Duplici mouetur ratione, prima eſt, quia non ſequitur, pater tenetur, ergo & eius hæredes: ſecunda, quia poſſet facilè fieri fraus legi, *Calca. in conſ. 62. num. 7. Vaſq. de ſucceſſio. creat. lib. 3. §. 20. num. 315.*

14 Verum communis eſt opinio, quod † hæres patris teneatur alere naturalem, vel ſpurium, *eſt tex. in Authen. licet, C. de natural. liber. vbi Bal. num. 2. dicit eſſe notandum, idem Bal. in conſ. incipit, erant tres fratres.* vbi dicit, quòd ſucceſſor bonorum paternorum & maternorum, tenetur alere ſpurium filium, *eſt conſ. 258. volum. 1. refert, & ſequitur Caccialup. in d. l. ſi qua illuſtris. num. 92. C. ad Orficia. Abb. in conſ. 115. num. 11. volum. 2.* Mouetur quia hæres ſuccedit in ius defuncti, ergo tenetur ſicut defunctus, *Ruin. in conſ. 124. num. 12. volum. 1. Alciat. in conſ. 309. num. 3.* vbi mouetur ex *§. ſi quis igitur, in Auth. quib. mod. natur. eſſic. ſui.* qui tamen mihi non probat, *Lup. in cap. per veſtras, in tertio notab. §. 23. num. 12. Capic. in deciſ. 164. num. 3. Marſil. in ſing. 358. Boer. in deciſ. 127. num. 14. Didac. in ſecunda part. epit. ſponſ. cap. 8. §. 6. num. 14. Duen. reg. 367. ampliat. 4. vbi allegat Caſſan. Calcan. & Bermon. Crauet. in conſ. 89. num. 1.* vbi dicit de iure ciuili procedere in filio naturali, ſed iure canonico etiam in ſpurio, *Paleot. in tract. de noth. & ſpur. c. 47. in fi. Rol. in conſ. 54. num. 66. volum. 2 alios citat Vaſq. d. §. 20. num. 315. licèt vt dixi, contrarium teneat, fatetur tamen ſuam opinionem continere paradoxum, Aſcan. in tract. de patr. poteſta. cap. 5. num. 36. Cordub. in d. l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit, num. 79. & ſequent. ff. de liber. agnoſcend. vbi alios citat.* Et pro hac facit, quia pater non poteſt

15 in ſuo † teſtamento prohibere, ne filio miniſtrentur alimenta quantumuis ſpurio, *Baldus in l. id, quod pauperibus, colum. fina. C. de epiſcop. & cleric. Iaſon conſ. 26. volum. 1. Marſil. d. ſing. 358. in fine. Bonacoſ. de æquita. canon. concluſ. 2. colum. 2. Aſcan. loco prædicto, num. 36. & dixi ſup. dum tracta. de alimentis ſpurio præſtandis à patre.* Et non obſtant rationes Salic. quia ſunt leuiſſimæ: & primo dum neget benè inferri ab obligatione patris, ad obligationem hæredis, grauiter labitur, quia

16 bona eſt illatio, & regulariter actiones † omnes deſcendunt ab hæredibus, & in hæredes, *vt in rub. & toto tit. C. vt ab hæred. & contra hæred.* hęres enim repræſentat perſonam defuncti, & eadem tenetur a-

17 ctione † qua tenebatur defunctus, *Bart. in l. de eo. ff. de iudic. Cu. conſ. 176. colum. 2. Dec. in l. qui cum alio, num. 7. ff. de reg. iur.* Secunda verò ratio fundata ſuper fraudis ſuſpicione, non video quomodo deducatur: non enim magis fraus fieri poteſt cõtra hæredes, quàm contra patrem, imò magis ſuſpicatur lex de patre vti, qui magis diligit filium, quàm de hærede, & nõ

18 dicitur fieri per fraudem, quod imò † fraude fieri poteſt, *vt voluit Zucard. in l. 1. num. 51. in fi. C. qui admit. per tex. in l. qui autem, in princ. ff. de his, quæ in fraudem credito.* Stat ergo firma concluſio, quod filius etiam ſpurius, alendus eſt ab hæredibus patris: ex qua infer-

19 tur, quod filia naturalis, vel ſpuria ab eiſdem † hæredibus conſequi debet dotes, *ſecundum Abb. in dicto conſ. 115. colum. 1. volum. 2.* Mouetur ea ratione, quod

20 cum dos † non ſit minus fauorabilis quam alimenta, *vt per Cin. in l. non omni, C. de adminiſt. tuto.* ſi alenda eſt, dotanda quoque venit. Hæc tamen ratio patitur controuerſiam ex his, quæ ponunt Alexan. & Iaſon *in l. 1. ff. ſolu. matrim.* Sed vbi dos ſuccedit loco alimentorum, non eſt dubitandum, quin à pa-

21 ri procedant, quia ſubrogatum ſapit † naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *l. ſi eum. §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. & Abb. & ſequent. Capic. in deciſ. 164. num. 3.* Sed Bal. *in conſ. 258. in fi. volum. 1.* dicit, quod filia ſpuria non debet dotari à ſucceſſore bonorum, niſi quatenus hæredis pietas, miſeratio & honor ſuadet, *& Bal. ſeq. Boer. d. deciſ. 127. num. 14. in fi.* Atque ita videtur conferre in arbitrium hæredis, ſed ceſſat arbitrium ſtante iuris canonici neceſſitate, de qua *in dicto c. cum haberet, de eo qui dux. in mat.* Dotando enim eximitur ab onere alendi, quod ſibi incumbit. Et Ripa *in l. 1. num. 73. ff. ſolu. matrim.* quærens, an ſpuria ſit ab hærede patris dotanda, refert ſe ad notata per Bart. *in l. ſi marito, in §. ſi voluntate, ff. ſoluto matrimo.* vbi vult quod hæres tenetur, quamuis Dyn. ibi cõtrarium docuerit. Eſt verum, quod loquitur in filia legitima, & naturali, & in ſpuria. *Lupus dicto §. 23. in l. 12.* Hæc verò omnia, quæ de patre eiuſque hærede affirmamus, extendi debent

22 ad hæredes matris, † quæ eodem iure cenſetur cum patre, *vt ſuprà dixi.* Et Caccialup. *in dicta l. ſi qua illuſtris, num. 92. extendit dicta Baldi, in dicto conſ. 258.* ad ſucceſſorem bonorum maternorum, *ſequitur Lupus dicto §. 23. num. 12. Rolan. dicto conſ. 54. num. 6. Didac. dicto §. 6. num. 14.* vbi loquitur de hærede parentum, ſub quo vocabulo mater includitur, ſicut pater. Et vt ſupra diximus, mater fortius obligata eſt erga ſpurium, quã pater, quia certa eſt; & inter eam & filium datur ſucceſſio, propterea, ſi hæredes patris tenentur, multo magis erit obligatus matri. Et hæc omnia tam reſpectu legitimorum, quàm etiam naturalium & ſpuriorum intelligenda ſunt, vt procedant, quando filij non habent aliunde, ita enim loquuntur omnes ſuprà citati.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes filij tenentur patrem alere egenum.*
2 *Teſtator alicui legans alimenta à filio, cenſetur etiam legare ab hæredibus filij.*
3 *Argumentum à lege ad teſtatorem, & econtrà, eſt validum.*
4 *Hæredes filij non alunt patrem, niſi extrema laboret inopia.*
5 *Regula fundat illius intentionem, qui ſuper ea ſe fundat.*
6 *Fundamẽtum ſuæ intentionis quilibet probare tenetur.*
7 *Paupertatem allegans, vel diuitias, tenetur probare.*
8 *Hæredes filij non alunt patrem, quando alius extat, qui iure ſanguinis tenetur alere.*
9 *Officium iudicis tranſit ad hæredes.*
10 *Pater vſufructuarius bonorum filij, non tenetur ob id alere illum, ſed ratione ſanguinis.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXIIII.

1 BLIGANTVR pari ratione hæredes filij † alimenta patri præstare egenti, *vt est expressius tex. in d.l si quis à liberis, §. item rescriptum, vbi glos. in ver. hæredes, Bar. & alij, ff. de lib. agnos. sequitur ibi Cordub. num. 1. Bar. in tracta. de alim. in num. 41. Vital. tracta. clauſ. tit. an alim. poſ. renunc. colum. 3.* Et confirmatur ratione, quia ſi hæredes patris tenentur filium alere, quanto magis erunt obligati erga patrem hæredes filij, cuius ſtrictior & fortior eſt erga eum obligatio, quam ea ſit, qua erga filium tenetur pater, *vt dixi ſuprà.* Accedat quod omnis obligatio tranſit ad hæredem, & eadem actione tenetur hæres, qui repræſentat perſonam defũcti, & ſuccedit in eius ius, *vt latè deduxi*, & ſicuti
2 teſtator relinquẽs à filio alimenta † alicui, videtur etiam relinquere ab hæredibus filij poſt eius mortem, *vt vult tex. in l. 1. C. de leg. vbi not. omnes Doctores*, ita lex quæ mandat parentes ali à filijs, intelligi debet, vt filio mortuo hæredes ad id oneris teneantur:
3 Valet enim argumentum à lege ad teſtatorem, & econtrà, *l. ſeruus hoc lege, ff. de manu. Euerar. loco 52. Et d. §. item reſcriptum*, ſi referatur ad duos præcedentes, includit matrem, quia in præcedentibus loquitur de parentibus: & ideò quamuis Bar. *ibi poſt gl.* ibi intelligat de filio emancipato, vel de eo, qui teſtatur de caſtrenſi peculio, cum aliàs filius non poſſit habere hęredem, tamen intelligi etiam poteſt in filio ſui iuris per mortem patris, eius enim hæres matrem alit: hæc tamen concluſio procedit, quando
4 parentes † ſunt in extrema neceſſitate. Ita loquitur tex. *in d. §. item reſcriptum*, qui dum ponit regulam negatiuam contra parẽtem, & excipit caſum ſummæ egeſtatis, eſt notandus in practica, quia parentes petendo alimenta tenentur probare inopiam
5 extremam: hæredes enim habent † intentionem fundatam ſuper regula Bart. *in l. quoties, ſi quis cautio. l. 2. §. 1. ff. ſi quis in ius vocan.* vbi dicit, rem eſſe claram pro eo qui fundatur in regula. Et dicit Rom. *in cõſ. 123. num. 4.* quod tenaciter inhærendum eſt regulæ, niſi probetur exceptio, vel diſpoſitio ſpecialis, *latè ponit D. Becius in conſ. 7. num. 17. & ſeq.* Pater igitur, qui allegat exceptionem, debet eam probare. Addo quod ſumma egeſtas eſt fundamentum ſuæ intenti-
6 onis. Ergo † probari debet, *l. ei, qui dicit, ff. de probatio.* & quando paupertas eſt fundamentum alicuius, vel cauſa agendi, qui allegat eã, tenetur pro-
7 bare, † ſicuti qui allegat diuitias, *gl. nota. in l. ſi vero. §. qui pro rei qualitate, ff. qui ſatiſd. cog. Tiraq. qui multos allegat in tracta. de retract. conſang. §. 32. gl. 1. num. 95. Arelaten. ad Alcia. in tracta. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 27. in fi. Natta in conſ. 344. num. 3. D. Becius in conſ. 105. num. 28.* Aduertat igitur aduocatus patris, dum alimenta petit ab hæredibus, vt probet extremam egeſtatem. Aduertit etiam Bar. *in d. §. item reſcriptum*, quod ſi pater ha-
8 beret aliquos † qui iure ſanguinis alere tenerẽtur, hæredes extranei inſtituti à filio, eſſent ab eo onere liberati, quia non premitur ſumma neceſſitate, qui aliquam habet à quo poteſt conſequi alimenta. Ideò infert, quod ſi haberet matrẽ, fratrem, vel alios filios, nõ poſſet extraneos hęredes filij defuncti moleſtare, de cuius deciſionis veritate tractabitur, vbi agemus de concurſu perſonarum. Infertur autem ex hoc q̃ filius non poteſt dici ſtrictè & verè obligatus, quando eius obligatio non deſcendit in hæredem. Nam ea eſt natura omnium actionum, quod in hæredes tranſeant, eo modo, quo defunctus tenebatur, *vt dixi ſuprà.* Vnde ergo hoc, quod, etſi filius teneretur alere patrẽ, non tamen ita eius hæres teneatur, ſi extat frater defũcti, vel patruus, vel mater. Si dicatur, quod filius tenebatur ſolo iudicis officio, opponitur quod etiam officium iudi-
9 cis † tranſit ad hæredes, *Caſtr. enſ. in l. ſi ſocer, in princ. ff. ſolu. matrim.* Probatur *in l. non ſolum, ff. de in integr. reſtit.* per quam ita dicit Bart. *in l. ſi minoris, §. fi. ff. de admin. tuto.* Vera tamen ſolutio eſt, quod tenetur ex quadam ęquitate filius alere patrem, ſed ea æquitas ceſſat mortuo filio, ſi extat alius patri proximior, quam ſit hæres filij, puta frater, vel alter filius, vel mater. Et non obſtat, quod officium iudicis tranſeat in hęredem, quia in contrarium eſt deciſio Bal. & Alex. *in d. l. ſi ſocer. ff. ſolu. matrim.* quæ opinio licèt patiatur controuerſiam, tamen procedit quando æquitas, propter quam datur officium cõtra principalem, nõ militat contra hæredem, vt diſtinguit Bar. *in l. ſi Titius. §. 1. col. fi. ff. de aq. plu. arcen.* qui etſi loquatur de ſingulari ſucceſſore, tamen procedit in hærede vniuerſali, *vt declarat Cur. iun. in l. 1. nu. 79 ff. de iuriſd. omn. iud. & ibi Sapia num. 50. Rube. in l. non ſolum, §. morte, num. 497. ff. de oper. noui nunt.* Cum igitur in extraneo hærede filij non militet æquitas, quæ militat in ipſo filio, ceſſare quoque in eo debet obligatio, qua filius tenebatur, & principalis cauſa eſt ſanguinis ratio: ideò licèt pater habeat vſumfructum in bonis filij, non tamen tenetur illius ratio-
10 ne alimenta dare filio, † ſed ſolum ratione ſanguinis, vt probat tex. *in l. fina. §. ipſum autem, vbi hoc notant Bal. & Salic. C. de bon. quæ liber.* qui dicit, quod onus alimentandi filium, cauſatur à natura & legibus, nõ ab eo vſufructu quem habet pater, *ſequitur Crot. in conſ. 67. num. 38. & ſequent.*

SVMMARIVM.

1 *Frater tenetur alere fratrem, vel ſororem.*
2 *Pater diſponere non poteſt, quod frater nõ alat fratrem.*
3 *Fratrum vnus, quando eſt pauper, iudex poteſt alterum compellere ad deſignandum bona, ex quibus ille accipere poſſit alimenta.*
4 *Frater alens fratrem, vel ſororem, non repetit, quia feciſſe præſumitur intuitu pietatis.*
5 *Argumentum à ſucceſſione ad alimenta, eſt validum.*
6 *Frater conſanguineus tantum alit fratrem.*
7 *Frater etiam iuſte exhæredatus, alit debet à fratre.*
8 *Soror nupta alitur à fratre, ſi vir ſit inops.*
9 *Soror inops eſt dotanda à fratre.*
10 *Frater dotans ſororem, non poteſt ſtipulari, quod dos ſibi reddatur ſoluto matrimonio morte ſororis.*
11 *Frater clericus alere poteſt fratrem pauperem de redditibus beneficy.*
12 *Clericus magis obligatur ad charitatis opera, quam alius.*
13 *Sororem dotare & alere tenetur clericus.*
14 *Sororem alere clericus magis, quam aliam perſonam tenetur.*

15 *Clericus quando grauius peccet, dando consanguineis, quam aliis.*
16 *Frater pro dotanda sorore potest alienare bona fideicommisso subiecta.*
17 *Soror vterina egens, ali debet à fratre.*
18 *Clericus tenetur alere sororem vterinam.*
19 *Sororem vterinam dotare non tenetur frater.*
20 *Frater dicitur etiam, qui est ex altero tantum parente.*
21 *Consanguineus quilibet tenetur ad alimenta.*
22 *Agnationis & cognationis differentia in succedendo, est sublata.*
23 *Affectio eadem est circa vterinos, quæ circa consanguineos.*
24 *Fratres vterini succedunt inuicem.*
25 *L. cum plures, §. cum tutor. ff. de administr. tutor. quomodo procedat.*
26 *Cognati antiquo iure non succedebant cum agnatis.*
27 *Cognati hodie succedunt cum agnatis.*
28 *Frater clericus dotare potest sororem vterinam de redditibus ecclesiæ.*
29 *Frater alit etiam fratrem naturalem.*
30 *Frater naturalis excluditur à paterna succesione, propter legitimos fratres.*
31 *Frater tenetur fratrem naturalem alere, quia frater, an verò, quia hæres patris.*
32 *Frater tenetur dotare sororem naturalem.*
33 *Frater alit fratrem spurium.*

QVÆSTIO XXV.

SECVNDVM prædictam sanguinis & charitatis affectionem, si frater sit egenus, & neque filij neque parentes extent, in subsidium frater tenetur fratrem † a-
1 lere, vel sororem, *ita glos. in fi. in l. qui filium, ff. vbi pupil. educ. deb. & in l. 1. §. sed nonnullos, in ver. præstiterit, ff. de tutel. & ration. distrah. in l. si quis à liberis, in §. item rescripsit, in ver. iuste, ff. de liber. agnos. & in l. 1. C. de alen. liber. Cyn. in l. 2. num. 2. C. eod. tit. vbi Bart. & communem dicit Alber. num. 1. Specu. in tit. qui sil sint legit. in princ. num. 23. Bar. in l. cum vnus, §. alimentis, ff. de alim. & cibar. legat. & in d. l. si quis à liberis, §. vtrum, num. 5. Bal in cons. 103. num. 3. vol. 5.* vbi fortius dicit procedere etiam in fratre male-
2 merēte respectu patris, & subdit quod pater † non poterit interdicere alimētationem, quia talis prohibitio esset contra ius naturale. Addit, q; semper iudex condemnabit fratrē diuitem ad alendū pau-
3 perem, imò ad assignandum illi bona, † quorum redditus ad alimenta sufficiant, *Ias. §. sunt præterea. ver. sed & si quis, num. 4. Instit. de act. hanc sententiam sequuntur Abb. Fulg. Ioan. de Ligna. Ias. Ferra. Ruin. Hieron. Scruf. Annib. Coras. Alcia. Gomes. Tiraq. Oros. Padil. Silua. & alij multi relati à Cordub. in d. §. item rescripsit, num. 83.* vbi mouet dubium, an ex quo iura loquuntur de sorore, procedant quoque in fratre. Sed inspecta originali ratione non est in sexu constituendum discrimē, licet in sorore ob fragilitatem sexus minime apti ad quærendum victum, & procliuis ad peccandum, videantur alimenta magis sorori quā fratri esse debita. Addo, quod cum hac opinione loquendo de fratre, transit Pract. Papien. *in form. libel.* quo agitur pro re singul. *in princ. num. 81.* vbi inquit, ita communiter teneri à Glos. & Doctorib. Guid. Pap. qui tamen loquitur in sorore, *quæst. 439. num. 7.* Bald. *in l. certum, colum. fi. C. famil. ercis.* vbi in-
4 quit, quod non † repetit, quia videtur feciſſe intuitu pietatis, id quod placuit etiam Decio *in consilio 628. num. 6. addo Bal. Nouel. de dot. par. 3. specia. 16. colum. 3. Roder. in l. quoniam in prioribus, limi. 2. num. 10. Ruin. cons. 139. num. 4. vol. 4. Vital. tracta. clauſ. tit. an alim. renuncia. poſſ. colum. 4.* Cum enim frater ſuccedat fratri, debet eum quoque alere, quia, *vt dixi*, valet ar-
5 gumentum à ſucceſſione † ad alimenta. *Et est tex. in l. mutus, §. manente, ff. de iure dot.* Et non eſt curandum quod ſit coniunctus tantummodo ex parte patris,
6 atque ita ſit cōſanguineus, † quia eum quoque tenetur alere, *vt prædicti omnes Doctores declarant, præcipuè Bal. d. conſ. 103. quem ſequuntur multi citati à Cordub. in d. §. idem reſcripſit, num. 86.* Ampliatur autē hæc concluſio, vt procedat quemadmodum ſuprà dixi, etiam in eo fratre, qui fuit iuſtè exhæredatus, quia is
7 eſt alendus † à fratre ratione ſanguinis, licet non hæreditario iure, *vt eſt tex. in l. cū plures, §. cum tutor. ff. de admin. tuto per quem ita dixit Bald. Nouel. in d. par. 6. ſpecia. 16. colum. 3. ver. item ſi pater filiam & hoc inquit valde notandum, quia alij non tangunt, Ioan. Lup. in repet. c. per veſtras, in tertio notab. §. 24. num. 4.* Sed ante eos id voluit Bal. *in d. conſ. 103. num. 3. vol. 5.* dum inquit, alendum eſſe fratrem, quātumuis male merentem reſpectu patris, quod nihil aliud eſt dicere quam exhæredatum, vel qui meruit exhæredari. Et allegat illúmmet tex. *in §. cum tutor.* Et procedit etiam hoc, quando ſoror virum haberet, cum tamen dotis
8 fructus non ſufficiant † pro ea infirma curanda, quia tunc pater ipſe tenetur, *ita Ruin. conſ. 139. num. 4. volum. 4.* intelligendo tamen de medico & medicinis. Sicut autem alere, ita quoque frater tenetur
9 dotare † ſororem inopem, quia cauſa dotis æque, imò plus ſit fauorabilis, quàm alimentorum cauſa, *ita inquit Cyn. in l. omni, C. de adminiſtr. tuto. in fi. poſt glos. fi. ibi, id quod placuit etiam glos. in ver. patre, in dicto §. cum tutor. idem Cyn. in l. 1. C. de alen. lib. Bar. Bal. & alij in l. quæſitum. vbi pupil. educ. deb. Bart. & Bal. Auth. res quæ. C. commun. de legat. Ange. & Imo. in l. à filia, in princ. ff. ad Trebellia. Abb. in conſ. 12. & in conſ. 50. num. 3. vol. 2. Fulgoſ. in conſ. 224. vbi dicit communem, idem tenuerunt Alexan. & alij in l. 1. ff. ſolu. matrim. vbi Iaſ. num. 29. dicit, quod nemo diſcrepat, & Rip. num. 83. qui atteſtatur de communi. Guid. Pap. d. quæſt. 439. num. 7. Bal. Nou. in d. ſpecia. 16. colum. 1. Campeg. in tracta. dot. part. 1. q. 23. infinitos ad hoc citat. Tiraq. in tract. primog. q. 62. num. 1. Lup. in d. §. 24. num. 3. vbi latè agit Boer. qui latè quoque agit, in conſ. 129. num. 7. Coraſ. in l. qui liberos, num. 116. ff. de ritu nupt. Natta in conſilio 401. num. 4. Rolan. in conſ. 85. num. 4. volum. 3. Benincaſ. in tracta. pauper. in 8. quæſtio. in 3. ſpecia. in contract. num. 19. Vbi poſt Iaſ. confirmat, quod nemo diſcrepat, & ita quoque nouiſsimè tenet Cordub. in d. §. item reſcripſit, nu. 92. vbi addit Picum, Pinell. Padill. & alios, communem quoque dicit Abb. in c. peruenit, num. 1. de arbi. Aufre. ad Capell. Toloſ. q. 289. Rode. d. limit. 2. num. 10.*

In tantum autem frater tenetur ſororem dota-
10 re, quod non poteſt ſtipulari, † quod ſoluto matrimonio morte ſororis dos ſibi reſtituatur, *vt inquit Ripa in l. 1. num. 84. ff. ſolu. matrimo. allegat Anchar. in conſilio 438.* & ſubdit eſſe mirabile, quia pater qui magis tene-

gis tenetur filiam dotare, quam frater, potest stipulari, quod sibi reddatur dos, & tamen id fratri interdicitur, quia minus obligatur. Et mouetur Anch. ratione, quia frater hæres patris dotando sororem soluit naturale debitum, ad quod duplici vinculo tenebatur, nempe vti hæres patris, & vti frater. Hanc decisionem ego credo veram in terminis prædictis, quando scilicet frater dotans vellet ita stipulari, & filia contradiceret: at in terminis Anchar. non credo eam subsistere, quia postquam soror promisit dotem restituere, petere non potest, quod sibi remittatur stipulatio. Sed quia id non est principalis nostræ intentionis, non prosequor vlterius.

Addo, quod non solum frater laicus, sed etiam clericus tenetur sororem alere: potest enim cleri-
11 ricus etiam de redditibus Ecclesiæ alere † patrem pauperem, *c.1. de cohabit. cler. c. per omnia, vbi glos. distinctio. 31.* Clericus enim magis tenetur exercere †
12 charitatis & humanitatis opera, quàm alius, *c.1. de emptio. & venditio.* & in fratre clerico nulla extat diuersitatis ratio. Quare minus ad id teneatur, quam laicus: non enim clericatus exuit charitatem, sed auget, nec minuit amorem & pietatem, sed acrius
13 incendit, & ideo non solum alere, † sed etiam dotare tenetur clericus suam sororem, *vt not. Butr. & Imo. in c. peruenit, in princ. de arbitr. sequitur Abb. ibi, num. 1.* qui fortius dicit, procedere etiã de bonis Ecclesiæ, quando non habet aliunde. Et mouetur ex dictis iuribus, quæ de alimentis loquuntur, & ab eis infert ad dotem. Subdit tamẽ, quod ex eo textu non probatur obligatio dotandi, potuit enim frater ibi non ex obligatione, sed sponte promisisse dotem, & lex non aperit. Quidquid tamen sit, habet eam conclusionem pro vera, *sequitur Alexan. in dicta l. 1. num 24. ff. solu. matrim. vbi Ias. num. 29. & 30. & ibi addit 10. multa cumulant iura, Ripa num. 33.* vbi tamen dicit, clericum alere non quasi fratrem aut sororem, sed tanquam extraneum, id quod intelligendum est respectu reddituum Ecclesiæ, quia ecclesia non respicit ad personas, sed considerat pauper-
14 tatem. Benè verum est, quod † sororem potest aliis præferre, *vt dicto cap. omnino, 31. distinctio.* & melius probatur *in cap. non satis, 86. distinctio.* vbi quilibet tenetur subuenire potius consanguineis, quam extraneis, *Aufrer. ad d. Capel. Tolos. quæstio. 289. colum. fina. Campeg in d. par. 1. quæstio. 73. Coras. in d. l. qui liberos, numero 118.* vbi respondet ad capitulum, peruenit, *1. quæst. 3.* vt tunc sit grauius peccatum dare consan-
15 guineis † quàm aliis quando datur, non ad subueniendum necessitati, sed ad luxum inducendum, *Lup. in d. §. 24. num. 3. Boer. in decis. 129. num. 8. vbi multos citat Benincas. in dicta quæst. 8. in 3. specia. in contract. numero 28. Cordub. in d. §. item rescripsit, num. 95.* Hoc vero, quod dictum est, fratrem compelli ad dãdum dotem sorori inopi, adeo est verum, vt pro ea do-
16 tanda possit † alienare bona fideicommissa subiecta, *ita tenet Bart. in Authen. res quæ, num. 4. C. commun de leg. sequuntur ibi Doctores præcipuè Ias. num. 10. Curt. iun. num. 17. vbi dicit communem. Boer. in decis. 129. num. 9. Padil. in dicta Auth. res quæ, num. 62.* Ad id mouetur Bart. exemplo matris, quæ vbi tenetur dotare filiam, potest alienare bona subiecta fideicommisso: considerant etiam Doctores obligationem, quæ superat in fideicommittente. Ista procedunt, quando frater, & soror sunt inopes, aliàs si diuites sint, non petunt alimenta à fratre, vt volunt præcitati omnes Doctores. Præterea, quamuis Doctores prædicti tenentes fratrem cogi ad alimenta erga fratrem, loquantur de vtrinque cõiuncto, vel consanguineo, & non dicant de sorore vterina, tamen quando soror, vel frater ex eadem matre tantum sunt valde egentes, & non habent aliunde, alen-
17 di † sunt à fratre vterino, *l. qui filium, circa finem, ff. vbi pupill educ. deb.* qui textus indistinctè loquitur, ergo indistinctè quoque venit intelligendus, *l. de pretio. ff. de publicia. & ita notat Bal. in d. l. qui filium,* Barto. quoque *in tracta. de alimentis, num. 15.* indistinctè dicit, quod frater alere tenetur fratrem, *Cynus in l. 1. in princip. C. de alen. liber. vbi mouetur per l. necare. ff. de liber. agnos. & per generalitatem d. l. qui filium, Ang. in l à filia. ff. ad Trebellia. vbi Alexan. num. 6. idem Alexan. in l. 1. num. 23. ff. solu matrim.* vbi Ias. *num. 85.* mouetur ratione, quia si tenetur naturalem alere, multo magis & vterinam. *Et ante eos Imo. ibi, colum. ... Ias. in Authen. res quæ, num. 10. C. commun. de legat. Campeg. de dot. par. 1. quæst. 23. in fi. Lup. in d. cap. per vestras, in tertio not. §. 20. num. 6. ver. item frater. Silua. cons. 2. num. 27. Tiraquell. in tract. primogen. quæstio. 62. num. 3. Boer. decis. 129. num. 9. Cordub. in l. si quis à liberis. §. item rescripsit, num. 88. ff. de liber. agnos.* Et
18 procedit etiam in clerico † per ea, quæ infra dicuntur de dotanda sorore vterina: sed etsi vterinam sororem inopem frater alat, non tamen do-
19 tare † tenetur. *l. cum plures, §. cum tutor. ff. de admin. tut. vbi glos. in ver. alio patre, & Barto. num. 1. hanc sententiam probarunt Bal. Nouel. Crot. Camil. Visitar. Ioan. Anmb. Lud. de Sard. Paris. Pinell. Rip. Hiero. Scruff. & Boer. quos citat & sequitur Cordub. d. §. item rescripsit, num 94. vbi cum aliis reprehendit Angelum, pro eo, quod in contrariam sententiam allegauerit Bartolus, in Authen. res quæ.* Et ita tenent ferè omnes hi, quos suprà citaui ad probandũ, quod frater alit sororem, & qui etiam tenent fratrem dotare sororem, quos suprà retuli. *Addo Bal. in c. super literis, num. 7. de rescript. citat Iason d l. 1. num. 30. in fine. ff. solu. matrim. vbi tamen corrupte allegatur, hanc opinionem improbat Tiraquell. in d. tract. primogen. quæstio. 62. num 3. & sequent.* vbi dicit non videre differentiæ rationem, quam magis consanguineam dotet frater, quam vterinam, & contra arguit, quod sicuti vterinam alit, ita tenetur dotare, deducendo vulgatum argumentum ab alimentis ad dotem. Addit
20 fratrem † dici eum, qui est ex altero parente. *l. iurisconsultus, §. secundo gradu. ff. de grad. affin.* Cõcludit itaque non minus vterinam: quam consanguineam esse dotandam, & pro ea dote posse alienari bona
21 maioratus. Addo, quod si coniunctus † quilibet compellitur ad alimenta, *cap. cum quidam, vbi Bal. & Felyn. extra, de iureiuran.* quare ad id non erit obnoxius frater vterinus, qui est sorori cõiunctus. Rur-
22 sus, si hodie est sublata differentia † agnationis & cognationis, *§. nullum verò, in Authen. de hæred. quæ ab intest.* quare non ita dotanda erit soror vterina sicuti consanguinea, cum sit in eodem gradu. Item, si ex affectione & charitate, oritur necessitas do-

tandi, ſicut alendi, & eadem cadit affectio ſecundum naturalem curſum erga vterinam, ſicuti erga
23 † conſanguineam. *l. maximum vitium, C. de liber. præter.* nonne erit vterina dotanda? Demum, ſi da-
24 tur inter vterinos † ſucceſſio, *Authen. poſt fratres, la prima, C. de ſuis & legit. hæred.* nonne ſuberit alendi neceſſitas. Ego ergo intelligo fratrem vterinum non teneri ad alēdum ſororem, extantibus vtrinque coniunctis, at illis, vel non extantibus, vel per paupertatem inhabilibus, teneo vterinum omnino teneri, & hanc partem vti æquiorem, & magis piam, ita quoque magis veram eſſe, quam ſequitur Campeg. *d. q. 23. in fi.* qui hoc modo intelligit Ang. & Bar. quando ſcilicet frater eſt diues, & ſoror vterina non habet aliunde, quia tunc non minus eſt dotanda, quam alenda. Tex. tamen *in d. l. cum plures, §. cum tutor, ff. de adminiſt. tut.* expreſsè repugnat, dum mandat ſororem ex alio patre non eſſe dotandam.
25 Sed reſponderi poteſt, quod ille tex. procedit † inſpecto iure Digeſtorum, ſecundum quod, cogna-
26 ti non ſuccedebant † cum agnatis, *vt Inſtit. de leg. agnat. ſucceſ. & Inſtit ad Tertul.* Ideo cum inter eos ſuc-
27 ceſſio non eſſet, non erant etiam dotandæ, † at id nouo iure ſublatum eſt, *vt ibi, & in Auth. de hæred. quæ ab inteſt. §. nulla autem, l. fi. §. ſed neque. C. de leg. hæred.* Ex quo infertur, quod eo antiquo iure inſpecto, vterina ſoror non eſſet alenda, ideo videmus nullum extare textum explicitum de alimentis præſtandis vterinæ ſorori. Si tamen intelligamus non eſſe debitam dotem, declarandum id erit, vt non proce-
28 dat in fratre clerico, † qui poteſt vterinā ſororem de redditibus Eccleſiæ dotare, *vti concludit Ripa, in d. l. 1. num. 83. ff. ſolu. matrim.* Et prædicta procedunt etiam in fratre naturalis: quemadmodum enim pater, mater, auus, & alij aſcendentes tenētur ſecundum ſupradicta filium naturalem alere, ita frater id muneris ſubire debebit, ſi alij non extēt ha-
29 biles, † *vt eſt expreſſum, in §. ſi quis igitur habens, in Auth. quib. mod. nat. effic. ſui, circa fi.* vbi ait, naturales filios paſcendos eſſe à legitimis. Hoc etiam probatur *in Auth. licet, circa fi. C. de natu. libe. & ita tenet Cyn. in l. 1. circa princ. C. de alen liber. Alber. & Salyc. idem voluit Bart. in d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum, circa fi. C. de liber. alen. & Ang. Inſtitu. de iur. natu. in fi. princip. qui tamen duo, nihil dicunt de fratribus naturalibus alendis.* Hāc opinionem communem eſſe dicit Papien. *in form. libell. quo agitur pro legat. rei ſing. num. 81. Alciat. in conſ. 209. num. 2. & ſequitur Ripa in d. l. 1. num. 85. ff. ſolu. matrim. Rolan. in conſ. 54. nu. 60. volum. 2. Boer. in deciſ. 129. num. 8. & 9.* Et iuſta ratione frater alit naturalem fratrem, quia ille ſui cōtem-
30 platione excluditur à patris ſucceſſione, † *vt inquit tex. in d. §. ſi quis igitur habens.* Et in d. Auth. *licet*, vti dicimus de filia à ſtatuto excluſa propter maſculos, quæ ali debet à fratribus, in quorum fauore inducta eſt excluſio, *de quo agemus paulò infra.* iura tamen ſupra allegata probare videntur, quod frater alere debeat tanquam hæres patris, non autem alio iure. Et in Authen. *licet*, dicitur, ſi legitimi extent,
31 & ſuccedant, † quaſi non teneantur, quando non ſuccedant. Alcia. *in d. conſ. 209.* dicit, fratrem teneri non ſolum vti hæredem, ſed etiam ratione ſolius ſanguinis. Allegat tamen Bar. & alios, qui mouentur ex d. Authen. *licet*, & non diſtinguunt, iure ne hæreditario, vel ex propria perſona ſint obnoxij. Exiſtimo fratrem teneri, etiam, qui non ſit hæres: videmus enim in fratre legitimo idē ſeruari, nam etſi aliquando vti hæres non teneatur, puta, quando filius iuſte exhæredatur, tenetur tamen tanquā frater. *l. cum plures. §. cum tutor. ff. de adminiſt. tuto. & dixi ſupra ampliādo deciſionem de fratre alendo, qui ſit vtrinque, vel ex parte patris coniunctus, poſt Abb. ponit Lup. dicto §. 24. num. 3.* Confirmatur ratione, nam ſi, *vt ſuprà dixi*, naturali ratione alendi ſunt filij & fratres naturales, profectò etiam circumſcripta ſucceſſione alimenta erunt præſtanda, quia ſecundum naturam non differt naturalis à legitimo, & diximus, quo ad alimentādi onus naturales nihil differre à legitimis. Infertur, quod frater tenetur ſororem
32 naturalem dotare, † quia dos ſuccedit loco alimētorum, & valet argumentum, vt ſæpius eſt per nos repetitum. *Cyn. & Salyc. in d. l. non omni. C. de adminiſt. tuto. in fi.* Et ſicuti ſoror legitima, eſt ideo dotanda, quia alenda, vt dixi: ita ſoror naturalis erit ea ratione dotanda, qua debet ali, intelligendo ſemper, quando non habet aliunde. Quod dictum eſt
33 de fratre naturali, intellige etiam in † ſpurio, ſecundum Socyn. *in l. 1. ff. ſolu. matrim.* quam allegat ad hoc Lupus *d. cap. per veſtras, in tertio notab. §. 24. num. 3.* Sequitur Cordub. *in dicto § item reſcripſit, num. 89.* Id, quod credo verum, licet non inueniam Socynum hoc dicentem, rationes tamen allegatæ per Cordub. concludunt.

SVMMARIVM.

1 *Filia, quæ propter dotem eſt ſtatuto, vel teſtamento excluſa, interim eſt alenda à fratre, vel hærede.*
2 *Onus reale tranſit in quemcunque etiam ſingularem ſucceſſorem.*
3 *Filia dum alitur, hæres patris percipit fructum dotis.*
4 *Gloſ. in l. qui filium, ver. intelligat. ff. vbi pupil. educ. deb. quomodo intelligatur.*
5 *Coactè facere dicitur, qui id facit, ad quod cogi poteſt.*
6 *Filia ſtatuto excluſa, non eſt dotanda ab hærede patris, quando habet matrem, quæ poteſt alere.*

QVÆSTIO XXVI.



1 VANDO pater filium inſtituit, & filiæ legat dotem, debet filia habere alimenta † à fratre, donec matrimonio collocetur, *tex. eſt in l. qui filium, ff. vbi pupil. educ. deb.* vbi Bart. hoc vult, dum ſe remittit ad notata per Cyn. & Bal. clarius loquēdo, inquit, legē illam eleganter dicere, quod frater hæres patris tenetur ante euentum nuptiarum alere ſororē, cui pater in teſtamento dotes legauit; & infert eſſe ibi caſum pro ſorore, quæ mediante dote eſt ſtatuto excluſa ab hæreditate patris, quia interim ali debet; & monet tenēdum mēti fixum. Hoc etiam voluit Cyn. *in l. alimenta, colum. fi. ver. ſecundo quæritur. C. de neg. geſt.* mouetur non ex eo textu, ſed ratione: quia cum apud filium ſit omne commodum hæreditatis, debet ei quoque incommodum incumbere alendi ſororem. Item, ſicuti pater, ſi viueret, teneretur alere, ita & filius hæres patris. Item, onus hoc erat ſuper bonis patris, er-

tris, ergo cum eodem onere bona de patre transiuerunt ad filium, atque ita triplici ad hoc inducitur ratione. Prima obæquitatem *l. secundũ naturam, ff. de reg. iur.* Secunda, quia obligatio defuncti de-
2 scendit in hęredem. Tertia, quia onus † reale transit in quemcunque possessorem, *Doctores in l. placet, C. de sacrosanct. eccles. Bar. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco, Natta in cons. 149. num. 3.* Prædictam decisionem ponit etiam Cast. *in d. l. alimenta, in fi.* vbi dicit esse de hoc notabilem casum *in d. l. qui filium,* & ante eum ad id allegat dictum Bal. *in eadem l. alimenta, num 3. & Alex. num. 11.* qui subdit primum Rayne. allegasse illum tex. Aduertatur autem, quia nõ declaro nunc, an principalis decisio Cyn. & aliorum *in d. l. alimenta,* sit vera, necne? dum quærit, an mater, quæ præstitit alimenta filiæ, vt suprà dotatæ, repetat, quia non est præsentis speculationis. Sed adduco solum Cyn. rationem, quæ vult, quod patre mortuo masculus institutus alere teneatur sororem. Et prædictam opinionem tenuit Castr. *in cons. 16. num. 2. in fi. volum. 2. Socin. in cons. 57. num. 36. & seq. vol. 4. vbi allegat Bal. in l. Nesennius, ff. de neg. gest. Cur. sen. in cons. 27. in vlt. dub.* vbi loquitur etiam, quando statutũ excludens mandat filiam dotari, quia dos succedit loco legitimæ, & filia debet habere alimenta tanquam fructus legitimæ, *Corn. in cons. 85. col. fi. ver. & ideo concludo, in fi. vol. 3. vbi tamen nõ allegat d. l. qui filium, Ang. in §. fuerat, nu. 35. ver. aliud nota, Instit. de actio.* vbi inquit, quod frater, vel hæres non poterit alimenta præstita cõpensare super dote relicta. Bal. Nouel. *in tract. dot. par. 6. specia. 16. col. 3. ver. vnde stante statuto,* inquit, quod statutum simpliciter excludẽs fœminam à successione, non censetur eam excludere ab alimentis, cum hoc etiam expresse nõ possit facere. Ergo nec etiam à dote, quę succedit loco alimẽtorum, & ita, quod filius tenetur vti hæres patris, *Alex. in cons. 48. num. 1. vol. 3.* vbi ait, statutum mandans filiam exclusam ali, esse conforme iuri communi, *Capra in cons. 72. num. 9.* Et Salyc. *in l. non omni, in fi. C. de adminis. tuto.* dicit, *l. qui filium,* esse cordi tenendam, quia probat, quod impensa alimenta non minuit, *Ang. de testam. gl. 61. num. 5. vbi hoc extollit, Bero. in cons. 178. nu. 17. cons. 187. in princ. vol. 1. & in cons. 65. num. 16. vol. 2. Paris. in cons. 103. num. 47. vol. 3. Io. Lup. in d. c. per vestras, in 3. not. ab. §. 20. numero 4. vbi subdit esse menti tenendum, Bero. famil. quæst. 11. num. 1. Didac. in c. nos quidem, num. 11. circa finem, extra, de testam. vbi allegat Salyc. in l. sancimus. C. de nupt. qui tamen eo loci nihil dicit, Gram. in cons. ciuili 146. num. 10.* vbi dicit hoc verum, siue pater, siue auus dotem reliquerit, *Crauet. in cons. 149. num. 4. vbi allegat Bart. & Bal. qui nihil loquuntur de hoc casu, Caphal. in cons. 185. num. 83. & 90. Menoch. in cons. 81. num 63. qui alios citat, Cordub. in dicta l. si quis à liberis, §. item rescripsit, num. 5. ff. de lib. agnos. vbi citat Cassan. Euerar. & Boer.* Declarat tamen, quod
3 interim hæres percipiet † fructum dotis, seu legitimæ, qui à filia vtcunque non potest consequi. Et hanc sententiam probauit Bal. Nouel. *in l. 1. numero 145. ff. solu. matrim.* vbi, *num. 147.* dicit, quod etsi patruus non teneatur sororem alere, vel dotare, tamen fallit, quando ex statuto excluderet nepotem à successione, quia tunc tenetur dotare, *sequitur Cordub in d. l. si quis à liberis, §. item rescripsit, num. 109. Et primam conclusionem probat Tiraquel. de iure primogen. q. 4. num. 33. in fi.* Aduerte tamen circa tex. *in dicta l. qui filium,* quod etsi gl. *ibi, in ver. cum hoc,* intelligat loqui, quando soror pupilli non habebat aliunde, tamen
4 id non † voluit, sed dum dicit, *cum hoc aliter ei contingere non posset,* intelligit, cum nõ posset pupillus denegare alimenta sorori dotatæ. Figurat enim casum, quando tutor præstitit alimenta iussu magistratus: deinde decidendo dicit, non teneri tutorẽ, etiãsi voluisset, sine iussu magistratus, quia hoc aliter cõtingere non poterat, id est, vbi recusasset, fuisset à Iudice cõpulius. qui enim id facit, ad quod
5 faciendum cogi potest, videtur coacte † facere, *Io. And. in cap. præterea, in ver. extorquentes, de offic. patron. Bal. in l. nouissimè per illum tex. ff. quod fal. tut. autho. Decius in l. velle, vbi Cagnol. ff. de reg. iur.* Voluit ergo textus rationem afferre eius, quod dixerat, tutorem non teneri pupillo pro alimentis, quæ sorori præstiterat circa decretum, quia scilicet ad id tenebatur, & cogi poterat: non tamen nego conclusionem gl. sed dico non probari eo textu. Aduerte etiam quod rationes, quibus Cynus vsus est *in d. l. alimenta,* ad probandum relatam conclusionẽ, non sunt tutæ. Nam secundũ eos obligatio alendi transiret semper ad hæredes, quod tamen non est absolutum, vt dicam tractando de concursu plurium personarum, quæ tenentur ad præstationem alimentorum. Item sequeretur, quod bona eius, qui tenetur alere, sint obligata, quo stante transiret onus in singularem successorem, quæ tamen omnia patiuntur difficultatem, vt suo loco discutiam. Limita autem hanc conclusionem, quando
6 extat † mater, vt dicam infrà in discursu matris, & hæredum patris.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus successor Ducatus, vel alterius dignitatis, tenetur alere secundogenitos.*
2 *Primogenitus succedens in omnibus bonis vigore statuti, vel consuetudinis alit secundogenitos.*
3 *Primogenitus in maioratu tenetur dotare sororem.*
4 *Bona fideicommisso subiecta, possunt alienari pro alimentis, vel dote.*
5 *Quæcunque de primogenitura dicuntur, procedunt etiam in maioratu.*
6 *Bona fideicommisso subiecta non possunt alienari pro dote, vel alimentis transuersalium fideicommittentis.*
7 *Legitima non trahitur de bonis primogenitur à à descendentibus grauato.*
8 *Primogenitus, licet teneatur tanquam primogenitus alere suos descendentes, tenetur tamen iure sanguinis.*

QVÆSTIO XXVII.

PRimogenitvs, qui ex consuetudine, vel alio iure succedit in Regno, Ducatu, vel Comitatu, tenetur secundogenito, vel aliis posterioribus fratribus prouide-
re † de alimẽtis, *Hostien. & Io. And. in c. licet, de voto,* vbi
1 Abbas *num. 10.* dicit, tantum esse secundogenito assignandum, ex quo possit commode sustentari, habita semper ratione, quod primogenitus possit honorificè regere principatum. Idem Abbas *in*

conſ.2. colum.4. in ſeptimo dubio, volum.1. vbi poſt Hoſtien. inquit, quod ſi primogenito defertur Comitatus, non debent alij mendicare. *Iacob. de S. Georg. in l. cum antiquioribus, num. 24. quæſtio. 8. C. de iure deliber. Franch. in rub. de teſtam. in 6. caut. antepen. ver vigeſimoquinto prohibentur, circa finem.* vbi dicit, quod alij filij non debent mendicare. Hos ſequitur Tiraquel. *de iure primogen. quæſtio. 4. num 33.* vbi allegat Guid. Pap. duobus in locis, vbi tamen nihil ponit de alimentis, ſed de legitima, Fabian. *in Authen. nouiſſima, numero 73. C. de inoffic. teſtam.* qui etſi loquuntur in ſucceſſione Ducatus, vel alterius dignitatis iuriſdictionalis, tamen locum habent etiam in quacunque † hæreditate, quæ ſtatuto, vel conſuetudine deferatur ad primogenitum, *vt per Bal. in l. cunctos populos, num. 17. C. de ſumma Trinit.* vbi inquit, quod ſi valeat ſtatutum vocans primogenitum ad alicuius ſucceſſionem, tamen poſtea nati filij ſunt alendi, *Franch. in loco prædicto, Socin. in conſ. 47. num. 5. volum. 3. vbi loquitur in bonis maioricatus. Roder. in l. quoniam in prioribus, in ſecunda limit. num. 20. C. de inoffic. teſtam. Lup. in cap. per veſtras, in tertio nota. §. 24. numero 4. vbi loquitur in bonis ſubiectis fideicommiſſo, Didac. in Epitom. de ſponſ. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 5. ver. quarto deducitur, Cordub. dicta l. ſi quis à liberis. §. item reſcripſit, num. 131. & num. 138. ff. de lib. agnoſc. vel alen.* Et ſicuti tenetur primogenitus alerere, ita quoque ſororem dotare compellitur, † vt concludit Roder. *in l. quoniam in prioribus, in ſecunda limitatio. num. 10.* Sed ante eum Abb. *in d. conſ. 12. colum. 4. in ſeptimo dubio, volum. 1.* vbi mouetur, quia par eſt dotis & alimentorum cauſa. Roder. loco prædicto, dicit vidiſſe multoties pronuntiatũ, ſecundũ hanc opinionem. Hæc autem proceduntin maioricatu conſtituto à maioribus, non etiam ſolum à patre, ſecundum Roder. loco prædicto, qui ea ſola ratione mouetur, quod pater tenetur fratrem alere, & ſororem dotare. Sed id confirmatur alia ratione, nam bona reſtitutioni ſubiecta poſſunt alienari † pro alimentis, vel dote eorum, qui deſcendunt à fideicommittente, *vt in Auth. res quæ, vbi notant omnes, C. commun. de legat. & dicam infra inter priuilegia alimentorum,* & quæ dicuntur de fideicommiſſis, procedunt etiam in bonis, quæ per maioratum tranſeunt † ad ſucceſſores, *Oldrad. in conſ. 94. num. 7. Præpoſ. in cap. ius naturale, diſtinctio. 1. Pariſ. in conſ. 72. num. 80. volum. 4. Didac. pract. quæſtio. cap. 38. cum aliis, quos Cordub. citat in d. l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, num. 51.* Ergo eodem modo primogenitus quilibet tenebitur alere deſcendentes ab eo, qui maioratum, vel primogenituram conſtituit, licet non teneatur eos alere, vel dotare, quos ipſe inſtituens non tenebatur agnoſcere, vt de bonis ſubiectis reſtitutioni dicit Bal. *in dicta Authen. res quæ, num. 2.* dicens, quod pro dote tranſuerſalium fideicommittentis, † non poſſunt alienari, *ſequitur Ang. colum. 2. & Caſtr. num 4, & communem dicit Alex. in l. filius familias, §. diui, num. 15. ff. de leg. 1. Padill. in d. Auth. res quæ, num. 14.* Nam vltimus ſucceſſor bona illa habet, non à grauato, ſed à grauante, *vt dixi in conſ. 129. per totum,* ideo deſcendentes à grauato, non detrahunt legitimam de bonis primogenituræ † obnoxiis, *vt poſt Corne. Tiraquell. & alios, concludit Cordub. dicto §. item reſcripſit, num. 119. in fi.* vbi *num. 140.* infert, quod nepos non tenetur alere patruum. Hæc omnia vera ſunt, quoad hoc, ne teneatur tanquam primogenitus alere, & ſi talis primogenitus ea ſit coniunctione ſanguinis obſtrictus, † qua tenetur coniunctum alere, erit locus aliis, quæ per nos dicta ſunt. Sat eſt autem, quod non teneatur vti primogenitus, nec de bonis primogenituræ.

SVMMARIVM.

1 *Patruus alit filium fratris, qui pauper ſit.*
2 *Nepos ingreditur locum patris in ſucceſſione patrui.*
3 *Nepos ex fratre excludit patruum defuncti.*
4 *Conſanguinei tenentur ſe inuicem alere.*
5 *Patruus tenetur neptem dotare.*
6 *Nepos pendente lite cum patruo, eſt alendus.*
7 *Ratio naturalis allegari poteſt pro lege.*
8 *Ratio naturalis mouere non minus debet, quam lex.*
9 *Legem quærere, vbi habemus rationem, eſt infirmitas intellectus.*
10 *Soror vterina eſt à fratre alenda.*
11 *L. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff. de inoffic. teſtam. quomodo intelligatur.*
12 *Nepos nõ cogitur alere patruum, ſed ibi vide de veritate.*

QVÆSTIO XXVIII.

PATRVVS item tenetur filium fratris alere, † qui non habet aliunde, *ita voluit Crot. in l. filius familias. §. diui, num. 30. in fi. ff. de leg. 1.* Mouetur ex his, quæ de alimentis fratri præſtandis, dixit Bartolus *in l. qui filium, ff. vbi pup. educ. debe. Ferdin. eum ſequitur in dicto §. diui, num. 96.* vbi etſi intellectum Crot. impugnet, approbat tamen illius conſiderationem. Idem voluit ibi Ripa *num. 43.* qui omnes dicunt, onus hoc tranſire etiam in hæredes. Et pro hoc facit, quia in ſucceſſione filius † fratris ingreditur locum patris. *§. ſi igitur, in Authen. de hæred. ab inteſt. ven. auth. ceſſante, C. de leg. hæred. Abbas in conſilio 86. colum. 1. volum. 1. Alexander in conſilio 44. numero 15. volum. 5. Decius in conſilio 527. numero 1. Crauet. in conſilio 129. numero 2. Crot. in conſilio 126. num. 8. Natta, in conſ. 424. num. 3. Pariſ. in conſ. 2. num. 44. volum. 1.* in tantum, quod in ſucceſſione patrui excludit patruum defuncti, † *vt eſt tex. in Auth. poſt fratres fratrumque filios. C. de leg. hæred. vbi Bal. dicit notandum, & probat Salyc. num. 1. Nicol. de Vbal in tracta. de ſucceſ. ab inteſta. in tertia part. colum. 2. quæſtio. 4. D. Becius, qui alios citat, in conſ. 81. per totum, dicens hanc deciſionem eſſe ſingularem, & perpetuo notandam.* Ergo ingredi quoque debet locum patris in commodo recipiendi alimenta. Item, ſi inter ſe coniuncti † debent inuicem præſtare ſubſidia, *vt probatur in c. cum quidam, vbi Bal. & Felyn. de iureiurando,* quid impediet, quo minus patruus teneatur alere nepotem ex fratre? Ideò Baldus *in l. 1. num. 7. ff. ſolu. matrim.* dicit, quod patruus † tenetur neptem dotare, per *l. & nihil. ff. de in rem ver.* quem textum, inquit, non eſſe alibi Afflict. *deciſ. 371, num. 3.* Contrariam tamen ſententiam probat Odofred. *in l. 2. C. de libe. alen.* quia non reperitur iure cautum, quod patruus alat nepotem, ergo erubeſcimus. *l. illam, C. de collat.* Item, frater nõ cogitur ſororem vterinam dotare, *l. cum plures,*

plures, §. cum tutor, ff. de adminiſt. tutor. Ergo nec patruus, qui eſt remotior in gradu, *Authen. poſt fratres, C. de leg. hared.* Ad idem tex. *in l. ſi inſtituta, §. de inofficio. ff. de inoffic. teſtam.* vbi nepoti cogitur patruus exhibere † alimenta pendente lite, eo, quod ſententiam nepos obtinuerat in fauorem, ergo circumſcripta ſententia non fuiſſet alendus. Et non obſtat, quod voluit Bal. *in d. l. 1. ff. ſolu. matrim.* quia eſt falſum, & tex. *in l. nihil,* quem ipſe allegat, loquitur de nepote reſpectu aui, id eſt, de nepote ex filio. Qua ratione contrarium in dote tenuere, Ang. *in in d. l. 1. col. 1. in fi. ff. ſolu. matrim* vbi dicit, quod non reperitur lege cautum. *Imo. col. 3. in princ. ver. an autem patruus, Alex. num. 20. Bal. Nouel. num. 147.* vbi limitat in patruo aliter, quam cæteri intellexerint, ſed non probare patrui obligationem, quia dicitur, ibi, dotem datã fuiſſe in rẽ patris, *Campeg. in tract. dot. par. 1. q. 19. Silua. conſ. 33. num. 14. vol. 1. vbi dicit communem, & ſecũdum eam fuiſſe iudicatum. Addo Alex. conſ. 66. col. 2. vol. 4. vbi in auunculo, Coraſ. in d. l. qui liberos, num. 122. ff. de ritu nup. vbi inquit, nõ reperiri alios caſus, præter per eum ibi notatos, Rip. in l. 1. num. 86. ff. ſolu. matrim. Cordub. d. §. item reſcripſit, num. 106. & 109. ff. de liber. agnoſ.* Ego vero contrariam ſententiam arbitror eſſe veriorem, quod imò nepos ex fratre alẽdus ſit per prædicta: & non obſtat, quod lex deficiat, quia reſpõdeo, quod non
7 deficit ratio naturalis, quæ † poteſt pro lege allegari, *ſecundum But. in c. 3. de præben.* & quæ iudicẽ mo-
8 uere debet, nõ † minus, quàm lex ipſa, *vt inquit Iſern. in proœm. feud. colum. pen.* & quærere legem, vbi habe-
9 mus rationem naturalem, eſt infirmitas † intellectus, *vt inquit Ariſtol. relatus ab Ange. in conſ. 275. circa fi. Natta in conſ. 402. num. 32.* Non obſtat etiã, quod frater non dotet ſororem vterinam, quia reſpondeo primo, tex. *in d. §. cum tutor,* procedere de iure Digeſtorum, quo ius cognationis non erit cognitum, vt dixi ſupra, tractando hanc quæſtionem, an ſoror vterina ſit dotanda. Secundo reſpondeo, quod non licet arguere negatiue ad alimenta à dote, puta non eſt dotanda, ergo non eſt alenda; ſed bene è contra affirmatiuè, eſt alenda, ergo dotanda; vel negatiuè non eſt alenda, ergo nec dotanda, nam multæ ſunt perſonæ, quibus alimẽta debentur, ſed
10 nõ dos, vt mater, & aliæ, & in ſpecie ſororem † vterinam eſſe alendam, eſt tex. *in l. qui filium, vbi Bar. Bal. & alij. ff. vbi pup. educ. deb. cum aliis, quos ſuprà citaui, & in ea quæſtione de fratre vterino alendo.* Ad tex. *in §. de inofficioſo,* reſpõderi poteſt, quod Doctores intelligunt
11 illum non ſolum in cauſa appellationis, † ſed etiam in cauſa principali, *vt per Affict. in deciſ. 10. & alios quos citabo infrà, dum agã de alimentis actori in iudicio, &c.* Reſpondeo etiam, quod textus ille mouetur propter inopiam egentis, vt ibi legitur expreſsè, non autem propter primi iudicis ſententiam.

Poſtremo dico, quod aliquando alimenta duplici ratione debẽtur, id eſt, ex bonis, quæ petit, & iure ſanguinis, & in eo tex. nepos alimenta petiit à patruo non iure ſanguinis, ſed tanquam à poſſeſſore bonorum, quę nepos contendit ad ſe pertinere: ideo licet lex ſibi concedat alimenta ex vno capite deducto, non tamen negat, quin iure quoque ſanguinis potuiſſet conſequi alimenta, ſi voluiſſet. Quidquid ergo ſit reſpectu dotis, nõ mihi videtur, alimenta poſſe nepoti denegari, & in puncto iuris eſſet facilè ſuſtinere, quod etiam dos debeatur: ſed quia plures ſunt, qui negant dotem deberi, difficile eſſet obtinere in iudicio. Eadem ratione Cordub. *in d. l. ſi quis à liberis. §. item reſcripſit, num. 126. & ſeq.*
12 cõcludit nepotem † non cogendũ alere patruum, quia patruus illum alere non cogitur. Et quamuis tex. videatur in contrariũ *in c. 1. de cohabit. cler. & mulier.* tamen ipſe *in d. §. num. 107.* intelligit, vt clericus alat amitam, non ratione ſanguinis, ſed tanquam pauperem, in quam cogitur diſpenſare partẽ redditum ſui beneficij. Sed etſi id procedat ſecũdum illius opinionem, tamen argumento eorũ, quæ ſuprà dixi de patruo erga nepotem, idem dico in nepote erga parruum, auunculum & amitam: non omitto, quod Cordub. *in d. l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, num. 53.* refert Fabian. *in Authen nouiſſima, num. 73. C. de inoffic. teſtam.* dicere, quod nepos, qui in Ducatu ſucceſſit, tenetur patruum alere, id quod mihi non dicit, loquitur enim de primo filio.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium alit filios monachi egenos.*
2 *Monaſterium tenetur ad omnia ingreſſi onera.*
3 *Omnia iura ingreſſi actiua & paſſiua tranſeunt in monaſterium.*
4 *Monaſterium tenetur ad æs alienum, quod ingreſſus contraxerat.*
5 *Monaſterium eſt loco filij.*
6 *Pater deferẽs filios egenos, vt ingrediatur monaſterium, peccat mortaliter.*
7 *Legitima debetur filio, quando pater ingreditur monaſterium, nec expectatur mors, vide tamen ibi.*
8 *Eccleſia tenetur ad onera, quibus erant obligata bona.*
7 *Monaſterium alit filios ſpurios ingreſſi, & ibi vide de veritate.*
10 *Monaſterium alit patrem ingreſſi egenum.*
11 *Monaſterium dicitur ſuus hæres cuiuſdam ſemimortui.*
12 *Filius, qui deſerto patre inope ingreditur monaſterium, peccat mortaliter.*

QVÆSTIO XXIX.

VBI pater ingreditur monaſterium, ſe, & bona dedicando, ſi filij ſint egeni, mo-
1 naſterium tenetur filios † alere, *ita voluit Dyn. in l. ſi quis à liberis, §. item reſcriptum, ff. de liber. agnoſ.* Mouetur per illum tex. qui dicit, quod onus alendi tranſit ad hæredem. *Sequitur ibi Bart. in fi. idem voluit Abb. in c. tranſmiſſæ, num. 6. qui fil. ſint legit. Felyn. in c. in præſentia, num. 39. de probatio. Iaſ. in Auth. ingreſſi, num. 24. C. de ſacroſanct. eccleſ. Ripa in l. ſi vnquam, num. 32. & ſeq. C. de reuoc. donatio. Cordub. in d. §. item reſcriptum, num. 11. vbi citat Specu. & Bar. in tract. alimen. qui hoc non dicunt.* Et prædictorum ratio eſt, quia mo-
2 naſterium † tenetur ad omnia ingreſſi onera, *ſecundum Bar. in l. fi. ff. de adoptio. Belenz. in. ad Abb. in dicto cap. tranſmiſſæ, Felyn. in loco prædicto,* imo tranſeunt in mo-
3 naſterium actiones omnes actiuæ, & paſſiuæ, † quæ competebant monacho, & contra monachum, *vt dicunt Ioan. And. Bal. & Butr. in dicto c. præſentia, Iaſon in Authen. ingreſſi.* Et facit ratio, quod eum ſequun-

tur incommoda, quem sequuntur commoda, *l. secundum naturam, ff. de reg. iur.* Ideo tenetur monasterium † ad æs alienum, quod monachus contraxerat ante ingressum, *Authen. ingressi, vbi Doctores, C. de sacrosanct. eccles. Innoc. in d.c. in præsentia, Specu. in tit. de statu monacho. §. qualiter, ver. si autem contraxit, Roma. in consilio 292. pro habenda, num. 2. & in cons. 416. pro dilucidatione, num. item 2.* in quibus locis quærit, an idem sit, in in quocunque pio loco, cui quis deuouerit se, & bona sua. Item monasterium est loco hæredis, † vel saltem filij. *§. sed & hoc præsenti, in Authen. de sanctiss. episcop. & in Authen. nisi rogati, C. ad Trebellia. dicto cap. in præsentia, cum infinitis citatis à Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, numero 42. C. de reuocan. dona.* hæres autem, vel etiam filius testatoris tenetur alere filios superstites, *vt suprà dixi:* ergo & monasterium. Addo, quod fortius ligetur monasterium, quam pater: nam vltra, quod ea obligatione tenetur, qua pater erat obstrictus, tenetur etiam erga filios monachi, tãquam pauperes, item & tanquam filios benefactoris, vt dicemus suo loco de donatario erga filios donatoris. Alia item ratione tenetur monasteriũ, vt eximat monachum de peccato, nam pater, qui egenos deserit filios, † vt religionem ingrediatur, mortaliter peccat, *Diuus Thom. 2. 2. quæst. 86. art. 3. Felin. in d.c. in præsentia, num. 39.* Quinetiam volunt multi, quod patre ingrediente monasterium, possit filius statim petere † legitimam, *secundum glos. in c. transmissæ, in ver. mota, qui fil. sint legit. vbi Abb. dicit eam singularem, & non esse alibi, num 6 quam sententiam probarunt Ioan. And. Bal. Anan. Aret. & Corset. quos citat Didac. in cap. 2. num 7. de testam. vbi inquit, æquiorem esse, & vtroque foro seruandam, & communiter receptam dicit Cordub. in dicto §. item rescriptum, num 14. Cotta, in memor. incipit, legitima, in princip. Rolan. consilio 97. num. 29. volum. 2. Viuius com. opin. lib. 1. opin. 199. in fine.*

Est verum, quod contrariam tenuere glos. Bar. & alij *in Authen si qua mulier, vbi de hoc est bonus text. C. de sacrosanct. eccles. Alexan. in l. si cum dotem, num. 13. ff. solu. matrim. & veriorẽ dicit Abb. in c. cum simus, de regula. Felyn. in d.c. in præsentia, num. 65. & Dec. num. 67. & magis communem dicit Salic. & Ias. in dicta Authen. si qua mulier.* Prædicta autem sententia procederet multo magis, quando ea placeret opinio, quod bona sint pro filiorum alimentis obligata, tunc sine dubio onus alimentorum annexum rebus, transiret etiam ad Ecclesiam, in quam bona transiuere, vti dicimus de tributo, & aliis realibus oneribus, quæ Ecclesia cogitur subire, si bona † possidet ita obligata, *c. tributum, 11. q. 1. Bar. & alij in l. placet. C. de sacrosanct. eccl.* vbi dicunt, quod etsi Ecclesia non teneatur ad collectas, tamẽ sustinere debet onus tributi, quod est reale, & quodcunque aliud rei iniunctum, *probat Bello. in cons. 40. per totum, est gl. in c. 1. in ver. bonorum, de immunita. eccles. in 6. vbi Io. And. Archid. Gemin. & Anchar. Festas. de collectis, par. 1. cap. 1. num. 54.*

Hæc autem conclusio ampliatur etiam in filiis spuriis ingressi, † *vt voluit Didac. in Epito. de sponsa. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 14.* vbi allegat Bar. *in d.l. si quis à liberis, §. item rescriptum, in fi. ff. de lib. agnos.* qui tamen hoc non dicit, sed loquitur de legitimo. Et ratio supra citata, quod spurij æquiparantur legitimis, quoad commodum alimentorum, concludit idem pro eis, quod pro legitimis, quicquid tenuerit Vasq. *de succes. creat. par. 2. §. 20. num. 317.* Contra verò, si patre paupere, & non habente, vnde se alat, filius ingrediatur monasterium, & in illud transferat bona omnia, monasterium præstabit alimenta patri, † *vt voluit Spec. in titu. qui fil. sint legit. §. 1. num. 14.* Mouetur ex tex. *in d. §. rescriptum.* Et facit ratio, quia sicuti hęres filij alit patrem, ita & monasterium possidens bona filij, & in hoc repeti possunt rationes omnes, quas in præcedenti casu adduxi. *Idem voluit Bart. in d. tract. de alimen. num. 41.* Quia monasterium est suus † hæres cuiusdam iam mortui, *Allegat Auth. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles. Vital. in tract. claus. tit. an alim. renun. poss. col. 3.* & non minus peccat mortaliter † filius, qui deserto patre inope ingrediatur monasterium, quàm faciat pater deserendo filium, *est tex. in c. 1. 30. distinct. & ponit D. Thomas in 2. 2. q. 86. art. 3. ponit Felyn. d. c. præsentia, num. 39. Cordub. in d. §. item rescriptum, nu. 12.* Et sicuti maior est obligatio filij erga patrem, à quo plus recepit, quàm sit patris erga filium, secundum ea, quę supra contigit sæpe repetere, ita magis tenebitur monasterium præstare alimenta patri illius ingressi, quàm teneatur filio.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius omnium bonorum tenetur ad æs alienum hæreditarium.*
2 *Vsufructuarius & proprietarius concurrunt ad solutionem æris alieni.*
3 *Vsufructuarius bonorum hæreditatis eos alit, quos testator alere tenebatur.*
4 *Grauatus, licet cum dilapidat bona fideicommissi teneatur ante diẽ restituere, est tamen alendus de fructibus.*
5 *Vsufructuarius teneatur alere mancipia hæreditaria.*
6 *Vsufructuarius soluit legata annua.*

QVÆSTIO XXX.

DIxi hæredes patris teneri ad alendum filium, dixi quoque hæredes filij teneri ad exhibendum patri alimẽta, & multi sunt casus, quibus onus alendi transit ad hæredes: iis casibus, si vnus sit hæres, alius verò vsufructuarius omnium bonorum, quis eorum conueniendus erit ad alimentorum præstationẽ? *Bar.* 1 *in l. fi. ff. de vsufruct. leg. num. 5.* dicit, quod onus æris † alieni pertinet ad vsufructuarium omnium bonorum, at ista obligatio alendi videtur quoddam æs alienum. Ergo, &c. Sed opinio Bart. communiter approbatur à Doctoribus: Volunt enim, quod in effectu ad æris alieni solutionem concurrant pro- 2 prietarius & vsufructuarius, hoc † modo, quia satisfit eis de bonis hæreditariis, atque ita eorum proprietatem perdit hæres, & vsumfructum vsufructuaria, *Cast. in l. si. §. sin autem æs alienum, C. de bon. quæ lib. & dicit esse, ibi text. contra Bar. idem Cast. in cons. 294. col. 2.* vbi dicit, quod vsufructuarius non potest conueniri. *Sequuntur Doctores communiter, vt videri potest apud Picum in l. Titia, §. Titia, cum nuberet, num. 146. ff. de leg. 2.* vbi etiam concludit, quod actio dirigenda est contra hæredem, non contra vsufructuariũ.

Infinitos

Infinitos adducit Didac. verior. resolutio. lib. 2. cap. 2. num. 3. ver. quinta cõclusio, Caualca. de vsufruct. mulie. relicto, nu. ... Et in alimentis à testatore relictis, extant decisiones, sed in alimentis debitis à lege, nõ vidi Doctorem, qui declaret. Mihi tamẽ placet, quod vsufru-
3 ctuarius † teneatur alimenta præstare. Moueor ex textu *in l. Imperator, in fi ff. ad Trebellia.* vbi etsi grauatus onere fideicommissi, cogatur ante diem restituere hæreditatem, si bona dilapidat, tamen consequitur alimenta, non in corporibus, dicit textus,
4 sed de accessionibus † & fructibus bonorum. Inferunt autem Bart. & Doct. ibi, quod vbi alicui debentur alimẽta, ea taxari debent, secundum quantitatem reddituum. Et ibi Alex. *num. 4.* notat, quod alimenta prestari debent de redditibus & accessionibus hæreditatis. Et in princ. inquit, illam legẽ esse singularem & notandam. Et illum tex. ad hoc allegat Salyc. *in l. 1. num. 4. C. de fideicom. Rot. Bon. dec. 89. num. 3. Caualc. de vsufruct. num. 36. in fi.* Tenetur ergo vsufructuarius. Addo tex. *in l. fi. in ver. hoc proculdubio.*
5 C. *de bon. quæ lib.* vbi dicit, quod vsufructuarius † tenetur alere mancipia in hæreditate, vbi hoc nõtãt Glos. Bal. Salyc. & alij. Est verum, quod illud inductũ videtur alia ratione, quia sc. cum habeat mancipiorum vsumfructum, tenetur eorũ onera subire, *vt ibi declarat Bal. & Salyc.* Moueor etiam, quia debitum ex causa alimentorum, annuum est, & pro primo anno est purum, & pro sequentibus conditionale, vt de legato inquit Bal. *in cons. 481. nu. 1. vol. 4.*
6 Et vsufructuarius tenetur ad legata † annua, *Picus, l. Titia. §. Titia, num. 154. de leg. 2. cum multis similibus.* Caualcan. *in tract. de vsufruc. num. 36.* dicit, filios esse alendos ab vsufructuario, sed etsi multos allegat, nemo tamen ex eis hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus alit de bonis confiscatis filios condemnati.*
2 *Fiscus habita confiscatione tenetur ad onera, ad quæ tenebatur delinquens.*
3 *Fiscus etiam in crimine læsæ maiestatis & hæresis, alit filium condemnati.*
4 *Patris bona sunt obligata pro alimentis filiorum.*
5 *Confiscatio transmittit in fiscum omnem obligationem, ciuilem & naturalem.*
6 *Obligatio naturalis transit in fiscum per cõfiscationem.*
7 *Fiscus tenetur omnibus creditoribus condemnati.*
8 *Fiscus habetur pro hærede in honoribus & oneribus.*
9 *Confiscatis bonis damnatus liberatur, nec conueniri potest à creditoribus.*
10 *Fiscus habetur loco hæredis.*
11 *Legitima filio debetur in bonis patris confiscatis.*
12 *Legitima succedit loco alimentorum.*
13 *Fiscus tenetur ex bonis confiscatis supplere alimenta filij, si legitima non sufficit.*
14 *Bona restitutioni subiecta alienantur pro dote constituenda filiæ.*
15 *Grauatus potest totum fideicommissum alienare pro dote filiæ, si aliter dotare non potest.*
16 *Fiscus de bonis confiscatis tenetur dotem dare filiæ condemnati.*
17 *Inclusio vnius, est exclusio alterius.*
18 *Masculinum concipit fœmininum.*
19 *Masculinum non concipitur à fœminino.*
20 *Mulier est minus audax.*
21 *Restitutio concessa limitate, quoad aliqua, non extenditur ad alia.*
22 *Hæreticus grauiori pœna dignus est, quam rebellis.*
23 *Alimenta non sunt alicui præstanda de bonis illi ob delictum ablatis.*
24 *Legem vbi non habemus, erubescimus.*
25 *Pater non alit filium hæreticum.*
26 *Pater non alit filium rebellem, vel hostem patriæ.*
27 *Legitimam non detrahit, qui legis dispositione excluditur à successione.*
28 *Legitima ei non debetur, qui non est successurus ab intestato.*
29 *Legitima est portio eius, quod deberetur ab intestato.*
30 *Dos succedit loco legitimæ.*
31 *Spurio debentur alimenta à fisco in bonis patris cõfiscatis.*
32 *Spuriæ à fisco danda est dos in bonis confiscatis.*
33 *Spurius, quando instituitur apertè, hæreditas applicatur venientibus ab intestato.*
34 *Fiscus capit hæreditatem, quæ fuit alicui relicta, qui fidem accommodauit restituendi spurio.*
35 *Positioni, quod hæres tacitè accommodauit fidem restituendi hæreditatem spurio, tenetur hæres respondere.*
36 *Spurius est alendus à fisco, qui capit bona propter accommodatam fidem.*
37 *Fiscus non alit filios natos post condemnationem.*
38 *Hæreticorum filij post sententiam nati, plectuntur pœnis hæreticorum. Contrarium in iis qui ante nati.*
39 *Condemnatus, dicitur alius homo.*
40 *Filij nati post condemnationem non faciunt deficere conditionem, si decesserit sine filiis.*
41 *Legitima non debetur à fisco filiis post condemnationem natis.*

QVÆSTIO XXXI.

QVANDO patris bona sunt confiscata, an filiis prẽstare alimenta fiscus teneatur ex bonis confiscatis, nulla est lex, quæ id dicat. Verum Bossius, *in tit. de alimen. præstan.*
1 *vxori, num. 3.* dicit filios † alendos. Mouetur ratione, quia fiscus tenetur ad ea onera, ad quæ delinquens
2 † tenebatur. *l. 2. C. ad leg. Iuliam, de vi pub. Alexan. in l. si maritus, in princip. ff. soluto matrim.* pater autem tenebatur alere filios. Addit etiam, quod onus alendi filios, transit ad hæredes etiam extraneos, *l. si quis à liberis, item rescriptum, ff. de libe. agnoscen. cum aliis quos suprà citauimus.* Ergo etiam ad fiscum. Imò Socynus *in cons. 30. num. 3. volum. 1.* inquit, alimenta
3 esse filiis præstanda † in bonis paternis fisco applicatis etiam in crimine læsæ maiestatis & hæresis, Pro primo dicto allegat *l. quisquis, C. ad leg. Iul. macap. si quis cum militibus, 6. quæstio. 1.* Pro secundo dicto allegat tex. *in cap. vergentis, de hæret.* quæ iura nihil omnino dicunt de alimentis. Sequitur Ripa *in l. ex facto, §. ex facto, num. 9. ff. ad Trebellia. Ioan. Lup. in tract. de hæret. quæstio. 19.* vbi dicit, hoc procedere ex æquitate & humanitate: quia cum sint nati non sunt perdendi exemplo spuriorum, & eorum, qui sunt in nefario coitu susceptí, qui, etsi reprobentur, tamen pium & humanum duxit ius canonicum,

si susci-

si suscipiantur & alantur, *sequitur Lup. in rep. c. per vestras, in tertio notab. num. 15. de donat. inter virum & vxo. Ioan. Bapt. Plot. cons. 130. num. 83. & seq inter consil. crim. diuer.* vbi loquitur etiam in filiis hæretici & rebellis, *D. Becius in cons. 8. num. 7.* vbi pariter loquitur in crimine læsæ maiestatis, *Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. si quis ex his, nu. 46. vbi allegat AEmilian. in cons. 139. nu. 2. & in cons. 146. nu. 4.* Pro hac opinione adducuntur ra-
4 tiones, quia bona patris sunt † pro alimentis filiorum obligata, *vt inquit Cast. in cons. 80. colum. 2. volum. 1. Dec. in cons. 376. in fi. cons. 519. num. 3. Ripa d. l. ex facto, §. ex facto, nu. 9. Lupus, d. §. 23. nu. 16. & 17.* Ergo bona transeunt in quemcunque possessorem cum onere suo.

Secundò facit, quia sequuta confiscatione tran-
5 sit in fiscum omnis † obligatio ciuilis & naturalis,
6 *Calcen. in cons. 66. num. 4.* Imò † etiam sola naturalis, *Imo. in l. si debitori, in fi. in princ. ff. de fideiuss.* & tanquam
7 hęres anomalus tenetur satisfacere † creditoribus, *secundum glos. in L. non intelligitur, §. cum ex causa, in ver. pertinet, ff. de iure fisci. Alber. in l. actione. §. publica. ff. pro socio. l. vnica. C. pen. fisca, cred. præfer. lib. 10.* & habetur
8 pro hærede, tam † in oneribus, quam in honoribus, *d. l. 2. C. de vi publica, l. inter, §. fi. ff. de fideiuss. Rip. d. §. ex facto. num. 6. Cruet. in cons. 265. num. 7.* in tantum, quod delinquens liberatur, nec potest pro debito
9 conueniri, † *vt volunt Bal. & Salic. in d. l. 2. notat in l. 1. C.*
10 *de fideiuss.* & q loco hęredis † habeatur, voluit Clarus *in practic. crim. §. fi. q. 78. num. 23. & 29. Plot. in d. cons. 130. num. 87. D. Becius, d cons. 8. num. 12.*

Tertiò videmus, quod confiscatis bonis, debe-
11 tur tamen † filiis legitima, *secundum Bal. in cons. 171. volum. 1. quem sequuntur Papien. Dec. Lauden. Picus, Fab. Berenga. Io. Annib. Socin. iun. Ripa, Tiraq. Boss. citati à Rolan. in cons. 97. num. 9. vol. 2.* vt validissimis rationibus cõcludit procedere etiam, quando confiscãtur bona ex forma statuti indistinctè loquẽtis. *Sed hoc voluit Angel. in cons. 357. in 2. dubio, Clar. d. q. 78. num. 26. D. Becius d. cons. 8. num. 13.* Legitima autem loco alimentorum
12 † succedit, *vt in Auth. de hæred. & falcid. §. si quis. & ponit clarè Socin. in d. cons. 30. num. 3. Ascan. de patr. potest. effec. 16. num. 24.* Et licèt iura suprà allegata in causa hæresis, vel læsæ maiestatis, non expressè disponant de alimentis filiorum, tamen implicitè hoc admittunt. Dum enim dicunt, se vitam relinquere filiis, certè eos alẽdos censent, quia vita sine alimentis nõ potest subsistere. *ita aduertit Io. Lup. in d. tract. hæres. q. 19. quẽ refert Lup. d. §. 23. num. 16. & ita quoque declarat Plot. dicto cons. 170. num. 83. argum. l. necare ff. de lib. agnos.* Imò fortius volunt Doctores prædicti, quod vbi ea le-
13 gitima non sufficeret pro alimentis, † tenetur fiscus alere filios ex aliis bonis confiscatis, *ita Plo. loco præcitato, per l. obæs, vbi Bart. & Doctores, C. de præd. minor.* quia alimenta, quę iure naturali debentur, nõ possunt, nec debent minui per confiscationem, & infert, quod etiam tunc filius debet supplementum alimentorum consequi, quando sententia ex statuto reseruaret filiis legitimam, *sequitur D. Becius, d. cons. 8. num. 14. & 28.* Et dicit Bos. *tit. de alimen. præstan. vxo. num. 6.* quod decretum prædictum, seu statutum intelligi debet, quando legitima sufficit ad alimenta, quia aliàs bona omnia essent ex æquitate relaxanda pro alimentis: & subdit, quod etsi in hoc Mediolani decretum liget manus Iudici, tamen censuisse senatum, quod aliud fieret decretum ad illius declarationem; & pro hoc adduco, quod dicimus de bonis subiectis fideicommisso,
14 quæ possunt alienari † pro constituenda dote filiæ testatoris, *secundũ Auth. res quæ, C. commu. de leg.* Si enim aliter non possit congruè dotari, poterit totum fi-
15 deicõmissum alienare, † ita voluit Bal. *in d. Auth. res quæ, nu. 4. Cast. nu. 5. Ias. nu. 32. in 7. limit. & Padil. nu. 109.*

Et quæ dicta sunt de alimẽtis, procedunt etiam
16 in dote, quia fiscus de bonis confiscatis tenetur † dotem dare filiabus, *secundum Bal. in l. si. in 1. lect. nu. 9. C. de dot. promiss.* vbi inquit, quod ratio pẽdet ex naturali vinculo, quo pater tenetur ad dotandum. *Afflict. in cap. 1. §. præterea si vasallus, in 3. notab. num. 80. quæ sit prima cau. benef. amit. & in tit. quæ sint regal. in ver. & bona committentium, colum. 1.* in quibus locis loquitur de crimine læsæ maiestatis, *Ripa in l. ex facto, §. ex facto, num. 9. ff. ad Trebellia. Gigas de crimine læsæ maiestatis, lib. 3. cap 15. num. 1. & seq. Plot. in d. cons. 170. num. 84. D. Becius in cons. 8. num. 11. Lup. d. §. 23. num. 16.*

Prędicta possent procedere, quando bona confiscantur ex alia causa, quam læsæ maiestatis: at in crimine læsæ maiestatis, non mihi placet eorum opinio, qui tenent filios esse alendos de bonis patris: nam *l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiest.* expressè repugnat, dum permittit alimẽta filiæ ex bonis matris. Ex eo enim, quod filiabus indulget, videtur filios excludere; & ex eo quod mandat alimenta decerni in bonis matris, videtur ea negare in bonis pa-
17 tris, quia inclusio † vnius, est exclusio alterius. *l. cum prætor. ff. de iudic. c. non ne, de præsum.* & licet masculinũ
18 concipiat † fœmininũ. *l. qui duos, in fi. ff. de leg. 3. l. seruis legatis, in princ. ff. eo. tit. Doctores in c. generali, de elect. in 6. & in c. si quis suadente, 17. q. 4. notatur in d. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest.* tamen contra non videmus, quod fœ-
19 mininum concipiat † masculinum, *gl. in fi. Instit. qui dari tuto. poss. & in l. 1. ff. de verbor. signif. Ias. in l. si quis id quod, num. 24. ff. de iurisd. omn. iud. Dec. in c. cum in cunctis, in fi. princ. de elect.* & in ea lege discretè fit mentio de fœminis, & in multis constituitur discrimen inter eas & filios, *vt aduertit Gigas in d. tract. lib. 3. c. 14. num. 1. & seq.* vbi quinque enumerat differentias. Si ergo miserationis gratia conceditur legitima loco alimẽtorũ filiabus in bonis maternis, infertur, quod filiis erunt deneganda alimenta, & legitima in paternis & maternis: & ratio ponitur in fœminis,
20 quia propter sexus imbecillitatẽ sunt minus † audentes. *idem dicitur in d. c. si quis cum militibus, 6. q. 1. Gigas, d. c. 14. num. 3. Tiraq. de leg. connub. l. 9. num. 158.* Præterea, si lex illa mandat filios esse perpetua egestate sordentes, certè non habebunt alimenta, quia non erit perpetuo egenus, cui alimenta præstantur. Item, si vita filij conceditur ad supplicium ex gratia, vt ibi dicitur, paterno enim deberent perire supplicio, vtique alendi non sunt. Pro quo adduco, quod condonatio vitæ, est quædam gratia limitata, quæ ideo non debet extendi, *argum. in l. agris, ff. de acquir. rer. domin.* & restitutio concessa quo-
21 ad aliqua, † non debet extendi ad alia, *vt per Doct. in l. Gallus, §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth.* & quæ dico de crimine læsæ maiestatis, locum habent etiam

in cri-

in crimine hæresis, *vt in d.c.vergentis, de hæreti.* vbi dicitur, quod grauiori corrrectione digni sunt hære-
22 tici † quam perduelles. Et tenendo hanc partem, non obstat text. *in d.l. quisquis, in d.c.si quis cum militibus, & in d. c. vergentis*, quia ibi nihil de alimentis filiorum. Et quod dicitur de vite, non potest referri ad alimenta: quia, etsi absque alimentis nemo viuere possit, *d. l. necare*, tamen non infertur, quod concessa vita, præstanda sint à fisco alimenta. Et sicuti absurdum esset dicere, quod damnatus capitali pœna, cum bonorum confiscatione possit alimenta exigere à fisco, si fiat ei gratia respectu capitis: ita non minus est absurdum dicere, quod filius damnati ex læsa maiestate, habeat alimenta à fisco: nam talis filius de iure est eadem pœna cum patre plectendus, vt in dictis iuribus probatur, sed à iure vita sibi cõceditur. Facit quod dicimus, ne-
23 minem esse alendum de bonis, † quæ sibi ob delictum auferuntur, *Bal. in Auth. bona damnatorum, col. 2. C. de bon. dam. in c. 1 §. si verò violator. colum. 3. de pace tenen. Tiraq. in retract. conjug. §. 1. glos. 9. num. 72.* Hæc autem bona non minus auferuntur filio quam patri, vt ibi probatur.

Nec obstat, quod ex canonica æquitate sint alendi, exemplo spuriorum: quia respondeo, quod sicuti grauius est patris delictum committendo in Principem, vel Deum, quã Veneri indulgẽdo circa nefarios concubitus, ita grauiori correctione erat puniendus pater. Propterea exuit ius quoque canoni cũ filios hæretici omnem pietatẽ & immanitatem cõtra eos acuit. Præterea nulla est lex quæ
24 dicat esse alendos, ergo † erubescimus, *l. illam, C. de collat.* Minus mouet, quod patris bona sint filiis obligata pro alimentis: quia si hoc verum esset, quod tamen nunc non firmo, sed in aliud tempus discutiendũ reiicio: tamen quia idem videtur delictum patris & filij, præsumptione iuris, *vt dicitur in d.l. quisquis, & in c. si quis cum militibus. ibi, in quibus pater in hoc est hæreditarij criminis, &c.* Non mirum, si soluitur omnis obligatio, & priuatur filius omni iure. Ideo
25 videmus † filium hæreticum non esse à patre alendum. *Caccialup. in l. frater à fratre, num. 108. ff. de cond. indeb.* eodem modo filio rebelli vel hosti patrię dene-
26 gantur iustè † alimenta, *Ang. in §. si verò contigerit, in Auth. C. de nupt. Alber. Capol. Nellus, & alij, quos citaui supra ea quæstione, in qua tractaui de alimentis bannito filio præstandis.* Etsi dicatur, ea iura loqui, quando filius incidit in hæresin vel læsam maiestatem, respondeo, quod filius talis delinquentis præsumitur & ipse talis, id est, hæres eiusdem delicti, *d. l. quisquis, §. filij vero, & c. si quis cum militibus.* Eisdem rationibus concludo, de iure filias non esse de bonis paternis dotandas, quia *l. quisquis*, eos admittit solummodò ad legitimam in maternis bonis petendam: à paternis verò bonis excludit totaliter. Ergo etiam à legitima, quę loco alimentorum, vel pro eis datur, *Socin. d. cons. 30. num. 3. volum. 1.* Et lex generaliter ex-
27 cludens priuat etiam à legitima, † licet secus sit in exclusione hominis, *Socin. in cons. 150. colum. 4. volum. 1. Dec. in cons. 392. colum. fi. num. 6. Natta in cons. 308. num. 4. Rolan. in cons. 62. num. 50. volum. 3. Cephal. in cons. 304. num. 1. D. Becius in cons. 107. num. 7.* Accedat quod legi-
28 tima † ei non debetur, qui nõ potest succedere ab intestato, *Bal. in cons. 329. volum. 3 Crauet. qui multos allegans, dicit communem, in cons. 11. num 23. & alios citati in cons. 45. num. 2.* at filiæ quoad paterna bona, & aliorum declarantur incapaces, & insuccessibiles, *vt dict. l quisquis, dict. cap. si quis cum militibus.* Ergo eis non debetur legitima, quæ est portio eius quod ab in-
29 testato † esset habiturę, *l. Papin. §. quoniã autẽ quarta, ff. de inoffic. testam. l. parentibus. C. eo tit.* Quod si legi-
30 ma non debetur, non etiam dos, † quæ succedit loco legitimæ, *Bar. & alij in l. Titio centum, §. Titio genero. ff. de cond. & demonstr. Bal. in l. sancimus. C. de nupt. Cast. in cons. 73. col. fi. volum. 1.* Concludo igitur, neque dotem, neque alimenta deberi de bonis patris confiscatis, si rationibus certandum sit, licèt plurimum vrgeãt authoritates supra relatæ, intelligendo omnia in crimine hæresis, vel læsæ maiestatis.

Principalem conclusionem amplia procedere etiam in filio spurio, cui de bonis patris confisca-
31 tis † debentur alimenta, *secundum Lup. in d. c. per vestras, in tertio not. §. 24. num. 8. & 9.* & vbi dicit, quod fi-
32 liæ spurię debetur dos à fisco, sequitur Duen. *in reg. 367. ampl. 4. in fi.* Quod ratione confirmatur, quia fiscus est loco hæredis, & tenetur creditoribus, & in eum transeunt omnia iura delinquentis, & bona iam affecta eo onere transeunt cum eo ad omnes successores, *vt dixi suprà*, & dicit ibi Lup. procedere etiã, quando cąpiuntur, quia curasset pater alium instituere hæredẽ, qui tacitã accõmodauit fidem, restituendi spurio hæreditatem. Sciendũ est enim, quòd vbi spurius apertè instituitur, tunc licèt ipse non capiat, fisco tamen non deuoluitur, sed veni-
33 entibus ab intestato, † vel hæredibus scriptis, *l. non intelligitur, ff. de iure fisci, l. Lucius, §. in testamen. ff. de leg. 1. Bar. in l. fi. num. 11. ff. de his, quib. vt indign.* vbi probatur, quod tale relictum habetur pro non scripto, *idem Bar. in l. hæreditas, num. 1. C. eo. tit. Alex. qui commu. dicit in cons. 74. num. 6. vol. 3. & in l. si is, qui num. 3. ff. de vulg. & in d. l. hæreditas, vbi Ias. nu. 5. Bar. in tit. de his, quib. vt indig. bona auser. & ad fis. non pertin. nu. 2. Paleot. in tract. de noth. & spur. c. 43. num. 3. Clar. de testa. q. 31. nu. 3. Duen. reg. 366. amplia. 3.* At si nõ apertè relinquit, sed aliã instituit, qui fidem accõmodat, & promittit eandem hæreditatem relinquere filio testatoris, tunc quia fit le-
34 gi fraus, omnia † bona ad fiscum deuoluuntur, *d. l. non intelligitur, Bar. in l. Lucius, §. 1. ff. de leg. 1. & in cons. 119. nu. 3. vol. 1. Socin. in cons. 84. per tot. vol. 4. Bologn. in cons. 24. per totum.* vbi ponit coniecturas, quibus colligitur, accommodatam esse fidẽ, *sequuntur Boss. Ias & Paleot. in locis prædictis, Clar. in pract. crimin. quæst. 79. num. 7.* in quo aduertendum est; quod hæres cogitur cum
35 iuramento respondere positioni, an † tacitè fidem suam testatori obligauerit, *§. igitur, in Authen. quib. mod. natur. effic. sui, Bart. in l. fina. ff. de hæred. instit. alios citat Bologn. in dicto cons. 24. in fi. Lup. in repet. rub. de donat. inter virum & vx. §. 68. num. 19. Paleot. dicto cap. 43. in fine.* Hoc ergo casu cum fisco bona deuoluun-
36 tur propter obligatam fidem spurius † est à fisco alendus, *secundum Lupum, in dicto cap. 24. num. 8.* vbi subdit esse notandum, & continere magnam extensionem ad *cap. cum haberet.* Quod tamen ego non admitterem, quando spurius foret particeps fraudis,

fraudis, quia hoc casu succederet regula, quod non est quis alendus ex bonis, quæ sua culpa amisit, *Bal. in d. Auth. bona damnatorum, cum aliis suprà citatis.* Decisionem suprà tractatam limitat Lup. *in d. §. 23. num 17. in 3. notab.* vt non procedat in filiis natis post condemnationem, vel commissum crimen, quia
37 illi non sunt alendi, † allegat inter alia ex decisione Calder. *in cons. 3. de hæret.* vbi inquit, filios orthodoxos patris hæretici, natus ante crimen commissum,
38 † non plecti pœnis inductis à iure contra filios hæreticorum: secus autem eos, qui post crimen nati sunt, quia concepti ex improbato sanguine contrahunt rubiginem à linea iam infecta. Facit, quia
39 condemnatus † dicitur alius homo, & alia vita viuit, *vt inquit Cast. in l. eius qui, §. 1. in princ. ff. de testam.* &
40 filij nati post condemnationem non faciunt † deficere conditionem substitutionis, *l. ex facto, §. ex facto, vbi Doctores, ff. ad Trebellia.* & non censentur illi, de quibus testator cogitauit, *Cast. d. §. ex facto, numero 3. Alba in cons. 106. num. 25.* Et ex ea ratione, quod alius homo videatur, infertur, quod postea nati non
41 possunt exigere † legitimam, cum tempore delicti & confiscationis non essent in rerum natura, nec ius haberent in bonis patris, *vt Lupus aduertit, numero 21. l. quisquis.* Et cap. *si quis ex militibus,* & cap. *vergentis ad senium,* loquuntur nimis clarè etiam in filiis iam natis, nec constituunt differentiam aliquam inter natos & nascituros. Benè verum est, ꝙ dicta de natis, fortius procedunt in nascituris.

SVMMARIVM.

1 *Maritus tenetur alere vxorem.*
2 *Vxor seruit viro.*
3 *Maritus non repetit ab vxore, quod impendit pro seruitio sibi collato.*
4 *Dos seruire debet oneribus matrimonij.*
5 *Dos dicitur continere titulum onerosum propter onus alimentorum.*
6 *Donatum non dicitur, quod compensatur.*
7 *Vxor alenda est à viro ex dispositione iuris positiui.*
8 *Vxorem sanam alit maritus indistinctè, siue habeat aliunde, siue non.*
9 *Maritus vxorem alimentis priuare non potest, etiam cum iuramento.*
10 *Iuramentum nihil operatur ad præiudicium tertij, & in actu, qui non pendet à potestate iurantis.*
11 *Maritus alit vxorem indotatam.*
12 *Maritus qui diuitem vxorem sine dote duxit, potest agere, vt sibi dotem constituat.*
13 *Iurans ducere puellam in vxorem, intelligitur, si dotem dederit.*
14 *Maritus agere potest, vt vxor sibi dotem constituat.*
15 *Pater cogitur filiam dotare, quam sine dote matrimonio collocauit.*
16 *Maritus vxorem sanam alit, etiamsi fructus dotis non sufficiant pro alimentis.*
17 *Maritus alit vxorem, quæ culpa mariti seorsum habitat.*
18 *Conditio habetur pro impleta, quando per eum stat, cui implendum erat.*
19 *Maritus etiam non sequuta copula lucratur dotem, quando per eum non stat, licèt statutum non deferat lucrum dotis, nisi matrimonio consummato.*
20 *Maritus fructus dotis lucratur, si excedunt impensam alimentorum.*
21 *Vxor, qui culpa viri domum exiuit, dotes suas repetit.*
22 *Vxor propter nimiam viri sæuitiam, agit ad separationem thori.*
23 *Dos est patrimonium mulieris.*
24 *Dos esse debet apud maritum, donec sustinet onera matrimonij.*
25 *Maritus dotem non lucratur, si vxorem sine causa expulit è domo.*
26 *Maritus alit vxorem, quæ etsi decesserit sine culpa, tamen est parata redire.*
27 *Spoliare videtur, qui venientem ad suam possessionem non admittit.*
28 *Venisse non dicitur, qui non stetit.*
29 *Abesse non videtur, qui rediturus est.*
30 *Diuertisse non dicitur mulier, quæ rediit.*
31 *Lazarus resuscitatus recuperat bona.*
32 *Maritus, qui male tractauit vxorem, licèt priuetur lucro dotis, tamen fallit, si incipiat bene tractare. Quod amplia, vt ibi.*
33 *Maritus tenetur alere vxorem, quæ sine marito, vel etiam sua culpa recessit, si dotis fructus sufficiunt.*
34 *Vidua, cui alimenta in domo relicta sunt, consequitur illa, quando est extra domum sine sua, vel hæredum culpa.*
35 *Vxor potest pacisci, quòd maritus teneatur eam alere cum familia.*
36 *Pactum nudum actionem non producit.*
37 *Pactum nudum producit actionem, quando promittitur id, quod ex dispositione legis erat debitum.*
38 *Pactum continens idem, quod ius commune, est validum.*
39 *Superfluitas non annullat actum, quando non continet vitium.*
40 *Alimenta præterita non petuntur, quando à lege vel officio iudicis debentur.*
41 *Alimenta præterita petuntur, quando debentur iure actionis.*

QVÆSTIO XXXII.

1 MARITVS † tenetur vxorem alere, *l. pen. ff. vt in possess. legat. l. si filia, §. 1. ff. famil. ercisc. l. si quis per vxorem, in 1. respon. ff. de donat. inter virum & vxor. l. si cum dotem, §. sin autem in sæuissimo, ff. solu. matrim. vbi glos. 2. Bart. num. 5. Alba. & Castrens. num. 3. Cuman. num. 3. Alexan. num. 7. Spec. in tit. qui fil. sint legit. num. 28.* vbi subdit, quod ex quo vxor
2 † seruit viro, *l. si cum putemus, ff. de oper. lib. l. assiduis. C. qui potior. in pign. hab. c. est ordo, 33. quæstio.* 5. maritus
3 non repetet impensas factas pro † seruitio sibi impenso: si dotem recepit, non est dubium, quin te-
4 neatur alere, quia dos † seruire debet oneribus matrimonij, *l. pro oneribus, C. de iure dot. d. §. sin autem in sæuissimo, & in d. l. assiduis,* & propter onus alimen-
5 torum, dos † haberi dicitur titulo oneroso, *l. ex promissione, ff. de actio. & oblig.* & nō dicitur donatum,
6 quod est † compensatum, *vt in proposito inquit tex. in l. si quis pro vxore, §. fina. ff. de donat. inter virum & vxor. Abbas in cap. salubriter, de vsur. Ruin. in cons. 130. num. 3. volum. 1. Capic. decis. 24. num. 1. AEmilia. in cons. 10. num. 5. quos citat Cordub. in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 19.*

vbi aut,

vbi ait neminem esse contradicentem, ff. de liber. agnoscend. Natta in cons. 547. nu. 10. Ascan. de patr. potest. effec. 16. nu. 24. in fi. Vital. tract. claus. tit. an alim. renuncia. poss. col. 4. & 5. vbi declarat. Hæc autem alendi † necessitas est iuris positiui. *l. dotis fructus. ff. de iure dot. Rofred. quæst. Sabat. 29. nu. 3. refert & sequitur Lancello. Gal. in consuetud. Alexandr. in ver. solidos, nu. 42.*

Quæ sententia, quando vxor est sana, & seruit marito, procedit indistincte, siue vxor habeat aliunde, siue non, & si patrem habeat diuitem, aut fratres, siue non, quia vxore sana inseruiente † marito, non fit ea distinctio, sicuti quando est infirma, *Cin. Bart. Rain. Salic. Castr. & alij. in l. quod in vxorem, vbi Alexan. in fi. C. de negoc. gest. Ruin. in cons. 139. num. primo, in fi. volumine quarto. Natta in cons. 547. num. 12. vbi Bal. allegat, qui de hoc non loquitur.* Et quamuis Fulgos. *in d. l. quod in vxorẽ*, cõtrarium teneat & distinguat, sicuti in vxore infirma *per l. quod si nulla. ff. de religio.* tamen Alex. in loco prædicto, illum reprehendit, & respondet ad dictam legem, quod procedit quando vxor non erat in obsequio mariti. Vt ergo sit locus huic ampliationi, duo requiruntur. Primum, quod vxor sit sana, secundum quod seruiat marito: quod si alter cesset, aliter erit dicendum, vti infra declarabimus.

Amplia secundo, vt maritus etiam cum iuramento † non possit vxorem priuare alimentis, *vt est tex. quem ibi ad hoc notat Bal. in c. cum quidam, de iureiur. & ibi sequitur Felin. nu. 11.* & ratio est, quia iuramentum nihil operatur, quando actus concernit commodum tertij, & non dependet † à potestate iurantis, *vt per Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. in l. non dubium. C. de legib. Doctores in c. quamuis. de pact. in 6. in c. licet, de iureiur. eod. lib. Tiraq. in præfat. l. si vnquam, num. 164. in fi. C. de reuoc. donat,*

Ampliatur tertiò, vbi maritus teneatur alere vxorem, quam duxit sine † dote vel sine dotis promissione, *est tex. in l. quod si nulla. ff. de relig. & sum. fun.* Videtur enim personam suam loco dotis dedisse, *vt in §. pen. in ver. quid enim agat, in Auct. quib. mod. natur. effic. legit. quem tex. ad hoc citat Innoc. in c. per vestras, de donat. inter vi. & vx. ita quoque tenet Specul. in tit. qui fil. sint legit. §. 1. num. 28.* vbi inquit, quòd maritus tenetur saltem ob seruitium, quod vxor præstat. Et eadẽ ratione obsequij mouetur Bart. *in tracta. alimento. num. 28. Cin. in d. l. quod in vxorem.* vbi ait, quòd si maritus habet vxorem in obsequio; non est distinguendum, an sit dotata, vel non dotata, *sequuntur omnes ibi, præcipue Alex. nu. 8. qui multos allegat, Cyn. & Bal. in l. pro oneribus, C. de iure dot. Bar. in l. si constante, nu. 102. ff. soluto matr. & in l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo. ff. eod. & ante eos est glo. in l. fi. C. de diuort. quam citat Amanell. de Clar. aq. in fing. 134.* Hoc etiam probauit Guido Papæ *quæstio. 439. in princ.* vbi inquit ita vidisse iudicatum in contradictorio iudicio, *Alex. in d. §. sin autem in sæuissimo, Roman. in fing. 317. nu. 1.* quia secundum eum, affectu, non dotibus matrimonia contrahuntur. *l. fi C. de repud* & dicit esse de hoc textum optimum *in l. fi. ff. vt in posses. leg.* Mouetur etiam alia ratione, quia indecorum esset marito si vxor fame periret, *Rosred. in 4. par. in tit. de off. iud. quo aliment. petun. & cum hac sententia transeunt Abb. Ang. Aretin. Salic. Alex. Ias. Crot. Campeg. Bertran Alcia. Emilia. Io. Lup. & Natta, quos omnes citat & sequitur Cordub. in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 21. & 24. ff. de liber. agnos. addo Aufre. ad Capell. Tolos. decis. 87. vbi allegat Bald. in Margarita, Ruin. in cons. 130. num. 3. volum. primo, cons. 139. num. 1. volum. 4. cons. 144. num. quinto, volum. quinto, Alba in cons. 39. num. quarto, volum.* Secundo, quia secundum eum, maritus non alit vxorem propter dotem, sed quia deseruit oneribus matrimonij, & subdit, quòd in dotatam alere tenetur tanquam sororem, *Natta in cons. 547. num. 13. Benincas in tract. pauper. quæst. 8. in 2. specia. in contrac. num. 21. Rot. Bonon. decis. 22. num. 9 decis. Pedem. 132. num. 8. addo Socin. in tracta fallen. reg. 258. in 3. limit. Rol. cons. 15. num. 6. volum. 3. Cæphal. cons. 127. num. 1. cur. sen. cons. 39. colum. 1. Vital. tractat. claus. tit. an alim. renun. poss. colum. 6.*

Hæc intellige, etiam quando vxor est diues, quia nihilominus maritus, qui eam duxit, nulla facta dotis mentione, tenetur sanam alere: bene verum est, quod si sit diues, potest maritus ab ea petere, quod dotem constituat conuenientem, † aliàs poterit illam expellere, *ita tenet Bald. in l. fi. num. 9. C. de sent. quæ sine certa quantitate.* quia iniquum est, quod maritus de suo alat eam, quæ potest se dotare, & non vult, *secundum glo. in §. fi. in ver. onera, in Authen. de non eligen. secun. nub.* Hoc etiam voluit Bal. *in c. iurauit, nu. 3. & 5. de probat.* vbi subdit quod est quid consuetum, discretum, & æquũ, & ideo infert, quòd qui iurauit † aliquam puellam ducere in vxorem, intelligitur tacita conditio, si det dotem, & qui duxit vxorem sine dotis commemoratione, cum incipit sustinere onera matrimonij, petere potest, † quod constituatur dos, *secundum glo. in l. obligamur, in §. lege. ff. de actio. & oblig.* Sed illa glo. loquitur in patre, qui cogi potest dotare filiam, quam sine dote † collocauit matrimonio, *sequuntur Bal. Imola, Rom. Alex. & alij, in l. 1. ff. soluto matrim. vbi Ripa, num. 55. multos allegat, & dicit communem, eam quoq; testatur esse communem Ias. in l. si donaturus, §. si quis indebitam, nume. quinto. ff. de condic. cau. data, & in §. fuerat, num. 97. Instit de Action. Padill. in auth. res quæ, num. 72. C. com. de leg. Cord. d. l. si quis à liberis, §. sed si filius, num. secundo, & illam glo. sic intelligit ipsemet Bald. in d. l. fi. num. 8. in fi.* Sed per identitatem rationis cogitur vxor se dotare, sicuti cogeretur pater filia petente, *secundum Bald. in loco præcitato.* Et hoc voluit etiam Ias. *in d. l. si quis indebitam, num. tertio*, vbi tamen male ex hoc infert, quòd maritus non teneatur illam alere, nam aliud est alere, aliud dotem petere. Quid enim si maritus non velit dotem petere, sed deneget alimenta? profectò cogetur alere, & erit in sua facultate dotem petere. Et prædictam partem tenet Lup. *c. per vestras, in 3. not ab. §. 2. num. secundo, fol. 136. de donat. inter vi. & vx. Cordub. d. l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 65. ff. de liber. agnos.* Idem tamen, quod Iason, videtur velle Guido Papæ, *in quæst. 439. nu. 1. ver. sed pone quòd filia*, sed loquitur quando vir non habet, & socer est diues.

Quartò ampliatur, vt vxorem sanam teneatur
16 maritus alere, etiam si fructus † dotis non sufficiant pro alimentis, *secundum glo. in d. l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo, in glo. fi. ff. soluto matrim. Salic. in l. quod in vxorem, uu. 1. C. de negot. gest.* Hanc ampliationem probat Cordub. *d. §. si quis ex his, nu. 23.* sed aduerte quòd tex. & gl. *in d. §. sin autem in sæuissimo*, & Salic. *in d. l. quod in vxorem*, loquuntur in vxore infirma. Imo etiam in infirma vxore, glo. illa generaliter intellecta, non est vera, vt dicam paulò post: bene vera est ampliatio, quia si maritus alit eam, quæ est indotata, multo magis tenetur alere parua dote dotatam, quæ non sufficiat ad alimenta. Item distinctionem illam, quod fructus dotis sufficiant, vel non sufficiant ad alimenta, faciunt solum in muliere infirma, at in sana nihil distinguunt. Et hanc ampliationem sequitur Ruin. *in cons. 139. num. 1. vol. 4.* & est rationabilis, quia dotes, quæ communiter dantur, non sufficiunt ad alimenta.

Quintò procedit hæc conclusio, etiam si vxor non sit in obsequio viri, sine sua culpa, sed culpa mariti secessit in aliam domum: eo enim casu te-
17 netur nihilominus maritus † illam alere perinde, ac si esset in obsequio. *ita tenent Iac. de Are. Cy. Alber. Bal. Saly. & Alex. in l. quod in vxorem. C. de neg. gest. Bar. in tracta. de alim. nu. 48.* quia per eam non stat quominus marito seruiat in domo, *Ang. Imola, & Alex. in d. l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo. ff. solu. matrim. Bal. in l. 1. col. 2. ver. 3. dubitatur. C. de leg. Rom. in cons. 517. nu. 2. sequuntur hanc sententiam Specul. Cuman. Ang. Aret. Corne. Asflict. & Lup. quos citat, & sequitur Cordub. in d. §. si quis ex his, num. 34. addo Alex. cons. 78. num. 1. vol. 5. Soc. in cons. 64. nu. 1. vers. considero, quod aliquando, vol. 4. Rui. in cons. 144. num. 5. Bero. in cons. 178. num. 26. volum. 1. in cons. 52. num. 11. volum. 2. Tiraq. qui multos congerit, de retra. conjang. §. 10. gl. vnica, num. 14. Natta in cons. 547 num. 14. Neuiza. sil. nup. lib. 1. num. 37, Marsi. l. 1 §. cum quis latrones, num. 8. ff. de quæstio. Soc. in l. 2. num. 9. vbi Ripa, num 29. ff. solu. matri. Vital. tract. claus. tit. an alim. renun. poss. col. 2.* Et ratio est, quia cum per vxorem non stet, quominus in domo seruiat marito, perinde ac si esset in obsequijs viri. *l. iure ciuili, ff. de condit. & demonst.* vbi conditio † habetur pro impleta, quando per eum, cui erat implendum, stat quominus impleatur. *l. in exequutione, § fi. ff. de verb. oblig. l. Labeo scribit, si mihi bibliothecam, in fi ff. de contrab. emp. Rom. in cons. 85. Ruin. in cons. 166. num. 12. vol. 3. Gram. in decis. 102. num. 108. & seq. Caphal. in cons. 89. num. 5. Menoc. de arbitr. iudic. quæstio. 68. nu. 38.* ideo Bal *in l. non sine. C. de bon. quæ lib.* inquit, quod si ex forma statuti, vir non lucratur dotem, nisi matrimonio
19 per copulam consummato, maritus † lucrabitur, quando per eum non stat, sed per vxorem, *Alex. in cons. 129. n. 2. vol. 7. Socin. cons. 8. vol. 3. alios citat Phanuc. in tract. de lucro dot. gl. 2. num. 53. limitat. 2. Natta in consi. 282. num. 5.* Et hoc procedit, etiam si fructus dotis multum excederent valorem alimento-
20 rum, quia illum excessum maritus retinet, † *vt per Castr. cons. 65. col. 3. vers. quid enim, vol. 1.* Propterea quando culpa mariti vxor excedit domo, & seorsum habitat, potest dotes † quoq; repetere, *ex sen-*
21 *tentia Bal. in leg. si. numero duodecimo, Cod. de sentent. quæ sine certa quant. profer. & in cap. ex parte, numero septimo, de consuetud. Castr. in leg. cum mulier, la prima, in 3. notab. ff. solut. matrim. Aret. in leg. 2. col. 2. ver. reperitur alius, & ibi Socin. num. 9. ff. soluto matri. Alex. in cons. 78. col. 1. vol. 5. duplica. in cons. 26. vol. 6. Castr. in cons. 65. num. 3. vol. 1. Picus in auth. præterea, nu. 22. C. vnde vir, & vxor, Tiraq. d. §. 10. glo. vnica, nu. 13. Natta in cons. 547. num. 15. Rol. 14. num. 38. vol. 3. & de lucro dot. quæst. 68. num. 4. Lup. late in c. per vestras, in 3. notab. in prin. col. 5. num. 3. de donat. inter vir. & vxor. folio mihi 134.* Et licet ex prædictis multi allegent Io. And. ad Spec. tamen is tenet contrarium, & cum eo transit Alex. *in d. §. sin autem in sæuissimo*, & sequitur Ripa. *in d. l. 2. num. 29. & seq.* sed prior opinio est communis, vt testatur Socin. loco prædicto, & Doctores inter alios casus allegãt illum.
22 Quando mulier recessit ob nimiam viri sæuitiam, quia is est sufficiens † ad separationem thori, *c. si forte, de pœn. dist. 1. glo. in c. de illis, in ver. steterit, vbi Præpos. col. pen. in 12. casu, de sponsa. & in cap. 1. in fi. de diuor. c. ex transmissa, & c. litteras, & vbique Alex. de restitu. spolia. Lup. in rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 20. num. 4. & in cap. per vestras, in 3. notab. in prin. nu. 6. folio mihi 135. Neuiza. in Silua nup. lib. 1. num. 37. Dida. de spon. par. 2. cap. 7. §. 5. num. 1. Natta in cons. 616. per totum, Rol. in cons. 27. volum. 3. Port. Imol. in consil. 156. num. 6. Menoc. de arbit. iud. casu 139. num. 5. & de recup. rem. 1. num. 189. & in consil. 299. num. 5. & seq.* In quibus locis habetur modus deducendi, & probandi sæuitiam mariti, & tota ferè materia huius controuersiæ, & videri potest Menoc. *de arbitr. iud. casu 138.* vbi non solum agit de sæuitia mariti, sed etiam aliorum. Et ratio, quare eo casu teneatur dotes restituere, est quia dos est mu-
23 lieris † patrimonium, ex quo viuere debet, *l. 3. §. sed vtrum. ff. de minor.* & tunc dos esse debet apud
24 maritum, quando sustinet † matrimonij onera. *l. insulam. §. vsuras. ff. soluto matrim. l. si pater, in princ. ff. de do. exceptio.* & per easdem rationes maritus,
25 qui vxorem sine causa expulit de domo, non † lucratur dotem, licet ex formâ statuti maritus lucrari debeat dotem præmortuæ vxoris, *Bal. in l. 1. §. sed scimus, C. de latina liber. tollen. Alex. d. consil. 78. & 26. cum aliis citatis à Rol. in d. tract. de lucro dot. quæst. 68. num. 7.* vbi tamen distinguendo conciliat contrarias Doctorum sententias. Et quæ supradicta sunt de ea, quæ fuit expulsa à marito, vel quæ culpa mariti discessit, vel aliter sine propria culpa seorsum agit, obtinent etiam in ea, quæ authoritate propria sine mariti culpa diuertit in aliam domum, si tamen velit ad virum redire:
26 nam si vir † redeuntem non vult admittere, tenetur illam postea alere. Hoc vult glo. *1. in fi. in cap. significasti, de diuor.* vbi inquit, quod est restituenda vxor, quæ authoritate propria secessit, deinde vult redire, quia & si non fuerit eiecta, sed seipsam eiecerit, ex quo tamen maritus redeuntem non recipit, vel non admittit, videtur illam spoliare: & subdit, quòd ab ea die repetit expensas, non autem quas prius fecerat. Hoc etiam vo-

luit

luit Host. *in sum. qui matrimo. accusa. poss. §. 1. col. 1. ver. quid ergo de expensis.* vbi ait, procedere, etiam si vxor sit indotata, quia est pars sui corporis, & socia diuinæ, & humanæ domus, *vt tit. de matrim. c. 1. idem voluit Spec. in tit. sponsal. §. fi. nu. 4. Alex. in d. cons. 78. num. 6. vers. secundò probatur, vol. 5. eam gl. dicit notab. Alex. d. §. sin autem in sæuissimo, num. 7. Vital. tract. de clauss. tit. an alim. renunc. possit, col. 10. in prin. Soci. in l. 2. num. 9. ff. sol. matri. & ibi Ripa, num. 29. Tiraq. d. gl. vnica, num. 14.* Et ferè omnes Doctores supra citati, licet non ponderent gl. in his terminis. Qui enim venientem ad possessionem non admittit,
27 expellere, & spoliare † videtur, *l. fi. vbi Bar. ff. de precar. alios citat Tiraq. de con itut. possess. par. 1. num. 69. Crauss. cons. 107. num. 31. Menoch. qui alios citat, de recup. possess. rem. 9. num. 137.* Facit etiam, quia non dicitur recessisse vxor, quæ redit ad maritum, *argumento cap. primi, extra de iudic.* vbi non dicitur
28 venisse, † qui non stetit, *Anchar. in consil. 75. col. fi.*
29 & non videtur abesse, qui † rediturus est. *leg. ex facto. ff. de hæred. instit. Anchar. cons. 90. considero, circa fi. Tiraq. in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, num. 176. C. de reuoc. dona.* & diuertisse non dicitur, quæ
30 † rediit, *l. plerique. ff. de ritu nuptia. l. vir mulieri. ff. de dona. inter vir. & vxor.* & tex. notab. *in l. 3. ff. de diuor.* per quem glo. *in l. ex his. ff. de legib.* inquit, Lazarum à Domino resuscitatum recuperare † bona sua. *Eam sequuntur Bar. Alber. Bal. & alij ibi, plures citat Tiraq. d. vers. susceperit liberos, num. 170.* sed prædicta iura procedunt dato modico interuallo, secus autem esset, si extaret perseuerantia. Facit etiam, quod voluit Imola *in l. fi. cum dotem. §. sin autem in sæuissimo, post medium, vers. vltimo nota. ff. soluto matr.* vbi ait, quòd etsi vir, qui male tractauit vxorem, priuetur lucro dotis, si tamen re in-
32 tegra † incipit bene tractare, non priuatur, allegat illum textum *in ver. pactis sequitur Alex. ibi, num. 10. idem Alex. in l. si ab hostibus. §. si vir, num. 3. circa fi. ff. eo. tit.* & ibi Aret. dicit procedere, etiam si coactè maritus cœpit eam bene tractare. Et huius opinionis fuere Rom. Campeg. & Ruin. quos
40 citat, & sequitur Rol. *in tractat. de lucro dot. quæst. 70. per totum.* vbi ponit de filia, quæ post malam vitam redijt ad meliorem frugem; & de filio ingrato, qui pœnitentiam egit, & de aliis conferentibus ad propositum nostrũ: nam subsequuta pœnitentia tollit præcedentem culpam in prædictis. Idem ergo erit in vxore, quæ sine causa recessit: ea enim si pœnitentia ducta redeat ad virum, recipi debet, & si minime admittatur, perinde erit, ac si foret expulsa, & eiecta.

Amplia sextò conclusionem, de qua supra, vt procedat etiam, quando vxor recessit à domo ma-
33 riti absque propria, † vel mariti culpa, quia tunc maritus, si habet dotem, tenetur illam alere, secũdum dotis fructus, & quantitatem, *d. §. sin autem in sæuissimo, vbi Iac. de Are. ita intelligit, eodem modo declarat Cyn. in d. l. quod in vxorẽ, C. de neg. gest. Castr. in cons. 65. in fi. vol. 1.* vbi ponit exemplũ in ea, cui obijciebatur, quòd marito venenum propinasset: nam iusta de causa secedit à viro, & id viro quoq; imputari nõ potest. Hoc etiam casu distinguendum est, vt dicã infra de vxore infirma. Facit quod voluit Bal. *in l. 1. num. 10. C. de lega.* vbi loquitur de alimentis in domo relictis vxori à viro, & vult quod
34 debeantur extra domum, quando † abest absque sua, vel hæredum culpa.

Sed etsi maritus vxorẽ teneatur alere, potest tamen vxor in contrahendo matrimonio maritum
35 obligare † pacto, vt eam alat, & seruos, & alios, *vt probat tex. in l. inter socerum. §. conuenit. ff. de pact. dotal.* vbi dicit, quod datur vtilis actio in factum. Et aduertatur, quòd ille tex. loquitur de pacto nudo,
36 † quod regulariter producit actionem, *l. iurisgentium, §. sed cum nulla. ff. de pact.* etiam si iuramento sit confirmatũ, *secundũ Bald. in l. fi. C. de fideicom. post Inno. in c. 1. quod met. cau.* tamen hæc est vna ex limitationibus, quòd pactum nudum producit efficacẽ actionem, quando id promittitur, quod erat de-
37 bitũ ex dispositione legis, † *secundum gl. Bar. in l. legitimam. ff. de pact. vbi Castr. Alex. & Ias. Bar. in l. non impossibile. ff. de pact. Bal. in c. si cautio, nu. 12. de fide instru.* ne fides careat remuneratione, & ibi dicit tex. prędictum esse vnicũ. Sequitur Ias. *in d. §. sed cum nulla, nu. 24. limitat. 14. & in §. in personam, nu. 96. Instit. de actio.* vbi reprehendit Io. Fab. qui dicit esse speciale. Inquit enim Ias. nõ esse speciale in eo casu, sed generale in omnibus pactis, quæ fiunt circa id, quod est à lege debitum. Et Rom. *in sing. 528.* dicit ibi esse casum singularẽ, & in mundo notatum à nemine. Pro gl. *in d. l. legitimam,* opponi tamen posset, quod ex quo maritus legis dispositione tenetur alere vxorem, hoc pactũ erit superfluum, & consequenter nullum, *l. iurisgentium. §. sed si fraudandi. ff. de pact.*
38 Sed respondeo, quod & si pactum cõtineat † idem, quod commune, tamen valet, *l. qui mutuam. ff. n ãdati,* & tunc superfluitas annullat actum, quando
39 continet etiam vitium, *vt i bene declarat † Bar. in l. nõ impossibile, nu. 1. ff. de pact.* Addo, quod in proposito pactum prædictum non est superfluum, sed plurimum operatur: Scis. n. quòd alimenta præterita peti non possunt, quando à lege debentur, & peti
40 † possunt officio Iudicis, *secundum Bar. in l. libertis quos. §. manumissis. nu. 3. ff. de alimen. & cibar. leg. Bal. in l. de de alimentis. C. de transact.* sed quando præstanda erant iure actionis, tunc etiam præteriti temporis
41 alimenta † peti possunt, *d. §. manumissis, vbi Bar. idem Bar. in cons. 211. nu. 7. vol. 2. Bal. & Dec. in d. l. de alimentis, Rom. in cons. 458. in prin. & dicam plenè in tit. quo modo alimenta debita petantur.* Atq; ita non erit inutile tale pactum, sed multum proderit.

SVMMARIVM.

1 *Vxor infirma, quæ tamen seruit viro, an sit alenda.*
2 *Onus sequi debet, qui sentit commodum.*
3 *Vxor dicitur marito seruire.*
4 *Seruienti sunt præstanda alimenta.*
5 *Effectus dum sequatur, non curamus de modo.*
6 *Vxori infirmæ præstanda sunt alimenta à marito, qui eam habet in obsequio.*
7 *Vxori, quæ seruire non potest propter infirmitatem, alimenta danda sunt, quatenus suppetunt dotes.*
8 *Dos datur propter onera matrimonij, quæ consistunt circa vxoris alimentationem.*

9 *Redditus dotis erogandi sunt in alimenta vxoris infirmæ, non autem proprietas.*
10 *Maritus alit in domo, non extra domum vxorem infirmam, quæ non seruit.*
11 *Vxorem infirmam alicuius qui alit, non repetit.*
12 *Expensam necessariam repetit, qui aluit vxorem alterius.*
13 *Nemo auditur, si sua non interfit.*
14 *Vxor infirma tenetur de suo impendere, si fructus dotis non sufficiunt.*
15 *Maritus dicitur dominus dotis.*
16 *Paraphernalia bona dicuntur, quæ vxor secum ducit ad domum mariti præter dotem.*
17 *Maritus non agit sine promissione rati, pro bonis extra dotalibus.*
18 *Maritus pro alimentis infirmæ vxoris, nõ tenetur erogare fructus sequentis temporis, sed pro rata.*
19 *Debitũ ex causa seruitij pstari debet pro rata seruitij.*
20 *Debitũ omne determinatur secundum suam causam.*
21 *Onus regulat impositionem.*
22 *Onere sublato, cessat commodum.*
23 *Conductori impedito casu fortuito, fit remissio pro rata temporis.*
24 *Ecclesiæ pro reparatione rector, erogare debet partem fructuum antea perceptorum.*
25 *Fructus diuiduntur, pro rata temporis inter vxorem & hæredes mariti soluto matrimonio.*
26 *Maritus lucratur fructus dotis pro rata temporis, quo matrimonium sustinet.*
27 *Maritus an teneatur vltra fructus dotis alere vxorem infirmam, quæ habet patrem diuitem.*
28 *Filius non dicitur inops, quando cogere potest patrem ad se alendum.*
29 *Filius dicitur possidere, quæ pater possidet.*
30 *Pauper non dicitur, qui patrem habet diuitem.*
31 *Vxor inops si habet patrem diuitem, non consequitur quantum in bonis mariti diuitis.*
32 *Pater est primus in ordine, qui teneatur ratione sanguinis alere filium.*
33 *Vxor magis tenetur subuenire patri, quàm marito in alimentis.*
34 *Maritus vltra fructus dotis alit vxorem infirmam in subsidiũ, quando nõ extat pater, mater, vel frater.*
35 *Pater alit filium, quando non habet aliunde.*
36 *Hæredes mariti non alunt viduam, quando dotes restituerunt.*
37 *Maritus alit vxorem infirmam, & sine dote.*
38 *Maritus vxorem infirmam, & sine dote non alit, nisi in subsidium, quando alius non extat.*
39 *Dos regulariter non sufficit ad alimenta.*
40 *Famulo infirmo debentur alimenta.*
41 *Officialis infirmus alendus est à prætore.*

QVÆSTIO XXXIII.

QVOD sanam vxorem maritus alere teneatur, abũde diximus in proxima quæstione: dubium tamen est, quando vxor est infirma, an ei præstanda sint alimenta à marito? & nonnulli casus distinguendi sunt, vt quæstionis veritas ex factorũ diuersitate non sit ambigua.

Primus est, quando vxor non vtitur quidem integra valetudine, sed infirmitas non eam retra-
1 hit ab obsequio viri, & tunc † est alenda à marito, cui ipsa debita præstat seruitia, per regulam, qui
2 sentit commodum, sentire etiam debet † incommodum, *l. secundum naturam. ff. de reg. iu. c. qui sentit. eod. tit. in 6.* vxor verò dicitur marito † seruire, *c. est ordo, c. hæc imago, &c. satis, 33. quæst. 5. l. assiduis, C. qui potio. in pigno. habe. l. sed cum patronus. ff. de ope. li-*
4 *bert.* ideo maritus debet ei alimenta † dare, *argumento l. in rebus. §. possunt. ff. commod. l. item serui. ff. de ædilit. edicto. l. diuortio. §. si. ff. soluto matrim.* in quibus locis dicitur nõ dari cuipiam repetitionem eius, quod impendit in persona illius, qui seruit. Et sicuti maritus alere tenetur vxorem sanam, quæ sit in eius obsequio, ita alit infirmam, quę tamen eadem præstat obsequia. Et quod dicimus de alimentis, includit medicinas, & alia necessaria, vt suo loco dicemus. & cum alimenta à viro præstentur propter obsequia, non refert, quod recipiat ea ab vxore sana, vel infirma. Non enim cu-
5 ramus de modo, dum idem † sequatur effectus. *l. 3. C. de instit. & substit.* & non attenditur infirmitas, quæ non retrahit à debitis seruitijs, *argumento c. non præstat, de reg. iur. in 6.* & in terminis, quod alenda & curãda sit vxor infirma, quę tamen est in
6 obsequio mariti, hoc † voluit Cyn. *in l. quod in vxorem, num. 1. ver. aut hoc contingit cessante vtriusq;. C. de neg. ges. Bar. num. 1. Castr. num. 3. ver. sed quando infirmatur. & cæteris omnibus clarius Salyc. num. 1. ver. dic, aut ægritudo.* vbi inquit, quòd si infirmitas non prohibet eam esse in obsequio mariti, tunc est alenda & curanda, Et Alex. *num. 8.* vbi loquendo de vxore sana inquit, tunc distingui, an vxor dicues sit vel pauper, quando laborat infirmitate tali, quæ eam remouet ab obsequio mariti, *Aret. §. fuerat, num. 11. Instit. de actio. Cor dub. alios citans, d. l. si quis à liberũ, §. si quis ex his, num. 26. ff. de lib. agnos. Vital. tract. clauſ. tit. an alimen. renunciari poſſ. col. 1.*

Secundus est casus, quando infirmitas adeo est grauis, quod vxor dotem habens non potest marito seruire: tunc enim si domo excedat, est ni-
7 hilominus alenda à marito, quatenus † suppetunt dotis fructus, *l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo. ff. soluto matr. Cyn. Castr. & Salyc. in d. l. quod in vxorem, Cynum simpliciter sequitur Bar. in tract. alimen. nu. 48. Doctores omnes in d. §. sin autem in sæuissimo, Roman. in cons. 517. col. 2. ver. aut neutrius.* vbi inquit, quod in hoc dos datur, vt deseruiat oneribus ma-
8 trimonij, quæ † consistunt circa vxoris alimentationem, *l. si is qui. §. ibi dos, & l. dotis fructus. ff. de iure dot. l. actione. §. si. cum l. seq. ff. pro socio. l. si. maritus, & l. si filia. §. hoc amplius. ff. famil. ercis. l. pro oneribus. C. de iure dot. Eandem sententiam tenuit Ang. in §. fuerat, num. 11. ver. aut talis ægritudo. Instit. de actio. Ang. in l. vnica, §. cum autem. C. de rei vxor. actio. Soc. in cons. 286. nu. 2. ver. si verò vxor, vol. 2. vbi dicit quod ita concludunt Doctores communiter, & in cons. 64. num. 1. ver. aliquando & tertio, vol. 4. vbi dicit de hoc esse casum in d. §. sin autem in sæuissimo, Corne. in cons. 145. colum. 4. vers. deueniendo autem nunc, volum. 2. Ruy. in cons. 139. nu. 3. volum. 4. Rol. de lucro dot. quæstion. 69. numero 5.*

Et

Et quod dicitur, maritum teneri vsque ad dotis concurrentē quantitatem, intellige in quantum
9 se extendunt † redditus dotis, *ita probat tex. in l. eum vnus. §. fi. ff. de alim. & cibar. lega. & ibi declarat Iacob. Butr. quem sequitur Bar. in d. §. sin autem in sæuissimo, num. 5 Rom. d. cons. 517. col. 2. Saly. d. l. quod vxorem. num. 1.* vbi quantitatem dotis declarat pro eo, quod ex dote redigitur, *Ange. d. §. fuerat, num. 11. vers. & quod dixi, ita loquuntur Soci. & alij supra citati, Imola d. §. sinautem in sæuissimo.* Præmissa verò intelligit Soc. *in d. cons. 286. per totum*, vt teneatur
10 ea præstare in domo † propria, non extra, quia regulariter alimenta sunt præstanda in domo, & quia ibi minore cum viri incommodo præstantur. Et infert, quod si contra mariti protestationem alius vxori infirmæ ministraret necessaria,
11 non repeteret, † quia soluens pro inuito non repetit, *l. si pro te. ff. mand. l. fi. C. de negot. gest.* & licèt
12 necessaria expensa † repetatur, *secundum Pet. Cyn. & alios in d. l. fi.* tamen hæc non dicitur omnino necessaria, quando eam alius erat facturus.

Aduerte tamen, quia Doctores *in d. §. sinautem, & in d. l. quod in vxorem*, quando vxor est adeo infirma, quòd marito debita præstare non potest obsequia, præsupponunt, quod eam maritus alat etiam extra domum. Imò loquuntur generaliter non solum, quando propter infirmitatem, sed etiam quando ex quauis alia causa, dum tamen sine sua, vel mariti culpa absit à domo, atque ita præsupponunt, eam esse extra domum. Præterea cum maritus non teneatur vltra redditus dotis impendere circa vxorem infirmam, non videtur, quod sua interfit alere in domo po-
13 tius quàm extra, & cessante interesse † nemo auditur. *Ang. in l. si patroni, § qui fideicommissaria. ff. ad Trebell. est tex. in l. si vnus. §. ante omnia, vbi Bar. ff. ad Trebell. Dec. in cons. 302. nu. 4. Tiraq. de retract. conuang. §. 1. gl. 2. num. 51.* nisi dicamus, quòd pro eo interest mariti, quia in domo eadem necessaria prouidebit, nec omnes fructus dotis impendet: non est enim certum, quod impensa sit absumptura omnem redditum dotis. Vt ergo liqueat marito id solum impendi, quod sit necessarium, dimittenda est vt alatur vxor in domo. Qua ratione mihi placet opinio Socini, quam sequitur Cordub. *d. l. si quis à liberis. §. si quis ex his, num. 28.*

Tertius est casus, quando fructus dotis non sufficiunt pro alimentis, & impensis ægrę mulieri necessarijs, & mulier est diues, quia habet bona extradotalia: & tunc quidquid consumtis fructi-
14 bus dotalibus deest, supplendū erit ab ipsa † vxore, *Iac. Butr. Cyn. Castr. Saly. & Alex. in d. l. quod in vxorem, Rom. d. cons. 517. num. 2. ver. sin autem redditus, Ang. d. §. fuerat, num. 11. Bal. & Imola in d. §. sin autem in sæuissimo, vterque circa fi. & ibi Alex. numero 7. dicit hanc esse veritatem, Socin. d. cons. 64. vers. aliquando & tertio, sequuntur alij omnes supra citati.* Et hic casus nullam habet difficultatem, sed quia fit mentio de muliere dotata, quæ tamen aliunde diues est, pro horum intelligentia sciendum est, quòd mulier habere potest bona triplicis generis, dotalia scilicet, paraphernalia, & extradotalia. Prima
15 sunt mariti, qui dicitur † dotis dominus, *l. dote ancillam. ff. de rei vend. l. & si dotis. vbi glo. & l. in rebus C de iure dot. l. dotis fructus. ff. eo. tit.* Paraphernalia sunt, quæ vxor defert ad domum mariti, & ei tra-
16 dit, † quasi præter dotem, *glo. in rub. C. de pact. conuen. Azo in summa illius tit. ver. res autem paraphernales, & in sum. C. de iure dot. Papien. in form. libel. quo vxor agit ad dotem, ver. tanquam bona paraphernalia, Dec. in cons. 521. num. 2.* Hæc autem marito non traduntur, vt in eum transferatur dominium, sed in eius domum deferuntur ratione vxoris vsus, vel saltem promiscui, *l. si ego. §. dotis. ff. de iure dot. vbi Bal. declarat.* & horum bonorum fructus non potest maritus percipere contra vxoris voluntatem, *Bar. in l. pen. in prin. ff. ad leg. Falcid. Bal. in l. vbi adhuc, C. de iure dot. Dec. d. cons. 521. nu. 10. & modum cognoscendi, quæ sint paraphernalia, ponit Ias. in l. maritus, num. 11. & seq. C de procurat. vbi Paris. ad Bar.* Tertia species continet bona, quæ neq; dotalia sunt, neque paraphernalia, & pro his maritus non potest
17 agere, nisi promittat de rato pro vxore, † *d. l. maritus, vbi Bar. Bal. Castr. Saly. Alex. & Ias. Socin. in consil. 82. vol. 4. Afflict. in dec. 44. Ruin. in cons. 722. vol. 1.* Si ergo vel ex paraphernalibus, vel alijs extradotalibus, vxor sibi prouidere potest pro alimentis, & medicinis, maritus, qui in curam vxoris impendit omnes fructus dotales, non tenetur vlterius impendere, sed vxor sibi debet prouidere.

Quid si vxor fuit infirma aliquot mensibus tantum, an maritus teneatur prius erogare fructus totius anni, antequàm vxor de suo impēdat? Super hac q̄stione inuenio solum Rui. qui *in consil. 139. num. 3. in fi. vol. 4.* dicit, maritum teneri † so-
18 lum pro fructibus illius temporis, quo vxor stetit infirma, non etiam pro aliis, quia illi supputantur super impensa residui temporis, & nihil allegat, sed eius opinio habet æquitatem, quia fructus vnius anni sustinere debent onera vnius anni, & cum dotis fructus marito cedant pro oneribus matrimonij, diuidi debent pro rata temporis, quo onera sustinentur, & quod debetur ra-
19 tione † seruitij, præstari debet pro rata seruitij, *l. pen. in fi. C. de erog. milit. anno. l. 1. C. de re milita.* & vbi quid præstatur ob certam causam, determinatur
20 secundum † illam *l. Seio, vbi Dyn. Bar. & Bal. ff. de annu. legat.* & præstatio regulatur secundum onus,
21 † propter quod illud præstatur, *l. generaliter, §. 1. C. de sacros. eccles. Rom. in cons. 417. nu. 4.* ideo vbi grauamen est commodi causa, sublato grauamine
22 cessat † commodum, *l. eum qui, vbi Bar. Ias. & alij. ff. de iureiur.* Ideo videmus, quòd ex quo pensio præstatur intuitu fructuum, si contingat quod conductor casu fortuito impediatur frui, fit remissio
23 pro rata † temporis, quo durauit impedimētum, *l. si quis domum, in princ. ff. loca. §. pen. Instit. eod. Bar. in l. si vno. §. item cum quidam, num. 4. ff. locati, Doctores, præcipuè Abb. in c. si propter. ff. eo. tit. Bello. in cons. 45. nu. 4.* Nec moueat quenquam exemplum Ecclesiæ reparandæ, pro qua Episcopus vel rector teneatur erogare quartam redditum etiam eius temporis, quo ecclesia reparatione non indige-
24 bat, † *vt post gl. & Doctores concludit Bero. in cons. 3. n. 10.*

et seq. vol. 1. Quia ideo illud obtinet, quod ea quarta est à principio ad eam causam à canonibus ordinata, & destinata. Conseruari itaq; debet vsque in euentum causæ, pro qua est eroganda: at secus in casu nostro, quando onera matrimonij sunt continua, & continuam afferunt impensam. Et ad confirmationem prædictorum, facit, quia soluto matrimonio rei dotalis fructus inter vxorē,
25 & hæredes mariti diuiduntur pro rata † temporis, *l. diuortio, & l. fructus, & vtrobiq; Doctores notant. ff. soluto matrim. Tiraquel. de retract. conuent. §. 5. glo. 4. num. 4.* Et ratio est, quia pro rata anni maritus sustinuit onera, Et dicit Bar. *in d. l. diuortio, §. ex contrario, nu. 11.* quod maritus fructus dotis lucratur
26 † pro ea parte anni, pro qua sustinuit onera matrimonij, & vbi quid præstatur pro alimentis, tunc diuisio fit pro rata temporis, quo alimenta sunt præstanda, vt colligitur ex ijs quæ ponit Didac. *lib. 1. variar. resolut. cap. 15. num. 12. ver. sed in hac ipsa, & num. 13. ver. mihi sanè.*

Quartus casus est, quando fructus dotis non sufficiunt, & vxor non habet aliunde, sed habet patrem diuitem, vel patre mortuo habet fratres, vel hæredes patris, an tunc euacuatis fructib. dotis, pater ipse, fratres, vel hæredes teneantur supplere, an verò id oneris marito incumbat? & circa hunc casum adnotandum, quod & si ad hanc quæstionem allegetur gl. *in d. §. sin autem in sæuissimo*, atq; ibi Bald. & Imola, tamen non loquuntur in nostris terminis, sed in casu, quando mulier est indotata. Dicit enim gl. quod maritus indotatam sustentare debet, Bal. verò & Imola dicunt verum esse, quando non habet aliunde. Cyn. autem *in d. l. quod in vxorem*, dicit, quod si vxor est inops, & non habet vnde alatur, tenetur maritus: sed quando ipsa est inops, & habet patrem diuitem, vel fratres, vel hæredes patris, non firmat pedes. Saly. ibi allegat idem velle gl. *in §. sin autem in sæuissimo*, quæ tamen hoc non dicit, vt aduerti suprà. Rom. *d. cons. 517. nu. 2.* idem dicit indistinctè: sed clarè hanc quæstionem decidit Socin. *in cons. 64. num. 3. ver. ex quibus infert, vol. 4.* dicens, quod
27 si mulier sit inops, dicitur non habere † aliunde, etiam si habeat patrem, vel fratrem, à quibus possit alimenta consequi. Dicit hoc voluisse Iac. But. *d. l. quod in vxorem.* Allegat etiam Ang. *in l. vnica, §. cum autem. C. de rei vxor. actio.* & subdit esse de hoc notabilem textum, qui non est alibi, *in l. cum vnus. §. fi. ff de alim. & cibar. leg. sequitur Cordub. in d. §. si quis ex his, num. 72. vbi allegat Saly. in d. l. vnica. §. sin autem, num. 9. C. de rei vxor. actio. & Capic. in decis. 24. num. 7.* Contrarium voluit Castr. *in d. l. quod in vxorem, num. 3. C. de neg. gest.* vbi ait, quod si vxor habet patrem, vel fratres, maritus non tenetur eam infirmam curare vltra vires dotis, & dicit textum ibi ita intelligi, secundum Cyn. Hoc etiam voluit Saly. ibi, *num. 1.* dicens quod si vxor habet patrem, vel alium qui tenetur alere, maritus non obligatur: sed vbi ipsa est inops, sed habet patrem vel alium, non tenetur maritus. Et subdit hoc modo procedere quod voluit glo. *in d. §. sin autem in sæuissimo, & idem dicit Aret. in d. §. fuerat, n. 11.* qui ita intelligit gl. prædictam, & ante eos hoc quoq; modo distinguit Bar. *in d. l. quod in vxorem.* vbi quoad exonerationem mariti parificat hos casus, quod vxor sit diues, vel habeat patrem, aut alium, qui de iure teneatur alere, Ruin. *in cons. 139. num. 3. vol. 4.* vbi vult, quod pater, mater, & fratres teneantur primum alere, & ipsis deficientibus, & non aliter maritus, *Rol. in d. tract. de lucro do. quæst. 69. num. 6.* Et facit, quia filius non potest
28 dici inops, quando suæ inopiæ succurrere † potest, cogendo patrem, vt se alat, *l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de liber. agnoscen.* & filius videtur ea possidere, † quæ pater possidet, *Bal. in l. fi. in fi. C. de impub. & al. substit. in l. 2. C. de legitim. hared.* & æstimum
29 patris, videtur æstimum filij, *glo. in l. 2. C. de his qui erg. Bald. in locis prædictis*: & magis ad rem accedendo non dicitur pauper, qui † patrem habet diuitem, *c. clericos, 1. quæstio. 2. & c. si. in fi. 16. quæst. 1. & c. 1. de magistr.* vbi Abb. *nu. 1.* dicit, eos non esse pauperes, qui parentum opibus possunt adiuuari: nam pater tenetur alere filium, & omnia necessaria præbere: & subdit non referre, an quis per se, vel per alium possit, sed tunc pauperem dici, quādo non potest per se, nec per alium. Addo quod voluit Cum. *in l. in suis. ff. de lib. & posthum.* vbi concludit, mulierem indotatam non gaudere beneficio auth. *præterea. C. vnde vir, & vxor*, quando ha-
31 bet patrem † diuitem. Et *in cons. 131. duo fratres*, vbi quod filius diues reputatur, cuius pater diues est, *Alex. in d. auth. præterea, num. 11. Corne. col. pen.* vbi ait, recentiores legendo & consulendo ita tenuisse; & cum eis transit Cur. iun. *nu. 9.* vbi ait, quod mulier potest patrem cogere ad dotandum, secundum communem Doctorum opinionem, & est in culpa, si non dat dotem, quam habere potest. Socin. *in cons. 30. num. 4. vol. 4. vbi inquit esse singularem decisionem, & idem repetit in cons. 121. nu. 49. vol. 4.* Et hanc decisionem sequuntur cōmuniter moderni, *vt inquit Dec. in d. auth. præterea, nu. 20. & Fabian. de Pep. num. 22. dicit, quòd approbatur magis communiter per Doctores, Tiraquell. in præfatio. l. si vnquam, num. 23. ver. & alijs multis, Caphal. in cons. 244. num. 2. Cordub. alios citans. l. si quis à liberis, in princ. num. 78. ff. de liber. agnos. Rolan. cons. 14. num. 19. & & 53. volum. 3.* Confirmatur hæc opinio, quia alimenta & expensas non præstat maritus ratione dotis, ex quo vt dictum est, excedunt fructus dotis. Non etiam ratione obsequij, quia ob aduersam valetudinem non potest seruire, *vt dixi supra*, ergo deberi non possunt, nisi ratione affectionis & sanguinis, vel charitatis. At vbi agitur de alimentis debitis ob sanguinis † coniunctionē, pri-
32 ma obligatio pertinet ad patrem, *vti volunt Dyn. & Bar. in l. non quemadmodum. ff. de liber. agnoscen. ponderant Alex. Corne. & alij in d. auth. præterea, & dicam suo loco.* Addo quod vxor tenetur de alimentis, potius subuenire † patri, quàm marito, *vt post Diuum*
33 *Thomam probat Fortunius in l. veluti, nu. 36. ff. de iust. & iure.* ergo pari modo debet à patre potius subueniri, quam à marito. Valet enim argumentum, *vt probatur in auth. licet, in fi. C. de natura. lib.* Eritigitur firma decisio, quòd si habet patrem diuitem, non

tenc-

tenetur maritus: sed si non extent pater, mater,
34 fratres, † vel hæredes patris, tunc à marito erunt ministranda alimenta. Et non obstat, quod voluerunt Ang. Salyc. & Capic. in contrarium citati: illi enim loquuntur in terminis penitus diuersis, quando scilicet soluto per mortem viri matrimonio, vxor vidua est alenda. Ideo enim tunc magis est alenda ab hæredibus mariti, quàm à patre, quia hæredes mariti habent dotem penes se, de cuius fructibus vxor alenda est, & pater tunc solum tenetur alere, quando filius non habet aliunde:
35 † at si filius habet de proprio, pater non potest conueniri, *l. si quis à liberis, §. sed si filius, ff. de lib. agnos. vbi Bar. & Alber. Iaf. in auth. res quæ, num. 11. C. commun. de legat. & dicam suo loco.* Dum ergo dotis fructus suppetunt, ex eis tanquam de suis proprijs bonis vxor est alenda per hæredes viri, non autem molestandus pater, qui tenetur in subsidium. Quod si hæredes mariti dotes restituissent,
36 vtique non tenerentur viduam † alere, *secundum Iac. de Are. in l. si constante. §. quoties. ff. soluto matrimonio. Bal. in auth. ei qui iurat, num. 39. C. de bon. auth. iud. possid. Cum. in l. diuortio, in prin. vbi Alex. num. 21. ff. soluto matr. & dicam in hoc eodem titulo.* Et quòd ea ratione hæredes mariti teneantur, ponit Saly. *in d. l. vnica, §. sin autem, nu. 9.* at in præsenti facto dos licet sit penes maritum, tamen cum mulier sit extra domum, & obsequia non præstet, non tenetur de proprio vltra fructus dotis, nec potest cõtemplatione dotis conueniri, quia impleuit iam quidquid dotis intuitu tenebatur præstare. Quod si ex ordine charitatis, & affectionis, atq; ita non actionis iure, sed officio Iudicis conueniatur, iustè excipiet id muneris prius incumbere patri.

Nec obstat tex. *in l. cum vnus. §. fi. ff. de alim. & cibar. legat.* vbi alimenta magis taxantur habito respectu ad dotem, quàm ad paternam hæreditatẽ: quia respondeo verum esse, quatenus sunt debita ex causa dotis. Ea enim causa cæteris omnibus præfertur, & magis obligat quàm sanguinis ratio: sed maritus ratione dotis non tenetur vxorem, quæ non sit in eius seruitijs, alere vltra dotis redditus, *vt dictum est supra*: Hinc videmus, quòd, 40
quatenus sufficiunt dotis fructus, maritus vxorem alit, etiam si habeat patrem diuitem. In eo ergo, quod expensa vxoris excedit fructum dotis, 41
maritus non est obstrictus alere; ergo non est habenda dotis ratio; & nos quærimus, an cessante obligatione, quæ prouenit ex dote, maritus in alendi necessitate præferatur patri, vel matri, vel alij. Præterea ille tex. non facit ad propositum, quia ibi nihil agitur de substantia alimentorum, vel de necessitate alendi, cum hæredes patris, qui & hæredes sunt & dotem relictam debent, sine dubio teneantur; sed agitur de quantitate, & qualitate alimentorum, nos contra quærimus de ipsa substantia, id est quis teneatur præstare.

Quinto verò casu, quando vxor est infirma, & sine dote, Cyn. *in l. quod in vxorem*, dicit simpliciter, quòd si est pauper maritus, † tenetur eam ale-
37 re, *per d. l. quod si nulla. ff. de relig.* Sequitur Bal. & Imola *in d. §. sin autem in fœuissimo*, post gl. ibi, quæ non distinguit, an habeat patrem, matrem, vel alios, ad quos alendi onus magis pertineat: sed conclusio vera est, quod si vxor est diues, tenetur seipsam de proprio curare; si est pauper, & habet patrem, matrem, vel fratres, hi tenentur vxori subuenire: si verò non habet patrem, vel alios,
38 tunc vltimo loco tenetur maritus. † Ita distinguit Castr. *in d. l. quod in vxorem.* vbi parificat hos casus, quòd sit diues, vel habeat patrem aut alios. Idem vult ibi Salyc. & eodem modo distinguit Aret. *in d. §. fuerat, num. 11. Ruin. in d. cons. 139. num. 3. vol. 3.* qui omnes ponunt eandem decisionem, quando est indotata, vel quando est dotata, sed fructus non sufficiunt, qui tamen casus videntur diuersam habere rationem: quia cum dixit indotatam, non videtur maritus respexisse ad onera matrimonij, at secus quando voluit dotem: nisi dicamus, quod vbi dotem recepit, non censetur cogitasse de oneribus, vltra quàm ferrent dotis fructus. Vlterius quando duxit dotatam, videtur pro ea dote se obligasse ad onera omnia, quæ possent contingere in matrimonio, eaq; suscepisse dote promissa mediante. Similiter, quando duxit indotatam, sibi debet imputare, quia principio nõ conuenit de dote, ideo videtur quod vtroq; casu teneatur infirmam alere. Sed respondetur, quod dos non supplet omnia onera matrimonialia:
39 nam non etiã sufficit communiter † ad onus alimentorum, *vt inquit Socin. in cons. 30. vol. 4. Rimnal. & Fabian. in d. auth. præterea, quos citat, & sequitur Alcia. in cons. 252. num. 4.* vbi considerat, quod dos mille aureorum sufficit pro Comitissa, & dicitur congrua, & tamen non sufficit pro illius alimentis: cum tamen multæ aliæ concurrant impensæ, præter onus alendi, sed principaliter considerantur obsequia, quæ vxor viro præstat. Ideo supra diximus, quòd tenetur maritus alere vxorem indotatam, quã habet in obsequio. Et non tenetur alere dotatam, quæ nõ sit in obsequio. Cum ergo ægrotante vxore cessent obsequia, cessare quoq; debent alimenta, si vxor habet aliunde, per se, vel per alium. Sed adhuc instari potest, si famulo infirmo † debentur alimenta, *l. diuortio, §. impendia. l. si cum dotem. §. sin autem in fœuissimo, vbi Bar. ff. soluto matr.* & si idem est in rectore, qui tenetur alere officiales † infirmos, *vt inquit Bar. in l. legatis. ff. de alim. & cibar. lega.* quare non idem indistinctè esse deberet in vxore, etiam si haberet patrem diuitem, vel per se haberet aliunde, attento quòd per eam stat quominus seruiat, sed per te casum cogita, quia meo iudicio non potest concludens ratio differentiæ haberi.

SVMMARIVM.

1 *Vxor repetit dotem, quando maritus exilio, vel confiscatione bonorum damnatur.*
2 *Vxor repetit dotem, quando mariti bona sunt pro parte publicata, etiam si ex remanenti sit diues.*
3 *Vxor repetit etiam donationem propter nuptias, quando publicantur mariti bona.*
4 *Vxor repetit dotes à fisco, quando maritus damnatus crimine læsæ maiestatis.*

5 *Vxor non debet pati pro marito.*
6 *Vxor, quæ dotes habet, vel habere potest, non alitur à fisco publicatis mariti bonis.*
7 *Vxor sub prætextu dotium existentium in pecunia, non impedit bona fisco incorporari, secus si sint in bonis stabilibus.*
8 *Vxor habens bona mariti obligata, impedit bona fisco incorporari.*
9 *Vxor possidens bona mariti, pro dotibus obligata, potest illa retinere donec soluantur dotes.*
10 *Vxor impedit incorporari fisco bona mariti, quando dos est in bonis quomodocunq; quæsitis.*
11 *Fiscus de bonis mariti confiscatis alit vxorem.*
12 *Fiscus pro bonis confiscatis sustinet omnia onera damnati.*
13 *Hæredes obligantur onere alendi, quod erat iniunctum defuncto.*
14 *Vxor inops & indotata consequitur quartam in bonis confiscatis marito diuiti.*
15 *Quarta in bonis coniugis prædiuitis debetur vxori pauperi & indotatæ loco legitimæ.*

QVÆSTIO XXXIIII.

QVid si bona mariti sint pro crimine fisco publicata, an fiscus teneatur vxori alimenta præstare? hæc quæstio tria habet capita; primũ, an mulier, quæ habet dotem, quæ à fisco occupatur, possit omissa petitione dotis, aspirare ad alimenta. Secundum, an dum pendet quæstio dotis restituendę, consequatur alimenta. Tertium, an mulier indotata sit à fisco alenda. Quod attinet ad primum, statuo vxorem non esse à fisco alendam, pateret enim via ad repetendum dotem, quam marito soluerat, cum exiliũ & con-
1 fiscatio † paupertatem inducant, *vt in Auth. de exhib. & intro. reus, in princ.* Ita post Ioan. And. Bart. Ang. Imola, & Butr. concludit Alex. *in l. si cum dotem. §. si maritus, nu. 3. ff. soluto matr.* vbi inquit, ꝙ marito bannito non solũ ꝓpter culpam, sed etiã ob factiones ciuitatis vxor potest dotes repetere ex remedio *l. si constante. ff. soluto matr.* Rom. *in cons. 187. nu. 6.* vbi dicit procedere, siue bannum sit cum publicatione bonorum, siue sine ea, allegat glo. *in l. 2 in prin. ff. soluto matrim. & in l. 1. C. de repud.* & dicit Bal. *in d. l. 2.* quod illa Glo. ad hoc allegatur quotidie. Campeg. *in tract. dot. par. 3. quæst. 23.* vbi inquit esse locum restitutioni, siue sit simpliciter iussus exulare, siue bona omnia sint publicata, siue eorum pars. Quando autem omnia bona publicata sunt, dicitur maritus laborare perfecta inopia. Et ponunt Doctores passim *in l. si constante. ff. soluto matr. vbi Bal. Nouel. nu. 49. Crot. nu. 28. Ias. nu. 66. & seq Lupus in rep. c. per. vestras, in 1. notab. §. 18. num. 11. & nu. 28.* vbi dicit, publicata parte bonorum dari
2 † repetitionem dotis, quamuis ex remanenti parte maritus sit diues. Idem vult. *in §. 19. num. 1.* vbi
3 quod non solum dos, sed etiam donatio † propter nuptias repeti potest. Gigas *de crimine læsæ maiest. lib. 3. q. 18. nu. 3. & seq.* vbi dicit procedere † etiã
4 in crimine læsæ maiestatis, quia vxor non debet
5 pati pro marito. † *l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito*, Et in *l. quisquis. §. vxores sanè. C. ad leg. Iul. maiest.* dicitur, quod vxores committentium crimen læsæ maiestatis dotes suas recuperant. Allegat quoque Butr. *in cons. 61. nu. 3.* Nellus *in tract. bannito. in 1. par. 2. temp. q. 44.* vbi tñ quod dictum est de parte bonorum confiscata, intelligit, si talis sit pars, qua amissa dicit possit illum cæpisse male vti sua substantia, latè agit Boss. *in tit. de publicatio. bonor. n. 73.* Clar. *in pract. crimin. q. 78. nu. 15.* Foller, *in sua prac. in 1. par. 2. par. in ver. annotant. bona, n. 23. et seq.* Plot. *in cons. 130. nu. 50. inter cons. crimin. collecta à Ziletto,* vbi loquitur in publicatione inducta ob crimen læsæ maiestatis, & tractat, an opponi possit contra dotem confessatam, Cordub. *d. l. si quis à liberis. §. si quis ex his, nu. 49. ff. de lib. agnos.* vbi per hanc rationem
6 concludit in terminis nostris, vxorẽ, quæ † dotes habet, vel habere potest, non esse alendam à fisco.

Aduertendum tñ circa practicandi modũ, quia si dos consistat in bonis immobilibus, poterit vxor impedire publicationem seu incorporationẽ eorum insistendo rebus ipsis: si verò sint in pecu-
7 nia, pro qua maritus erat vxor, † non impedit incorporationem, sed publicatione sequuta agit contra eum ad dotem. Et ratio est, quia incorporatio impeditur solum ab eo, qui habet rei dominium, vel possessionem, *l. si. C. de bon. vacant. lib. 10.* Per quam ita docent Bald. & Ang. *in l. si marito, in princ. ff. soluto matr. vbi etiam Alex. nu. 1. ver. nota etiam ex isto textu.* Est verum, quod si vxor habeat bona mariti obligata pro dotibus, vti semper habet tacitè, si non expressè, potest insistendo bonis vi-
8 gore † suæ hipothecæ impedire publicationem, *vt inquit Ang. in d. l. si marito, vbi Alex. loco prædicto eum sequitur.* Pro quo facit, quia vxor, quæ viuente marito inhabitabat domum, vel possidebat bona iure familiaritatis, potest eo mortuo mutato pos-
9 sessionis suæ titulo † possidere iure pignoris, donec sibi dos soluatur, *vt inquit Bald. in l. pen. col. 1. C. de non num. pecun. quem. seq. Ias. & Bald. non citati à Lupo in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 59. num. 1.* Et quod dictum est licere vxori repetere dotes, & posse eam impedire confiscationem, quando dos consistit in bonis immobilibus, pro-
10 cedit etiam in alijs bonis † quomodocunq; quæsitis, *vt est tex. in l. si quis post hac. C. de bon. damnat.* vbi dicitur, quod vxor ea capit authoritate propria. Et illum tex. dicit singularem Bart. *in c. ex literis, in princ. de pignorib. Lup. d. §. 59. in fi.* Est igitur conclusio, quod vbi vxor est dotata, non est alenda, sed debet dotẽ petere. An vero sit alenda, dum dotẽ petit, non est hoc loco tractandum, sed infra, vbi agemus de pręstãdis actori alimẽtis lite pendente.

Respectu verò tertij capitis concludo, fiscum
11 debere vxori indotatę † præstare alimenta, atque hoc voluit Boss. *in tit. de alimen. præst. vxo. & alijs, n. 3.* Mouetur, quia fiscus tenetur ea onera subire, ad
12 quæ † is tenebatur, cuius bona fisco sunt applicata, *l. 2. C. ad l. Iul. de vi pub.* item quia onus alendi incumbẽs defuncto † transit ad hęredes, *l. si quis à lib. §. item rescript. ff. de lib. agn.* Fiscus aũt est hæres anomalus, *vt dixi supra*, & hæc opinio multo magis ꝓcederet, quando vera esset opinio, quam tenuêre aliqui,

aliqui, quod bona mariti sint tacitè vxori obligata pro alimentis, quia tunc transirent in fiscum cum sua causa, id est cum onere alendi. Et sicuti fiscus tenetur patri, filio, & alijs personis alimenta in bonis confiscatis ministrare, vti supra demõstraui, quare non eodem modo alimenta dabit vxori? Adduco etiam tex. *in auth. bona damnatorũ, vbi glo. pen. C. de bonis proscrip.* qui vult, quod confi-
14 scatis bonis mariti diuitis, vxor † indotata & inops statim capiat quartam nõ obstante confiscatione, perinde ac si maritus decessisset. *ad idem est tex. in §. fi. vbi hoc not. Ang. in Auth. vt nulli iudic. per quæ iura hoc voluit Socin. in cons. 121. nu. 1. vol. 4. vbi ait Glo. prædictas esse communiter approbatas, id quod nu. 6. vult procedere etiam in crimine læsæ maiestatis, sequitur Plot. d. cons. 130. num 41. & 47. Cordub. d. §. si quis ex his, nu. 49.* Sicuti ergo vxor consequitur quartam, ita ha-
15 bebit à fisco alimenta, quia ea portio † defertur loco alimentorum, ne vxor cogatur mendicare. *§. quod autem, in Auth. vt lice. mat. & au. Rol. in cons. 14. num. 27. vol. 3.* Apparet igitur ex prædictorum explanatione, minus generaliter esse loquutũ Plot. in loco prædicto, *num. 83. & 86.* dum vult sine aliqua distinctione vxorem alendam esse de bonis confiscatis, cum tamen id intelligendum sit solũ, quando dotem non habet, vel quando eam petit, sed nondum est consequutus. Apparet item Cordub. loco prædicto, *nu. 45.* dũ discedit ab opinione Ploti, nulla præmissa distinctione, non bene loquutum, quamuis ea opinio obtineat duobus in casibus supra relatis: hic verò tertius casus intelligendus est, vt tunc fiscus vxorem alat, quando si non præcessisset confiscatio, teneretur maritus id oneris subire, secundum ea, quæ in præcedenti quæstione firmauimus, & alia, quæ mox subijciemus

SVMMARIVM.

1 *Vxor quòd alat virum, incongruum videtur.*
2 *Vxor non tenetur virum alere de bonis paraphernalibus, contra num. 6.*
3 *Fructus dotis & donationis propter nuptias, seruire debent in alimenta vxoris, & mariti.*
4 *Fructus dotis spectant ad maritum.*
5 *Dos vbi collocatur in tuto propter inopiam mariti, seruit nihilominus oneribus matrimonij.*
6 *Maritus pauper ali debet ab vxore.*
7 *Maritus & vxor sunt participes infortuniorum.*
8 *Correlatiuorum eadem est ratio, & decisio.*
9 *Ratio vbi est eadem, ibi & ius idem esse debet.*
10 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione, non est validũ, nisi perfectè partes enumerentur.*
11 *Duo si obstant, vno sublato, alterum remanet.*
12 *Ratio ampliat dispositionem.*
13 *Argumentum à maiore ad minus, est validum.*
14 *Legitima non debetur in bonis viuentis.*
15 *Legitima post mortem datur loco alimentorum.*
16 *Ratio naturalis non minus mouet quàm lex.*

QVÆSTIO XXXV.

VIsum est de alimentis vxori à marito præstandis: sed si maritus inops sit, an è contra vxor ei debeat exhibere alimenta? Et videtur quod non, quia incongruum est,
1 quòd vxor maritum alat, † vel aliquid conferat in eius alimenta, *leg. quod si stipulatus. 1. vbi glo. pen. ff. de donat. inter virum & vxor. & glo. vbi dicit, quod vir vxorem, non vxor virum alit, eam sequitur ibi Bal. num. primo, & Salic. idem Bal. qui clarius loquitur in l. quod in vxorem, num. 2. ver. quid è contra. C. de neg. gest.* vbi inquit, quòd si vir sit pauper, & vxor diues, de bonis paraphernalibus non alet eam. Mouetur ex *d. §. 1.*
2 Sed quod non alatur de bonis † paraphernalibus, est glo. *in l. vbi adhuc, in ver. ad sustentationem, C. de iure dot.* quæ dicit, quod etsi vir vergens ad inopiam, alendus sit de fructib. dotis & donationis propter nuptias, non tamen habebit alimenta de fructibus paraphernalium, & eã sequitur ibi Bal. *nu. 27. & Salic. num. 4. & glo. in d. l. quod si stipulata. §. 1. defendit Crotus, in l. si constante, in 2. lectura, num. 63.*

Contraria tamen sententia verior est, & sanè quod spectat ad dotem, non est dubium, quin ex eius fructibus danda sint marito alimenta. Est. n. de hoc textus expressus *in d. l. vbi adhuc. C. de iure dot. ibi, sed fructibus earum, &c.* vbi dicitur, quòd fru-
3 ctus † dotis, & donationis propter nuptias, seruire debent ad sustentationem mariti & vxoris. Ad idem est tex. *in l. mutus. §. manente. ff. de iure dot.* Imò
4 dotis fructus † sunt viri, *l. dotis fructus. ff. de iure dot.* & quod seruire debeant ad alendum virum, ponunt omnes Doctores *in l. si constante. ff. soluto matrim.* vbi Ias. *nu. 235.* dicit, quòd vbi dos soluto ma-
5 trimonio repetitur ob inopiam † mariti, debet nihilominus seruire pro oneribus matrimonij, id est, alimentis mariti, vxoris, & filiorum. Imò Bar. ibi, *num. 104.* vult, quòd si fructus dotis non solum sufficiant pro alimentis, & alijs oneribus matrimonij, sed etiam excedant onerum importantiam, quicquid deductis oneribus supereft, venit restituendum marito tanquam eorum domino, *Lup. c. per vestras, in 1. not. §. 20. num. 1. & 2.* vbi subdit, maritum esse dotis dominum, *Alex. d. l. si constante, nu. 38. Cordub. §. si quis ex his, num. 269. facit Bald. in l. pro oneribus, in princ. C. de iure dot.* Sed si dotis fructus non sufficiant, vel nulla extet dos, vel ea sit consumta, vel casu aliquo extincta, & deperdita, alendus erit vir de paraphernalibus, vel alijs bonis per vxorem, *l. prima, & auth. præterea, C. vnde vir & vxor. §. quoniam vero, in Authe. de exhib. & introduc.* Quæ iura licèt passim ad id à Doctoribus allegentur, non tamen id dicunt, sed seruiunt in argumentum, vt sicuti maritus vxori succedit, ita sit ab ea alendus. Atq; ita ex ipsis iuribus sumpto argumento inquit Specu. *in tit. qui fil. sint legitim. num. 40. ver. quid si mulier*, quod si mulier locuples sit, & maritus pauper, qui non habet vxoris bo-
6 na in dotem, habebit maritus alimenta † ab ea, & debebit iuuare eum, *sequitur Bar. in tract. de alimen. numero 49.* Et probatur ex tex. *in l. si cum dotem. §. si maritus, ver. quid enim. ff. soluto matrimonio,* vbi dicitur, maritum & vxorem esse participes
7 † infortuniorum. Et ibi hoc tenuit Bar. *in §. sin autem in sæuissimo, numero sexto,* vbi Ang. *d. §. si maritus, col. si.* dicit, quòd sicut vir alit vxorem, ita vxor alit virum. Et reprehendit glo. *in d. leg. si stipulata.*

§. 1.

§.1. Alex. num.9. vbi allegat Bal. ibi reprobare glo. prædictam in antiquis reportatis. Et vere Bal. ibi, *nu.4.* impugnat illam glo. Et licet Alexan. loco prædicto alleget pro hac parte Bald. *in d. l. quod in vxorem*, tamen ibi tenet contrarium, vt dixi, & pro hac opinione ſtat Bal. *in conſil.478.volu.5.* vbi dicit, quòd vxor tenetur ſubuenire marito poſito in neceſſitate, quia cum cenſeantur vna caro, & ſint ſocij diuinæ & humanæ domus, vnus alterius onera portabit. Et licèt vir ſemper alat vxorem, id tamen eſt, quia mulieres ſemper videntur in neceſſitate. *l. Quintus ff. de donat inter virum, & vxo.* Viri autem raro ſunt in neceſſitate, niſi contra communiter accidentia. Et declarat glo. *in dicta l. ſi. ſtipulata. §.1.* nõ procedere in caſu neceſſitatis, *Guid. Pap. in quæſt.439. nu.2. Socin. in conſil.82. num.10. vol.4.* vbi relato Baldo, qui dicebat maritum non eſſe alendum de fructibus paraphernaliũ, ſubdit eundem Bal. in quodam conſilio declarare, quod id non intelligitur ſubſiſtente viri neceſſitate, *Crot. in dicta l. ſi conſtante, num.62.* vbi dicit illam glo. eſſe reprobatam communiter, *& num.162. Lup. in cap. per veſtras, in 1. not. §.19. num.... de donat. inter vir. & vxo. folio mihi 109.* vbi quod de paraphernalibus eſt alendus, *Beninca. de pauper. in 8. quæſt. in 2. ſpecia. contract. num 27. Cordub. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his, num.14. ff. de liber. agnoſ. Vital. tract. clauſ. in clauſ. an alimen. renunc. poſſ. colum.2.3. & 5.*

Non obſtat igitur glo. *in d. l. ſi inſtituta. §.1.* quia nihil allegat, quod ſuam probet intentionem, *vt inquit Cordub. loco prædicto*, & eam communiter reprehendunt Doctores prædicti, qui conſtituunt communem opinionem: vel eſt intelligenda, quando maritus eſt diues, vel habet aliunde. Et cum maritus vxorem teneatur alere indotatam, & quæ aliunde non habet, *vt ſupra diximus*: pari ratione vxor miniſtrabit alimenta viro inopi, quia cum ſint relatiua, non debent iudicari ad
8 imparia; imò † diſpoſitum in vno, debet locum habere in alio, *l. ſi. vbi Doctores, præcipuè Iaſ. C. de indicta viduit. tollen.* vbi nonnullas recitat deciſiones, loquentes in indiuiduo marito & vxore. Facit etiam ratio ſucceſſionis, qua mouetur Specul. *dicto §. primo, numero 40.* Item ſi ordo charitatis, & affectionis maritum arctat ad alendum vxorem, quare non idem erit in vxore, quæ eadem charitate, & affectione erga virum obſtringitur? Vbi
9 enim eadem verſatur ratio, † idem eſſe debet ius, *l. illud. ff. ad leg. Aquil.*

Et non obſtant fundamenta Croti. *in d. l. ſi conſtante*, quia ad ea facilis eſt ſolutio. Et primò non obſtat, quod vxor alatur altera ex duabus cauſis, quia ſcilicet dotem portauerit, vel quia ſit in obſequio mariti: vtraque autem cauſa ceſſat in marito, quia non dat vxori dotem, nec eſt ei in obſequio, quia hoc argumentum non enumerat o-
10 mnes partes ſufficienter, ergo † non eſt validum, *l. filius. §. filiusfamilias, vbi gl. ff. de lib. & poſth. c. venerabilem, vbi Io. And. Bal. & Abbas, de electio. latè Euerar. loco 51. col.2. ver. quod eſt verum.* Nam non ſolum maritus alit vxorem, quando dotem portauit, & quando eam habet in obſequio, ſed etiam quando eſt indotata, & abeſt à domo viri ſine ſua, vel mariti culpa, vt quando eſt infirma, *quemadmodũ dixi ſupra*: Ergo cum tres ſint cauſæ, non ſufficit,
11 quod duæ abſint, quia vbi duo † ſunt vincula, ſublato vno, remanet alterum, *l. ſi quando, C. de inoff. teſtam. cum aliis, quos citaui in conſ. 50. nu.27.* Et qñ vxor eſt indotata, vel habet dotem, quæ non ſufficit ad alimenta, & medicinas, tunc maritus vxorem alit charitate ſanguinis, & affectionis, non autem intuitu dotis, vel obſequiorum, cum neutrũ concurrat. Eadẽ ergo ſanguinis, & affectionis ratione vxor tenetur virum alere, qui ſit pauper.

Nec obſtat quod & ſi humanum ſit, vxorẽ dare viro alimenta, non tamen id ſit neceſſariũ, *argu. l. humanum, C. de legib.* quia reſpondeo *in §. ſi maritus, l. ſi cum dotem*, rationem ibi adiectam importare non conſilium, ſed neceſſitatem: alias. n. non eſſet bona ratio, niſi per neceſſe concluderet di-
12 ctum. Nam ex † ratione ampliatur diſpoſitio, *l. regula. §. fin. vbi Bart. & Bal. ff. de iur. & facti ignor. Euerar. loco 35. colum.1.*

Non etiam mouet, quod ex quo facilius grauatur quis relinquere poſt mortem, quàm dare in vita, inferri non poſſit ad alimentorum debitum ex quarta poſt mortem debita, *per authen. præterea. C. vnde vir, & vxor.* Quandoquidem vt dixi, aliquando argumentum valet; eſt ſucceſſurus ab inteſtato, ergo ali debet: quia ſicuti proximior in ſucceſſione tenetur alere, ita debet ali, & illa quarta datur propter alimenta, *vt dixi in præcedenti quæſtione.* Quòd ſi eſt alendus vir poſt mortem vxoris, multo magis erit alendus in vita, quia poſt mortem alimenta præſtantur intuitu iam ſoluti matrimonij, ergo multo fortius debentur matrimonio durante, ſi propter quod vnumquodq; tale,
13 † & illud magis tale. *auth. multo magis, C. de ſacroſ. eccleſ.* Et exemplum de legitima, quã cogitur pater relinquere filio poſt mortem, licet in vita cogi non poſſit, non eſt concludens: quia & ſi ex bonis
14 inuentis † nõ debeatur legitima, *l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collatio. bono. l. parentibus, C. de inoff. teſtam.* tamen filium alere tenetur, vt dixi, & legitima poſt mor-
15 tem datur loco † alimentorũ. *§. prohibemus, in Auth. de trien. & ſemiſſe. Bar. in Auth. de hæred. & falcid. in princ.* Præterea vbi omnia alia argumenta ceſſarent, non tamen deeſt naturalis ratio, quæ ſuadet, quòd vxor diues alat inopem virũ, ſicut è contra vir diues vxorem alit inopem. Et mouere debet
16 iudicem hæc ratio † non minus, quàm lex, *l. ſcire oportet. §. ſufficit, ff. de excuſ. tut. Natta in conſ.129. nu.2. conſ.402. nu.32.* Poſtremò nõ obſtat, quod in præſenti caſu non ſit locus argumento à correlatiuis, propter rationis diuerſitatem, quia reſpondeo, quòd hic nulla ſubeſt diuerſitatis ratio, vt ſupra oſtendit: nam vbi alter coniugum eſt pauper, tenetur alter alendi onus ſubire, etiam ceſſante ratione obſequij. Quare motiuum Croti remanet ex prædictis ſublatum.

SVMMARIVM.

1 *Vxor repetit dotes, quando maritus ſubijcitur banno, quaſi vergat ad inopiam.*

2 *Ali nemo debet ex bonis, quibus fuit suo delicto priuatus.*
3 *Maleficus laborare semper debet egestate.*
4 *Priuilegium amittitur propter delictum.*
5 *Dos constante matrimonio repeti potest, quando maritus vergit ad inopiam.*
6 *Vxor de fructibus bonorum dotalium alit maritum bannitum.*
7 *Vxor diues tenetur alere maritum, non solum de bonis dotalibus, sed etiam de alijs.*
8 *Maritus hostis ciuitatis, vel principis, an sit ab vxore alendus.*
9 *Vxor tenetur maritum alere de fructibus aliorum bonorum, si fructus dotium non sufficiant.*
10 *Vxor tenetur exhibere reuerentiam viro.*
11 *Patris persona semper sancta filio videri debet.*
12 *Fructus dotis etiã collocatæ in tuto, spectant ad virũ.*
13 *Fructus dotis collocatæ in tuto, si supersunt solutis oneribus matrimonij, restituuntur viro.*
14 *Ali quis potest ex bonis per delictum sibi ablatis, quod delictum non respicit illius offensam, cui applicata sunt bona.*
15 *Bannum, & excommunicatio æquiparantur.*

QVÆSTIO XXXVI.

QVANDO maritus iussus est exulare, an alendus sit ab vxore? Et dubium versari potest circa duo, an scilicet ali debeat de bonis dotalibus, & an etiam, si fructus dotalium non sufficiant, vel dos non extet, teneatur vxor de bonis proprijs alere. Quoad primum videtur fore deneganda alimenta, quia propter
1 bannum factus est locus † repetitioni dotium, *vt post Io. And. Bar. Ange. Imo. & Butr. concludit Alexan. in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. soluto matrim. cum alijs, quos citaui in quæstione, an vxor alenda sit de bonis marito per confiscationem ademptis.* Et stat regula, quòd nemo est alendus de bonis, quibus fuit ex causa
2 † delicti priuatus, *Bald. in cap. 1. §. si verò violator, col. 3. de pace tenenda. & in auth. bona damnatorum, colum. 2. C. de bon. damnat. cum alijs, quos referam in titulo, quibus ex causis alimenta debita denegentur.* Respectu autem vtriusq; membri, ne alimenta debeantur, vrgere videtur ratio, quod maleficus † debet
3 laborare egestate, *l. bona fides, in fi. princ. ff. depos. & dicitur in l. quisquis, post princip. in §. filios vero, C. ad leg. Iul. maiest.* quod delinquentium filijs egestate sordentibus vita supplicium, & mors debet esse solatium. Ideo videmus, quòd † priuilegiũ amittitur
4 per delictum, *Castr. l. cum ita legatum, in princ. num. 3. ff. de leg. 2. Corset. sing. incip. gabella.* Verum res aliter se habet, quia & si viro bannito liceat vxori dotem repetere, tamen ea deseruire debet pro alimentis viri, ad quem finem semper ea repetitio
5 conceditur constante † matrimonio, *l. vbi adhuc, C. de iure dot. l. mutus. § manente. ff. de iure dot. & dixi in proximè præcedenti quæstione, & in terminis de marito bannito ponit Specu. in titu. de dote post diuort. restituen. §. fi. num. 20.* vbi inquit, quòd maritus post bannũ
6 vel excommunicationem ali debet † de fructibus bonorum dotalium, quæ vxor propter bannum recuperat. Allegat c. *pasce. 46. distinct. l. si cum dotem. §. si maritus. ff. soluto matr. Bart. in d. l. si constante, num. 22. ff. eod. tit.* vbi allegando Specul. dicit, quod marito absenti & bannito tenetur vxor mittere alimenta; Et subdit menti tenendum esse, *Bal. in l. vbi adhuc, nu. 21. C. de iure dot. vbi relatis Specul. & Bar. in locis prædictis inquit, esse notandũ. Nellus in tract. bannito. in 1. par. 2. temp. q. 44. circa fi. vbi ponit, an vxor teneatur sequi virum bannitum, Bald. Nouell in l. si constante, nu. 50.* vbi subdit, quod non solum alendus est vir de bonis dotalibus, sed etiã de alijs, quæ vxor
7 † diues habet, *d. l. si cum dotẽ. §. sin autem in sæuissimo,*
8 & ibi ponit, quid si maritus sit hostis † ciuitatis, vel principis. *Crot. ibi, num. 31.* vbi ait post Salic. & Perus. quod si fructus dotales nõ sufficiunt ad ali-
9 menta, † vxor de proprio tenetur subministrare. Idem voluit Campeg. *in tracta. dot. par. 3. q. 23. circa finem, Lup. in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 64. nu. 15. & in ca. per vestras, in 1. notab. in §. 19. nu. 1. eod. tit.* vbi ait, quod vxor non obstante banno, vel excõmunicatione, tenetur viro cohabitare: sed vbi etiam cum eo non conuersatur, tenetur ei mittere alimenta. Allegat Io. And. Alber. & Cardin. sed non distinguit, an alat de fructibus bonorũ dotalium, vel aliorũ bonorum. *Duen. in reg. 68. limitatio. 10. vbi tamẽ in verb. ex quo apparet, refert Crot. tenentẽ contrarium in l. si constante, qui tamen vt dixi, transit cum hac sententia, Cæphal. cons. 324. nu. 14. decis. Pedem. 124. n. 11. Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. si quis ex his, nu. 15. ff. de*
10 *liber. agnos.* vbi ait, cp cum vxor teneatur viro † exhibere reuerentiam, *l. alia. §. eleganter. ff. soluto matr.* nõ debet attendere, quod deliquerit: qualiscunq; enim sit, vir est, vt de filio erga patrem habemus *in §. si vero contigerit, in Auth. de incest. nupt.* & filio sem-
11 per † sancta videri debet persona patris, etiam si contemptor sit legũ, *l. liberto & filio. ff. de obseq. liber.* Et non obstat, quod nemo alendus sit de bonis sibi ablatis propter delictum: quia respondeo, quod vbi recuperatur dos ob mariti bannum, non dicitur vir priuari, sed dos dicitur in tuto collocari, *d. l. si constante, & l. vbi adhuc.* Ideo fructus
12 † spectant ad virum, *l. dotis fructus. ff. de iure dot.* & si quid supersit deductis oneribus matrimonij, est
13 restituendũ viro, † *vt inquit Bar. in d. l. si constante, nu. 101.* Respondeo secundo, quod ex quo delictum non est commissum contra legem matrimonij, non debet maritus priuari eo matrimonij commodo, per quod alendus est ex fructibus dotis, secus esset, quando delictum foret patratum in ipsum matrimonium. Ita distinguit Bal. *in d. l. vbi adhuc, nu. 21. Lup. in d. §. 64. num. 12.* vbi ita intel-
14 ligit eam regulam, quod non alatur † quis ex bonis sibi propter delictum ademptis, *& in d. §. 19. c. fi. decis. Pedem. 124. num. 12.*

Non etiã obstat, quod egestate laborare debet maleficus, quia respõdeo hoc procedere solũ, quãdo quis cõmittit in patriã vel principẽ, *ita loquitur l. quisquis, in contrariũ allegata,* Et iã supra diximus, patri etiã bannito, & filio quoq; bannito, nõ esse deneganda alimenta: quia etsi leges contempserint, nõ desinunt tñ esse pater, vel filius. Respondetur etiã, cp textus, qui dicũt, aliquẽ laborare extrema egestate, nõ intelligunt illũ fame necandũ,

sed

sed quod laboret inopia, id est, sit sine opibus, & victum sumat de aliorum manu. Ideo videmus Minoritas pauperrimos esse, sic disponente beati Francisci regula, sed alendos tamē indies eleemosynis. Erit igitur conclusio, quòd maritus bannitus, vel excommunicatus alatur ab vxore:
15 æquiparantur enim hæc, quod sit bannitus, † vel quod sit excommunicatus, *tex. in capite primo, in prin. hic si. lex Conradi.* licet quoad dotis repetitionem, aliqualem inter eos differentiam constituant Imola, & Alexan. *in d. l. si constante, vbi Iason, num. 169. allegat Io. Andr. & Butr.*

SVMMARIVM.

1 *Monasterium tenetur alere maritum eius, quæ ingressa est religionem viro consentiente.*
2 *Monasterium acquirit omnia bona ingressi.*
3 *Bona ingredientis monasterium videntur in illud alienata.*
4 *Consentiens alienationi rei suæ, sibi præiudicat.*
5 *Ingressus religionem, videtur mortuus.*
6 *Matrimonium dissoluitur per ingressum religionis, vt ibi.*
7 *Dotalis fundus non venit in generali alienatione.*
8 *Dotalis fundus venit in generali bonorū alienatione.*
9 *Dotalis fundus prohibetur alienari fauore mariti.*
10 *Dotalis fundi prohibetur alienatio, ne mulier remaneat indotata.*
11 *Ingressus religionem non dicitur læsus, si renunciat bonis.*
12 *Religionem ingredi non potest vnus coniugum altero inuito.*
13 *Sciens rem sibi obligatam alienari, si tacet, præiudicat, quando contradicendo poterat impedire.*
14 *Maritus etiam soluto matrimonio retinet priuilegia.*
15 *Emancipatus non vocat patrem in ius sine venia.*
16 *Monasterium tenetur ad omnia onera ingressi.*
17 *Factum legitimè non retractatur ex ijs quæ superueniunt.*
18 *Vxor potest ingredi religionem marito remanente in sæculo, si senex est, & caret suspicione incontinentiæ.*

QVÆSTIO XXXVII.

SI vxor consentiente marito ingreditur monasterium, & in illud transferat dotes, aut bona sua, an monasterium teneatur maritum alere? † Et Io. Andr. ad Specu. *in tit. qui fil. sint legit. §. 1. num. 14.* tenet, monasterium teneri, *sequitur Cordub. in l. si quis à liberis. §. si quis ex his, num. 16.* Mouetur ex eo, quod supra diximus, monasterium teneri ad alimenta erga filium ingressi, sicut etiam erga patrem ingressi. Hæc tamen sententia nō transit sine difficultate, quia bona eius, qui monasterium ingreditur, transferuntur in
2 monasterium, † *vt per auth. ingressi. C. de sacros. eccles.* & videntur alienata, † secundum Bald. *in c in præsentia, col. 12. de probatio. Ias. in d. auth. nu. 2 & 4.* vbi inquit, quod ea procedit etiam in minore, & eo, cui bonis interdictum est. Vt ex bonis per vxorem alienatis viro consentiente, non sunt à tertio præstanda alimenta, quia consentiens alienationi, † sibi præiudicat, *l. si fundum per fideicommissum, & l. nihil. §. 1. ff. de leg. 1. l. fideicommisso. §. 1. ff. de pignor. l. mater. C. de rei vend. Ias. consi. 13. col. 1. vol. 1. Tiraq. in l. si vnquam in vend. donatione largitus, nu. 348. C. de reuoc. donatio. D. Becius in consi. 57. nu. 16.* Non ergo poterit maritus conuenire monasterium, vt alimenta præstet ex bonis vxoris, quæ consensit alienari. Secundo allegari potest, quod vxor
5 per transitum ad religionem † videtur mortua, *l. Deo nobis. C. de epis. & cler. c. placuit. 16. quæst. 1.* & per religionem matrimonium dissoluitur, quo ad
6 omnia, præterquā quo ad hoc, vt remanens † in sæculo possit aliam vxorem ducere, *vt per Abb. in rub. de diuor. Angeli. in sum. in verb. matrimonium il. 4. num. 4. Didac. in epitom. de sponsa. par. 2. cap. 7. §. 4. in prin.* Ergo non potest alter coniugum alimenta petere, sicut non peteret, si matrimonium esset morte solutum. Addo quod dum maritus consentit, vxorem ingredi religionem, videtur ei omnia remittere, quæ vxor in matrimonio tenebatur præstare, & consequenter etiam onus alendi. Et si dicatur, quod fundus dotalis non venit in
7 generali † alienatione, secundum Bar. *in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. Aret. Instit. quibus aliena. non licet, in prin. nu. 6.* respondeo, quòd hoc fallit, quādo vniuersitas bonorum in alium transfertur,
8 quia cum vniuersitate venit etiam dotalis † fundus, *glo. Inst. quibus aliena. non licet, in princ. in ver. prohibetur, Azo in sum. C. de fundo dotali, num. 8.* Et in præsenti facto cessant rationes, propter quas fundi dotalis à lege prohibetur alienatio: fauor enim mariti, propter quem inducta est prohibitio,
9 † *Bar. in l. si quis in tantam, nu. 12. C. vnde vi, Decis. Pedem. 94. num. 26. Natta in consi. 528. nu. 2.* cessat, quia consentiendo, quod mulier efficiatur monacha, censetur renunciare suo fauori. Item ratio mulieris, ne scilicet remaneat indotata, quæ est altera prohibitionis † causa, *secundum tex. institu. quibus alien. non licet, in fi. princip. vbi Aret. num. 7. Imola in l. cum vir, col. 4. versi. & intellige prædicta. ff. de vsucap. vbi Castr. num. 1. in fine,* destruitur, quia ingressa religionem non indiget dote, & quando ingressurus religionem renunciat bonis suis, non attenditur læsio, nec † consideratur. Et quod dicitur de patre vel filio ingrediente religionem, habet diuersam rationem, quia is potest inuito filio vel patre respectiuè ingredi religionem, quod mari-
12 to vel vxori non licet † altero coniugum inuito, *c. coniugatus, & ca. vxoratus. de conuers. coniugat.* Proinde coniunx superstes sibi imputet, qui alteri religionem ingredienti consentit, cum tamen dissentiendo potuisset impedire. Ita videmus q; qui sciēs patitur alienari rē sibi obligatā, sibi præ-
13 iudicat, quando cōtradicendo † poterat impedire alienationem, *glo. magna, circa med. in l. Caius, vbi Bar. ff. de pigno. actio. in c. non ne, de præsumpt. in c. plerumq; 12. quæst. 7. Tiraq. de re tract. consang. §. 1. glo. 9. num. 47. Crot. in l. filius famil. §. Diui, nu. 148. ff. de leg. 1. Paris. in consil. 93. num. 45. volum. primo, Cephal. in consil. 110. num. duodecimo, Menoch. consi. 58. num. 65.* Concludo itaque ex prædictis, non posse sustineri decisionem Io. And. licet pro ea faciat, quod vbi matrimonium dissoluitur, tunc maritus retinet

14 tinet priuilegium propter reliquias † præcedentis matrimonij, *secundum Io. Andr. in c. 1. quem ibi sequitur Abb. de donatio. inter vir. & vxor.* vbi reprobata gl. 2. dicit, quod maritus in restituenda dote ob solutum matrimonium non conuenitur, nisi in quantum facere potest, & alioquin semper reliquiæ præcedentis actus prosunt, *vt in patria potestate dicit Aret. in §. ius autem. Instit. de pat. potestat.*
15 vbi vult quod ideo filius emancipatus † non vocat patrem in ius sine venia. Facit etiam, quod sicuti maritus ali debet ab hæredibus vxoris, vt dicam infra de vidua alenda ab hæredibus viri, ita alendus est à monasterio, quod habet omnia vxoris bona. Et si dicatur, quod monasterium non est hæres, respondeo, quod tenetur ad om-
16 nia onera † ingressi, *Bar. in l. fi. per illum tex. ff. de adoptio. Gl. & Doctores in d. auth. ingressi, vbi comprobat Ias. num. 44.* Sic etiam diximus in fisco. Solutio tamen est, quod maritus, quando consensit vxorem ingredi religionem, nullum ius habeat in bonis vxoris. Ergo onus alendi non incumbebat vxori, & consequenter non potuit in monasterium transire, atq; ita aut tempore ingressus maritus erat egenus, & sibi imputet quod consensit, aut superuenit egestas, & illa non nocet mona-
17 sterio, cui bona erant antea quæsita † libere sine onere alendi, *leg. in ambiguis, §. non est nouum. ff. de reg. iur. c. factum legitimè, eod. ti. in 6. & vbique gl.* Et quia Io. And. loco prædicto loquitur de vxore admodum sene, scias pro declaratione, quod & si regulariter matrimonium non soluatur consensu iugalium, tamen vxor potest ingredi religio-
18 nem marito remanente in seculo, si † senex sit & non suspectus incontinentiæ, *c. cum sis, & c. ad apostolicam, de conuers. coniuga.*

SVMMARIVM.

1 *Pater sustinet, omnia filij inopis onera.*
2 *Socer tenetur nurum inopem alere.*
3 *Maritus & vxor dicuntur vna caro.*
4 *Nurus habetur loco filiæ.*
5 *Socer tenet locum patris.*
6 *Onera matrimonij, esse ibi debent, vbi est dos.*
7 *Fructus dotis seruire debent oneribus matrimonij.*
8 *Pater expellens à domo filium, tenetur illi dotem vxoris reddere.*
9 *Pater expellens filium à domo, restituit etiam donationem propter nuptias.*
10 *Socer, qui sustinet onera matrimonij, lucratur dotem ex forma statuti.*
11 *Socer alit nurum indotatam, si consensit matrimonio.*
12 *Pater, vbi filius est pauper, sustinet pro eo onera matrimonij.*
13 *Socer non alit nurum, quam filius, illo contradicente duxit sine dote.*
14 *Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.*
15 *Socer alit nurum, quam filius ipso inuito duxit.*
16 *Socer alit nurum, quæ sine culpa exiuit domum soceri, vel mariti.*
17 *Vxor quoq; alenda est ei, cui alimenta promissa sunt.*
18 *Socer tenetur alere nurum, etiam quando filius dotem sibi restitutam dissipauit.*
19 *Socer dotem filio restituendo de consensu nurus liberatur.*
20 *Socer dotem filio restituendo sine causa non liberatur, etiam si nurus consentiat.*
21 *Socer dotem restituendo nurui pro alenda se, marito & filijs, liberatur, si nurus iurat non contrauenire.*
22 *Socer non alit nurum dotatam, donec fructus dotis penes maritum existentes, suppetunt.*
23 *Fructus dotis debentur viro sub tacita conditione, si matrimonij onera sustinebit.*
24 *Socer alit filiũ & nurũ, quando, licet subsit causa restituendi dotes, tamen filius suspectus est dilapidationis.*
25 *Socer non alit nurum in casibus, quibus maritus diues non teneretur.*
26 *Argumentum à maiori ad minus, est validum.*
27 *Fideiussor non obligatur in plus quàm principalis.*
28 *Culpa vnius non debet alij nocere.*
29 *Pœna tenere debet suos authores.*
30 *Noxa caput sequitur.*
31 *Mariti delictum vxori non nocet, etiam in crimine læsæ maiestatis.*
32 *Pactum vnius, non præiudicat alij.*
33 *Transactio facta cum vno, non præiudicat alij.*
34 *Dotalis fundus si à marito alienatur, poterit ab vxore vendicari.*
35 *Factum patris minus nocet vxori quàm filio.*
36 *Nepos ex nuru ignominiosa succedit auo.*
37 *Auus potest exhæredare nepotem ex nuru ignominiosa.*
38 *Filius agit contra patrem, vt se obliget pro restitutione dotis, non autem nurus.*
39 *Vxor agit vti coniuncta persona mariti contra sororem, vel etiam vtili actione, vt se obliget pro dotis restitutione.*
40 *Socer alit etiam pronurum.*
41 *Nurus appellatione venit etiam pronurus.*

QVÆSTIO XXXVIII.



ET non solum maritus tenetur vxorem alere, vt dixi supra, sed si is sit pauper, & vxor eius non habeat aliunde, soror atq; ita mariti pater alimenta nurui præstabit. Dicitur. n. *in l. si quis à liberis, §. non tantũ. ff. de lib. agnos.* quòd pater non solum tenetur filium alere, sed cætera fi-
1 liorum onera † præstare. Et in *l. si filiã. §. si filius familias. ff. famil. ercis.* dicitur, quod pater filij onera, & nurus agnoscere necesse habet. Vt expresè a-
2 lendam nurum voluit † glo. *in d. §. non tantũ, in ver. onera. & ibi Bart. idem Bart. in tract. alimento. num. 16. hoc voluit etiam Ias. in l. si constante, num. 48. Crot. ibi, num. 160. Rip. num. 54. circa fi. Ruin. in cons. 144. num. 5. & 6. vol. 5. Didac. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. ver. 3. subinfertur, Barbat. in c. 2. num. 46. de foro compet. in c. iurauit, num. 24. de probat. vbi tamen alia iura allegat, Bero. in cons. 52. num. 1. volum. 2. & ante eos, Specul. in tit. qui fil. sint legit. num. 28.* vbi dicit quòd etiam pronurus est alenda, *Natta in cons. 278. in princ. D. Becius cons. 43. num. 9. in fi. Boer. in decis. 195. in fi. Padill. in auth. res quæ, num. 89. C. comm. de legat.* vbi multos citat, *Cordub. in d. §. non tantum, num. 42. Viuius commun. opin. lib. 1. opinio. 22. col. 2. in fi.* Et ra-

3 tio est, quia cum vir, & vxor sint vna † caro, *c. si vir,*
4 *& vxor, 35. q. 2.* nurus est habenda † pro filia, & so-
5 cer tenet † locum patris, *Menoc. de arbitr. iud. casu 348. num. 13.* Ideo sicuti pater alit filium, ita & nurum. Et in terminis hanc adducit rationem Cyn. *in l. vbi adhuc, quæstio. 16. num. 14. quem ibi sequitur Alber. colum. 3. in fin. ver. quærit etiam Cin. C. de iure dot.* Hæc opinio de plano procedit, quando nurus est dotata, & dos est penes socerum: quia cum dos detur propter onera matrimonij, ibi esse debent o-
6 nera, † vbi est dos, *l. secundum naturam. ff. de reg. iur.*
7 Et quia fructus dotis seruire † debent oneribus matrimonij, *d. l. vbi adhuc, & Doctores in d. l. si constante, in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. soluto matrim. Bar. & Alex. in l. contra. §. quoties. ff. de actio. rer. amot.* & pater, qui dotem habet, tenetur onera matrimonij subire, sicuti tenetur ea subire vxor eo casu, quo de iure dos est sibi restituenda, *d. l. vbi adhuc, & d. l. si constante, vbi Doctores.* ideo videmus, quòd si pater sine causa filium domo expulit, te-
8 netur illi dotem restituere, † vt ex ea filius alat se & vxorem, & idem est, quando de patris consensu secedit, vel aliter ex iusta causa exiuit patris domũ, *vt est tex. in l. si is qui. §. si ibi dos. ff. de iure dot. per quem ita tenet Imola in d. §. transgrediamur, in fin.* vbi dicit aliter esse dicendum, quando sine culpa patris secedit, *sequitur Castr. ibi, & Alex. numero nono, Castr. in l. secunda. C. fam. ercis. Campeg. in tracta. dot. par. tertia, quæstio. 16.* Hanc partem comprobat latè D. Becius *in cons. quadragesimo secundo,* vbi etiam concludit, & multis ratonibus euincit, teneri socerũ restituere
9 eo casu † donationem propter nuptias, *seq. Lancel. Gal. super consuet. Alexan. in ver. vxori, quæstio. 4. numero 13.* Hac ipsa ratione socer lucratur do-
10 tem, si ipse onera † sustinuit matrimonij, *secundum opinionem Dyni, in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. mat. Cy. l. 2. C. famil. ercis. Barto. in l. dotem. ff. de castr. pecul. Abb. con. 9. circa fin. volu. 2. Marsil. sing. 264. de quo tamen vide apud Phanuc. de dot. glos. 8. numero 24.* Sed difficultas est, quando rursus est indotata, & si apparet socerum consensisse matrimonio, te-
netur eum alere, si non habet aliunde, quia
11 † consentiendo censetur se obligare, *vt tenet Bartol. in l. si cum dotem. §. transgrediamur, vbi eum sequuntur Bald. Ang. Imola, Castren. & alij, ff. soluto matrim.* Idem est, quando non apparet patrem consensisse, nec dissensisse: nam, vt dixi, maritus tenetur alere vxorem indotatam; vbi verò ipse propter paupertatem non est habilis, transfertur
12 onus † in patrem, *vt per Crot. in d. l. si constante, circa fin.* Et sicuti pater alit filium, ita & nurum, quæ habetur pro filia, & quam alere tenetur filius. Est enim onus filij, *vt inquit glos. d. §. non tantum.* Sed si filius indotatam vxorem duxit patre contradicente, Socin. in quodam consilio, non impresso,
13 concludit non teneri socerum † prestare alimenta nurui, quam filius duxit sine dote. Mouetur ex pluribus rationibus, quas refert Crot. *in l. si constante, num. 160. & seq. in 2. Lectu. ff. solu. matrim.* Sed hanc Soci. sententiam improbat Crot. ibi, quem simpliciter citat Didac. *d. §. 6. numero 5. versic. tertio subinfertur, Cordub. §. non tantum numero 42.* qui tamẽ non distinguit inter dotatam & indotatam
Ruin. in con. 144. num. 5. & 6. volum. 5. vbi loquitur de indotata. Mouetur, quia socer nõ minus nurui, quam
14 filio † necesse habet prouidere, *secundũ glo. in l. quia parentis, in glo. fin. ff. solu. matrim.* Cum enim socer sit loco parentis, vt ibi dicitur, videtur ipsa quoque nurus, sicut filius, esse in potestate patris; & sicut filio ducenti vxorem indotatã alimenta denegari non possunt, ita nec nurui. Et *num. 18.* Ruin dicit procedere hanc opinionem, etiamsi patre inuito,
15 † filius illam vxorem duxisset, & *num. 6.* vult idem esse, quando vxor non est in seruitio viri, vel soce-
16 ri, † absq; tamen propria culpa. Et in vxore indotata hoc voluit quoq; Bero. *d. cons. 52. vol. 2. num. 1. vbi num. 17.* idem tenet, quãdo sine culpa degit extra domum, & *num. 18.* dicit, duplici iure teneri socerum ad alimenta nurus. Primum est ratione dotis, cuius fructus impendẽdi sunt in sustinendis oneribus matrimonij, *vt per Doctores in d. §. transgrediamur.* Secundum est ratione naturali, & sanguinis, atq; ideo licet, quando nurus est indotata, cesset prima ratio, non tamen defuit secunda. Et facit, quia vbi alicui debẽtur alimenta, tunc eius quoq;
17 vxor † est alenda, *glo. in cap. admonere, in ver. partem 33. q. 2. Barbar. in cap. 2. num. 46. de foro compet. Ruin. d cons. 144. num. 8.* Addo, quod sicuti patri non iuste denegantur alimenta, quia sit cõtemptor legum, vt supra dixi: ita nec filio, qui vxorem indotatam duxit patre inuito, & consequenter non etiam negabuntur nurui: cum enim pater & filius sint correlatiua, dispositum in vno locum habet in alio, *l. fin. C. de indicta viduit. tollen.* Natta tamen, *consil. 278. in fin.* non audet suum interponere iudicium.
18 Ampliatur hæc opinio, † vt procedat, etiamsi pater dotem sibi solutam restituisset filio, qui mox illam perdiderit, quia eo casu nihilominus pater tenetur nurum alere, si filius sit pauper, *secundum Bald in consi. 119. volum. 4. quem citat, & sequitur Ruin. d. consilio 144. numero 13. volum. 6. Crot. d. l. si constante. numero 162. solu. matrim.* licèt pater soluendo do-
19 tem filio, liberetur † consentiente nuru, per tex. *in l. sanè, vbi Bartol. Bald. Salicet. & Fulgos. ff. de iure dot. Ruin. & Crot. in loco prædicto.* Id quod tamen in-
20 telligendum, quando iusta subest causa † restituendi dotem, *secundum Ioan. Andr. ad Spec. in tit. de restitut. dot. post diuor. fac. §. primo, in fin. Castren. d. §. transgrediamur, numero 4. vbi Rom. numero 22. Ancharan. in consilio 238. Natta in consilio 496. numero 9.* Alias si esset iusta causa restituendi, licet marito fiat restitutio de consensu vxoris, non liberatur socer, *vt tenent prædicti Doctores, & declarat D. Becius d. consilio 43. numer. 8.* Et idem est, quando sine causa fieret restitutio, sed vxor cum iuramento pro-
21 mitteret de non contraueniendo, & fiat † restitutio ad effectũ, vt se & suos alat. *Ita consulit Bald. in d. con. 119. sequitur Ruin. d. con. 144. n. 13. & latius Natta d. con. 496. n. 9.* Quando ergo fit hæc restitutio, licèt socer liberetur ab onere iterũ restituendi dotem, non tñ liberatur ab onere alimentandi vxorẽ. Resolutio tamen huius ampliationis dependet à veritate illius conclusionis, quam plures probarũt, quòd pater non tenetur alere filium, qui portionem

nem bonorum sibi assignatam dissipauit, de qua sumus verba facturi in ea parte, vbi agitur de causis, quibus debita alimenta possunt denegari. Vbi tamen nurus est dotata, & dos est apud maritum, non tenetur socer illam alere, dum
22 fructus dotis † suppetunt, *secundum Bald. in d. consilio 119. Ruin.d. cons. 144. num. 16.* fructus enim dotis habent conditionem tacitam, si onera matrimonij †
23 supportentur, *l. si marito. ff. fam. ercis.* Per quam inquit Dyn. *in consil. 12.* quod si maritus sustinet onera matrimonij, pater eius non lucrabitur fructus dotis, *sequitur Bald. in d. §. transgrediamur, in fine, vbi Castr. numer. 7. Aret. in §. fuerat, numero 32. Institut. de actio. Bal. Nouel. in tract. dot. par. 7. priuileg. 34. col. 3. D. Becius d. consil. 43. num. 9.* Ideo filius qui dotem habet penes se, tenetur vxorem alere, non autem pater, qui solum in subsidium tenetur, quando nurus non est soluendo: at dum filius est soluendo, vel habet dotis fructus, ipse tenetur, *vt per Crot. in d. l. si constante, num. 162. in fin. & Ruin.d. cons. 144.*

Aduerte etiam, quòd vno casu tenetur pater alere nurum & filium, etiamsi iusta subesset causa restituendi dotem, quando scilicet filius est dilapidationis suspectus: tunc enim, nisi caueat de cõseruanda dote, non cogitur pater dotem restituere,
24 † sed alit filium & nurum, *ita Bald. & Salic. in l. 2. C. famil. ercis. Imola, in d. §. transgrediamur, in fine, vbi Fulgos. num. 5. & Alexan. num. 9. Boer. decis. 195. numero 9 D Becius in d. cons. 43. num. 7.* Id, quod ego intelligo non in subsidium, sed etiam si filius vel nurus sint soluendo, quia cum percipiat fructus dotis, tenetur ad alimenta, per supradicta.

Aduerte etiam, quòd socer nurum non alet in casibus, quibus maritus diues non tenetur alere vxorem, quia onus id socero incumbit in subsidium, & in consequentiam marito. Vbi ergo ma-
25 ritus non tenetur, socer † quoque liberatur, & si non tenetur maritus, cuius proximior est obligatio, multo minus tenebitur socer, qui est remo-
26 tior, argumento de † maiori ad minus, *c. si ergo, vbi glos. 8. q. 1. c. si Paulus, vbi glos. 30. q. 5. Euerar loco 66.* Et tenetur socer propter maritum, ideo liberatur his casibus, quibus maritus non obligatur, *argumento authen. multo magis, C. de sacros. Eccles.* & accessorium non debet in plus obligari, quàm
27 principale, vt dicimus de fideiussore, † *l. Græce. §. illud. l. sicut. ff. de fideiusso. §. fideiussores, Institut. eod. tit. Alexan. in l. 1. §. si stipulanti, num. 3. vbi Ias. num. 9. ff. de verb. oblig. Paris. cons. 164. num. 21. volum. 4. Mars. in rub. ff. de fideiuss. num. 291. Cæpha. in cons. 218. num. 22.* Sed an teneatur alere nurum in casibus, quibus non tenetur alere filium, non inuenio tactum à Doctoribus, sed credo teneri; quia licèt filius tale quid committat contra patrem, propter quod possit alimentis priuari, non tamen
28 nurus debet grauari † ob culpam mariti, *l. si quis in suo. §. si. C. de inoff. testam.* puniriq; nemo debet ex
29 delicto alterius, sed pœna suos authores tenere † debet. *l. sancimus, C. de pœn.* & noxa † caput sequi-
30 tur, *§. omnis. Institut. de noxa. actio. l. crimen ff. de pœn. l. adoptiuum. §. patronum. C. de in ius vocan. l. diui fratres. ff. de iure patron. Menoch. in cons. 98. n. 59. & seq.* & maritus delinquendo vel aliter cõmittendo contra patrem, non potest vxori præiudicare, *l. ibi q nostrum est. de reg. iur.* Et habemus rub. & titulum, *C. ne vxor pro marito.* Quod si ex facto mariti non conuenitur vxor, in alijs non etiam vxori poterunt alimenta negari ex culpa mariti. Et sicuti delictum mariti non noceat vxori, † etiam in crimi-
31 ne læsæ maiestatis, *C. ad l. Iul. maiest.* ita non debet eius factum nocere, quominus consequatur alimenta in bonis soceri. Cum.n. sint duo creditores alimentorũ, vir & vxor, non potest factum vnius alteri nocere, quia pactum vnius † non præ-
32 iudicat alteri. *l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact.* idem est in transactione, † *l. prima, C. de transact. l. Imp. in prin. vbi Bald. in §. fi. ff. de transact.* idem est in renunciatione, *l. iubemus, C. ad Trebell.* & in iuramento, *l. 3. vers. penul. ff. de iureiur. & latè probant Bald. & Castr. in l. si actionẽ, C. de transact. comprobat Ias. in §. ante omnia, col. 1.* Et sicuti alimentatio fundi dotalis, quam facit maritus, non nocet vxori, quominus † eo de-
34 functo fundum vendicet. *l. in rebus. C. de iure dot. gl. Institut. quib. alienatio. non lic. in princ. in vers. interdicto. vbi Aret. n. 7. quam dicit notandam, vt singulare Imola, in l. cum vir, col. 4. post princ. ff. de vsucap.* ita vxori non præiudicabit factũ mariti circa alimenta: Valet enim argumentũ de alimentis ad dotem, vti diximus, & inquit Ruin. *in cons. 144. n. 18. vol. 5.* & circa
35 alimenta factũ patris minus nocet † vxori q̃ filio.

Posset hic quoque quæri, an teneatur socer, quando filius duxit indignam vxorem, & quæ sibi & patri sit dedecori? Et de rigore iuris talis nurus non esset alenda per ea, quæ supra diximus de filio, qui duxit indignam vxorem, & filia quæ indigno nupsit viro. Et licet in contrarium videatur tex. *in l. 3. §. si emancipatus, ff. de bono. poss. contra tab.* vbi *in vers. nam & si*, dicit nepotem † ex nuru
36 ignominiosa admittendum esse ad bonorũ possessionem, tamẽ si bene ponderetur, probat hanc opinionem, dum inquit, quòd poterat auus exhæredare, † secundum vnum intellectum glo. qui
37 etiam videtur verior. Nam aliàs ratio exhæredationis non concluderet, si ad filium, non ad nepotem fieret relatio. Et videtur sentire Natta, *dicto consilio 278. circa medium.*

Circa tamen hanc quæstionem principalem, omittendum non est, quòd directa actio, pro alimentis nurui præstandis, datur filio, nõ eius vxori, sicuti dicimus, quòd filius non vxor agit, vt pa-
38 ter se obliget pro † restitutione dotis, *secundum Castr. in l. si cum dotem. §. transgrediamur num. 8. & seq. ff. soluto matr.* Sed ipsa quoq; nurus agere poterit, vel tamquam coniuncta persona mariti, ad pro-
39 priam tamen vtilitatem, vel etiam vtili † actione proprio nomine, *argumento l. si longius. ff. de iudic. Ruin. in cons. 144. n. 19. in fi. ver. & si dicatur, vbi mouetur ex dictis per Bart. in l. si constante, in princ. nu. 64. & seq.* Et quæ supradicta sunt de nuru alenda, ꝓcedunt
40 ẽt in pronuru, † *vt per Spec. in tit. qui fil. sint legitimi. §. 1. n. 28. Nat. in con. 278. in prin.* Et ratio est, quia appellatione nurus, venit etiã ꝓnurus, *Bart. in l. si quis sub conditione, col. 3. ff. de test. tute. Bero. cõs. 97. n. 10. vol. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Nurus alit socerum de fructibus dotis, sibi restituta.*
2 *Charitas prima incipit à seipso.*
3 *Fructus dotis collocatæ in tuto, si supersunt solutis oneribus matrimonij, spectant ad maritum.*
4 *Causa impleta si quid supereſt, venit restituendum, si quid ob causam datum est.*
5 *Maritus, qui fundum ad alimenta assignauit vxori, repetit fructus, qui supersunt deductis alimentis.*
6 *Persona repræsentata attenditur, non repræsentans.*
7 *Dotata non dicitur, nec statuto excluditur ea, cui dos sit de proprijs bonis data.*
8 *Socer habetur loco patris.*
9 *Maritus, & vxor dicuntur vna caro.*
10 *Dispositio dicitur fauorabilis, per quam alimenta alicui ordinantur.*
11 *Socer includitur fauorabili dispositione loquente de marito.*
12 *Vxor repetit dotes à socero vergente ad inopiam non minus, quàm à marito.*
13 *Socer non conuenitur, nisi in quantum facere potest.*
14 *Priuilegium, ne quis conueniatur vltra quàm facere potest, importat, quod relinquantur ei alimenta.*
15 *Socer non exigitur pro dote, nisi dimissis sibi alimentis.*
16 *Gener alit socerum.*
17 *Socer non est idoneus testis pro genero.*

QVÆSTIO XXXIX.

ALiqua dicenda sunt demum, an teneatur socerum alere. Hæc quæstio duplici ratione tractari potest. Prima est, an teneatur alere de fructibus suæ dotis, intelligendo, quando propter mariti inopiam dos est sibi restituta. Secunda est, an de alijs eius bonis alimenta dare teneatur. Circa primum, Cyn. *in l. vbi adhuc, in 10. q. C. de iure dot.* tenet, socerum esse † alendum.
1 Mouetur, quia socer est loco parentis, & vxor ac vir videntur eadem caro, *sequitur Alber. ibi, col. 3. in fi. ver. quærit etiam Cyn. idem voluit Bar. in l. si constante. in fi. ff. soluto matr.* qui Bar. intelligit secundum Cyn. in loco prædicto, quando fructus dotis sufficiunt pro nuru, & socero, alias secus. Campeg. *in tract. do. par. 3. q. 63.* vbi transit cum dicta distinctione, quia si non sufficiant, non tenetur: prima
2 enim † charitas incipit à seipso, *l. præses. C. de seruit. & aqua*, Allegat etiam illud Euangelicum, ne forte deficiat nobis, & vobis, *Lup. in d. c. per vestras in 1. not. ab. §. 19. in prin. ver. & non solum, folio mihi 109.* Et quamuis Doctores prædicti vtantur rationibus supracitatis, vera tamen ratio mihi videtur. Quia dotis in tuto collocatæ fructus, qui super-
3 sunt, deductis matrimonij oneribus, † spectant ad maritum, *secundum Bar. in d. l. si constante, n. 144, sequitur Alex. num. 38. Lup. d. 1. not. § 20. num. 2.* Et probatur hæc opinio per tex. *in l. is cui. §. quæri poterit, ver. quinimo. ff. vt in possess. legat. & in l. Lucius. §. à te peto. ff. de leg. 2.* vbi si certa quantitas in causam
4 aliquam assignatur, impleta causa † quidquid supereſt, venit reddendum. Ad idem facit, quod voluit gl. *fi. in l. ex anno, in princ. ff. de donat. inter vir. & vxo.* vbi, si maritus fundum assignat in alimenta vxoris, repetere potest, si quid perceptum est
5 vltra † alimenta. Quæ iura allegat ad Bar. comprobationem Roma. *in d. l. constante, num. 45.* licèt ipse non audens determinare, relinquat cogitandum. Quod si illi fructus pertinent ad maritũ, qui deinde egenum patrem tenetur subleuare, consequens, quod pater de fructibus bonorum est alendus à nuru. Ex quo infert, quod non propriè dicitur hoc casu socerum alimenta recipere à nuru, cum ea recipiat de bonis filij, seu de fructibus spectantib. ad filium, & vxor nudum præstat ministerium, *vt inquit Alex. in d. l. si constante, num. 38.* Et attendenda est persona repræsentata,
6 non quæ † aliam repræsentat, *l. deniq. §. fi. ff. de minor. dixi in consilio 140. numero 16.* & non dicitur dotata à patre filia, cui pater dotem dedit de bonis maternis, quæ ad filiam peruenerant, vel de proprijs bonis filiæ: & consequenter non includitur
7 statuto † excludente filiam dotatam, *Bal. in l. neq. mater pro filia, num. 3. C. de iure dot. Anchar. in cons. 80. num. 2. ver. præterea alia ratione, Cor. in cons. 171. col. 2. ver. item huiusmodi, vol. 4. Soc. in cons. 121. num. 2. vol. 1. Dec. in consilio 589. num. 8. & seq. Ias. in l. vt liberis, n. 6. C. de collatio. Cur. iun. in cons. 150. nu. 10. Brun. de statut. exclus. fœmin. artic. 6. num. 235. Campeg. in cod. tract. q. 15. num. 20. Natta idem tractans, q. 2. num. 70. Gabriel. commun. opin. lib. 3. tit. de iure dot. conclus. 1. numero, 34.*

Quod vero attinet ad secundam partem, rationes allegatæ à Cyno, & alijs, suadent nurum teneri ad alendum socerum de bonis proprijs, non
8 dotalibus: socer enim † habetur pro parente. *l. rei iudicatæ. §. fi. & l. quia parentis. ff. soluto matrim.* vbi etiam probatur, quòd socero debet reuerentiam tanquam parenti, ideo ea ratione cogitur alere socerum, qua tenetur parenti alimenta præstare;
9 item maritus, & vxor sunt vna † & eadem caro, *c. si vir, & vxor. 35. q. 2.* at vir tenetur patrem alere, ergo & vxor. Accedat quòd dispositio mandans, quòd vxor alat virum, est fauorabilis, sicut etiam est fauorabilis quælibet alia, per quam ordinan-
10 tur alicui † alimenta, *Bal. in l. 1. C. de sacrosan. eccles. Alex. in l. diuus, ff. ad leg. Falcid.* Sed dispositio fauo-
11 rabilis loquens in marito, locum etiam habet † in socero, *l. diuortio. §. interdum, cum d. l. rei iudicatæ. §. fi. ff. soluto matrim. Bar. in l. si constante, num. 25. Saly. l. vbi adhuc, num. 7. cum alijs proximè allegatis.* Ergo vxor, quæ maritum, secundum supradicta, tenetur alere, non negabit socero alimenta. Addo, quod & si socero, qui dotem recepit, ad inopiam vergente, detur nurui actio ad repetendum do-
12 tem, non minus, quàm si maritus ipse † vergeret ad inopiam, cum eadem sit ratio conseruandi dotes, *vt inquit Cyn. in l. vbi adhuc, n. 5. C. de iure dot. sequitur ibi Salyc. n. 7. post glo. Bar. qui hanc sententiam defendit in d. l. si constante, num. 25. & seq. vbi Alex. n. 2. dicit, quòd omnes transeunt cum Bar. & allegat multos post Rom. num. 9. latè Ias. num. 24. & seq. vbi dicit communem, Bal. Nouell. num. 17. & communem dicit Crot. in 1. lectura, num. 38. & in 2. num. 72. Campeg. in tracta. dot. par. 3. q. 27. Lupus in d. cap. per vestras, in 1. notab.*

1. notab. §. 29. in 8. ampliat. de donatio. inter virum &
13 *vxorem*, tamen socer nõ conuenitur vltra † quàm facere possit, *d.l. rei iudicatæ. §. fi. ff. sol. matrim.* id est, ita exigitur, vt tantum sibi relinquatur, quod sufficiat ad † alimenta. *l. in condemnatione. ff. de reg. iu. Doctores in l. maritum. ff. soluto matrim.* Et per rationes prædictas ita concludunt † Crot. *in l. si constante, in 2. lectu. num. 162. ff. solu. matrim. Ruin. in d. consil. 144. num. 9. & seq. vol. 5.* qui, & si inuicem non allegent, vtuntur tamen eisdem rationibus, & ferè verbis, ita vt impossibile sit, quòd vnus non sit ab alio mutuatus. Quæ supra de socero, & nuru affirmauimus, ex rationis identitate amplianda
16 sunt, vt procedant etiam in genero † erga socerum & socrum, sicuti etiam in socero, & socru erga generum: per rationem, quòd socer est loco parentis, per quam glo. *in l. testis idoneus, ff. de testib.*
17 dicit, quòd socer † pro genero non est idoneus testis, *Specul. in tit. de testib. §. 1. ver. quid si aduersarius, Bar. in l. qui testamento, §. quæcunq;, num. 5. ff. de testam. Alex. cons. 78. num. 14. vol. 1. Nepos de monte Alba. in tract. test. núm. 106. Alber. de Malet. in eod. tract. par. 1. num. 49. Aufret. in eodem tract. num. 89. in ver. socer.*

SVMMARIVM.

1 *Priuignus non alit nouercam.*
2 *Nouerca odio prosequi priuignum præsumitur.*
3 *Priuignus etiam patris hæres non alit nouercam.*
4 *Hæres alit illos, erga quos tenebatur defunctus.*
5 *Nouerca non est alenda ab hæredibus mariti, quando potest quartam consequi in illius bonis.*
6 *Nouercæ eadem reuerentia exhibenda est, quæ matri.*
7 *Reuerentia cui debetur, ei & alimenta p̃standa sunt.*
8 *Nouerca est loco matris.*
9 *Matrimonium naturali iure est cum nouerca prohibitum, sicut cum matre.*
10 *Nouerca, & priuignus desinant affines esse per mortem mariti, & patris respectiuè.*
11 *Nouerca non ligatur statuto de causis inter affines compromittendis, quando maritus decessit.*
12 *Nouerca si in viduitate perseuerat, videtur durare in matrimonio.*

QVÆSTIO XL.

DIximus de patre, filio, auo & alijs: nunc videndum est de priuigno, an teneatur alere nouercam? Et Cordub. *in l. si quis à*
1 *liberis, in prin. num. 37. ff. de liber. agnos.* dicit, † non teneri: primo, quia non habemus de legem, ergo erubescimus. *l. illam. C. de coll.* Secundò non potest dici subesse obligationem respectu affectio-
2 nis, quia lex præsumit inter † eos odium. *l. 4. ff. de inof. testam. Tiraquel. de legib. connub. leg. 9. num. 196.* Fortius vult Cordub. loco prædicto, non teneri,
3 etiam si hæres † sit patris: quia cum talis nouerca inops habeat quartam in bonis mariti locupletis, *vt in authen. præterea. C. vnde vir, & vxor.* non potest dici pauper. Et quod attinet ad primum eius dictum, hoc voluit Ang. *in d. authen. præterea.* vbi ait priuignum non alere nouercam, atq; ideo sibi à lege prouisum per successionem quartæ. Et licèt Ang. opinio reprobetur, quatenus vult, quod illa authen. procedat solum relictis filijs ex priore matrimonio, tamen ratio prædicta nõ impugnatur, imò cum illa transit Rom. *num.... col. 3. ver. vlterius textus, & Fulgo. quos citat Ias. num. 2* Sed si quæstionem ponamus in priuigno hærede mariti, dico nouercam alendam esse, si non habet aliunde à priuigno hærede, quia certum est, quòd maritus viuens tenebatur alere vxorem. *l. si cum dotem. §. sin autem in fauißimo. ff. soluto matr.* ergo hoc onus transit etiam ad eius hæredes. *d. l. si quis à libe-*
4 *ris. §. item rescriptum.* Tenentur enim hæredes † eos alere, quibus defunctus tenebatur alimenta præstare. *§ si quis igitur habens, in Authen. quib. mod. natur. effician. sui, D. Becius, consil. 8. num. 7.* Et sicuti quæcunq; vidua est alenda, *vti declarabo infra*, ita quoq; nouerca, quia eo, quod nouerca sit, non est alimentis priuanda magis quàm aliæ viduæ. Et ita tenet Ias. *in d. §. præterea, num. 2.* qui & si videatur implicare contrarietatem, dum dicit, pietatis officio teneri priuignum tanquam ministrare alimenta, quemadmodum enim notat Cordub. loco præcitato: tamen bene loquitur, quia sicuti maritus pietatis officio tenetur vxorem alere, quæ sit inops; ita hæres, qui eo modo, eaq; actione, & iure conuenitur, quib. defunctus erat obstrictus, *vt post alios declarat Dec. in l. qui cum alio. ff. de reg. iur.*

Non obstat igitur, quod non inueniatur iure cautũ, q̃ priuignus alat nouercam: quia respondeo, quòd & si lex non dicat specificè de nouerca, tñ Doctores loquuntur de vidua alenda, *vt infrà dicam*, & nõ est constituenda differentia inter nouercam & alios, cum in omnibus eadem sit ratio.

Nec mouet, quòd sit cautum alio remedio, id est, *d. authen. præterea*, quia respondeo dari multos casus, quibus non est locus dispositioni *d. authen.* & Ias. conclusionem intelligendam esse, quando non est locus *d. authen.* puta quando maritus non est ita diues, vel quando est dotata, sed tali dote, quæ non potest dici parua respectu mariti, vel quando etiam maritus non fuisset diues, & filius adiuisset hęreditatem. Quod si ponamus esse lo-
5 cum authen. *præterea*, nulli dubium quin † excludenda sit nouerca à petitione alimentorum, quia non dicitur inops, quę habet quartã bonorũ viri. Et si dicat aliquis, forte eliget vxor petere alimẽta potius quàm quartam; respondeo censeri diuitem, quæ potest habere quartam, vti diximus de ea, quæ patrem habet diuitem.

Quando verò nouerca esset pauper, & priuignus diues, tunc etiam si non esset hæres patris, crederem teneri illum ad alimenta, ne eum patris opprobrio cogatur mendicare, vti considerant Doctores *in d. authen. præterea*, & in corpore vnde sumitur. Addo quod nouercæ eadem est ex-
6 hibenda † reuerentia, quæ matri. *§. socrum, Instit. de nupt.* & alimenta ijs debentur, quibus exhiben-
7 da est reuerentia, † *vt probat Crot. in l. si constante, in 2. repetione, num. 162. ff. soluto matrimon. Ruin. in consil. 144. num. decimo, vol. 5. & diximus supra, loquendo de alimentis matri debitis*, Et in Leuit. *cap. 18.* dici-

tur, turpitudinem vxoris sui patris nō discoope-
8 ries. & nouerca † est loco matris, *vt post Diuum Thom. concludit Didac. in Epito. de spons. par. 2. c. 6. §. 10. num. 6.* vbi infert non minus naturali iure prohi-
9 bitum esse cum nouerca † matrimonium, quàm cum matre, Et quamuis morte patris dissoluatur
10 affinitas inter priuignum & † nouercam, *l. cui eorum, §. affinitatis. ff. de postulan. Bal. in l. affinitatis, C. comm. de succes.* vbi infert in eis non habere locum
11 statutum de causis inter affines † compromittendis: tamen ex quo nouerca perseuerat inuiduitate, perinde est ac si foret in matrimonio primo,
12 † *vt inquit Salyc. in l. fi. C. de verb. signifi. sequitur Barba. in l. cum acutissimi, in repetit. num. 145. C. de fideicom.* Et est regulare in quacunque vidua, vt dicam infra, dum tractabo de alimentis viduæ præstandis.

SVMMARIVM.

1 *Victricus non alit priuignos.*
2 *Mater de fructibus dotis, non alit filios ex primo viro.*
3 *Victricus non est loco parentis.*
4 *Argumentum à correlatiuis, nō habet locum, vbi subest diuersitatis ratio.*
5 *Victricus non tenetur in domum suam priuignos recipere.*
6 *Pupillus non est educandus penes matrem, quæ superinduxit victricum.*
7 *Victricus si talis est, qui omnem excludat suspicionem, aliquando educabit priuignum.*
8 *Victricus potest esse tutor priuigni, si sit probatæ vitæ.*
9 *Mater, quæ victricum tutorem dari priuigno curauit, punitur ac si non petijsset tutorem.*
10 *Nouerca de fructibus dotis tenetur alere filios sui viri, si deductis prius alimentis suis, secundi, & filiorum ex eo, aliquid supersit.*
11 *Fructus dotis collocatæ in tuto, si supersunt vltra alimenta, spectant ad virum.*
12 *Victricus non succedit priuigno, nec è contra.*

QVÆSTIO XLI.

VIctricus non alit priuignos, id est vxoris † suæ filios ex alio matrimonio. Est tex. *in l. si paterno, vbi Bald. notat, num. 2. C. de neg. gest.* Dicitur enim ibi, quod victricus repetit alimenta, quæ præstitit priuignis: sed si alere eos teneretur, non repeteret, quia videretur proprium debitum exoluisse, *vt dicunt Doctores in l quod in vxorem, C. de neg. gest. & in l. alimenta. C. de neg. gest. idem voluit Salyc. in d. l. si paterno, num. 1. & Alex. in prin. hoc etiam voluit Ias. in l. si donaturus, §. si quis indebitum, num. 6. ff. de donat. ob. caus. idem tenet Lancellot. in l. si constante, in fin. prin. ff. solut. matrim.* qui fortius
2 vult, quòd imò mater ipsa † non possit eos alere de fructibus dotis in tuto collocatę, propter mariti vergentiam ad inopiam, *sequitur Io. Lup. in d. c. per vestras, in 1. not ab. §. 19. numer. 1. vbi reprehendendo Lancellot. quoad Bar. intellectum, declarat, quomodo illius dictum procedat. Alex. ad Bar. in l. si constante, in fin. & in*
3 *lect. num. 40.* Victricus enim non est loco † parentis, vt probatur in *l. si nondum, C. de furt.* inducendo hoc modo, filius non accusat patrem, & tamen priuignus accusat victricum de furto, *vt in d. l. si nondum,* Et quamuis supra dixerimus, priuignum alere nouercam pauperem, id tamen est propter reuerentiā illi debitā, & propter honorē patris, quæ rationes cessant in priuigno. Ideo cum sit diuer-
4 sa ratio, non est locus argumento à † correctione. *l. curatorem, vbi gl. Cy. & alij. C. de interdicto matrimon. leg. fi. vbi Cy. C. de rescind. vend. Ias. in leg. fi. numero decimo octauo, C. de indict. viduit. tollen. Crot. in leg. si constante, in 2. lectura, numero 63. ff. soluto matrim. Euerar. loco 76. colum. 3. ver. præmissa tamen limita. decis. Pedem. 140. num. 7.* fortius inquit Bal. *in d.*
5 *l. si paterno,* quòd non tenetur recipere † in domum suam priuignos, sequuntur alij prædicti: sed tu adde quòd nedum inuitus non compellitur victricus retinere priuignos penes se, sed volens non toleratur, quia filij non sunt penes ma-
6 trem alendi, quæ superinduxit † victricum. *l. 1. C. vbi pupill. educ. Castr. in cons. 127. num. 2. vol. 1. Cur. iun. in cons. 94. col. fi. Menoc. de arbitr. iud. casu 168.*
7 *num. 10.* nisi talis esset persona victrici, quæ † excluderet omnem suspicionem, *Castr. in d. l. si paterno, num. 3.* Eo enim casu permittunt iura, quòd
8 etiam gerat priuigni † tutelam, *l. nonnunquam. ff. de adoptio. l. fi. in prin. C. de contr. iud. tute. vbi Bal. not. alios citat Menoc. d. tract. casu 151. num. 5. quibus addo Castr. d. l. si paterno, in fi.* vbi tamen subdit, quòd aliquando mater, quæ curauit victricum dari fi-
9 lio suo tutorem, punitur ac † si tutorem dari non petijsset. Infertur quod etiam nouerca non alit priuignum, intelligendo tamen de bonis proprijs, sed quando propter vergentiam mariti ad inopiam dos vxori restituitur, vel aliter in tuto collocatur, eo casu nouerca tenetur filios, quos maritus ex præcedenti matrimonio susceperat, alere de fructibus dotis, & donationis propter nuptias, si qui tamen supersunt præstitis alimen-
10 tis sibi, viro † & communibus liberis. *ita voluit Cyn. in l. vbi adhuc, q. 10. C. de iure dot.* vbi tamen non allegat aptam rationem, sed generalem, qua attenta nouerca indistinctè cogi posset alere priuignos suos, *sequitur Bar. in l. si constante, in fi. ff. soluto matri. vbi Alex. num. 40. & Crot. num. 199. insi. dum transit simpliciter cum Bar. Cam. in tract. dot. q. 63. in 3. par. Io. Lup. in d. c. per vestras, §. 19. col. 1. & 2.* vbi dicit esse cordi tenendum, quod nouerca eo casu tenetur alere victricos. Et ratio est, quia fructus dotis collocatæ in tuto, pertinent ad maritum,
11 quatenus † excedunt impensam necessariam pro alimentis familiæ, *secundum Bar. in d. l. si constante, num. 104. cum alijs supra relatis, quidquid tenuerit Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 272. & seq.* Ergo ex eis tenetur pater alere filios, & consequenter etiam nouerca, quæ illos percepit. Et hanc rationem nemo ad hoc ponit, præter Lup. loco prædicto. Ratio autem quare victricus, vel nouerca non alant priuignum, est, quia inter eos
12 nullum est ius † successionis. *l. victrico. C. commun de succes.* sed quædam sola affinitas, cuius vigore non datur successio, *l. affinitatis, C. eod. tit.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 Vsuræ sunt prohibitæ etiam in contractu dotis.
2 Maritus consequitur interesse dotis non solutæ tanquam alimenta, non tanquam vsuras.
3 Maritus moram passus in dotis solutione petit vsuras.
4 Debitor morosus tenetur ad interesse.
5 Locupletari nemo debet cum aliena iactura.
6 Dos dicitur patrimonium vxoris soluto matrimonio, sed eo durante dicitur patrimonium viri.
7 Maritus non imputat sibi in dotem fructus rei sibi obligatæ pro dote.
8 Maritus moram passus, consequitur interesse dotis non solutæ, etiamsi non sit solitus negociari.
9 Maritus solitus negociari, consequitur verum interesse dotis non solutæ, etiam vltra quàm importent alimenta vxoris.
10 Venditor, cui precium non est solutum, consequitur interesse vltra quàm importent fructus rei, si consueuit negociari.
11 Interesse dotis non solutæ debetur marito, siue dos sit in pecunia, siue in fundo.
12 Vsuræ ex contractu dotis debentur speciali iure, vbi tamen vide de veritate.
13 Maritus consequitur vsuras retardatæ dotis, etiam si debitum non sit liquidum.
14 Maritus non lucratur dotem non liquidam, stante statuto, sicut liquidam.
15 Mora non contrahitur, quando debitum non est liquidum.
16 Vsuræ non debentur pro debito non liquido.
17 Maritus consequitur à socero alimenta, actione negociorum gestorum.
18 Fructus rei pignoratæ, quod non imputentur in sortem, procedit in solo genero, non in alijs.
19 Emptor, qui pretium non soluit, restituit fructus etiamsi non sit in mora.
20 Marito quod certum quid soluatur pro alimentis vxoris, ab eo qui alere tenebatur, statuto disponi potest, & num. 27.
21 Domum qui possedit, restituit fructus, habita ratione quanti coactus fuisset similem conducere, nō quanti domus alij locari potuisset.
22 Cessionarius mariti moram passi consequitur vsuras, sed vide ibi de veritate.
23 Maritus potest ab initio pacisci, quod tantum sibi singulo anno detur, donec dos soluatur.
24 Verba intelligi debent secundum subiectam materiam, etiam impropriando.
25 Contractus iudicatur ab effectu, non à nomine, & verbis.
26 Interesse quando est certum in substantia, tunc valet pactio à principio de certa quantitate soluenda.
27 Statutum, quod certa quantitas soluatur pro interesse dotis non solutæ, valet, & num. 20.
28 Consuetudo valet, quod certum quid soluatur singulo anno pro interesse dotis non solutæ.
29 Argumentum valet à pacto ad statutum & consuetudinem, & è contra.
30 Interesse dotis non solutæ præstari debet non solum à patre, sed etiam à quocunq; extraneo.
31 Causa annexa determinat, quidquid ob causam fit.
32 Onere sublato cessat commodum, quando grauamen est causa commodi.
33 Maritus non consequitur alimenta dotis non solutæ, quando non sustinuit onera matrimonij.
34 Lucrum dotis statuto defertur marito propter onera matrimonij.
35 Maritus non lucratur dotem ex statuto, quando sustinet onera matrimonij.
36 Maritus non consequitur vsuras dotales, quando non aluit vxorem, etiam sine propria culpa, vt quia expulit ob non illatam dotem.
37 Vsura est omni iure prohibita.
38 Implementum contractus habetur pro impleto, quando per eum stat, cui erat implendum, vbi præstatio non est restricta ad certam causam.
39 Vsuræ dotales non debentur, etiamsi sint promissæ per vxorem, quando præcessit pactum, quòd teneatur alere.
40 Argumentum à contrario sensu, est validum.
41 L. si. ff. de doli mali except. quomodo procedat.
42 Vsuræ iure Digestorum erant permissæ.
43 Maritus non petit vsuras dotis non solutæ, quando ex pacto tenebatur vxorem alere, vide tamen ibi de veritate.
44 Hypotheca tacita datur à lege pro dote.
45 Hypotheca tacita pro dote inducta, à lege non tollitur per expressam conuentionalem.
46 Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.
47 Promittens ducere aliquam in vxorem, intelligitur, dummodo dotem det, etiam si promissio sit iurata.
48 Actus plures quando fiunt eodem tempore, censentur correspectiui, & vnus factus contemplatione alterius.
49 Causa causæ, est causa causati.
50 Dilatio censetur concessa fauore debitoris.
51 Maritus non petit vsuras dotis non solutæ pro tempore concessæ ad soluendum.
52 Mora non committitur durante tempore ad soluendum concesso.
53 Interesse dotis non solutæ, an possit pacto taxari à principio, quando conceditur dilatio ad soluendū.
54 Maritus non lucratur dotem non solutam, pro qua tamen data est dilatio, quando statutum loquitur de dote restituenda.
55 Maritus lucratur dotem non solutam, si tamen commissa est mora in soluendo, quando statutum loquitur de dote data.
56 Vxor non lucratur donationem propter nuptias, nisi pro ea parte, pro qua dotem soluit.
57 Vxor lucratur in totum donationem, etiamsi dotem integrè non soluerit, quando maritus decessit durante dilatione ad soluendum data.
58 Maritus non petit vsuras dotis non solutæ, quando debitum dotis est transfusum in aliam causam.
59 Priuilegia actioni nouatæ competentia, odio debitoris morosi, non censentur repetita in actione nouante.
60 Nouatio censetur facta cum omnibus qualitatibus & priuilegijs, quæ competebant actioni nouatæ.
61 Contractus primus extinguitur, quando in alium transfunditur.
62 C. salubriter, de vsuris, procedit speciali fauore dotis.

63 *Debitum ex vna causa, quando possit in aliam transfundi.*
64 *Maritus non consequitur vsuras retardatæ dotis, quæ vxori, non sibi est promissa.*
65 *Præsuppositum semper est verificandum.*
66 *Nemo plus iuris in aliũ transfert, quàm ipse habeat.*
67 *Cessionarius succedit in ius cedentis.*
68 *Obligationis conditio non variatur mutatione personæ.*
69 *Debitor non præiudicat creditori.*
70 *Priuilegium competens debitori, non tollitur mutatione personæ.*
71 *Actio mutat naturam suam, quando cessio est facta.*
72 *Cessionarius si est affinis, ligatur statuto de causis compromittendis inter affines.*
73 *Hæres fideiussoris vendicat feudum, quod fideiussor non potuisset vendicare.*
74 *Mora nocere debet moroso.*
75 *Maritus non consequitur interesse pro dotis augmento non soluto.*
76 *Augmentum regulatur secundum naturam principalis.*
77 *Augmentum dotis iudicatur eisdem regulis, quibus dos.*
78 *Stipulatio dotis extenditur ad augmentum.*
79 *Dos seruire debet oneribus matrimonij, nec non & augmentum.*
80 *Maritus non petit vsuras retardatæ solutione dotis, quando habuit semper vxorem in suis obsequijs.*
81 *Vxor, quamuis dotata, tenetur viro operari.*
82 *Plura qui debet, soluendo vnum non liberatur ab altero.*
83 *Copulata loco vnius habentur.*
84 *Plura quando obstant, non sufficit alterum tolli.*
85 *Maritus non petit vsuras dotis non solutæ, quando ipse erat etiam debitor eius, à quo nunc petit.*
86 *Emphiteuta non soluens, non cadit si est creditor domini, & vult compensare.*
87 *Compensatio non fit, nisi parte non opponente.*
88 *Compensatio fit ipso iure ad euitandum pœnam.*
89 *Maritus qui longo tempore tacuit, censetur vsuras dotales remisisse.*
90 *Donatio facilius inducitur ex sanguinis coniunctione.*
91 *Donare ius suum nemo præsumitur.*
92 *Præscriptio actionum triginta annos requirit.*
93 *Officium Iudicis triginta annis præscribitur.*
94 *Tempus non est modus tollendæ obligationis.*
95 *Damni & lucri non est par ratio.*
96 *Ecclesia tractans de damno, restituitur contra Ecclesiam, secus si de lucro.*
97 *Minor restituitur ad lucrum amissum etiam minimum.*
98 *Minor non restituitur ad lucrum cum præiudicio aduersarij.*
99 *Error præsumitur in facto proprio, si constat rem aliter se habere, quando tractat de damno vitando.*
100 *Vt, dictio, causam significat.*
101 *Videlicet, dictio, est restrictiua ad casum expressum.*
102 *Præsens & tacens non sibi præiudicat, quando scit ius suum durare.*
103 *Præsens præsumitur tacere, quia sciat ius suum durare.*
104 *Dolus nocere debet doloso.*
105 *Debitoris interest, debita non accumulari.*
106 *Solutio particularis est creditori incommoda.*
107 *Melioramenta soluenda sunt ab eo, qui ex pacto redimit rem venditam.*
108 *Venditor volens ex pacto redimere, non soluit meliorationes, quas emptor fecit, vt illam à redimendo retraheret.*
109 *Venditor redimens non soluit impensas magnas, propter quas cogeretur rem dimittere.*
110 *Venditor inops non cogitur soluere meliorationes magni valoris.*
111 *Hæredes mariti non consequuntur alimenta retardata dotis, quando vir tacuit toto tempore vitæ suæ, & præstitit alimenta vxori, eamq; retinuit in obsequio.*
112 *Donatio non præsumitur inter virum, & vxorem.*
113 *Maritus, qui patitur vxorem dotis fructus percipere, non censetur illos remittere.*
114 *Hæres censetur eadem persona cum defuncto.*
115 *Hæres est eius potestatis, cuius erat defunctus.*
116 *L. vir vsuras. ff. de donat. inter vir. & vxo. quomodo procedat.*
117 *Confirmari non potest, quod non est.*
118 *Præsumptio vna tollit aliam.*
119 *Donatio inter virum, & vxorem valet, quando fit de iure nondum quæsito.*
120 *Debitor potest non acquirere in præiudicium creditoris.*
121 *Maritus æquiparatur emptori, quo ad titulum onerosum.*
122 *Donatio inter virum, & vxorem confirmatur morte.*
123 *Legatum est donatio.*
124 *Pater censetur filio donare fructus aduentitiorum, quando sciens patitur, quòd illos percipiat.*
125 *Dies interpellat pro homine.*
126 *Mora in dote contrahitur lapsu diei.*
127 *Mora per lapsum diei dicitur in persona.*
128 *Mora non committitur per lapsum diei, nisi creditor probet ea die se fuisse in loco.*
129 *Citatus, qui die statuta non comparuit, in mora non dicitur esse, si creditor quoq; non comparuit.*
130 *Interpellatio noua requiritur, quando statuta die creditor non est in loco.*
131 *Dies incerta non interpellat pro homine.*
132 *Pecunia est mensura rerum, & non est merx.*
133 *Mora in dote committitur eo ipso, quòd maritus sustinet onera matrimonij.*
134 *Mora irregularis non sufficit, vt maritus dotem lucretur ex statuto loquente de dote data.*
135 *Mora non committitur, nisi lapso termino conuento.*
136 *Vxor an dicatur in mora soluendi dotem, quando vxor sustinet onera matrimonij.*
137 *Recipiens partem pretij post lapsum termini, videtur remittere facultates recedendi à contractu.*
138 *Venditor protestando, quòd non intendit stare contractui, nisi sibi obseruetur, censetur in obseruantiam contractus remittere.*
139 *Maritus sustinendo onera matrimonij, non dicitur contractum implere quoad extraneum.*
140 *Mora contrahitur lapsu biennij in dote.*

141 *Dies tacita interpellat pro homine, sicut expressa.*
142 *Mora in dote vxori promissa, non contrahitur lapsu biennij.*
143 *Biennium in dote, currit à die contracti matrimonij.*
144 *Mora inducitur per interpellationem.*
145 *Biennium conceditur ad inducendum moram, non ad differendum actionem.*
146 *Dies appositus fauore creditoris, non impedit ante agi cum effectu.*
147 *Vsuræ dotales, vt exigi licitè possint, tria copulatiuè concurrere debent.*

QVÆSTIO XLII.

QVandoque socer promittit genero dotes, sed eas non soluit, & maritus sustinet onera matrimonij, hoc casu, an possit à socero consequi ea alimenta, vel impendia, quæ pro sustinendis matrimonij oneribus fecit? Et quamuis Azo *in summa, C. de vsur.* dicat, quod etiã
1 in contractu dotis vsuræ † sunt prohibitæ, *& eum sequuntur Inno. & Io. And. in c. salubriter, de vsur.* tamen maritus non consequitur tamquam vsuram,
2 sed tamquam interesse, & alimenta † dotis non solutæ. Expresè inquit Bal. *in consil. 94. volum. 1.* vbi ait, videri de hoc esse casum *in l. fi. §. præterea. C. de iure dot. & in consil. 474. volum. 3.* vbi quòd magis alimentorum quàm vsurarum nomine continentur. Ea etiam tamquam alimenta deberi concludit Corne. *in consi. 212. colum. 1. con. 240. col. 1. vol. 3. Ias. in consil. 92. num. 12. vers. secundo & fortius, vol. 1. vbi dicit esse communem opinionem Legistarum, & Canonistarum, Alex. in cons. 41. num. 3. & 4. vol. 5. & multi ex infra citandis.* Est enim tex. expressus *in d. c. salubriter*, quòd marito moram passo, in dotis
3 solutione debentur vsuræ. † *ita ibi declarant. Io. And. But. Card. Abb. & alij, & ita quoque tenent Bar. Imola, Cast. Alex. & alij in l. in Insulam. §. vsuras. ff. soluto mat. Rom. in cons. 517. Bar. in l. at qui natura. §. non tantum. ff. de neg. gest. Bal. in l. pro oneribus. C. de iure dot. & in d. §. præterea, Anchar. in consil. 40. numero 4. Alex. in cons. 120. in fi. vol. 2. Ang. in §. fuerat, vbi etiam Ias. Instit. de actio. Dec. in cons. 119.* Et dicit Castr. *in §. vsuras*, quòd istud non est interesse cessantis lucri, sed emergentis damni, quod transcendere potest consuetas vsuras, & peti potest non tanq̃ vsura proportionata ad centenaria dotis. *Alex. cum sequitur in cons. 221. num. 8. vol. 2. & inquit Cotta in memor. incip. dos soluto matrim. vers. in marito autem, quod illud est notabile dictum.* Et Imola *in d. §. vsuras*, dicit sustineri promissionem propter titulum alimentorum: & subdit, quòd si non est facta mentio de alimentis, quia tamen referri potest ad vsuras, & ad alimenta, intelligi debet in dubio de alimentis, *sequitur Soc. in consil. 176. num. 4. ver. quartò adduco, vol. 2. & hanc communem esse opinionem concludit Ruin. in consil. 224. numero 13. vol. 1. declarat Anan. in c. salubriter*, vbi dicit procedere, etiam si maritus non sit solitus negociari, *Lupus in. cap. per vestras, in 3. not ab. in 8. illatio. num. 3. & seq. de donatio. inter virum, & vxor. Grat. in con. 55. visis, num. 3. vol. 1. Cagnol. in l. curabit. num. 41. C. de actio. emp. & vend. vbi allegat Bar. & alios in l. de diuisione. ff. soluto matri. Capic. in decis. 183. num. 2.* vbi inquit id esse licitum, etiam iure canonico inspecto, & post Corne. subdit, quod ità obseruat communis practica, *Didac. lib. 3. variar. resolut c. 1. nu. 3. & seq. vbi latè agit Moder. Galli in tracta. de vsur. n. 525. Plot. in tract. de in lit. iũran. §. 11. num. 18. Natta in cons. 495. num. 1. Caphal. in con. 280. num 25. dec. Pedem. 132. num. 1. Io. Bap. Lup. à S. Gemin. in d. leg. curabit, in 1. commentar. §. 4. num. 74. & seq. Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 56. ff. de lib. agnosc.* Prædictorum ratio est, quia debitor morã faciens creditori suo in soluendo pecuniam debitam, tene-
4 tur ad interesse, † etiam in foro conscientiæ, *secundum Ioan. Scotum, quem citat, & sequitur Plot. in d. §. 11. num. 18. circa fi.* vt maritus patitur interesse, quia dum sibi soluitur dos promissa, sustinet de proprio omnia onera, quæ sustineret de fructibus dotis, si foret soluta, *Castren. in d. §. vsuras.* vbi ait, præsumendũ esse, quòd maritus potuerit per industriam lucrũ aliquod ex dote facere, ex quo sustinuisset matrimonij onera, *Dec in con. 119. n. 4. Didac. d. c. 1. n. 3. ver. quod quidem interesse, Io. Bap. Lup. d. commentar 1. §. 4. num. 77. circa fi.* Et maritus sustinendo onera matrimonij, implet contractum ex parte sua, ergo sibi quoq; est implendum, *arg. l. curabit, C. de actio. empt.* Et si socer, qui dotem promisit, non solueret, locupletaretur cum aliena
5 † iactura, contra *l. sime, & Titium. ff. si cert. pet.* Et dos dicitur patrimonium viri constante matrimonio, sicuti soluto matrimonio, dicitur patri-
6 monium vxoris, † *secundum glo. in l. exactio, C. de rei vxor. actio.* Ergo viro debentur alimenta ex dote, cum quibus se vxorem, & familiam alat, *l. vbi adhuc, C. de iure dot. l. curator. ff. de vent. in poss. mitten.* Has omnes rationes considerat Bal. *in consil. 94. volum. 1.* Propter illas rationes permittunt leges, quòd maritus non imputet in fortem fructus rei
7 sibi pignoratæ † pro dote, *vt est tex. in c. salubriter, de vsur. de quo latissimè agunt ferè omnes supracitati, præcipuè Didac. Moder. Gall. Io. Lup. in capitulo, per vestras, dicta illatio. 8. & Lup. à Sancto Gemin. d. §. 4. n. 74.*

Et prædicta decisio procedit, siue maritus sit solitus negociari, siue non: quia cum debeantur alimenta pro oneribus matrimonij, quæ sustinentur à quocunq;
8 † marito, siue sit negotijs deditus, siue non, debet cuique licita esse eorum exactio, etiã si minimè negociationibus incumbat, *secundum Anan. in d. c. salubriter, colum. 8. Lup. d. cap. per vestras, illat. 8. Didac. d. c. 1. num. 3. ver. ex his vero. vbi allegat Alexan. Bal. Nouell. Lup. Mod. Gallos, & Caietanum.*

Quinimò & hæc est secunda ampliatio, si maritus industrius sit & consueuit negociari, potest petere alimenta, quatenus ex negociatione fuisset lucratus, etiã si illud excederet impensam factam in sustinendis oneribus matrimonij, vt ex-
9 presse † determinat *Bal. Nouel. in tract. dot. par. 7. in 3. speciali, col. 2. ver. sed tunc succedit, Cagnol. in. d. l. curabit, num. 44. C. de actio. empt. vbi allegat Felyn. in c. cum venerabilis, col. 2. de excep.* qui tñ nihil tangit, quando interesse lucri cessantis, excedit onus matri-

monij;

monij. Idipsum probat Plot. *in d. tract. d. §. 11. n. 21.*
10 vbi ait, idem esse in venditore † solito negociari, qui exigit interesse supra fructus rei. Et subdit communem esse opinionem Legistarum, & Canonistarum, *Ioan. Bapt. d. §. 4. num. 79. in fi.* Et ratio est, quia non petuntur habita ratione ad onera matrimonij, sed ad quantitatem cessantis lucri, & tantum debitor loco interesse expendit creditori, quanto minus fuit is lucraturus propter moram, in soluendo commissam.

Non etiam constitui debet discrimen, quod
11 dos consistat in pecunia, vel in fundo, † aut alia re, quia semper commissa mora præstantur alimenta marito. Est tex. *l. fi. in §. præterea. C. de iure dot.* qui loquitur in dote consistente in quantitate. Et *per illum tex. ita dixit Castr. in d. l. de diuisione. ff. soluto matrim. sequitur Ruin. in d. consil. 224. num. 13. volum. 1.* Quæ opinio confirmatur ex eo, quod supra retulimus ex Castrensi *in dicto §. vsuras.* Et hoc multo magis procederet, si vera esset opinio eo-
12 rum, qui dicunt esse speciale in contractu † dotis quòd vsuræ debeantur, vt voluerunt multi, quibus tamen contradicunt Bart. *in dicto §. vsuras, Bal. nouel. d. speciali 3. Didac. d. cap. 1. num 3. ver. secundò constat, Ioan. Bap. Lup. §. 4. num. 80.* Nam deberentur, etiam si consisteret dos in bonis mobilibus, vel in alia specie.

Sed prædictæ decisioni est locus, etiamsi quantitas dotis non fuisset liquida, & ita debitor non esset in mora, puta quia commissa esset quantitas arbitrio tertij, vel data in dotem res à tertio æstimanda, quia nihilominus, ex quo maritus imple-
13 uit contractum ex parte sua, sustinendo † onera matrimonij, consequi potest alimenta, seu interesse, *vt voluit Hercula. in d. l. de diuisione, colum. 7. ff. soluto matrim. quem sequitur Cagno in d. l. curabit, n. 42. & Natta in cons. 495. num. 2. facit quod voluit Rom. in cons. 44. num. 4. post med.* vbi inquit, quòd vbi dos promittitur incerta & declaranda per tertium,
14 maritus eam lucratur, ac si † esset certa, *Ruin. cons. 225. vol. 1. Phanuc. de dot. in versiculo restituenda, numero trigesimo nono, Rolan. in eodem tractat. quæst. 88.* Contra tamen hanc ampliationem facit, quia decisio principalis fundatur super mora, & ea circumscripta non daretur petitio interesse, *vt dicam infra*: sed vbi quantitas non est liquida, vt quando commissa est declaratio arbitrio tertij,
15 socer, vel alius promissor non est in mora, † nec culpa, *vt in l. in fideicommissum. in princip. ff. de vsur.* Et ibi Bal. *in lect. antiqua* notat, quod mora non contrahitur, nisi debitum sit liquidum. *idem Bal. in l. acceptam, in 6. oppos. C. de vsur. Ang. in l. si mora. ff. soluto matrim. Anch. in consil. 235. Alex. in consil. 49. colum. 1. volum. 2. Ias. in l. quod te, col. 3. ff. si cert. pet. Soc. in consilio vltimo, circa princ. volum. 3. Tiraquell. de retract. consang. §. 1. glos. 18. num. 1. dixi in consil. 38. num. 13.* Ergo non deberet dici interesse. Et in terminis, quòd vsuræ non debeantur, non facta
16 liquidatione, † hoc voluit Castr. *consil. 11. num. 4. vol. 1.* qui tamen à prædictis non fuit visus, & allegat multa pro hac parte. Propterea ego intelligo decisionem Hercula. restringendam esse ad socerum eiusve hæredes, aut alios, qui de iure nuptam alere tenebantur. Hi enim etiam nulla data mora tenentur alimenta soluere, quia maritus præstando alimenta, facit, quod illi facere tenebantur, & eorum negocium vtiliter gerit; propterea ab eis repetit, in quorum onus, & vtilitatem maritus vxori præstitit alimenta, *arg. l. quod in vxorem. C. de negot. gest.* Et ideo Bal. *in d. in Insulam. §. vsuras. ff. soluto matrim.* inquit, quod maritus
17 à socero † petit alimenta actione negociorũ gestorum, *sequitur Alex. ibi num. 3. Ruin. in consil. 61. n. 6. volum. 4.* Et per hanc rationem Fortuni. *in. d. tractat. de vltimo fine iur. ciuil. numero septuag. primo*, inquit, quod cap. *salubriter*, procedit solum in ge-
18 nero, † non in alio: quia pater sicuti tenetur dotare, ita & alere. *Sequitur Didac. variar. resolut. libro 3. cap. primo, num. 3. in fi.* Et quamuis eorum opinio non sit tuta, immo plures velint, quòd indistinctè marito debeantur alimenta: tamen seruit in nostro proposito, quando tractamus, an debeantur alimenta ante moram, & hoc casu non debentur alimenta tamquam vsuræ, sed ne pater mulieris locupletetur cum aliena iactura, & per alium gratis releuetur ab onere alimentorum, quod sibi erat iniunctum. Pro quo facit quod dicimus in emptore prædij, qui & si moram non
19 facit † circa pretij solutionem, restituit tamen fructus perceptos, dũ retinet pretium. Quia suggerit æquitas, quod non locupletetur ex aliena iactura, sed inter contrahentes seruetur æqualitas, vt vnus fruatur re, si alius gaudet pretio, *Bal. in l. 2. numero quarto, ver. denuo quæritur. C. de vsur. vbi eum sequitur Castr. idem voluit Anan. in c. conquestus, col. 2. ver. quærit etiam ibi, de vsur. & idem voluerunt Alex. Socin. Dec. Paris. Bertran. Natta & Ant. Gabriel. quos citaui in cons. 101. num. 23.* facit, quod voluit Abb. *in c. salubriter*, vbi ait, licitam esse pactionem, seu statutum, quod soluatur certum quid
20 marito † pro alimentis, quando ille tenebatur alimenta præstare. Et non cõsideratur, quid lucraturus foret creditor, sed quantum erat erogaturus debitor, vt dicimus de domo inhabitata, pro qua habitans tenetur soluere, non quantum dominus ab alio potuisset exigere, item non quanti
21 potuisset locare, † sed quantum alius erat erogaturus in conductionem domus sibi necessariæ, *Bart. l. in summa. §. pen. ff. de cond. indeb. Alex. in consil. 108. num. 9. volum. 1.* Et in terminis, quod ea Hercula. decisio restringenda sit ad socerum, & eos, qui de iure tenebantur dotare, & alere, per prædictam rationem desumptam à *l. curabit*, concludit Corne. *in consilio vltimo, col. 8. in princ. vol. 2.* vbi vult, quod si dos fuit promissa in terminis declarandis à tertio, debeantur alimenta lapso eo tempore, quo probabiliter erat suspendenda exactio. Fuit tamen à me visus posthæc scripta, ita me Deus adiuuet. Non ergo mirum mihi visum est, si de eo Cagnol. & Natta nullam mentionem fecere. Et Corne. in loco prædicto, *col. 2. vers. his tamen non obstantibus*, ad iustificandum petitionem alimentorum considerat rationem illam, quod debitor dotis releuatur per maritum ab onere a-

lendi,

lendi, *& sequitur Rol. in cons. 65. num. 9. vol. 4. vide tamen Rebuff. de senten. quæ pro eo quod inter. n. 621. Lup. fol. 172. num. 5.*

Extenditur principalis conclusio, vt procedat
22 etiam in cessionario † mariti, qui potest ex iure sibi cesso, consequi alimenta seu vsuras dotales, secundum Salic. *in auth. ad hæc, in fi. C. de vsur.* vbi inquit, quod cessionarius poterit vsuras dotales exigere ex persona mariti, ex quo actio pro dote non est extincta, *Ias. in cons. 92. col. pen. vol. 1.* Et probare videtur Anan. *in d. c. salubriter, num. 4. Paris. in cons. 64. num. 5. & seq. volum. 4. Ioan. Lup. in d. c. per vestras, in 6. notab. §. 8. num. 3. fol. mihi 176. ver. ex quo infertur ampliatio,* vbi allegando Io. de Lign. Anan. & Rodul. inquit, hoc non esse personale, sed reale, & marito competere ratione dotis. *Conrad. de contract. quæst. 35. Moder. Galli in tracta. de vsur. n. 526. vbi allegant etiam Ferron. sequitur Ioan. Bapt. Lup. in d. §. 4. num. 82. vbi addit Dec. Silua. & Nauarr.*

Contraria tamen sententia placuit Bal. *in rub. C. de vsur. n. 5.* vbi ait, priuilegium hoc marito concessum fuisse speciali fauore concessum, mutatione aût personæ tollitur priuilegium, *l. 1. C. de impo. lucr. descrip. lib. 10.* Cessat item in cessionario ratio, propter quam lex concessit marito priuilegium, ex quo nemo alius præter maritum sustinet onera matrimonij. Ergo eo priuilegio nemo alius gaudere potest. Bald. ergo sequuntur Alex. *in d. §. vsuras, in fi. Anan. in d. c. salubriter. n. 3. Laur. de Rodul. in tract. vsur. quæst. 54. n. 78. Dec. in cons. 571. n. 1. Socin. in cons. 88. n. 23. vol. 4. Bero. in cons. 178. n. 20. vol. 1. Negus. in tract. de pigno. in 5. memb. 5. par. prin. n. 16. ver. secundo restringitur, Diuus Antonin. in sum. par. 2. tit. 1. c. 7. §. 32. Ang. de Clauas. in sum. in ver. vsura, n. 26.* Et hanc opinionem, ni fallor, defendo ab omni oppugnatione *in cons. 269* quod nunc est sub prælo, *in 2. volum.* Ideo ne eadem quæstio pluribus in locis discutiatur, ad eum locum te remitto.

Extenditur item conclusio prædicta, vt possit maritus ab initio constitutæ dotis pacisci, & stipulari certam sibi reddi quantitatem in singulos
23 annos, † donec conuenta dos soluatur. *ita voluit Calde. in d. c. salubriter, sequitur ibi Paul. Eleaz. Abb. n. 3. Castr. Imola, & Alex. in d. l. in Insulam, §. vsuras. ff. soluto matr. & hanc dicit esse communem opinionem Alex. in cons. 31. colum. 2. vol. 6. vbi allegat etiam Anchar. in d. cap. salubriter, Corne. in cons. vltimo, col. 4. circa med. ver. nec obstat quod dicit, vol. 2.* vbi dicit, id maxime locum habere in patre, qui tenebatur filiam alere, *Bal. Nouell. in tract. dot. par. 7. in 3. specia. col. 1.* vbi dicit communiter ita teneri, quia maritus aliter non concessisset dilationem ad dotem soluendam. Eandem probauit sententiam Campeg. *in tract. dot. par. secunda, quæstio. sexto, columna secunda,* vbi distinguendo inquit, licitum esse pactum, quando conuenit, quòd certa quantitas soluatur pro alimentis, vel quod soluantur sex pro centenario nomine alimentorũ, vel quod soluantur sex pro centenario, nulla alimentorum facta mentione. Sed non esse licitum quando conuenit, quod certum quid soluatur pro vsuris, quæ differentia mihi videtur verbalis; nam etiam si vsurarum fiat mentio, intelligi tamẽ debet pactio de alimentis dotalibus, seu de interesse dotis, cum de dote agatur, & verba etiã impropriando intelligi debent,
24 secundum † subiectam materiã, *l. si vno, in prin. ff. locati, vbi glo. Bar. Bal. & alij, Bal. in l. 1. C. de neg. gest. Ias. in l. 3. in 2. notab. C. de transactio. Tiraquell. in l. si vnquã, in ver. reuertatur, n. 37. C. de reuocand. donat. Ruin. cons. 168. n. 16. vol. 2. Paris. in cons. 26. n. 119. vol. 2. Neuiza. in cons. 90. n. 5.* Et non est attendendum, quibus verbis vsi fuerint contrahentes, sed ab ipso effectu
25 iudicare † debemus, *d. l. si vno, in prin.* Et inquit Bal. *in rubr. C. de iure emphit. in fi.* quod contractus iudicandus est ab effectu, non à nomine, quod cõtrahentes imposuere, *Rom. in cons. 509. in 1. dubio, Alex. in cons. 107. n. 7. vol. 3. Dec. in cons. 160. n. 2. cum similibus.* Præcipue qñ, vt dixi, vsurarum nomen aptè conueniat ẽt alimentis dotalibus, & Doctores his nominibus promiscuè vtantur. Cum prædicta sententia transit Rum. *in cons. 224. nu. 14. vol. 1. Rube. in cons. 108. n. 2. Dec. in c. cum venerabilis, nu. 18. de exceptio.* Hanc etiã probarunt multi ex Theologis, *vt Conrad. Adri. Siluestr. Gabriel Biel, Io. Maior, & Almain, quos citat, & sequitur Med. Gallus in d. tract. num. 523. circa fi. dicens hanc esse veram & cõmunem opinionẽ, Didac. d. c. 1. n. 3. ver. 4. hinc poterit, Ioan. Bapt. Lup. d. § 4. n. 75.* vbi ait, ab hac opinione non esse recedendũ tamquam vera, & magis communiter recepta. Et quamquam nonnulli, præcipuè Soci. & Rube. *d. cons. 108.* velint id procedere, quando data est dilatio ad soluendum, tamen ferè omnes prædicti voluntidem esse, quando à principio datur dilatio sub pacto soluendi annuam quantitatẽ, quia aliter non fuisset concessa dilatio, *vt inquit Bal. Nouell. d. speciali 3. & optimè respondet Io. Bapt. Lup. loco præcitato. nu. 77. qui pro contraria parte allegat Grat. Siluan. Plot. & Crau.* Et pro hac ampliatione facit, quia substantia damni seu interesse, est certa; proinde facilius toleratur taxatio respectu quantitatis, *per ea, quæ ponit Dec. in cap. cum venerabilis, n. 14. in fi. de exceptio.* vbi ait, quod & si regulariter con-
26 ueniri † nõ possit de certa quantitate loco interesse, tamen quando interesse est certum in substantia, sed incertum respectu quantitatis, tunc valet cõuentio, licèt possit esse maior, vel minor, quàm verum interesse. *Caccialup. in l. cunctos populos, n. 82. C. de sum. Trinit.* vbi, ꝙ valet taxatio facta à principe, quando de futuro interesse constare potest. *Rebuff. in l. vnica, num. 618. C. de sent. quæ pro eo quod inter.* vbi ponit exemplum de emptore prædij, cum quo potest venditor conuenire, quia fructus sunt certi, licèt quantitas possit variari, *Cagnol. in d. l. iurabit. num. 57. C. de actio. emp. vbi ita conciliat contrarias Decij opiniones, idem Cagnol. in d. l. vnica, num. 49. Io. Bap. Lup. commen. 1. §. 6. n. 126. vbi tamen non bene rem explicat.* Apparet aût ex prædictis, nõ obstare eos, qui contrariũ expresse determinarunt, volentes, ꝙ maritus non possit à principio cõuenire de certa quantitate sibi soluenda pro alimentis, *vt Ioan. And. Butr. Card. Io. de Ligna. & Ambros. de Vigna. in d. c. salubriter, Alex. in consil. 74. & in consil. 141. num. 6. vol. 5. Anchar. in consil. 150. num. 4. Laur. de Rodul. in tract. de vsur. par. 2. num. 53. Socin. in cons. 88. num. 18. in*

cons.

conſ. 130. num. 10. vol. 4. vbi dicit magis communem, Dec. in conſ. 119. col. pen. Cagnol. in l. vnica. num. 5. C. de ſenten. quæ pro eo, quod inter. eandem communem dicit Lup. in c. per veſtras, in 6. not. §. 8. infertur, circa ſi. Archiep. Floren. in ſum. par. 2. tit. 1. §. 7. numer. 27. Cotta in memor. incipien. dos. ſoluto matr. col. ver. in marito autem. Plot. qui citat infinitos, in tract. de in lit. iura. §. 11. num. 15. vbi poſt Dec. Lup. Et Silua dicit, quòd eo caſu vtile vitiatur per invtile, quia etiam verum intereſſe non poterit per teſtes probari nec peti. Prior enim opinio communis eſt, vt teſtatur relati Doctores, & conſtat ex eorum numero, & validioribus ſuſtinetur rationibus, & ea præcipuè, quod non ſolum intereſſe eſt debitum, ſed etiam eſt certum, licet quantitas ſit ambigua, ideo pactum dicitur factum, ſecundum iuris diſpoſitionem, *c. cum dilecti, de conſuetud. Felyn. in c. cauſam quæ, de reſcrip.* Et iſto caſu ceſſat ea ſuſpicio vſurarum, quæ militat in aliis contractibus. Plurimum enim refert, quod verum ſubſit intereſſe. Eadem ratione
27 valet † ſtatutum mandans, quod quantitas certa ſoluatur pro intereſſe dotium, *ſecundum Bald. in l. ſi. §. præterea, num. 5. C. de iure dot. Alexan. in conſil. 63. col. 2. vol. 3. & in conſ. 31. num. 7. vol. 4. Cæpol. in conſilio ciuili 15. Archiep. Floren. d. cap. 7. num 33. Conrad. de contract. quæſt. 35. concluſ. 11. & 12. Card. & Imola in clemen. 1. de vſur. Abb. d. c. ſalubriter, Ruin. in conſi. 224. num. 14. volum. 1.* vbi idem dicit de conſuetudine,
28 † *Moder. Galli in tracta. de vſur quæſtio.... numero 527.* vbi tamen dicit tolerandum eſſe ſtatutum intra certos terminos. *Cornel. in conſilio ſi. colu. 2. volum. 2.*
29 Valet enim argumentum † à pacto ad ſtatutum & conſuetudinem, *l. fin. vbi Bar. Bal. Salyc. & alij. C. de fideiuſſor. Iaſ. in l. fin. numer. ff. qui ſatiſd. cogan. Euerar. loco 89. in princip.*

Ampliatur pariter principalis concluſio, vt procedat, ſiue dos à patre ſit promiſſa, ſiue ab ex-
30 traneo, † qui nõ teneretur dotare, vt videtur velle tex. *in dicta l. fin. §. præterea.* qui ſecundum gloſ. & Bar. loquitur ſolum in extraneo; ſecundum vero Bal. & alios loquitur in patre, & in extraneo, Et licèt c. *ſalubriter*, loquatur de ſocero, tamen illud eſt propter facti contingentiam, quod narrat. Et hanc ſententiam multis defendit Corn. *in conſilio vltimo, columna ſecunda, ver. quæratio non videtur cadere volumine ſecundo*, vbi ideo inquit, non eſſe generalem rationem, nec omnibus conuenire eam, qua dicitur ideo deberi alimẽta marito, quia qui dotẽ promiſit, releuatur ab onere alendi. Et in ſocru loquitur Ruin. *in dicto conſ 224. num. 13. Didac. d. cap. 1. num. 3. verb. hinc primo apparet.* Ratio enim capituli, *ſalubriter*, fundata ſuper oneribus matrimonij æquè procedit in extraneo dotante, ſicuti in patre, *vt per eum, & hoc etiam voluit Fortun. in dicto tracta. de vltimo fine, numero ſeptuageſimo ſecundo, ver. vnde rurſus infertur* Quod tamen in extraneo debentur vſuræ ſecundum quantitatem onerum, & non vltra, licèt ſecundum eum aliud ſit in patre dotante, propterea non curandum de moder. Gallo. *in dicto tracta. numero 525. in fin. ver. ſed ſi extraneus.* vbi volunt, quod vſuræ debitæ ab extraneo non excedant tertiam centeſimæ, & diſtinguunt dato pignore, an ſimpliciter datum ſit, vel cum pacto lucrandi fructus, quia ſine pacto vult, quod teneatur fructus compenſare in ſortem.

Hæc concluſio ſic vt ſupra firmata, non procedit, quando maritus onera matrimonij non ſuſtineret, quia non poteſt petere vſuras dotales, vel alimenta loco vſurarum, quia ex prædictis conſtat vſuras dari propter onera matrimonij, ergo ceſſantibus oneribus ceſſant vſuræ, *c. cum ceſſante, de appellatio.* Et dicit Bar. *in l. Seio. ff. de annu. le.* quod
31 ſecundum cauſam † annexam determinatur id, quod ſit ob cauſam, *ſequitur ibi Alber.* & deficiente onere, deficit præſtatio, quæ ſit propter onus, *l. generaliter, §. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. Rom. in conſ. 417. n. 4.* & quando grauamen eſt cauſa commodi, ſublato
32 grauamine † ceſſat commodum, *l. eum qui, in princ. vbi Bar. in ſummar. ff. de iureiur.* Et in ſpecie, quòd maritus nõ conſequatur alimenta, vel vſuras do-
33 tales, quando non ſuſtinuit † onera matrimonij, probat tex. *in l. in Inſulam, §. vſuras. ff. ſoluto matrim.* vbi Bal. dicit, quòd maritus, qui non alit vxorem, non petit dotis vſuras, *ſequitur Imola ibi in prin. qui omnes dicunt eſſe notabilem doctrinam glo. Bar. & alior. in l. ſi ab hoſtibus, §. ſi vir vxorem. ff. ſoluto matrim. ponunt Doctores in d. c. ſalubriter, Corne. in con. 240. col. 2. ver. hinc dicendum videtur, vol. 3.* vbi dicit quod non petit alimenta dotis maritus, qui non ſuſtinet onera matrimonij, Plot. in *d. §. 11. num. 4. vbi allegat Abb. in conſ. 79. & Marſil. in conſ. 264. qui de hoc nullum faciunt verbum, eodemq; errore lapſus eſt Ioan. Bapt. Lup. d. §. 4. num. 78. qui eoſdem citat. Cordub. in d. l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, num. 34. ff. de liber. agnoſ. vbi refert Bal. qui & ipſe nihil ad propoſitum dicit,* Et quia lucrum dotis, quod ex ſtatuto defertur, marito conceditur
34 † propter onera matrimonij, *vt inquit glo. in l. ſi donaturus, in verbo duntaxat. ff. de donat. ob cauſam, quam ſequuntur Doctores communiter, ſecundum Alexan. & Iaſ. ibi, Bal. & Fulgoſ. in l. non ſine, in princip. C. de bonis, quæ liber. idem Bar. in l. ſi cum dotem, in §. ſi pater, in fi. ff. ſoluto matrim. Cuman. Caſtren. Abb. Salyc. Socin. Aret. Felyn. Corne. Iaſ. Crot. Campeg. Purpur. Ruin. Pariſ. & alij, quos congerit, & ſequitur Rolan. in tractat. de lucro dot. quæſt. 4. per totum, præcipuè num. 10. & ſeq. Phanuc. in eod. tract. glo. 8. num. 1. & ſequent. vbi multos*
35 *allegat.* Ideo ſi maritus non ſuſtinuit † onera matrimonij, non etiam conſequitur lucrum prædictum, *Bal. in auth. dos data, colum. 1. C. de donat. ante nupt. Anan. in c. ſalubriter, colum. pen. in ſi. Alexan. in conſil. 122. colum. 2. volum. 7. poſt Bald, in conſ. 289. in princ. vol. 1. multos allegat Rolan. in d. tract. quæſt. 68. n. 5. & ſeq.* Et hanc limitationem intelligendam cenſeo, etiam quando culpa vxoris, maritus onera
36 matrimonij non ſuſtinet, † vt quia ipſa recuſauerit dotem ſoluere, & propterea maritus expulerit eam domo, vel ei hac de cauſa alimenta negauerit. Eo enim caſu licèt vxor ſit in cauſa, tamen maritus non conſequitur alimenta. Et hoc voluere Bald. Imola, & Alexan. *in d. §. vſuras*, dum dicunt, quod & ſi maritus non alat vxorem, quæ promiſſam dotem non ſoluit, tamen non petit alimẽta ſolutionis retardatæ. Et ratio eſt, quia ſat eſt,

quod

quod cauſa alimentorum ceſſet, nec curandum eſt cuius culpa ceſſet: dantur enim alimenta in quandam recompenſationē damni, quod patitur maritus alendo vxorem. Ergo damno circumſcripto denegatur petitio, etſi concederentur alimenta viro, qui non ſuſtinuit onera matrimonij, tunc continerent merum lucrum, & eſſet vſura, quæ omni iure † eſt prohibita, *gloſ. in cap. quia in omnibus, in ver. multi, de vſur. Alexan. in conſ. 1. in princip. volum. 2. Ruinus in conſ. 149. numero 8. volum. 4. Pariſ. in conſ. 54. numero 60. volum. 1. Rolandus in conſ. 35. num. 26. volum. 1. Natta in conſ. 369. numero 5.* Aliàs vbi præſtatio non eſt ad certam cauſam reſtricta, & limitata, habetur contractus † pro impleto, quando per eum ſtat cui erat implendum, *l. hæc venditio, in fine. princip. ff. de contrahen. empt. l. iure ciuili. ff. de conditio. & demonſtr. Bart. in l. ſi quis arbitratu, colum. 2. ff. de verborum obligationib. Ruinus in conſilio 166. numero 12. volum. tertio. Gram. deciſ. 102. numero 108. Natta in conſilio 282. numero 5. Caphal. in conſilio 89. numero 5. Menoch. de arbitr. iudic. quæſtio. 68. num. 38.* Contra tamen noſtram limitationem facit text. *in l. pater filiam, quæ eſt l. fina. in princ. ff. de doli mali except.* vbi ſi pater ex pacto † tenetur filiam alere, & alimenta ſeu vſuræ dotales ſint per errorem promiſſę, non debentur. A contrario autem ſenſu videtur, quod ſi non ſint promiſſæ per errorem debeantur. Valet enim argumentum à contrario † ſenſu, *l. 1. vbi omnes Doctores, ff. de offic. eius, l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtam. Ripa in l. ex facto, num. 14. & num. 29. ff. de vulg. Euerar. loco quarto, in principio.* Sed reſponderi poteſt, quod ille textus loquitur in vſuris promiſſis, † quæ etſi de iure non debeantur, tamen donari videntur. *l. cuius per errorem, ff. de reg. iur.* Etſi dicatur, quòd vſuræ etiam promiſſæ non debentur, dico hoc verum eſſe hodie inſpecto iure canonico, ſecundum quod ſunt prohibitæ, at ſecus eſt inſpecto iure † Digeſtorum, *l. placuit. ff. de vſur. l. eos, C. eodem tit. Bart. in Authen ad hæc, C. de vſur. & in l. 1. vbi Iaſ. num. 48. C. de ſumma Trinit. probat Didac. dicto lib. 3. variat. reſolutio. cap. 1. num. 6.* Ceſſante autem promiſſione, etiam eo iure non fuiſſent debitæ in eo textu.

Similiter non procederet noſtra concluſio, quando maritus ex pacto † teneretur alere vxorem, quia tunc præſtat alimenta non intuitu dotis promiſſæ, ſed ex pacti neceſſitate. Ideò licèt dotis ſolutio differatur. non petit vſuras dotales ſeu alimenta. Ceſſat enim eo caſu ratio *cap. ſalubriter*, id eſt, ſupportatio onerum matrimonij. Et licèt etiam tunc interſit mariti habere dotem in tempore conuento, tamen non eo intereſſe propter quod à lege canonica permiſſa eſt vſura. Poterit itaque vſuram illam petere, quæ deberetur ex mutuo, depoſito, vel alio contractu, ſed non quæ debetur ex dote, *ita expreſsè declarat Corn. in conſ. 240. colum. 2. volum. 3.* Sed ne in hoc quoque meum deſideretur iudicium, hæc Cornei limitatio non placet, quia etſi maritus promittat vxorem alere, non tamen hæc obligatio tollit obligationem alendi, quæ eſt inducta à lege, vt dicimus de hypotheca tacita, † quæ à lege fauore dotis inducitur, *l. vnic. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio.* Ea enim non tollitur per expreſſam † conuentionalem, *ſecundum gloſ. in l. fin C. de pact. conuent. vbi Salicet. & alij, & latè declarat Neguſ. de pignor. in 4. mem. de pignore. 2. par. num. 82. ex ſeq.* Ideo ſicuti obligatio legalis non impedit quo minus maritus, qui alit vxorem, conſequatur vſuras à ſocero, ita nec obligatio conuentionalis. Et idem eſſet, ſi obligatio conuentionalis nouaret legalem, quia ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius † locum ſubrogatur, *l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut.* & priuilegium nouatæ actionis competit etiam nouanti, *ſecundum Bartolum in l. alia. ff. de nouatio.*

Secundo reſpondeo, quòd promiſſio alendi vxorem habet tacitam conditionem, quæ in eſt etiam legali obligationi, ſcilicet ſi dos ſoluatur. Videmus enim promiſſionem ducendi aliquam in vxorem, etiam ſi iurata ſit, intelligi † modo dotem det. *ſecundum Bal. in cap. iurauit, num. 3. & 5. de probatio. Io. Lup. in d. c. per veſtras, in 3. not. §. 2. num. 4. fol. 136.* Ergo niſi dos ſoluatur, non erit alenda, & conſequenter ſi alatur, poterunt alimenta ſeu vſuræ peti, perinde ac ſi nulla fuiſſet promiſſio.

Tertio moueor, quia cum in ipſo cōtractu matrimonij dos ptomittatur, & maritus conueniat vxorem alere, iſta conuentio intelligi debet facta contemplatione dotis prromiſſæ, quia quādo plures † actus fiunt eodem tempore, vnus cēſetur fieri contemplatione alterius, & videntur inuicem correſpectiui. *l. ſi ventri. §. fina ff. de priuileg. cred. Bart. in conſ. 161. colum. 1. Bal. in l. petens, num. 49. C. de pact. Ancha. in conſ. 434. num. 3. alios citat. D. Becius in conſ. 92. num. 6. & ſequen.* Ergo non eſt verum, quod alimenta non fuerint præſtita propter hoc, ſed propter illā conuentionem: dos enim, cum ſit cauſa dictę conuentionis, eſt etiam cauſa alimenta præſtandi in exequutionem conuentionis, quia cauſa † cauſæ eſt cauſa cauſati, *Bart. in l. 4. §. actor. num. 2. ff. de re iudic. gl. in l. ſi. poſt principium, ver. nuptiis, C. de donat. ante nup. Iaſ. in l. quominus, num. 17. ff. de flumi. deciſ. Pedem. 167. num. 28.* Subeſt & alia ratio, quam infrà referam, tractando de augmento dotis.

Limitatur quoque principalis cōcluſio, vt non procedat, quando data eſt dilatio ad ſoluendum dotem, nulla interim facta cōuentione ſuper vſuris, vel alimentis, quia ante euentum diei conuenti non debentur vſuræ: dilatio † enim data videtur fauore debitoris, *l. eum, qui calendis. ff. de verb. oblig.* Et per hanc rationem ita determinat † Imola *in d. l. in inſulam, ver. vſuras. colum. 2. ver. ſed iuxta prædicta. ff. ſoluto. matrim. Butr. & alij in c. ſalubriter, de vſur. Socin. in conſ. 130. num. 3. volum. 4. Dec. in conſ. 119. colum. 4. num. 7. ver. ſecundo ad hoc videtur.* Quia durante termino ad ſoluendum, debitor non eſt in † mora, *l. lecta. §. ſed cum ſortis. ff. ſi certum pet. gl. in l. ſi cum exceptione. §. quatenus, in ver. tripli. ff. quod met. cauſa.* Ergo ceſſat etiam petitio vſurarum, quæ cōceditur propter moram, *vt dicitur in dicto cap. ſalubriter. Lup. in dict. cap. per veſtras, in ſexta notab. §. 8. verſ. octauo infertur, num 3. ver. ſecus tamen ſi ſimpliciter, Plot. in dicto tract. de in lit. iurando. §. 11. num. 14. ver. ſi verò maritus.* Et pro intelligētia aduertatur, quia Butr. & alij *in c. ſalubriter*, diſputant, an data dilatione ad ſoluendum dotem, licita ſit conuentio

53 uentio † de soluendo certum quid loco interesse, dum aduenerit dies solutioni statutus. Et multi tenent nō valere, *Lup.d.§.8.infertur, num.3.Crau.cons. 189.num.7.ver.quintus casus, Rube.cons.108. per totum, post alios quos citant.* alij verò contrariam partem defendunt, vt potest videri apud Didac. *d.cap.1. num.3.ver. quinto eodem iure, Modern. Paris. dicto tract. num.524. & Io.Bapt.Lup.d §.4.num.75. & sequent. vbi allegat Bal. Nouell.Cagnol. & Fort.* Sed hæc quæstio nō facit ad præsentem limitationem, quia præcitati Doctores loquuntur, quando in concessione dilationis adest pactum de soluendo certum quid, nos verò quærimus, an nulla pactione præcedente debeantur alimenta. Sed pro parte nostra stant illi omnes, qui tenent non esse licitum pactum, quando data est dilatio, quandoquidem si nō debentur stante pacto, multo minus debebuntur, quando nihil est conuentum: & sanè ratio illa, quod debitor non sit in mora, est potens, nec habet replicationem. Et per eam inquit Ange. *in cons.158.* quod etsi statu-

54 tum dotis lucrum deferat † marito, loquendo de dote restituenda, non tamen lucratur maritus dotem, pro qua data est dilatio. *sequitur Iaf. in l. si donaturus.§.1.num.15.ff.de donat.ob cau. Crot. & Boer quos citat seq. Phanuc.in tract.de lucro dotis, in ver. restituenda, nu.38.*

55 Et facit, quia dos habet pro soluta, † quando stat per aliquem, quominus soluatur, *in Auth. de non eligen.secun.nuben. §.penult.vbi glos.magna, Bal.cons.131. volum.1.cum alijs apud Rolan.de lucro dot. quæstio. 7. in d. ver. restituenda, num 35.* vbi inferunt, quod data mora mulieris, maritus lucratur dotem non solutam, etiam si à statuto deferatur lucrum dotis datæ solummodo. Ita in proposito, quominus dos sit soluta, stat per maritum, qui dilationem dedit ad soluendum. Facit etiam quod voluit Guido Papæ *in quæstio. 430.* vbi etsi mulier, quæ non soluit dotem, non lucratur donationem propter nuptias, vel

56 solum pro ea † parte lucretur pro qua dotem soluit, & non vltra. *§.hoc igitur, uncta glos. in ver.virum, in Authen.de æqual. dot. & in §. illud quoque, vbi Ang. nota.in Authen.de non elig. Angelus in §.fuerat, num.12.Instit. de actio. Guido Papæ quæstio. 274.* tamen si maritus dedit dilationem ad soluendum, & ante euentum diei

57 moriatur vxor † lucratur donationem, ac si dos esset soluta. *idem voluit Afflict. in decis. 333.* quia secundum eum non est imputandum mulieri, quod ante diem conuentum non soluerit, *alios citat Rolan. in cons.10. num.4. & seq. volum.1.* vbi enim agimus de mora vitāda, idem est, quod solutio sit facta, vel quod data fuerit dilatio.

Pari modo limitatur conclusio principalis, vt locum non vendicet, quando debitum dotis esset transfusum in alium contractum, puta in mutuum

58 vel depositum, quia tunc pro eo mutuo vel † deposito, etiam data mora, non licebit vsuras petere, vel alimenta. Ita expressè determinat Capic. *in decis.183.per totam.* Mouetur ex decisione Bart. *in l aliā. ff.de nouatio.* dum vult, ꝙ priuilegia à lege concessa actioni nouatæ, quæ insunt odio debitoris mo-

59 rosi, vt sunt vsuræ, non censentur repetita † in actione nouante. Et subdit, quod Bar. intelligit etiam de vsuris fauorabilibus, vt quæ ab emptore debentur, ex *l. curabit, C. de actio. empt. & illam Bart. distinctionem sequuntur Ang. & Im.ibi, eam dicit communem, & seruari in practica, Aret in §. fuerat, nu.24. Inst. de actio. vbi Iaf. num. 124. addit concordantes.* Et cum illa distinctione tollitur generalis illa regula, quæ habet, quod nouatio censetur facta cum omnibus priui-

60 legiis & qualitatibus, quæ ex natura rei, vel † causæ competebant actioni nouatæ, *vt per Bart.o. in l. si quis cum aliter, num.4. ver. præterea posito. ff.de verbor.oblig. & sequuntur Doctores communiter, vt inquit Alexan. num.3. & Aretin. qui subdit esse singulare dictum Iaf. num. 12.* Intelligitur enim quoad ea priuilegia, quæ fauore actionis, vel causa inducta sunt, non de iis quæ in odium debitoris. Et potest esse ratio, quia per trās-

61 lationem vnius † contractus, in alium extinguitur primus, *vt per Doctores in l. singularia. ff si certum petat. in l. certi conditio, in §. deposuit, supra eodem.* Extincto autem primo cōtractu, extinguūtur omnia eius priuilegia, *cap. accessorium. de reg. iur. in 6.* Ideo Salicet. *in Authen. adhæc, num 13. C. de vsuc.* dum tractat, an priuilegium alimentorum transeat in cessionarium, mouetur ea ratione, quia debitum ex causa dotis non est extinctum, innuens, quòd aliud esset, si foret extinctum.

Circa hanc limitationem aduerte, quia non caret dubitatione etiam attenta distinctione Bart. *in d.l.aliam, de nouatio.* Vult enim Bart. quòd in actione nouante, censeantur repetita priuilegia, quæ in actione nouata, inerant fauore creditoris, vel causæ. At multi volunt, quod dispositio *c. salubriter*, sit

62 inducta speciali fauore † mariti creditoris ex causa dotis. Ita intelligit ibi Io. And. dicens, quod vsura non reperitur in iure alio casu permissa. Quòd si verum esset, vtique essemus in primo membro distinctionis Bart. & decis. Capic, nō esset vera, sed contra Ioan. And. Volunt multi tex. *in d.c. salubriter*, nihil continere specialitatis in dote, quia cum fundet se super oneribus matrimonij, habebit locum in alio quocunq; contractu, in quo cadat eadem ratio interesse creditoris, vti primus omnium aduertit Bal. Nouel. *in tracta. dot. par.7. in 3. specia. colum.3. in fi. verb. & sic ex omnibus prædictis, Io.Lup. d.§.octauo infertur, colum.3. ver. ex istis resultat, & admittit Fortun. in d.tract. de vlt. fi. num. 68. & seq.* dū dicit illum tex. procedere ratione interesse, nec eo permitti vsuram. *Moder. Paris. in d.tracta. num 525. ver. rursus, post Didac. d. c.1. num 3. ver. secundo constat, & Io.Bapt.Lup.d.§.4 nu.80.* Veritas igitur quæstionis dependet ab eo, an *c. salubriter*, inducat speciale priuilegium fauore dotis, quia si esset speciale, vtique hic fauor transiret in actionem nouantem: si verò non esset speciale, non transiret. Et quia mentionem fecimus de v-

63 no † debito trāsfuso in aliud, vt quādo & quomodo id fieri queat, intelligas, vide Doctores omnes *in dicta l. singularia, vbi præcipuè Cagnol. & in l. certi conditio. §. deposui. ff. si cert. pet.* vbi Dec. inquit, quod hæc non est simulatio, quæ includitur statuto loquente de simulatione.

Alio etiam modo intelligi debet nostra conclusio, ne effectum sortiatur, quando dos à patre, vel extraneo foret promissa, non marito, sed vxo-

64 ri: tunc enim, quia promissor † non dicitur mo-

ram fa-

ram facere marito, cui non est obligatus, non datur alimentorum petitio, *ita latè prosequitur Ruin. in cons.221.per totum,volum.1.quem citat & sequitur Phanuc. in tracta.dot.in d.glos.in ver.restituenda,num.38.* Et ratio est, quia non datur mora, vbi non est debitum: si enim vbi subesset debitum non contrahitur mora,quando non est liquida quantitas, *vt dixi suprà in ampliationibus huius conclusionis*. Multo minus erit mora, quando debitum non subesset, cum maior sit effectus substantiæ seu principalis quam accessorij,vt de se patet. Et Doctores,qui dicunt maritum posse agere ad alimenta, præsupponunt, maritum esse dotis creditorem. Hoc autem præsup-
65 positum semper † est verificandum,*gl.in l.mancipia. C.de seru.fugit.* & dispositio non habet locum, nisi verificetur præsuppositum in ea,*secundum Bart.in d. l.mancipia. Roman. in sing. 595. vbi additio,allegant multos concordantes.* Intelligit tamen Ruin. *in d. cons.221. in princip.* procedere limitationem,quando vxor ipsa non dedisset in dotem nomen illius debitoris, qui sibi dotem promisit, potissimum fundamentum suum in hoc versatur, quod marito nō datur actio ad petendum dotem, quæ non sibi, sed vxori fuit promissa. Et si vxor dedisset in dotem illud nomen videtur sentire, quod marito detur actio ad alimenta,quia eo casu militat ratio *cap.salubriter*,ex quo maritus sustinet onera matrimonij. Sed hoc casu dubium facit, quia etiamsi vxor det nomen debitoris in dotem, non videtur, quod si debitor sit in mora, possit maritus alimenta petere. Nam
66 nemo potest plus iuris † transferre in alium,quàm ipse habeat, *l. traditio. ff. de acquiren. rerum domin. cap. nemo plus,de reg.iur.in 6.l nemo plus iuris,vbi Dec.& Cagn. ff.eodem tit.* Sed vxori non competebat hoc ius consequendi alimenta,*vt declarat Ruin.dicto cons 221.* Ergo nec marito, qui causam habet ab vxore. Facit
67 etiam, quia cessionarius † succedit in ius cedentis, *l.emptor, vbi Bal.in 1. notab. C. de hæred. vel actio. vend. l. si quis donare. §. 1. ff. de donation. inter virum & vxor.dixi in cons.22. num. 16.* & mutatione personæ non variatur
68 † conditio obligationis,*l.2.§.ex his,vbi Bart. &* Docto-
69 *res omnes. ff. de verbor. obligat.* & sicuti debitor † non potest præiudicare creditori, nec eius conditionem duriorem facere, *l. debitorum, C. de pact.* ita nec creditor cedendo vni potest obligare in plus debitorem, quam sibi foret obligatus. Sunt enim correlatiua, *argumento l.fi. C.de indicta vidui. tollen.* Et dicit Bar.*in l.si post diuortium.ff.soluto matrim.*quod mutatione personæ non tollitur priuilegium com-
70 petens † debitori. *Et infert ad aliqua Decius in cons. 59. num. 4.* Videtur itaque, quod vbi dos est promissa vxori,non liceat marito petere alimenta, etiam si vxor cesserit dotis nomine nomen debitoris. Sed magis placet prima opinio, quia attenta communi opinione, quæ habet, quod dispositio *cap. salubriter*, contineat ius generale, non autem speciale in dote, fatendum est quemcunque debitorē mariti ex causa dotis teneri ad interesse, quod maritus patitur ob retardatā dotis solutionem, ex quo interim sustinet onera matrimonij.Ratio enim æquè militat pro marito cessionario, ac si ei dos promissa fuisset, quia postquam ei cessum est nomen, incipit sibi deberi interesse dotis ex persona
71 propria,ideo actio † mutat naturam suam, *l.1. & l. assiduis, §. exceptis, C. qui pot.in pign.habe.* & attenditur persona cessionarij, non cedentis: ideo stante statuto, quòd causæ inter affines compromittantur,
72 cogetur cessionarius † compromittere, si affinis sit,*Iac.But.in l.Plautius.ff.de procur.Alber.in tract.statuto. par.2.quæstio.202.Blanc.in tract.de compromiss.quæstio.3. num. 51. in fine.* Et postquam nomen est cessum, iam creditum est mariti, non vxoris, & incipit interesse mariti, proinde illud interusurium debetur ex propria persona mariti,non vxoris,& ideo conditio obligationis variatur, *argumento l. fi. C. de euictio.*
73 vbi hæres fideiussoris admittitur ad † vendicandum fundum, quem fideiussor non potuisset vendicare,& hoc,quia hæres ibi venit ex persona propria,quod est singulare,secūdum Bart.& alios,ibi, qui dicunt esse notandum, & non reperiri alibi. Declarat Iason *dicta l.2.§. ex his, num.3. ff.de verb. oblig.* Et non obstat, quod dictum est, mutatione non posse inferri præiudicium debitori. Quia respondeo,hoc præiudicium nō prouenire ex ipsius personæ mutatione, sed propter moram & defectum
74 creditoris insoluendo, quæ † ipsi oneroso nocere debet,*cap.mora,vbi glos.& Franch. de reg.iur.in sexto,l.in condemnatione,§.vnicuique,vbi glos. citat concordantes, ff. de reg. iur.* Quare dicendum, quod maritus petere non potest alimenta, quæ vxori præstitit, antequam nomen debitoris fuerit sibi cessum, sed benè petere potest alimenta pro tempore post cessionem sibi factam.Quia primo casu persona vxoris cedentis attenditur, secundo verò casu inspicitur persona cessionarij.

Limitat rursus Corn.*in cons.240.per totum,volum.3.* hanc conclusionem, vt non procedat in augmen-
75 to † dotis : mouetur, quia alimenta conceduntur marito propter matrimonij onera, *vt dictum est:* at marirus antequam augmentum dotis promitteretur, tenebatur pro dote primo loco constituta alere vxorem. Ergo nō potest allegare,quod præstiterit alimenta contemplatione huius augmenti,quando etiam nullo facto augmento tenebatur onera matrimonij subire. Quocirca cessat ratio *cap. salubriter*, & Doctorum supra relatorum. Cessare ergo debet etiam dispositio per iura vulg.Ego nulla ratione adduci possum, vt Corneo subscri-
76 bam, quando clarum sit, quod augmentum † regulatur secundum naturam sui principalis, *l. si ex toto,& l.quod in rerū,§.si quid post.ff.de leg.1.*& augmen-
77 mentum dotis iisdem regulis † iudicatur, quibus dos, *l.inter socerum. §. cum inter. ff.de pact. dotal. l.etiam. C.de iure dot.*quē tex.Bal.*in secundo notab.*ad id trahit,
78 quod stipulatio † dotis, quamuis sit stricti iuris, extenditur ad illius augmentum, *Aret. in l.si in testamento. ff.de vulg. Iason in rub.ff.soluto matrim. colum.fi.* & quod augmētum eiusdem sit naturæ cum ipsa dote,ponit Natta *in cons.253.num.4.latè Rolan. in tract.de lucro dot. quæst.100.* Et sicut debitor dotis tenetur ad vsuras erga maritum, ita & qui debet augmentum. Et non obstat ratio Cornei, quod scilicet absque eo augmēto tenebatur maritus alere vxorem propter dotem primo loco constitutam, quia etiamsi

alere teneretur, non tamen fit, quin commodius eam posset alere cum augmento illo dotis, quam feciſſet ſine augmento: & ita non tollitur intereſſe, quod paſſus eſt maritus ob dilatam augmẽti ſo-
79 lutionem. Sicuti enim dos ſeruire † debet oneribus matrimonij. *l dotis fructus, ff. de iure dot. l. vbi adhuc, C. eodem titu.* ita & augmentum. Et aliud eſt dicere, quod maritus teneretur alere, aliud verò, quod non ſit paſſus damnum: nam etiam, qui tenetur alere, patitur damnum, ſi dos ſibi promiſſa non ſoluatur. Quia cogitur de propriis bonis alere, ſicuti alimenta præſtitiſſet de fructibus dotis. Atque ideo ratio, quam conſiderant Doctores in marito, cui dos non ſoluitur, militat in eo, cui augmentum dotis non ſoluitur: & ſiue obligatio alendi proueniat ex pacto, ſiue ex legis diſpoſitione, ſemper maritus dicitur damnum pati, quando ei dos non ſoluitur. Qua ratione non video, quomodo auſus fuerit Corne. dicere, quòd hoc caſu marito nihil abeſt, cum id abſit, quod alit de ſuo patrimonio, quam aluiſſet de augmento dotis. Et non valet argumentum, tenebatur alere, ergo non poteſt petere vſuras dotales.

Aliam limitationem ponit Abbas *in conſ. 85. num. 2. ver. quod autem tranſactio, vſque ad finem, volumine ſe-*
80 *cundo*, vt ſcilicet non debeantur marito † alimenta ob moram factam in ſoluendo dotem promiſſam, quando retinuit iugiter vxorem in ſuo obſequio, nam alere tenetur eam, quæ ſibi ſeruit, *l. in rebus, §. poſſunt. ff. commoda. & in ſpecie Bartolus in l. quod in vxorem. C. de neg. geſt.* Et licèt vtatur duabus aliis rationibus, illæ tamen non ſeruiunt pro hac limitatione. Et præter eum idipſum voluit Corneus, qui tamen de Abba. non meminit, *in conſ. vltimo, columna tertia, in fine, volumine ſecundo.* quia cum ipſe, qui recipit ſeruitia, teneatur alere, & non alius, non debet ab alio alimenta petere, *Lup. dicto cap. per veſtras, in tertio notab. §. 1. fol. 135.*

Horum tamen ſententiam probare non poſſum. Et licèt Crauet. *in conſ. 189. num. 7. in quinto caſu, in fi. ver. non omitto in hac materia,* dicat Abbatis opinionem eſſe extraneam, ſed nihil allegat ad illius confutationem, nec mentionem facit de Corne. tamen ratio eſt in contrarium, nam ſemper debet
81 † operari viro, etiam ſi dotata ſit, *gloſ. in l. ſi vxorem, C. de condit. infert. in l. libertæ, & in l. quod ex liberta, C. de oper. lib. & ſuo loco dicemus.* Et tamen dicunt Doctores, quod maritus petere poteſt vſuras dotales. Duo enim vxor tenetur præſtare: dotes promiſſas & operas obſequiales. Proinde, ſi alterum tantum
82 præſtet, † non liberatur ab altero. *l ſi hæredi plures. ff.*
83 *de cond. inſtit.* & copulata habentur loco † vnius, *l. 1. §. ſin autem ex his, C. de caduc. tollen. laſ. in l. 1. nu. 2. ff. de iu-*
84 *ſti. & iur.* & quando plura obſtant, non ſufficit † alterum tolli, *l. ſi quando. C. de inoff. teſtam. l. ſi non lex. ff. de hæred. inſtitu. cum aliis à me congeſtis in conſ. 50. num. 57.* Et quæ dicuntur *in l. quod in vxorem,* procedunt, quando vxor eſt indotata, quia tunc, ſi vxorem habuit in obſequio, tenetur alere, & non poteſt alimenta petere ab vxore, alioquin diuite, niſi ſit proteſtatus, quia præſumitur maritali affectione præſtitiſſe. Et Abb. in loco prædicto, videtur pariter loqui in vxore indotata, & vti dixi, non ſequitur, tenetur alere, ergo non poteſt petere vſuras dotales: duplex enim patet via, vna expellendi vxorem, quæ dotes non ſoluit; alia alendi & petendi vſuras, *vt dicam in tit. quibus ex cauſis denegari poſſint alimẽta.* Cùm ergo alit maritus, petit alimenta, & hoc caſu non eſt neceſſaria proteſtatio, quia cum ſit creditor dotis, eamque à principio fuerit ſtipulatus, ſatis patet eius animus, quod vult, conſequi intereſſe. Qua ratione videmus, quod quicunque alius creditor conſequitur ſuum intereſſe abſque alia proteſtatione à debitore. Demum, quod non obſtante obſequio, liceat marito vſuras dotales conſequi ponunt Doctores omnes, qui volunt, quòd maritus, qui decennio tacuit, poſſit nihilominus vſuras petere, vt dicam in duabus vltimis limitationibus.

Prædicta concluſio fallit, etiam, quando maritus, dotis creditor, eſſet debitor ex alia cauſa ſoceri, vel alterius, qui dotem promiſit, quia eo caſu
85 non poteſt dotis vſuras conſequi, † ex quo ad euitandum curſum vſurarum inducitur tacita compenſatio, *ita declarat Alexan. in conſ. 74. num. 5. vol. 5. mouetur per tex. in l. ſi conſtat. C. de compenſ.* vbi dicit eſſe caſum notabilem, quod ad euitandum vſuras fit compenſatio inuicem. *& ibi hoc notant Odoſr. & Fulg.* Et per illum text. concludit Specul. *in §. nunc aliqua,*
86 *num. 79. tit. de locato,* quod emphyteuta, † qui eſt creditor directi domini, non cadit, ſi nõ ſoluit canonem, quia inducitur compenſatio ſui crediti cum eo, quod debet in cauſam canonis, *ſeq. Io. And. in addit. Butr. in c. bona fides, in vlt. nota. 1mo. colum. 6. & Abb. colum. fin. extra depoſit. vbi etiam Barbat. colum. ſi. Alber. in l. cum aliter. ff. de compenſat. Soc. in conſ. 99. colum. 2. volum. 1. Iaſ. in l. 2. q. 19. num. 62. & ſeq. C. de iure emphyteu. Curt. ſen. in conſ. 71. in 3. dub. vbi ſubdit hoc obſeruari. addo Rui. in conſilio 148. num. 1. volum. 1. Pariſ. in conſ. 108. num. 51. vol. 1. Gozad. in conſ. 69. Tiraq. qui multos citat, de retract. conſang. §. 3. gl. 3. num. 4. Rolan. in conſ. 87. num. 26. vol. 1. Sebaſt. Medic. in tract. de compenſat. par. 1. q. 22. concluſ. 2.* Et licèt re-
87 gulariter compenſatio † locum non habeat, niſi parte opponente, *l. ſi. C. de compenſ. & gloſ. Doctores in d. l. ſi conſtat,* & dicat Ang. *in conſ. 259. colum. 2.* quod compenſatio non fit, niſi interueniat factum, *l. qui inuicem, cum gloſ. ff. de cond. indeb.* & non ante oriatur, quam opponatur. Ex quo infert, quòd debitor ceſſus, non poteſt compenſationem allegare contra cedentem poſt ſibi denunciatam ceſſionem: tamen vbi agitur de euitanda vſura, pœna vel in-
88 tereſſe, † propter moram fit compenſatio, etiam ſi non fuit in tempore oppoſita, & poſt tempus deducta retrotrahitur, *ita declarant Ioan. Fab. & Ioan. de Plat. in l. bona fidei, Inſtitut. de actio. ſequitur Tiraquel. dicta gloſ. 3. num. 8. & idem voluit Ange. in l. ſemel mora. ff. ſoluto matrim. Imola in d. cap. bona fides, colum 9. vbi ait, menti tenendum, Iaſon dicta l. 2. num. 63. in fi. Gozad. dicto conſ. 69. & Rolandus, numero 27.* ita quod ſi emphyteuta non oppoſuit compenſationem intra triennium, excuſatur perinde, ac ſi oppoſuiſſet. Eſt verum, quod *l. ſi conſtat,* & alia iura pro hac parte allegata loquuntur in vſuris odioſis, qui lucratiuo titulo loquuntur, non autem in fauorabilibus, quæ debentur oneroſo titulo, quales ſunt hæ, quæ debentur

bentur marito, *Ang. in §. fuerat, Instit. de action. Rom. in cons. 517. & dicam infrà.* Sed quicquid sit, non potest hoc casu damnum aliquod maritus allegare, quia etsi dotem nõ habuerit, gauisus tamen est ea quantitate, quam debebat.

Fallit iterum nostra conclusio, quòd maritus, qui alimenta præstitit vxori longo tempore tacuit, & vsuras dotales non petiit, quia eas videtur re-
89 misisse † per tex. *in l. cum quidam. §. diuus. ff. de vsur.* quem text. ad hoc dicit notandum, Bal. *in cons. 474. volum. 3.* qui ait, videri vsuras remissas, vt maritus sit gratior debitori. Et hanc opinionem tenuerunt Alexan. Dec. Campeg. Alcia. & Neuiza. quos citat Rolan. *in cons. 65. num. 8. vol. 4. addo Abb. in cons. 85. num. 5. volum. 2.* vbi nulla prædictorum facta mentione, dicit, quod maritus, qui diu præstitit alimẽta, si non est protestatus, videtur ea donasse. Et dicit Ias. *in §. fuerat, num. 20. ver. & prædicta omnia, Instit de actio.* quod hæc limitatio est singularissima & supra omnium existimationem, & literis aureis scribenda, quia quotidiana & multum vtilis, *Marsil. in sing. 360. vbi subdit, tex. in d. §. diuus, continere casum valde singularem. Cotta in memor. incipit dos soluto matr. in fi. Cæphal. in cons. 85. num. 13.* Ad quod considerari potest etiã sangui-
90 nis † conuinctio, per quam facilius inducitur præsumptio donationis. *l. Procula. ff. de probatio. l. si seruus communis, ff. de donatio. inter vir. & vx. l. liber captus. C. de capti. & postlim. reuers. l. 1. C. de neg. gest. Alciat. de præsump. reg. 1. præs. 26. num. 4.* Contraria tamen sententia verior est, nam eiusmodi remissio est donatio, *l. si quis*
91 *obligatione. ff. de reg. iur.* In dubio autem nemo † præsumitur ius suum donare, *l. cùm de indebito. ff. de probat. l. si cum aurum, ff. de solut. Alex. & Aret. in l. à Titio ff. de verb. oblig.* vbi, quòd potius præsumi debet actus inualidus, quàm donatio, *& ad hoc infinitos adducit D. Becius in cons. 52. num. 70.*

Secundò, quia siue ea alimenta debeantur marito iudicis officio, siue iure actionis, de quo dicemus in titulo, qualiter alimẽta petantur, nũquam ab eis excluditur, nisi lapsu triginta annorum. Tã-
92 tum enim temporis † requiritur in præscribendis actionibus, *l. sicut, & l. omnes, C. de præscrip. trigin. annor.*
93 & tantundem, quando agitur de † præscribendo iudicis officio, *secundum gl. in d. l sicut, in ver. prosequutione, quam dicit ibi Bal. non reperiri alibi, & eam dicit singularem, Bal. in l. 2. colum. 3. C. de exequut. rei iudic. Rol. dicto cons. 65. num. 17. volum. 4. multos citat Tiraq. de retract. consang. §. 35. glos. 4. num. 40. & §. 36. glos. 2. num. item 40. post Ias. in d. §. fuerat, num. 22. vbi illam glos. dicit singularem,* &
94 tempus † quoad præsumptionem nõ sufficit, non est modus tollendæ obligationis, *l. obligationum substantia, §. placet, ff. de actio. & oblig.* Facit *l. libertis, la 2. §. 1. ff. de alim. & cibar. legat.* per quam inquit Bar. *in l. quæ dotis, num. 4. ff. solu. matrim.* quod solus cursus temporis nõ inducit præsumptionem liberationis, quando sufficiens non est ad præscribendum. Et in terminis, qnod lapsus decem annorum non iuducat remissionem, probat Aretin. *in dicto §. fuerat, numero 9.* quia regulariter triginta anni requiruntur, & non reperitur contrarium iure cautum. Et subdit ita se consuluisse, & respondet *ad §. diuus,* quod procedit in vsuris odiosis, non autem in fauorabilibus. Illæ enim sublatæ censentur cursu decennij, vt quæ marito debentur, sunt fauorabiles. Sequitur etiam Ias. *num. 22.* per easdem rationes, subdẽs, quod si casus contingeret, iudicando & concludendo, teneret contra Bal. Ad *§. diuus,* respondet, secundum intellectum Iac. Butr. vbi quod ideo tacuit maritus, vt gratior fieret debitori, id quod remissionem induceret. Hanc sentẽtiam probarunt Alex. Corn. Dec. Ruin. Paris. Grat. Cassan. Gram. & Moder. Paris. quos omnes citat & sequitur decis. Pedem. 132. post longam disceptationem & confusionem duplicis quæstionis, quas voluit indistinctè tractare, licet exinde distinguat addẽdo Rom. Baldum, Boer. & Cęphal. non tamen respondet ad *§. diuus.* Latè etiam Rolan. *in cons. 65. per totum, vol. 4. vbi addit Iacobin. & Bero. & dicit Ioan. Lup in c. per vestras, in 3. not ab. §. 1. incip. vnum tamen, num. 1. in fi. de donatio. inter virum & vxo.* quod Bal. dictum communiter damnatur, & late Natta *in cons. 495. num. 3. & 8.* vbi §. diuus, intelligit post Rom. in vsuris odiosis, & veris. Refert etiam intellectum Iac. Butr. quod scilicet interuenerat signum aliquod remissionis, quia volebat esse gratior. Et idem responsum dederant Glos. & Fulgos. *in d. §. diuus, Alexan. in cons. 63. num. 13. volum. 4. Corne. in cons. 145. colum. 3. in fi. volum. 2. in cons. 164. colum. 5. in fi. ver. item secundò respondetur, volum. 3. Dec. in cons. 571. num. 6. ver. tertiò potest responderi.* Primum verò intellectum, quod procedat in vsuris odiosis, probauit Bart. *in l. cum de in rem verso, colum. pen. de vsur. in d. l. quæ dotis, num. 4 ff. soluto matr.* dum inquit, quòd cursus temporis non sufficiens ad præscribẽdum, inducit præsumptionem tacitæ remissionis, quando est debitum lucri odiosi. Allegat *d. l. cum quidam. §. diuus. ff. de vsur.* Maritus igitur tractat non de non lucro, sed de vitando damno, &
95 non est par † ratio lucri & damni, *l. fin. §. licentia, C. de iure delib.* & facilius succurritur ei, qui tractat de vitando damnum, quàm ei, qui tentat lucrum captare. Ideo licèt ecclesia tractans de vitando damnum, restituatur etiam aduersus ecclesiam tractantem de lucro, tamen secus est, quando vtra-
96 que certat † de lucro. *Bal. in Authen. perpetua, C. de sacros. eccles.* Similiter minor, qui restituitur ad lu-
97 crum † amissum, *l. denique. §. si quid minori. ff. de acquir. hæred.* etiam si lucrum sit minimum, *Bar. in l. si seruũ. §. ait prætor. ff. eod. tit.* non auditur, quando esset cum
98 præiudicio † aduersarij, *vt post Aretinum declarat Ias. in l. 3. §. Labeo, colum. pen. ver. respondet Aret. dupliciter, ff. de acquiren. possen. Cæphal. in cons. 3. num. 16.* Et ibi agitur de vitando damnum, præsumitur in facto proprio,
99 † si cõstat rem aliter se habere: at secus est, quando tractat, quis de lucro captando. *Bart. in l. sed si me putem, in princ. ff. de cond. indeb. Alexan. in cons. 102. num. 8. volum. 1. D. Becius in cons. 55 num. 33.* Mihi maximè placet intellectus Iac, Butr. quòd in eo tex. *§. diuus,* signa extiterint remissionis, quia scilicet tacuit creditor, vt esset debitori gratior. Considero verbum illud, *petendos non putasti,* per quod datur intelligi, quod eo animo fuit creditor à principio, vt vsuras remitteret. Suberat etiam causa remittendi, vt esset gratior. Et hæc causa probatur ex dictione, *vt,*
100 quæ † causam significat, *Clem. 2. vbi Zabarel. de stat. &*

101 *qualit.* Adest etiam dictio, *videlicet*, quæ est † restrictiua ad eum casum, *l. videlicet. ff. de pact. cap. nouimus, de verborum significat. l. in venditis. ff. commu. prædio. glos. in Clemen. causam, de electio. Barto. in l. 1 ff. ad leg. Aquil. Bald. in l. cum mulier. ff. soluto matrim. Iason in l. iusiurandum quod ex conuentione. §. procurator. num. 9. ff. de iureiuran. & in l. si pluribus, num. 10. ff. de leg. 1. Dec. in cons. 47. colum. 1. in fine. Paris. ad Bart. in dicta l. 1.* Et ideò negari non potest, quin ideo foret dilata petitio vsurarum, quia volebat esse gratior suo debitori, sed nullo modo poterat gratiam debitoris efficacius sibi conciliare, quam remittendo vsuras Ideo colligitur voluntas tacita de remittēdis vsuris. Quod si ex alia causa distulliſſet exactionem, aliud esset, puta, quia sciret ius suum durare: tunc enim pa-
102 tientia † & taciturnitas non nocet, *vt est textus in l. sicut. §. non videtur. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solu. glos. in l. imperialis, in ver. permissione, de prohib. feud. alien. per Lothar. Ruin. in cons. 161. num. 38. volum. 1. Socin. iunior in cons. 106. num. 41. volum. 3. Ripa in l. admonendi, num. 44. ff. de iureiuran. Tiraquell. de retract. consang. §. 1. glos. 9. num. 146. Cæph. in cons. 235. num. 30. & in cons. 445.*
103 *num. 28.* Et quia in dubio tacere † quis videtur ex ea causa, quia scit ius suum durare, *vt inquit Isern. in cap. 1. colum. 8. in princ. de natu. succeſſ. feud.* ideo exprimit tex. *in §. diuus*, quod tacuit, vt esset gratior, atque ideo non mirum, si videtur remittere vsuras. Inuenio etiam, quod quidam Modernus legit illum tex. *vt esset* non *gratior*, sed *grauior*, quæ lectura, si esset vera, textus ille non faceſſeret negotium, si ideo tacuit, vt inde debitor cumulatis multorum
104 annorum vsuris grauaretur, deberet hic † dolus nocere creditori. *l. eum qui. ff. quod cum eo. c. intelleximus de iudic.* & quod grauatur debitor, quando cogitur multorum annorum vsuram soluere, est tex. *in l. 2.*
105 *in princip. C. de debito. ciuit. a. lib. 11.* vbi dicit, † commodum esse debitorum, cumulum debiti minimè nutriri. Addo tex. *in l. planè. ff. famil. erciscun.* vbi dicitur,
106 quod particularis solutio † affert incommodum creditori *facit l. fi. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. latè Neguſ. de pigno. in 3. mem. 5. par. num. 18.* Et pro principali decisione facit, quod etsi ex pacto redimens
107 rem venditam teneatur soluere † meliorationes omnes vtiliter factas in re, *Bal. in cons. 167. in fi. volum. 1. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.* tamen si em-
108 ptor in fraudem venditoris fecit impensas † magnas & oneroſas, vt eum remoueat à facultate redimendi, non tenetur venditor illas refundere, *secundum Alber. in l. intra vtile. §. 1. ff. de minor. quem sequitur Tiraq. de retract. conuention. §. 2. gl. 1. num. 8.* Dolus enim emptoris sibi, non vēditori nocere debet, cum eo
109 casu etiam redimens non teneatur ad † impensas magnas, per quas cogatur rem dimittere, *l. in fundo. ff. de rei vend. Tiraq. d. num. 5. in princ.* etiam si bona fide facta sint, præcipuè si per inopiam eas non possit
110 † soluere, *secundum Bar. in d. l. in fundo, num. 8. in fi. Men. qui alios citat, de recuper. possess. rem. 15. num. 523.* Sed quia communiter litera *d. §. diuus*, non ita legitur, nō est quicquam innouādum. Sat est autem, quod communis sit opinio, posse maritum non obstante lapsu decem annorum, petere vsuras dotales. Et secundum hanc sententiam consului, & fuit iudicatum per Excellentiſſimum Senatum Montisferrati, cui tunc præsidebat Rol. à Valle, & Senator causam audiebat D. Franciscus Becius, in qua causa allegaui omnes illas authoritates, quæ legūtur apud Rolan. *in d. cons. 65. postea typis mandato.*

Postremo nostra conclusio, quam supra principaliter firmauimus, fallit, quando vltra taciturnitatem longi temporis concurrit mors mariti, qui semper vxori præstitit alimenta, quam habuit
111 in obsequio suo: tunc enim † vsuræ censentur remissæ, *vt probat tex. in l. vir vsuras, ff. de donat. inter vir. & vxor.* multi allegant in hanc sententiam Bal. *in dicto cons. 474. vol. 3.* qui tamen nullum verbum facit de morte mariti, sed per illum tex. hoc voluit Rom. *in cons. 517. num. 16.* vbi ait, illum esse singularem, licet Baldo incognitum, de quo miratur. Et hæc voluerunt etiam Bart. & Salicet. *in l. vir vsuras, in summario, item Rom. in l. in insulam. §. vsuras, num. 16. ff. solu. matrim.* vbi ait, ibi esse casum vnicum & summè notādum, quia se excepto nemo alius tetigit. Cremen. qui dicit valdè singularem doctrinam, licet Roman. non faciat mentionem, *in sing. 5. Aret. d. §. fuerat, num. 10. in fi. Balb. in tract. præscript. par. 3. quæstio. 10. num. 17. Io. Lup. in dicto cap. per vestras, in 3. not. ab. §. vnum tamen, num. 1. ver. ad idem textus melior, folio mihi 135.* vbi dicit, textum prædictum meliorem esse de iure, *Bero. in cons. 52. num. 25. vol. 2. Gram. in decis. 103. num. 29. Boer. in decis. 196. num. 4.* qui duo dicunt nullum textum esse meliorem, *Cæphal. in cons. 85. num. 14. decis. Pedem. 133. num. 11. vbi multos allegat, qui tamen diuersis in terminis loquuntur, & num. 19. ver. aut loquimur, quando cum longi.* Sed contrarium voluit Corn. *in cons. 145. colum. 6. ver. restat vt condescendam, volum. 2. Dec. in cons. 571. per totum, & ante eos Aret. dicto §. fuerat, num. 10. Alexan. in cons. 63. num. 13. volum. 4. Ruin. in cons. 224. num. 14. volum. 1. Natta in cons. 495. num. 8. & 9. Rol. in d. cons. 65. num. 20. & seq. volum. 4.* Mouentur pluribus rationibus. Primò, quia non præsumitur donatio. *l. cum de indebito. ff. de probationib.*
112 præcipuè † inter virum & vxorem, *glos. fi. in l. si vxor filio. ff. de donatio. inter virum & vxorem*, & quando agitur de remittendis vsuris, *l. si quis pro vxore. §. si vxor viro, ff. eo. tit.* Secundò, vsuræ dotales æquiparantur fructibus dotis, *l. curabit, & l. fructus, C. de actio. emptio.*
113 At maritus, qui patiatur vxorem percipere † fructus dotis, non videtur illos remittere, si tacet, & non petit, *secundum Barto. qui reprobat opinionem Petri in l. de diuisione. ff. soluto matrim.* ergo non etiam censetur vsuras dotales remittere. *Et Corn. in d. cons. 145. refert sic consuluisse Salic. Mart. Laud. & Bal. Nouel.* Tertiò, quia si maritus viueret, posset has vsuras petere, vt probatum fuit in præcedenti limitatione ex communi Doctorum opinione. Ergo id
114 quoque licere debet hæredibus, qui † censentur cum eo vna & eadem persona. *§. 1. in Authen. de iureiuran. à morien. præst.* & eiusdem † est potestatis. *l. hæredem. ff. de reg. iur.* Ad tex. autem *in dicta l. vir vsuras,*
116 † respondent pluribus modis, & primo, quod tanquam exorbitans à regulis iuris communis intelligi debet de vsuris odiosis, non quæ petuntur tanquam interesse, *vt dictum est supra circa l. cum quidem. §. diuus, ff. de vsur. ita Corn. dicto cons. 145. colum. pen. & ante eum, Alexan. in dicto cons. 63. num. 13. in fi. Natta in consilio 195.*

filio 195. numero 8. Respondent secundò, quod ibi loquitur tex. in vsuris promissis, quæ odiosi sunt sicut aliæ, *ita Corn. d. cons. 145. tolum. pen. quem sequuntur prædicti Doctores, Alexan. in cons. 63. num. 13.* Tertio respondent, quod ille tex. loquitur in expressa donatione facta à matito, & confirmata morte. Nam dum tex. meminit de confirmatione, præsupponit
117 esse factam, quia quod non est, confirmari † non potest. *l. eius, qui in prouincia. ff. si cert. pet. ita intelligit gl. ibi Salicet. Aretin. Corn. & Bero. quos & sequitur Rolan. dicto cons. 65. num. 20. & præter eos Iason in l. de diuisione, numero 13. ff. solu. matrim. Dec. in cons. 571. circa fi. Alexan. in d. cons. 63. num. 13. volum. 4.* Respondent quarto, quod tex. ille loquitur in vsuris debitis per vxorem, quæ dotes promiserat. Stante enim mutua affectione, facilè inter eos præsumitur donatio, *l. donatio. ff. de donat. inter vir. & vxor.* At secus est, quando dos debetur à socero, vel alio, in quo nō ita cadit cōiectura donationis, *ita Alexan. in d. cons. 63. num. 14. volum. 4. Bero. in consilio 52. numero 25. volum. 2. Ruin. in dicto consilio 224. numero 15. volum. 1. Natta dicto consilio 495. numero 8. Rolan. d. consilio 65. num. 20. ver. secundo respondetur.* Verum prædictæ rationes parum vrgent. Nam etsi donatio in dubio nō præsumitur, tamē, quando extat coniectura in contrarium, cessat præsum-
118 ptio prędicta: vna enim † præsumptio tollit aliam. *l. diuus. ff. de restit. in integr.* Non etiam obstat, quod maritus nō præsumatur vxori donare fructus dotis, quos vxor percepit: quia respondeo, quod ibi non interuenit mors mariti, ideo non prędsumitur donatio, vti diximus in præcedenti limitatione: secus esset, si maritus iam decessisset, imò ibi nō fit mentio, quod longo tempore vxore perceperit fructus dotis, quod tamen in præsenti limitatione præsupponimus: termini ergo non sunt pares. Imò ibi, si donatio facta esset expressè, non vale-
119 ret, quia etsi valeat donatio, quando † remittit maritus ius non quæsitum: at quādo non vult acquirere. *l. si sponsus, §. si maritus, il 2. & l. seq. ff. de donat. inter*
120 *vir. & vxo.* sicuti debitor potest non acquirere † in creditoris fauorem. *l. qui autem, ff. de hu, qui in fraud. cred.* tamen quia fructus dotis marito debētur oneroso titulo, *vt suprà dictum est*, non valet donatio.
121 † Æquiparatur enim quo ad onerosum titulum emptori, *l. ex promissione. ff. de actio. & oblig. declarat Iason in d. l. de diuisione, num. 13.*

Non resistit tertium, quod hæres possit vsuras petere, ex quo possit defunctus, si viueret: quia respondeo, quod etsi hæres videatur eadem persona cum defuncto, tamen hoc procedit quoad ius, quod erat in persona defuncti ita formatū, quod transiuit ad hæredem, sed quoad ea, quæ non trāseunt ad hæredem, vt quia nouerāt formata in persona defuncti, hæres illum nō repræsentat. In proposito autem, quando maritus diu tacuit, insurgit coniectura donationis, sed ea sola non est potens ad inducendum præsumptionem, vel si est potens, non tamen donatio est valida. At vbi præter longam taciturnitatem concurrit mors, non solū donatio præsumitur, sed propter mortem est valida, ita quod ad hæredem vsuræ illæ transire non possunt, cum tempore aditæ hæreditatis iam sint re-124 missæ & non essent in hæreditate. Responsiones quoque, quæ dantur ad textum *in l. vsuras*, non subsistunt: nam quod legatum in vsuris odiosis, est contra tex. qui expressè loquitur de vsuris dotalibus, quæ non sunt odiosæ, sed fauorabiles.

Non obstat etiam, quod loquatur in vsuris promissis & deductis in stipulationem, quia propter hoc non desinunt esse fauorabiles: quando enim in pactum deducuntur, succedunt loco vsurarum iure communi debitarum, & eodem fauore præstanda sunt. Demonstrauimus enim supra in ampliationibus, quod in pactum possunt deduci, secundum Doctores *in dicto cap. salubriter*, & subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. *l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut.* Quod verò tertio loco dicitur, ibi expressè vsuras fuisse remissas, sustineri non potest, quia inanis foret in eo textu dubitatio, an vsuræ sint legato inclusæ, vel potius donationis remissæ, si expressa fuisset donatio, & fideicommisso confirmata, vt verba tex. tenere videntur. Intelligi autem debet, vt contineat probabilem dubitationem. Quis enim dubitat, quin remitti possint à viro per donationem inter viuos morte confirmatam: cum omnis do-
122 natio † à marito procedens in vxorem confirmetur morte, *l. donationes, quas parentes. C. de donatione inter virum & vxorem, l. 1. ff. de dote præleg. l. fi. ff. de donatione inter vir. & vxor. Ioan. Lup. in rub. eod. tit. §. 69. vbi latè agit.*

Quartus verò intellectus non probatur in eo textu, in quo non dicitur, quis dotem promiserit, nec cui vsuræ fuerint remissæ, & non minus verificari potest in dote per socerū, vel alium promissa, quam per vxorem, ideo diuinant, qui dicunt vsuras ibi deberi ab vxore, non ab alio, sed vbi etiam intelligeretur tex. de vxore, non euacuaret omne dubium: quia etsi maior erga vxorem sit affectio, quàm erga alios, ac ideo in eius fauorem facilius præsumatur donatio, tamen non tollit, quin etiam donatio præsumi debeat erga socerum, vel alium dotis debitorem. Ego circa intellectum illius tex. non video, quomodo euitari possint illa verba, *donationibus verbu fideicommissi confirmatis*, quin probent expressam donationem vsurarum, nisi dicamus textum intellexisse de legato, etiam con-
123 firmato in fideicommisso, quia † legatum est donatio, *vt Instit. de legat. in princ.* Sed non conueniunt illa verba, quibus fit mentio de fideicommisso, de prælegato dotis, & de donationis confirmatione, per quæ videtur casum esse, quod maritus vxori donauerat vsuras dotales, deinde in testamento eidem testator prælegauit, & institutum hæredem grauauit onere fideicommissi, in cuius restitutione prętendebat substitutus, quod venirent vsuræ tanquam inclusæ dotis prælegato: hæredes vxoris, vel vxor dicebant vsuras donatione remissas, non autem prælegati titulo relictas, Quærebatur quid iuris. Quicquid tamen sit, durum esset obtinere contra hanc limitationem, quæ tot habet aŭthores, licèt non posset commodè sustineri intellectus illius textus. Pro quo facit, quia pater, qui promisit filium fructus percipere † ad-

uentitiorum, censetur illi donasse, *l. cum oportet. §. fin autem. C. de bon. quæ liber. vbi Bart. Bal. Castr. Salic. & alij, Corne. in cons. 130. colum. 2. volum. 2. in quo idem tenet Tiraquell. in l. si vnquam, in ver. donatione largitus, num. 211. C. de reuoc. donatio. Crauet. in l. cum filio, in 2. par. num. 46. ff. de leg. 1. Crot. in l. frater à fratre, num. 80 ff. de cond. indeb.* Sed posset responderi, quod in eo tex. vsuræ erant promissæ, atque ita quæsitæ; at vsusfructus patri non erat acquisitus. Aliter autem respondet Corne. *in d. cons. 145. colum. pen. in fi.* Sed non benè.

Quia vero diximus, alimenta deberi marito post moram factam in soluenda dote, operæ pretium est videre, quando debitor dotis incipiat esse in mora, & consequenter, quãdo incipiant deberi vsuræ dotales. Moram igitur, quoad effectum prædictum incurrit socer, vel etiam extraneus per lapsum diei, quæ adiecta fuerat solutioni dotis. Re-
125 gulariter enim dies † interpellat pro homine, & constituit debitorem in mora, *l. magnam, ff. de contrah. & committen. stipulat. l. 2. C. de iure emphyt. c. potuit, extra loca.* & quod debitor dotis sit in mora per la-
126 psum diei, † ponit Bar. *in cons. 131. num. 1. volum. 1. Alex. in cons. 131. num. 3. ver. & prædicta patet, volum. 6. Aret. in §. fuerat, num. 9. ver. sed quod dixi, Institu. de actio.* vbi inquit, lapsum diei inducere moram regularem, qua stante non est opus exspectare moram irregularem, id est, lapsum biennij, *Ias. num. 20. ver. intelligite tamen, vbi dicit, esse de hoc textum expressum in l. vnica, §. exactio. C. de rei vxor. actio. vbi Bal. ad hoc not.* Et ibi Ias. idem aduertit, quod Aretin. non esse exspectandum biennium, quando dies est certa, *Plot. in tract. in iuram. in lit. §. 11. num. 18. Rolan. cons. 65. num. 2. volum. 4.*
127 Et hæc mora, vt supra tetigi, est regularis † & dicitur in personam. *secundum glos. in l. videamus, la seconda, in princ. ff. de vsur. declarat Ripa in l. quod te, num. 2. ff. si certum petat.* Multis tamen in casibus, licet dies solutioni præscriptus cesserit, mora contrahitur, qui suis in locis videri poterunt. Nostri enim instituti non est, alienas materias hunc in locũ transferre: non est tamen omittendum, quod vbi certo in loco fieri debet dotis solutio, licèt certa dies sit adiecta, non inducitur mora per lapsum diei,
128 nisi creditor † probet, se ea die fuisse in loco destinatæ solutionis, *secundum Gul. Cun. in l. item illa. ff. de verborum obligat. vbi Bar. Alber. & Fulgos. per l. arbiter si calendas. ff. de arbitr. idem voluit Bar. in l. cum filius, §. fi. in fi. ff. de oblig. Anchar. in cons. 141. Alexan. in cons. 172. colum. 2. volum. 2. Corn. in cons. 29. colum. fina. volum. 3. Afflict. in decis. 316. num. 2. Paris. de Put. in tracta. de feud. reintegr. c. 55. num. 21. idem voluerunt Decius, Rum. & Gozad. quos citat & sequitur Rolan. in cons. 37. num. 36. volum. 1. addo Tiraquel. de retract. consang. §. 15. glos. 2. num. 20. Nat tam in consilio 258. num. ... Crauet. in respon. pro genero, num. 19. fa-*
129 *cit l. 2. ff. si quis in ius vocan. non ier.* vbi citatus, † qui die statuta non comparuit, in mora non dicitur, nisi ea die actor comparuit, quia citatio per lapsum diei circumducitur, *vt ibi dicunt Doctores, & communem asserit Alexan. in consilio 92. numero 12. volum. 1.* Et aduertatur, quia tantum non extinguitur virtus diei, quod debitor vlterius non incurrit moram,
130 nisi de nouo † interpelletur, *secundum Barto. in dicta l. item illa, num. 11.* vbi subdit, quod creditor non comparendo die conuenta, videtur remittere interpellationem, quæ per diei constitutionem inducitur, & petendi instantiam, & actio remanet pura, ac si à principio nulla dies statuta fuisset, *sequitur Afflict. dicta decis. 316. Rolan. dicto cons. 567. num. 37. & sequent. & præter eos, Socinus in consilio 126. num. 5. volum. 1.* Et ratio est, secundum eum, quia lapsa die statuta, non erat certum, quando solutio fieri de-
131 beret: dies autem incerta † non interpellat, *per tex. in dicta l. magnam, à contrario sensu, Doctores in l. quoties in diem, ff. de verborum obligat. Bart. in l. ita stipulatus, numero 141. C. de verborum obliga. Dec. in cons. 2. num. 4. & sequent.* Ego tamen existimo, quod isto casu, quando dies solutionis cessit, possit maritus vsuras dotales consequi, etiamsi eodem die non fuerit in loco destinatæ solutionis. Quia dixi suprà, quòd etiam ante factam liquidationem dotis, maritus petit à socero alimenta, seu vsuras, licèt aliud sit in eo debitore, qui non tenebatur alere, vel dotare. Adduxi in argumentum notata *in l. curabit. C. de actio. emp.* Et facit, quod maritus in proposito comparatur emptori, & vsuræ dotales æquiparantur fructibus. *l. fructus, C. de actio. Corn. in cons. 145. colum. penul. volum. 2.* Et si dicatur, ista similitudo concludit non minus contra extraneum, quam contra socerum, & alium obligatum ad alendum, dico non esse verum. Nam obligatus releuatur onere alendi, ideo videtur fructum promissæ dotis percipere, qui consistit in alimentis. Extraneus verò, qui non tenebatur alere, licet pecuniam penes se retineat, non tamen ex ea fructum aliquem percipit, non quidem ex eo, quod maritus alat vxorem, quia per hoc in nullo releuatur, non etiam ex ipsa pecunia immediatè, quia pecunia de se nõ est apta ad mul-
132 tiplicandum vel germinandum, cum sit † mensura rerum, *l. 1. ff. de contraben. emptio. l. si ita fideiussorem accepero. ff. de fideiusso. Abb. in rub. de vsur. Natta m cons. 369. num. 5.* Non enim est merx, *vt per Moder. Paris. in tracta. de vsur. num. 694.*

Secundo incipit debitor esse in mora, quando
133 maritus sustinet † onera matrimonij, *l. Iulianus. §. offerri. & §. ex vendito. ff. de actio. emptio. l. curabit, C. eodem titulo. glos. in l. de diuisione, vbi Bar. num. 3. ff. solu. matrim.* vbi dicitur, quòd maritus sustinendo onera matrimonij implet cõtractum ex parte sua, ideo cum sit vltro citroque obligatorius, vxor constituitur in mora, *sequuntur Bal. Ang. Rom. & Castrens. ibi, eandem probauit Ias. ibi, & Socin. num. 9. & seq. vbi Alexan. num. 12. dicit, esse magis æquam, & Cuman. dicit, quòd est tenenda tanquam communis, Ang. in l. fina. §. præterea. C. de iure dot. Castrens. in cons. 11. num. 4. ver. quatenus autem petuntur, volum. 1. Alexan. in cons. 147. num. 2. & 4. volum. 5.* vbi dicit, esse magis communem opinionem, & tenendam in consulendo & iudicando, & se solitum ita tenere, legendo & consulendo. Et licèt, *in d. l. de diuisione,* contrariam amplectatur Iason *in l. si donaturus, §. 1. ff. de cond. ob caus. num. 16.* vbi allegat Castrens. *in l. iubemus, la seconda. §. sanè. C. de sacrosanct. eccles. Ruin. in consilio 221. num. 3. volum. 1. & ante eos, Bal. in cons. 94. in princ. volum. 1. Plot. in dicto tracta. de in lit. iuran. §. 11. num. 18. Rolan. in tracta. de lucro dot. quæstio. 8. & Phanuc. in eodem tracta. in ver. restituenda, num. 37. Campeg. de dote, par. 2. quæ-*

stio. 8.

stio.8.in princip. qui omnes dicunt, hanc esse moram irregularem, id est, verum, quod Iacob. de Aretin. Petrus, And. de Pisis, Bal. Imola, & Alexan. *in d. l. de diuisione*, tenent contrarium, sed quia prędicti Doctores respondent omnibus suis argumentis, non est opus multa disputatione, vbi etiam resoluit, *Alexan in d. cons.147.*

Intellige tamen hanc moram, quoad hoc vt debeantur vsuræ dotales, quod si quęratur, an mulier sit in mora soluendi dotem, eo quòd maritus sustineat onera matrimonij, ad effectum, vt si locus statuto, per quod maritus lucratur dotem solutam, atque ita, vt maritus lucretur dotem, non suf-
134 ficiet eiusmodi † mora irregularis. *ita Bart. in consilio 131. colum.2. volum. 1. Castrens. in dicta l.iubemus. §. sanè. Iason in dicta l. si donaturus. §. 1. num. 16. Socin. Ruin. & Crot. quos citant Rolan. & Phanuc. in locis suprà citatis.* Declara etiam, vt tunc vxor dicatur in mora sustinente marito onera matrimonij, quando non est data maior dilatio. Quod si maritus longiorem concessisset dilationem ad soluendum dotem, tunc non attenditur mora legalis, sed expectatur conuentionalis: cum enim possit maritus legis dilationem pro libito extendere, *l. si marito, §. 1. ff. soluto matrim.* Concedendo longiorem dilationem, di-
141 scedere videtur à prouisione legali, *l. si C. de dot. promissio.* & remittere legalem moram. Pacta enim derogant legi, & mora non committitur, nisi lapso
135 † termino conuento, *l. lecta, §. sed cum sortes ff. si cert. petat.* nec interim currunt vsuræ, *vt per Doctores ibi, vt not. Cyn. in l. quotiens, quæstio.5. C. de precib. Imper. of-*
136 *fer.* Et in terminis ita † determinat Castrens. *in dicto consilio 11. numero 4. versic. sed in casu nostro, volum. 1.* Et pro hac decisione facit text. *in l. si de lege. §. fina. ff. de*
137 *lege commisso.* vbi lapso termino, si recipiat † quis partem pretij, videtur remittere facultatem recedendi à contractu, quæ sibi competebat. Et dicit Ange. *in consilio 373. columna penultima*, quod si lapso tempore conuento, venditor protestetur, se nolle
138 stare contractui, nisi sibi soluatur, ex hoc videtur remittere inobseruantiam. Latè Crauet. *in cons. 106. numero 2. & sequent.* vbi addit, quòd dominus directus recipiens implementum, videtur remittere caducitatem, de quo multa ponit Clar. *de emphyt. quæstio.10.*

Declara etiam, vt procedat quoad constituendum mulierem in mora: verum, si dotem promisit, non mulier, sed extraneus, tunc constituitur ex eo solo in mora, quod maritus impleat ex parte sua, vel sustineat onera matrimonij: tunc enim cessat ratio principalis quæstionis, quæ locum habet solum in contractu vltro citroque obligatorio. Nam extraneus dotando donat, atque ita non facit contractum vtrinque obligatorium, & con-
139 sequenter maritus † sustinendo onera matrimo-
nij, non dicitur extraneo implere. Est text. *in l. fina. §. fi. C. de iure dot. quem ita intelligit Bar. in d. l. de diuisione, num.3. quem sequitur ibi Bal. Ang. Castrens. Iaf. Socin. & alij suprà proximè citati, Ang. clare in d. l. fina. §. prætera, Ruin. pulchrè in d. cons.221. num.3. ver. nec etiam re ipsa, volum.1.* 146 *vbi ita declarat, Alexan. in cons.147. num.4. ver. nec obstat. I. si. vol.5. vbi ita declarat d. §. prætera, Bal. in cons.94. volum.1. communem dicit Phanuc. loco prædicto, num.38. Campeg. d. quæst.8. colum.1.*

Tertiò, contrahitur mora † per lapsum biennij, 140 *vt est tex. in dicta l. fin. §. prætera, C. de iure dot. vbi hoc tenet glos. & Rain. de Forliu.* qui subdit, quod biennium succedit loco litis contestatæ, quod etiam tenet Cin. dicens, esse mirabilem modum contrahendi moram. Et dicit Baldus, *num.7.* quòd mora, quæ inducitur cursu temporis adiecti à lege, æquiparatur moræ inductæ per litis contestationem, quod secundum eum, est valde vtile scire, propter facultatem purgandi. Et Salic. *in princ.* dicit, mirabilem hũc esse modum inducendi moram sine interpellatione. *Bal. in d cons.94. num.1. volum.1. Alex. in cons.74. num.2. & colum.3. volum.5. Glos. Bart. & alij omnes, in d. l. de diuisione, & illi omnes, quos suprà citauimus pro opinione Bar. supra circa secundum modum. in princ. Ruin. d. cons.221. num.3. cons.224. num.13. volum.1. Capic. in decis.183. num.2. Phanuc. in dicto ver. restituenda, num 37. vbi ait communiter ita traditum à Doctoribus. Plot. d. §. 11. num.18. Socin. d. l. de diuisione, num.12.* vbi quod eiusdem est virtutis, cuius litis contestatio. *Et Salicet. d. §. prætera. num 9. dicit, singulariter notandum Bello. cons.23. num.5. Alcia. consilio 108. num.12. Rolan. cons.65. num.1. volum.4. Marsil. singu.*
141 *360. Gram. decis.70. in princ.* Dies enim tacita † interpellat pro homine, sicut expressa, *l. vnic. §. exactio, C. de rei vxor. actio. glos. sing. in l. si mora. ff. soluto matr. & in l. si duo. §. fi. ff. de const. pec. Cin. & Bal. in d. l. fi. §. prætera. C. de iure dot. Alexan. in cons.74. num.3. volum.5. Iason in l.2. num.35. C. de iure emphyt. vbi multos allegat, Natta in consilio 258. numero 5.* Hæc tamen regula intelligi debet,
142 quando dos est marito promissa, aliâs si sit † vxori promissa, non contrahitur mora per lapsum biennij, *vt declarat Ruin. in d. cons.221. num.3. & dixi suprà in limitationibus.*

Declara item, quod biennium currat à die con-
143 tracti matrimonij, † *ita loquitur d. §. prætera, vbi Cin. Bar. Bal. & Salicetus.*

Quarto est in mora mulier, vel etiã extraneus, quando interpellatus non soluit dotem, mora e-
144 nim regulariter inducitur per † interpellationem, *Doctores in l. quod te, in l. cum quid, & in l. vinum. ff. si cert. pet.* glos. quæ loquitur in nostris terminis, *in d. l. de diuisione. ff. soluto matrim.* vbi inquit, maritum sibi imputare, si mulierem non interpellauit. Et ibi dicit Bart. *num.2.* quod mulier non est in mora sine interpellatione. *Sequuntur ibi omnes Doctores, Castrens. in l. iubemus, §. sanè, num.4. C. de sacrosanct. eccles. Iason in l. si donaturus, §. 1. num.16. ff. de cond. ob cau. Ruin. in cons.221. num.3. ver. nec etiam reipsa, Plot. in d. §. 11. num. 18. Salicet. d. §. prætera, colum. 2. ver. sed aduerte.* vbi quod stante interpellatione nulla est differentia inter mulierẽ & extraneum, & procedũt prædicta etiam intra bienniũ, de quo *in l. fi. §. prætera, prout suprà diximus,*
145 quia biennium est inductum † nõ ad differendam actionem, sed ad constituendam moram, *vt ibi dicit Cin. num.2. in quinto notab.* qui etiam in fi. dicit, quod inductum est in fauorem mariti, & non debet retorqueri in odium. Et Bal. *ibi, num.8.* inquit, quòd
146 vbi dies † apponitur in fauorem creditoris, interpellat pro homine, sed ante illius euẽtum agi potest cũ effectu, *l. item illa. §. fi. ff. de constit. pecu.* Et Salic.

ibi,

ibi, colum.2. dicit, quod ſtante interpellatione eodem modo obligantur mulier & extraneus. Et in fin. dicit, quod biennium pro inducenda mora eſt inductum fauore mariti, qui ideo non prohibetur ante petere.

Vt autem detur exactio vſurarum, tria debent
147 copulatiue concurrere, † dotis promiſſio, nuptiæ, & quod maritus ſubeat onera matrimonij. Quod ſi alterum deficiat, vſuræ non debentur. *Ita voluit Dec. in dicta l. fina. §. præterea, vbi Bal. in primo not. C. de iure dot. vbi gloſ. in ver. promiſſionem. ſequitur Cin. ibi, Cin. ibi, Alexan. in conſ. 74. num. 2. colum. 3. ver. nec ad hoc obſtat, volum. 5.* vbi dicit, quòd hæc ſunt ſubſtantialia, & omnium concurſus copulatiuè requiritur. *Idem voluit Iaſ. in d. l. de diuiſione, colum. 1. num. 2. vbi quærit de ratione, Ruin. in d. conſ. 224. num. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus recipiendo dotem, non videtur remittere vſuras dotales.*
2 *Acceßiones dotis debentur iure actionis.*
3 *Vſuræ dotales, omiſſæ in libello, peti poſſunt nouo iudicio.*
4 *Expenſæ debitæ ex pacto vel ſtatuto, peti poſſunt nouo iudicio, ſi in ſententia fuerunt omiſſæ.*
5 *Damni vitandi ratio fauorabilior eſt quàm lucri captandi.*
6 *Creditor recipiendo ſortẽ, non videtur vſuras remittere.*
7 *Vſuræ dotis non ſolutæ ſuccedunt loco pœnæ.*
8 *Pœna legalis non cenſetur remiſſa à creditore, qui ſortem recepit.*
9 *Maritus alimenta pro dote nõ ſoluta petit officio iudicis.*
10 *Officium iudicis mercenarium expirat ſublato principali.*
11 *Venditor recipiens pretium, cenſetur remittere vſuras pretij non ſoluti.*
12 *Intereſſe cenſetur remiſſum, quando creditor ſimpliciter recipit ſortem.*
13 *Fructus percepti poſt ſolutum matrimonium augent dotem.*
14 *Augmentum dotis petitur actione de dote.*
15 *Fructus dotis non petuntur actione de dote.*
16 *Mariti bona ſunt pro alimentis, ſicut pro dote obligata.*
17 *Vſuræ differunt ab intereſſe.*
18 *Intereſſe officio iudicis debitum peti non poteſt de per ſe.*
19 *Stipulatio requiritur, vt debitum vſurarum contrahatur.*
20 *Pœna legalis petitur iure actionis.*
21 *Intereſſe non dicitur pœna, quoad creditorem, ſed quoad debitorem.*
22 *Maritus recipiendo ſortem, ſibi præiudicat in vſuris, etiam ſi recipiendo reſeruaſſet ſibi ius petendi.*
23 *Proteſtatio nihil proteſtatur in iis, quæ dependent à neceſſitate iuris.*
24 *Proteſtatio nocet ei, qui non contradicit, vel acceptat illam.*
25 *Proteſtatio conſeruat ius, & declarat voluntatem proteſtantis.*
26 *Intereſſe debitum ex pacto, non videtur remiſſum ſorte recepta.*
27 *Maritus recipiendo dotem, non ſibi præiudicat quoad intereſſe promiſſum ex pacto.*
28 *Expenſæ peti non poſſunt, quando in ſentẽtia de illis nulla facta eſt mẽtio, ſecus, quando debẽtur iure actionis.*
29 *Maritus petendo dotem in dicio non cenſetur remittere vſuras.*
30 *Voluntas, quæ ex actu colligitur, non vltra extenditur quàm inferatur ex ipſo actu.*
31 *Acceſſorium regulatur ſecundum ſuum principale, & cum eo proportionabiliter extinguitur.*
32 *Limitata diſpoſitio parit effectum limitatum.*
33 *Partis ad partem eadem eſt ratio, quæ totius ad totum.*
34 *Vſurarum partẽ petens, non videtur aliã partem petere.*

QVÆSTIO XLIII.

MAriti ſæpè differunt dotis exactionem in multos: deinde ſimpliciter dotẽ recipiunt, & pro ea liberant debitorem, quicunque is ſit, an eo caſu videantur re-
1 miſiſſe † alimenta vel vſuras dotales? Et Bal. Nouel. *in tract. dot. in ſecunda parte, colum. penult. ver. ſequeretur etiam alius effectus,* dicit, quod ſibi non præiudi-
2 cat maritus. Et mouetur, quia acceſſiones † dotis petuntur & debentur iure actionis, *l. ſi marito. §. fina. ff. ſoluto matrimonio.* Id quod eſt generale in omnibus vniuerſalibus, quod acceſſiones includantur. Et ſubdit eſſe notandum, quia ſæpè contingit de facto. *ſequitur Ioan. Lup. in repet. cap. per veſtras, in 6. notab. §. octauo infertur, numero 6.* vbi ait ſingulare, quotidianum & menti tenendum, ac nouum dictum ſolius Bald. Nouell. Addo, quod etiam voluit Baldus Nouell. *in l. 1. numero 17. ff. ſoluto matrim.* Quia cum vſuræ prędictæ veniunt æquè principaliter, tanquam dos peti poſſunt actione de dote vel exſtipulatu. Et his duobus in locis Bal. Nouel. infert, quòd ſi in libello † non ſint petitæ vſu-
3 ræ, vel in condẽnatione omiſſæ, poſſunt nihilominus peti nouo iudicio. Et facit doctrina Bart. *in l. 1. ff. de lega. 3. in l. non ſolum. ff. de rei vend.* vbi vult, quòd etſi poſt latam ſententiam non ſit quærendum de expenſis, † tamen quando debentur iure actionis,
4 vel condictione ex ſtatuto, poſſunt ſeparato iudicio peti. Id quod voluerunt etiam Io. And. & Butr. *in cap. ex parte, de reſcript. Franch. in cap. ex ratione, col. 18. de appellat. ponunt Doctores in l. properandum, in §. ſin autem alterutra, vbi Iaſ. C. de iudic. Rolan. latè in conſ. 62. num. 12. & 15. volum. 4.* Sed etſi Bal. Nouell. ſibi aſcribat illam deciſionem, & Lup. dicat, eſſe nouum illius dictum, inuenio tamen, quod ante eos idem voluit Roman. *in l. inſulam. §. vſuras. num. 17. ſolu. matrim.* vbi inquit eſſe de hoc tex. expreſſum *in l. fina. §. præterea, C. de iure dot.* dum inquit, etiam ſi non fuerint adhuc res principales traditæ. Illa enim dictio, *etiam,* implicat caſum appoſitum, *vt in iuribus vulgatis.* Præterea ſi maritus poteſt petere intereſſe lucri ceſſantis, *vt probatur in eo tex. ibi panis ciuilis quæſtũ, &c.* quare non poterit petere alimenta, quæ vt ſupra dixi, debentur ratione emergentis damni, quod maritus ſuſtinuit alendo vxorem de proprio. Potior enim eſt eorũ cauſa, quæ tractant de vitando
5 † damno, quam eorum qui tractant de lucro, *l. ſi. §. licentia. C. de iure deliberan. l. ſi. ver. non enim par. C. de iure codicillo.* Et pro hac parte facit præter eos, quod recipiendo ſororem † non videtur creditor remit-
6 tere vſuras, *l. centum Capuæ, in ſi. ff. de eo, quod certo loco, ponit Bartolus in l. fina. num. 3. ver. aut fuit vſura. ff. eodem titulo,*

titulo, sequitur Castrens. ibi, num. 2. & Iason, num. 3. ver. in ea gl ibi, l. penult. Quod si id procedit in vsuris odiosis, quod non censeantur remissæ, multo magis locum vendicabit in fauorabilibus, *argumento eorum quæ dixi in præcedenti quæstione, respondendo ad l. cum quidam. §. diuus. ff. de vsur.* Accedat quod dictæ vsuræ sunt legales, & debitæ ex legis dispositione non solum ciuilis, sed etiam canonicæ, *vt supra demonstraui*, &
7 succedunt † loco pœnæ, *Roma. d. §. vsuras. num. 12. Berous d. cons. 200. num. 5. volum. 1.* At pœna legalis non
8 censetur remissa à creditore † simpliciter recipiente suum creditum, *vt est text. in l. si prosure, ff. de condit. furt. glos. in l. fi. ff. de eo, quod certo loco, vbi Bart. num. 3. Ange. in fi. Castrens. num. 5. & Ias. colum. 8. circa princ. ver. in ea glos. ibi, l. penult.* Ergo idem esse debet in vsura legali, vt non videatur remissa, si creditor recipit sortem. Et pro hac parte videtur text. *in l. si marito. §. fi. ff. soluto matrim.* vbi id permittitur in repetitione dotis. Ergo idem erit in ea petenda.

Contraria tamen sententia placuit Petro, quem citat & sequitur Baldus *in l. fina. §. præterea, C. de iure dot. numero 3. & sequenti.* Mouentur, quia ista incrementa veniunt officio iudicis mercenario, super quo non potest iudicium per se fundari, *l. si in iudicio. ff. de except. rei iudic*, Et dicit ibi Baldus, quod hæc quæstio est notabilis & quotidiana, *Alexander in l. fina. ff. de eo quod certo loco, in magna addit. ad Bartolum, in fine. sequitur Ias. ibi, numero 5. idem voluit Imola, in l. si insulam, colum. penultima, ver. tu adde quod hoc. ff. de verborum obligationibus, & nouissime Vinc. Carre. in cap. cum quid, part. quarta, limitat. quinta, num. 5. de regu. iur. in sexto.* Principale fundamentum huius partis est,
9 quia huiusmodi alimenta † maritus petit simplici officio iudicis, *secundum Imo. in l. in insulam, §. vsuras, ff. soluto matrimonio, Ange. & Iason in §. fuerat, Institut. de actio. & demonstrabo in titu. quomodo petant alimenta.*
10 Hoc autem iudicis officium † expirat sublato principali, *l. terminato, C. de fruct. & litis expens. l. 4. C. de depos. l. in bonæfidei. C. de vsur. l. si in iudicium, cum ibi notat. ff. de except. rei iudic.*

Secundo facit, quia idem videmus in vsuris, quæ debentur venditori ob dilatam solutionem
11 precij rei traditæ. Nam venditor † recipiendo sortem, videtur illas remittere, *l. qui per collusionem, §. pretij sorte. ff. de actio. empto.* Ergo idem erit in vsuris, quæ marito debentur ob retardatam dotis solutionem.

Tertio facit, quia verum interesse censetur re-
12 missum, quando creditor † recipit sortem, *l. centum Capuæ, & l. fina. ff. de eo, quod certo loco*, vbi loquitur de eo interesse, quod creditor passus est propter solutionem alio in loco factam, quam vbi conuenerat. Et ita tenent Bartolus, Castrens. Iason *in dicta l. fina. Castrens. in l. centum Capuæ. ff. eodem titu. Dec. in l. vinum, numero 5. ff. si certum petat. vbi Curt. numero septimo, Paris. in consilio quinto, numero ducentesimo secundo, & sequenti, volum. quarto, Bercius in consilio 200. numero 19. volum. 1.*

Quarto allegari potest text. *in l. vir vsura, in fi. ff. de donat. inter virum & vxorem.* vbi legando vxori dotes maritus videtur vsuras dotales remisisse. Et hic verior mihi videtur intellectus illius text. quam multi alij, quos ex mente Doctorum retuli in precedenti quæstione. Et dicit Roma. *in dicto §. vsuras, numero 18.* quod hæc pars magis videtur de mente iuris. Et hanc partem sequitur Baldus *in l. si marito. §. fina. in fi. ff. soluto matrimonio*, vbi dicit, vsuras, de quibus *in cap. salubriter, de vsur.* non deberi dote soluta, *sequitur etiam ibi, colum. 1. in fi. Alciat. de præsump. regu. 1. præsum. 32. numero 7. Campeg. de dote, parte secunda, quæstio. quinta.* Hanc partem si teneas, quæ videtur verior, & habet plures authores, respondeo ad *l. si marito, §. fina.* Quod ibi loquitur in fructibus & accessionibus dotalibus, quæ debentur non offi-
13 cio iudicis, sed iure actionis. Nam fructus † illi percepti post solutum matrimonium augent dotem, *vt inquit Baldus in dicta l. fina. §. præterea, C. de iure dot.* Et sicuti actio dotis datur pro dote, ita & pro
14 augmento † dotis, *l. penult. & l. fina. C. de donatio. ante nupt. Din. & Cin. ibi, ponit Bal. in d. l. si marito. §. fina.* Cum ergo peti possint iure actionis, debentur etiam forte extincta, quia pro eis durat actio, at secus in alimentis, de quibus agimus, quæ debentur solo iudicis officio. Ita declarat Baldus *in dicto text.* dum distinguit, an ea accessio officio iudicis, vel iure actionis debeatur, vt primo casu extinguatur cum sorte, secundo non. Idem Baldus *in dicta l. fina. §. præterea, num. 4. Alexan. d. l. si marito. §. fin. in princ. & colum. 1. in fine.* subdens, quod dos respectu mariti non est quid vniuersale, ideo ad fructus & alimenta non datur marito actio. Est verum, quòd ipse non facit differentiam inter fructus naturales, &
15 vsuras, ideo fortius vult, quòd marito † non datur actio etiam ad fructus. Roma. *in dicta l. si marito, §. fina. num. 31.* vbi tamen contra Alexan. dicit, quòd sicut est vniuersale dotis iudicium ex parte vxoris, ita & ex parte viri, *per l. quod dicitur. ff. de impens. in rebus dot. fact.*

Non obstat etiam, quod si vxori datur actio ad consequendum alimenta, & ita non extinguitur accessorium cum principali in dote repetenda, eodem modo non debeat extingui in dote petenda, qui iam proximè fuit dictum, quòd *l. si marito*, non loquitur in alimentis, sed in fructibus; ideo assumptum in ea lege non probatur.

Secundo respondeo, quòd vbi etiam verum esset, quòd viduæ deberentur alimenta, non obstãte solutione dotis, *de quo dicam suo loco*: tamen hoc non posset prodesse quo ad maritũ, nec inde inferri ad eum potest: nam vxori pro consequendis alimentis à marito datur actio ex dote, seu ex hypothecaria, quia bona mariti sunt vxori non minus obli-
16 gata pro alimentis, † quàm pro dote, *vt voluit Speculator in titu. de donationibus inter virum & vxorem, §. formatis, versic. sed nunquid bona viri, Bartolus in l. si cum dotem, §. sin autem in fœuissimo, vbi etiam Castrens. ff. soluto matrimonio, Baldus in l. vnica. §. vt plenius, C. de rei vxor. actio. & dicam in titu. de priuileg. alimentorum.* Cum ergo detur actio, non mirum si non tolluntur per solutionem sortis, sed aliud est in marito, qui non petit vsuras dotales actione aliqua, sed officio iudicis.

Ad text. *in dicta l. fina. §. præterea*, respondeo, quòd etsi illa dictio, *etiam*, implicet casum oppositum, tamen

tamen non probat, quod liceat vsuras petere, si non sit facta reseruatio: quia cum præsupponit deberi facta solutione principalis, intelligi debet, si facta sit principalis reseruatio.

Respondeo etiam, quòd ille text. non dicit etiamsi principales res sint solutæ, sed dicit, *nec non panis ciuilis quæstum eum præstare etiam.* Atque ibi quiescit oratio, ita quod sequens clausula sit per modum conditionis adiecta: *si res principales non sint traditæ.* & hoc modo intelligendo textus à contrario sensu, probabit opinionem Petri, Baldi, Alexan. & aliorum supra citatorum.

Non omitto, quod Baldus *in dicto §. præterea,* dicit dictionem illam abundare. Et nõ resistit, quod creditor recipiẽdo sortem, non videatur remittere vsuras: quia respondeo, secundum Castrens. *in*
17 *fi.num.2.ff,de eo,quod certo loco,* aliud esse in vsuris, † aliud vero in interesse. Et licèt ipse rationem taceat diuersitatis, ea tamen est, quia vsuræ non possunt deberi, nisi per stipulationem, atque ita iure actionis, quo casu peti possunt principali extincto,
18 quod est secus in interesse † quod solum debetur officio iudicis, & de per se peti non potest, *ita declarat Iason dicta l. fina. numero 2. ver. credo quod ista solutio.* Quod autem stipulatio sit necessaria in contra-
19 hendo debitum vsurarium, † probat tex. *l.1. C.de vsur.ponit Aretin. in §. si scriptum, num.2. Institu. de inutil. stipul.* Et hanc resolutionem probat idem Castren. *in d.l.centum Capuæ.num.6.*

Eodem modo respondetur ad id, quod dictum est de pœna legali: ea enim debetur simul cum
20 principali iure † actionis, *d.l. si pro fure, ita post Bart. declarat Castrens. numero 5. & Iason dicta l.fina.numero 2. ver.ratio diuersitatis facit, Beroius dicto consi. 200. num. 19. in primo volum.*

Respondeo secundo, quòd interesse nõ est pœ-
21 na † quoad creditorem, sed solum quoad debitorem, *vt declarat Castrens.d.l fi.num.3.Ias.num.2.* ideo de vno ad alium non licet arguere.

Ampliatur supradicta principalis decisio, vt procedat etiam, quando maritus recipiendo dotem reseruasset sibi ius vsurarum seu alimento-
22 rum, nam ea remissio inducitur iuris † necessitate, *vt probatur in dicta l.centum Capuæ, in fi. ff.de eo quod certo loco, & l quarta. C.de depos.* Protestatio autem non
23 impedit id, quod veniebat ex iuris † necessitate, *l.at si quis, §.plerig, ff. de relig. & sump.fun. notab. in l. alimenta.C.de neg.gesto.* & hac ratione hanc partem amplexus est Petrus *in dicta l.fina. Castrens. numero 7. & hanc opinionem dicit magis communem Beroius, dicto consilio 200. numero 3. volum. primo. sed Bartolus ibi dicit contrarium, sequitur Beroius dicto consilio 200.numero 11.* Quæ opinio est vera, quando soluens non contradicit
24 protestationi, † vel eam acceptat, *Castrens. dicta l. fi. numero 7. Iason numero 4. ver. qui tenendum. vbi allegat l. si debitor. §. primo, ff. quib. mod.pign.vel hypothe.solu.* Adducit etiam notata *in l. 2. C. de iure emphyteu.* quæ tamen non faciunt ad propositum duplici ratione: nam ibi remissio inducitur ex voluntate, at vbi re-
25 missio fit ex volũtate, protestatio † conseruat ius, quia declarat voluntatem remittendi abesse. *ita Barto. & alij in d.l fina.* Nos verò agimus, quando remissio fit ex iuris necessitate, quo casu protestatio non iuuat, *d. §. plerique.*

Secunda ratio est, quia vbi agitur de pœna legali, quæ ex quo de per se peti potest, & debetur iure actionis, secundum supradicta, non censetur remissa recipiendo sortem, etiam nulla extante protestatione: hic verò tractamus de interesse debito officio Iudicis, quod de per se peti nõ potest. Cum Bart. tamen transit Aret. *in cons. 9. colum. 2. in 2. dubio, Dec. in l. vinum, num. 5. ver. saluari tamen potest.* Etsi dicatur, quomodo hoc casu poterit peti interesse, si non datur actio? Respondet Dec. *in d. l. vinum, numero 5.* quod vbi soluens non contradicit, inducitur tacitum quoddam pactum, ex quo tamẽ innominato contracta agi potest, & in prædictis locis ponitur, quid si soluens contradicat, in quo Castr. *in d.l.si.in fi.* impugnat Bart.

Limitatur tamen principalis nostra conclusio, vt non habeat locum quando à principio maritus conueniisset de certa quantitate soluenda pro vsuris dotalibus, quod pactum suprà ex authoritate multorum sustinuimus esse validum: tunc enim quia vsuræ deductæ sunt in pactum, & actionis iu-
26 re debentur, possunt peti, licèt maritus † simpliciter & nulla facta earum mentione dotem receperit. Est tex. *in l.centum Capuæ. ff.de eo,quod certo loco,per quem ita tenet Bar.in d. l. fi. num.3. ver. circa qualitat.* vbi concludit eo casu peti posse, licet aliud sit quando debetur solo Iudicis officio, *Iason in l. 1. numero 3. ver.infer. C. de iud.* vbi dicit, quod etsi interesse debitum officio iudicis non possit peti, quando creditor simpliciter recipit sortem, tamen quando deductum est in stipulationem, creditor recipiendo sortem non sibi præiudicat, *Ias d. l. fi. num. 3. ver. aliter & melius.* vbi dicit, quòd si accessoria de iure debita solo Iudicis officio redigantur in stipulationem, non videbuntur remissa per sortis receptionem, & in terminis nostris ita † loquendo de
27 vsuris dotalibus, probat Bello. *in cons.23. num.6.* Pro quo facit quod voluit glos. *in l.3. § si rem, vbi Bart. ff. de leg.3.* Inquit enim, quod etsi lata sententia in causa principali non possint vlterius expensi † peti, *l.*
28 *terminato, C.de fruct.in lit.expen.* tamen si deductæ sint in stipulationem, peti possunt de per se, quia stante stipulatione debentur iure actionis. *idem voluit gl.in l.fi.in l.non solum ff.de rei vendic.Ias.in l.1. nu.4. C. de iudic.Rolan.in cons.62.num.6.& seq.volum.4.*

Limitatur quoque, vt non vendicet locũ, quando maritus non recepisset dotem principalem, sed eam solum petiisset in iudicio, nam per solam illius petitionem non videtur remittere † vsuras
29 dotales, *gl.in l.si duo, in ver.petat.ff.si quis caut.* vbi vult, quòd interesse non censetur petitione sola remissum, nisi etiam sors fuerit exacta. Hoc etiam videtur voluisse *glos.2.in ver.vsurarum,in l.1.C.de iudic.Ias.in d.l fi.nu.3.ff.de eo,quod certo loco, & in d.l.1. nu.3.* licet ex inde videatur aliud tenere, quando Iudicis officio debetur interesse, & pro hac opinione est glos. *in l. post diem, in ver. petat. ff. de lege commis. Et hanc dicit esse communem Alexan. in d.l si duo. §.1. Cagnol.in l.si quis maior, numero 198. C. de transa. vbi multos citat concordantes.* Et est aduertendum contra Ias. in locis prædictis,

quia

quia recipiendo sortem, remittuntur damna, & interesse de necessitate iuris, quia principali extincto, tollitur accessorium, & ipso recipiente inuito, quia non potest impedire iuris dispositionem, vt dixi supra de protestatione loquendo. At vbi cadit sola petitio, non potest considerari iuris necessitas, sed sola voluntas creditoris, quæ ex petione sortis non est certa, quod velit remittere, quia possunt simul stare, quòd petat sortem, & quòd non velit interesse remittere, & voluntas, quæ ex
30 aliquo † actu tacitè colligitur, non extenditur vltra, quam ex ipso actu de necessitate inferatur, *Bar. in l.1.§.hoc interdicto.ff.de itin.actuque priua. & in Authen. qui rem, circa fi. C.de sacrosan.eccles.Dec.in conf.72.num.5. Paris.in conf.79. num.12. volum.3. Socinus iun. conf.122. num.14.volum.1.Natta in conf.77.num.14.D.Becius in conf. 106. num.46.*

Sed etsi maritus dotis partem recepisset, non tamen videretur partem vsurarum remittere, quę sibi debetur pro parte dotis non soluta: remissio
31 † enim accessorij regulatur secundum principale, vt eatenus extinguatur accessorium, quatenus extinguitur principale, *ita declarat But.& Abb.in c.suam, de pœnis, super gl.1. & Natta in conf.335. in princ.* vbi allegat rationem, quia respectu partis non solutæ est adhuc in mora, erga pœna debetur. Sed hæc ratio non concludit, quia hoc est, de quo quærimus, an recipiẽdo partem, videatur in toto remittere. Melior ergo ratio est, quia remissio tacita, quę colligitur ex sortis receptione, & ita ex actu certo, nõ extenditur vltra, quã inferatur ex ipso actu, vt suprà.
32 Et sicuti receptio est limitata † ad partem sortis,
33 ita parit limitatã remissionem, *l.in agris.ff.de acquir. rer. dom.* Facit, quia eadem est ratio partis † quoad partem, quæ totius quoad totum, *l. quæ de tota. ff. de rei vend.* At totam sortem recipiẽdo remittit totum interesse, ergo recipiendo partem sortis, videtur solum remittere partem interesse. Et pro hac decisione est tex. *in l.1. C.de iudic.* secundum vnum in-
34 tellectum, vbi petẽdo partem vsurarum, nõ † censetur remissa alia pars. Addo etiam rationem, quia interesse dicitur accessorium principalis debiti, & accessoriũ regulatur secundũ principale, *c. accessorium, de reg. iur. in 6.* at principale debitum subsistit pro parte non soluta, ergo & ipsum accessorium.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes mariti non alunt viduam intra annum luctus, sed dotem restituunt pro sufficienti necessitate.*
2 *Lege cautum quod non reperitur, non est superstitiosis inuentionibus præsumendum.*
3 *Legem quando non habemus, erubescimus, si sine illa loquimur.*
4 *Fauore alicuius introductum, non debet in odium retorqueri.*
5 *Dilatio prodesse debet, non autem nocere.*
6 *Debitor in diem nõ tenetur interim alere suũ creditorẽ.*
7 *Hæredes mariti lapso anno luctus tenentur rem cũ fructibus reddere vxori.*
8 *Assimtas non attenditur, quæ morte fuit extincta.*
9 *Vidua, siue pauper, siue dives, alenda semper est ab hæredibus mariti.*
10 *Hæres nõ debet esse melioris condutionis, quàm defunctus.*
11 *Vidua, quæ non habet aliunde, alenda est ab hæredibus mariti.*
12 *Ratio naturalis mouere non minus debet, quàm lex.*
13 *Rationem, cum habemus legem, quærere, est intellectus imbecillitas.*
14 *Doctorum authoritas plurimum potest, vbi lex deficit.*
15 *Ratio legis ampliat dispositionem tanquam illius anima.*
16 *Ratio legis præfertur ipsi dispositioni.*
17 *Onus agnoscere tenetur quicunque acceptat honorem.*
18 *Hæredes mariti non tenentur alere vxorem viduam intra annum luctus, si dotes volunt restituere.*
19 *Transactio non dicitur damnosa, quando habet se ita ad lucrum, sicut ad damnum.*
20 *Minor non dicitur læsus, nec restituitur, quando actus potest se habere ad lucrum, sicut act damnum.*
21 *Priuilegium non debet afferre tertio præiudicium.*
22 *Priuilegium reuocatur, quando incipit esse damnosum.*
23 *Piæ causæ fauor trahi non debet ad alterius iniuriam.*
24 *Maritus conuenitur vltra quam facere potest, quando vxor est pauper.*
25 *Debitor in diem cogitur soluere ante diem, quando necessitas vrget.*
26 *Necessitas multa operatur contra iuris regulas.*
27 *Maritus alit vxorem indotatam.*
28 *Mariti anima contristatur, quando vxor cogitur mendicare.*
29 *Hæredes mariti, qui vxorem alunt anno luctus, lucrantur fructus dotis illius anni.*
30 *Hæredes mariti intra annum luctus alentes vxorem, lucrantur fructus, etiamsi excedant valorem impensæ.*
31 *Fructus bonorum immobilium restitui debent vxori intra annum luctus.*
32 *Hæredes mariti alunt vxorem anno luctus, etiamsi fructus dotis non sufficiant.*
33 *Viduæ debita alimenta intra annum luctus taxari possunt statuto, vel consuetudine.*
34 *Vsuræ quando sunt permissæ, tunc pacto taxari possunt.*
35 *Vidua alenda est intra annum, donec hæres deliberat super additione hæreditatis.*
36 *Venter non patitur dilationem.*
37 *Hæres intra tempora conficiẽdi inuentarij tenetur alere.*
38 *Aditio non inducitur ex eo, quòd quis aluerit familiam defuncti.*
39 *Adire non videtur, qui soluit medicinas, vel satisfacit medico.*
40 *Vidua intra annum luctus alitur ab hæredibus mariti dotem retinentibus, etiam si patrem habet diuitem.*
41 *Vidua alenda est ab hæredibus viri anno luctus, etiamsi aliqua habeat mobilia præter dotem.*
42 *Vidua non est alenda intra annum luctus, quando habet prædia sufficientia, licet illa solum vinum reddant, vel frumentum.*
43 *Vidua non alitur ab hæredibus, si habet tot mobilia, quæ locata possint alere.*
44 *Vidua indotata alitur ab hæredib. viri intra annum luctus.*
45 *Vidua legataria mariti, alenda est ab hæredibus, si non habet aliunde, donec legatum soluatur.*
46 *Vidua indotata non est alenda ab hæredibus viri, si patrem habet diuitem.*
47 *Vidua non tenetur cum dota compensare alimenta sibi præstita intra annum luctus.*

48 *Hæredes mariti non alunt viduam, quæ habet aliunde intra annum luctus.*
49 *Vidua dicitur habere aliunde intra annum luctus, si potest ex industria victum quærere.*
50 *Viduæ habenti aliunde debentur alimenta, si à viro relictæ sunt intra annum luctus.*
51 *Vidua prægnans alenda est ab hæredibus, quamuis habeat aliunde.*
52 *Hæredes mariti non alunt viduam, si dotem volunt restituere intra annum.*
53 *Hæredes restituentes dotem intra annum, eximuntur ab onere alendi, & detrahunt interusuria medij temporis, de quo tamen vide ibi.*
54 *Tempus in dubio censetur adiectum fauore debitoris.*
55 *Debitor in diem, potest ante diem soluere.*
56 *Creditor in diem, potest ante diem petere, quando tempus adiectum est eius fauore.*
57 *Hæres, quamuis dines, non cogitur dotem soluere ante annum luctus.*
58 *Debitor in diem, qui cogitur ante diem soluere, eo quod non inuenit fideiussores, deducit interusurium medij temporis.*
59 *Debitor in diem, non potest ante diem soluere, quando interest creditoris.*
60 *Debitor, cui miserationis gratia conceditur, non potest partem soluere, vel interusurium deducere.*
61 *Creditor non cogitur ante diem recipere creditum consistens in vino, frumento, vel similibus.*
62 *Interesse succedit loco implementi.*
63 *Dos consistens in immobilibus reddi debet statim non expectato anno.*
64 *Vidua non est alenda ab hæredibus nisi intra annum luctus, quando dos consistit in bonis immobilibus.*
65 *Hæredes viri, qui aluerunt viduam anno luctus, lucrantur fructus dotis consistentis in stabilibus pro rata expensæ.*
66 *Vidua anno luctus alenda non est ab hæredibus, quando dos non sibi, sed extraneo restituenda est.*
67 *Paria sunt virum non habere, vel habere inutilem.*
68 *Hæredes non tenentur dotem consistentẽ in pecunia reddere intra annum, etiamsi extraneo restituenda sit.*
69 *Priuilegium doti concessum, non competit patri mulieris, vel extraneo.*
70 *Hæredes mariti intra annum luctus, non alunt illum, cui dos est restituenda, si non sit vxor.*
71 *Interesse non debetur cessante mora.*
72 *Hæredes viri non alunt hæredes vxoris intra annum luctus.*
73 *Priuilegia mulieri propter dotem concessa, an in hæredes transeant.*
74 *Hæredes primi viri intra annum luctus non alunt vxorem, quæ transiuit ad secunda vota.*

QVÆSTIO XLIIII.

VXOREM constante matrimonio alendam esse vidimus, sed soluto matrimonio, an ei sint exhibenda intra annum luctus alimenta ab hæredibus mariti, tres sunt opiniones.

Prima Pet. *l. vnica, §. exactio. C. de rei vxor. actio.* qui vult, quod non alatur, siue dines sit, siue pauper,
1 sed teneantur hæredes † in casu necessitatis restituere ex dotibus, quantum sufficiat ad subueniendum necessitati mulieris, & residuum retineant: quia, etsi hæredibus detur annus ad restituendum dotes existentes in pecunia, vel immobilibus, tamen in hoc vulneratur regula propter necessitatem, *argumento l. 2. C. de patrib. qui fil. distr. & dicit ibi Dyn. in fi. hoc æquius videri, hanc sententiam probauit Iason in l. diuortio, in princ. num. 18. ff. soluto matrimonio, Fulgos. in l. fi. C. de bon. mater. vbi Pinell. num. 8. Alexan. in d. l. diuortio, num. 18. dicit, quòd hæc opinio posset sustineri. Cordub. in l. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de liber. agnos. num. 123. dicit veram esse hanc sententiam.* Fundatur hæc opinio multis rationibus.

Primò, quia non reperitur iure cautum, quòd hæredes mariti teneantur vxorem alere: ergo id
2 non est superstitiosis inuentionibus † præsumendum, *c. consuluisti, 2. quæst. 5. Archid. in proœm. Sex. in ver. sacrosanctæ, colum. pen. in fi.* & erubescimus cum sine
3 lege loquimur,† *l. illam. C. de collatio. D. Becius alios citat, in cons. 30. num. 4.*

Secundò, quia lex concedit hæredibus mariti dilationem annalem, ad restitutionem dotis, *dicta l. vnica, §. exactio.* Sed si hæredes tenerentur interim vxorem alere, ista dilatio, quæ fuit inducta in fa-
4 uorem, † esset hæredibus grauis, *contra l. quod fauore, C. de legib.* præcipuè cum fructus dotis communiter non sufficiant pro alimentis. Debet ergo di-
5 latio † eis prodesse, non nocere, *l. si constante. §. quotiens, ff. soluto matrimonio, l. secunda, §. in omnibus, ff. de iudic.*

6 Tertiò facit, quia debitor in diem, † non tenetur interim alere creditorem, *vt inquit Castren. d. l. diuortio, in princ. num. 5.*

Quartò, licèt vt dixi, hæredes annum habeant ad soluendum, lapso tamen anno tenentur dotes
7 cum fructibus † illius anni reddere, *vt probatur in dicto §. exactio, & in dicta l. diuortio, dicto §. non solum, Bal. in dicto §. quotiens.*

Quintò, Pinel. loco prædicto allegat tex. *in l. 3. §. affinitates, ff. de postulan.* vbi non attenditur affinitas,
8 † quæ desiit.

Secunda opinio fuit Guid. Suar. *in d. §. exactio,* quem ibi sequitur Alber. qui tenet, quod dines sit,
9 siue pauper vidua, † alenda semper sit ab hæredibus mariti, *Dec. in l. de alimentis, num. 6. C. de transf.* Hu-
10 ius opinionis ratio est, quia hæredes † non debent esse melioris conditionis, quàm defunctus, *leg. mortuo reo. ff. de fideiusso. l. maritum ff. soluto matrimonio,* at maritus tenetur vxorem alere etiam diuitem, & habentem aliunde, *l. dotis fructus. ff. de iure dot. l. fina. in princ. ff. de doli exceptio. & dixi suprà,* ergo ad idem tenebantur eius hæredes.

Secundò, mulier debet ali ex dote, *l. si cum dotem. §. sin autem in fauissimo. ff. solu. matrim.* dos autem intra annum luctus est apud hæredes, ergo illi exhibere debent alimenta *l. 2. ff. de alim. & cibar. legat.*

Tertia & media inter duas extremas est opinio glos. *in dicto §. exactio,* quæ vult quòd hæredes mari-
11 ti teneantur viduam alere, † si non habet aliunde, *idem voluit glos. fina. in l. penult. ff. vt in possess. legato. & glos. 1. in l. diuortio, in princip. ff. soluto matrim. quem ibi sequitur Barto. num. 1. Bal. colum. 2. Ange. colum. 2. item vbi di-*

vbi dicit, se consuluisse pluries, quia cum non possit honestè nubere, & videatur esse in eodem matrimonio, est alenda ab hæredibus, sicuti aleretur à viro. *Albe. num. 6.* Imola, *colum. 2.* qui mouetur duplici ratione. Prima, ne vidua fame pereat. Secunda, propter reuerentiam prioris matrimonij, *Roma. num. 13. Castr. num. 5. vbi quod opinio glos. est communis, & eam sequuntur omnes, Cuman. num. 1. Alexan. num. 16. & sequen. vbi multas affert distinctiones, Socin. 17. vbi quod sequuntur communiter Doctores,* quia hoc est onus dotale, quod deducitur pendente dilatione, *argumento l. si filia, ff. soluto matrimonio.* Mouetur etiam, quia vir & vxor non debent ad imparia iudicari, *l. alia. §. eleganter, vbi Doctores. ff. soluto matrimonio.* At maritus dotes restituere non tenetur, nisi deducto eo, quod sibi est pro alimentis necessarium, *l. maritum, ff. soluto matrimonio.* Ergo multo magis erit alenda vxor ex propriis dotibus. Et dicit Alber. *in dicta l. diuortio,* quòd in practica vidit semper obseruari glos. opinionem, & est magis communis, vt refert Iason, *ibi, num. 18.* vbi id multis repetit in locis. Hanc etiam tenuit Specul, *in titulo, qui fil. sint legit. §. 1. num. 29.* quia, etsi mortuo viro soluta sit lege viri, *cap. penult. in fi. de secundis nupt.* tamen ex quo intra annum non potest dotes petere, debet ali. Est etenim mulieri admodum damnosum priuilegium hæredibus concessum, ne exigantur ante annum, *Abb. in cap. salubriter, num. 6. de vsur. in cons. 39. num. 1. volum. 2. & numero 5. vbi dicit, quod hæc est æquior sententia, Cardin. in cons. 72. Barto. & Bald. in dicto §. exactio, Salicet. dicta l. vnica, §. sin autem, num. 6. C. de rei vxor. actio. vbi dicit omnes ita tenere,* quia hæredes possident dotem, quæ est obligata ad alimenta, & quia intra annum videtur durare primum matrimonium, *Aretinus in cons. 98. numero 3. Ang in §. fuerat, numero 8. vbi quod est communis omnium opinio, eandem dicit ibi communem Iason, numero 24. Campeg. de dot. part. 2. quæstio. 16. vbi quòd est magis communis, & seruaretur in practica. Ioan. de Garron in rub. C. de secund. nupt. numero 39. Rebuff. in constit. reg. tomo primo, tit. de sent. prou. articu. 3. glos. 1. numero 10. Bertran. in consilio 307, volum. 4. Corneus in consilio 129. colum. 1. in fine, volum. 1. hanc item communem dicit Didac. lib. 1. variar. resolut. cap. 1. numero 4. ver. sexto hinc etiam si. ibi, debentur autem viduæ, & in epitom. de sponsal. par. 2. cap. 3. §. 9. num. 9. ver. quarto quamuis, eam quoque dicit communem Dec. in l. de alimentis, num. 6. C. de transact. vbi etiam Alciat. Pinell. l. fi. num. 9. C. de bon. mater. Ioan. Bapt. Lup. in tracta. de vsur. commen. 1. §. 4. num. 86. Præpos. c. per vestras, numero 5. de donatione inter virum & vxorem. Vital. in tracta. clausu. in clausu. an alim. renunc. poss. colum. 3. Capic. decisio. 24. Cordub. dicto §. si quis ex his, vbi addit Lambert. & Boer.* Attenta autem hac opinione, quæ est communis, non obstat, quod id non reperiatur iure cautum, quia etsi deficiat lex, non tamen
12 deficit ratio naturalis, quæ non debet † minus mouere quàm lex, *vt inquit Isern. in proœm. feud. colum. pen. quem citat Natta in cons. 129. num. 2.* Et ascribitur imbecillitati intellectus, quærere legem, vbi habe-
13 mus rationem † naturalem, *Ang. cons. 317. colum. 3. post Aristotelem, quem citat.* hic autem subest naturalis ratio, quia si hæredes retinent penes se dotes quare subuenire non debet viduæ pro alimentis. Item subest alia ratio, ne cogatur vxor mendicare in opprobrium præcedentis matrimonij.

Secundo respondeo, quòd etsi non adsit lex,
14 multum tamen potest Doctorum authoritas, † *vt inquit Castrens. in l. mutum ff. de acquir. hared. Iaf. in l. non eo minus, colum. 2. ver. tertio. C. de procur. D. Becius in cons. 35. num. 18.*

Respondeo tertiò, quòd ex quo habemus rationem legis, perinde est, ac si legem haberemus,
15 quia tanquam anima † regulat, & ampliat dispositionem, *l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de lega. 2. Socinus in cons. 108. num. 2. volum. 3.* Verba enim dicuntur corpus & superficies: ratio autem anima, *argumento c. solitæ, de maior. & obed. iuncta c. præcipimus, 12. quæst. 1.* & ratio
16 † præfertur dispositioni, *glos. in c. consuetudo, distinct. 1. D. Becius in cons. 41. num. 6.* Ratio autem legis est, quòd vxor alatur de fructibus dotis, & quod ibi sit onus alendi, vbi est dos, *d. l. dotis fructus, & l. vbi adhuc.* Hæc ratio militat etiam in hæredibus mariti, ergo ipsi tenentur alere.

Non obstat etiam, quòd dilatio hæredibus prodesse debet, non autem grauis esse: quia respondeo eam non nocere hæredibus, ex quo lucrantur fructus dotis, *vt dicam infrà,* & vbi etiã esset damnosa, debent hæredes sibi imputare: quia cum onus alendi sit annexum dotibus eligendo hæredes dotium retentionem, tenentur ipsum quoque onus
17 † agnoscere, *l. secundum naturam est, vbi Cagnol. multa adducit. ff. de reg. iur. dixi in cons. 7. num. 5.* & non attenditur damnum, à quo hæredes possunt se eximere, si velint: illud enim dicuntur sua culpa sustinere, *c. damnum, de reg. iur. in 6.* possunt enim hæredes sol-
18 uendo intra annum dotes, se † eximere ab onere alẽdi, *vt dicam infrà.* Præterea damnum non est certum, quia potest esse quod dotes reddant fructus sufficientes pro alimentis, iunctis maximè operibus vxoris, quæ ad eas tenetur, *vt dicam suo loco,* & quando res potest se habere ad lucrum & ad damnum, non iudicatur damnosa inspecto dubio
19 euentu, vt dicunt Doctores de † trãsactione, *in l. 3. C. de rescind. vend.* & in minore qui non restituitur,
20 nec dicitur læsus, † quando actus poterat circa vtrunque versari, *l. de fideicommisso, vbi Castrens. Alexan. & alij C. de transact. Natta in cons. 181. num. 9.*

Demum responderi potest, quòd etsi dilatio prodesse debeat hæredibus, tamen non debet tra-
21 hi ad iniuriam vxoris, quia priuilegium † esse debet sine tertij præiudicio, *Glos. & Doctores, in cap. per venerabilem, qui fil. sint legit. Iaf. in l. beneficium, colum. 4. ff. de constit. princip. Rolan. in cons. 45. num. 12. volum. 4.* &
22 quando priuilegium incipit esse damnosum † reuocatur, *c. suggestum, de decim. Imola in l. ab omnibus, in fi. princip. ff. de leg. 1. Abb. in cap. accedentes, num. 8. in fi. de præscrip. Anch. cons. 260. num. 2. circa fi. Iaf. in l. auus, nu. 12. ff. de pact. cum similibus.* & fauor etiam ecclesiæ & piæ
23 causæ, trahi non debet ad alterius † iniuriam, *c. generali, distinct. 54. cap. nuper, de donation. inter vir. & vxor. Tiraq. de priuileg. piæ causæ, priuileg. 121. facit cap. cum causam, de probat.* præcipuè stante vxoris inopia, per quam cessare deberet dilationis priuilegium, sicuti priuilegium marito concessum, ne conueniatur vltra quam possit facere, *l. maritum. ff. soluto matrim.*

24 *l. non tantum, ff. de re iudic.* ceſſat, quando † vxor eſt inops, *ſecundum Bal. in d. l. maritum, in fine.* quia non debet diſcooperiri vnũ altare, vt alterum cooperiatur, *l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab. Abb. d. c. cum cauſam, de præben. Iaſ. in d. l. diuortio, num. 18. poſt princip.*

Tertium quoque non reſiſtit, quia non ea ratione tenentur hęredes, quia ſint debitores, ſed etiam, quia non debet vxor fame perire in opprobrium primi matrimonij, & quia à principio onus alẽdi eſt annexum doti atque ita debito, quod propterea debitor recuſare non poteſt.

Præterea, licèt debitor in diem non cogatur alere creditorem, tamen ſi vrgeat neceſſitas ali-
25 quando cogitur † ante diem ſoluere, *vt in l. 1. C. de condict. ex le. vbi Bart. & Bal. dicit menti tenendum, & dicit valde notandum Iaſon in l. in diem, num. 4 ff. de cond. indeb. Marſil. ſing. 355. vbi alios citat.* Et omnibus notum
26 eſt, quantum paupertas ſeu neceſſitas † poſſit contra iuris regulas, *Gloſ. & Doctores in cap. querela, de iureiur. gloſ in cap. vlt. 34. quæſtio. 1. Bal & Felin. in c. ſi qua teſtamento, de teſtib. Marſil. not. vlt. cum multis citatis à Tiraquel. de retract. conſang. §. 26. gloſ. 1. num. 18. & in tract. de pœnis temper. cau. 33. Menoch. in conſ. 31. num 9. & ſeq. Rol. in conſ. 52. num. 24. & ſeq. volum. 2.*

Quartò non aduerſatur, quòd hæredes mariti teneantur finito anno dotem reddere cum fructibus, quia hoc locum habet ſolum in fructibus immobilium, ſed quoad fructus mobilium, & pecuniæ hæredes lucrantur illos, ſi vxorem alunt, *vt dicam paulò infra.*

Poſtremò non faceſſit negocium tex. *in l. 3. §. affinitates. ff. de poſtu.* quia illi reſpondet Cordub. *dicto §. ſi quis ex his, num. 150.* ideo non opus eſt vlterius inſiſtere.

Pari modo non obſtant rationes allegatæ pro ſecunda opinione Suzari, & primò, quod ſicuti maritus diuitem alit vxorem, ita & hæredes, quia
27 argumentum non valet, maritus † alit etiam indotatam, *l. ſi cum nulla. ff. de relig. Doctores in l. quod in vxorem, C. de neg. geſt.* tamen hoc non reperitur cautum in hæredẽ, *ita reſpondet Alex. in d. l. diuortio, num. 20. ſequitur Socin. ibi, num. 17.*

Non obſtat ſecunda, quia, etſi mulier ali debeat ex dote, tamen ſoluto matrimonio non eſt dos, *vt probatur in l. 1. ff. ſoluto matrimonio.* Stat ergo firma concluſio, quod hæredes mariti tenentur alere viduam, quando non habet aliunde. Et principalis ratio eſt, ne propter mendicitatem contriſtetur
28 † anima defuncti mariti. *§. ſoluto, in Auth. de nupt. Socin. d. l. diuortio, num. 17. in fi.*

Intellige tamen, quod hæredes mariti lucren-
29 tur fructus in alimento tum † recompenſationem: cum enim ſuſtineant onus, habere debẽt lucrum. *l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. c. qui ſentit, eo. tit. in 6. hoc voluit gloſ. Dyn. in d. l. diuortio, vbi eum ſequitur Barto. num. 2. Bald. colum. 2. Imola, colum. 2.* vbi, quòd ac ſi matrimonium conſtaret, lucrantur omne emolumentum dotis, *Caſt. num. 5. qui dicit, non alibi reperiri quam in ea gloſ. Roma. num. 13. Alexan. num. 16. vbi quod alibi non reperitur, & eſt communis opinio, vt dicit Iaſon numero 18. idem voluerunt Gloſ. & Doctores in dicta l. vnica, §. exactio. Didac. dicto cap. 3. §. 9. numero 9. verſic. quarto, quamuis, Beroius in conſilio 130. numero 11. volum. 3. vbi ait, quod eſt de mente omnium, Cordub. dicto §. ſi quis ex his. numero 124.*

In tantum, quod ſi fructus excederent impen-
30 ſam alimentorum, ſpectabunt ad hæredes, † *Barto. in l. diuortio, num. 5.* quia hæredes tenent vicem defuncti, & mulier videtur eſſe in matrimonio. *l. ſi. C. de bon. mater. Imo. colum. 2. circa ſi. Roma. num. 14.* vbi miratur, quod Bartolus in hoc nihil alleget: ipſe verò adducit tex. *in l. creditor. §. ſi inter. ff. mand.* quem dicit ad hoc continere caſum vnicum & ſingularem, ſecũdum doctrinam Gloſ. ibi, & communem dicit Iaſon *num. 18. circa med. Salicetus dicta l. vnica, §. ſin autem, num. 6. C. de rei vxor. actio.* quia ſecundum eam hæres non eſt miniſter, *Vital. tract. clauſ. tit. an alimen. renun. poſſ. colum. 6.* & quamuis tex. *in d. §. exactio, & in d. l. diuortio, §. non ſolum,* dicunt, quod fructus omnes poſt annum ſunt reſtituendi, tamen intelligi debent, quo ad fructus immobiliũ, quando dos conſiſtit in immobilibus, † vel ſi intelliguntur in mo-
31 bilibus, procedunt quando vxor petiit alimenta, vel illa non habuit, *vt per Caſtrenſ. Alexan. Socin. & Iaſ. in d. l. diuortio.*

Amplia principalem concluſionem, vt locum habeat etiam, quãdo fructus dotis non ſufficiunt,
32 quia nihilominus hæredes † ſupplere debent de proprio, quidquid deeſt ad alimenta, *ſecundum Bar. in dicta l. diuortio, in fi. Imola, columna 2. in fine. Roman. numero 19. hoc etiam voluit Ange. ibi, Alexan. numero 19.* vbi defendit aduerſus Iacob. Butrig. ſuſtinendo rationem, quod ſicuti maritus tenetur vltra fructus dotis, ita & hæres eius, licèt dicat contrariam ſententiam eſſe veriorem de iure, *ſequitur Socin. numero 17. Salic. in d. §. ſin autem, num. 6. Capic. deciſ. 24. nu. 5. quidquid voluerit Cordub. loco prædicto, num. 25.*

Ampliabis etiam, vt iſto caſu valeat ſtatutum
33 taxans † alimenta vxori præſtanda ad certam quãtitatem, quia conformatur communi iuri, *ſecundum Abb. in c. ſalubriter, num. 6.*

Amplia tertiò, vt ex pacto quoque taxari poſſit certa quantitas ad alimenta, quia valet argumentũ de pacto ad ſtatutum, & quia, *vt dixi ſuprà,* quando vſurę ſunt permiſſę, tunc licèt præciſè de quan-
34 titate † certa, *ita Didac. d. lib. 3, variar. reſolu. cap. 1. num. 3. verſic. ſexto hinc etiam, poſt med.* vbi tamen declarat, dummodo æquè & iuſtè fiat alimentorum æſtimatio, & ante eum hoc voluit Campeg. *in tract. dot. par. 1. quæſt. 6. colum. 2. ver. & per prædicta.* vbi dicit, eſſe generale in omnibus caſibus, in quibus viduæ debentur alimenta, quia ſemper libebit paciſci: & ſubdit, quod illis caſibus lucrabitur etiam fructus rei pignoratæ, *Io. Bapt. Lup. dicto §. 4. num. 87. in fi.*

Quartò ampliatur etiam nondum adita hære-
35 ditate, quia † dum hæres deliberat, interim Iudex decernere debet vxori alimenta, *vt poſt Rebuff. ponit Cordub. dicto §. ſi quis ex his, num. 141.* Et ratio eſt, quia
36 fames acutiſſimus eſt gladius, & venter † non patitur dilationem, *vt inquit Bald. in l. pactum. C. de collatio.* ideo hæres conuenitur etiam intra tempora ad
37 conficiendum inuentarium, † *vt voluit Ange. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, l. ſi cui pluſquam per leg. Falcid. Imola, Alexan. Corne. & Iacobin. in dicta l. fina. §. donec. C. de iure deliber.*

deliber. Ideo inductum quoque est, vt qui alterius familiæ alimenta præstitit, non per hoc videatur
38 illius hæreditatem adire, † *vt per Bart. in l. gerit, in ver. ad tertium, quando ille actus est, de acquiren. hæred. Natta in cons. 448. num. 10. & num. 18.* vbi idem dicit, quando
39 quis † soluit medicinas, satisfacit medico, vel iusta facit.

Ampliabis quintò, etiamsi vxor habeat patrem
40 diuitem, quia nihilominus hæredes † mariti tenẽtur viduam alere intra annum luctus, si ipsi dotem habent penes se, quia pater solum officio iudicis, quando vxor non habet, at si habet dotem, non dicitur aliunde non habere, & iustius est, quod alimenta percipiat de bonis propriis, quàm de alienis, *ita determinat Salicet. in dicta l. vnica. §. sin autem, numero 9. C. de rei vxor. actio. & hoc voluit ante eum Iac. But. in eadem l. vnica. §. illo, Alexan. in dicta l. diuortio, in princ. num. 16. post Aretin. colum. 5. ver. debet tamen, Anan. in cap. salubriter, col. 6. de vsur.* quia cum hæredes mariti tractent de lucro, pater vero de damno, potior est ratio patris, *l. fina. C. de codicill.* & potest pater dicere, alaris ab hæredib. mariti, quia habes aliunde. Hoc etiam voluit Ang *in dicta l. vnica. §. cum autem,* vbi inquit, esse textum singularem *in l. cum vnus, in fine, ff. de alimen. & cibar. leg. Socinus in dicta l. diuortio, num. 17. Campeg. de dot. part. 2. quæstio. 16. colum. 2. in princip. Capic. in decis. 24. num. 7. & num. 11. limitat stante consuetudine Neapoli. de qua ibi, Plot. in tracta. de in litem iuran. §. 11. num. 23.* & priuilegium dilationis, quæ hæredibus mariti conceditur, non debet esse cum damno patris, qui dando dotem, liberatus fuit ab onere alendi.

Sextò hæc sententia extenditur, vt habeat locum etiam, quando mulier præter dotem haberet bona mobilia, quæ non solent fructum reddere,
41 vt si haberet annulos, † suppellectilem, & similia, quæ sui natura non ferunt fructum: dicitur enim quoad propositum nostrum, non habere vnde se alat, *secundum Bal. in cons. 30. volum. 2.* quia vbi de alimentis loquimur, respectum habemus ad redditum, *l. ius alimentorum. §. 1. ff. vbi pupill. educa. debe. sequitur Socinus in dicta l. diuortio, in fine num. 19. Ioan. de Garron. d. rub. C. de secun. nupt. num. 40. Capic. d. decis. 24. nu. 2. Plot. dicto §. 11. num. 23. Rolan. in cons. 55. num. 6. volum. 2.* Id
42 quod Bald. loco præcitato † declarat, non procedere, quando haberet prædia, quæ redderent solum frumentum, solum vinum, vel quid simile, quia ex frumenti, vel vini venditione potest ea sibi comparere, quæ sunt ad victum necessaria. Restringerem quoque hanc ampliationem, quando mulier haberet multa bona mobilia, & magni va-
43 loris, † quia tunc non essent grauandi hæredes onere alimentorum, sicuti etiam, quando mobilia possunt fructum, vel emolumentum reddere locando, vel aliter.

Extenditur septimò nostra conclusio, vt effectum sortiatur dato, quòd mulier sit indotata, quia si non habet aliunde, debet ali ab hæredibus
44 viri intra † annum luctus. Hæc fuit opinio Ricar. Malum. *in l. fi. C. de bon. matr.* quæ loquitur indistinctè durante viduitate. Mouetur ex lege illa finali, vbi dicitur, quod vidua videtur esse in eodem matrimonio. Et hoc dicit ibi Cyn. esse notabile. *Bald. ibi, qui ita intelligit Ricard. dictum, sequitur etiam Castrens. in dicta l. diuortio num. 8.* vbi loquitur, etiam si dotem perdidisset, *Aretin. ibi, colum. 6. & 7.* vbi dicit esse fauorabilem. *Marsil. in rub. C. de rap. virg. num. 57. & num. 217. addo Bart. in tract. alimento. num. 48.* vbi indefinitè pronunciat, quod hæredes mariti tenentur alere vxorem indotatam, *Roman. in cons. 571. num. 2. Castrens. cons. 428. num. 3. in fin. volum. 2. Castrens. Fulgos. & Corne. in dicta l. fi. C. de bon. matrim.* Hanc sententiam probauit Ioan. Lup. *in rub. de donat. inter virum & vxorem, §. 82. num. 6.* vbi dicit concedi hoc propter memoriam benè transacti matrimonij. Quæ sententia fulcitur authoritate eorum, qui absolutè tenent etiam post annum luctus alendam vxorem, quæ non habet vnde se alat. *Roman. num. 15. Cuman. in l. diuortio, Alexan. num. 22. & 27. Bero. in cons. 130. per totum, volum. 3. Lancellot. super consuetud. Alexand. quæstione 6. numero 81.*

Contrariam sententiam tenuerunt Alexan. *d. l. diuortio, num. 20.* vbi inquit, iure cautum non reperiri, quòd hæredes mariti alere teneantur vxorem, quæ est sine dote. Id ipsum dicit Iason ibi, *numero 26.* & Roman. *numero 15.* dicit, quod eo casu à iure destinata est quarta, quæ alimentorum loco succedit, *Authen. præterea, C. vnde vir & vxor.* Atque ita vult, quòd cogatur petere quartam, nec possit agere ad alimenta, *Aretin. colum. 4. in princip. Pinel. dicta l. fina. num. 6.* vbi quod nulla lex id statuit, & non est res tanti ponderis inducenda per argumenta in onus hæredum. *Cordub. dicto §. si quis ex his, numero 149. & sequent.*

Prima tamen opinio verior est, & plures ac grauiores habet authores, & ea ratione fundatur, ne cum mariti, imo & hæredum infamia, vxor matrimonio benè transacto mendicare cogatur. Et ratio, quæ allegatur de Authen. *præterea, C. vnde vir & vxor,* non est generalis, nec semper locum habet. Ponamus enim, quod à principio tempore contracti matrimonij conuenerit maritus, & curauerit vxorem illi legi renunciare, vti factum & vidi in hac ciuitate per dominũ Hieronymum Bocium, consului pro domino Alexandro Picco, vel etiam demus casum, quod vxor nõ petat quartam, nec ei à marito hæredibus offeratur: nonne illis casibus erit alenda? Præterea quod alimenta debeantur, videtur mihi probari *in dicta Auth. præterea,* & in corpore vnde sumitur. Cum enim lex quartam ordinauerit ad fauorem vxoris inopis loco alimentorum, ergo sanctum duxit, quod vxor aleretur ab hæredibus, aliàs non destinasset illi quartam.

Quod si teneamus isto casu non esse alendam, limitabis vt non procedat, quando esset ei à marito relictum aliquid, & hæres moram facit in tradendo rem legatam. Nam eo casu vxor si non habet alimenta, mittitur in possessionem bonorum
45 mariti, † vt eis alatur, donec legatum sibi soluatur Et text. in *l. pen. ff. vt in possess. legato,* qui est ad hoc singularis, *secundum Roman. in dicta l. diuortio. num. 15. Aret. colum. 3. in fi.*

Limita etiam, vt non procedat, quando maritus expressè alimenta reliquisset, quia tunc sunt

præstanda, & videntur relicta in recompensatione eorum, quæ iure communi debentur, secundum Bald. *in l. si donaturus. §. fi. ff. de cond. ob cau.* vbi inquit, vtilius esse vxori habere alimenta ex legato, quàm ex iuris dispositione, quia non cogetur operari ad commodum hæredum, *sequitur Alex. in l. diuortio, num. 28.*

Limita etiam notabiliter septimam hanc ampliationem, vt non teneantur hæredes viri alere vxorem inopem, si habet pattem diuitem, quia
46 hoc casu onus alendi † spectat ad patrem. *ita Aretin. in cons. 98. num. 3. vbi mouetur ex decisione Bart. in l. quod in vxor. C. de neg. gest.* qui vult, quod vxorem inopem, quæ non potest esse in obsequio mariti, alit pater, non maritus, *Rebuff. tom. 1. de senten. prouis. art. 3. glos. 1. nu. 12.* Et licèt ipse nõ dicat, cessat hoc casu ratio, quę à Doctoribus allegatur, quando vxor est dotata, id est, non potest pater ei dicere, alaris de tuis dotibus, quia dotes non habet, *vt considerat in simili Capic. in decis. 24. in fi.* Præterea vbi alimenta à lege debentur solo Iudicis officio, nullius rei contemplatione: tunc qui est proximior sanguine, tenetur potius alere quàm hæredes alterius, vt dicam vbi tractabo de concursu plurium obligatorium.

Extenditur octauo principalis conclusio, vt vxor non teneatur alimenta recepta computare in
47 extinctionem dotis, † quia hæredes tenentur de proprio alere eam, si dotis fructus non sufficiant, *secundum Imolam, Aretin. Iason. & alios in dicta l. diuortio, vbi reprobant Petr. & Cyn. in dicto §. exactio.* qui volebãt, quòd liceret hæredibus tradere partem dotis, ex qua mulier aleret se, *ita distinctè declarat Capic. dicta decis. 24. num. 6. & dixi supra in prima ampliatione.*

Principalis autem nostra propositio limitatur non procedere, quando mulier haberet aliunde,
48 quia hæredes mariti † non tenentur eam alere, *est text. in l. penult. ibi, nec suum quicquam habeat. ff. vt in possess. legat. glos. in dicta l. diuortio, in principio. ff. soluto matrimonio, vbi hoc volunt Din. Bart. Bal. & alij, præcipuè Aretin. colum 2. in fi. ver. circa primum, Socin. num. 16. vbi quòd Doctores communiter sequuntur glossam, Iason, num. 17. 19. & 27. in fine. Idem voluit glos. in dicto §. exactio, vbi Doctores, Alexan. in cons. 27. num. 2. volum. 4. Ang. in §. fuerat, num. 8. Institu. de actio. Beroius in cons. 130. num. 4. & sequen. volum. 3. Rebuff. loco prædicto, num. 11. in fi. Plot. dicto §. 11. num. 23. Rolan. d. cons. 55. num. 4. volum. 2.* Et ratio est, quia alimenta præstantur ab hæredibus, ex legis dispositione, quo casu nũquam debentur, si is, qui alimenta petit, habet aliunde, *l. si quis à liberis, ver. deinde, & ver. alimenta. ff. de liber. agnoscen.* Item ab hæredibus debentur alimẽta ex æquitate quadam, at cessat æquitas, quando vxor habet aliunde: hæ verò rationes quomodo procedant, non est discutiendum, sed videri poterit Aretin. *in dicta l. diuortio, colum. 2. & 3. Socin. dicto num. 16. & sequent. Iason num. 19.* vbi ponit rationem diuersitatis. Et hanc partem tenent omnes citati suprà, ad principalem conclusionem: loquuntur enim illi, quando vidua non habet aliunde, & contrarium præsupponunt, quando habet vnde se alat, & hoc casu dicitur mu-
49 lier † habere aliunde, si ex sola industria potest victum sibi quærere, *vt in proposito nostro concludit Bero. dicto cons. 130. volum. 3.* Intelligit tamen hanc fallen-
50 tiam, nisi alimenta sint † relicta à viro, quia tunc habenti aliunde debentur, *secundum Bal. in dicta l. diuortio, columna 2.* Intellige etiam non procedere,
51 quando esset prægnans, † quia alenda est ab hæredibus, etiam si habeat aliunde, *l. curator, in principio, ff. de ventre in possess. mitten. Roman. dicta l. diuortio, numero 15. Socinus numero 16. in fine. Aretinus, columna tertia, in fi. Lancellot. super consuet. Alexandr. quæst. 6. numero octuagesimosexto.*

Restringitur secundò, quando hæredes mariti eligerent dotem restituere non expectato anno,
52 † quia tunc liberantur ab onere alendi, *secundum Bal. in Authen. ei qui iurat, numero 39. C. de bon. auth. Iudic. poss. allegat l. si constante, §. quotiens. ff. soluto matrim.* & dicit esse hoc modo intelligendum text. *in §. exactio, sequitur Cuman. in dicta l. diuortio, vbi Alexan. numero 21. putat esse verius, Socinus numero 17. versic. confirmo hanc distinctionem. hoc etiam voluit Salicetus in dicta l. vnica, §. sin autem, numero 6. C. de rei vxor. actio.* vbi mouetur, quia dilatio est concessa in fauorem mariti, ideo possunt hæredes illi renunciare, *Corn. in cons. 129. colum. 2. ver. quamuis quoad quid, volum. 1. Aretin. in dicto §. fuerat, num. 8.* vbi inquit, quòd si hæredes vellent immediatè soluto matrimonio restituere dotem, & non præstare alimenta, possunt hoc facere, quia dilatio est in fauorem hæredũ *l. si ita scriptũ. §. Pegasus, ff. de lega. 2.* ergo possunt illi renunciare, *l. si quis in consequendo, C. de pact. sequitur Iason ibi, num. 24. idem Iason in l. qui Romæ, in principio, numero 6. ff. de verborum obligat. vbi alios citat, Rebuff. dicto tomo 1. de senten. prouis. artic. 3. glos. 1. num. 10. in fine, Capic. decis. 24. num. 6.* vbi notat, quod hoc casu tota dos est restituenda, nec sufficit partem reddere. & Bald. *in Authen. ei qui,*
53 dicit fortius, quod hæredes † detrahunt interusurium medij temporis, quando soluunt ante annum. *& sequuntur præcitati Doctores, & Cordub. in dicto*
54 *§. si quis ex his, numero 133.* Addo, quòd tempus † semper in dubio censetur adiectum fauore debitoris,
55 *l. cum tempus, ff. de regulis iuris.* Et debitor † in diem potest soluere ante tempus, *l. eum, ff. de annu. lega. l. patrem. ff. de his, quæ in fraud. credit. l. post mortem. C. de fideicommis. Alexand. Aretin. Iason & alij, in l. qui Romæ, in principio, ff. de verborum obligat. Corneus & Iason, in dicta l. post mortem,* vbi, quod dies & conditio in dubio apponuntur fauore grauati, & quod solutio prosit ante diem. *est text. in l. quod in diem. ff. de solut.* Et idem est, quando tempus positum est fauore cre-
56 ditoris, quia potest ante tempus † petere, *Roman. in l. stipulatio ista, §. incertam, ff. de verborum obligationib. Aretin. in l. qui Romæ, in principio, Decius dicta l. cum tempus, numero 10.* non tamen hæres cogi potest reddere dotem ante annum, si non vult, *vt est text. in dicto §. exactio,* licèt nulla ratione suadetur hæc decisio, *vt aduertit Bartolus in dicta l. diuortio, §. interdum, Salicet. dicto §. exactio, versus finem, & quicquid tenuerint Cin. Iacob. de Rau. & Rosfred.* Procedit etiam in hære-
57 de diuite † & pecunioso, qui non cogitur soluere ante annum, *secundum Barto. in dicto §. interdum, Baldus & Salic. dicto §. exactio. Iason dicto §. fuerat, num. 28. vbi inquit ita tenere communiter Doctores, Boer. in cons. 50. numero 19. Plot. in dicto tract. de in litem iuran. §. 11. num. 23. in fi.*

in fine Ioan. Bapt. Lup. in dicto §. quarto, num. 87. vbi communem dicit.

Prædictam tamen Baldi decisionem probare non possum, quatenus vult, quod possit hæres soluere ante annum, deducendo de ipsa dote, quam tunc capit interusurium medij temporis: nam tum interusurium medij temporis deducitur, quando debitor in diem tenetur cauere, cum fideiussori-
58 bus,† & non potest, *ita loquitur tex. in l. si constante, §. quotiens, ff. soluto matrim.* vbi fortius Bar. vult, quòd tunc solum deducatur interusurium, quãdo mulier petit fideiussorem: eo enim casu defertur marito facultas eligendi, an velit restituere statim deducto interusurio, vel cauere. Imò Bal. Ang. Imo. & alij, post glos. volunt, quòd tunc solum deductioni locus sit, quãdo iam condemnatus erat maritus, vel saltem non petiit illum cõdemnari, *vt per Imo. ibi, colum. fi.* At quando mulier solutionem non vrget, neque fideiussionem instat, non reperitur, quod cogatur ante diem recipere cum diminutione sortis. Addo, quod etsi debitor in diem possit ante diem soluere, tamen hoc fallit, quando inter-
59 esse † creditoris non solui, *vt est tex. in l. qui Romæ, in princ. vbi glo. & Doctores. ff. de verbor. oblig.* vbi inferunt, ad plures decisiones. Et licèt nòn attendatur creditoris damnum, quando miserationis gratia tempus conceditur debitori, *vti probat in proposito Iaf. d. l. qui Romæ, num. 6. & seq.* tamen id intelligitur, dũmo-
60 do † totum debitum soluatur, secus quando debitor vellet minus soluere, vel interusurium deducere. Et ideo Bal. *in l. plures apochis, C. de fide instrum. post Gul. Cun.* dicit, quòd creditor nõ potest in diem re-
61 cipere † granum, vinum, vel aliquid simile, quod temporis cursu possit minui vel corrumpi, *sequitur Ang. in l. Titius, in fi. in ver. vnum cogitur tamen. ff. quæres pigno. oblig. poss. Alexan. in l. stipulatio ista, §. incertam, ff. de verb. oblig. Floria. in l. in fideicommissi. §. cum Polidius, in fi. ff. de vsur. Iaf. in d. l. qui Romæ. in princip. num. 4. Dec in d. l. cum tempus, num. 6.* Præterea dicunt iura, quod potest renunciare debitor dilationi & fauori suo. At cum soluit deducto interusurio, nihil renunciat, quia interusurium succedit loco dilationis, quia
62 interesse † succedit loco implementi, *secundum Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, num. 40. in fi. ff. de verborum obligat. Cinus in l. petens, in 2. quæstio. C de pact. Bal. in l. iurisgentium, §. quimmo, colum. 3. ff. eo. Aret. in cons. 83. colum. 2. ver. tertio, Iaf. in l. 2. num. 149. C. de iure emphyt. Dec. in l. cum proponas, num. 8. & num. 10. C. de pact. cum similibus.* Et tunc dicitur, debitor renunciare fauori suo, quãdo repræsentat sine diminutione id, quod in diem debebat, aliâs si velit diminutè soluere, iam cessat illa ratio à Doctoribus cõsiderata, quod possit fauori suo renunciare.

Sed & tertiò declaratur supradicta conclusio, vt non procedat, quando dos consistit in bonis immobilibus, quia eo casu intra annum hæredes viri non tenentur vxorem viduam alere. Nam dos
63 in immobilibus consistens statim † reddi debet non expectato anno, *vt in dicto §. ex actio, Ioan. Bapt. Lup. dicto commen. 1. §. 4. num. 85.* Proinde cessat ratio petendi alimenta ab hæredibus, qui tenentur solum ratione dotis, quam retinent, *vt suprà dixi in*
64 *proposito.* † *hoc voluit Dyn. in dicta l. diuortio, in princ.* vbi dum quærit, an hæredes viri faciant suos fructus anni luctus, dum alunt vxorem, dicit quod non, & restringit ad dotes consistentes in pecunia, vel mobilibus. Glos. ibi, quæ dicit, mulierem alendam esse intra annum, *sequitur, colum. 2. ita quoque intelligit Imola, columna 2. num. 3. circa fi. Castr. num. 6. ver. breuiter ille.* vbi, quod in bonis immobilibus non cadit dilatio, nec onus alimentandi, *Alexand. numero 16. qui dicit esse communem opinionem, Socinus num. 16. Iason numero 18. qui ait, Doctores communiter ita tenere, glos. & Salicet. in dicto §. exactio, Corneus in dicto cap. 29. colum. 2. volumine primo.* Si tamen hoc casu hæredes viri alimenta declarant vxori, cum non tenerentur, lu-
65 crantur fructus † dotis, quæ in immobilibus consistit pro rata eius, quod erogarunt in alimenta. & residuum restituunt, *secundum Bald. qui Dynum approbat, in dicta l. diuortio, columna secunda, sequitur Imola, colum. 2. circa finem*, vbi dicit, quòd si plus impensum fuit, non repetitur.

Intellige quartò, vt vxori non sint præstanda alimenta, quando dos non ipsi est restituenda, sed
66 extraneo, † qui dando stipulatus est illam sibi reddi, *ita Aret. in cons. 98. num. 2. ver. sed remanet*, dicens, quod etsi mulier ali debeat intra annum luctus, loquuntur tamen Doctores in ea, cui dos est restituenda, *sequitur additio ad Socin. in dicta l. diuortio, num. 16. Rebuff. loco prædicto, numero 12. Cordub. dicto §. si quis ex his, num. 120.* Quæ opinio potest procedere, quando ea peteret mulier, tanquam ex dote. nam cum dos non sit sibi restituenda, non debentur, sicuti non debentur fructus dotis. Sed quia, vt dixi, contristaretur anima mariti, si mulier cogeretur, debentur alimenta alia ratione, vti comprobaui in septima ampliatione, tractando, an alenda sit vxor indotata infra annum luctus. Paria enim sunt, quòd sit indotata, vel quod habeat dotem, ex qua non potest se alere: sicuti paria sunt non habere
67 virum, vel habere † inutilem, *glos. in l. fi. C. de plagiar. Barba. in cap. significantibus, de offic. de leg. Ioan. de Plat. in §. est inter, colum. 1. Instit. de public. iudic. Ioan. Lup. in cap. per vestras, in secundo notab. in princ. num. 12. de donatio. inter virum & vxorem, Rolan. in consilio 96. numero 39. volumine tertio.* Et non dicitur habere quis id, de quo non potest disponere, *argumento l. non videtur quisquam, de reg. iur.*

Restringitur quintò, vt alimenta non sint præstanda alij, qui stipulatus sit dotem sibi reddi, quia
68 etsi dilatio † annalis competat hæredibus mariti, non solum, quãdo vxori fieri debet restitutio, sed etiam, quando extraneo, *glos. nota. in l. 2. in princ. ff. soluto matrim.* tamẽ illi non debẽtur interim alimenta, quæ est priuilegium mulieris. Et ideo videmus,
69 quòd patri † vel filiis non competit priuilegium concessum actioni de dote, *secundum glos. prædictam, Bart. in l. de diuisione, in fi. ff. soluto matrimonio.*

Item in patre vel extraneo cessat ratio, quæ in fauorem vxoris vrgebat ad consequendum ali-
70 menta. Et ita † concludit Aret. *in d. cons. 98. colum. 1.* vbi extendit, etiamsi extraneus peteret alimenta tanquam interesse, quia durante anno dilationis, hæredes nõ sunt in mora, quæ non committi-

tur ante diem, *l. interdum, §. fi. ff. de verbor. obligationib.*
71 & ceſſante mora, † non debetur intereſſe, *l. quod te, & l. vinum, vbi Doctores, ff. ſi cert. pet. Rebuf. loco prædicto.*

Sextò limitatur, vt quod dicitur de vxore alenda, quando vir prædeceſſit, non procedat in hæ-
72 redibus † vxoris, ſi ipſa premoritur, quia hoc eſt perſonale priuilegium quod vxori competit, *l. vnica, C. de priuileg. dot.* & hoc innuit gloſ. *in dicta l. diuortio*, dum inquit, quòd ſuperſtes mulier ſit alenda, *vt aduertit Caſtrenſ. ibi. num. 5. & Iaſon num. 23.* Qui ex hoc infert contra Bart. *in l. 1. ff. ſoluto matrimonio*, qui dicebat, tranſire in hæredes quæcunque priuilegia
73 † mulieri ſolum propter dotem conceſſa præter priuilegium prælationis in tacita hypotheca. Sed ſaluari poteſt Bart. quia hoc priuilegium non tribuitur mulieri ſolum propter dotem, ſed etiam propter reuerentiam mariti. Si enim ſola dos eſſet cauſa priuilegij, non eſſet alenda, quando dotem non habet & perciperet alimenta ſolum pro modo fructuum dotalium, cum tamen contrarium probauerimus ſupra in vtroque capite.

Declaratur ſeptimò, vt non procedat, quando vxor tranſiuiſſet ad ſecunda vota, quia cum alen-
74 da ſit à marito, non debet moleſtare hęredes † primi viri, *Ricard. Malum. & Cyn. in l. fi. C. de bon. mat. Ang. in l. diuortio, in principio, ff. ſoluto matrimonio, conſilio 141. numero 3. & 4. volum. 5. Iaſ. qui dicit ſingulare in dicto §. fuerat, num. 25. Inſtitu. de actio. Ioan. de Garron. in rub. C. de ſecund. nup. num. 41. Didac. de ſponſ. par. 2. cap. 3. §. 9. num. 10. dicam in ſequenti quæſtione, in 4. limitatione.*

SVMMARIVM.

1 *Vidua, quæ dote caret, alenda eſt ab hæredibus viri poſt annum luctus.*
2 *Vidua dotata, non eſt alenda ab hæredibus mariti, poſt annum luctus.*
3 *Hæredes mariti, lapſo anno, conſtituuntur in mora.*
4 *Vſura eſt, quicquid vltra ſortem petitur.*
5 *Dos non dicitur ſoluto matrimonio.*
6 *Intereſſe futuri temporis ei non datur, qui ſortem conſequi poteſt.*
7 *Vſuræ dotales debentur vxori poſt annum luctus, ſed vide ibi de veritate.*
8 *Dos datur, vt ex ea mulier alatur.*
9 *Dotis iudicium eſt vniuerſale.*
10 *Maritus & vxor, non iudicantur ad imparia.*
11 *Argumentum à maiori ad minus, eſt validum.*
12 *Argumentum correlatiuorum non ſuſtinetur, quando militat diuerſa ratio.*
13 *Vidua imputat ſibi in ſortem fructus perceptos ex re pro dote ſibi pignorata.*
14 *Vſura non permittitur pro alendis pauperibus, vel redimendis captiuis.*
15 *Pactum, per quod vxori viduæ loco alimentorum aliquid permittitur, donec dos ſoluatur, non valet.*
16 *Effectus attenditur, non nomen, ſeu verba.*
17 *Vſura non tollitur propter pactum.*
18 *Vſura quod ſoluatur, vel quod fructus imputentur in ſortem, paria ſunt.*
19 *Pœna licitè exigitur.*
20 *Intereſſe extra rem peti poteſt, quando eſt promiſſum.*
21 *Vſuram teſtator inducere non poteſt.*
22 *Pœna à teſtatore impoſita in annos, vel menſes, hæredi non ſoluenti quantitatem relictam, non debetur.*
23 *Teſtator non poteſt mandare, quòd vxori dentur alimenta, donec ſoluantur dotes.*
24 *Teſtator non poteſt ordinare, quòd legatario ſoluantur decem ſingulo anno, donec hæres fuerit in mora ſoluendi decem.*
25 *Statutum non valet, quod vxori viduæ ſoluatur certum quid, donec reſtituitur dos.*
26 *Mulier conſequitur alimenta ab hæredibus viri, quando non habet aliunde, & facit quidquid potuit, vt exigeret dotes.*
27 *Mulier poſt annum luctus alenda eſt ab hæredibus viri, ſi eſt indotata, & non habet aliunde.*
28 *Intereſſe verum debetur, tam iure canonico, quàm ciuili.*
29 *Lucrum ceſſans dicitur verum intereſſe, ſicut damnum emergens.*
30 *Mulieri poſt annum luctus, debetur intereſſe, ſi paſſa eſt moram in dotis reſtitutione.*
31 *Intereſſe tam lucri ceſſantis, quàm damni emergentis, debetur mulieri moram paſſæ ratione dotis, etiam ſi dies ſit.*
32 *Intereſſe mulieris reſpectu dotis non ſolutæ, quando probetur.*
33 *Intereſſe damni emergentis debetur ei, qui moram paſſus eſt.*
34 *Creditor, qui recepit pecuniam ſub vſuris, non repetit vſuram à ſuo debitore, ſi non neceſsitatur.*
35 *Impedimentum non excuſat eum, qui cauſam dedit.*
36 *Metus ei non prodeſt, qui illum intulit.*
37 *Ignorantia proueniens facto ignorantis non excuſat.*
38 *Affectatum omne caret effectu.*
39 *Intereſſe lucri ceſſantis non debetur ei, qui non conſueuit negociari, ſecundum multos, contra tamen, nu. 40.*
40 *Mulier, quæ non conſueuit negociari, non conſequitur intereſſe lucri ceſſantis.*
41 *Intereſſe lucri ceſſantis, & quod non emerit fundum ob defectum ſolutionis, quomodo probetur.*
42 *Intereſſe lucri ceſſantis, vt debeatur, probandum eſt, quòd lucrum eſſet in potentia propinqua.*
43 *Intereſſe vbi per teſtes probandum eſt, teſtes etiam non interrogati reddere debent rationem.*
44 *Intereſſe lucri ceſſantis ſufficit, ſi probetur à communiter accidentibus vel à ſolitis.*
45 *Lucrum ceſſans probatur ex coniecturis.*
46 *Intereſſe lucri ceſſantis taxari poteſt officio iudicis.*
47 *Iuramentum in ſupplementum non admittitur in probando intereſſe lucri ceſſantis.*
48 *Intereſſe lucri ceſſantis taxantur deductis omnibus expenſis, & aliquid etiam deducitur.*
49 *Hæredes mariti ſoluunt intereſſe dotis non ſolutæ ſecundo viro.*
50 *Hæredes mariti non ſoluunt alimenta vxori, quæ tranſiuit ad ſecunda vota.*
51 *Maritus ſecundus lucratur fructus rei, quæ fuerat vxori pignorata pro reſtitutione dotis.*
52 *Dos data primo viro, cenſetur repetita ſecundo.*
53 *Nomen debitoris venit in generali obligatione.*
54 *Vxori quæ tranſiuit ad ſecunda vota, non debentur alimenta ab hæredibus primi viri.*
55 *Hæredes viri præſtant alimenta vxori viduæ, non habenti aliunde, quæ impeditur ſtatuto, petere dotes ſuas.*

56 Ratio

56 *Ratio dispositionis restringit illam.*
57 *Ratio naturalis allegari potest ad decisionem causarum.*
58 *Ratio naturalis si extat, dicitur imbecillitas intellectus quærere decisionem.*
59 *Ratio naturalis mouere debet Iudicem sicut lex.*
60 *Vsura non est, si legatarius, qui ex præcepto testatoris non potest sortem exigere, aliquid capit de ordine testatoris.*
61 *Vsura non dicitur, quãdo quis coactè mutuauit Reipublicæ aliquid capit vltra sortem.*
62 *Vidua, quæ simpliciter dotem recepit, non consequitur alimenta.*
63 *Vidua, quæ intra annum luctus non petit alimenta, non poterit illa post annum petere.*
64 *Vidua, quæ tutrix hæredum, non curauit dotem sibi soluere, non consequitur alimenta, durante viduitate.*
65 *Tutor tenetur sibi soluere, & pupillum ab vsuris liberare.*
66 *Statutum recipit interpretationem à iure communi.*
67 *Mater & victricus, qui bona filiorum administrarunt, non petunt alimenta dotis non solutæ.*
68 *Maritus administrator bonorum vxoris, si non exigit suum creditum à seipso, sibi imputari debet.*
69 *Administrator quilibet tenetur sibi soluere.*
70 *Gerens aliena negocia, si non soluit sibi, non petit interesse.*
71 *Gerens aliena negocia potest sibi soluere.*
72 *Creditor non exigit interesse, si fuit negligens sibi soluere, cum posset.*
73 *Fideiussor non potest molestari, quando debitor factus est non soluendo culpa debitoris.*
74 *Tutor, quãdo sibi non soluit, consequitur tamen id, quod decederet pupillo, si sibi soluisset.*
75 *Vidua cui debentur alimenta post annum luctus, potest super illis pacisci.*
76 *Quidquid de iure communi debetur, potest in pactum deduci.*
77 *Interesse quando in pactum deducitur, sustinetur solum pro quantitate veri damni.*

QVÆSTIO XLV.

DICTVM est de alimentis vxori præstandis intra annum luctus, nunc dicamus aliqua circa alimenta præstanda post annum. Et sanè suprà in septima ampliatione præcedentis quæstionis probauimus, quòd
1 etiam post annum alenda † est vidua, quæ dotem non habet, siue à principio fuerit indotata, siue dotem quam habebat, perdiderit, si tamen non habet vnde se alere possit. *allegaui Cynum, Salicetum, Angelum, Aretinum, Iasonem, Socinum, Bero. Plot. & alios.* quia mendicare non debet in opprobrium mariti, & matrimonij benè transacti. Et quamuis Alexander, Iason & Pinellus contrarium videantur tenere, prima tamen opinio est magis pia, & æquitati consona.

Quod si dotem habeat, concludunt Doctores
2 illam non esse post annum luctus † alendam ab hæredibus mariti. *ita Innocent. Ioan. And. Butr. Abb. & alij in dicto cap. salubriter, de vsur. vbi etiam Cardin. idem voluit Hostien. in tit. de vsur. in §. an aliquo, ver. econuerso, Bartolus in l. atqui natura. §. non tantum. ff. de nego. gest. & in l. in insulam, §. vsuras, ff. soluto matrimonio, vbi Roman. & alij, ponunt etiam Doctores in l. diuortio, in princ. ff. soluto matrimonio, vbi latè Roman. num. 17. Castrens. num. 6. circa fi. ver. finito autem anno, Alexan. num. 22. vbi allegat infinitos, & Iason num 22. Anchar. qui latè agit in cons. 150. Laurent. de Rodul. in tract. vsur. in quæstio. 52. Alexan. in cons. 27. colum. 1. volum. 4. Ias. in d. §. fuerat, num. 26. Instit. de action. Socin. in cons. 126. num. 5. ver. quibus præmissis, volum. 1. Afflict. in decis. 284. num. 1. Corneus in cons. 77. & in cons. 212, volum. 3. Rube. in cons. 55. & in cons. 108. multos alios allegant Modern. Paris. in tract. de vsur. num. 526. in princ. Didac. lib. 3. variar. resol. cap. 1. num. 3. ver. sexto hinc etiam, Rolan. in cons. 55. num. 1. volum. 2. Plot. in tract. de interesse iuran. §. 11. num. 24. ver. sed quod plus est, Cæphal. in cons. 133. num. 130. & sequent. Viuius commun. opinio. lib. 1. opin. 144. in fine, Ioan. Baptista Lup. in tract. de vsur. 1. commen. §. 4. num. 85. & sequent & hanc communem dicunt Cuma. Alexan. & Iason in dicta l. diuortio, Afflict. dicta decis. 284. & magis communem dicit Socin. dicto cons. 126. & Iason, dicto §. fuerat, & Cæphal. in dicto cons. 133. dicit, esse de mente omnium, allegat Ruin. & Negusan. eam quoque communem dicit Plot. dicto num. 24.* Et loquuntur omnes, quan-
3 do hæredes mariti sunt in mora, † nam lapso anno statim sunt in mora, *dicto §. exactio.* & quia dies interpellat pro homine, *l. magnam, C. de contrahen. vel committen. stipulat. ita dicit Socin. in dicto cons. 126. num. 5.* Et dicunt prædicti omnes, præcipuè Moderni Paris. Didac. Plot. & alij. quod si vxor habet rem obligatam pro dotis restitutione, tenetur fructum computare in sortem: secus ac faciat maritus, qui fructus pignoris lucratur, *vt dixi in præcedentibus quæstionibus.* Et prædictæ conclusionis ratio est, quia in vxore non consideratur ratio supportandi onera matrimonij. per quam inductum est, quod maritus moram passus, petat alimenta, & quicquid
4 petitur vltra sortem, vsura † est, *cap. super eo, de vsur.* Item, fauore dotis & matrimonij, permittitur marito, quòd alimenta seu vsuras consequatur, quando fit ei mora in restitutione dotis, sed soluto matrimonio desinit esse non solum matrimonium,
5 sed etiam dos, † *l. 3. ff. de iure dot.* ergo cessat omne priuilegium. Præterea lapso anno mulier potest petere dotem, etsi non petit, sibi imputatur, &
6 qui potest petere † sortem, non agit ad interesse futuri temporis, *l. 1. cum ibi not. C. de senten. quæ sine certa quantit.*

Est verum, quod vxori post annum deberi vsu-
7 ras, seu alimenta, † voluit Baldus, *in Authen. ei qui, num. 39. C. de bon. author. Iud. possid.* vbi ait, quod fortius vsuræ dotales debentur mulieri, quam viro, quia viro debentur ob causam extrinsecam, id est, propter onera matrimonij, vxori autem debentur ob intrinsecam causam, quia est domina dotis, & ea frui debet, *l. vbi adhuc, C. de iure dot.* & ideo datur
8 dos, † vt ex ea mulier alatur, *l. si maritus ff. famil. ercis.* Adde, quòd bona mariti sunt obligata non solum pro dote, sed etiam pro accessoriis. Ideo mulier mitti debet in possessionem non solum pro dote,
9 sed etiam pro alimentis vel interesse, † quia dotis iudicium est vniuersale, *l. quod dicitur, ff. de impens. in reb. dot. fact.* & datur pro accessione quædam mercenaria actio. Itẽ, natura dotis est, quod deseruiat

oneribus

oneribus matrimonij, etiam quando est penes vxorem, *dicta l. vbi adhuc.* Rursus si debentur mulieri intra annum luctus, cum hæredes non sunt in mora, multo magis debentur post moram, aliâs melioris conditionis esset morosus, quàm is, qui
10 non est in mora. Adde, quòd vir † & vxor non debent indicari ad imparia, *cap. si quis vxorem, 32. quæstio. 1. cap. hæc imago, 23. quæstio. 5.* & marito debentur alimenta, quando differtur dotis solutio, ergo &
11 vxori. Confirmatur, quia propter quod † vnumquodque tale, & illud magis tale est. *Auth. multo magis, C. de sacros. eccles.* marito licita est petitio alimentorum, quia alit vxorem, ergo multo magis erit licita vxori, quæ seipsam alit. Alias rationes addit Anchar. *d. cons. 150. colum. 2. cum Bal. transeunt Iason in cons. 92. volum. 1. Ange. in sum. ver. dos, in fine, & in ver. vsura, §. 29. Conrad. de contract. quæstio. 35. conclus. 9. quos omnes citant & sequuntur Moderni Galli in dicto tracta. de vsur. numero 27.* Sed prædictorum rationes omnes sunt leues, quia etsi vxor sit domina dotis, tamen non potest vsuras petere, tanquam vsuras & alimenta, quia nullibi reperitur, quòd debitor alat creditorem. Et non infertur, est creditrix, ergo debet ali. Et licet bona sint obligata non solum pro dote, sed etiam pro accessoriis: tamen intelligi debet de accessoriis legitimis, & à iure debitis, Et iam supra dictum est, quod iudicium dotis non est vniuersale, & cum matrimonium soluitur, desinunt subesse onera matrimonij; & consequenter desinit esse dos, & eis seruire non potest. Et licèt post annum hæredes sint in mora soluendi; ipsa tamen vidua est in mora petendi: ideo compensatur mora: & cum possit sortem exigere, non acquirit ius ad alimenta, vel vsuras. Et durante matrimonio debentur viro alimenta fauore matrimonij, & onerum, quæ maritus sustinet: ac mortuo marito cessat fauor, & cessant onera. Ideo stante ratione hac diuersitatis, maritus & vxor iudicantur ad imparia, sicut & cætera correlatiua,
12 † *Iason in l. si. C. de indicta viduit. tollenda, Euerard. in loco à correllatiu.* Et non obstat vltimum argumentum, quia non est verum, quòd propter sola vxoris alimenta maritus exigat vsuras, nam alia quoq; sunt onera & concurrit fauor matrimonij.

Conclusio supra firmata ampliatur, vt etiam procedat in fructibus rei pignoratæ pro restitu-
13 tione dotis, quia vidua † si illos percipit, tenetur computare sibi ad extinctionem sortis, *vt voluit Innocen. in cap. salubriter, quem sequuntur alij omnes communiter. secundum Abba. ibi, Imola in l. insulam, §. vsuras. ff. soluto matrimonio, Fulgos. in cons. 125. Abbas in cons. 39. volumine 2. Anchar. dicto consilio 150. Alexander in consi. 127. in princip. volum. 4. Cuma. Castrens. & Alexan. in dicta l. diuortio, in principio, ff. soluto matrimonio, Lauren. de Rodul. in dicto tracta. de vsur. quæstio. 52. Roman. in cons. 517. in secundo dubio, Angel. in §. fuerat. numero 8. & sequent. Institut. de actio. Iason, in consilio 92. numero 12. volum. 1. vbi dicit esse communem. Rub. in consilio 55. & 108. alios citant Modern. Paris. dicto tract. de vsur. num. 526. Didac. dicto cap. 1. num. 3. ver. sexto, hinc constat, Ioan. Bapt. Lup. dicto commen. 1. §. 4. num. 84.* Et tenuere hanc partem omnes illi, quos suprà citaui in principio præsentis quæstionis, & quos allegaui suprà, dum probaui, quod maritus non imputat in sortem fructus pignoris.

Prædictam quoque conclusionem amplia, vt non valeat pactum, per quod vxori promittitur interesse, vel certa quantitas taxatur loco interesse: quamuis enim alimentorum causa fauorabilis sit, tamen non licet pro quacunque causa etiam pia petere quicquam vltra principale debitum.
14 Vnde vsura † non permittitur etiam pro alendis pauperibus, vel redimendis captiuis, *cap. super eo,*
15 *de vsur. & reg. peccatum, in mercur.* Ita tenet † Anchar. *in consilio 150. numero 5.* vbi dicit, quod procedit siue sub nomine pœnæ, siue sub blando vocabulo alimentorum conueniat, quia vbi fit promissio per dinumerationem temporum, semper est vsura, *sequitur Alexan. in cons. 61. num. 11. in fine, volum. 2. Afflict. decis. 284. num. 3. Ruin. in cons. 25. num. 3. volum. 2.* vbi ait, non curari, sub quo nomine fiat pactum, quia res
16 † non debent esse subiectæ sermoni, sed sermo rebus, *cap. intelligentia, de verborum significat. cap. Marcion. & Basilides, 1. quæstio. 1. Hanc quoque sententiam probauit Rube. in cons. 45. per totum, qui tamen neminem allegat, Didac. dicto cap. 1. ver. septimo ab eadem ratione, circa med. ibi, quandoquidem si hæc alimenta, latissimè multos citans Rolan. consilio 45. numero 30. volumine 2. Rebuff. l. vnica, numero 615. C. de senten. quæ pro eo, quod inter. Cæphal. in cons. 133. num. 131.* vbi addit, quòd vbi debetur mulieri viduæ ratione alimentorum, quia sit vsura aliquid recipere, non licebit etiam paciscì in contra-
17 rium, quia pactio † non iustificat, nec tollit, quin fit vsura, *l. rogasti, §. si tibi, ff. si certum petatur.* Et probatur *in l. tertia, §. fina. ff. de annua. legat. & Cæphal. loco prædicto consulit super pacto celebrato inter Comitem Mirandulæ, & Antoniolum Adurnum Genuæ Ducem. super quo contigit & mihi consulere, vt videri potest in cons. 194. nunc sub prælo.* Et prædicti Doctores idem dicunt de pacto, quod vxor non computet fructus in sortem,
18 quia à pari † procedunt, quod fructus non imputentur in sortem, vel quod præstetur vsura, *vt probatur in cap. 1. & cap. conquestus, cum ibi not at. de vsur. & dixi in dicto cons. contra tamen voluit Iason in cons. 92. numero 23. volum. 1.* vbi inquit, valere pactum, quod vxori dotes repetenti certum, quid soluatur loco interesse, *citat Laur. de Rodul. in dicto tracta. de vsur. quæ-*
19 *stio 65.* quia debetur tunc loco pœnæ, † quæ licitè exigitur, *secundum Glos. Bal. & alios in l. cum allegas. C. de vsur.* Et subdit, quòd interesse extra rem licet re-
20 gulariter peti non possit: tamen fallit, † quando est promissum, *Bar. in l. si pœnam. ff. de verborum obligat. & in dicta l. cum allegas, & eum sequitur Ananch. in cap. salubriter, colum. 6. versic. adde etiam prædictis, Alexan. cons. 200. num. 7. volum. 6.* Verum Laurem. loco prædicto loquitur de vero interesse, vt quia mulier esset solita negociari, vel quia verè damnum sensit ex mora hæredum commissa in restitutione dotis. Ita Cæphal. loco prædicto, qui etiam respondet ad omnia fundamenta.

Extenditur & tertiò, vt locum habeat, quamuis testator mandauerit, certum quid solui vxori, donec restituantur sibi dotes, quia testator non po-
21 test hoc facere, ex quo est vsura, † quia non potest

testator

testator inducere, *est tex. in l. 3. §. fina. ff. de annu. leg.* Et ibi not. Bar. quod testator non potest aliquid relinquere pro vsuris illicitis, donec soluatur debitum. *Idem Bar. in l. 2. ff. de his, quæ pœnæ nom. & in l. cum stipulari, in fine, ff. de verborum obligat.* vbi fortius inquit, non valere pœnam annuam, vel menstruam, quæ
22 † hæredi imponitur à testatore, nisi soluat certam
23 quantitatem. Et hoc etiam in nostris † terminis voluit Anchar. *in cons. 93. verba testamenti, per totum, sequitur Alexan. d. cons. 27. num. 6. volum. 4. & multos ad hoc citat Rolan. in d. cons. 55. num. 21. & seq. volum. 2. addo Ruin. in cons. 53. num. 24. volum. 2. Alexan. in l. diuortio, num. 24. ff. soluto matrimonio,* vbi, quod semper est vsura, quando pœna apponitur sub temporum dinumeratione, nisi certa quantitas soluatur, *Anan. in cap. salubriter, colum. 7. circa finem, versic. quid autem si testator damnat, vt latè hanc partem defendit Socin. in cons. 56. num. 1. volum. 3. Lup. in rep. capitu. per vestras, in sexto notab. in princip. num. 8. folio mihi 172. Campeg. de dot. par. 2. quæstio. 18. colum. 1. in fi. Caphal. in cons. 133. num. 132. Ioan. Bap. Lup. dicto §. 4. num. 91. Rolan. cons. 55. num. 23. volum. 2.* Et pro hoc facit, quod voluit Aretin. *in cons. 151.* vbi
24 si testator legat † centum, & mandat, donec erit in mora, soluere decem singulo anno, concludit non valere dispositionem prædictam tanquam contineat vsuram. *sequitur Iaf. in l. cunctos populos, C. de summa Trinit. Rebuff. in l. vnica, num. 616. C. de senten. quæ pro eo, quod inter. Cagnol. in dicta l. curabit, num. 8. C. de actio. emp. vbi dicit esse communem opinionem, eandem dicit communem Didac. dicto libro 3. variarum resolut. cap. primo, numero 9. Rolan. in consilio 55. numero 23. in quibus locis citantur alij multi, Alciat. in consilio 8. numero 5. de quo tamen ego latè tractaui in consilio 23. per totum,* vbi contrariam probaui sententiam, præcipuè, quando non est in facultate legatarij petere sortem, de veritate autem huius extensionis dicetur latius infrà.

Quartò ampliatur, vt non valeat statutum, per quod certa quantitas solui debet mulieri, donec
25 † dos sibi restituatur, quia statutum inducens vsuram, non est validum, *Ange. in l. diuortio, in principio, ff. soluto matrimonio. Ioan. de Ligna. in Clementina 1. de vsur. vbi etiam Imola, num. 55. Abb. in cons. 39. num. 3. volum. 2.* Mouetur, quia sicut maritus nihil lucratur, si non sustinet onera matrimonij, ita nec vxor, quando per mortem mariti solutum est matrimonium, item, quia lex ciuilis non potest vsuram inducere, quia standum est iuri canonico, quando tractatur de peccato, *cap. fi. de præscrip.* Est autem vsura, quando duplicem consequitur retributionem, debitum scilicet principale, & alimenta. Et ante eos hoc voluit Iac. But. *in l. 1. C. de summa Trinit. vbi refert quendam magnum Theologum, Socin. in cons. 126. in fi. ver. 3. & vltim. volum. 1. & in cons. 56. colum. 1. ver. quinimo statutum, volum 3. vbi dicit communem, Iaf. in §. fuerat, num. 19. Instit. de actio. vbi attestatur de communi, Didac. dicto cap. num. 4. ver. septimo ab eadem ratione. Contrarium voluit Bal. in l. fi. §. præterea, colum 2. in fi. C. de iure dot. alios citat Ioan Lup. in dicto cap. per vestras, in sexto notab. §. octauo infertur, num 4. adde alium casum, Moderni Galli allegant Alexan. Capol. Anton. & Conrad. in dicto tracta. de vsur. num. 527. Iaf. in cons. 92. num. 29. volum. 1. vbi loquitur in consuetudine Burgundiæ, Ioan. Bap. Lup dicto cap. num. 91. vbi multos allegat, & se inuoluit, Nauar. de vsur. num. 68.* Prima tamē opinio videtur communis, & habet grauiores authores. quomodo autem procedant hæ duæ ampliationes, dicam infra in limitationibus.

Fallit tamen prædicta conclusio, vt locum non habeat, quando mulier feciſſet omnem diligentiam, vt dotes exigeret, & non potuit illas consequi: tunc enim, si non habet aliunde, consequitur
26 alimenta † ab hæredibus mariti, & seu vsuras pro tempore, quo fuit sibi facta mora in soluendis dotibus, *ita voluit glos. in l. diuortio, in princ. ff. soluto matrimonio, vbi Din. Bart. Bal. Ang. Imola, Roma. Castrens. Alex. & Iaf. ff. soluto matrimonio, Castrens. in cons. 428. num. 3. vol. 2.* vbi ait, non debere melioris esse conditionis morosum hæredem post annum, quàm sit intra annū is, qui nō est in mora, & quod vxor vidua non debet fame perire, & cp si esset sine dote, deberet etiam vltra annum, ab hæredibus mariti alimenta consequi, *vbi infinitos citat, Alexan. in cons. 27. num. 3. volum. 4. Paris. in cons. 64. colum. 1. volum. 4. & secundum hanc opinionem refert indicatum Afflict. decis. 284. num. 4. Cranet. in cons. 189. num. 7. in fi. Didac. d. cap. 1. ver. sexto hinc etiam constat, ver. quod si vidua non habeat.* vbi tamen subdit, procedere ex æquitate potius quadam, quàm vt iure probetur. Dicit tamē esse communiter receptam sententiam Baldi Nouel. *in tract. dot. part. 8. speciali 22. Campeg. in eodem tracta. par. 2. quæstio. 18.* vbi contrarias sententias hoc modo concordat, vt, quando non habet aliunde, vel non est diligens, cum tamen posset eas recuperare, *Aretinus in §. fuerat, numero 8. versic. sed post annum, Institut. de actio.* vbi dat pro cautela, quod vidua finito anno luctus petat dotes, constituat hæredes in mora, instet, & vrgeat, quia consequetur alimenta officio iudicis. Et per errorem deest ibi negatiua, quia loquitur, quando non habet vnde se alat, aliâs non daretur officium iudicis, quod non competit habenti aliunde. Eandem conclusionem probat Iason, *ibi, numero 26.* qui in fine, postquam tenuit indistinctè negatiuam opinionem, quod vidua post annum alenda non sit, etiamsi aliunde non habeat, subdit, fateri se, quod si hæredes post annum interpellati differunt, alimenta debentur vxori. Et hanc sententiam tenet etiam Plot. *in dicto §. 11. num. 27.* si omnia ibi per eum dicta colligantur. Licet enim relata hac opinione dicat, communē esse in contrarium, quia imputādum sit mulieri, quæ dotem non petit, tamen præsupponit, quod si diligens fuit, habebit alimenta, *Rolan. in dicto cons. 55. num. 18. Ioan. Bapt. Lup. in dicto comment. 1. §. 4. num. 88. vbi dicit, hunc casum esse retinendum tanquam à iure expressum, & allegat plures alios Burſat. in consilio 8. numero 41. consilio 9. numero 48. Vital. tracta. clausul. titu. an alimen. renunc. poss. columna 8.* Et pro hac sententia stant illi omnes, qui tenent hæredes obligatos alere vxorem, etiam, quæ non vrgeat pro suæ dotis restitutione, dum tamen sint in mora, & vxor non habeat aliunde. Pro hac quoque parte stant, qui dicunt, vxorem alendam post annum luctus, quando nihil habet, *vt dixi supra hac eadem quæstione.* Nec dissentiunt alij, qui tenuere tali casu alimenta esse

præstan-

præstanda vxori diuiti, si petendi dotes fiat mora, & ipsa nihilominus perseueret in lite, *vt voluerunt Roma. Imola, Abb. Alexand. Claud. Aquen. Anton. Bernard. Rosell. & Grat. quos citat & sequitur Plot. d. §. 11. num. 24. versic. primo fallit.* vbi dicit communem, ea ratione motus, quod cesset ratio, per quam Doctores dicunt, alimenta non præstari viduæ post annum, id est, quia sibi imputandum est, quæ non curat dotes exigere. Et sanè hæc opinio magnam habet æquitatem, sed non fundatur iure: nam etsi nihil hoc casu imputari possit, nõ tamen infertur, quod huic viduæ magis debeantur alimenta ob morem hęredum, quàm debeantur ei, qui agit ex mutuo, deposito, vel aliunde causato debito. Lex enim contra tales morosos, & temerè litigantes, non statuit hanc pœnam, quod patiantur iacturam expensarum, & veri interesse.

Secundo restringitur hæc opinio, vt non procedat, quando mulier est indotata, & non habet vnde se alat, quia tunc etiam post annum luctus
27 † est alenda, *secundum Ricar. Cin. & alios, in l. 1. C. de bon. matrim. Barto. Roman. Castrens. Lup. & alios supra citatos in septima ampliatio.* Quorum opinio est verissima, & ratione fundata.

Limitatur tertiò hæc sententia, vt non procedat, quando mulier aliquid vltra sortem peteret, tanquam interesse, quod ipsa passa fuit propter moram: nam de iure, tam ciuili quam canonico,
28 verum interesse † peti potest, *cap. conquestus, de vsur. Auth. ad hæc. C. eodem titulo.* Siue id sit ratione damni emergentis, seu lucri cessantis, *l. 3. §. fin. ff. de eo, quod cer. loco. l. atqui natura. §. non tantum. ff. de neg. gest. l. socium. ff. pro socio. l. in contraria. ff. de vsur. c. sacro, vbi Innoc. de senten. excomm. c. peruenit, de fideiussor. c. dilectæ, de foro compet. glos. in dicto cap. conquestus, vbi Abb. & alij, glos. in l. curabit, C. de actio. emp. Cin. in Authen. ad hæc. C. de vsur, Abb. in cap. cum venerabilis, de exceptio.* & nouum in-
29 teresse dicitur non minus cessans † lucrum, quàm emergens damnum, *vt probat text. in l. si commissa. ff. rem rat. hab. latè mod. Galli in tract. de vsur. num. 28. & sequent. & Didac. lib. 3. var resol. cap. 4 in princip. Ioan. Bapt, Lup. in eodem tracta. de vsur. quem fecit super l. curabit, C. de actio. emp. commentar. 1. §. 6. num. 103. & seq.* vbi concludit, tam antiquo quàm nouo iure deberi interesse damni cessantis, & lucri emergentis. Et in terminis nostris, quod mulier passa moram in dotis re-
30 stitutione debeat interesse, † voluit Anchar. *in cons. 150. num 6. in fi. ver. non obstat quod dixi supra, Rom. idem voluit in l. diuortio, in princip. num. 17. in fi. ff. soluto matrim.* vbi dicit, quod stante hæredum mora, mulier petere potest, quod ab hęredibus sibi reddatur omne id, quod potuisset lucrari, si dotem habuisset penes se, vt quia potuisset aliquid lucrari secundum *c. per vestras, de donat. inter virum & vxo. Imo in eadem l. diuortio, colum. 2. num. 4. idem videtur,* stante mora potest repetere lucrum, quod fecisset de pecunia dotali, sicut fecit de alia pecunia. Et loquitur in muliere, quæ consueuit dare suam pecuniam mercatoribus ad honestum lucrum, *Castrens. num. 6. in fine,* vbi dicit idem, quando mulier probat quod emisset prædia, ex quibus percepisset fructus tanti valoris, vel eam pecuniam exposuisset ad licitã mercantiam. *Alexan. in cons. 27. num. 5. volum. 4. Aretin. in dicto §. fuerat, num. 8. in fi. Institut. de actio.* vbi, quod mulier data mora consequitur interesse damni vitandi, sine distinctione, & lucri cessantis, si erat solita negotiari, *idem Alexan. in cons. 61. num. 11. volum. 2. Bal. Nouel. in tract. dot. specia. 22. par. 8. Campeg. in eodem tract. par. 2. q. 18. col. 1. in ver. item videtur, si mulier.* vbi subdit, aduertendum esse diligenter circa modum formandi libellum, quia mulier non debet petere alimenta propter dotem non solutã, sed petere quod condemnentur hæredes, ad interesse passum per ea, quæ posuisset ex ea pecunia tantum lucrari, si fuisset sibi soluta in tempore, *Lupus in dicto cap. per vestras, in sexto notab. in princ. num. 8. ver. fateor tamen.* Qui duo dicunt duplici modo considerari interesse lucri cessantis, vt si solita erat vxor negociari, & posuisset pecuniam ad honestum lucrum, vel si erat emptura fundum, ex quo potuisset fructus recipere, *latissimè multos citans Plot. in tracta. de in lit. iuran. §. 11. num. 28. 29. & 30.* vbi ponit exemplum in muliere, quæ damnum est passa, & quæ lucrum amisit, quod fecisset in negotiis, quæ solita est exercere, & quæ potuisset emere prædia, *& latè agit Alexan. in dicta l. diuortio, num. 23. ver. subdit tamen Ang. & num. 25.* vbi loquitur de damno emergente, de lucro cessante, & an procedat etiam in eo, qui non consueuit negociari. *Multos item citat Cagnol. in d. l. curabit, num. 17. Crauet. in cons. 189. num. 7. ver. sextus casus est, & nouissimè Ioan. Bapt. Lup. d. commen. 1. §. 4. num. 89. Vital. loco prædict. colum. 8.* Id quod procedit, etiamsi mulier habeat aliunde, & sit diues, quia nihilominus vtrumq; in-
31 teresse † consequi potest, damni scilicet emergentis, & lucri cessantis, *ita declarat Afflict. d. decis. 284. nume. 3. & 4. Didac. d. cap. 1. num. 4. ver. sexta hinc etiam, in fi.* Et idem videmus in quocunque creditore moram passo, quia debetur sibi interesse, nõ habita ratione, quod sit diues, vel pauper, ideo hoc ipsum seruare debemus in vidua, quæ non debet deterioris esse conditionis, quàm sint cæteri creditores, *idem tenet Io. Bapt. Lup. d. num. 89.* Et hoc casu damnum pa-
32 ti dicitur mulier, quæ dotem promisit † secundo viro, quam quia non soluit, cogitur pro ea vsuras soluere, *vt dixi suprà.* Hæc igitur licitè exigit ab hæredibus primi viri vsuras, quas ipsa cogitur secundo viro soluere, *vt post Bartolum voluit Bal. in cons. 86. volum. 2.*

Circa tamen damnum emergens, vnum est notandum, quod etsi debeatur, puta, quando mulier ob retardatam solutionem accepit pecuniam sub
33 vsuris, vel propter † moram incurrit pœnam aliquam. *secundum supradicta, & ponit Iac. Butr. loquendo in omni creditore, in l. curabit, C. de actio. emp. & clarè Bal. & Salic. in l. 2. C. de vsur.* tamen non sufficit, quod mulier simpliciter data mora capiat pecuniam sub vsuris à fœneratore: nam si non suberat necessitas sic capiendi, debitor non tenetur restituere illas vsuras, nisi probetur, quod sua intererat ita acci-
34 pere, propter imminens † aliquod periculum, *vt notabiliter declarat Bal. in l. etiam, num. 5. C. de exq. rei iud.* vbi fortius loquitur, quando debitor promiserat soluere, & concesserat licentiam, creditori capiendi sub vsuris pecunias sibi debitas, promiseratque

soluere

soluere illas vsuras. Et hoc dictum probauit Ioan. Lup. *in cap. per vestras, in 6. not ab. §. sextò infertur, colum. pen. ver. prædicta tamen intellige, folio mihi 174.* Nec alibi memini me legisse. Et ratio est in promptu, quia accipiendo sub vsuris pecuniam, nulla impellente necessitate, non dicitur pati damnum, & quod patitur, sua patitur voluntate & culpa, ideo sibi debet imputare, *c. damnum, de reg. iur. in 6.* Præterea dicitur damnum affectatum, quod ideo sibi non prodest, vt inde habeat actionem contra debitorem, *argumento l. 2. §. vlt. ff. si quis caut.* vbi non excusat impedi-
35 mentum,† cui quis causam præstitit, *l. 3. §. subueni-*
36 *tur. ff. ad Sillan.* & metus quem quis sibi infert, † non prodest, *l. mulier, ff. quod met. cau.* idem est in ignoran-
37 tia, quæ prouenit † ex facto ignorantis, *l. 1. §. 1. ff. de a-*
38 *ctio. empt.* & quidquid affectatur, caret † effectu, *vt post Felin. in cap. si. extra, de testibus, latè probat Tiraquel. de retract. consang. §. 35. glos. 4. num. 27. & seq.* Quæ ratio melior mihi videtur, quàm ea adducta per Bald. *in d. l. etiam,* dum mouetur, quia contractus suspectus sit vsurariæ prauitatis. Et ideo cautè Doctores loquuntur, *vt per Alex. in cons. 141. num. 2. volum. 5.*

Quo verò ad interesse lucri cessantis, multi vo-
39 lunt, quod † non debeatur ei qui non consueuit negociari, *Bart in l. 3. §. fina. ff. de eo, quod certo loco, Alex. in cons. 191. num. 3. ver. præterea intentio, volum. 2. & in consilio 141. num. 2. volum. 5.* vbi loquitur in terminis de vxore repetente dotes suas ab heredibus mariti: & subdit hoc esse probandum, quòd consueuerit negociari, *sequitur Dec. in cons. 322. num. 5. Socinus in consilio 156. num. 9. volum. 2. vbi dicit esse communem, Iason, dicta l. 3. §. fina. num. 2. vbi post Ange. dicit illum tex. esse mirabilem, & rursus, num. 8. hanc quoque sententiam communem dicit Rebuff. in l. vnica, num. 601. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. vbi ait, ad hoc esse text. in l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de actio. emp. secundum communem intellectum, & num. 103. dicit, quod est probandum, multos citat Didac. lib. 3. variar. resolution. cap. 4. num. 2. ver. primo deducitur, Plot. in tract. de in litem iuran. §. 52. num. 17. vbi ait, hanc creditoris qualitatem esse probandam, Rolandus in cons. 35, num. 11. volum. 1. Gomes. Institut. de actionibus, in §. actionum, num. 17. in fine, Ioan. Bapt. Lup. in dicto comment. 1. §. 6. num. 117. vbi pariter dicit articulandum, & probandum esse, quod sit solitus negociari*: aliàs enim non dicitur cessare lucrum, quod circumscripta mora debitoris non erat creditor aliquo modo facturus, *vt per Sotum de iust. & iure, lib. 6 quæstio. 1. artic. 3. colum. 3.* Et in terminis de muliere, quæ non consueuit ne-
40 gociari,† quòd non possit consequi interesse lucri cessantis, voluit Roma. *in dicta l. diuortio, num. 17. in fi. & num. 18. ibi, dummodo mulier ipsa dare consueuerit, Alexan. latè ibi, num. 25. & sequent. & idem Alexan. in l. in insulam, §. vsuras, post Imolam, ibi, ff. soluto matrimonio, Aretin. dicto §. fuerat, num. 8. in fi. Bal. Nouel. dicta part. 8. spec. 22. & Campeg. dicta part. 2. quæstio. 18. colum. 1.* vbi inquit text. *in l. socium qui in eo, ff. pro socio,* qui solet ad probandum principalem nostram limitationem per omnes allegari, procedere in eo qui erat mercator, & consuerat negociari. Id quod post Baldum voluit etiam Alexander, *in dicta l. diuortio, num. 25.* Contrarium tamen, quod etiam non solito negotiari debeatur lucrum cessans, voluit Moder. Paris. *in tracta. de vsur. num. 30. vbi allegat Anchar. & Conrad. idem tenere.*

Sed quod attinet ad mulierem, tunc considerari potest iustum interesse, quando erat fundum emptura, ex quo percepisset fructus, *vt per Castrens. in dicta l. diuortio, num. 6. in fi. Alexan. in cons. 31. num. 9. volum. 6. vbi allegat Anch. in cap. salubriter, & in cons. 200. eodem volum. Campeg. in dicta quæstio. 18. colum. 1. ver. idem iuris esset, Plot. qui citat Anch. Grat. Angelic. & Crauet. in dicto §. 11. num. 30.* vbi tamen post Angel. dicit quinque fore omnino necessaria, vt ex ea causa mulier petere possit interesse vel vsuras, *Rolan. qui alios citat in dicto cons. 35. num. 16. volum. 1.* Verum hoc casu probandum est, quod aderat fundus venalis, & quod
41 erat illud emptura, sed destitit, † quia non habebat pecuniam, *vt post Castrens. & Alexan. docet Crauet. in cons. 89. num. 4. Rolan. d. cons. 35. num. 18. vbi allegat Ruin. hoc non declarantem.*

Declara etiam, quòd lucrum non sit remotum,
42 sed sit certum, & in potentia propinqua, † quia non sequitur, talis consueuit negociari, ergo lucrū feciisset. Multi enim ex negociatione damnum sentiunt, *vt probat tex. in l. quemadmodum, §. si nauis, in fi. ff. ad leg. Aquil. per quem ita dixit Castrens. in l. 3. §. fi. numero 3. ff. de eo, quod certo loco, Anchar. in cons. 150. num. 6. in fi. Alexan. in cons. 141. num. 2. volum. 5. & ante omnes Barto. in l. vnica, num. 25. C. de sent. quæ pro eo quod inter.* vbi dicit, tunc lucri rationem haberi, quādo pro certo apparet, quod fuisset lucratus, *laf. in dicta l. 3. §. fi. num. 8.* vbi dicit probandum, quod habebat talem mercem præ manibus, ex qua verisimiliter fuisset tantum lucratus, *Afflict. in decis. 20. num. 3. vbi allegat Bart. & Castrens.* dicens, quod multa possunt contingere, quæ lucrum impedient, ideo probari debet quod certitudinaliter lucratus fuisset, *Dec. in cons. 322. num. 5. Felin. in cap. cum venerabilis, colum. 3. ver. practicam autem, & ibi Dec. num 14. & Paris. num. 32. de exceptio. Curt. iun. in l. 2. §. mutui, num. 21. ver. præterea & vlt. ff. si certum pet. Rub. in cons. 20. & cons. 88. Rebuff. in d. l. vnica, num. 606. vbi inquit, hoc habere multum æquitatis, Cagnol. num. 41. Sylueſtr. in ver. vsura, il 1. quæstio. 19. Caietan. in sum. in ver. vsura exterior, in quinto casu, Purpur. in l. rogasti, §. si tibi, num. 4. ff. si certum pet. Neuiza. in cons. 77. num. 24. Modern. Galli in d. tracta. vsur. num. 29. Plot. in d. tracta. §. 52. num. 17. Rolan. in cons. 35. num. 13. volum. 1. Ioan. Bapt. Lup. d. commen. 1. §. 6. num. 117. quinimò tradunt Bursat. in cons. 68. num. 1. multos citat, Hippol. Riminal. cons. 52. num. 42. & sequenti.* Et testes deposituri de eo inter-
43 esse, † debent causam reddere etiam non interrogati, *secundum Dec. in d. cons. 322. num. 2. Rolan. d. cons. 35. num. 14.*

Verum multi tenent satis esse, si probabiliter probetur interesse per coniecturas, vt quia deducatur, quod mercatores suæ qualitatis communiter ex tali genere mercis solent tantum lucrari, & verisimiliter ipse quoque fuisset tantundem lucratus; quia sufficit, quod probatio concludat per
44 communiter † accidentia, *l. neque natales, C. de probatio. Bart. & Bal. in dicta l. vnica, C. de senten. quæ pro eo, quod inter. vbi proprie ita dicunt Castrens. in l. cunctos populos. colum. pen. in fi. C. de summa Trinita. Aret. in l. continuus, §. cum ita, colum. 2. ff. de verb. oblig. Alexan. d. cons. 141.*

volum.5. Est glos. *in l.3.§.fina.ff.de eo quod certo loco,* quæ
45 vult quod lucrum cessans, probatur per † coniecturas. Et Ange. ibi dicit, quod lucrum cessans est non ens, & non entium propriè non sunt causæ, ergo demonstratiuè probari non potest: *sequitur ibi Iason num. 6. & 7. vbi inquit, illam glossam esse bene notandam, & signandam, idem voluit Ange. in d.l. continuus, §.cum ita, vbi refert practicasse Florentiæ, Rebuff. in d.l.vnica.num 604. vbi Cagnol. num 42. vbi subdit, ita obseruari, & hanc esse meliorem & tutiorem practicam, Moder. Galli in d.tract.num.29. Ioan.Bapt.Lup.in d.§.6.num.117.ver. alij verò.* vbi ait, superiorem sententiam procedere in eo, qui non consueuit negociari.

Imò, quando interesse lucri cessantis non ita
46 plenè probatur, potest à iudice ex officio † taxari, *secundum Cin.in d.l.vnica, vbi eum sequitur. Bar.in fi. C.de sent. quæ pro quod inter. & Bar. ibi allegat multa iura. hoc etiã voluit Bart.in l.1.nu.1.C.de colon.Illiricor.lib 11.vbi dicit esse notandum per illum tex. quem dicit quoque ad id notandum Aretin. in l. diuortio. §.item si messes.ff. soluto matrim. & illum quoque dicit singularem Iason.in dicta l.3.§.fina. num.6.ff.de eo,quod certo loco, Socin.in cap. significantibus, colum.16.versic. sexto infertur, de lib. oblat. Curt. iun. in d. l.vnica,in fi.vbi dicit hoc esse perpetuo notandum in practica, idem voluit ibi Rebuff. num. 479. & 489. & ponunt Doctores loquendo de æstimatione, in l. C. de rescind. vend. vbi Salicet.num.37. & Cagnol.num.255.hoc etiam tenet Cagnol.in l.quatenus, numero 23. ff. de regulis iur. & post Menoch.atque Anchar. Modern. sequitur Ioan.Baptista Lup.dicto comment.1.§.6.num.128.* Ad quod existimo notandum, quia Baldus *in d.l vnica, §. fi.* tenuit adeo esse plenè probandum interesse, vt non sit locus suppleti-
47 uo † iuramento in probationis defectum, *sequitur Iason in l.curare,num.59. Institut.de action. Dec.in d.l.quatenus,num.4. Cravet. in cons. 320. in fi. Io. Bapt. d.§.6. numero 117. ver. similiter aduertendum.* Adde, quod etiam in liquidando interesse lucri cessantis habetur ra-
48 tio expensarum, † quæ fiunt antequam lucrum quis consequatur, ita etiã, vt diminuatur de quantitate lucri, ex quo fit certum, quod erat incertum, *secundum Diuum. Thom.in 2. 2.quæst. 62. artic.4. in resp.2.articu.sequitur Io.Lup.in c.per vestras, in 6.notab.in princ. num.5.folio mihi 172.*

Quarta conclusio principalis declaratur, non procedere, quando mulier transiuisset ad secunda vota, quia tunc secundo eius viro, qui sustinet o-
49 nera matrimonij, debentur vsuræ † seu alimenta vxoris, *vt voluit Bart.in cons.128.Francisc. habuit volum.1.* vbi tamen dicit, quod vxori non debentur eo ca-
50 su, † quia esset vsura, *vt per Innoc. & Ioan.An.in cap. salubriter,* sicuti etiam non deberentur, si maritus peteret vti procurator vxoris, *Grat. in cons.56. colum.2. num.3.vbi dicit, esse communem.* Debetur enim tunc ratione emergentis damni, ex quo sustinet onera matrimonij, & in secundo viro militat ratio, quæ procedit in primo, *per c.salubriter, & ibi notata, sequitur Plot.in §.in.num.26.Ioan.Bapt.Lup.in d.commen.1.§.6. num.90. & præter eos hoc voluit Alexan. in cons.141. num.2. in fi. & num.3. & 4. volum.5.* vbi concludit, secundo viro deberi alimenta seu vsuras ab hæredibus primi, sed eas nõ deberi mulieri, quæ secundo nupsit, ex quo habet vnde se alat, id est, secundum virum. Et hæc opinio placet Crauet. *in cons.189. num.7. in fi. addo Ruin.in cons.53.num.27. & sequen. volum.2.* vbi non facta mentione Bart. vult, quod secundus vir lu-
51 cretur fructus † pignoris, quod vxori datum fuerat pro dotis restitutione, etiamsi vxor non dedisset in dotem expresè nomen debitoris, id est, hæredes primi viri, quia dos data primo viro, cen-
52 setur repetita † secundo, *l.diuus, l.si mulier, l.dotem, l.post diuortium,ff.de iure dot l.si mulier,§.penul. & l.vxor, ff.soluto matrimonio,l.cum maritus,§.cum Titius,ff.de pact. dotal.Cin.in l.quamuis,numero 9. C.de rei vxor.actio. Bart. in quæstio.7.incipit,mulier habens, Rolan.de lucro dotis,quæstio.75. Phanuc.in eodem tracta.glos.10.num.31.* Et Ruin. fortius loquitur, etiam, quando non ipsum nomen debitoris tacite venit in dotem, sed quantitas exigenda, quia cum omnia vxoris bona censeantur obligata pro quantitate dotis tacitè promissa, *l.vnica, §. & vt plenius, C. de rei vxor. actio.* venit etiam
53 nomen debitoris † in ea obligatione, *l. nomen, quæ res pigno. oblig.* Ista Ruini opinio est notabilis, si est vera: ego tamen de ea dubito, quia hæredes primi viri non sunt in mora erga secundum maritum, ergo nullas præstant vsuras, quia tex. *in c. salubriter,* procedit solum stante mora: sed si nihil secundo viro promiserunt, eique nihil debent, quomodo dici possunt in mora? Sed videnda sunt, quæ dixi suprà in quæstione, an maritus consequatur vsuras dotales, *in limitatio. incipit alio etiam modo, vbi aliqua dixi ex Ruino.* Addo tamen quod Bartolus *in dicto consilio 128.* sobriè loquitur, quando scilicet hæredes primi dotes promiserunt secundo viro: & quia diximus mulierem, quæ ad secunda vota transiuit, non petere vsuras dotales, erit hoc notandum ad restringendum casus, quibus diximus viduæ alimenta deberi, quia illi locum non habebunt,
54 † si transiuit ad secunda vota, *vti etiam post Baldum ita declarat statutum Ioan de Garron.in d.num.6. C.de secund. nupt.num.41.*

Restringitur & quinto, vt debeantur alimenta post annum luctus vxori viduæ, quæ à statuto, consuetudine, vel alio modo, impeditur dotes suas exigere: quia cum nulla culpa sibi imputari pos-
55 sit, quare non exigat, interim est alenda, † si non habet aliunde, *ita tenet in terminis Iason, in cons.92. numero 30. ver. quintò principaliter.* Mouetur, quia in ea cessat ratio, per quam prohibentur mulieres post annum luctus petere alimenta, & cessante ratione cessat dispositio, *l.adigere, §. quamuis, ff.de iu. pat.* Ra-
56 tio enim † cuiuscunque dispositionis restringit illam, *l.cum pater, §.dulcissimis, vbi Bart.Imo. & alij, ff.de lega.2.l.hæc actio vbi Bar.ff.de calum.l.si iu qui animo, vbi Castren.ff.de acq. poss. Euerar.latè in loco 34.à ratio.leg.strictæ, col.1.* Et ratio excludendi viduam ab alimentis post annum, ea est, quia debet sibi imputare, quæ dotem non exigit, cum id sibi liceat lapso anno, *dicta l.vnica,§.exactio,C.de rei vxor.actio.* Et hanc rationem considerat Ang. *in l.Titium,circa princ.ff.de solutio.Castrens. Alexan. & alij in d.l.diuortio,in princ.cum aliis,quos supra citaui in principio nostræ quæstionis.* Mouetur etiam ratione, quia absurdum & durum esset, quòd mulier non posset dotes exigere, & non sit alenda. Et subdit Iason. loco præcitato, quod vbi omnis

lex

57 lex deficeret, debet ratio naturalis † sufficere, quæ
potest allegari ad decisionem causarum, *secundum Bal. in l. scire oportet, §. sufficit, de excus. tuto.* Et est imbecillitas intellectus legem quærere, quando habe-
58 mus naturalem rationem, † *vt per Aristot. dicebat Ang. in cons. 317. colum. 3.* Addit etiam Iason, quod rationabile dictum mouere debet iudicem, sicut lex,
59 † *secundum Isern. in proœm. feud. colum. vltima, & latè ipse prosequitur, addo Euerar. loco à lege cessante, 64. colum. 1. & 2. vbi latè agit*, facit quod voluit Socinus *in l. 2. numero 8. ff. de his, quæ pœn. nom.* vbi inquit, quòd etsi maxima sit dubitatio, an valeat relictum, per quod testator mandat centum solui, & interim dari cer-
60 tum quid, tamen quando non est in facultate † legatarij exigere sortem, puta, quando testator reliquit in diem, tunc non est vsura, & legatarius potest interim habere illud, quod fuit sibi relictum in singulos annos, *Modern Gal. in dicto tracta. de vsur. num. 483. Didac. variar. resolutio. lib. 3. cap. 1. colum. pen. ver. sed vbi legatarius, Cagnol. in l. curabit, num. 14. ver. secundus casus, C. de actio. empt. dixi in cons. 23. num. 12. & Socin.* Ac alij mouentur ex eo, quod dicunt Doctores *in l. diuortio, de muliere*, quæ intra annum luctus alenda est, ex quo nō potest dotes exigere, facit, quod
61 voluerunt aliqui, licere † creditori aliquid capere, quando cogitur reipublicæ mutuare.

In omnibus tamen casibus, quibus supra dixi, vxori deberi alimenta, quia si vxor simpliciter do-
62 tes recepisset, præiudicaret † sibi in alimentis, quia alimenta ei debentur iudicis officio, quod extinguitur cum ipso principali debito, ita determinat Ang. *in l. centum Capuæ, colum. fina. ver. vltimo nota. ff. de eo, quod certo loco, Iason in l. fi. num. 5. ff. eod tit.* cuius dicti veritas ab eo dependet, an alimēta viduæ debeantur officio Iudicis, vel iure actionis. Sed supra in quæstione, an maritus recipiendo simpliciter dotes sibi præiudicet in vsuris, allegaui Bal. *in l. fi. §. præterea, num. 4. C. de iure dot.* & alios, qui volunt, quod tex. *in l. si marito, §. fi. ff. soluto matrimonio*, procedat solum in fructibus dotalibus, non in aliis accessionibus, de quo etiam latè agunt Bal. Roma. & Alexan. *in l. si marito. §. fina.* Addo, quod Castrens. *in l. diuortio,*
63 *num. 6.* dicit, quod vidua, quæ intra annum † luctus non petiit alimenta, nō potest illa petere lapso anno, nisi in casu per eum expresso, *sequitur Alex. in l. de alimentis, C. de transact. & dicam latius in articulo, an alimenta præterita peti possint.*

Intellige etiam, quod in dictis casibus, si mulier sit tutrix eorum, qui tenentur dotem soluere, & durante administratione, seu tutela non curauit
64 dotes exigere, non poterit alimenta † vel vsuras inde consequi. *ita decidit Socin. in cons. 126. num. 3. vol. 1. per tex. quem dicit multū notandum in l. quoties, §. sicut autem, ff. de admin. tuto.* vbi dicitur, quòd tutor, sicuti aliis,
65 ita sibi debet † soluere, & pupillum ab vsuris liberare. Et Socin. *num. 6.* dicit, procedere etiam vigente statuto, quod viduæ præstētur alimenta ad quinque pro centenario, quia statutum intelligitur, quando restitutio dotis non differtur culpa propria, *l. si peculium, §. 1. ff. de statu. ib. Bar. in l. amplius non petit, ff. rem rat. habe.* Recipit enim interpretationem à
66 iure † communi, *l. si serui vestri, vbi Doctores. C. de non al.*
& consilium Socini esi repetitum in cons. 180. volum. 2. atque illud sequitur Plot. in dicto tractatu de interuran. §. 11. num. 34. Sibi enim imputat, si non sibi soluit. *Et illum tex. etiam notat Aretinus in §. actionum, num. 55. Instit. de actio.* quia non minus est in culpa non soluendo sibi quando est creditor, quàm sit non exigendo à seipso, quando est debitor pupilli, *l. ita tamen, §. debitor, vbi Bart. ff. de administr. tutor.* Et præter Socinum adduco Bald. *in cons. 86. in fi. volum. 2.* vbi in terminis
67 dicit, quod si mater & victricus † administrarunt bona pupillorum, qui tenebantur dotes soluere, non possunt petere alimenta seu vsuras dotis non solutæ, *per text. in l. diuortio, ff. de neg. gest.* vbi maritus
68 sibi imputat, si non exegit à seipso, quod sibi debebatur ab vxore, cuius gerebat negocia, *& l. si quid*
69 *possessor. ff. de petit. hared.* vbi administrator † tenetur sibi soluere. Et glos. *in d. l. diuortio. §. illud autem, in ver. posset*, dicit, quòd gerens aliena negocia, qui sibi
70 non soluit, in hoc † ponitur, ne amodo possit vsuras habere, licèt alius forent sibi debitę. Et est regu-
71 lare, quod gerens alterius negocia potest sibi † soluere, *l peculium, §. præterea. ff. de pecul. multos citat Duen. in regu. 31. in 2, conclus. in tertia fallen. Caualca. de tutor. numero 179.* Hoc enim damnum passa est mulier sua culpa, *cap. damnum, de reg. iur. in 6.* Facit quod voluit Hippol. Riminal. *in consilio 32. numero 64.* vbi dicit,
72 quod creditor † non consequitur interesse, si fuit negligens in exigendo suum creditum, cum posset sibi soluere ex licentia debitoris, cum administraret debitoris bona, *allegat l. si fideiussores in id, vbi Castr. ff. de fideiussor. Bar. Bal. Castr. & Alexan. in l. fina. ff. si cert. pet.* vbi dicitur, quod si ex creditoris negligentia in
73 petendo, debitor † principalis factus est non soluendo, fideiussores eius nō sunt molestandi. Crederem tamen hoc casu pupillos teneri ad soluendum tutori id lucrum, quod fuisset ex eorum substantia diminutum, si mulier, vel victricus statim sibi soluissent, ne contingat locupletari pupillos
74 cum aliena iactura. † Et hoc innuit text. *in d. l. quotiens. §. sicut autem, ibi, si vsuræ fuerint grauiores.*

Adde etiam, quod in casibus, quibus dixi supra, viduam posse vsuras consequi post annum luctus, occasione dilatæ solutionis dotium, in illis omni-
75 bus valebit pactum seu conuentio inter † eam & hæres mariti de soluendo interesse, donec sibi dos soluatur, *vt per Abba in dicto capit. salubriter, numero 6. de vsur.* quia id, quod debetur iure communi, potest
76 in pactum deduci, † *secundum Socinum in cons. 176. numero 4. in fine, ver. septimò confirmatur, volum. 2. allegat Anchar. in regu. peccatum, columna 14. de regulis iuris, in sexto. Dec. in consilio 119. numero 3. versic. si ergo de iure, vbi refert Anchar. & Calder. Crauetta in consilio 189. numero 7. ver. secundus casus.* Et in terminis de muliere vidua, quod tunc paciſci possit, tenuit Crauetta *in eodem consilio 189. numero 7. ver. sextus casus, circa finem, Didac. dicto libro 3. variarum resolut. cap. primo, numero quarto, ver. sexto, hinc etiam, ver. quia alimenta, & in ver. septimo ab eadem. vbi allegat Cardin. Bald. Castrens. Alexan. Ioan. Lup. & Crauet. hoc etiam voluit Ioan. Baptista Lup. in dicto commentario primo, §. quarto, num. 91 colum penult. ver. & in eo casu, vbi præter supracitatos allegat Felinum, Gozadin. Antonin. Sum. Angel. Sum. Syluestr. & Sum. Tabien.* Et fa-

facit, quia facilè toleratur isto casu taxatio, cum de interesse in substantia constet, *per ea, quæ dixi supra in quæstione, an marito debeantur vsuræ dotales, in quarta ampliatio.* Ideo non obstat, quod voluit Rub. citatus à Cravet. *in d. cons. 189. num. 7. ver. sextus casus, in fine,* quia etiam taxari potest interesse, quando certum est, & dubitatur de sola quantitate, & non est speciale in marito, sed procedit in omnibus, *vt per Ioan. Bapt. Lup. d. num. 91* Et dixi suprà procedere etiam in terminis, *l. curabit. C. de actio. emp.* Eiusmodi tamen con-
77 uentio † sustinebitur vsque ad verisimilem quantitatem damni seu vsurarum, *vt admonent Moderni Galli, in d. tracta. num. 527.* Et hæc procedunt non solum in pacto, sed etiam in statuto & consuetudine, vt volunt præcitati Doctores.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes vxoris tenentur alere maritum inopem.*
2 *Ratio ampliat dispositionem.*
3 *Vsusfructus marito relictus, restringitur ad alimenta stantibus liberis.*
4 *Maritus stante statuto de lucro dotis, non lucratur dotem, si onera matrimonij non sustinuit.*
5 *Maritus tenetur filius ex primo matrimonio reseruare quidquid habuit ab vxore.*

QVÆSTIO XLVI.

QVEMADMODVM hæredes mariti alunt vxorem indotatam, vel quæ dotem perdidit, & non habet aliunde, iuxta proximè declarata: ita hæredes vxoris tenen-
1 tur maritum inopem & egenum, alere, † *vt vult præcisè Socinus in l. diuortio, numero 18. ff. soluto matrimonio,* vbi dicit esse pulchram conclusionem, licet non inuenerit declaratam ab aliquo. Mouetur, quia vir & vxor non debent ad imparia iudicari, & quia sunt correlatiui, & depositum in vno, locum habet etiam in alio. Et quia ratio, per quam vxori debentur alimenta ab hæredibus mariti, scilicet, ne in opprobrium mariti cogatur mendicare, vel fame pereat, de qua dixi suprà in quæstione, an soluto matrimonio mulier sit alenda ab hæredibus, in septima ampliatione, militat etiam in fauore mariti, ideo in eo quoque locum habebit
2 dispositio. Ratio † enim ampliat dispositionem, *l. regula, §. fina. vbi Bartolus & Baldus, ff. de iure & facti ignor. l. 2. si mater, ff. ad Tertullian. l. nomen debitoris, §. fina. ff. de lega. tertio. Euerar. loco trigesimo quinto, à ratione leg. largæ, seu ampl. in princ.* Ideo videmus, quod consuetudo Bulgari, disponens, quod legatum vsusfructus relictum vxori restringatur ad alimenta stantibus filiis, habet locum etiam econtra
3 in legato, quod vxor † facit marito, *Bald. in Authen. hoc locum in fine, C. si secund. nup. mul. Baldus, Cuman & Florian. in l. Titia, §. fina. ff. de lega. secundo, Iason in cons. 112. colum. penult. volum. 1. Curtius senior in cons. 11. colum. penult. Curtius iunior in cons. 6. num. 12. & sequenti, Picus in l. Titia, §. Titia, num. 41. ff. de lega. 2. Boer. decis. 194. numero 5. Arelat. in l. generaliter, num. 43. C. de secund. nupt.* Et sicut vxor nihil lucratur de donatione, quando non sustinet onera matrimonij, ita nihil lucra-
4 tur vir † ex dote, si onera matrimonij non sustinet, *Baldus in Authen. dos data, colum. 1. C. de donat. ante nupt. Alexan. in cons. 122. colum. 2. volum. 7. Iason in l. fina. num. 10. C. de indicta viduit. tollen. Rolan. in quæstio. 106. numero 43. in tracta. de lucro dot. Caphal. cons. 408. num. 14.* Similiter *l. fœminæ, C. de secund. nupt.* quæ vult, quod mulier teneatur filius ex primo matrimonio reseruare, quidquid habuit in primo matrimonio, lo-
5 cum habeat etiam in viro, † *secundum glos. in ea l. fœminæ, §. illud, & ibi not. Bart. Oldrad. in consilio 33. Dec. in consilio 87. & in consilio 230. Ioan. de Garon. in l. generaliter, numero 9. C. de secund. nupt. dicta l. fœminæ. in princ. Didac. de sponsal. part. 2. cap. 3. §. vltimo, numero octauo, Boer. qui dicit communem, decis. 187. per totam, Duran. de arte testan. titulo sexto, caut. 18. in fine, Rolandus in consilio 95. num. 8. volum. 1.* Et possent plura haberi exempla, quæ omitto.

SVMMARIVM.

1 *Tutor non est alendus de bonis pupilli.*
2 *Tutor tenetur pupillo rationem reddere de fructibus, quos consumpsit in suo victu.*
3 *Tutor est alendus de bonis pupilli, quando est pauper, nec aliter potest muneri incumbere.*
4 *Tutor pauper ali debet à pupillo, dum occupatur circa inuentarij confectionem.*
5 *Tutor alendus est à pupillo, quando cogitur extra ciuitatem iter facere.*
6 *Tutor salarium petere non potest.*
7 *Tutor si quid recepit pro tutela, tenetur illud reddere.*
8 *Tutori salarium constitui potest, quando cogitur res proprias deserere.*
9 *Tutori salarium casu prædicto constitui potest à contutoribus.*
10 *Tutor si cogitur iterato redire pro ratione reddenda, recipit expensas à pupillo.*
11 *Tutor non tenetur reddere rationem, si semel se obtulit, & constituit minorem in mora.*

QVÆSTIO XLVII.

1 TVTOR regulariter non est alendus † de bonis pupilli, *vt probat textus in l. sed & propter, Instit. de excusat. tutor.* vbi Aret. *num. 4.* hoc notat, dicens, quod si pupillus teneretur alere tutorem, non esset bona excusatio, quæ tamen in eo textu admittitur tutori, dicenti, quod necesse est ei, esse omni die in agro pro victu, *Alexan. in cons. 108. num. 8. volum. 1.* vbi inquit, quòd tu-
2 tor † tenetur rationem pupillo reddere de fructibus, quos pro suo victu consumpsit, *& idem voluit Christo. Port. in §. dari autem, num. 6. in fi. Instit. qui testamen. tutor dari poss. Aret. in tracta. de testam. glos. 96. num. 9.* In quibus locis dicunt, hoc non procedere, quan-
3 do tutor esset pauper, † ita quod non posset assumptum munus expedire, nisi sibi de alimentis prouideretur, *Aret. in dicto §. sed & propter, num 1. Benincas. in tracta. pauper. in 7. quæstio. num. 2. Specia iudic. nume. 28. latè agit Caualca in tract. de tuto. & cura. num. 309. ante omnes Bart. de alimen. num. 51.* Et pro regula, quod non sit alendus, est text. *in l. à tutoribus, §. fina ff. de alimen tutor. Salic. l. solo, C. de liber. cau. Rolan. cons. 5. num. 20. vol. 3.* Id vero multo magis procedit, dum tutor versatur circa confectionem inuentarij, quia si pauper † sit,

4 per † sit, interim est alendus, *vt vult Vital. in tracta. clauſ. in clau. nil. noua. penden. confectio. inuentar. colum. 7. quæſt. 16. & est clauſ. 41. num. 87. allegat in arg. l. primam, §. pupillus, ff. de tutel. & ratio. distrah.* Et hoc est quod Specu. *in tit. qui fil. sint legit. §. fin. num. 21.* dicit, quod aliquando tutor alitur de bonis pupilli, intellige etiam, quando tutor residet in eodem loco. At si cogatur diuersa loca adire, & iter facere,
5 tunc † prouidendum est sibi expensis pupilli de omnibus necessariis, *vt est tex. in d. l. 1. §. si pupillus, quem post Iac. Butr. ita declarat Bar. in d. l. à tutoribus. §. si. Aret. in d. § sed & propter, num. 4. in fi. Vital. in d. quæſt. 16. allegat l. denique. §. idem Labeo. ff. mandati.* Et pro confirmatio-
6 ne facit, quia regulariter tutor † non debet habere salarium, *l. in eos, ff. de tutel.* vbi, quod nemini dari debet pecunia, vt sit tutor: turpe enim recipitur salarium pro officio, quod debet esse gratuitum, vt mandatum, *l. qui sine vsuris, circa med. ff. de neg. gest.* Imo
7 si quid datum est, repetitur † per condictionem ob turpem causam, *vt dicit glos. in l. in eos, vbi Bart. ff. de tute. Vital. d. quæst. 6.* tamen ex iusta causa potest iudex salarium constituere, vt si continuè sit occupatus circa tutelam ita, vt cogatur deserere proprias res, vel quia necesse habeat diuersa ad loca proficisci,
8 † *vt probatur per glos. Bart. & alios in d. l. à tutoribus. §. fina. d. l. in eos, vbi Bart. ff. de tute. d. l. 1. §. si pupillus. ff. de tute. & ration. distrah. Bart. in l. athletæ. §. tutela, ff. de excusat. tutor. Alexan. Iason, Corne. & alij citati à Caualcan. in dicto tracta. num. 310. Aret in d. §. actionum, num. 44. Guido Papæ in quæstio. 68. Anch. Modern. lib. 2. quæstio. 61. num. 7. Cordub. in 1. l. si quis à liberis, §. si mater, num. 73. ff. de liber. agnosc.*
9 quinetiam contutores ipsi possunt † constituere salarium, *dicta l. 1. §. si pupillus, Bart. in l. in eos, in fi. Aret. in d. §. sed & propter, in fi. vbi dicit, esse notanda hæc, quia quotidiana.* Et Anhar. Moder. *d. quæstio. 61.* per totam, concludit, quod etsi tutor cogatur rationem reddere in loco, vbi gessit tutelam, *l. 1. & 2. C. vbi de ratio. agi opor.* Tamen si reddita semel ratione, vel
10 postquam obtulit se paratum reddere, † discedat à loco, non cogitur ad eundem locum venire pro reddenda secundo loco ratione, nisi expensis minoris. In quo fortius dicit Cæphal. *in cons. 8. per to-*
11 *tum.* quod si tutor obtulit rationes † & constituit minorem in mora recipiendi, liberatur ita, quòd hæredes de cætero ad id conueniri non poterunt, vt per eum.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius non tenetur alere donantem egenum, sed vide ibi de veritate.*
2 *Libertus alit patronum.*
3 *Argumentum ab ingratitudine liberti, ad ingratitudinem donatarij, est validum.*
4 *Patri æquiparatur, qui donat magnas facultates.*
5 *Negans alimenta, videtur necare.*
6 *Donatarius priuatur re donata, si recusat alere donantem.*
7 *Donatarius non priuatur re donata ob negata alimenta, quando non est donatio omnium bonorum, vel maioris partis.*
8 *Donatarius tenetur alere donantem, pro rata fructuum rei donatæ.*
9 *Donatio non reuocatur ob negata alimenta, si prius non fuerint petita.*
10 *Antidoralis obligatio dicat, quod benefacienti benefaciamus.*
11 *Ignorantia alieni facta est iusta.*
12 *Ecclesiam defendere, qui promisit, nõ est in mora, si ignorauit eam defensione egere.*
13 *Mora non committitur sine interpellatione.*
14 *Donatio non reuocatur ob negata alimenta, nisi proposita querela & declarata reuocatione.*
15 *Donatio non reuocatur ob negata alimenta, si donatori fuerunt præstita ab alio.*
16 *Donatio non reuocatur ob negata alimenta, si donator reseruauit sibi pro alimentis fructus bonorum donatorum.*
17 *Donatio ob negata alimenta reuocatur, quando donatarius sciuit egentiam, licet alius ei postea subuenerit.*
18 *Pupillus præsumitur alitus à tutore.*
19 *Factum quid ab eo præsumitur, qui facere tenebatur.*
20 *Donator præsumitur habuisse alimenta à donatario.*
21 *Donatio ob causam non reuocatur ob non præstita alimenta.*
22 *Donatio propriè non dicitur, quando fit ob causam.*
23 *Donatio ob causam non reuocatur propter ingratitudinem.*
24 *Donatio ob causam reuocatur propter ingratitudinem, quatenus valor rei donatæ excedit causam.*
25 *Ingratitudo donatarij, remitti potest expressè & tacitè.*
26 *Donator censetur remittere facultatem reuocandi donationem, quando post moram recipit alimenta à donatario.*
27 *Emphyteutæ remitti videtur caducitas à domino recipiente canonem post moram commissam.*
28 *Pœnam remittere videtur, qui post moram recipit implementum.*
29 *Pupillus ignorat quidquid videt.*
30 *Pupillus nec scire, nec discernere potest.*
31 *Donatio ob negata alimenta non reuocatur, si donatarius sit pupillus.*
32 *Pupillus non potest moram committere.*
33 *Minor non condemnatur in expensis, sed eius tutor.*
34 *Donatio non reuocatur ob negata alimenta, quando donatarius destitit ob paupertatem.*
35 *Paupertas excusat sæpe.*
36 *Contumax non dicitur, qui propter paupertatem non comparuit.*
37 *Emphyteuta deficiens in solutione canonis ob paupertatem non cadit à iure suo.*
38 *Donatio non reuocatur ob non præstita alimenta ab hærede donatarij.*
39 *Hæres vasalli, qui ignorauit rem esse feudalem, non priuatur eo, quod intra annũ innouationem non petierit.*
40 *Hæres emphyteutæ non priuatur, sed ob ignorantiam canonem non soluit.*
41 *Hæres emphyteutæ, qui ignoranter rem emphyteuticam alienauit, non priuatur emphyteusi.*
42 *Dominus obiiciens vasallo alienationem, probare debet, quod sciuerit, rem esse feudalem.*
43 *Donator non obiicit hæredi donatarij ingratitudinem, quam non declarauit contra defunctum.*
44 *Dominus non opponit hæredi feloniam, quam non opposuit contra vasallum viuentem.*

45 *Dominus non opponit caducitatem canonis non soluti, quando illam non declarauit viuente emphyteuta.*
46 *Hæres donatoris non obuicit donatario caducitatem, ob alimenta non præstita.*
47 *Declaratio voluntatis fieri potest absente parte.*
48 *Declaratio extra iudicium facta, valet, quoad ea, quæ pendent ab animo declarantis.*
49 *Donator dicitur caducitatem declarare, quando bona donata relinquit alij.*
50 *Dominus potest emphyteuta non vocato, rem alij concedere, si emphyteuta alienauit ipso inscio.*
51 *Dominus rem emphyteuticam concedendo alij, videtur caducitatem declarare.*
52 *Ius reuocandi descendens ex contractu transit in hæredes.*
53 *Negatiua non eget probatione, quando neganti est implendum.*
54 *Emphyteuta allegans solutionem, tenetur probare.*
55 *Donatarius tenetur probare se præstitisse alimenta, contra num. 60.*
56 *Negatiua probari debent ab allegante.*
57 *Ingratus nemo præsumitur.*
58 *Culpam obiciens, tenetur probare.*
59 *Marito obiciens quòd non adhibuerit medicum vxori ægrotanti, tenetur probare negatiuam.*
60 *Donator allegans alimenta sibi non fuisse præstita, tenetur probare negatiuam.*
61 *Hæredem, qui dicit cecidisse, quia non impleuerit ordinata à testatore, tenetur probare.*
62 *Modum non curamus, dum sequatur effectus.*
63 *Expressa magis nocent quam tacita.*
64 *Tacitti & expressi par est virtus.*
65 *Donatario negante alimenta promissa, dominium rei donatæ ipso iure retransfertur in donatorem, quando donatio facta erat sub onere alendi.*
96 *Donatarius, qui donatorem non aluit, iuxta promissa, non purgat moram.*
67 *Ecclesia donataria priuatur re donata, si alimenta promissa non præstitit.*
68 *Ecclesia non potest esse ingrata.*
69 *Donatio sub modo, qui facit causam impulsiuam, non reuocatur modo non seruato.*
70 *Modus præsumitur causa impulsiua fauore ecclesiæ.*
71 *Prælatus solus non præiudicat ecclesiæ.*
72 *Ecclesia non cadit in pœnam ob prælati factum.*
73 *Donatio reuocatur ob ingratitudinem commissam à prælato simul cum capitulo.*
74 *Ecclesia non incurrit pœnam l. si quis in tantum, C. vnde vi, ob factum prælati cum capitulo.*
75 *Rei suæ potest quilibet legem apponere quam vult.*
76 *Donans ecclesia potest adiicere, quod ea non implente modum adiectum, liceat rehabere propria authoritate bona donata.*
77 *Tutor emendo, facere potest pactum retrouendendi, & minor eo obligatur.*
78 *Prælatus emens nomine ecclesiæ pacisci potest, quod eo non soluente pretium, res sit inempta.*
79 *Resoluto iure dantis, resoluitur ius accipientis, & res redit ad dantem libera, quando resoluitur actus ex pacti præcedentis necessitate.*
80 *Alienari non dicitur res, quæ ex præcedenti pacto redit ad priorem dominum.*
81 *Res non desinit esse patrimonialis, si post alienationem redimitur ex pacto à principio adiecto.*
82 *Donans ecclesiæ pacisci potest, quod facto solius prælati rescindatur donatio & valebit pactum.*

QVÆSTIO LXVIII.

DVBITATVR sæpe, an donatarius teneatur alere donantem egenum. Et Glos. *in l. in condemnatione, in princ. ff. de reg. iur.* dicit † minimè teneri, & Bal. dicit illam esse communem, *prout refert Episcopus Loaz. in alleg. pro March. Vellez folio 172. num. 20. quem citat Clar. in tract. de donatio. quæst. 21. num. 3.* Et dicit Ang. *in l. fi. C. de reuoc. donat.* quod hoc non reperitur iure cautum. Ideo Doctores sunt in contraria opinione. Et Corne. *in cons. 120. colum. 1. ver. his tamen non obstantibus, volum. 1.* dicit, hanc opinionem videri sibi veram in puncto iuris, quia iura in contrarium allegata loquuntur in terminis diuersis, & non est bona similitudo inter patrem & filium, patronum & libertum ex vna, ac donantem & donatarium ex alia. Tamen Glos. *in l. fin. C. de reuocan. donatio. in ver. voluerit*, tenet, quòd donatarius cogatur alere donantem. Mouetur ex eo, quod libertus † tenetur alere patronum, *l. diuus, ff. de iure patron. l. si patronus non voluerit, ff. de bon. libert.* Et bonum est argumentum à donatarij ingratitudine, † ad ingratitudinem liberti, *§. illud. in Authen. vt de catero.* Eandem sententiam probauit Cin. *in dicta l. fin.* quia, qui magnas donat facultates, † patri æquiparatur, *l. si patronus, ff. de confirmat. tut.* patrem autem filius tenetur alere, *l. si quis à liberis, ff. de liber. agnosc. en.* Et Bald. *in d. l. fina. circa fi.* dicit, quòd contra glos. *in d. l. in condemnatione*, tenent Doctores. Et hanc communem dicit Salic. *ibi, Ripa, num. 163.* qui dicit, quod hanc glos. sequuntur communiter Doctores, ex quo eam non improbant. Et mouetur ratione, quia etsi certæ causæ sint statutæ à iure ad reuocãdum donationem, tamen fit extensio ex similibus & maioribus causis, etsi ob verba iniurioſa reuocari potest donatio, *vt in d. l. fi.* quanto magis reuocabitur ob denegata alimenta, cum per negationem donatarius † videatur necare donantem, *l. necare, ff. de lib. agnosc. c. pasce, 86. distinct.* Et dicit Corne. *in d. cons. 120. colum. 1.* quod in decisiuis non auderet discedere à glos. *in d. l. fi.* propter eius authoritatem, *idem cons. 15. colum. pen. eod. volum.* Cror. *in cons. 76. num. 21.* Et hoc dicit Abb. *in c. fi. de donat.* esse notandum pro mulierculis, quæ donarunt ferè omnia bona sua, & donatarij negligunt eas alere. *eandem glossam sequutus est Lupus in rub. de donatio. inter vir. & vxo. §. 70. num. 25. vbi multos allegat, idem probauit simpliciter Io. de Plat. in rub. C. de decurio. in fi. lib. 10. Crau. in cons. 51. num. 5. Cagnol. in d. l. in condemnatione, num. 2. Rolan. in tract. de lucro dotis, q. 67. in fi. Cordub. l. si quis à liberis, §. item iudex, num. 58. & 59. ff. de lib. agnos. Clar. d. q. 21. num. 3. Lancell. Gall. in consuet. Alexandr. glos. 6. num. 37. Gomes de contra. c. 4. num. 14. in fi. Ruin. in §. 1. §. 536. Instit. de don. Ripa in l. si vnquam, num. 72. C. de reuoc. dona. Iacob. in ver. & cum pacto. num. 7.* Quinimò in glos. in condemnatione, non dicit, quod non teneatur alere, vel quod donatio ob negata alimenta reuocari non possit, sed solum dicit non reperiri iure cautum,

tum, quòd non tenatur alere. Ita contrarias glos. concordat Barb. *in c. fi. col. fi. de donat. & ante eum Alex. in d. l. condemnatione, ad Bart.* dicens, verum esse, quod donatarius præcisè cogi non potest ad alendum
6 donatorem. *Et id voluit glos. ibi.* Sed si recuset † alere, benè reuocabitur donatio, *secundum glos. in d. l. fina.* quam concordiam admittit Crot. *in cons. 26. num. 21. & Lup. dicto num. 25. dum remittit ad Barbat. in loco prædicto, Ripa in d. l. fi. num. 165. Cagnol. in d. l. in condemnatione*, qui omnes dicunt, quod donatarius non cogitur necessitate præcisa, sed causatiua, nisi velit donationem reuocari.

Intellige tamen in donatione omnium bonorum, vel maioris partis, per quam donator † efficitur
7 pauper, vel egenus, *secundum Alber. in d. l. in condemnatione, Oldrad. in d. l. fi. vbi Ripa, num. 164. Anchar. Imola, Abb. & Barbat. in d. c. fi.* Et Salic. *in d. l. fi.* intelligit es-
8 se præstanda alimenta pro † rata fructuum. *Ripa ibi, Clar. d. quæstio. 21. num. 3. Corne. cons. 15. colum fi. volum. 1.* Et Bal. qui non solet allegari *in d. l. fina. in fine*, dicit, quod pro qualibet modica re donata, non tenetur donatarius ad alimenta, quia tunc non est verisimile, quòd donator voluerit præstari sibi alimenta. Allegat glos. *in cap. quicunque, il secondo, 16. q. 7.* quæ loquitur in liberto, & benè deduci potest ad donatarium, postquam in proposito Doctores ita de vno argumento ad alterum inferunt; & *num. 65.* inquit, habendam etiam rationem ætatis eius, qui donauit, ad dignoscendum, an sit alendus.

Intellige secundò, vt non possit donatio reuocari sub eo prætextu, nisi primo donans petierit alimenta, & donatarius ei moram fecerit, vt probatur ex tex. qui loquitur de alimentis, quæ libertus tenetur præstare patrono, *in l. alimenta, in princip. ibi, liberto petente, ff. de libe. agnosc.* Et argumentum ducitur à contrario sensu, quomodò licitè trahitur,
9 *l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius.* Et in † terminis ita dicit Corneus *in dicto consilio 120. columna 2. in ver præsupposito pro vero, volum. primo, Ripa in dicta l. fina. num. 165.* vbi dicit hoc procedere, quando ignorabat donatarius, aliàs si sciebat, non requiritur petitio, quia
10 natura antidoralis obligationis † ea est, vt benefacienti, vltro benefaciamus, & sicuti gratis recipimus, ita vltro reddamus, *cap. 1. de magistr. Clar. d. quæstio. 21. numero 3. & Corne. in cons. 15. colum. penult. & colum. fina. ver. tamen ex quo donator, volum. primo*, dicit, duo esse probanda: primum, quod donator egeat: secundum, quòd fuerit interpellatus, quia suadet naturalis ratio, quod ignorans inopiam donato-
11 ris, non dicatur ingratus: est enim iusta † ignorantia alieni facti, *l. fina. ff. pro suo. l. verius. ff. de probatio.* ideo ignorans non meretur pœnam ingratitudinis, *vt per eum.* Et quod dicit Corne. de indigentia, confirmari potest ex eo, quod voluerunt Io. And. Imola, & Abb. *in cap. breui. de iureiuran.* vbi, qui iurauit defendere ecclesiam, non constituitur in mo-
12 ra, † nisi sciat ecclesiam indigere defensione. *facit Corne in cons. 102. in fi. volum. 3. Ripa d. l. fin. num. 108.* Et ad id quo dixit de interpellatione, addendum est,
13 quod mora regulariter sine interpellatione † non committitur, *l. ita stipulatus, la grande, ff. de verbor. obligation.* Et hoc voluit Alciat. *in cons. iii. num. 6.* vbi fortius loquitur, quando donatio erat facta sub modo expresso, vt donatarius aleret donatorem. Id quod voluit etiam Didac. *lib. 1. variar. resolut. cap. 14. num. 6. ver. quinimò & moram.* vbi dicit, moram requiri, quæ hominis, vel diei interpellatione inducatur. & loquitur, quãdo donatio sub modo. Fortius voluit Corne. *in d. cons. 15. colum. fi.* quòd non solum requiratur petitio, sed etiam debeat donator
14 † querelam, & reuocationem deducere in iudicio, quia reuocatio non fit ipso iure, *vt in d. l. C. de reuoc. donat.* adeo, vt si declarauit se velle, quod donatio habeatur pro valida, non prodest declaratio, nisi etiam in iudicium deduxerit, quod tamen non admitto, quia facta declaratione extra iudiciali, poterit quandocunque agere, per ea, quæ ponunt Doctores *in l. 2. C. de iure emphyteut.* vt dicam in hac eadem quæstione, paulò infrà.

Declara tertio, vt non procedat hæc conclusio, quando donator habuisset alimenta à tertio, quia
15 tunc non tenetur donatarius, † nec ob eam causam reuocari poterit donatio, *Corne. in dicto cons. 120. colum. 2. versic. est etiam & tertio, volum. 1.* vbi mouetur per text. *in d. l. alimenta, in princip. & §. 1.* vbi requirit paupertatem vel infirmitatem patroni, vt eum libertus alere cogatur. *sequitur Rolan. in d. tract. de lucro dot. d. quæst. 67. in fi.* Et dicit Corne. *d. cons. 15. colum. pen. ver. tamen ex quo, volum. 1.* quod vbi donator reserua-
16 uit sibi pro alimentis † fructus bonorum donatorum, non est vlterius alendus. *sequitur Ripa. in l. fi. nume. 165.* Vbi facit ratio, quia isto casu alimenta non debentur actione, sed officio iudicis, vt dicam suo loco. Ergo non debentur ei qui aliunde habuit, *vt tractabimus infrà.* Ex quo tamen infertur, quod si donatio esset facta sub modo, & expressa alimentorum promissione, peti possent, etiamsi ab alio fuissent præstita, quia tunc debentur iure actionis. Aduerte etiam, quia quo ad donationis reuocationem idem est primo casu, si alimenta à tertio præstita fuêre post interpellationem, & moram donatarij. Et ideo infertur, si sciens donatorem
17 egere, ei non ministret alimenta, † incurrit ingratitudinem, etiamsi postea alius eum alat.

Et in dubio, si non appareat de veritate, dona-
18 tor præsumitur alimentatus à donatario, † *argumento l. fi. C. de alimen. pup. præstan.* vbi pupillus præsumitur alimentatus à tutore. Et deducit ex eo tex. Barto. *in l. qui seruum, ff. de verbor. obligat.* quod præsu-
19 mitur semper factum † quid ab eo, qui facere tenebatur, quando tale factum non potest expediri sine impensa: nemo enim, qui non teneatur, præsumitur sumptum facere, *vt inquit Baldus in dicta l. fina. Abbas consilio 54. columna secunda & tertia, volum. primo, Felin. in capit. sicut, columna penult. ver. fallit quinto, de re iudic. Roma. in l. ciuitas, numero 8. vbi Iason, numero 18. & Butrig. numero 40. ff. si certum petat. Ruinus in consilio 66. numero 7. volum. quinto, Crotus in l. sciendum, numero 19. ff. de verborum obligation. Natta in consilio 547. numero vigesimo nono, & dicam de pupillo suo loco.* Et in
20 terminis, quòd donatarius † præsumatur ipse, non alius, alùisse donatorem, voluit Corne. *in dicto consilio 110. columna tertia, & consilio 129. columna secunda, versic. quod maximè procedit, Ripa dicta l. fi. numero 187. in*

fine, C. de reuocan. donat. licèt dicat, se non facere magnum fundamentum super hoc pro decisione articuli quem ibi tractat. Est verum, quòd Corneus *in consilio 45. colum. 2. in princ. & colum. 5. ver. non obstantibus adductis, volum. 4.* tenet contrarium: Sed Ripa, *dicto numero 187.* dicit, hoc posterius Cornei dictum procedere, quando alimenta promissa fuêre, & debentur iure actionis, primum verò, quando non fuêre promissa.

Quartò, limitatur principale dictum nostræ quæstionis, vt non procedat, quando donatio non
21 est simplex, sed ob causam, quia eo casu non † reuocatur ob alimenta non præstita. Ita limitat illum tex. Alexan ad Barto. *in dicta l. in condemnatione, ff. de reg. iur. vbi eum sequitur Cagnol. versus finem.* Et ratio est, quia in donatione non simplici, sed vel reciproca, vel ob causam aliquâ cessat ratio antidotalis obligationis, quæ descendit à gratuita donatione, & ratione cessante, cessat etiam obligatio alendi, *l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patr.* & non dici-
22 tur donatio † quæ fit ob causam, *l. prima, post principium, & l. hoc iure, §. sexto & vltimo, ff. de donat.* ideo
23 non reuocatur propter † ingratitudinem, *Glos. in dicta l. fina. in ver. inueniatur. C. de reuocan. vbi notab. Doctores, glos. item in capitulo finali, extra de donationib. Ioan. Faber. Alexan. & Aretin. quos citat Tiraquell. in l. si vnquam, in ver. donatione largitus, numero centesimo quadragesimo secundo, C. de reuoc. donat. vbi alia adducit similia, Ripa in d. l. si. num. 148.*

Aduertendum tamen, quòd etsi donatio fiat ob causam aliquam, si tamen causa non æqualiter commensuretur valori bonorum, reuocabitur
24 propter † ingratitudinem, quatenus donatorum bonorum valor excedit causam, *vt per multa probat Corn. in d. cons. 54. colum. 2. & sequenti, volum. 4.* vbi propriè loquitur, quando donatarius promisit alere donatorem, & ibi possit, qualiter cognoscatur donationem esse simplicem, vel ex causa. *sequitur Ripa in d. l. si. num. 148. & Alciat in cons. 111. num. 4. & idem in excessu dicit Bertran. in cons. 46. circa si. vol. 2.* vbi loquitur in donatione facta pro alimentis, & pro soluendis debitis, *& eum allegat Tiraquel. in d. ver. donatione largitus, num. 148. & sequen.* vbi infert ad insinuationē, ad priuilegium, ne conueniatur vltra quàm facere possit, & ad reuocationem, quę fit ob superuenientiam liberorum.

25 Restringitur quintò, vt ingratitudo † commissa per alimentorum negationem posset remitti nedum expresè, quod est sine dubio, *vt per Doctores in l. fina. C. de reuoc. donatio.* sed etiam tacitè, *l. quod si iterum, vbi Bart. in l. præcedenti, ff. de adim. legat. Ripa in d. l. fin. num. 204. & sequen. C. de reuoc. donat.* & ideo nostro proposito dicit Corne. *in consilio 110. in fi. volum. 1.* quod si donator post commissam moram redeat ad donatarium, & ab eo recipiat alimenta dona-
26 tionis vigore, † videtur remittere facultatem reuocandi donationem, *argumento l. si per emptorem, §. qui post diem, & l. post diem, ff. de lege commiss. Ripa in d. l. fina. num. 205.* Idem videmus in domino, qui post commissam caducitatem, recipiendo canonem
27 futuri temporis, † videtur illam remittere, *Doctores in l. secunda, C. de reuoc. donat. vbi Iason numero 124. & 126. Curtius senior in consilio 82. versic. secundo principaliter, Paris. in consilio 5. numero 201. volum. quarto, Cranet. in consilio 106. numero 3. in fi. C. de iure emphyteut. quæstio. 10.* Et
28 idem est in pœna † *l. si quis varia.* quæ remissa videtur, quando contrahens recipit implementum, *secundum Cranet. dicto consilio 106. numero 3. Cagnol. in dicta l. si quis maior, num. 136. & in repet. numero 198. C. de de reuoc. donat. faciunt quæ ponit de marito. Rolan. in tract. de lucro dot. quæst. 70. per totam.*

Declaratur sextò, vt non procedat in donata-
29 rio pupillo, quia quidquid † videt ignorat, *l. 1. C. falsa moneta*, & in ea ætate nec scire, nec discernere
30 † potest, *l. pupillus, ff. de acquirenda hæreditate, dixi latè in consilio nono, numero 12 & sequenti*, & ignorans non est in mora, *vt dictum est in secunda limitatio.* & in ter-
31 minis, quòd pupillus non sit in culpa, nec † reuocari possit donatio, quia non prestiterit alimenta, voluit Corneus *in consilio 252. colum. 4. versic. non militat etiam dispositio, volum. 3. sequitur Ripa in dicta l. fin. numero 108.* Confirmatur, quia pupillus non potest
32 moram facere † *secundum Bald. in consilio 86. volum. secundo*, ideo minor non condemnatur in expensis,
33 sed eius tutor, qui dicitur temerè † litigasse, *l. non est ignotum. C. de administrat. tutor. Bart. in l. edita, circa finem. C. de eden. in l. prima, §. si procurator, numero sexto, ff. si quis ius dic. non obtemp. Caphal. in consilio 116. numero decimoquarto.*

Limitatur septimò, quando donatarius ob pau-
34 pertatem non subueniisset donanti, quia tunc † excusatur, nec ideo rescindi potest donatio, *Corne. d. cons. 252. colum. 4. ver. circa secundum*, vbi fortius loquitur, quando alimenta fuerunt expresè promissa. Mouetur, quia tunc reuocatur donatio, quando donatarius non vult seruare legem donationis, *l. 1. C. de donat. quæ sub modo.* At non dicitur non velle, qui nec potest, vel non habet vnde subueniat:
35 paupertas † enim excusat, *vt latè probat Tiraquel. de pœn. temper. cau. 33. numero 4. & sequenti, Rolan. in consilio 52. numero 24. volumine 2. Menoch. consilio 31. numero 9. & sequenti*, & non dicitur contumax, qui propter
36 paupertatem nō † potuit ire ad iudicium, *Bal. in l. si. C. de cond. infert. Alexan. in l. secunda, §. si quis in iudicio, columna 1. ff. si quis caut. Benincas. in tracta. paup. in septima quæstio. numero 10. specia. iudic. numero 23. & sequenti.* Et dicit Speculator *in titu. de loca. §. nunc aliqua, versic. vigesimo nono*, quod emphyteuta, qui pro-
37 pter † paupertatem non soluit canonem, non cadit à iure suo. *Ioan. de Arno. in notab. 62. Benincas. in dicto tracta. quæstio. 3. in 9. specia. contract. numero 9. & alios citat Ripa in l. quod te, numero 40. ff. si cert. pet.* vbi loquitur etiam, quando promissio erat iurata, quia necessitas excusat à mora, à periurio, & à pœna, quæ imponitur propter periurium.

Octauò decisio principalis non habet locum in hærede donatarij, quia si non alat donatorem, ex-
38 cusatur † propter ignorantiā, quæ in eo præsumitur, *l. qui cum alio, ff. de don. iur. & ita voluit in individuo, Corn. in cons. 110. col. pen. vol. 1.* vbi loquitur, quando donatio facta est cum oncre alendi: Nam *l. 1. C. de dona.* quæ sub modo, loquitur de donatario, qui non vult: at hæres quia ignorat, non dicitur, non velle, & subdit, quod est exorbitans illa lex, ideo non

trahitur

trahitur extra suum casum. Addo pro confirmatione, quod etsi feudo priuetur vasallus, qui non petit inuestituram intra annum & diem, *capit. 1. in princip. quæ sit prima causa benefic. amit.* Tamen si hæ-
39 res vasalli ignorauit, vti præsumitur † feudum esse, non priuatur, *Baldus in cap. primo, de capitul. Conradi.* vbi inquit, duo esse probanda: Primum, quòd annus sit lapsus post aditam hæreditatem; secundum, quòd sit lapsus post habitam scientiam, *Alexander in consilio 79. colum. fina. in princip. volum. 4. Præpos. in cap. 1. in fine, versic. quæro, quæ dicunt, quæ sit prima causa benefic. amitten. Iason in conf. 64. num. 9. versic. alibi fortius, volum. 3. infinitos citat Tiraquel. de retract. consang. §. 35. glos. 4. num. 12. Rolan. in conf. 40. num. 10. volum. 3.* qui licèt dubitet quoad primum requisitum, quia feudum defertur etiam ei, qui non est hæres, tamen nemo impugnat quo ad aliud, quod annus currat à die scientiæ. Idcoque lapsus illius temporis, non obsit ei, qui successit in ius alterius, *Silua de recognit. feud. quæstio. 65. per totam.* Non curo, quod ipso iure non currat, vel quod currat irreparabiliter per restitutionem in integrum. Et idem est in hærede
40 emphyteutæ, † qui etsi non soluat canonem, excusatur tamen propter ignorantiam, ne priuetur re emphyteutica, vt ei per integram restitutionem succurritur, *glos. in l. 2. in ver. legem, C. de iure emphyt. quam ibi sequuntur Bart. Bald. & Angelus, vbi Salicet. dicit communem, & Iason num. 184. dicit, eam tenere omnes, & refert multos Doctores, eandem communem dicit Clar. de emphyt. quæstio. 8. num. 9. Cagnol. in l. qui in alterius, num. 3. ff. de reg. iur.* Et idem est in hærede ignoranter alie-
41 nante † rem emphyteuticam, qui non cadit in pœnam priuationis, *vt post Bart. dicit Dec. in l. qui in alterius, ff. de reg. iur.* vbi Cagnol. *num. 7.* dicit, paucis ante diebus defendisse quendam dicētem, qui irrequisito domino alienauerat rem emphyteuticam, & possunt multa similia cumulari.

Hæc autem procedunt in dubio, quod si probaretur hæredem habuisse scientiam donationis, & oneris iniūcti, aliud esset, quia cessaret ignorantiæ præsumptio, quæ cedit veritati, *l. fina. ff. de probat.* Ideo Iacobin. *in sua inuestit. feud. in ver. & cum pacto, quod de ipso feudo, in fi.* docet aduocatum, vt obiicien-
42 do vasallo alienationem deducat, † & probet, quod scienter alienauit rem feudalem, *sequitur Cagnol. loco prædicto.*

Hæc item procedunt, quando hæredi opponitur, quòd ipse non præstiterit alimenta, sed si opponatur, quòd defunctus non ea præstitit, atque ideo donator donationem velit reuocare. Alia est quæstio, de qua latè egit Ripa *in d. l. fi. num. 210. quæst. 64.* dum tractat, an donator, qui donatario viuiente nullam porrexit querimoniam de illius
43 ingratitudine, possit † agere demū mortuo donatario. Et concludunt omnes, non dari contra hæredem ingrati, *per l. his solis, C. de reuoc. donat. Gomes. de contract. c. 4. num. 15.* Idem est in feudo, quod dominus reuocare non potest, si de felonia non est con-
44 questus † in vita vasalli, *Io. And. in addit. magna ad Specul. in tit. de feud. §. fi. Cyn. Bal. Ang. & Salic. in l. fi. C. de adult. Bald. & Ifern. in c. imperialem, §. insuper, vbi Præpos. colum. 2. & Afflict. num. 15. de prohib. feu. alien. per Feder. Abb. in conf. 3 quæstio. 9. volum. 2. Aret. in conf. 14. Cassad. in tit. de loca. decis. 2. Ruin. in conf. 46. num. 12. volum. 1. Ripa in d. l. fi. num. 237. Ant. Gabriel. commun. opin. lib. 7. tit. de malefic. conclus. 35. num. 3. Clar. de feud. quæst. 64.* Idem est in hæ-
45 rede emphyteotæ, † qui non priuatur ob canonem à suo authore non solutum, si ille decessit ante declaratam caducitatem, *Cuman. in conf. 164. colum. 3. ver. quinimo etiam, Curt. iun. in tract. feud. in vlt. quæstio. 4. par. princip. ver. imo fortius, Ruin. in conf. 10. colum. 2. volum. 1. Ripa in dicta l. fina. quæstio. vltima, Cassado. d. quæstio. 2. Gigas de pensio. quæstio. 77. in fi. Bero. in conf. 49. num. 13. volum. 3.* Et limitatur plurimis modis hoc dictum per Siluan. *de recognit. feud. quæst. 28. & quæst. 29. vbi omnino videndus est, & per Gabriel. dicta conclus. 35. per totam.*

Pari modo, si donator tacuit toto tempore, & non opposuit de ingratitudine commissa ob ne-
46 gata alimenta: hæres eius non opponet † contra donatarium, *vt probatur in d. l. fi. C. de reuoc. donat. d. c. fi. de donat. Corne. in d. conf. 15. colum. fi. vol. 1.* vbi fortius dicit procedere, etiam si extra iudicium declarasset, si tamen in iudicio non deduxit querelam: cuius tamen dictum quoad vltimam partem reprehendit Ripa *in dicta l. fina. num. 208.* vbi admodum miratur, & adducit, quod querela præparata transmittitur ad hæredes, *l. posthumus, §. fina. & l. sequen. ff. de inoffic. testam.* Et quando extra iudicium est conquestus, cessat ratio tacitæ remissionis, quæ inducitur ex ipsa taciturnitate. Addo quod declaratio
47 voluntatis † fieri potest absente parte, *Abb. in cap. fi. columna 5. de confess. Alexan. in consilio 130. volum. 1. Dec. in consilio 35. colum. 2. Cranet. in consilio 148. num. 11. Rolan. in consilio 2. numero 173. volum. 1.* Addo item, quod reuocatio donationis pendet ab animo donatoris, & in his, quæ pendent ab animo, sufficit extraiudi-
48 cialis † declaratio, *Bartolus in l. certum. §. si quis absente, num. 3. ff. de confess.* vbi sufficit, quòd quis dicat se hæredem: quia etsi absit pars, ista extraiudicialis pronunciatio probat illum hæredem esse, *Bal. in l. generaliter, num. 16. C. de non num. pecun. Alexan. in conf. 110. volum. 7. Afflict. decis. 175. num. 4. Marsil. in rub. C. de probatio. num. 93. Paris. in conf. 92. num. 28. volum. 1. Maran. de ordi. iudic. in 6. par. §. quintus actus, num. 17. Rolan. in consilio 82. num. 38. volum. 2. allegat etiam Ripa, in loco præallegato decisionem Roma. in conf. 284. in fi.* vbi dicit, quòd
49 donator † satis dicitur donationem reuocare ob commissam ingratitudinē, vel alimenta non præstita, quando eadem bona alij relinquit. Et ibi Ripa declarat, quomodo intelligatur illa decisio. Idem Ripa *in conf. 164. num. 3.* & inquit idem Rom. *in*
50 *conf. 212.* quod vbi res emphyteotica † cecidit in commissum ob alienationem factam irrequisito domino, potest dominus non citato emphyteota rem illam alij concedere. *Sequuntur multi Iaso. in l. 2. num. 20. & seq. C. de iure emphyt.* quia quod potest fieri inuito, potest etiam fieri eo absente, & extraiudicialis declaratio non requirit partis præsentiam. *Idem voluerunt Alexan. Marsil. & alij adducti à Rolan. in dicto conf. 2. num. 171. & sequen. volum. 1.* Et quod dominus concedendo alij rem alienatam sine suo con-
51 sensu, videatur declarare † caducitatem, atque sufficiat extraiudicialis declaratio, voluit Alexan.

in conf.

in conſ.106.num.5.ver.nec obſtat, ſi dicatur, volum.4. Ruin. in conſ.153.num.2 volum. Ber.in conſ.19.num.12.volum.1. & in conſ.120. num. 2. eo. volum. vbi dicit, quod poteſt irrequiſito emphyteota rem alij cõcedere. Et ſentit ipſemet Corne. *in d.conſ.15.in fi. Cordub.de cauſ priuat. ob non ſolut. Canon. ampliat. 45. num. 8.* Hæc vero multo magis procedunt, quãdo reuocatio deſcendit ex contractu, vt quia alimenta promiſſa ſunt in contractu, & conuentum, quod his non præſtitis
52 liceat reuocare, quia tunc ius reuocandi † deſcendens à contractu tranſit in hæredem, *vt voluit Innoc. d.c.fi.ſuper ver.tacuit, de donatio.ſeq. Cardin. ibi, quæſt.14. Imola & Barbat.num.18.Bal.in d.l fi.C.de reuoc.donat.* vbi quod hæres donãtis poteſt reuocare donationem ob pacta non ſeruata. *Hoc etiam voluerunt Iſern.Præpoſ. Abb.Afflict.& alij, quos citat & ſequitur D.Becius in conſ.9. num.14.Siluan. in d.tracta.de feud recognit. q.29.colum fi. in 7 limita. Gabriel.d.concluſ.35.num.14.*

Maxima tamen cõtrouerſia inſurgit in cognoſcendo, ad quem ſpectet probare quod alimenta non fuerint præſtita: regula enim eſt, quòd vbi
53 mihi aliquid eſt implendum, negatiua † ſit ipſo iure probata, ſi dico non fuiſſe impletum, *l.1.C.de probatio.l.qui commeatus, ff.de re milit.Bar.in l.in illa, col.2.ff. de verbor.oblig.Bart in conſ.102.circa princ.Bal.in conſ.506. volum.5.* vbi dicit, quòd negans ſibi ſolutum, habet fundatam intentionem ſuper debito, quod præſumitur durare, niſi contrarium probetur, & ſatisfacere eſt, quod facti, quod non præſumitur, *l.in bello. §.facta.ff.de captiu. Hercul. in tract. quis tene.prob.neg.nume 35. Bero.in conſ.125.num.17.volum.1. Natta in conſ.226. num 3.& in conſ.169.num.2. & ſeq.Gabriel. commun.opin. lib.1.tit de probation.concluſ.6.num.15.D.Becius.in conſ.105. num.12.* Ideo dicit Gloſ. *in l.2.gloſ.magna.C.de iure em-*
54 *phyt.* quod emphyteota allegans † ſolutionem, teneturillam probare, *vbi Cyn. & ſequuntur omnes alij, vbi dicit Iaſon, num.132. idem tenuit Anchar. in cap. potuit, num.24.vbi Imo.num.54. extra, de loca. Alexan.in conſ.101. volum.2.communem dicit Socin. iun. in conſ.91. num.15. volum.2.Gigas de penſio. quæſt. 16.in fi. Gozad. in conſ.1. num. 28.Hercul.in dicto tracta.num.35.Granetta in conſilio 1.numero10.Clar.qui communem dicit de emphyt. quæſt.10. in fi. Gabriel.dicta concluſ.6.num.21.Rolan.in conſ.87.num 3.volum.1.* Et per hanc rationem in terminis noſtris di-
55 cit Corne. *in conſ.45.colum.5.verſic. & ex quo, volum 4.* quod donatarius † tenetur probare, ſe præſcitiſſe alimenta, & *colum.6.in princ.* dicit, ſe ita conſuluiſſe, & conſultum vidiſſe, & obſeruatum fuiſſe in practica. Idem Corne. *in conſ.101.colum.2.ver. conſtat enim quòd incumbit, vol.1. Ripa in d.l.fi.num.186. C.de reuoc. don.* vbi inquit, partem hanc veriorem eſſe. Et idem voluit Alciat. *in d.c.11.num.5.* licèt in ſuo caſu teneat contrarium alia ratione.

Diuerſa tamen ſententia in noſtra quæſtione magis placet, quò imò donator ipſe teneatur probare, quòd donatarius alimenta ſibi nõ præſtiterit,
56 quia regula eſt, quòd negatiua † probanda eſt ab allegante, *Innoc. in c. ſuper his, de accuſat. Bar. Ang. Fulgoſ. & Iaſ.in l.penult.in §.docere, ff.ne quis eum, Bar.in d.l. in illa, colum.2. Hercula.in d.tracta num.2. Alciat. in conſilio 444.num.2. Rolan.in conſ.22.num.18.volum.1. Gabriel, d.concluſ.6.num.1.*

57 Secundò, quia nemo præſumitur ingratus, † *l.omnimodo, C.de moſſic.teſtam. §. cauſas, in Authen.at cum de appel cognoſ. l.merito. ff. proſocio, l.1. C.ſi ſeru. exte.* ideo qui dicit aliquem ingratum, tenetur probare. Item, qui committit ingratitudinem: at qui cul-
58 pam † alij obiicit, tenetur probare. *l.quoties. §.qui de dolo, ff.de probatio. Bar. in l.ſi quis ex argentarius. §.pen.in fi. ff.de eden. Socin.in conſ.149.num.2.volum.1.Ruin.in conſ.93. num.7.volum.5.*

Tertiò extat text. *in d l.fi.C.de reuoc.donat.ibi, ſi fuerint in iudicium dilucidis argumentis cognitialiter approbata,* & non ſuſtinetur reſponſio Ripę, *ibi, num.186.* qui intelligit ipſo iure probatum, quando non conſtat de contrario, quia hoc eſt falſum, prętęrquàm in certis caſibus, qui nõ debet trahi in exemplum, & probationum difficultas non transfert in alium onus probandi, quia, *vt inquit Innoc.in d.cap ſuper his,* licèt negatiua difficilis ſit probationis, eſt tamen probãda, nec ideo propones eam releuatur à probandi onere.

Quartò facit doctrina Bart. *in l. ſi ab hoſtibus, §. filium, ff. ſoluto matrimonio,* vbi, qui obiicit marito,
59 quòd vxori † ægrotanti non adhibuit medicum, tenetur hoc probare, *ſequitur Alexan. in conſ.136. numero 2.volum.7.idem Bar.in l.ademque, ff.proſocio.ſequuntur plures alij citati per Rolan.in tract.de lucro dot.quæſt.64. num. 15. vbi confirmat aliis ſimilibus, Phanuc. in eodem tracta.gloſ.fi.num.9.*

Quintò, in propriis terminis noſtris, quod do-
60 nator teneatur probare † negatiuam hanc, ſibi ſcilicet non fuiſſe præſtita alimenta, voluit Corn. *in conſ.120.colum.fin.volum.1.* vbi allegat id, quod dictum eſt de marito, & addit, quòd allegans hæredem in-
61 cidiſſe † in pœnam priuationis, quia non impleuerit diſpoſita à teſtatore, tenetur probare, *ſecundum Salic.in Authen. hoc amplius, C. de fideicom. Corneus ſequitur Rolan.de lucro dot.quæſt.64.num.14.Ripa in dicta l.fina. num. 586.* vbi de mente Cornei *in dicto conſ.120.* dicit, primam opinionem vendicare locum, quando alimenta ſunt expreſsè promiſſa, ita quod datur actio ad illa conſequendum, ſecunda vero, quando debentur ex antidorali obligatione, quæ non ita arctè obligat, vel etiam ex officio Iudicis, *ſecundum Corne. loco prædicto,* quia officium Iudicis nullã præſupponit obligationem, *l. qui per colluſionem, §. pretij ſortem, ff.de actio.emp.* Hęc tamen concordia non habet aliquam diuerſitatis rationem annexam, quia non eſt quærendũ, quoad reuocandam donationem, quo iure debeantur alimenta: nã ſiue iure actionis, ſiue officio Iudicis debeantur vtroque caſu reuocatur donatio illis non præſtitis, & quo ad hoc parificantur dicti caſus, & ſolus affectus atten-
62 ditur, an ſint præſtita. Ideo non curamus † de modo, *l.3.C.de inſtit. & ſubſtit.* Videtur ergo mihi aliter diſtingui poſſe, vt quando liquidum eſt, & certum id, quod à donatario implendum erat, nec egebat extrinſeca alia probatione, tunc onus probandi implementum incumbat donatario. At ſi id quod præſtandum eſt, non ſit liquidum, vt eſt in noſtro caſu, tunc probet donator, & ad hanc diſtinctionem reducuntur ferè omnes deciſiones, quæ hinc inde allegantur. Si enim donator velit reuocare

donatio-

donationem eo quia donatarius fuerit sibi iniurioſus, vel violentas manus iniecerit, vel quid ſimile admiſerit, tenetur probare, *vt per Doctores in d.l.ſi.* Quare ergo non idem erit in culpa, quæ conſiſtit in non faciendo: ex eo autem quod teneatur donatarius alere, non infertur, quòd poſſit priuari re donata, quia probari debet indigentia donatoris, & quod eſſet donatario cognita, *vt ſuprà dixi.* vel etiam dici poteſt, quòd onus probandi ſpectat quidem ad donatarium, ſed inde nõ inferatur ad priuationem. Quicquid ſit, diſtinctio Ripæ eſt vera, licèt ratio ſit falſa.

Quæ ſupra dicta ſunt de alimentis à donatario præſtandis donatori ex antidorali obligatione, fortius procedent, quando in donatione adiecta
63 eſſet obligatio alendi, quia expreſſa † magis vrgẽt, *l. nonnunquã, ff. de cond. & demonſt.* & maior eſt virtus
64 expreſſi † quàm taciti, *l. expreſſa nocent, ff. de reg. iur. Comprobaui in conſ. 10. num. 24. & ſeq.* Nam vbi alimenta ſunt promiſſa & donatio eſt facta cum onere alendi, ſi donatarius recuſat alere, dominium re-
65 rum donatarũ ipſo iure retro transfertur † in donatorem, *l. 1. C. de donat. quæ ſub modo, c. verum. vbi gl. de cond. app. Bal. in conſ. 250. volum. 3.* vbi fortius dicit,
66 quòd non poteſt mora † purgari, quia alimenta præterita compenſationem minimè recipiunt, ex quo potuit donator paſſus eſſe propter famem. Et ſubdit, quod datur vtilis rei vendicatio, quod de mora dicit etiam Corne. *conſ. 101. colum. fina. volum. 1. Roma. in conſ 284. num. 3. Corne. in conſ. 102. colum. 2. ver. & inſuper, volum 1. idem Corne. in conſ. 45. colum. 1. ver. circa ſecundum, volum. 4.* vbi ait, dari quoque condictionem ob cauſam, *idem dicit in conſ. 161. colum. 2. ver. ſimiliter & donatio, volum. 1. Alciat. in d. conſ. 121. num. 5.* vbi quod datur, datur perſonalis & realis actio, *Ripa in conſ. 146. num. 1.* In quibus locis dicitur idem eſſe, quando donatio eſſet iurata, & dicit Corne. *in conſ. 252. colum. 4. ver. circa ſecundum, volum. 3.* quòd triplex datur actio, prima, *ex l. ſi quis maior*, ſecunda, ex diſpoſitione, *d. l. 1. C. de bon. quæ ſub modo*, tertia per condictionem ob cauſam, *Bertran. in conſ. 67. numero 74. volum. 3. Didac. lib. 1. variarum reſolut. cap. 14. num. 4.* vbi poſt Aret. *in l. 1. colum pen. ff. de lega. 1.* inquit dari vtilem actionem in rem. Idem voluit Ripa *in d. l. ſi. numero 129. idem voluit gloſ. in l. traditionibus, C. de pact.* vbi Curt. Iun. *num. 26.* dicit eſſe ſpeciale fauore donationis, de quo tamen dicam infra inter priuilegia alimentorum.

In tantum autem ſeruari debet promiſſio facta
67 donatori, vt etiam eccleſia † priuetur re donata, ſi non præſtet alimenta, *ſecundum Roman. in d. conſ. 284.* Sed pro veritate huius dicti diuidi debet quæſtio in duo membra.

Primum eſt, quando donatio ſit Eccleſiæ, ſub modo alendi, vel aliud quid faciendi non apposito pacto reſolutiuo, & tunc verior eſt ſententia, quæ habet, quod nõ reuocetur, quia Eccleſia non poteſt committere ingratitudinem, nec Deus po-
68 teſt eſſe ingratus, † *vt per gl. in c. 1. in ver. omnipotens, de ſumma Trinit. & fide cathol.* & quia modus, quando
69 non eſt cauſa finalis donandi, ſed impulſiua, † eo non ſeruato non corruit donatio, *ſecundum Bal. in conſ. 219. col. 2. ver. præterea etiam, volum. 2. Soc. in conſ. 53. num. 5. ver. confirmatur, volum... Corſet. in ſing. in ver. contractus. incip. in omnibus, Bal. Nouel. in tract. dot. part. 6. priuileg. 50, colum. 2. & in l. 1. num. 351. ff. ſoluto matrimonio.* At fauore Eccleſiæ ſemper modus præſumitur cauſa
70 impulſiua, † *vt eſt textus in cap. verum, de cond. appoſ. & hanc opinionem tenent Gloſ. Card. Abbas & Præpoſ. in dicto cap. verum, Caſtrenſ. in l. 1. colum. 2. ff. de donat. Socin. in l. quibus diebus, §. Termilius, colum. penult. ff. de cond. & demonſtr. Corſet. Bal. Nouel. Roger. à Mota, & Ioan. Madm. quos citat & ſequitur Didac. variar. reſolut. lib. 1. cap. 14. num. 6. Ripa, in l. fina. quæſtio. 52. num. 173. C. de reuoc. donat.* quia donatio facta Eccleſiæ, videtur facta Deo, qui cum ſit omnium gratiarum largitor, non poteſt eſſe ingratus, *Clar. in tract. de donationib. quæſt. 21. num. 5.*

Secundum membrum eſt, quãdo facta fuit donatio cum onere certum quid faciendi, adiecto pacto, & ſi id non fiat, liceat eam reuocare, & hoc caſu, ſi ſolus Prælatus, vel ſolum capitulum committat ingratitudinem, vel aliter modum non ſeruet, non erit licita reuocatio, quia Prælatus ſolus, vel ſolum capitulum non poteſt præiudicare Ec-
71 cleſiæ, † *ita tenent Cardin. Abb. & alij, in cap. fina. de donatio. Abb. poſt Vincent. in dicto cap. verum, de cond. appoſ. hoc etiam voluêre Oldra. Spec. Lup. & Felin. quos citat Ripa, d. l. fina. quæſt. 52. num. 173. & ſeq. Clar. d. quæſt. 21. num. 5.* vbi ait, quòd hoc caſu res minus habet difficultatis, *Menoch. de recup. poſſ. remed. 9. num. 101.* Hanc etiam tenuit Ripa, *in cap. ſæpe, num. 95. de reſtit. ſpoliat.* vbi adducit, quod voluit gloſ. *in cap. 2. de dolo & contum.* vbi
72 dicit, quòd factum prælati non facit † Eccleſiam incidere in pœnam, *l ſi quis in tantam, C. vnde vi, vt etiam voluere gloſ. Abb. & alij in d. l. ſi quis in tantam, multos citet Menoch. de recuper. poſſ. remed. 1. num. 222. & remed. 9. num. 102.* maior dubitatio, quando Prælatus cum capitulo committunt ingratitudinem, quia tunc communis videtur opinio, quòd ſit locus reuoca-
73 tioni, † *Gloſ. & Dyn. in reg. delictum perſonæ, de regu. iur. in 6. Bar. in l. iubemus nullam, C. de ſacroſ. eccleſ. gloſ. in cap. 2. per illum tex. de ordine cognitio.* Et Abb. *in d. cap. 1. de dolo & contum.* dicit, hanc eſſe quaſi communem opinionem, & ideo hoc modo diſtinguit in propoſito idem Abb *in d. cap. verum, de cond. appoſ.* quòd aut Prælatus cum capitulo commiſit ingratitudinem, & licita eſt reuocatio: aut eam commiſit ſolus ſine capitulo, & non eſt locus reuocationi. Hanc ſequitur Ripa *in d. l. ſi. num. 174. & ſequen.* vbi dicit, ſe tenuiſſe Hoſtien. Cardin. & Fely. *in cap. verum, de foro competen. Socin. in l. quibus diebus, §. Termilius, num. 17. ff. de cond & demonſt. Didac. d. cap. 14. num. 6. Tiraq. de retract. conuent. in ſi. num. 14.* vbi citat multos, pro qua ſententia facit, quod voluerunt Gloſ. Bar. & Salic. *in l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, & in d. l. iubemus, C. de ſacroſ. eccleſ. Ripa, qui communem dicit, dicto cap. ſæpe, num. 95. de reſtit. ſpol. alios citat Menochius dicto remed. 9. numero. 110. & ſequentibus.*

Contrariam ſententiam tenuerunt Spec. Ioan. And. Anchar. Butr. Abb. & alij, quos citat Ripa *in d. l. ſi. nu. 173. & ſeq.* Et ſimiliter multi tenent, quòd Ab-
74 bas cum capitulo non faciant incidere † Eccleſiam in pœnam, *d. l. ſi quis in tantam, Cardin. in d. c. 1. de*

dolo &

dolo & contum. vbi Abb. num. 14. & sequent. alios citat. & sequitur Menoch. d rem. 9. num. 104. & sequen. vbi eam pluribus defendit. Prior tamen opinio verior mihi vide-
75 tur, quia donans potuit rei suæ apponere † quamcunque legem, *l. in traditionibus, C. de pact. Zabarel. in Clemen. quia contingit, in 11. not. de religio. domib. Anchar. in cons. 217. num. 2. alios citat D. Becius in cons. 101. num. 25. & sequen.* Et dicunt Hostien. Ioan. Andreas, & Doctores, *in l. verum, de foro compet.* valere pactum appositum à donatore, quod ecclesia modum iniu-
76 stum non implente, liceat † authoritate propria capere bona donata, *Barto. Bal. & Salicet. in l. si quis curialis, C. de epicop. & cleric. Ruin. in cons. 27. num. 14. in fi. volum. 2.* Et non obstat, quod res semel facta Ecclesiæ non possit alienari etiam cum interuentu Prælati & capituli: quia respondeo, quòd hic non agitur de alienanda re Ecclesię, sed de ea auocanda, tanquam si fuisset cõcessa ad tempus iam lapsum, *ita respondet Cardin. in dicto cap. verum, sequitur Ruin. in dicto cons. 27. in fi.* Et dicit Bal. *in cons. 300. in secundo dub. volum. 1.* quod res nũquam est facta simpliciter Ecclesiæ, & sanctum sanctorum, sed cum eo onere, quod ab initio additum est, *sequitur Tiraq. de retract. conuentio. in fi. num. 14. vbi alios citat.* Et cum res nunquam sit effecta irreuocabiliter Ecclesiæ, non debet videri mirũ si reuocatur: modus enim à principio adiectus inficit dominium rei. Ideo videmus
77 quod etiam minor † ligatur pacto luendi, quod à tutore apponitur in ipsa rei emptione, *Ang. in l. contra, §. si filius familias, cum l. sequen. ff. de pact. vbi Castrens. & Ias. Curtius iun. in cons. 146. in fine, Tiraquel. loco prædicto, num. 12.* Et idem est in ecclesia, quia si Prælatus emat rem eius nomine conditione adiecta, quòd
78 res inempta, † nisi integrè pretium soluatur intra certum tempus, erit locus pacto solutione non facta, *secundum Iacob. Butr. dicto §. si filius familias, Castrens. in cons. 318. colum. fina. volum. 1. Tiraquel. loco præcitato, numero 2. in fine,* Imo volunt Doctores, quod vbi contractus resoluitur, ex necessitate præcedentis pa-
79 cti, res libera redeat † ad dominum ab omnibus obligationibus interea contractis per emptorem, *secundum Barto. in l. diem, ff. de aqua plu. arcen. quem sequitur Cuman. ibi, Bar. & Ange. in l. 3. ff. quibus mod. pign. & hypoth. sol. Tiraquel. de retract. conuent. §. 3. glos. vnica, num. 8. & 9. cum sequen.* Et quando res redit ad priorem dominum ex pacto adiecto in alienatione, non dicitur transferri in alienantem, sed illi reddi,
80 † cuius erat, *l. filio quem pater, ff. de libe. & posthu. l. si tibi pecuniam, ff. si cert. petat. l. voluntate, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. l. qui possessionem, ff. de vi & vi arm.* Et res
81 alienata & postea redempta † non desinit esse patrimonialis, si redemptio fit ex causa antiqua, *vt per Dec. in cons. 88. in primo dub. de quo latè Tiraquel. de retract. consang. §. 19 num. 4. & sequen.* vbi multis probat eandem tunc rem videri, non aliam, quando recuperatur ex causa de præterito. Cum ergo in casu nostro res nunquam fuerit libera apud ecclesiam, sed eam transiuerit cum onere, non dicitur alienatio fieri, quando vocatur ob pactum non seruatum. Non obstat etiam, quod Ecclesia non debeat priuari facto capituli cum Prælato: quia respondeo, hoc non procedere, quando adiectum est pactum, quod liceat rem auocare propter ingratitudinem, vel quid simile: nam hoc casu videtur adiectum, quod Ecclesia priuetur facto capituli, vel priuati, quia aliâs pactum nunquam posset habere locum, & esset inutile, ac superfluum, cum ecclesia nullo modo possit ingratitudinem committere, *ita voluit Cyn. in d. l. iubemus nullam, C. de sacrosanct. eccles. & id ex eo deducit Ang. in cons. 168. testator in omnibus, in primo dubio, sequitur Ruin. in d. cons. 27. col. 1. & 2. & volum. 2.* Et ne alibi dicta in hunc locum transferantur, vide pro hac quęstione, an & quando Ecclesia priuetur ob modum non seruatum ex facto Prelati & capituli. *latè Rip. in d. l. si. num. 173. & sequen. vbi multis modis declarat in d. c. sape, num. 95. similiter easdem ferè ponit limitationes Menoch. d. remed. 9. num. 101. & pluribus sequentibus.*

Addo tamen, quod si in donatione adiiceretur expressum pactum, quòd donatio rescindatur fa-
82 cto solius Prælati, † id pactum esset validum & seruandum, *ita Ang. in d. cons. 168.* qui loquitur de onere iuncto à testatore, *sequitur Ruin. in d. cons. 27. multis in locis, in discursu cõsilij,* quia dispositio testatoris, quę non repugnat legi, est seruanda, *vt probatur in d. l. in conditionibus primum locum, ff. de cond. & demon.* & potest testator addendo apponere rei suæ quam vult legem, *d. l. in traditionibus.*

SVMMARIVM.

1 *Monasterium tenetur alere filios ingressi.*
2 *Donatarius omnium bonorum tenetur alere filios donatoris.*
3 *Venditor facit se alienum à re vendita.*
4 *Donatarius non est personaliter obligatus donatori.*
5 *Actio personalis non datur contra singularẽ successorem.*
6 *Officium Iudicis datur contra singularem successorem, quando subsistit æquitas.*
7 *Officio Iudicis qui tenetur, dicitur realiter obligatus.*
8 *Donatarius alit filios spurios donatoris.*
9 *Filius dicitur eadem caro cum patre.*

QVÆSTIO XLIX.

EIlii quoque donatoris petere possunt a donatario ominum bonorum alimenta, quia onus alendi transit in illum, in quem bona transiuere per donationem, *argumento l. si quis à liberis. §. fi. de lib. agnos.* vbi Bart. di-
1 cit, quod † monasterium alit filios ingressi. Et hanc
2 opinionem probarunt † Iac. Butr. & Cyn. *in l. 1. quæstio. 9. num. 10. C. de inoffic. donatio. Cyn. Dyn. Rayne. Alber. in l. Titia, §. Imperator, vbi Imola, colum. fina. circa fi. ff. de lega. 2. Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. eiusdem donatoris arbitrio, num. 4. C. de reuoc. donat.* qui omnes loquuntur de filiis natis ante donationem. Tractant enim quæstionem, an filij reuocent, tanquam inofficiosam donationem factam à patre. Sed procedet quæstio etiam in filiis natis post donationem per ea, quæ in filio spurio ponit Ripa *in l. si vnquam, numero 72. & sequen. C. de reuocan. donat. & dicam in sequenti quæstione.* Obstat tamen huic decisioni, quia, vt dictum est, donatori non datur actio, nec potest alimenta petere, licet, si ei non exhibeantur, possit donationem reuocare. Responderi tamen potest,

quod

quod ideo donatori non datur actio, quia ex quo bona ipse liberè donauit, nullum sibi competit ius in re: Donando enim facit se alienum à re, vt de
3 venditore † dicit Salic. *in l. quoties, 1. ver. quem cum. gl. C. de fideicommiss.* & in *l. 2. C. si quid in fraud. patro.* dona-
4 tarius esset in nullo ei personaliter obligatus, † *vt probat tex. vbi glos. & Bart. in l. Aristo. ff. de donat.* vbi dicitur, quod donatarius non obligatur etiam naturaliter, imo neque ciuiliter, neque naturaliter obligatur, ex quo textus ille repugnat omni obligationi, *secundum Bero. in cons. 203. num. 22. volum. 1.* vbi filius dicit, quod si nulla expressa causa donatarius obliget donatori bona, non valebit obligatio, & erit nulla; at secus est in filiis donatoris, qui sicuti alendi erant à patre, ita petere possunt alimenta ab his, in quos pater transtulit bona, ex quibus sibi ministranda erant alimenta. At si dicatur, quòd possessor bonorum conueniri non potest reali actione, quia pro alimentis regulariter non sunt obligata bona, *vt dicam suo loco*: actio autem personalis non
5 † datur contra singularem successorem, *l. fi. §. si. ff. de contrah. empt.* Credo quod dabitur Iudicis officium, quod subsistente eadem æquitate datur con-
6 tra singularem † successorem, *l. quadam, §. is autem, ff. de eden. quem tex. dicit ad hoc aureum, Bal. in c. 1. colum. 8. de probat. Iaf. in l. 4. §. Cato, num. 26. ff. de verb. oblig. Bart. in l. si tertius. §. si quis prius, colum. 3. de aqua plu. arcen. Socin. iun. in cons. 52. per totum, volum. 2. Bero. in cons. 44. num. 7. volum. 3. Capic. decis. 20. num. 28.* Dicitur enim in rem, & qui tenetur officio Iudicis, dicitur realiter obli-
7 gatus, † *Bar. in l. 4. §. Cato, num. 5. vbi Iaf. num. 26. reprobat Aret. contrarium tenentem, Rube. in l. non solum, §. morte, num. 497. ff. de oper. noui nunt. Gomes. in §. 1. num. 31. Institut. de actio. Menoch. de recuperan. possess, remed. vlt. num. 9.* Agunt igitur filij donantis contra donatarium, non tanquam donatarium, sed tanquam possessorem bonorũ patris, qui erga eos tenebatur Iudicis officio, vti etiam diximus teneri fiscum, & monasterium ad alendum filios, cuius bona omnia possident.

At non solum donans alendus est cum filiis, vt dixi, à donatario, quando eget, sed etiam filiis eius
8 spuriis alimenta præstanda sunt † à donatario, *secundum Ripam, in l. si vnquam, in q. 27. num. 71. & seq. C. de reuoc. dona.* Mouetur duplici ratione.

Prima scilicet argumento monasterij, quod tenetur alere filios ingressi, *secundum Bart. in l. si quis à liberis, §. item rescriptum, ff. de lib. agnos. cum aliis, quos citauimus supra in ea quæstione.* Nullum autem discrimen constitui potest inter legitimos & spurios, quando agimus de alimentis, *vti sæpe ex Paleot. diximus.*

Secunda ratio est, quia sicuti donatarius alit donatorem, vt cognitum est in quæstione præcedenti, ita ali debet filios donatoris, qui est eadem
9 caro † cum patre. *Econtra dicimus, §. hanc authoritate, 35. quæstio. 3. eum sequutus est Didac. in epitom. de sponsa. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 14. idem voluit Paleot. in tracta. de noth. & spur. cap. 34. num. 10. Rolan. in cons. 54. num. 67. volum. 2.* Contrarium tamen probat Vasq. *de succes. creat. lib. 2. §. 20. num. 316.* qui mouetur ratione iam suprà à nobis reprobata. Sed fortius instari potest, quia ipsi donatori non datur actio ad consequendum alimenta à donatario, nec etiam Iudicis officium, *vt diximus in præcedenti quæstione*, sed donatarius causatiuè compellitur alere donatorem, nisi scilicet velit, quòd reuocetur donatio, ergo multo minus officium Iudicis dabitur filiis spuriis ipsius donatoris: nisi dicamus, quod eadem causatiua necessitate cogatur donatarius alere donatoris spurios, qua compelli poterat alere donatorem. Addo, quod sicuti donatarius tenetur alere donatoris filios legitimos, ita tenetur alere spurios, qui in subiecta materia non differunt à legitimis. Et aduerte, quòd Ripa loquitur de spuriis natis post donationẽ, qua ratione multo magis procedet decisio in natis ante donationem. Præcipuè si attendamus illorum opinionem, qui volunt, quod possessor bonorum patris teneatur alere filios. Restringe etiam in donatario omnium bonorum, vti prædicti Doctores loquuntur.

SVMMARIVM.

1 *Filij illegitimi alendi sunt à quocunque possessore bonorum paternorum.*
2 *Possidens bona patris titulo oneroso, non tenetur alere filios.*
3 *Pater confitendo non præiudicat filio quo ad legitimam.*
4 *Legitimam consignare cogitur pater viuens, quando bona dilapidat.*
5 *Filius reuocat vsque ad legitimam bona alienata à patre in ludo, vel alio vsu malo.*

QVÆSTIO L.

SPERÆ quoque pretium erit videre, an quicunq; possessor bonorũ paternorum teneatur ad alimenta erga filios? Et sanè quoad filios illegitimos, dicit Baldus *in cons. 258. volum. 1.* quod ex æquitate cap. *cum haberet, de eo, qui duxit in vxor. quam pollu. per adulter.* omnis suc-
1 cessor † bonorum paternorum tenetur eos alere. *& eum sequitur Caccialup. in dicta l. si qua illustris, num. 92. C. ad Orficia. Ioan. Lup. in cap. per vestras, in tertio notab. §. 23. num. 152. de donat. inter virum & vxorem, folio mihi 155. Boer. in decis. 127. num. 14. Rolan. in cons. 54. num. 66. vol. 2.* At non minori fauore esse debent digni legitimi quàm sint naturales, vel spurij. Procedit tamen hæc conclusio in eo, in quem bona transiuerunt titulo lucratiuo, sed non quando quis habet bona
2 titulo oneroso † emptionis, vel simili, *vt concludit Didac. in epitom. de sponsa. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 14.* quia regulariter pro alimentis non datur hypotheca, *de quo dicemus suo loco.* Aduerte, quod hæc ratio non est bona, quia etiam sine hypotheca conuenitur possessor ad præstandum alimenta. Diximus enim officium Iudicis dari contra singularem successorem, ergo non requiritur hypotheca. Dicendum itaque, quòd non datur in successorem ex oneroso titulo, quando is non possideret omnia bona, vel maiorem partem: sed etsi apud eum extaret maior pars bonorum, crederem aliud esse, quia militat contra eum æquitas, quæ tamen non militat contra ementem aliqua bona, licèt huic distinctioni obstet regula, quòd pater potest de bonis

suis libere disponere, præcipuè titulo oneroso, dum ne id faciat fictè, vel in fraudem ad excludendum filium, vt quando fingit vendere, & confitetur habuisse pretium: tunc enim non præiudicat
3 † filio quo ad legitimam, *vt per Specu. in tit. de confess. §. sed nunc videndum, versic. sed nunquid patris confessio, vbi Ioan. And. & sequuntur infiniti citati à Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glos. 18. num. 80. alios congerit Gomes. de contrac. cap. 12. num. 81. ver. ex quo infertur, Caphal. in cons. 148. numero 8.* Et licèt quando pater dissipat bona, consu-
4 latur filio, vt compellat † patrem ad consignandum sibi legitimam, *secundum Baldum in l. 2. num. 3. C. si in fraud. pat. sequitur Castrens. num. 6. & idem voluit Castrens. in l. Imperator, ff. ad Trebellian. vbi Alexan. numero 13. Iacobin. à sancto Georgio, in l. lis nulla, nnmero 3. ff. de iudic. Fabian. in Authen. nouissima, num. 83. C. de inoffic. testam. Cagnol. in l. fina. in fine, C. de pact. & communem dicit Pinel. in l. 1. parte 3. num. 75. C. de bon. mat. licèt ipse teneat oppositum,* tamen non inuenitur iure cautum, quòd vbi vendit ex causa, vel alienat sine fraude, emptores ad aliquid teneantur, vel venditio reuocetur per filios ex aliqua causa. Bene verum est, quòd si ludendo, vel aliter male viuendo alienasset, dare-
5 tur actio † filio pro reuocandis bonis vsque ad legitimam, *secundum Bal. in l. 1. in fi. C. de his, qui in fraud. pat.* vbi filius reuocat vsque ad legitimam bona per patrem alienata in ludo, *Ioan. Lup. in dicto cap. per vestras, in 3. notab. §. 22. num. 15. folio mihi 153.* Et aduersus inofficiosas donationes proditum est remedium filiis, sed non aduersus eas alienationes, quæ fuerint oneroso titulo, arbitror, quia non credit lex patrem ita animo à filio alienatum, vt velit eum extraneis postponere, *l. cum auus, ff. de cond. & demonst. l. cum acutissimi. C. de fideicom.* nisi ex qualitate personæ & actus contrarium elici possit, vt quando donat immoderatè & sine causa alienat, *quemadmodum aduertit Tiraq. d. §. 1. glos. 18. num. 87.* Non est tamen omittendum, quod supra in quæstione de monasterio, & de fisco, Doctores à nobis citati innuunt, onus alendi videre iniunctum bonis, sed nos tractabimus inter priuilegia alimentorum.

SVMMARIVM.

1 *Libertus tenetur alere patronum pauperem.*
2 *Benefacere benefacienti suadet naturalis ratio.*
3 *Libertas res est inæstimabilis.*
4 *Libertus retinet vestigia quædam prioris seruitutis.*
5 *Libertus alit patrem, & filios patroni.*
6 *Hæres liberti alit patronum, eiusque parentem & filios.*
7 *Libertus non minorem reuerentiam præstare debet patri & filiis patroni, quàm ipsi patrono.*
8 *Patronus diues alit libertum egenum.*
9 *Libertus negans patrono alimenta, reuocatur in seruitutem.*
10 *Patronus negans alere libertum egentem, perdit ius patronatus.*
11 *Libertus non reuocatur in seruitutem, quando patri vel filio patroni negauit alimenta.*
12 *Extensio non habet locum in pœnalibus.*
13 *Priuatio non est pœna.*
14 *Priuatio non habet locum, nisi in casibus expressis.*
15 *Libertus tenetur alere primigenum patroni.*
16 *Libertus etiam liberatus ab onere operarum, tenetur alere patronum.*
17 *Hæres liberti non tenetur alere patronum.*
18 *Libertorum filij mortuo patre non tenentur alere patronum sui patris.*
19 *Patroni pater tenetur alere libertum filij.*
20 *Libertus erga patronum tenetur naturali, & ciuili iure ad alimenta.*
21 *Patronus est solus alendus à liberto, quando deuenit ad extremam egestatem.*
22 *Libertus ob negata patrono alimenta, non reuocatur in seruitutem, si ab alio fuerunt præstita.*
23 *Patronus non alit libertum diuitem, qui sibi seruit præstando debitas operas.*

QVÆSTIO LI.

LIBERTVS tenetur patronum pauperem alere, † si ipse diues sit. *est textus in l. si quis à liberis, §. solent, ff. de liber. agnosc. l. non solum, & l. non aliter, ff. de vsu & habit. §. item is qui ædium. Instit. eodem titu. glos. fina. in l. fi. vbi Bal. & Salicet. C. de bon. liber. Dynus, Bar. Alber. & aly, in d. §. solent, vbi Cordub. num. 4. Specu. in tit. qui fil. sint legit. §. fina. num. 7. Iaf. in l. si non sortem, §. libertus, num. 4. ff. de cond. indeb. Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. libertus, num. 51. C. de reuoc. donatio.* Et dicit textus, *in l. libertus, qui operarum, ff. de oper. libert.* quòd inopia patroni conuenit libertum per inuidiam. Et suadet naturalis ratio, secundum
2 quam benefacienti † obstringimur benefacere, *l. sed etsi lege, §. consuluit, ff. de petitio. hared.* Recipit enim
3 libertus libertatem, quæ est † inæstimabilis, *l. libertas, ff. de reg. iur.* Et habuit summum beneficium, *vt inquit Tullius in tertia actio. in Verrem,* & in liberto manent quædam vestigia prioris †
4 seruitutis, *l. vnius, §. seruus, ff. de quæstio.* & prædicta iura dicunt libertum non solum patronum ipsum egenum, sed etiam
5 patroni parentes, & filios † alere debere, *ita dicto §. solent, Aret. in l. si quis non, in princip. ff. de acquiren. hared. Zas. de feud. part. 7. folio 76. Vital. in tract. claus. tit. an alimen. renunc. poss. colum. 3. Citadin. in loco infra allegando 157. in fi.* Imo etiam extraneis hæredibus incumbit
6 hoc onus, *vt per multa iura † probat Tiraq. dicto ver. libertis, num. 31.* & non minorem reuerentiam tenetur
7 exhibere patri sui patroni, quàm ipsimet † patrono, *l. 4. §. prætor, & l. generaliter, ff. de in ius vocan. Ruin. in cons. 144. num. 11. volum. 5. Crot. in l. si constante, num. 162. ff. solu. matrim. vbi à reuerentia inferunt ad alimenta.*

Econtra quoque patronus diues alit libertum,
8 † qui est pauper, *l. alimenta, ff. de lib. agnos. l. diuus, ff. de iure patron. Specul. d. tit. qui fil. sint legit. §. fi. num. 9. Pract. Pap. in forma libelli, quo agit ad lega. rei sing. num. 78. Paul. Citadin. de iure patron. num. 177. in fi. ver. octauo &, num.*
9 *157. in fi.* Et sicuti libertus, qui negat alere † patronum, cum potest, reuocatur in seruitutem, *l. alimenta, §. fi. ff. de lib. agnoscen. l. diuus. §. fi. l. libertus à patro-*
10 *no, ff. de iure patron.* ita patronus perdit ius, † quod habet in libertum. *d. l. alimenta, in princ. Specu. d. §. fina. num. 9. Rolan. de lucro dot. q. 67. num. 6. Cordub. d. §. solent, num. 14.* qui tamen, *num. 13.* dicit, quod libertus tunc solum redigitur in seruitutem, quando ipsi patrono negauit alimenta, non etiam, quando pa-
11 rentibus vel filiis † patroni negauit, quia in eis

non

non militat ratio accepti beneficij. Hæc tamen causa per eum allegata, non valet, quia videmus, quod etsi ratio dati beneficij conueniat soli patrono, tamen illius contẽplatione obligatio alendi extenditur ad patroni filios, vxorem & parentes, quia eis quoque libertus obsequium præstat, *vt dicitur in ea l. si quis à liberis, §. fi. ff. de libe. agnoscen.* Et cum pater & filius idem sint, cum ipso patrono, sicuti omnes sunt alendi, ita plectitur pœna libertus, qui negat alimenta: potest tamẽ opponi, quod lex pœnam libertatis amittendæ imponens loquitur solum, quando negat alimenta. Ideo cum tra-
12 ctemus de pœna, † non debet extensio admitti ad alios casus, *c. in pœnis, de reg. iur. in 6. l. factum cuique, §. in pœnalibus, vbi Dec. & Cagnol. ff. eo. tit. Ias. in l. cum quidam, num. 10. & seq. ff. de lib. & posthum. Crot. in cons. 112. num. 14. Bello. in cons. 42. num. 7. etiam vbi ext at ratio, Ias. in d. l. cum quidam, num. 7. & seq. vbi dicit communem, Cranet. de antiquit. temp. par. 4. in princ. num. 148.* Et in præsenti casu non tanta ratio militat, vbi alimenta fuêre denegata parentibus patroni, vel eius liberis, quanta versatur, quando denegantur ipsi patrono, cui non alij acceptam ferre debet libertatem. Et non
13 est dubium, quòd priuatio † est pœna. *§. cum igitur, versic. siu autem non maluerint, in Authen. de non eligen. secundo nub. Barb. in cons. 51. num. 22. & 23. volum. 1. Socinus iunior in cons. 27. num. 26. volum. 4. Bero. in cons. 15. num. 6. volum. 1. D. Becius in cons. 9. num. 3. cons. 104. num. 12.* Pœna
14 autem priuationis † non habet locum, nisi in casibus expressis, *d. §. cum igitur, ver. non est tex. Bal. in Authen. ex testamento, num. 5. C. de secun. nupt. Alexan. in l. etiam. §. 1. num. 7. ff. de solu. matrim. Roma. in cons. 405. num. 2. Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. reuertatur, num. 249. C. de reuoc. donat. Ioan. de Garron. in d. Authen. ex testamento, numero 48. Cagnol. in l. si quis maior, num. 87. C. de transact. Crot. in cons. 7. num. 16. cum infinitis similib.* Addo quòd dum lex tractat de alimentis patrono præstandis, subiicit statim de parentibus & liberis, at pœnam imponit separata lege, nulla facta parentum, vel liberorum mentione, cum tamen id facile fuisset exprimere si Iurisconsultus id voluisset *l. vnica, §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen.* Et si hoc voluisset, dixisset vtique imponendo pœnam, sicuti dixit extendendo onus alendi. Et in *l. neque, C. de obseq.* patrono imponitur alia pœna. Ideo placet quoq; aliis, quod pœna non extendatur, eo præcipuè attento, quòd non est tanta facilitas in decernendo alimenta parentibus & liberis, quæ est in fauorem patroni, *vt inquit tex. in d. l. si quis à liberis, §. vtrum autem.* Vide tamen, quæ dicam inter priuilegia alimentorum, in priuilegio, an libertus priuetur libertate, ob negata alimenta. Prædicta autem conclusio, quæ habet, quòd libertus teneatur alere patronum, multis modis extenditur à Tiraquel. *in d. l. si vnquam, in ver. libertis, num. 31.* vbi inter alios casus
15 vult, quòd etiam priuignus †‖ patroni alendus ab eo sit, *per text. in l. neque, C. de obseq. lib.* qui text. loquitur non de alimentis, sed de reuerẽtia exhibenda, *vt intelligũt Glos. & Bal. ibi:* imo nec de exhibenda reuerẽtia, sed ne sit priuignus iniuriosus, quòd multum differt à reuerentia. Porrò, si patronus ipse non tenetur priuignos alere, vt dixi suprà, quare id oneris iniungi debet liberto? Addo, quòd non etiam videtur ea ratio obligandi patronum erga libertum ad alimenta, qui ipsum libertum obligat erga patronum, nam libertus tenetur ratione susceptæ tam singularis beneficij, & ratione reliquiarum præcedentis seruitutis, at nihil tale considerari potest in patrono, quo fit, vt nec priuãdus videatur, si neget liberto alimenta. Cogita tamen, quia lex hoc dicit expressè. Hanc autem diuersitatem considerauit *l. alimenta, ff. de liber. agnos. iuncta l. si quis à liberis, §. solent,* dum patrono mandat alimenta præcisè præstari, liberto vero causatiuè, nisi malit patronus perdere ius quod in eum habet. Extendi-
16 tur etiam ad eum libertum, qui fuit † liberatus à præstatione operarum, quia tenetur nihilominus ad alimenta, *l. libertus qui, ff. de oper. liber.*

Declara prædictam conclusionem, vt non pro-
17 cedat in hærede liberti, † qui non tenetur ad alimenta erga patronum defuncti, *l. hæres liberti, ff. de obseq. liber.* Et ratio est, quia alimenta debentur ob beneficium ex antidorali obligatione, *declarat Iason in d. l. si non sortem, §. libertus, num. 4. & seq. ff. de cond. indeb.* Ex qua etiam obligatione tenetur exhibere reuerentiam. Hæc vero omnia sunt personalia, & cum persona extinguuntur, secus esset, quando essent realia, *vt declarat Cordub. in l. si quis à liberis, §. item rescriptum, num. 2.* dum tractat rationẽ diuersitatis inter hæredem filij, & hæredem liberti. Et hac ipsa ratione filij libertorum non tenentur mortuo pa-
18 tre alere † patris patronum, licèt aliud sit viuente patre, *vt est text. in l. si. vbi pulchrè glos. C. de liber. & eor. libe. glos. in d. l. si quis à liberis, §. vtrum autem.* Quæ subdit,
19 quòd parentes patroni † tenentur alere libertos filiorum, *Ruin. d. cons. 144. num. 12. & seq. volum. 5. Crot. d. l. si constante, num. 162.* Hæc autem obligatio alendi patronum, non tam descendit à iure ciuili, *vt probatur in l. si. de libe. agnos.* quam à naturali quadam ratione, per quam benefacienti repẽdendum est beneficiũ, *l. si non sortem, §. libertus. ff. de condict. indeb. ideo Coras. in l. omnia, num. 6. ff. de offic. præfect. vrb.* dicit, liber-
20 tum teneri † naturali & ciuili iure. Hæc tamen naturalis obligatio deficit prorsus in patrono erga libertum, quia in eo non potest considerari ratio accepti beneficij, sed in eum cogatur alere à quo exigeret alimenta, si ageret, *argumentum l. secundum naturam, ff. de reg. iur.* Intellige tamen tũc patronum
21 dandum, quãdo patronus † deuenit ad extremam egestatem, *secundum glos. in c. quicunque, 16. q. 7. sequitur Bal. in l. si. in fi. C. de reuoc. dona. dicam tamen infra in quæstione, an ecclesia alat patronum.* Intellige etiam, vt libertus, qui non aluit patronum, non reuocetur in
22 seruitutem, quando fuit † alimentatus ab alio, *vt declarat Corne. in cons. 120. colum 2. volum. 1. Rol. de lucro dot. quæstio. 67. in fi. vbi alia similia congerit.* Quando tamen libertus seruit patrono præstando operas ei de-
23 bitas non tenetur victum ministrare, † si libertus diues est, secus si pauper sit, *glos. in l. suo victu, ff. de oper. libert. sequitur Bartolus in l. si non sortem. §. libertus, numero 31. vbi Iason numero 28. dicit esse communem, ff. de condit. indeb.*

SVMMARIVM.

1 *Alumnus alit nutritorem & nutricem, pauperes.*
2 *Alumnus non vocat nutritorem in ius sine venia.*
3 *Alumnus non est testis integer pro nutricio.*

QVÆSTIO LII.

1 ALVMNVS, qui diues est, alit nutritorem † & nutricem, *vt probatur in l. si quis à liberis, §. etsi impubes, ff. de liber. agnoscen.* vbi Cordub. dicit, quod non potest in ius vocari
2 sine venia, † *secundū Alciat. quem citat, & ibi latè agit de intellectu l. 1. §. fi. ff. de obseq. præstan.* Huius dicti duplex est ratio; vna, quæ deducitur à reuerentia, quam alumnus tenetur erga nutritorem exhibere: obligat enim hæc reuerentia ad alimenta, *vti sæpe diximus, & probant Ruin. in dicto cons. 144. num. 12. volum. 5. Crot. in l. si constante, num. 162.* Altera verò fundatur super beneficio recepto, quod obligat ad antidora. Diximus autem in præcedenti quæstione, obligationem antidoralem producere necessitatem aliendi. Negabit autem nemo, quia alumnus plurimum debeat nutricio: ea enim ratione non †
3 recipitur in testem, *vt per Bal. in l. parentes, num 3. C. de testib. Alber. de Malet. in tracta. testium, par. 1. num. 26. Lanfran. de Oriano in eodem tracta. num. 61. vbi dicit esse communem opinionem.*

SVMMARIVM.

1 *Discipulus alit magistrum pauperem, & num. 4.*
2 *Tutor donare potest magistro pupilli.*
3 *Magister est loco parentis.*
4 *Discipulo sancta videri debet persona magistri.*
5 *Patriæ, parentibus & magistris gratias referre non possumus.*
6 *Discipulus exhibere debet reuerentiam Doctori suo.*
7 *Magister non minorem in discipulum habet potestatem, quàm pater in filium.*
8 *Magister non potest in ius vocari sine venia.*

QVÆSTIO LIII.

1 DISCIPVLVS quoque alit suum magistrum in necessitate † constitutum, est textus clarus *in l. secunda, §. fina. ff. de origine iur.* qui exemplum ponit in Sabino, cui discipuli ministrarunt necessaria. Et dicit text. *in cap. quia nonnullis, de magistr.* quod docentis necessitas releuari debet. Et sicuti tutor potest donare magi-
2 stro † pupilli, *l Aquilius Regulus, de donat. l. cum plures, §. cum tutor, ff. de administr. tutor.* ita fortius subleuare cogitur positum in necessitate. Accedat, quòd Do-
3 ctor seu magister † est loco parentis, *l. 1. ibi, filios erudire, vbi glos. C. de excus. artific. lib. 10.* vbi discipulus filius appellatur. & glos. *in l. liberto, ff. de obseq.* dicit, quòd sicuti filio & liberto patris & patroni perso-
4 na sancta videri debet, ita & discipulo † persona magistri. At filij patrem alere tenentur egenum, *dicta l. si quis à liberis, §. si vel parens, ff. de liberis agnoscen.* Ergo & discipulus. Hanc sententiam primus omnium pronunciauit Innocen. *in cap. 1. in fi. de magistr. vbi Ann. num. 11. & sequitur ibi Imola, Alber. in proœm. Digest. §. quibus, in l. 1. in fi. princip. ff. de iustit. & iure, Bald. in d. l. 2. in fi. Roma. in sing 139. Bologni. in Authen. habita, num. 72. C. ne filius pro patre.* vbi scholaribus consulit, ne eligant pauperem Doctorem: quod consilium vti aureum, ita parum vtile est scholaribus, quod Doctores pauperes solicitè magis atque accurate instruunt multos, *citat Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. etsi impubes, num. 11. Ascan. in tracta. de patr. potesta. esse. 17. num. 5. Rolan. in cons. 5. num. 10. volum 3,* Mihi verò non placet eiusdem Cordub. distinctio, per quam limitant nostram conclusionem nō procedere, quando Doctores priuatum vel publicum habent salarium: nam nunquam tam optima sunt stipendia, quæ debitum collati beneficij extinguere possint. Est enim vulgò receptum sapiens illud dictum,
5 quòd patriæ parentibus & magistris † pares gratias referre nunquam possumus. *Videri potest Gell. Noct. Attic. lib. 4. cap. 3. Cag. qui alia congerit, d. l. 2. in fine, num. 582.* & eius merces solui non potest nimis larga, *vt in d. l. cum plures, §. cum tutor.* Conferunt, quæ supra diximus de antidorali obligatione, quæ causat necessitatem alendi, ita vt qui egregium beneficium recepit, alere teneatur. Sic vidimus in liberto & alumno: accedit etiam reuerentia, quàm te-
6 netur discipulus exhibere suo † Doctori, *secundum glos. in dicta l. liberto.* Et magister non minorem ha-
7 bet potestatem in discipulum, quàm habeat † pater in filium, *glos. pen. in cap. 1. 23. quæst. 5.* Qua ratione
8 non potest in ius vocari sine † venia, *Alber. in l generaliter, num. 2. C. de in ius vocan. Socin. ibi, num. 8. Bologn. d. Authen. habita, num. 76. Cordub. qui addit Boer. Rebuff. d. §. etsi impubes, num. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia alit patronum pauperem.*
2 *Benefacienti benefacere debemus.*
3 *Ecclesia dicitur mater pauperum.*
4 *Ecclesia amplectitur omnes tanquam filios.*
5 *Ecclesia bona sua pauperibus distribuit pro parte.*
6 *Bona Ecclesiæ sunt pauperibus communicanda necessitatis tempore.*
7 *Ecclesia magis tenetur erga patronum, quam erga aliū.*
8 *Patrono pinguiora alimenta præstat Ecclesia, quàm aliis faciat.*
9 *Ecclesia, quæ domo recepta, promisit me alere, tenetur etiam peremptā domo.*
10 *Patronus alitur ab Ecclesia, etiamsi dos data sit peremptā.*
11 *Causa cessante, non cessat effectus consummatus.*
12 *Ecclesia alit filios & familiam patroni.*
13 *Occidat quis, vel mortis causam præbeat, nihil interest.*
14 *Ecclesia tenetur de homicidio, si scienter permittat patronum fame perire.*
15 *Patronum non alit Ecclesia, nisi extrema laboret egestate.*
16 *Paupertas extrema dicitur, quando non habet quis bona, nec ex industria quærere potest.*
16 *Ecclesia non alit vniuersitatem patronam, sed solos vniuersitatis Rectores.*

QVÆSTIO LIIII.

1 ECCLESIA quoq; alit patronum suum, si pauper sit, & egestate laboret, & † idem in filiis ipsius patroni, *est textus in l. quicunque, 16. q. 7. est text. in c. nobis, vbi notant omnes, de*

mnes, de iure patron. & in vtroque loco ponit glos. est etiam text. in cap. fina. 10. quæstio. 2. & in dictis locis ponunt etiam Doctores. hanc sententiam probant Alber. in rub. C. de alen. lib. Pau. de Citad. in tracta. de iure patron. in 4. artic. 6. par. num. 157. Lamberteng. in eod. tracta. lib. 3. in 3. princip. quæstio. in fi. in princ. Felin. in c. cum omnes, num. 32. de constitut. Cassad. de iure patr. decis. 3. num. 2. Ioan. de Plat. in rub. C. de decurion. in fi. lib. 10. Ripa in l. cum filio, num. 15. ff. de leg. 1. Bero. in cons. 5. num. 63. volum. 1. Duen. in reg. 187. num. 14. Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. fina. num. 20. & 28. ff. de lib. agnosc. Et procedit etiam, si vnicus sit rector vel beneficiatus illius Ecclesiæ, *vt probat Bart. in d. l. si quis à liberis, §. de alimentis, post Dyn. ibi, & sequitur Paul. de Cit. ad. loco prædicto, num. 161. in fi.* Oritur autem hæc obligatio à naturali ratione, secundum quàm be-
2 nefacienti † debemus benefacere, *cap. cum in officiis, de testam. l. sed si lege, §. consuluit, ff. de petit. hæred.* Quæ ratio etsi generaliter valeat apud omnes, tamē de-
3 bet multo magis valere apud Ecclesiam, quo † dicitur mater pauperum, *cap. ad Romanam Ecclesiam, 2. quæstio. 6.* & nemini claudit gremium suum, sed o-
4 mnes amplectitur † tanquam filios, *l. liquet, §. hoc igitur, C. de summa Trinita. & fide Cathol.* & facultatum
5 partem per ministros distribuit † in pauperes, *cap. nobis, & cap quarta, 12. quæstio. 2. cap. decima, 16. quæst. 1. l. 2. C. de episcop. & cler.* Et dicit gl. *in cap. fi. 12. quæst. 1.* quòd res Ecclesiæ & clericorum dicuntur esse paupe-
6 rum, ex quo necessitatis tempore † sunt eis communicandæ. *secundum tex. in c. conuenior, 23. quæst. 8. & in cap. sicut hi, 67. distinct.* Qua ratione videtur, superfluam esse quæstionem: si enim ecclesia cuicunque egeno tenetur subuenire, ad quid quærere, an teneatur erga patronum? Sed magis obstringitur
7 Ecclesia erga patronum, quàm † erga alium, à quo nihil recepit, *glos. in cap. pen. de iure patron.* & ordinata charitas magis dirigitur in eos, à quibus recepimus beneficium, quàm in alios. Ideò glos. *in cap. nobis, de iure patron.* dicit, quòd pinguiora alimenta da-
8 bantur patrono † quàm soleat Ecclesia aliis dare, *sequitur Citadin. d. num. 157. Abb. in d. c. nobis, num. 6.* vbi addit, quod patrono datur actio contra ecclesiam, de quo tamen suo loco dicemus, atque ita secundum eum duo operatur hæc obligatio: primum, quòd pinguiora præstantur: secundum, quod petuntur iure actionis.

Ampliatur autem hæc conclusio, vt procedat etiamsi dos data Ecclesiæ à patrono sit perempta, quia nihilominus Ecclesia subuenire tenetur patrono, per id, quod voluit Bal. *in l. 1. in fi. C. de iure em-*
9 *phyt.* vbi, si donaui domum Ecclesiæ, vt me † alat, tenebitur Ecclesia, etiamsi domus fuerit combusta, vel perierit, *sequitur Crem. sing. 1.* nam tradendo rem, impleui contractum ex parte mea, & translato semel dominio, res perit domino, non mihi.
10 Hoc voluit † in nostris terminis, Citad. *in d. artic. 4. num. 165.* Ego arbitror, hanc decisionem veram, sed non per supradictam rationem: sed quia ratio recepti beneficij durat etiam re perempta, ideo remanet semper antidoralis obligatio, vt videmus in donatario, qui tenetur alere donatorem, si dies sit, etiam vltra quàm ferant redditus rei donatæ, *vt dixi supra ex Ripa, in l. fin. num. 165. C. de reuoc. donat. vbi declarat Saliceti dictum ibi.* Causatur enim obligatio antidoralis, & contrahitur eo ipso, quod patronus dotat Ecclesiam: proinde si cesset dos, vt quia res pereant, non cessat effectus obligationis, qui erat
11 consummatus. Cessante † enim causa, non cessat effectus cōsummatus, *l. si. in princ. ff. vnde lib. l. inter stipulantem, §. sacram. ff. de verb. oblig. Tiraq. in tract. cess. cau. lim. 12.* Cum ergo nō res ipsę sint in causa, quod Ecclesia alat patronū, sed obligatio oriatur ex donatione, licèt cesset res: quia tamen nō cessat ipsa datio, præstanda sunt alimenta. *Et hanc ampliationem sequuntur Cyn. Ang. & Albe. in d. l. 1. C. de iure emphyt. Ias. in l. quo minus, num. 178. ff. de iud. Cord. d. §. solent, num 31.*

Amplia quoque, vt non solum patronum, sed
12 etiam filios † & familiam teneatur Ecclesia alere, *c. filius, & c. quicunque, 16. quæst. 7. Lambert. in tract. patron. lib. 3. quæst. 3. princip. artic. 6. num. 1. & 3. Cordub. in d. §. solent, num. 28.*

Amplia, vt Ecclesia in tantum teneatur, quòd si sciem patroni indigentiam permittat eum fame
13 perire, teneatur de † homicidio, *l. necare, ff. de libe. agnosc. en.* & nihil interest, an occidat quis, vel mortis causam præbeat, *l. si quis necandi, C. ad leg. Cornel. de sicar.* & dicitur malum committere, qui illi non occurrit, cum possit, *cap. pasce., distinct. 86. cap. quantæ, de*
14 *sent. excomm. ponit* † *in proposito Pau. de Cit. ad. loco prædicto, num. 164.*

Restringe quæstionis nostræ conclusionem, vt procedat, quando patronus summa laborat ege-
15 state, † *ita voluit gl. si. in d. c. quicunque, 16. q. 7. quē sequitur Bal. in l. si. in fi. C. de reuoc. donat.* Summa autem egestas est, quando is non habet de proprio, nec potest vi-
16 uere ex industria, † & non extat persona, quæ de iure compelli possit ad præstādum alimenta, *quemadmodum declarat Bar. in l. si quis à liberis, § item rescriptū, ff. de liber. agnos.* vbi inquit, appellari summā necessitatem, quando nullus extat, qui teneatur alere, *per l. qui duos, ff. de reb. dub.* Sed Pau. Citad. *in sæpius relato loco, num. 158.* dicit etiā tunc alendum esse patronum, quando tendit ad magnam paupertatem, quia dicitur ad inopiam redactus, qui non potest viuere secundum statum suum. Affert simile de marito vergēte ad inopiam. Allegat etiam, quod dicimus, patrem teneri ad alēdum filium, etiam, qui posset ex industria seipsum alere exercendo artem infamem, vel indecentem, cum tamen non sit in extrema necessitate. Ego tamen intelligo extremam inopiam non, quia aliter ali non possit honestè, sed quia etiam non habeat alium sibi ad alimenta obligatum, quo casu si habet patronus vxorem, patrem, vel alium, non petit alimenta ab Ecclesia.

Declarat etiam Citadin. *ibi, num. 161.* vt Ecclesia
17 non teneatur vniuersitatem alere, † quæ sit patrona, sed solos Rectores vniuersitatis, *secundum Archidiac. in c. si plures, 16. q. 7.* & quia ibi perfectè loquitur, non prosequor.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus non tenetur alere dominum, vide tamen nu. 12.*
2 *Vasallus feudi nō priuatur eo, quod dominū non aluerit.*
3 *Lege cautum quod non reperitur, non est de nouo inducendum.*

4 *Onera non sunt multiplicanda.*
5 *Priuatio non habet locum, nisi in casibus à iure expressis.*
6 *Vasallus non alit dominum, qui illius culpa incidit in egestatem, item quando omnia bona habuit in feudum.*
7 *Vasallus Ecclesiæ alit legatum sedis Apostolicæ constitutum in necessitate.*
8 *Vasallus stante pacto inuestituræ, tenetur dominũ alere.*
9 *Feudum recipit quæcunq; pacta, quantumuis extranea.*
10 *Vasallus qui pactum alendi dominum non seruat, feudum perdit.*
11 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
12 *Milites aluntur à Republica, quam defendunt.*
13 *Dominus tenetur alere vasallum de fructibus feudi ad se reuersi.*
14 *Feudum dicitur beneficium.*
15 *Vasallus feudi concessi ob merita, tenetur nihilominus alere dominum.*
16 *Vasallus priuatur feudo omnibus in casibus, quibus reuocari potest donatio.*
17 *Ingratitudo quælibet egregia sufficit ad feudi priuationẽ.*
18 *Expressum dicitur, quod continetur in generalitate dispositionis.*
19 *Expressum dicitur, quod fuisset dictum à partibus, si de eo fuissent interrogatæ.*
20 *Vasallus pro feudo concesso ad certum seruitium, non tenetur ad aliud.*
21 *Ingratitudini futuræ nemo potest renunciare.*
22 *Expressa magis nocent.*
23 *Generali in dispositione non venit, quod non fuisset in specie concessum.*
24 *Donatio superuenientibus filiis reuocatur, etiamsi promisit donator eam non reuocare.*
25 *Vasallus pacisci potest cum domino, quod ad nullum teneatur seruitium.*
26 *Feudum perditur ex causis ordinariis, licèt vasallus ex pacto ad nullum teneatur seruitium.*
27 *Feudum alteratum in aliquibus, retinet in reliquis naturam suam.*
28 *Feudũ esse non desinit, licèt vasallus à seruitio liberetur.*
29 *Donatio ob merita nõ reuocatur ptextu ingratitudinis.*
30 *Feudum ob merita concessum non perditur propter ingratitudinem.*
31 *Feudum ob merita concessum non dicitur beneficium.*
32 *Donatio remuneratoria continet permutationem, & habet titulum onerosum.*

QVÆSTIO LV.

VASALLVS item, an teneatur dominum alere, quærũt Doctores: & multi in eam
1 iuêre sententiam, quòd † non teneatur, & inter eos præcipuus est Iacob. de Ardizo. *in summa feudi, c. 61. colum. fi.* vbi dicit, nunquam audiuisse hoc fieri, vel consuetudine obtineri, *Ioan. And. ad Specu. in tit. qui fil. sint legit. §. fi. num. 11. in fi. vbi ponit in omnib. verba Ardizo. idem voluerunt Rayn. Isern. Præpos. & Afflict. in c. licet, in 3. col. si de feudo fuer. controuers. inter do. & agnat.* Et ibi inquit Aluar. quòd hoc iure cautum non reperitur, *Salic. in l. solo, C. de lib. cau.* vbi quod non priuatur ideo feudo, cum lege aut consuetudine feudorum scripta non caueatur, & regula sit, quòd amicus amicum, & pupillus tutorem non alat. Et ad id, quod dicitur de filio, qui patrem alit, & de liberto, qui alit patronũ, respondet, quod alia in eis est ratio. Nã pater inesse producit filium, & patronus producit libertum, & in existentiam libertatis. Imò Aluar. *d. c. licet*, inquit, hãc esse communem. *Curt. in tract. feud. par. 4. in princ. post quartam dubitatio. ver. ideo faciunt prædicta ad notabilem. & rursus, in causa 38. colum. 1. ver. ego autem aduertendum.* vbi ait, feudistas communiter tenere, quòd vasallus non
2 priuetur feudo, si non alat † dominum, *Iacob. de S. Georg. in sua inuestit. in ver. & cum pacto, quod dicti vasalli præstent singulis annis, num. 2.* vbi inquit, *placere sibi sententiam Iacob. de Ardizo. & Aluar. idem Iacob. in tract. de homag. num. 29. Paris de Puteo in comment. Isern. in tit. 6. colum. 2. Zas. in tract. feud. in par. 7. num. 43. ver. verum tamen dominum creditoribus pressum, folio mihi 76. subdens, hanc doctrinam esse communiter receptam, Paris de Put. in commen. Isern. in tit. 45. si de feudo defunct. fuer. controuers. inter dom. & agn colum. 11. ver. an vasallus teneatur alere, Capic. in sua inuestit feud. §. feudorum alimenta, in princ. vbi dicit communem, Clar. de feud. in q. 23. vbi pariter dicit communem, Rolan. qui hanc sententiam multis rationibus tuetur, in cons. . num. 15. & seq volum. 3.* Principalis eorum
3 ratio est, quia non reperitur iure † cautum, ideo non est inducendum de nouo, *l. illam, C. de collation. Archid. in proœm. sexti.*

Secundò, quia onera non sunt multiplicanda
4 in humeros vasalli, qui iam † multa tenetur alia præstare, *argumento l. semper in obscuris. ff. de reg. iur. & in l. Titia, §. qui in vita, ff. de lega. 2.* & sicuti à principio quælibet res præsumitur libera, *l. altius, C. de seruit.* ita ex post facto eam capere debemus interpretationem, per quam seruitus quanto minor fieri potest, inducatur, id est, vt seruitus sit leuior, nõ grauior, præcipuè cum agamus de inducenda priuatione feudi, casu quo vasallus alimenta non præ-
5 stet: non enim induci debet priuatio, † nisi in casibus expressis, *§. cum igitur, in Authen. de non eligen. secun. nuben. cum aliis citatis in quæstio. an libertus alat patronum.* Duobus tamen in casibus prædicti omnes Docto. admittunt, dominum alendum esse à vasallo. Primus est, quãdo dominus incidisset in egestate culpa vasalli, puta ne vasallum defenderet. Secundus
6 † est, quãdo infeudasset omnia bona, vel maiorem partem, vel feudum esset admodum pingue & magnũ, & in his conueniunt omnes. Addit Iac. de Ar-
7 dizo. tertiũ casum in legato sedis Apostolicæ, † qui in suis necessitatibus adiuuãdus est, *c. ego episcopus, §. legatum, de sacram. & for. fidel. cap. etsi quæstiones, extra, de simon.* Adest & quartus casus, quando in inuestitura conueniisset dominus super alimentis sibi præstan-
8 dis existente † necessitate, *Isern. in d. c. licet*, vbi consulit, quod semper fiat tale pactum, quia secundum eum pactum etiã præter feudi naturam est seruandum, *c. 1. §. pen. quid sit inuestitura.* Admittuntur enim
9 in feudo pacta † quantumuis extranea, *cap. 1. de feud. non hab. prop nat. feu.* & dicit Bald. *in tit. qui feud. da. poss.* quod pactum trahit feudum extra naturales terminos feudorum, *Rolan. in cons. 50. num. 2. volum. 3. decis. Pedem. 23. num. 20. D. Becius in cons. 101. num. 20. & seq. & prædictum cons. Isern. probauit Iacob. in d. tracta. de homag. num. 29. in fi. vbi monet, quod ita fiat, idem in d. ver. & cum pacto, in fi. Cur. iun. in d. quarta dubit. ver. ideo faciunt, in fi.* vbi dicit, quod appositio pacto, si vasallus non illud

obseruabit

10 obseruabit,† feudum perdet, *Paris de Puteo ad isern. d. col. 11. Rolan. in d. cons. 5. num. 17. Marin Frec. de feud. de authorit. Baro. in vasall. author. 20. in fi.* vbi dicit, quod regula data inter Baronem & Vasallum, non licet ab ea recedere. *l. 1. §. si conueniat. ff. de depos.* quia ex pro-
11 uisione † hominis derogatur prouisioni in legis. *l. fi. C. de pact. conuent.* Specu. tamen *in tit. qui fil. sint legit. §. fi. num. 11.* tenet, quòd vasallus tenetur alere dominum, argumento liberti qui alit patronum, *glos. & Docto. in d. l. si quis à liber. §. solent. ff. de liber. agnos. idem voluit Placent. in summa, C. de alend. lib. §. fi. prout eum referunt Iac. de Ardizo. d. c. 61. & Io. And. ad Specu. loco præ-*
12 *dicto.* Et mouetur, quia † milites ali debẽt à Republica, quam tuentur & defendunt contra hostes, *Bart. in tract. de alimen. nu. 45.* vbi quòd aliàs dominus potest eum priuare feudo, *idem Bar. in l. alimenta, §. Imperatoris, num. 1. ff. de liber. agnos.* vbi adducitur argumento donatarij, qui tenetur alere donatorem, *l. fina. C. de reuoc. donat.* & quia vasallus cogitur iuuare dominũ, *c. 1. quæ sit forma fidelit.* At negando alimenta, non solum non adiuuat, sed necat, *l. necare, ff. de liber. agnos. Bal. idem tenet in l. vnica, §. sed scimus, circa fi. C. de lati. lib. tollen.* restringẽdo tamen, vt alat de redditibus feudi, non de propriis bonis, argumento donatarij, de quo ponit glos. *in l. in condemnatione, ff. de reg. iur. Pract. Rap. forma libelli, quo ag. ex leg. rei sing. §. 1. num. 79.* Eiusdem partis fuit Roman. *in l. si quis non quasi, num. 1. ff. de acquiren. hæredit. allegat Placent. & adducit,* quia melius est in dubio ministrari, quam negari alimenta ei, qui aliquo casu futurus est dominus, *l. 1. §. sed si maritum, de ventre in possess. mit.* Quod argumentum licèt Romanus non dicat, desumpsit ab Ardizo. *d. c. 61. colum. 2. in fi.* Idem tenuit Aret. *d. l. si quis non, colum. 2. ver. ex isto tex.* vbi mouetur ratione Baldi, quod sicuti dominus tenetur alere vasallum
13 de fructibus † feudi ad se reuersi, *cap. 1. an mut. vel alit. imperfect.* ita & multo magis vasallus de eisdem fructibus alit dominum. Addit quòd vasallus est domino obligatus ad antidora, quia recepit feudum,
14 quod est † beneficium, *vt inquit tex. in c. 1. §. fi. quibus mod. feud. amit. Hostien. in summa de feud. §. 1. sequitur Iaco. de Ardizo. Ioan. Blan. Bal. Aluar. Mart. Laud. Cardin. & Iason in prælud. feudor. Cardin. & Imo. in cap. 2. de feud. Alexan. in cons. 136. colum. 5. volum. 1. & sequuntur communiter Doctores.* Et diximus supra, quod antidoralis obligatio producit necessitatem alendi. Prædictos sequutus est Iaf. *in vsib. feud. num. 20.* vbi cum Bar. & Bal. tenet, dominum alendum esse à vasallo. Cum his transit Marin. Frec, *in tracta. de authorit. & potest. Baro. in author. vigesima,* vbi pro hac parte allegat Iacob. de Ardizo. & Iacob. præcipuos partis aduersæ defensores, & subdit, quod in concessione feudi inest tacita legis conditio, quod de fructibus alat dominum, & ideo lex obligat vasallum, ne dominus illum habeat ingratum. Et ampliat procedere, etiamsi feudum fuerit concessum propter meritorum magnitudinem, quia non per hoc mutatur
15 † natura feudi quoad alimenta præstanda. *Idem voluit Cerdub. in d. l. si quis à liberis. §. solent, num. 32. ff. de liber. agnosc.* Mouetur ex *l. libertus, qui operarum, ff. de oper. liber.* vbi libertus alioquin solutus omni obligatione operarum, cogitur patronum alere ex quo inopia patroni per inuidiam illum cõuenit. Hæc opinio multis iuuatur, *vt per Iac. de Ardizo. in dicto cap. 61.* & eamet ratione mihi arridet, quæ versatur in fauorem donantis, intelligendo tamen de feudo non minimo, quia si egregium beneficium contulit dominus, & vasallus illum deserat egenum, efficitur ingratus, sicuti est ingratus donatarius, qui non alit donantem constitutum in extrema inopia: & certa est regula, quòd vasallus feudo
16 priuatur ex omnibus causis, † quibus reuocari potest donatio. *Est text. in cap. 1. §. prædictis modis, quæ fuer. prima cau. benef. amitten. vbi sequuntur Doctores communiter. secundum Curt. iun. de feud. par. 4. in 38. cau. priuatio.* Et dicit Aluar. *in d. §. prædictis,* quòd in feudi priuatione cadit eadem æquitas, quæ militat contra donatarium & filium, *Zas. de feu. part. 10. vers. c. duodecima conclusio, folio mihi 169.* vbi inquit, quamcunque egregiam ingratitudinem sufficere † ad feudi pri-
17 uationem, *Tiraquel. in l. si vnquam, vers. donatione largitus, num. 336. C. de reuoc. donat. Vit al. in tract. claus. in tit. an renunt. poss. alim. colum. 3.* Quare tenebitur vasallus alere non tam lege feudi, quàm lege rationis. Et non obstant contrariæ partis fundamenta, quæ leuia sunt: quamuis enim specificè non habeamus quæstionem decisam, exstat tamen generalis determinatio, quòd propter ingratitudinem amittitur feudum, & nulla maior ferè committi potest ingratitudo, quàm dominum fame necare. Habemus item argumentum à simili in liberto: & licet dominus non produxerit in esse vasallum, vti patronus & pater producunt libertum & filium, tamen satis est, quod egregium beneficium in eum contulerit eius beneficij ratione, circumscripta etiam illa productione obligatur ad alimenta, vt videmus in donatario: & licèt multiplicanda sint onera, tamen sustinenda est multiplicatio, quando iure vel ratione inducitur. Et hic casus satis dici-
18 tur expressus, † ex quo continetur in generalitate, *l. 1. vbi Doctores, ff. de vulg. Bart. in l. prætor, in princ. ff. de oper. noui nunt.* & habetur pro expresso, quod partes
19 disposuissent, si fuissent de eo † interrogatæ, *glos. in l. tale pactum. ff. de pact. Gozad. in cons. 4. num. 31. Socin. iun. in cons. 77. in fi. volum. 3.* Et cum sit communis opinio, vt constat ex supracitato Doctorum numero, non est ab hac recedendum.

Limitatur tamen, secundum Marin. Frec. *in dicta Authen. 20. in fi.* non procedere, quando feudum
20 datum foret † ad certum seruitium, quia tunc ad aliud non tenetur vasallus, *in c. 1. §. similiter, vbi Doctores, de Capit. qui cur. vend.* Et forma constituta à principio inter dominum & vasallum, est seruanda, *d. l. 1. §. si conuenat. ff. de depos. it. facit quod suprà diximus ex Iac. Ardiz. Io. And & aliis de pacto alendi.*

Hæc tamen limitatio mihi non placet, quia etiamsi vasallus ad certa seruitia feudum receperit, tamen ilud amittit propter ingratitudinem: nam
21 futuræ ingratitudini † nemo potest renunciare, *Specu. in tit. de donatio. §. 1. ver. quod si actum est, Bar. Bal. & Cast. in l. fi. C. de pact. Anch. But. Imo. & alij, in c. fi. extra, de donatio. infinitos allegat Tiraquel. in l. si vnquam, in præfatio. num. 140. C. de reuocan. donat. Ripa in l. fina. num. 180. C. de reuoc. don. vbi, an sustineatur pactum, quando firmatur*

ex iuramento, Vasq. latè de succeff. creatio. lib. 2. §. 21. nu. 165. Cum ergo ingratitudo remitti nō possit expressè, multo minus videbitur remissa, quando feudum
22 conceditur ad certa seruitia: expressa † enim magis nocent, quàm tacita, *l. expressa nocent, ff. de reg. iur.* & in generali dispositione non venit id, quod in
23 specie † quis erat concessurus, *l. obligatione generali, ff. de pignor. Caphal. in conf. 94. num. 36.* Ideo videmus, quod promittens simpliciter non reuocare dona-
24 tionem illam, reuocant † superuenientibus filiis, *vt post Bart. & alios concludit Ripa, in l. si vnquam, quæst. .... num. 4. & sequen. C. de reuoc. donatio vbi Tiraq. in præfatio. num. 122.* Præterea licet valeat pactum, quod va-
25 sallus † ad nullum omnino teneatur seruitium, *c. 1. §. nulla. per quos fiat inuestitu. cap. fina. vbi glos. magna, in princ. de Capit. qui cur. vend.* tamen eo casu feudum amittitur eisdem de causis & culpis, quibus perde-
26 retur, si nullum pactum subesset, † *vt voluit Isern. in c. Obertus, in tit. in quib. cau. feud. amitta. sequitur Alexan. in conf. 30. num. 24. volum. 1. Iacobin. de sancto Georg. in sua inuest. in ver. qui quidem inuestiti præstiterunt, num. 73. Aretin. in conf. 14. num. 3. in fi. ver. pro his facit, Curtius iun. de feud part. 1. quæst. 6. colum. 6. ver. ego teneo & concludo alios citat Paris. in conf. 23. num. 26. volum. 1. Ripa in d. l. fi. numero 181. C. de reuoc. donatio.* Et facit, quia feudum in ali-
27 quibus † altera tam retinet naturam suam in reliquis, *Isern in cap. 1. de feu. hab. prop. natur. Roma. in conf. 70. num. 2. Dec. in conf. 193. colum. penult. ver. secundo præmitto, Paris. d. conf. 23. col. 26. Brun. in conf. 29. D. Becius in conf. 101. num. 74.* Et ideo licèt datū sit ad certa seruitia, non tamen desinit committi propter ingratitudinem, & alias causas à iure feudorum inductas, *facit quod voluit Bal. in l. 2. quæstio. 16. num. 13. ff. de rer. diuis.* vbi ait,
28 quod res † non desinit esse feudalis, quando vasallus liberatur ab omni seruitio, *sequitur Tiraq. in l. si vnquam, in ver. donatione largitus, num. 339. in fi. C. de reuo. donat.* vbi multos refert, qui volunt, quòd tali casu non sit infeudatio, sed donatio. Sed non etiam mihi verum videtur quod voluit Marin. Frec. *d. author. 20.* feudum, ob merita concessum reuocari, si vasallus alimenta domino denegauit, nam si vera est regula, quam supra posuimus, ex eis causis feudum reuocari, ex quibus resoluitur donatio, consequens fiet, feudum datum ob merita minimè reuocari, quia donatio ob merita prætextu ingrati-
29 tudinis † non reuocatur, *glos. in cap. fina. de donatio. gl. in l. fina. ver. inueniatur, C. de reuoc. donat. Roma. in conf. 26. in vlt. dub. Guido Papæ, conf. 214. Alex. in conf. 40. volum. 4. Ripa, qui dicit ita tenere omnes, in dicta l. fina. num. 150. Est text. expressus in l. pater, §. 1. ff. de donatio. quem post Roma. & alios dicit singularem Ripa in l. si vnquam, quæstio. 14. numero 29. C. eodem titu. vbi Ripa in ver. donatione largitus, num. 13. allegat infinitos, & in terminis Iac. de Rau. in sum. quib. mod. feud. amitta.* dicit, quod vbi feudum est da-
30 tum ob merita, non perditur propter † ingratitudinem, quia demerita compensantur ingratitudine meritorum. Mouetur *ex d. l. si pater, §. 1. eum refert & sequitur Bald. in cap. 1. num. 4. si vasall. feud. priu. idem voluit Bal. in cap. 1. num. 2. ver. aut quid si tale sit feudum, tit. an mutus, vel aliter imperfect.* vbi ait, quòd in tali feudo cessat legis vel consuetudinis ratio, per quam inducitur priuatio, *sequitur ibi Martin. Lauden. & Cardin. colum. 2. cum quibus transeunt Abb. Curtius iun. Ioan. Lup. & Zas. citati à Tiraquel. in d. ver sic. donatione largitus, numero 15. vbi allegat contrarium voluisse Modernos Gallos.* Et inferendo ad nostrum propositum facit ratio, quia ideo vasallus alit dominum, quod propter beneficium obligatur ad antidota: at si feudum sit
31 ob merita † concessum, desinit esse beneficium, & cessat ratio supra allegata, *vt per Claud. Seissell in tract. feud. tit. de feud. diffini. & inuentio. ver. primo igitur in diffinitione, & in ver. licet autem feudum, & ver. tamen non placet, folio 39. & sequent.* vbi probat, quòd feudum emptum non est beneficium. nam donatio remuneratoria, dicitur titulus onerosus, & continet
32 † quandam permutationem, *l. Aquilius regulus. ff. de donatio. l. sed et si lege. §. consuluit, in fi. ff. de petitio. hæred. Ripa in in d. l. si vnquam, num. 29. Tiraquel in ver. donatione largitus, num. 11.* Non mirum igitur, si cessāt obligatio, cum cesset beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Dominus alit vasallum pauperem.*
2 *Dominus eisdem causis priuatur directo feudi dominio, quibus vasallus perdit feudum.*
3 *Correlatiuorum idem est iudicium.*
4 *Dominus & vasallus non iudicantur ad imparia.*
5 *Vasallus, qui non petiit inuestituram intra annum & diem, priuatur feudo.*
6 *Dominus priuatur, si interpellatus per annum & diem, recusset vasallum inuestire.*
7 *Vasallus priuatur feudo, si non facit iustitiam domino.*
8 *Dominus perdit proprietatem, si vasallus neget facere iustitiam.*
9 *Feudum est beneuola concessio.*
10 *Amicus non alit amicum.*
11 *Vasallus non alitur à domino, cui seruit, quando feudum est pingue, aliàs secus.*
12 *Seruiens alij ex necessitate, non recipit expensam, secus si ex voluntate.*
13 *Vasallus seruiens domino, alitur ab illo, quando feudum est liberum & francum.*
14 *Vasallus seruiens domino extra patriam, alitur ab eo.*
15 *Vasallus seruiens domino, recipit alimenta ab eo stante pacto.*
16 *Vasallus seruiens domino alitur ab eo, stante loci consuetudine.*
17 *Subditi, qui operas præstant domino, possunt domum redire pro prandio, stante consuetudine.*
18 *Vasallus an seruat domino propriis expensis, iudicatur non à domino, sed à superiore.*

QVÆSTIO LVI.

SI teneamus communem illam sententiam, quòd vasallus alit dominum egenum, necessariò admittere debemus dominum pari modo teneri ad alimenta
1 erga vasallum pauperem. Et hoc † voluit Bal. *in d. l. vnica, §. sed scimus, circa fi. C. de latina lib. tollen. sequitur expresse Aret. in d. l. si quis non quasi, colum. 2. ff. de acq. hæred. Pract. Papien. in d. titu. de libel. quo ag. ex lega. particu. §. 1. num. 80.* vbi mouetur ab argumento de seruanda paritate inter dominum & vasallum, per *l. alimenta, C. de nego. gest.* & per regulam, quod reciprocæ sunt obli-

obligationes inter dominum & vasallum, in tan-
2 tum, quod dominus eisdem de causis † feudi pro-
prietate priuatur, quibus vasallus feudum amittit,
Iaſ. de vſib. feud. num. 70. Et transferri huc possunt o-
mnes illi qui probant Baldi sententiam *in d. §. sed sci-
mus, & eos citauimus in præcedenti quæstione.* Et data cō-
muni opinione pro vera, quod vasallus ad domi-
num, hoc in domino admittit Iacob. de Ardizo. *in
sum. feud. c. 61. col. 2. in fine. ver. etsi hoc deberetur.* vbi quòd
dominus alit vasallum in necessitate constitutum,
quod si recuset facere, omni iure priuatur, & ha-
bet in vasallum. Allegat *d. l. alimenta, & d. §. sed scimus,
& multa alia iura.* Confirmatur hæc opinio per re-
3 gulam correlatiuorum, † vt dispositum in vno, lo-
cum habeat in alio, *l. fi. C. de indicta viduita. tollenda.*

4 Item & regulam æqualitatis seruandæ † inter
dominum & vasallum, *secundum text. in cap. 1. in fi. de
pace iuram. firma. in cap. 1. de forma fidel. in fi. vbi Aluar. in
penult. notab. in cap. domino permittente, vbi Aluar. in 1. no-
tab. fi. de feudo fuer. controuer. glos. in cap. de forma, 22. quæ-
5 stio. 6.* vnde sicuti vasallus priuatur feudo, † si vltra
annum & diem differat petere inuestituram, *cap.
Imperialem, § præterea, si quis. de prohib. feu. alien. per Fede.*
Ita dominus proprietate priuatur, si interpellatus
6 † recuset intra annum & diem inuestire, *glos. in cap. 1.
§. fi. per quos fiat inuesti. vbi idem tenent Iac. Beluis. Nico. de
Neap. & Alua. communem dicit Iacob. in sua inuestit. in ver.
qui quidem inuestiti, num. 40. sequuntur omnes, vt inquit
Clar. de feud. quæstio. 49 num. 7. ver. sed quid si vasallus, Cæ-
phal. qui alios citat, in cons. 241. num. 28. Capic. in sua inuest.
feud. in titu. feudorum dominia, ver. quarto quod quemad-
modum.*

Similiter sicuti vasallus priuatur feudo, quando
7 † non facit iustitiam domino, *cap. 1. §. item qui domi-
no, quæ fuit prima cau. benefic. amitt.* ita proprietatem
8 perdit dominus, qui negat iustitiā facere † vasallo,
*vt volunt gl. in d. §. itē qui domino, in ver iustitiam, & in c. 1.
§. 1. tit. quid sit inuestit. quam sequitur ibi Iac. Beluis. Isern. &
Mart. Laud. Luc. de Pen. in l. in sacris, colum. 3. de proxim. sa-
cro. scrin. lib. 11. Iacobin. in sua inuestit. in ver. dictique vasal-
li, il 1. num. 24.* vbi dicit communem, subdens, quòd
dominus proprietate debet ex his causis priuari,
ex quibus priuaretur vasallus, *Curtius iunior de feud.
part. 7. in fi. Cæphal. dicto cons. 241. numero 29. Clar. de feud.
quæst. 68. Capic. dicto §. feudorum dominia, ver. sexto quem-
admodum.*

Patitur tamen hæc decisio aliquam difficulta-
tem, quia ratio beneficij & antidoralis obligatio-
nis, quæ militat in domino contra vasallum, cessat
pro vasallo contra dominum, & regula correlati-
uorum non habet locum, quando subest diuersi-
tatis ratio, *vt per Iaſ. in d. l. fina. C. de indict. viduit. tollen.*
Nec dici potest, quòd subsit ratio beneuolentiæ,
quę intercedit inter dominum & vasallum, vt pro-
9 batur ex ipsa feudi diffinitione, † quæ continet be-
neuolam concessionem, *cap 1. §. fi. in quib. cau. feud. a-
mitt. Setsell. in dicto tracta. tit. de feud. diffinit. ver. in primis*
10 *enim, folio mihi 37.* nam amicus † non alit amicum,
Salic. in l. solo, in fi. C. de lib. cau. & dicam suo loco. Respon-
deri tamen potest, quòd, etsi beneficium fuerit o-
riginalis causa inducendi obligationem in vasal-
lo erga dominum, tamen ne inde inter eos resul-
taret imparitas, inductum fuit ex correlatiuorum
regula, quòd dominus alat vasallum. Præsentem
quæstionem, ac præcedentem intellige, quando
dominus sciret indigentiam, & fuisset interpella-
tus, vt dixi in donatario, & repete quæ ibi dixi, quia
ex eis declaratur nostra quæstio.

Hæc procedunt indistinctè, sed quid vbi vasal-
lus seruit domino, vti tenetur pluribus in casibus,
an suis sumptibus seruiat, vel dominus retineatur
illi ministrare alimenta. Et Dynus & Baldus, *in l.
Mæuia, §. 1. num. 5. ff. de annu. leg.* dicunt, quòd si feu-
11 dum est pingue, tenetur vasallus seipsum alere, se-
cus autem, si feudi fructus non sufficiunt. *hoc ante
eum voluit Iacob. de Ardizo. in summa feud. tit. quibus mod.
feud. amitt. in rubrica, an vasalli teneant. seruit. offer. & alibi
sæpe, in l. qui manumittitur, num. 2. C. de oper. liberto. Ang.
in l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. indeb. vbi Iaſ. nu. 28.
arguit de liberto ad vasallum, Roman. in l. recusare. §. si quis
à filio. ff. ad Trebellia. Aluar. in cap. 1. colum. 5. de noua forma
fidelit. hoc voluit Specu. in tit. de feud. §. quoniam, num. 42.
quæstio 22.* vbi declarat procedere, quando feudum
est pingue, & vasallus diues, *per l. suo victu. ff. de oper. li-
be.* alias pro modico feudo vasallus pauper non co-
gitur facere magnas impensas, *§. vt autem, in Authen.
de fide instru. Iacobin. in inuestit. in ver. & promiserunt,
num. 1. ver. secundo quæro, Zasius de feud. part. 7. ver. an au-
tem vasallus, folio mihi 75. Capic. in sua inuestit. feud. in §.
feudorum alimenta, colum. 2. ver. vasallus præstans operas.
adde Bal. in l. liberti, libertaque, numero 11. C. de oper. liber.
Iaſ. l. cum seruus, num. 4. de lega. 1. Felin. in cap. 1. num. 9. de
libelli oblat. Boer. decis. 503. num. 9.* Pro quo facit, quia
vbi quis seruit impellente iuris necessitate, tunc
12 debet propriis † impensis seruire, licet secus sit,
quando ex mera seruit liberalitate, *secundum Bal. in
l. liberti, libertaq;, num. 11. C. de oper. liber. sequitur Capic. in
loco prædicto.* est verum quòd Oldrad. *in cons. 234. co-
lum. 2. num. 3. ver. & in casu in quo,* dicit, quòd vbi va-
sallus tenetur domino seruire, dominus præstat ei
alimenta, *sequitur Bal. in cap. 1. num. 17. de Capit. qui cu-
ram vend.* ne grauetur vasallus duplici onere, *argu-
mento cap. pudenda, 23. quæst. 1. Iacobin. d. ver. & promise-
runt, num. 2.* Hoc tamen intelligi debet duobus in
casibus locum habere: primo, quando feudum est
13 † liberum & francum, vti Oldradus & alij loquun-
tur; secundo, quando dominus vellet exire pa-
triam: nam etiam, quando feudum non est fran-
cũ, licet vasallus cogi possit seruire domino extra
14 patriam, tamen tunc † dominus alit eum, *secundum
Aluar. in dicto cap. 1. colum. 5. de noua forma fidelit. cum quo
transeunt Iacob. loco prædicto, & Zaſ. d. ver. an autem vasal-
lus.* vbi inquit, quod excusatur à sumptibus, & facit
quod de pupillo, patrono & procuratore dicit
Abb. *cap in quibusdam, num. 1. de pœn.*

Non etiam procedit quæstio nostra, quando
pactum in inuestitura appositum contrarium dis-
15 poneret, quando quidē illud † attendendum erit,
Specu. in d. §. quoniam, num. 452. in fi. vbi inquit, quod
hoc totum dependet à pactis inuestituræ, *Iacobin. d.
ver. promiserunt, num. 1.* vbi allegat Bal. *in c. 1. de naturā
feud. Zaſ. in loco prædicto,* dicēs, inspicienda esse pacta
feudalia, si quæ sunt, & idem est stante consuetudi-
ne loci, quæ semper debet attēdi, *l. licet, C. locati, Bal.*

in ter-

16 *in † terminis, in l. liberti liberteq. num. 11. in fi. C. de oper. libert. Iacobin. in tracta. de roidis, num. 6. Capic. d. ver. vasallus præstans operas.* Facit, quod voluit Natta *in cons. 227. num. 6. & 7.* vbi, quod subditi, qui ex pacto tenentur
17 operas suis sumptibus domino præstare, † possunt tamen ab opere discedendo domum pro sumendo prandium remeare, si consuetudo talis fuit. Pro declaratione tamen prædictorum aduerte, quòd
18 isto casu non ipse † dominus cognoscit, sed superior, *secundum Oldra. in d. cons. 234. num. 5. Bal. d. cap. 1. numero 17. de capitan. qui cur. vend. Iacobin. loco præcitato, numero 5.*

SVMMARIVM.

1 *Subditi non tenentur alere dominum, nisi ita pacto conuentum sit.*
2 *Subditi quod domino prouideant de victualibus, consuetudine induci potest.*
3 *Dominus potest subditis imponere collectam pro defensione status.*
4 *Vita est rebus omnibus anteponenda.*
5 *Subditus est plus domino obligatus, quàm sit libertus patrono.*
6 *Subditus reuerentiam tenetur domino exhibere.*
7 *Subditus ratione iuramenti in plus obligatur, quàm vasallus.*

QVÆSTIO LVII.

VIsvs est de vasallo, liberto donatario, & aliis, queritur nunc, an subditi teneantur egenti domino succurrere, eumque ab inopia subleuare? Et Iaco. de sancto Ge-
1 orgio, *in tract. de homag. num. 29.* dicit, quòd non, † nisi pactum sit in contrarium. Et ampliat procedere, etiamsi ab eo teneat aliqua bona in emphyteusim, quia non propterea est verisimile, quòd voluerit se obligare ad alimenta, *per ea quæ voluit gl. in l. condemnatione, ff. de regu. iur.* & quia amicus amicum, & pupillus tutorem non alit, *Salicet. in l. solo. C. de lib. cau.* & vasallus alit dominum solummodo de fructibus feudi, *secundum Baldum in l. vnica, §. sed scimus, C. de latina lib. tollen.* Hanc etiam opinionem tenere videtur Afflict. *in constitutio. incip. quamplurimum, num. 28.* vbi dicit, valere cõsuetudinem, quòd
2 subditi prouideant † domino de victualibus, cum est in necessitate, subdens, quod ea consuetudo non habet locum, quando potest de suo prouidere. Præsupponit ergo, quod circumscripta necessitate homines non teneantur, *sequitur Rolan. in cons. 5. num. 22. volum. 3.*

Tene tamen contrariam partem, quam probat Specul. *in tit. de feud. §. quoniam, num. 33. ver. item homo. mouetur per l. necare, ff. de liber. agnoscen. sequitur Bero. in cons. 81. num. 7. volum. 1. qui et si multos alleget, hi tamen loquuntur in aliis terminis, non autem in alimentis domino præstãdis.* Fundatur autem hæc decisio ratione, quia
3 si potest dominus exigere † collectam à subditis pro defensione rerum, id est, status, *secundum Bal. in l. neminem, C. de sacros. eccles.* vbi, quod text. potest imponere subsidium charitatiuum, *idem Bal. in c. conquerente, colum. fi. de offic. ordin. Alber. in l. de quibus, colum. pen. ff. de legib.* vbi, quòd imponit charitatiuum subsidium, pro defensione patriæ, *& multos allegat Natta in cons. 487. num. 12. & seq. Rolan. in cons. 1. per totum, volum. 2. Bero. d. cons. 81. num. 7. & seq.* multo magis imponere poterit pro sustentatione vitæ, quæ omni-
4 bus † anteponenda est rebus. Et certum est, quod libertus tenetur alere patronum, *vt supra dixi,* ergo ad id quoq; tenetur subditus erga dominum. Stri-
5 ctius enim est domino obligatus, quàm sit libertus patrono, *vt inquit Bal. in l. 1. circa fi. C. de hared. decur. Iacobin. in sua inuestit. in ver. cum mero & mixto imperio, nume. 17. Neuiz. in cons. 12. num. 101. inter consilia Bruni.* Item
6 subditus reuerentiam exhibere † debet domino, argumento liberti erga patronum, *l. si non sortem, §. libertus, ff. de cond. indeb. l. liberto. ff. de obseq. à lib. patro. & ponit expresse Iacob. in d. tracta. de homag. num. 26.* Et ratione reuerentiæ præstari debent alimenta, *vt dixi.* Item diximus, vasallum teneri ad alimenta erga
7 dominũ, & subditus † ratione iuramenti, fortius obligatur quam vasallus, *vt per Marin. Freciam in tracta. feudor. in quarta authorit. num. 7. in fin. vbi allegat Bal. in cons. 270. volum. 3.* Quare firma stat conclusio, quod subditi tenentur alere dominum constitutum in necessitate.

SVMMARIVM.

1 *Mutus vel aliter imperfectus perdit feudum, & illud deuoluitur ad dominum, cum distinctione tamen.*
2 *Mutus vel aliter imperfectus à natura, non succedit in feudo.*
3 *Vasallo, qui feudo priuatur ob superuenientem imperfectionem, tenetur dominus subuenire de fructibus feudi.*
4 *Secundogenitus succedit in maioratu, quando primogenitus efficitur furiosus.*
5 *Vasallo quando conceditur exequutio in fructibus feudi, dimitti debet tantum, quãtum ei necesse est pro victu.*
6 *Pater dissipans fideicommissum, licèt cogatur ante diem illud restituere, est tamen de fructibus alendus.*
7 *Prælatus sine culpa depositus, alendus est de fructibus beneficij.*
8 *Vasallus inhabilis ex proprio delicto non habet alimenta de fructibus feudi.*

QVÆSTIO LVIII.

MVTVS vel aliter factus imperfectus, &
1 inhabilis ad seruiendum, amittit † feudum, quod acquisiuerat, cum distinctione tamen, & illud reuertitur ad dominum, *c. 1. §. fina. in tit. episcop. vel abba.* & si sit mutus vel
2 inhabilis natura † non succedit in feudo suorum maiorum, *c. 1. an mutus.* Quod verum, si feudum sit pingue, & ipse non habeat aliunde, dominus tene-
3 tur ei ministrare alimenta de fructibus † feudi, *vt probatur in d. c. 1. §. fi.* vbi Aluar. *colum. 2. in 2. not. ver. nota æquitatem,* dicit, consuetudinem feudorum humanitatem & æquitatem continere, quia in omnibus casibus, quibus aliquis ob morbum perpetuum feudo priuatur, mandat illi alimenta exhiberi, si non habeat aliunde. *sequitur Paris de Puteo, in compend. feud. Ysern. in tit. 6. col. 2.* vbi dicit, id fieri ex magna æquitate, & in honorem prioris vasalligij, *argumento l. vnius, §. 2. ff. de quæstion. & l. sed neque. ff. de lib. agnoscen.*

idem vo-

idem voluit Gofred. in paraphrasi feud. ad Isern. in d. cap. 1. col. vlt. tit. an mutus, Zas. in d. tract. feud. par. 7. ver. porro videndum est, folio mihi 117. vbi latè disputat, quando mutus priuetur feudo, vel non sit illius capax, *Capic. in sua inuestitu. feuda. titu. feudatarij habiles, colum. 2. ver. mutus, vel aliter imperfectus. addo Bald. in l. vnica, §. sed scimus, C. de latina lib. tollen. Aretin. in l. si quis non, col. 2. ff. de acquiren. hæred. & hoc de muto alendo, ponunt omnes Doctores supracitati, in quæstione, an vasallus alat dominum, Camer. in repet. cap. imperialem, de prohib. feu. alien. per Feder. ver. hoc itaque iacto fundamento. ibi, tertio, quia in feudis, folio mihi 150. vbi dicit tex. in d. cap. 1. §. fina. esse singularem:* quia licèt mutus à successione excludatur, tamen pietatis causa ex æquitate datur sibi victus ex fructibus feudi, *Paris de Puteo de feud. reintegrat. cap. 40. in fi.* vbi infert, quod in regno, in quo per constitutionem dantur alimenta secundogenitis, seu, vt ipsi dicunt, vita militia, clericus vel etiam prælatus habebit illa alimenta, quia succedunt loco portionis sibi spectantis in feudo, & idem dicit in quocunque inhabili ad successionem feudi, qua ratione idem dici posset † in secundogenito, qui ob furorem primogeniti succedit in maioratu, *secundum Socin. in cons. 47. volum. 3.* vt scilicet habeat alimenta ex illis bonis, & Camerar, in loco prædicto dicit, idem esse in vasallo, † contra quem fit exequutio in fructibus, quod scilicet dimitti debeat illi, quantum sufficiat pro alimentis, ne cogatur mendicare. Simile videmus in patre grauato onere fideicommissi, qui si dissipat bona, cogitur ante diem illa restituere, ita tamen quòd ex eis præstentur † alimenta sibi, *vt est tex. in l. Imperator, in fi. ff. ad Trebellia. vbi Castrens. num. 4. Alexan. num. 5. & 6.* Et dicit Imola, ibi, quod est casus singularis, qui non reperitur alibi. *Lupus in cap. per vestras, in tertio notab. §. 17. num. 12. de donatio. inter vir. & vxor. dixi in cons. 116. numero 24.* Idem videmus in prælato † depositio sine culpa, qui est alendus de fructibus beneficij, *c. 1. & c. presbyterum, de cler. ægrotan.*

Intellige tamen hanc conclusionem procedere, quando inhabilitas procedit ex defectu naturali, secus si ex delicto vasalli † proueniat, *ita explicat Camerar. d. cap. imperialem, d. folio 150. per ea, quæ ponit Præpos. in c. præter hoc, 32. distinct. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Prædicatores verbi Dei alendi sunt à populo.*
2 *Spiritualia seminans, metere debet temporalia.*
3 *Sacerdos gratis ministrare debet spiritualia, si habet de suo.*
4 *Simoniam committit, qui pro ministerio spiritualium aliquid sibi dari pacisci tur.*
5 *Sacramenta gratis sunt ministranda.*
6 *Sacerdos pauper victum sibi quærere debet ex aliqua laudabili arte.*
7 *Prædicare tenetur verbum Dei, quicunque ecclesiam curatam regit, vel administrat.*
8 *Prædicare ne rector ecclesiæ teneatur per se, vel per alium, induci non potest consuetudine.*
9 *Expendens pro alio in rem, quam alius erat gratus facturus, non repetit.*

QVÆSTIO LIX.

PRÆDICATORES, qui Dei verbum populo declarant, alendi † sunt à populo, *c. Apostolicus, 16. quæst. 1. & §. 1. 23. quæst. 1. per quæ iura ita dixit Specu. in titu. qui fil. sint legitimi, §. fina. num. 25. Alphons. de Castro lib. 9. aduers. hæret. pag. 16. & 8. Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. etsi impubes, num. 29. ff. de lib. agnoscend.* Dignum enim, quòd metant temporalia, qui seminant spiritualia, *vt inquit Apostolus ad Corinth. cap. 9. & ponitur in c. cum officij, de præscript. & apud Matth. cap. 10.* Dignus est operarius cibo suo, *& Lucæ 10. ibi, eadem autem domo manete edentes, &c.* Et nisi ad sustentationem victus darentur prædicatoribus stipendia, desererent verbum Dei, *vt ex Thoma dicit Præpos. in c. ordinationes, num 7. 1. quæst. 1.*

Hæc verò intelligenda sunt in prædicatore, qui non habet aliunde: at si haberet de proprio, nihil posset loco alimentorum exigere, quia gratis sacerdos † debet ministrare, quando habet de suo, *gl. in c. suam nobis, in ver. exequias, & ibi no. Abb. num. 1. de simon.* vbi, qui ab inuitis aliquid exigit † per conuentionem, simoniã committit, quia debet spiritualia gratis impendere, *sequitur Anan. num. 1.* Et semper sacramenta † sunt gratis ministranda, *secundum Castr. in cons. 296. colum. 2. volum. 4. Dec. in cons. 215. colum. 2.* & vbi sacerdos non habet ex suis redditibus, debet non populum grauare, sed victum sibi quærere † ex laudabili aliqua arte vel exercitio, *secundum Abb. in d. c. suam nobis. num. 10.* Puta docere pueros, scribere, vel quid simile, non indecorum facere, & præcipuè si sit curatus loci. Quia talis rector vel administrator † tenetur prædicare verbum Dei, *Clemen. dudum, circa med. vbi not ab. Cardin. in ver sic. verum, in princ. de sepultu.* Et dicit glos. *in Clemen. 1. ver. officia, de regular.* quòd prędicare est officium curæ, *Cardin. dicta Clemen. dudum.* Et dicit Abb. *in c. inter cætera, numero 1. de offic. ordin.* quod etsi proprium sit episcopi munus, tamen ad illud tenetur quicunque habet curam animarum. Et idem Abb. *in c. quod Dei, num. 2. de statu monach.* inquit, esse officiũ parochialis presbyteri, prædicare, *idem ait in c. quam sit, de Iudæ. sequitur Anan. Felin. in c. excommunicamus, num. 4. de hæret.* Et dicit Ripa *in consilio 26. numero 44.* non posse induci consuetudine, quòd ecclesiæ rector † per se, aut per alium minimè teneatur prædicare, quia esset animabus pernicioſa, & nouissimè id sancitum est Trident. Synodo, *sessio. 5. in reformat. c. 2. & sessio. 24. de reformat. c. 4.*

Intellige etiam in eo, qui prædicat in diebus non ordinatis ab Episcopo, vel synodalibus constitutionibus: qui enim verbum DEI iis diebus explanat, debet alimenta recipere à parocho, qui ad id tenetur, non autem grauare populum, quia dicitur sublimare parochum ad id obligatum. Faciunt, quę dicemus infrà de vicario, vel alio subrogato loco curati infirmi vel absentis, cui alimenta exhibenda sunt ab eo, cuius vices gerit. Faciunt etiam, quæ † dicuntur *in l. 2. in fine, vbi Doctores, G. de nego. gesto.* vbi non dicitur vtile gessisse negotium, qui impendit in eam rem, quam alius gratis erat facturus. An autem valeat consuetudo, quod populus ministret cibaria prædicatori

catori ad exonus curati, & an valeat consuetudo dandi prædicatori certum quid vltra alimenta, dixi *in cons.254. nunc sub prælo.* At si Illustrissima Cardinalium congregatio ad sacri Triden. Concilij interpretationem deputata, aliquid declarauit, illud erit pro lege seruandum.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos ali debet de bonis ecclesiæ, cui seruit.*
2 *Parochiani alunt curatum, quando ecclesia est pauper.*
3 *Sacerdos denegare potest sacramenta, si parochiani recusant ei subuenire in necessitatibus.*
4 *Curatus deserens propria authoritate curam animarum potest puniri.*
5 *Parochiani non alunt curatum pauperem, qui potest ex laudabili arte victum quærere.*
6 *Eleemosinam si populus consueuit erogare sacerdoti vel ecclesiæ, cogi potest officio iudicis ad perseuerandum.*
7 *Eleemesinam si parochiani negent, non subtrahentur eis spiritualia.*
8 *Eleemosinam præstare cogitur populus iuxta solitum, si consuetudo habuit voluntarium, non necessarium initium.*
9 *Consuetudo inducitur fauore ecclesiæ in iis, quæ sunt facultatis, si actus sint longo tempore continuati.*
10 *Tempus fauore ecclesiæ est modus inducendi obligationē.*
11 *Vicarius ecclesiæ ali debet de fructibus beneficij illius, cuius vices gerit.*
12 *Ordinatus ali debet ab episcopo ordinante, si non habet aliunde.*
13 *Episcopus non debet aliquem ad sacros ordines promouere, nisi habeat vnde viuat.*
14 *Ordinatus alendus est ab eo, qui illum instigauit ad suscipiendum ordines, si est pauper.*
15 *Sacerdos qui extra patriam vocatur ad officia vel ministrandum sacramenta, ali debet.*

QVÆSTIO LX.

1 SACERDOS regulariter alimenta sumit, de bonis † ecclesiæ, cui seruit, si bona habeat, *c. extirpandæ, & c. cum secundum Apostolum, de præben. & in Authen. vt determin. sit numer. clerico. colum. 1. Specul. in tit. qui fil. sint legiti. §. fina. num. 23.* Quod si ecclesia non habet bona, vel reditus eius ita sunt tenues quòd non sufficiunt, pa-
2 rochiani tenentur, † *glos. in cap. omnis Christianus, de consecrat. distinct. 1. Abb. in cap. de rectoribus, num. 6. vbi not. alij de cleric. ægrot.* Qui enim seminant spiritualia, iustum est, quod metant temporalia, *d. c. cum ex officij, in fi. de præscrip.* Imò si recusent parochiani ei subue-
3 nire in necessariis, potest sacerdos † sacramenta denegare, *secundum glos. in d. c. omnis Christianus, in glos. 1. argumento c. cum sit, de simon.* Intelligendo tamē cum authoritate episcopi, quia si curam animarum de-
4 sereret propria authoritate, † posset puniri, *ita glos. illam declarant Ioan. And. But. & Abb. in rub. extra de parochia. Felin. in cap. veniens, extra de testib. colum. 2. Rebuff. in tracta. congr. portio. quæstio. 12. num. 94. Abb. in cap. suam, num. 11. de simon. Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. et si impubes, num. 27. & 31. in fi. ff. de lib. agnos. Quintil. Mand. cons. 8. num. ...* Intellige tamen, quod non teneātur parochiani alere clericum, qui habet beneficium, licet
5 tenui † redditus, si potest ex honesto aliquo exercitio lucrum quærere, *cap. clericus victum, vbi glos. 91. distinctio.* Eodem enim modo sibi prouidebat Paulus Apostolus, *cap. cum Apostolus, de censib.* & debet sibi imputare sacerdos, qui tenue beneficium acceptauit, *Abb. in d. c. suam, num. 10. de simon.* vbi adducit simile de filio industrioso, qui non est alendus à patre, *dicta l si quis à liberis.* Quod si consueuit populus aliqua sacerdoti conferre per eleemosinam, cogi-
6 tur in ea consuetudine † per iudices officium perseuerare, quia laudabilis est, *cap. ad Apostolicam, de simon.* vbi Abb. *in fi.* declarat procedere, non vt ces-
7 sante populo subtrahantur illi spiritualia, † sed vt cogatur post recepta spiritualia conferre, *iuxta solitum, idem voluit Bart. in l. priuilegia, C. sacrosanct. eccles. Burt. Cardin. & Abb. in rub. de paroch. numero 3. Abb. in c. ad abolendam, colum. penult. de sepultur. Gosfred. Rom. Io. Fab. Anan. Salicet. Dec. & alij citati à decis. Pedem. 99. numero 17. 20. & sequent. Roman. Corset. Felin. & Iason, quos citat Cordub. dicto §. si impubes, num. 30.* Id quod intelli-
8 ge, quando consuetudo habuit voluntarium initium, secus † si violentum, vel coactum, *vt dicit Abb. in dicto cap. ad Apostolicam.* Et prædictorum ratio est: quia fauore ecclesia inducitur consuetudo in his,
9 quæ sunt facultatis si actus sint longo † tempore continuati, *cap. veniens, il primo, vbi Abbas in quarto notab. de testib. multos citat decis. Pedem. 99. numero 44. & sequenti, & hoc dicit singulare Marsil. sing. 192.* Et licèt tempus non sit modus inducendæ obligationis,
10 tamen fallit ecclesiæ fauore, † *vt probatur in l. 1. C. de fideicommiss. quam singularem dicunt ibi Cin. Bald. Ange. & Castrens.* Et licet illetextus loquatur de alimen-
11 tis, trahitur tamen ad ecclesiam, † *vt per Ang. & Iaso. in l. 2. C. de fideicommiss. cum multis apud Tiraquell. in tracta. de pia cau. priuileg. 60.* Et quod dictum est de curato, quod alatur de fructibus beneficij, idem est in vicario, vt quia dari ei debent alimenta ex fructibus beneficij eius, cuius vices supplet, *cap. de monachis, de præben. Clemen. 1. de iure patron. glos. in extrauag. execrabilis, in versic. temporales, de præben. & est Ioan. 22. Rebuff. in dicto tracta. de congr. portio. quæstio. 2. num. 11. Cordub. loco prædicto, numero 31.*

Hæc in clerico beneficiato, vel curato, etsi nullum habeat beneficium, vel tenue, & curam non gerat animarum, sacerdos alendus est ab Episco-
12 po, qui illud ordinauit, † si non habet aliunde, *cap. 2. & cap. cum secundum, de præben. Specu. in dicto titu. qui fil. sint legit. §. fina. num. 24. Abb. in dicto cap. suam, numero 11.* Non enim debet Episcopus quempiam or-
13 dinare ad sacros ordines, nisi habeat beneficium, vel patrimonium sufficiens † pro vitæ sustentatione, *cap. non liceat, cap. episcopus, & cap. tuis quæstionibus, de præben. c. si episcopus, eodem titu. in sexto, vbi Archid. ponit qualiter sint præstanda alimenta, & idem facit Imola in dicto cap. episcopus, de præben. & ponit Betran. in cons. 151. num. 1. & sequent. volum. 2.* Et dicit idem esse in eo, qui aliquem instigauit ad suscipiendum sacros or-
14 dines † quia cogi potest administrandum omnia necessaria. Idem quoad episcopum ordinatorem voluit Quintil. Mandos. *in cons. 13.* Si verò sit alendus sacerdos, qui vocetur ad exequias vel ministrandum sacramenta extra locum suæ habitationis, po-

15 nis, potest operas suas locare, quia aliâs nõ cogitur exire patriam, vt voluit gl. *in c. præcipimus, 21. quæst. 2. & gl. in c. suam, de simon.* quæ tamen intelligit, quando ille sacerdos non habet de proprio. Sed Abbas ibi, in fi. dicit, quod etsi habeat aliunde, potest tamen conuenire in compensationem damni, quod patitur propter suam absentiam. Idem tenet Anan. *num. 8.* qui tamen post Ioan. de Fan. quem citat, vult quod sacerdos possit libere operas suas locare prælato, qui vel abfuturus est, vel est infirmus, vel aliter impeditus, non potest ecclesiæ suæ ministrare necessaria. Et in loco prædicto Anan. sequitur Abbatem in omnibus fermè suprà dictis, & hoc vltimo casu non est mirum, si sacerdos conductus ad exequias consequitur alimenta, quia hoc est regulare in quocunq; locante suas operas alij, *vt dicam infrà*, & in episcopo exeunte suam diœcesim, *vide etiam Bal in c. ad aures, num. 4. de rescript.*

SVMMARIVM.

1 *Decuriones non aluntur à ciuitate, nisi quando lapsi sunt facultatibus.*
2 *Syndicus ciuitatis non est ab ea alendus, dum ciuitatis gessit negocia.*
3 *Procurator vel negotiorum gestor, non est alendus à domino, dum illius tractat negotia.*
4 *Procurator repetit à domino expensas factas circa expeditionem negotij sibi demandati.*
5 *Syndicus, procurator & alij recipiunt ab vniuersitate vel domino alimenta, quando exeunt patriam.*
6 *Tutor ali debet à pupillo, quando exit patriam.*
7 *Procurator, syndicus & alij aluntur à domino, quando extat consuetudo.*
8 *Consuetudo est maxima pars iuris quo vtimur.*
9 *Consuetudo æquiparatur iuri naturali.*
10 *Procurator, syndicus & alij sunt à domino alendi, quando coguntur res proprias deserere pro alienis.*

QVÆSTIO LXI.

NONNVLLÆ sunt personæ, quæ aliena gerunt negocia, vt syndici, aut decuriones, procuratores, negotiorum gestores, & similes personæ: an eis, dum sunt in seruitiis ciuitatis, vel domini, exhiberi debeant ali-
1 menta. Et sanè decuriones † regulariter non aluntur à ciuitate, nisi in subsidium, quando lapsi sunt facultatibus. *est text. in l. decurionib. ff. de decurion. Io. de Plat. in rub. C. eod. tit. lib. 10. in fi. Spec. in tit. qui fil. sint legit. §. fi. num. 20.* Syndicis verò vniuersitatis vel cõ-
2 sulibus non sunt præstanda † alimenta, dum tractant publica negotia, *ita Guid. Papæ, q. 68.* vbi dicit, in eis idem omnino esse, quod in tutore: gerunt enim personale officium, id est, solicitudinem & vigilantiam circa res alienas absque erogatione proprij patrimonij, *Bart. & alij, in l. placet, C. de sacrosc. eccles.* Et ibi Guido Papæ infert, quod eis nullum debetur salarium. Idem est in negotiorum gesto-
3 re, procuratore † & mandatario, *vt per Guid. Papæ, d. q. 68.* Et aduerte, quia etsi dicatur ibi, quod repe-
4 tunt sumptus † factos, tamen intelligitur de his, qui erogarunt circa expeditionem rei gestæ vel demandatæ, vt in vecturis equorum & aliis, *ita loquitur l. 2. §. fina. ff. de neg. gest. & l idemq; §. idem Labeo. ff. mand.* Hæc tamen intelligenda sunt, quando pro expeditione non exeunt patriam. At si cogantur
5 exire, † arbitror, quod eo casu recipiant alimenta, *argumento d. §. Labeo,* vbi repetit vecturam equorum, ergo multo magis repetet impẽsas victus. Et hoc tenet Bal. *in l. etiam, num. 1. C. mand. facit, l. 1. §. si pupillus. ff. de tute. & ration. distr.* vbi tutor habet vi-
6 ctum, quando exit † patriam, *& dixi suprà in quæstione, an tutor alendus sit à pupillo.*

Secundò intellige, vt non procedat, quando ex-
7 taret consuetudo, quia ea tunc † attenditur, *secundum Guid. Papæ, d quæstio. 68.* & consuetudinem seruari reuocat prætor ad suam solicitudinem, *l. 1. C. quæ*
8 *sit longa consuetud.* Et consuetudo est maxima † pars iuris, quo vtimur. *§. ex non scripto, Instit. de iure natur.*
9 *gent. & ciuili,* & æquiparatur iuri † naturali, *Baldus cons. 318. colum, fina. volum. 2.* vbi quod tanquam matri adhibenda est reuerentia, & vidi ego seruari, licèt multum indiscretè in locis huius patriæ, quod syndici & consules dum occupantur circa publica negocia, alimenta publicis expensis recipiunt in caupona.

Declara tertiò, non procedere, quando negocia demandata cogerent syndicum, procuratorem, & mandatariũ ad deferendum res proprias,
10 & eum † continuè distraherent, quia eo casu crederem victum esse à domino ministrandum, per ea, quæ suprà dixi in tutore. Et faciunt, quæ dicam infrà de operario, an verò deduci debeat id, quod negociorum gestor, vel procurator circa alimenta sua domi expendisset, dicam infrà de teste.

SVMMARIVM.

1 *Testi prouidendum est de victu à producente.*
2 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*
3 *Militare nemo cogitur propriis stipendiis.*
4 *Testes aluntur de publico, quando in causa proceditur per inquisitionem.*
5 *Testis, qui auocatur à propriis negociis potest exigere aliquid vltra alimenta.*
6 *Testis, qui itinerando incidit in latrones, non recuperat à producente damnum, quod est passus.*
7 *Testis ab vtraque parte productus, est ab vtraq; alendus.*
8 *Testis ali debet à solo producente primo, licet postea ab alia parte producatur.*
9 *Testi solui debent expensæ pro tempore, quo vadit, stat & redit.*
10 *Testi danda est pecunia pro expensa, antequam exeat domum, & iter arripiat.*
11 *Testis quando à sponte soluente capit aliquid loco damni, quod est passus, non dicitur corruptus.*
12 *Testis morbo correptus in itinere, curari debet expensis producentis.*
13 *Testis restituit quod à principio exegerat, vltra id, quod contigit postea expendere.*

QVÆSTIO LXII.

PRODVCENS testem, tenetur ei necessa-
1 ria pro † victu subministrare, *l quoniam liberi, C. de testib. l. eos, C. de appel. c. statutum, §. penult. de rescript. in sexto,* quia officiũ suum

2 † non debet esse damnosum, *l. sed etsi quis, ff. quemadmodum testam. aper.* & non debet iacturam sentire pro alieno commodo, *l. si quando, C. de testib. & ita tenent glos. in cap. 2. in verſic. producentis. de iudic. in 6. Cinus dicta l. quoniam liberi, in principio*, vbi, quod nemo co-
3 gitur † militare suis stipendiis, *Bal. ibi. Salicet. & alij, idem voluit Bal. in cap. 1. de testib. num. 2.* vbi, quod testis potest recipere expensas omnes, quas facit eundo & redeundo, & infert, quòd quando proce-
4 ditur per inquisitionem, respublica facit † expensas testibus, & mãdatur massario communis, quod eas faciat, *argumento l. mulier, ff. de capti. & post. reu. l. cum nauarcorum. C. de nauib. & nauicu. lib. 11.* Et subdit etiam, quod testis consequi potest aliquid vltra
5 expensas in recompensationem eorum, quę † perdit, quando auocatur à suis negociis. *Sequitur Felin. ibid. numero 2.* vbi vterque concludit, quod si testis in itinere exspoliatus fuit à latronibus, in quos in-
6 cidit, non † recuperat damnum, quod est passus. Et admonet Felinus loco prædicto, quod vbi testi soluuntur expensæ, vel quid aliud, quantumuis licitum, id fiat sciente iudice ad euitãdum omnem suspicionem. Guido Papæ *in quæstio. 68. num. 5.* dicit, quòd testi dari debent à producente sumptus conuenientes. Et licèt esse non debeat in lucro, debet tamen præseruari à damno. Et infert, quod si esset laborator, consequetur salarium vltra expensas, & ita seruat stylus illius curiæ. Et quod expensæ debeantur, tenuit Amanell. *in sing. 14. & ante eos hoc vnluit Specul. in titu. de testib. §. qualiter, num. 12. versic. testes autem, & sequitur ibi Ioan. And. Auge. conſ. 245. numero 4. Franch. in cap. statutum, §. pro ferendo, colum. 1. de rescript. in 6. latè probat Crot. in tracta. de testib. num. 406. versic. secundo vero casu, Bologn. in conſ 27. num. 13. decis. Pedem. 46. per totam, vbi omninò videatur pro tota præsenti quæstione, Archid. dicto cap. statutum, num. 12. de rescript. in 6.* Quod procedit etiam, quando ab vna tantum producitur parte. Quod si ab vtraque parte pro-
7 duceretur, vtraque deberet concurrere † in soluendis expensis, attento quod negocium est commune, *argumento l. ex parte, in princ. ff famil. erciscun. & l. 4. §. an iudicio, ff. fin. regund. ita Bal. in l. eos, §. si quidem, in fine. C. de appellatio.* vbi dicit, quòd hoc casu, ex quo plures sunt contribuentes, testis habebit pinguiores expensas. Hoc etiam voluit Franch. *in dicto §. pro ferendo, colum. 1. versic. in gloſ. in ver. producente, in fi. Crot. dicto num. 406. in princ.* Et idem, quando iudex ex officio examinaret, *secundum Bal. in l. verba, C. de adult. Crot. loco prædicto, num. 412.* Etsi postquam sunt producti ab vna parte, producantur ab alia, erit ex-
8 pensa ministranda † solo producente, *ita dicit Cin. post Iac. de Aretin. in l. nimis, in fi. C. de testib. vbi etiam Bal. idem voluit, Salicet. in d. l. quoniam liberi, in princ. Franch. in d. §. pro ferendo.*

Adde, quòd expensæ debentur pro tempore,
9 quo vadit, stat & redit, † *vt est text. in d. cap. statutum, §. pro ferendo*, vbi Franch. infert, ad saluum conductum, qui concedi debet non solum pro eundo, sed etiam pro statu & reditu, *Salicet. d. l. quoniam liberi, num. 1. Crot. d. num. 406. ver. secundo casu.* Et quando procedit per inquisitionem de publico præstantur, *vt per Bal. d. cap. 1. alios citat Crot. d. num. 412.* Fortius dicit Ioan. And. & Specu. *in d. §. qualiter, num. 12.*
10 quod expensæ sunt testi † ministrandæ, antequam iter arripiat, nisi producens vellet exhibere per se, vel per ministrum suum, quia eo casu potest, ex quo vnus est producẽs. Aliud esset secundum eum, si plures essent producentes, *vt cap. cum instantia, in fi. de censib.* quem ita declarat, ex quo particularis exactio multa habet incommoda, *l. planè. ff. famil. erciscun. & primam decisionem probat tex. in l. penult. C. de testib. per quam ita dixerunt Pet. & Cin. in d. l. quoniam liberi, num. 5. versic. tertio quæro.* vbi dicunt, dandas esse expensas, antequam testis pedem moueat de sua domo, *sequitur Salicet. ibi, num. 1. qui tamen facit mentionem de Ioan. And. Franch. dicto §. pro ferendo, in princ. vbi neminem citat, Crot. d. num. 406. ver. secundo verò casu. vbi solum aduocat Ioan. And.* Et quod dixi supra, testem non recuperare, quæ sibi ablata sunt à latronibus in itinere, approbatur etiam à Franch. *in d. §. pro ferendo, colum. 1. in fi. ver. sed an testis possit petere.* vbi post Bal. *in l. fina. in fine, C. de fruct. & lit. expen.* dicit, quòd nulla alia damna consequitur, quia esset litigantibus nimis damnosum, & adducit in simili de aduocato. Et dicit ibi Franch. esse menti tenendum, quia multoties erratur. Nam recipiendo aliquid in hanc causam testis diceretur corruptus, & non probaret. Alij citantur à Croto, *dicto num 411.* Sed in hoc quod dicit de corruptione, contrarium vult Bal. *in cap. 1. num. 2. de testib.* vbi inquit, quòd de rigo-
11 re iustitiæ non potest exigere, † sed si soluatur sibi damnum ex curialitate, poterit recipere nec infringitur testimonium. *§. inter causas. §. non omnia, ff. mand. l. si seruus. §. quod verò. ff. de furt. & sequitur Felin. ibi, colum. 1. num. 2.* Et placet mihi hæc sententia, quia est rationabilis, & habet annexam æquitatem. Quando tamen cõstat de damno, & damni quantitate, secus si quæsito fortè eo colore testes sub vocabulo, *damnorum*, aliquid reciperet. Et ratio est, quia testis non dicitur lucrum aliquod facere, sed recuperare, quod sibi abfuit. Aliter pro decisione distinguit Crotus in loco prædicto, cuius distinctio habet colorem rationis. Et ibi in verbis retenta ista, vult, quod si cõtingat in itinere testem cor-
12 ripi † morbo aliquo, curari debeat expensis producentis, id quod non prosequor, quia concernit modum alendi.

Aduerte, quia dixi, quòd testes habere debet pecuniam pro expensa, antequam moueat pedem de domo, quod si producens soluisset à principio pro decem diebus, & testis foret solum moratus
13 pro quinq;, tenetur quod superest reddere, † quia non debet lucrum facere, *vt dicit Guido Papæ, d. quæstio. 68. ita Ioan. And. ad Specu. dicto §. qualiter, num. 12. in fi. per text. in l. creditor, §. si inter, il seconda, ff. mand. Castrens. in d. l. quoniam liberi. Crot. d. num. 410.* Et ex prædictis agnosci poterit, quid si quid modicum recepit testis pro expensis, & durauit longiori tempore super hospitio.

SVMMARIVM.

1 *Iudici vel notario à iudice transmisso, præstanda sunt alimenta, vbi accedunt ad examinandum testes.*

2 *Actus fieri debet expensis illius, qui petit illum fieri.*

3 *Expen-*

3 *Expensam actus soluit, qui actum fieri petit aut iussit.*
4 *Salarium consultoris ab eo solui debet, qui petit causam expediri cum sapientis consilio.*

QVÆSTIO LXIII.

SICVTI testi producto pars producens, tenetur expensam ministrare, *quemadmodum in proximè præcedenti quæstione annotauimus*, ita quando sic exigente negocio
1 iudex † ipse accedit, vel actuarium mittit ad examinandum testem, sibi, vel notario alimenta sunt exhibenda, *est textus expressus in cap. 2. §. sed cum necessarium, vbi glos. in verbo producentis, de iudic. in 6. vbi etiam glos. in verbo accedat.* Et duæ sunt rationes: prima, quia sicuti pars ex testium examine sentit commodum, ita debet sustinere expensam, *l. secundum naturam, ff. de reg. iur.* & semper actus fit sumptibus
2 † eius, cui prodest, *Archid. c. filiis, 15. quæst. 7. Cardin. in Clem. causam, quæstio. 20. de elect. Felin. cap. 1. colum. pen. & fi. de libelli oblat.* Secunda est, quia cum aliquid à iu-
3 dice fit, id expediri debet expensis † eius, qui petit actum fieri, *l. prætor ait, § 1. ff. de eden.* Ideo Specu. *in titu. de assessor. §. salarium, verbo quod si alter litigatorum*, dicit, quòd pars petens causam decidi cum sapien-
4 tis consilio, † debet soluere totum salarium, *sequitur Bal. d. l. prætor ait, Bal. in l. 4. §. in iudicio. ff. fin. regund. Bar. & Alexan. in l. si postulasti, in fi. ff. de adult.* vbi dicunt, quod si motu proprio iudex vult cõsilium sapientis, mittit communibus expensis partium: si verò altera partium requirente illam cogit ad salarium, quæ concordia tollit contradictionem. Bal. *in l. hac lege. C. de sent. ex breuic. recit. quem sequitur Ias. in d. l. prætor ait, §. 1. num. 10.* & distinctionem prædictam probat Crot. *in tracta. de testib. num. 412.* & ideo in proposito, cum iudex ipse vadat, vel notarium mittat ad examen testis petente parte, tenetur quoque ad illius commodũ & pars expensas dare. *Et hoc voluit etiam Bal. in d. l. prætor ait, in princ. & Ias. in §. 1. num. 9. Aret. in l. si hi qui, car. vlt. de testib. Felin. in cap. 1. colum. 9. de lib. oblatio. Crot. in d. tract. num. 409. vide omnino Grauat. ad ad Vestr. lib. 6. num. 15. Boer. in decis. 303. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non exigit à diœcesanis impensam, quam facit in exercendo suum munus.*
2 *Facere qui debet, propriis expensis facere tenetur.*
3 *Episcopus accedens ad consecrandum ecclesiam consequitur alimenta ab ecclesia, vbi ampliatur.*
4 *Episcopus consecrans ecclesiam, non consequitur alimenta ab ea, si non habet prosẽ.*
5 *Episcopus, an consequatur alimenta ab ecclesia reconcilianda, vel reconsecranda.*
6 *Episcopus visitando recipit alimenta, seu procurationem ab iis, quos visitat.*
7 *Episcopus visitans non recipit itineris alimenta ab ecclesiis, per quas transit.*
8 *Episcopus non recipit alimenta itineris ab ecclesia, ad cuius visitationem accedit.*
9 *Visitator apostolicus consequitur alimenta itineris ab ecclesia visitata.*
10 *Episcopus visitans impendit de proprio, si ecclesia visitata est pauper.*
11 *Ecclesia pauper licèt eximatur à soluenda procuratione, tamen si sequenti anno efficitur dives, soluit pro vtroque anno.*
12 *Episcopus visitans consequitur expensas, etiamsi ecclesia sit in eadem ciuitate.*
13 *Visitator quicunque alendus est ab iis, quos visitat.*
14 *Prælatus cui iure vel consuetudine competit ius visitandi, consequitur alimenta à visitatu.*
15 *Visitatori deputato ab episcopo subministrandæ sunt expensæ.*
16 *Visitator deputatus ab episcopo, consequitur pro expensa, quantum est sibi necessarium, nec attenditur, quid fuisset necessarium episcopo.*
17 *Episcopus si procurationem exigere non potest sine scandalo, alit de proprio.*
18 *Testes synodales, qui de ordine episcopi visitant diœcesim, aluntur ab ecclesiis visitatis.*
19 *Episcopo conuocato ad ordinandum, vel aliud extra diœcesim faciendum, dantur alimenta ab iis, qui euocarunt eum.*
20 *Filius exhæredari potest, non solum ex causis expressis, sed etiam ex aliis similibus.*
21 *Vasallus priuatur feudo non solum ex causis expressis, sed etiam ex similibus.*
22 *Dos repeti potest matrimonio constante ex causis non expressis, sed similibus.*
23 *Episcopus non consequitur alimenta, quando accedit ad deponendum clericum, vel consecrandum episcopum.*

QVÆSTIO LXIIII.

EPISCOPVS vel prælatus, quando officium suum exequitur, vel munus suum impendit, tenetur regulariter id facere
1 de propriis impensis, nec † potest quicquam à diœcesanis exigere, secundum opinionem Vincen. *glos. in c. cum sit de simon. quam sequuntur commu. Doct. vt ibi inquit Abb. in princ. idem Abb. in c. sicut olim, de accusat.* Qui enim aliquid facere tenetur, id debet
2 † suis, hoc est, propriis sumptibus expedire, *l. suo victu, & l. quod nisi. ff. de oper. lib. Bar. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. indeb. Iason, alios citans in l. cum seruus, num. 4. ff. de lega. 1. vbi dicit ita communiter teneri, & primum dictum Abb. in d. c. cum sit, dicit notandum & singulare*, quia exigens procurationem, tenetur probare casum esse exceptum. Sunt tamen certi casus, quibus Episcopus vel prælatus munus suum exequitur sumptibus aliorum.
3 Et primo, quando vadit † ad consecrandum ecclesiam, *vt probatur in d. cap. cum sit*, vbi ecclesia consecranda ministrat expensas. Vbi post Hostien. & alios dicit, procedere, etiamsi ecclesia sit vicina Episcopatui, quia datur procuratio in signum subiectionis, & vt prælatus sit promptior, & facilior, *Butr. in c. proposuisti, num. 6. de consecrat. eccles. Spec. de salar. in princ. num. 6.* Id quod intelligi debet, quando ecclesia habet vnde soluat. Aliàs consecrat eã Epi-
4 scopus proprio sumptu, † *vt vult gl. in d. c. cum sit, vbi Abb. in fi. dicit mentiri tenẽdum.* Etsi ecclesia semel con-
5 secrata sit ex causa reconsecranda, an † Episcopo debeantur alimenta, vide Butr. post Archid. *in d. c. proposuisti, num. 6. Apost. ad Specu. de salar. §. 1. num. 6. Boer. decis. 303. num. 9.*

6 Similiter Episcopus visitans † recipit alimenta, seu procurationem, *d.c.cum sit, c. procurationes, vbi gl. & Abb. num.4. de censib. c.1.vbi omnes, de censib.in 6. Iaſ. l. properandum, §. ſin autem alterutra, num. 14.* C. *de iudic. Mand. conſ.8. num.13. Boer.deciſ.303. num 8.* & datur expensa, non de necessitate iuris naturalis, sed in signum subiectionis, & ratione hospitalitatis, quia aliàs habet Episcopus suos redditus, quibus debet esse contentus, *vt inquit Innoc.in c.1.num.4.de censib.in*
7 *sexto.* vbi ideò infert, quòd ecclesiæ † illæ, per quas Episcopus transit, dum accedit ad vnius visitationem, non tenentur ad aliquas expensas, imo nec
8 ecclesia visitata tenetur pro expensa, † quæ fit in itinere, *Abb. in d.c. procurationes, num.4.* vbi tamen limitat illud non procedere in legatis & nuntiis, & visitationibus Apostolicis, qui pro loci vtilitate
9 accedunt Illi enim exigunt † etiam impensam itineris, *vt per Innoc. in d. c. procurationes, Franch. ibi.* Vbi fortius post Ioan. And. dicit, quòd non potest exigi procuratio in victualibus. Et Franch. *in d.c.1.§.1.* ponit illud, quod supra dictum est, non alendum Episcopum ab ecclesia, per quam transit, etsi ecclesia visitata sit impotens ob paupertatem, Epi-
10 piscopus impendit de proprio, † *secundum Hostien. in d.c.procurationes, in fi. vbi Abb. Archid. c.1. col.2. de censib. in 6. & colum.3.* Intellige tamen, quod si in sequenti anno ecclesia esset potès ad soluendum duas pro-
11 curationes, erit ad id compellenda, † *secundum Archid.in cap.relata, in fi.10.q.1. sequitur Sapia ad Abba in d.c. procurationes,* & habere debet Episcopus impensas, etiamsi monasterium visitatum sit in ciuitate, ita
12 quod posset expleto suo munere † domum redire, *secundum gl. quam sequitur ibi Abb.num.2.in c.cum venerabilis, de censib. idem Abb.in c.cum sit, num.2. Archid.in d.c.1. de censib.in sexto.* Et ratio, quia non datur ratione laboris, sed in signum subiectionis, *vt supra dictum est.* Hæc autem ratio militat etiam, quando ecclesia est in eadem ciuitate, *ita Abb.d.cap.venerabili.* Et prædicta non procedunt solum in Episcopo visitante, sed etiam in Archiepiscopo, in Legato, vel
13 alio Apostolico deputato, † quia alendi sunt à visitatis, *c. ſopitæ, & c. cum nuper, de censib.* vbi Abb. post Innoc. dicit, Archiepiscopum posse visitare, etiam si Episcopus non sit negligens.

Item procedunt prædicta in aliis prælatis inferioribus, quibus de iure, vel ex consuetudine com-
14 petit ius † visitandi. *Archidiac. Ioan. And. & Franch. in c. ſi Epiſcopus, de offic. ordin. in 6.* Idem quoque est, quando Episcopus non visitat per se, sed mittit alium,
15 quia † illi victus præstatur necessarius, *vt per Archid. & alios, præcipuè Franch. in d.c.ſi Epiſcopus, de offic. ordin. in ſexto. & Hoſtien. & Io. And. in c.ſicut olim. de accuſ. vbi Abb. num.3.* Et hoc casu aduerte, quia si talis commissarius minus expendat, quã fecisset Episcopus, non tamen Episcopus poterit exigere illud, quod vltra
16 † fuisset impensum, *c.relata, 10.q.1. c.cum venerabilis, de cenſib. Archid. not. in c.ſi Epiſcopus, in fine, vbi Ioan. And. in fi. ff. de offic. ordin. vbi Franch. in fi. vnum eſſe notandum addit Archid. loco prædicto, circa finem.* Quod si alimenta non possunt exigi sine scandalo ab ecclesia, vel popu-
17 lo, Episcopus † ipse prouidebit de proprio, *argumento c. cauendum, 10.q.3.*

Similiter alimenta sunt præstanda testibus synodalibus, qui de ordine Episcopi vel concilij te-
18 nentur visitare † totam diœcesim, *vt vult gloſ.2. in fi. in c.ſicut olim, de accuſat.* Mouetur, quia officium non debet esse sibi damnosum, & reprehendit eos glos. qui dicebant sumptus fore ministrandos ab Episcopo. Et glos. illam sequuntur Innocen. Hostien. & Ioan. And. ibi, vbi Abb. *num.3.* dicit, tales non habere iurisdictionem, neq; posse compellere visitatos ad procurationem, sed posse referre Episcopo, qui eos arctat.

Idem est, quando Episcopus inuitatur ad ordi-
19 nandum clericos, consecrandum altaria, † & similia faciendum, extra suam diœcesim, quia victus ei præstandus est ab illis, qui eum euocanti, *ſecundum Hugon. in c.... 12. quæſt. 2. Archid. in d. c. ſi Epiſcopus, circa med. & Ioan. And. & ſimiliter circa med & Franch. qui alia allegat iura.* Et vbi sunt alij casus similes, fit extensio, & Episcopus, vel Prælatus recipit alimenta ab his, quibus ministrat, *Abb. in d.c.cum ſit, num.1. de ſimo.* quia non omnium rerum vel casuum expressa est decisio, *l. non poſſunt, ff. de leg.* Idem videmus in causis exhæredationis, quæ licèt non sint omnes inclusæ, *in §. cauſas, in Auth. vt cum appellat. cognoſcen.* tamen
20 si illis sint similes, † sufficiunt ad exclusionem filij, & extensio fit ad similes casus, *Gugliel. Cun. in Authen. non licet, C. de lib. præt. quem ſequuntur Doctores communiter, Alexan. in conſ.203. volum.2. communem dicit Iaſ. in d. Authen. non licet.* Idem est in feudo, quo vasallus priuari potest ex causis non expressis in consuetudi-
21 nibus feudorum, dum tamen † expressis sint similes. *vt est text. in cap. 1. §. prædictus, quæ fuit prima cau. benefic. amit.* Et dicunt Bart. & Doctores *in l. ſi conſtante, ff ſoluto matrim.* quod dos repeti potest matrimo-
22 nio constante ex causis non expressis, † sed similibus, & possunt multa afferri exempla.

Sed vbi episcopus vocatur ad depositionem cle-
23 ricorum, vel ad consecrationem † episcoporum, accedit suis sumptibus, secundum Vincen. & Archid. quos citat apostilla ad Abb. *in d. cap. cum ſit, in princ. Abb. & Felin. quos citat & ſequitur Boer. in deciſ.303. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Præſes quando viſitat prouinciam, prouidet ſibi de alimentis.*
2 *Expenſæ debentur ſolum in cauſis expreſſis.*
3 *Bariſellus cum mittitur ad purgandum prouinciam, non recipit alimenta à ſubditis.*
4 *Officiales, qui milites per territorium mittunt expenſis ruſticorum, puniuntur.*

QVÆSTIO LXV.

AN præside prouinciæ, an suis sumptibus visitet prouinciam, vel victum recipiat à locis suæ visitationis, posset ex prædictis determinari: sed in specie habemus decisionem Baldi *in l. obſeruare, in princ. ff. de offic. proconſ.*
1 vbi vult, quod seipsum alat † suis sumptibus per illum textum, qui vult quod officiales non sint onerosi subditis. Addit tamen, quod canonistæ tenent contrarium *in c. cum venerabilis, de cenſib.* Sed aduerte,

aduerte, quia dictum est in quæstione præcedenti, quod procuratio datur episcopo visitanti in signũ subiectionis, non autem de iuris rigore, *secundum Innoc. in cap. 1. num. 4. de censib. in 6. vbi Ioan. And. & Archid.* Quæ ratio cessat in præside, vel alio officiali. Item dixi suprà, quod expensæ debentur solum in casi-
2 bus † expressis, *secundum Vinc. in c. cum sit, vbi gl. & Abb. de Simon.* At non reperimus expressum, quod alimenta sint præsidi præstanda, ergo, &c. Imò habemus textum expressum in contrarium. *in §. iubemus, il 2. in Auth. collator. per quem idem cum Bal. dicit Isern. in constitutio. regni. folio mihi 198. colum. 1 in fi.*

3 Idem dicendum est de bariscllo, qui † mittitur ad purgãdum prouinciam malis hominibus, quia debet sibi ipsi sumptum facere, non autem compellere subditos, *secundum Bal. in d. l. obseruare, in princ.* vbi dicit, quod diuertere debet ad hospitia publica, non autem recipi in priuatas domos, vt dicit Ang. *in §. nulli quoque, in Authen. vt iudic. sine quo suffrag.*
4 quod rectores † ciuitatum, qui mittunt eorum milites per comitatum, sumptib. rusticorum, plectuntur pœna ibi contenta, *sequitur Paris de Put. in tracta. syndic. in ver. potestas an possit, num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Operarius conductus ad faciendum opus aliquod. seipsum alit.*
2 *Operarius cõsequitur alimẽta, quando viget consuetudo.*
3 *Contractus censetur secundum consuetudinẽ celebratus.*
4 *Consuetudo interpretatur quamcunque dispositionem.*
5 *Doctor censetur conductus ad legendum, secundum consuetudinem studij.*
6 *Operarius, qui seruit sine salario, est alendus à domino.*
7 *Seruiens alicui, recipit ab eo alimenta.*
8 *Operarius non obligatus, sed ex liberalitate promittens, recipit alimenta.*
9 *Operarius non habens aliunde, licèt præstat operas ex causa remunerationis, est alendus à domino.*
10 *Operarius tenetur cum propriis instrumentis operari.*
11 *Scriptor conductus, tenetur scribere cum suo atramento.*
12 *Colonus tenetur semen ponere de suo.*
13 *Seruus alendus est à domino.*
14 *Famulus commodatus alitur à commodatario.*

QVÆSTIO LXVI.

PERARIVS conductus ad opus aliquod
1 faciendum, non debet habere à conductore expensas diurnas, † sed suo sumptu viuere debet, *secundum Barto. in l. si non sortem, §. libertus, num 32. ff. de cond. indeb. Bal. in l. quoniam liberi, nu. 5. C. de testib.* quod si nihil est expressum circa sumptum non debetur, *Ias. dicto §. libertus, num. 28. idem Ias. in l. cum seruus, in princ. num. 4. ff. de leg. 1. Felin. in cap. 1. num. 9. de libelli oblatio. Bal. in l. liberti, num. 11. C. de oper. liber. communem dicit Alexan. d. §. libertus, num. 12. Iul. Ferret. de milit. iustit. num. 123.*

Prædicta tamen non procedunt, quando viget
2 † consuetudo in contrarium, secundum Bartolum & Baldum in locis supracitatis, quia contractus
3 censetur secundum illam celebratus, † *l. excepto, cum ibi notat. C. loca. l. quod si nolit, §. quia assidua, ff. de ædilit. edicto, est text. in l. semper in stipulationib. ff. de reg. iur.* & quælibet dispositio recipit interpretationem
4 à consuetudine, † *Innocen. in cap. olim, de verbor. signif. Abb. in cap. certificari, de sepultu. Felin. in proœm. decretal. folio 1. infinitos ad hoc cogit Cagnol. in l. si quis maior, num. 72. C. de transact. vbi inquit esse celebre dictum, plures citat Anton. Gabriel. lib. 7. commun. opin. tit. de consuetud. conclus. 1. num. 1. vbi infert ad multa. Natta in cons. 195. num. 3. Caphhal in cons. 328. num. 43. D. Decius in cons. 101. num. 48.* & inquit Bartolus *l. nemo est qui nesciat, ff. de duob. reis,*
5 quòd † Doctor videtur conductus secundũ consuetudinem studij, *sequitur Dec. in d. l. semper in stipulationib. num. 9. Alexan. ad Bar. in l. penult. vbi alios citat, C. de iure fisci, lib. 10.* Stante ergo consuetudine conducens operarium, tenetur ei proferre diurnum cibum, *idem Bart. in d. l. penult. Bal. in l. liberti libertæq;, num. 11. in fine. C. de oper. liber. Iacob. de roid. num. 6. idem voluit Felin. d. cap. 1. num. 9. colum. vlt. in princ. comprobat Ias. in dicto §. libertus, num. 29.*

Intellige etiam, non procedere, quando pro-
6 mitteret quis operas ex mera † liberalitate, quia tunc dominus ei præstat victum necessarium. *ita Bar. in d. §. libertus, num. 32. vbi Ias. num. 29. dicit, quod omnes tenent cum eo. Felin. in d. cap. 1. Iul. Ferret. de milita. iustit. num. 123.* & ratio est, quia naturali conuenit
7 rationi, vt eos alamus † qui nobis seruiunt, *l. diuortio, §. fina. ff. soluto matrim. l. item serui, in fi. ff. de ædilit. edicto. l. in rebus. §. possunt. ff. commoda.* facit quod dixit Bal. *in d. l. liberti libertæq;, num. 11.* vbi, qui promittit ex me-
8 ra liberalitate operam † seu artem, debet recipere impendia, licèt aliud sit in eo, qui ex aliqua compensatione, *idem Baldus in l. 1. num. 5. in fi. C. de neg. gest. Iacobin. in dicto tracta. de roid. num. 6. Capic. in suo inuestit. feudor. cap. feudorum alimenta, colum. 2. ver. vasallus præstans operas.*

Declara tertiò, non habere locum, quando quis operas promitteret, vel præstaret ex causa remu-
9 nerationis † & esset inops, nec haberet aliunde: tunc enim sumptum is præstat, cui operæ debentur, *l. pen. ff. de oper. liber. Bar. d. §. libertus, num. 32.* Et licèt non videatur gratuita promissio, quando fit ex causa remunerationis, *vt dixi suprà:* tamen, quia ille remunerare non tenebatur, mitius cum eo agitur, quàm cum alio, contra quem dabatur actio, circumscriptis casibus prædictis locans, vel promittens operas, sibi prouidet de victu.

10 Imo debet etiam operari † cum suis instrumentis, *secundum glos. in l. quoniam liberi. C. de testib. Bal. qui ponit generalem doctrinam in l. 1. num. 1. C. de verbor. signif.* vbi loquitur in colono, & in quibuscunque fabris seu operariis, subdens, quòd si instrumentum in opere rumpatur, faber ipse tenetur reficere. Et dicit glos. *in l. stipulationes commodissimum, ff. de verborum*
11 *obligat.* Quòd scriptor † conductus, tenetur scribere cum suo atramento, *Felin. d. cap. 1. colum. vlt. de libe. oblat. Bal. in d. l. quoniam liberi. num. 5. Natta in cons. 243.*
12 *num. 2.* vbi infert, quòd colonus † tenetur ponere semen de suo, quia dicitur instrumentum fundi, *l. item si fundi, §. seminarios, ff. de vsufr. l. quæsitum, §. item nonnullus, ff. de fun. instrum.*

Quæ tamen dicta sunt de operario, non proce-
13 dunt in seruo, † quia eum alit dominus, *l. cum plures, §. cum tutor. ff. de administ. tutor. Specul. dicto titu. qui*

fil. sint legit. §. fina. num. 20. Cordub. dicta l. si quis à liberis, §. solent, num. 15.

Idem est in famulo commodato, cui commodatarius † prouidet de alimentis, *dicta l. in rebus. §. possunt. ff. commoda. Alexan. in l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo, num. 6. ff. solu. matrim. Felin. in cap. ex rescripto, in fine, de iureiuran.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis conductus à potestate, alit seipsum, vide num. 2.*
2 *Assessores conducuntur propriis expensis, si consuetudo aliter non disponit.*
3 *Officialis pro accessu & recessu alendus est à potestate.*
4 *Officiali discedenti soluenda est impensa itineris, etiamsi non domum redeat, si tamen non progrediatur longiorem ad locum.*
5 *Subditi obligati frumentum reipublicæ conducere ad vnum locum, cogi possunt illud ad alium vehere, qui tamen non fit longior.*
6 *Officialis, qui non domum, sed ad alium locum vadit, petere potest pecuniam, non res pro impensa.*
7 *Salarium succedit loco victus.*

QVÆSTIO LXVII.

IN officiali conducto à potestate, est aliqua contradictio inter Doctores, an potestas teneatur illi præstare cibaria. Et Bartolus *in l. penult. C. de iure fisci, lib. 10.* vi-
1 detur tenere, † quod non, vbi nulla exstat consuetudo. Dicit enim, quòd iudex conductus, intelligitur sumptibus conducentis in eundo, stando, & redeundo, quia sic exstat cõsuetudo. Et in *d. l. si non sortem, §. libertus, num. 32. ff. de cond. indeb.* dum loquendo generaliter de locandis operis alicuius, vult, quòd cibaria non sint præstanda. Et Ange. *in §. li-*
2 *bertus, colum. penult. in fi.* ait, quòd † assessores conduci debent sumptibus conducentis, si extat consuetudo, aliàs non, & consulit, quod assessor conueniat expressè. Hoc etiam voluit Alexan. *in l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo, num. 6. in fi. ver. an autem iudicib. ff. solu. matrim. Felin. cap. 1. in fi. de lib. oblat.* Contrarium tenuit Cin. *in l. quod in vxorem, num. 2. in fi. ver. collige ex præmissis*, C. *de nego. gest.* quia alere tenemur eos, qui in seruitiis nostris se exercent, *l. in rebus, §. possunt, ff. commod.* Et licèt quoad medicinas vel expẽsas necessarias tempore infirmitatis distinguat, tamen quoad eas, quæ fiunt integra valetudine, non distinguit, *sequitur ibi Bal. idem voluit Bar. in l. legatis, num. 3. ff. de alimen. & cibar. legat.* vbi ait, quod cibaria debentur, non alimenta, *Iaſ. in d. §. libertus, numero 29.* Id quod procedit non solum respectu cibariorum, dum est loco & seruit, sed etiam in iti-
3 nere † accessus & recessus, *vt per Bart. in d. l. penult. Iaſ. d. §. libertus, num. 29.* Imo si nolit officialis redire do-
4 mum suam, sed alio proficisci, soluenda est † impensa, dum ne longius progrediatur, *secundum Bar. in l. simili, in l. 2. C. de priuileg. dom. Augustæ, lib. 12.* vbi comitatiui, solitum granum reipublicæ traducere v-
5 num in locum, coguntur vehere † illud ad alium. qui tamen non fit longior, *idem Ang. in l. obseruare, §. proficisci, in addit. ff. de offic. proconſ. Par. de Put. de syndic. in ver. potestas an possit, num. 6. folio mihi 240.* vbi allegat Bartolum, quodam in cons. quod non inueni,
6 subdens, quod officialis potest petere † pecuniam, ex quo non potest impleri factum ob mutatum locum, *Alexan. ad Bart. in d. l. pen. C. de iure fisci, lib. 10. Felin. d. c. 1. in fi.* Ego teneo, quòd cibaria non debeantur, vbi consuetudo non extat, quia regula est, quòd
7 cõductus alat seipsum, *d. l. suo victu*, & salariũ, † succedit loco victus, *l. 2. C. de locati, vt inquit Ang. in d. §. libertus, colum. penult.* & assessores debent se ipsos alere de suo salario. Et cum nulla ratio allegari possit, quare magis cibaria debeantur officialibus conductis, quam aliis, standum est regulæ.

SVMMARIVM.

1 *Aduocato, cum exit prouinciam, debentur expensæ vltra salarium.*
2 *Aduocato exeunti prouinciam præstari etiã debet equus.*
3 *Officiali exeunti prouinciã, non debentur expensæ victus.*
4 *Syndicatori extra locum conducto præstantur expensæ etiam pro reditu.*
5 *Delegato transeunti ad alium locum, debentur expensæ victus.*

QVÆSTIO LXVIII.

ADVOCATO vltra conuentum honora-
1 rium, debentur expensæ † victus & aliæ, quando exit prouiciam, *Bal. in l. 1. num. 10. C. de suffrag. per tex. in l. item mẽ, §. idem Labeo,*
2 *ff. manda.* vbi aliquando præstatur equus, † *Ang. cons. 245, num. 4. Alex. ad Bar. in d. l. penult. C. de iure fisci, lib. 10. Felin. in d. c. 1. in fi. de lib. oblat. Iaſ. in l. si non sortem. §. libertus, num. 29. in fi. ff. de cond. indeb.*

3 Officiali tamen † exeunti prouinciam, non debentur sed compensatur cum his, quos domi fecisset, *secundum Alexan. in cons. 206. vol. 2.* Quod tamen non arbitror verum esse: nam etsi inducatur compensatio, id tamen intelligi debet, quatenus non excedunt impensam, quam domi fecisset, *vt dicam infra de teste. super tit. qualiter sint præstanda alimenta.*

4 Et sic in syndicatore † vel iudice, quem aliquis conducit ad locum aliquem. Paris de Put. *de syndica. d. ver. potestas an possit, num. 6. in fine, folio mihi 241.* vult, quòd habeat expensas etiam pro reditu.

5 Idem delegatus, † quando transfert se ad alium locum, consequitur expensas, *secundum Iaſ. in l. properandum, §. sin autem alterutra, num. 14. in fine. C. de iudic. idem est in legato, l. si. §. legati, ff. de mun. & honor. decis. Pedem. 46. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Obsides aluntur ab illis, qui eos dederunt, vbi tamen vide.*
2 *Carceratus alit seipsum, si habet vnde se alat.*
3 *Obsidem dare est species seruitutis.*
4 *Obsidis datio non valet sine obsidis consensu & iuramẽto.*
5 *Obsides testari non possunt, & habentur tanquam serui.*

QVÆSTIO LXIX.

OBSIDIBVS alimenta ministrant, qui
1 eos dedere, † *secundum Io. And. & Card. in c. ex rescripto. ff. de iureiur.* quia illi sentiunt commodum, *l. secundum naturam, ff. de reg. iur.* Est verum, quod Imola vult, quòd seipsos alãt, nisi seruiant ei, cui sunt dati. Et sequitur ibi Felin:

in fi.

in fi. dicens post Imo. quod ita seruatur. Et hæc opinio est verior, quãdo habent, vnde se alant, vt dicimus de carcerato, † *l. quemadmodum, §. magistratus, ff. ad leg. Aquil.* Obses enim certo modo dicitur carcer-
2 ratus, imò dicitur captiuus. Est † enim quædã species seruitutis, *l 2. ff. de lib. hom. exhib.* & non valet da-
3 tio, nisi quatenus cõsentit quis se dari, & iurat, † *d. c. ex rescripto, vbi Imo. & alij, Bero. in cons. 160. volum. 3.* &
4 quod sint serui, & † non possint testari, *Fran. c. 1. colum. 6. ver. 7. prohibentur, & colum. 36. ver. 2. ad idem, de testam. in 6. vide tamen Bal. l. 2. num. 9. C. de patr. qui fil. distr.*

SVMMARIVM.

1 *Equus depositus ali debet à deponente.*
2 *Animal inuentum dare damnum in prædio alieno, ali debet expensis domini.*
3 *Animal pignoratum ali debet à domino.*
4 *Equum alienum depositum, vel pignoratum, qui aluit, repetit sine probatione pabuli.*
5 *Equus sequestratus ab eo est alendus, si sequestrari fecit.*
6 *Sequestrarius repetit à sequestrante impensam, quam fecit pro conseruatione rei.*
7 *Bouem vagabundum, qui retinuit in suo stabulo, repetit impensam à domino.*
8 *Retineri potest animal inuentum dare damnum, donec satisfiat retinenti pro impensa facta.*
9 *Retineri potest res meliorata, donec soluatur impensa melioratonis.*
10 *Hipotheca tacita cum probatione competit ei, quæ impendit pro rei conseruatione.*

QVÆSTIO LXX.

DOMINVS equi depositi, tenetur eum alere, non autem depositarius, quia o-
1 mnis expensa † spectat ad deponentem, *l. si in Asia. §. 1. ff. de depos. Bal. in l. si quis, num. 5. C. depos.* vbi quod retineri potest equus. Idem est in equo, vel alio animali inuento, in alio prædio da-
2 mnum inferente, quia ali debet † expensis domini, *l. quemadmodum, §. magistratus, ff. ad leg. Aquil.* vbi Florian. notat. addens, quod si fame pereat officialis, tenebitur ad interesse; & idem dicit in animali pi-
3 gnorato, † *sequitur Paris de Puteo in tracta syndic. in cap. qualiter arguatur negligentia, num. 6 folio mihi 206. & de equo pignorato ponit Arelaten. ad Alciat in tracta præsumpt. reg. 1. præsump. 50 in fi.* vbi ex notatis per Bart. Alex. & Ias. *in l. cum seruus. ff. de verb. oblig.* vult, quòd talis pos-
4 sit expensas † repetere, nulla facta probatione, quod aluerit, quia habet pro se præsumptionem, *argumento l. fina. C. de alimen. pupillo præstan.* An autem
5 idem sit in equo sequestrato, † Paris de Put. *in dicto tracta c. an carcerarius teneatur, num. 4. folio mihi 84.* dicit, impensam alimoniæ ab eo soluendam, qui fecit sequestrari, *per d. l. si in Asia, §. 1.* argumento eius. quod dicimus de debitore carcerato, qui alimenta recipit à creditore, qui carcerari fecit, *Boer. decis. 103. num. 3.* Facit quod post Ang. dicit Curt. *in l. vnica, nume. 70. C. de prohib. seq. pecu.* vbi ait, quod sequestrarius
6 † repetit à sequestrante omnem impensam, quam fecit pro conseruatione rei sequestratæ. Sed hanc decisionem ego intelligo interim, dum cognoscitur de causa, nam id fit, ne interim res pereat. At causa cognita, vel etiam dum cognoscitur, si dominus adest, & est soluendo, cogitur alere equum suum, sicuti debitor carceratus alit seipsum. Hoc
7 ipsum dicendum est in boue † vagabundo, quem si quis retinuit in stabulo, repetit impensam à domino, *secundum Guid. Papæ, in tract. de præsump. in 4. pag. sequitur Alcia. in tract. præsum. reg. 1. præsump. 50. num. 2.* Et dicũt fortius, quod nõ tenetur talis probare, quod non aluerit, quia habet præsumptionem. Et ratio est, quia impensa illa cessit in vtilitatem domini, qui tenebatur alere. Ideo datur actio negotiorum gestorum, *argumento l. quod in vxorem, cum ibi notat. C. de neg. gest.* Et idem vult Alciat. *loco præcitato*, in eo, qui retinũit bouem, seu animal inuẽtum dare damnum in suo prędio, vbi subdit, quod isto casu da-
8 tur retentio, † donec satisfiat sibi pro alimonia, *argumento l. in summa, vbi Salic. C. de pignor. & eorum, quæ ponit Bar. in l. si non sortem, §. si cẽtum. ff. de cond. indeb. idem Sola de captur. debit. glos. 3. num. 7.* vbi de hospite. Et
9 hoc est regulare, quia impendens † ad conseruationem rei, potest illam retinere, *l. in reb. §. possunt. ff. commoda. l. si in area, ff. de cond. indeb. cum multis apud Negus. in tracta. pigno. in tertio mem. 5. part. princ. num. 8.* imò
10 creditum ex causa conseruationis rei habet † tacitam hypothecam cum prælatione, *l. interdum, ff. qui potio. in pigno. habean.* quam nonnulli aduocati his diebus adducebant ad probandum, quòd creditor ex causa pretij, fœni venditi & consumpti, erat præferendus anterioribus creditoribus in quibusdam armentis seu pecudibus, quorum tamen sententiam ego nolui accedere.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus debitor alit seipsum.*
2 *Creditor tenetur alere debitorem carceratum, qui sit pauper.*
3 *Debitor carceratus relaxari debet, quando creditor recusat illum alere.*
4 *Debitor carceratus alendus est etiam à cessionario creditoris.*
5 *Debitor carceratus retineri potest, donec pro alimentis satisfecerit commentarienſi.*
6 *Homo retineri potest pro cibariis præstitis.*

QVÆSTIO LXXI.

CARCERATVS debitor † debet seipsum
1 alere, *l. quemadmodum. §. magistratus. ff. ad leg. Aquil. §. si vnum, in Auth. vt cum de appellat. cognoscen. §. si verò, in Auth. de incest. nupt. gl. in l. fi. in ver. cognoscere, C. de erog. milit. annona, & illam dicit mentis tenendam Bar. in l. sanctum, in fi. ff. de rer. diuis. vbi Alex. Iac. de Rau. Alber. de Ros. & Cuma in l. si victum, ff. de re iudic. Rauer. de Fortu. in l. iudices. C. de episcop. aud. Paris de Put. de syndic. c. an carcerarius teneatur, num. 1. & seq folio mihi 84. Luc. de Pen. in d. l. fi. Boer. in dec. 303. num. 2. vbi multos allegat:* At si pauper sit, & non habeat de suo, te-
2 netur is, qui fecit † illum carcerari, *glos. in d. l. fi. C. de erog. milit. anno. & illam dicit non esse alibi Bar. in l. illicitas, §. ne potentiores, colum. pen. ff. de offic. præsid. Rain. de Forliu. in d. l. iudices, C. de episcop. aud. quem citat & sequitur Bart. in tracta. de carcerat. in fi. Ang. in l. minimè, C. de appellatio. Specul. in tit. qui fil. sint legit. §. fi. num. 20. Par. de Put. d. cap.*

an carcerarius teneatur, num.1. vbi ait gl.prædictam esse notabilem, Aret. in §.fi. in fi. Instit. de actio. Guido Papæ,q.211. num.2. vbi refert ita seruare omnes curias Delphinatus. Afflict. in decis.71. additio ad Capell. Tolos. decis.100. colum.2. Ias.in l si victum,num.2.& 3.ff.de re iudic. Felin.in c.1.nu.9. de libelli oblat.in c. ex rescripto, in fi.de iureiuran. Marsil.in pract.crimin.in §.attingam,num.74. Sola in Pedem.constitut.super decret. de captur. debitor, glos.3.num.5. alios citat Cordub in l.si quis à liberis.§.solent.num.37.ff.de libe.agnoscen.imò Aretin.in d.§.in fi. Ias.d l.si victum,num.3. Io. Fab. d.§.fi.additio ad Capell.Tolos.d.decis.100. Felin.d.c.1. & c.ex rescripto, Alexan ad Bar. in d.l.sanctum, Sola & Cordub. in locis prædictis volunt, quod iudex possit carce-
3 ratum relaxare, † si creditor, qui fecit eum carcerari, recusat alere. Est verum, quod Afflict. *dicta decis.71.* tenet contrarium, volens, quod eo casu debitor admittatur ad cessionem bonorum: sed cæterorum opinio seruãda est, quia communis,& habet æquitatem, & Cordub. ampliat procedere
4 etiam in persona † cessionarij, vt potest videri, *numero 38.* Et non mirum, quia iniuria infertur carcerato, quando alimenta non permittuntur, *d.l.si victum, ff. de re iudic.*

Quod si commentariensis aluisset, posset impe-
5 dire relaxationem,& debitorem retinere, † donec sibi satisfactum sit, *secundum Guid. Papæ in q.448.* qui dicit, Iacob.de Aret, tenuisse contrarium, sed hoc de consuetudine seruari. Addo, quòd etiam cor-
6 pus humanum † retineri potest pro cibariis præstitis, *l.1.C.de infant.expos.Sola ponit d.glos.3.num.6.*

SVMMARIVM.

1 Carceratus pro delicto alit seipsum, vel si pauper sit, alitur à curia.
2 Carceratus tenetur ad impẽsam custodiæ, nisi sit pauper.
3 Accusatus pro quocunque delicto, interim est alendus.
4 Damnatus ad mortem, ali debet dum differtur sententiæ exequutio.

QVÆSTIO LXXII.

1 IDEM dicimus in carcerato pro crimine, qui propriis expẽsis † est alendus, quando habet bona, aliâs si pauper sit, alitur à curia, *vt voluit Afflict.d.decis.71.num.2. Paris de Put. de syndic.in c.an carcerarius teneatur, num.2.& 3.* vbi
2 inquit, quod etiam custodiri † debet, *Benincas.de pauper. in q.7. in 2. speciali iudic. num.6.* Et procedit in
3 carcerato, vel accusato pro quocumque † delicto. qui interim est alendus, *Alber.in l.fi. C.de ordine cogni. Mart. Laud.in tract.de fisco,num.252. Gigas de crimine læsæ maiesta. in tit. de pœnis committen. q.26.* vbi dicit, etiam delatum pro crimine læsæ maiestatis, interim de suis bonis esse alendum, imo etiam damnatus est
4 alendus, † dum non exequitur sententiã, *l.si victum, ff.de re iudic. vbi glos. Imola, & Iason.* Et dum fit processus, rectè alienat pro alimentis, vt dicam inter priuilegia alimentorum.

SVMMARIVM.

1 Ecclesia alit delinquentes, qui ad eam confugiunt.
2 Iudex excommunicatur, si impedit, ne confugiens ad ecclesiam alatur.

QVÆSTIO LXXIII.

1 ECCLESIA † alit delinquentes, qui ad eam confugiunt, *vt voluit glos.in cap.diffiniuit, in ver. defendatur, 17.quæst.4. argumento l. præsenti, in fine. C. de his, qui ad eccles. confug. ad idem est gl. in cap. fina. de regu. quam dicit singularem Felin.in cap. ex rescripto, in fine, de iureiuran. Imola in Clemen. vnica, de hæret. Paris de Put.de syndic.in cap. an carceratus teneatur, num. 2. folio mihi 84. Cordub. in l. si quis à liberis. §. solent. num. 46. C.de liber.agnoscen. Boer.in decis.*
2 *303. num.3.* Nec isto casu iudex potest impedire † sine periculo excommunicationis, *Hostien. in cap. inter alia. de immun. eccles.* vbi quòd malè faciunt domini temporales, qui circumsæpiunt Ecclesiam, *Guido Papæ, quæstio.121.* vbi de obsidentibus Ecclesiam, & de compeditantibus eos in Ecclesia, *Didac. lib.2. vartarum resolut. cap.20. num.1. Clar. pract. crimin. §.fina. quæstio.30. num.21. Cordub. in d.l.si quis à liberis. §.solent, num.47.*

SVMMARIVM.

1 Reus pendente appellatione aliquando transmittitur ad Iudicem appellationis.
2 Inquisitus pendente appellatione, custoditur à Iudice appellationis.
3 Inquisitus, custodiri debet à Iudice à quo, nisi Iudex appellationis aliud mandet.
4 Reus, quando instat se ad Iudicem appellationis remitti, fit missio suis expensis.
5 Reus ad Iudicem appellationis mittitur expensis Iudicis, si ipse nihil habet.
6 Clericus, cuius expensis ad suum Episcopum remittatur.

QVÆSTIO LXXIIII.

1 REVS pendente appellatione, est aliquando transmittendus † ad Iudicem ad quem, *secundum Iacob. Butr. Bal. & Salic.in l. eos, §.super his, C.de appellatio.* & dicit Baldus *in l. minimè, C. eod.* quod mitti debet sub fida custodia, *Odofred. in l.1. C.de requiren. reis.* De qua quæstione latè Natta *in cons.553. per totum,* vbi tandem re-
2 soluit, quòd pendente † appellatione à diffinitiua, custodiri debet apud Iudicem appellationis, *Aufrer.ad Capell. Tolos.decis.100. Guido Papæ,decis.237.* vbi ait, inquisitum custodiendum per Iudicem à quo, nisi Iudex appellationis mandaret illum sibi re-
3 mitti: tunc enim est illi parendum, *vt inquit Bal. in d. l. minimè, Lancello. in tract. de attenta. in 2. par. cap.12. ampl.4. num.21. & seq.* vbi alios citat, eo casu, quis teneatur impendere pro alimentis, non solum eius qui remittitur, sed etiam custodum, *Bal.in l.generaliter.§.his de præsentibus, num.4. C.de reb.cred* dicit, quod
4 si fuisset à reo † postulatum, remissio fit illius expensis. Et Barbat. *ibi in apostil.* dicit, respondisse Regi Apuliæ, quòd delinquens remittitur ad delicti locum expensis petentis. Dictum Bal. sequitur Felin. *in cap.1.num.8. in fine, de lib. oblat.* vbi tamen dicit, discrepare à decisione Bart. *in l.2. §.defendi, num.5.ff. ex quib.caus.in possess eat.* qui tenet, quod fiat expensis petentis: sed verè non discrepat, quia Bal. loquitur quando reus postulauit. *Aufrer. ad Capell. Tolos. d. decis.100.* inquit, quod diuus Paulus fuit remissus ad

Cæsarem

Cæsarem non expensis propriis, quando ipse nihil habebat, sed expensis ludicis, id quod sensit
5 semper † fieri debere, quando reus non habet, *Io. Fab. d.l. minimè, C. de appellat. Boer. decis. 103. num. 5. & 12.*
6 vbi latè agit, cuius expensis remitti debeat † clericus, qui ad suum Episcopum transmittendus est.

SVMMARIVM.

1 *Monachus ali debet à monasterio.*
2 *Monachus acquirit monasterio.*
3 *Monasterium negans alimenta monacho, priuatur bonis sibi per monachum quæsitis.*
4 *Monasterium, quando negat monacho alimenta, reponitur in alio monasterio, & ibi bona applicantur.*
5 *Monasterium non priuatur bonis per monachum quæsitis, quando propter paupertatem negat ei alimenta.*

QVÆSTIO LXXV.

1 MONACHVS ali debet à † monasterio. *Castren. in cons. 76. num. 1. volum. 1.* Mouetur duabus rationibus, quia monachus seruit, ergo viuere debet de altari, *cap. cum secundum, de præbend.* & quia acquireret †
2 monasterio, *cap. cum olim, de priuileg. Innocen. in cap. prædicto.* Quod si monasterium deneget alimenta, priuatur his,
3 quæ † monachus acquisiuit, *vt per glos. in cap. 1. in ver. languidus, de infan. & languid. expos.* vbi ait, quòd impiè agit Abbas, si monacho non prouidet de necessariis. *Innocen. in cap. cum olim, il secondo, colum. 2. de priuileg. Specu. in titu. de statu monach. §. fi. num. 30.* vbi dicit, quòd Episcopus reponet monachum in alio mo-
4 nasterio, † & illi applicabuntur bona acquisita. In quo tamen distinguit, *num. 46. & 47. vt per eum, Bero. in cons. 26. num. 12. & seq. Tiraq. de retract. consang. §. 10. gl. 1. num. 14. & seq. in fine, & num. 16.* Et prædicta non procederent, quando ob inopiam monasterij, non
5 posset Abbas ministrare † necessaria, quia excusatur, *secundum Bal. in l. 1. §. sed scimus, in fine, C. de latina lib. tollen.* vbi postquam dixit, quòd expellens monachum, priuatur eis bonis, subdit, quòd si monasterium sit inops, cogit eum transire ad monasterium aliud, *sequitur Benincas. in tract. pauper. quæstio. 7. in 2. specia. iudic. num. 25.*

SVMMARIVM.

1 *Milites aluntur à Republica.*
2 *Militare propriis stipendiis nemo cogitur.*
3 *Milites vltra stipendia capere aliquid prohibentur.*
4 *Militi debetur stipendium etiam durante infirmitate.*
5 *Milites consequuntur stipendia pro tempore, quo captiui apud hostes morantur.*
6 *Miles absens cum licētia, habet nihilominus sua stipēdia.*
7 *Doctori debetur salarium pro tempore absentiæ, quando habet licentiam.*
8 *Militibus stipendia dantur pro tempore, quo sunt in itinere.*
9 *Militibus deputatis ad custodiam alicuius, debentur alimenta vltra salarium à custodito.*
10 *Custodes impetrat, qui timet offendi, sed eis prouidere debet de alimentis.*
11 *Militibus quando non soluuntur stipendia in bello iusto, licet deprædari pro necessario victu.*
12 *Furtum non committit, qui rem subtrahit pro necessitate famis.*
13 *Fames maior est necessitas cæteris omnibus.*
14 *Militibus debetur hospitatio à subditis, & nil aliud.*
15 *Princeps pro soluendo stipendio militibus, imponit subditis collectum si bursa communis est vacua.*

QVÆSTIO LXXVI.

1 RESPVBLICA alit milites, *l. milites, in fine, C. loca. Specu. in titu. qui fil. sint legit. §. fina. numero 20.* Nemo enim tenetur pro-
2 priis militare † stipendiis, *cap. cum ex officij, de præscript. Spec. tit. de salar. §. 1. num. 6. in fine,* & ea ratione stipendia dantur, ne sub prætextu quærendi victus fiant prædatores. *cap. militare, 23. quæst. 1.* vbi
3 etiam prohibentur aliquid † capere vltra stipendia. Est & aduertendum, quòd stipendium eis de-
4 betur etiam durante infirmitate, † quia dicitur nihilominus seruire, *Bar. in l. si vnus, §. cum quidam, ff. loca. Abb in cap. 1. de cler. ægrotan. Iul. Ferret. in tracta. de milita. iustit. num. 118.* Idem est, quando sine sua culpa
5 capiuntur ab hostibus, quia reuersi † consequuntur medij temporis stipendia, *l. 3. §. sed si ex improuiso, vbi glos. ff. de re milit. Ioan. de Plat. in l. 1. C. eod. tit. lib. duodecimo.* vbi aliud probatur, quando captus est
6 sua culpa, & ibi inquit, idem esse in absente † ex licentia, quia habet commeatum pro eo tempore. Et dicit Iul. Ferret. *in d. tract. de milit. iustit. num. 114.*
7 quod Doctor, seu † stipendiarius itinerans de licentia superioris, habebit salarium. Allegat glos. *in l. exactorem. §. diem. ff. de re milit.* Et multa alia iura adde, quod militibus dantur stipendia etiam pro tempore, quo sunt non solum in expeditione, sed
8 etiam in itinere, † *argumento l. fi. C. de erog. milit. anno. lib. 12. Ioan. de Ligno. in tract. de bello. Iul. Ferret. d. tracta. de iustit. milita. num. 115.*

Aduerte item, quia si milites dētur à Republica, vel Principe ad custodiam alicuius personæ, vel lo-
9 ci, is sic custoditus tenetur † præstare victum necessarium vltra stipendia, quæ à Principe dantur militibus, *est text. clarus in l. fi. vbi latè Ioan. de Plat. C. de erog. milit. anno.* vbi loquitur de salua guardia, quæ solet à Principe concedi his, qui suspiciantur de offensione. Et per glos. *in d. l. fi.* inquit Bart. *in l. sanctum, ff. de rer. diuis.* quòd timēs se offendi potest pe-
10 tere à Iudice custodes, † quibus ipse, non alius expensas ministrat, *& in l. illicitas, §. ne potentiores, num. 8. ff. de offic. præsid. cum similib.* Imo si iustum sit bellum, & militibus stipendia non persoluantur, licebit
11 eis † pro victu quærendo deprædari, *Ang. in l. 2. ff. ad leg. Rod. de iactu, Felin. in c. querelam, de iureiur. Ferret. in d. tracta. de milita. iustit. num. 158.* quia ob famis neces-
12 sitatem excusatur quis à furto, † *c. fraternitas, 12. q. 2.* & nulla maior est necessitas, quàm fames, *vt inquit*
13 *Tiraq.* † *de pœn. temper. cau. 33. in fi.* vbi multa ponit ad excusandum, quod fit ex necessitate. Multa alia de militibus ponit Iul. Ferret. loco prædicto, & Paris Puteo, *in tracta. syndic. circa princip. in cap. excedunt milites, folio mihi 17.* Hospitatio autem est concedēn-
14 da militibus, & nihil aliud præstandum per † subditos, *l. deuotum. C. de meta. libro vndecimo, vbi Lucas de Penna, & idem dicit Ioan. de Plat. in l. 3. C. de erog. milit.*

anno.

anno. lib. 12. Etsi contrarium omnino obseruent, *vt latè videri potest apud Rolan. in cons. 66. per totum volum. 1.* vbi concludit de iure, non etiam illis deberi lectum, culcitram, nec alia suppellectilia. Et refert illud Pau. *in cap. militare, 23. quæst. 1. quod debent esse contenti suis stipendijs.* Aduerte etiam, quòd pro soluendis militum stipendijs, vbi excursa communi bursa nihil supersit, potest Princeps collectam impo-
15 nere † subditis suis etiam mediatis, *vt latè probant Natta in cons. 487. per totum, & Rolan. in cons. 1. per totum, volum. 2. & latè ponit Bal. in cons. 406. num. 2. volum. 5. Natta in cons. 157. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Populo debentur alimenta à Principe, vel domino, & id Reipublicæ interest.*
2 *Vendere & victualia contribuere pro sustentatione populi cogitur quisque necessitatis tempore.*
3 *Episcopus potest cogere homines ad vendendum victualia, vel contribuendum, quando subest necessitas.*
4 *Immunitas non excusat, etiamsi sit domus Augusta, quia tempore necessitatis contribuatur pro victu populi.*
5 *Ciuitas sine pauperibus non est perfecta.*
6 *Vendere annonam tempore caristiæ cogitur, quicunque habet.*
7 *Victualia quod quilibet singulo die mittat ad plateam, statuto fieri potest.*
8 *Princeps cogit subditos ad emendum frumentum, quod pro munitione fuerat seruatum.*
9 *Vendens mala mixta bonis, punitur.*
10 *Fiscus potest mala victualia bonis miscere, quando ea retinuit pro commodo ciuitatis.*
11 *Vendere tempore necessitatis nemo cogitur frumentum, quando habet solum pro vsu suo.*

QVÆSTIO LXXVII.

POPVLO prouidere tenetur Princeps, Respublica, Ciuitas, vel Rectores. Publicè enim interest, atque vtile est, quod ei
1 non desint † alimenta, *l. 1. C. de episcop. aud. l. 2. ff. ad leg. Iul. de anno. l. ciuatibus. in princ. ff. de leg. 1.* & qui non subueniunt populo in alimentis, videntur occidere illum, *l. necare, ff. de liber. agnoscen.* ex pane enim præcipuè viuit homo, & sustentatur Respublica, *l. publicas. C. de feriis. sunt pulchra Bal. verba, in cons. 406. num. 5. volum. 5.* Et quando in loco extat penu-
2 ria & defectus † victualium, coguntur omnes pro modo facultatum suarum, vt populus alatur, vendere & contribuere sua victualia, *est textus in l. vnica, C. vt nemini lice. in compar. specier.* etiam pretio non iusto, *l. 2. §. eadem ver. omnium, ff. ad leg. Rod. de iactu. Barto. in l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præfect. vrb.* Et non
3 solum secularis Iudex, sed etiam Episcopus † potest homines cogere, *l. fina. §. item Episcopi, ff. de muner. & honor. vbi glos. idem probatur ex notatis, in l. 1. C. de episcop. aud.* Et nemo quantumuis immunis excusa-
4 tur, etiamsi sit de domo Principis † vel Augustæ, *glos. in l. curiales, qui sese. C. de decurion. lib. 10. & in l. fin. C. de exacto tributo.* Probatur *in dicta l. vnica, vbi hæc omnia ponit Ioan. de Platea, C. vt neminem lice. in comparat. specierum, num. 7. circa intellectum.* Interest enim Reipublicæ, quòd pauperes non moriantur, quia sine
5 † pauperibus ciuitas non est perfecta, *l. 2. ff. de nundin.* Et dicit Barto. *in l. in annonam, ff. de extraord. crimin.* quod habentes annonam tempore caristiæ,
6 coguntur illam vendere, † *Bartolus in dicto §. cura carnis. Bal. & Alber. in dicta l. 1. C. de episcop. aud.* vbi Salicet. dicit, valere statutum, quòd quilibet teneatur sin-
7 gulo die † mittere tot frumenti staria in plateam, *Martin. Lauden. in tracta. de official. dom. versic. 23. latè de hoc agit Ripa in tracta. de remed. præseruat. contra pestem, num. 186. & sequen. Alexan. in cons. 190. num. 3. volum. 2. Barbat. in cap. 1. colum. fi. de emp. & vend. Iaf. in l. nec emere, num. 3. C. de iure deliber. Socinus in tracta. fallen. regu. 435. lim. 15. Felin. in cap. 1. colum. 1. de Iudæis, Dec. in l. rogasti, in princip. ff. si certum petat. Aufre. ad Capel. Tolos. decis. 446. Tiraquel. in præfat. tracta. de retract. num. 28. latissimè differit Rolan. in cons. 80. num. 14. 15. 22. & sequen. volum. 3. Benincas. in tracta. paupert. in 8. quæstio. in 7. speciali contract. num. 12. Natta in cons.* ... Et quia Respublica vel Princeps recipiens ad futuram populi necessitatem, prouidere semper debet de maximo commeatu, & habere horrea publica victualibus munita, ne ab opere deterreatur, casu, quo vilescat
8 frumentum, fuit à iure fauorabiliter inductum, quod vbi publicum frumentum † conseruari vlterius nõ potest, cogantur ciues secundum facultatem sui patrimonij emere, *vt probat textus, iuxta secundum glos. intellectum, in d. l. vnica, C. vt nem. lice. in comparat. specie. vbi Ioan. de Plat. refert Bart. dicere, quòd ita consuluit & practicauit Perusius, & est casus singularis, secundum Barbat. in cap. 1. de empt. & vend. Felin. in cap. 1. colum. 2. de Iud. Aufrer. ad dictam decis. Capel. Tolos. 446. Ant. de Burg. in d. c. 1. num. 19. de emp. & vend. Natta in cons. 500. num. 3.* Et licèt regulariter vendens aliquid non
9 debeat mala miscere bonis, † etsi faciat, priuatur extra ordinem, *secundum l. saccularij, vbi glos. ff. de extraordin. crimin. est text. in l. annonam. ff. eo. tit.* vbi Alber. Ang. & Boss. *in sua praxi, in tit. de extraordin. crimin. num. 4.* ponit exemplum in eo, qui cum sale miscet paruos lapillos, in vino maluatico ponit vina deteriora, & qui frumentum vendunt corruptum, & qui mittunt aquam in oleum, & qui in aromatibus dant qui pro quo: tamen fisco licet vi-
10 ctualia bona miscere cum corruptis † & vitiatis, vt facilius inueniant emptorem, *l. 1. C. de cond. in public. horre. lib. 10. vbi Ioan. de Plat. recitat species fraudum qui fieri solent in huiusmodi venditionib. Corset. in sing incip. commixtio, Ang. in d. l. annonam. ff. de extraordin. crim. Boss in d. tit. de extraordin. crim. num. 4.* Intellige tamen principalem decisionem nostræ quæstionis, non pro-
11 cedere in eo, qui habet frumentum pro suo † vsu, & non vltra: is enim non cogitur vendere, quia prima charitas incipit à seipso, *l. præses. C. de seruit. & aq. Isern. in proœm. constitutio. volum. 1.* vbi allegat illud Euangel. Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, *sequitur Maran. de ordi. iudic. par. 9. in princ. num. 181.*

SVMMARIVM.

1 *Alimenta sunt eis dimittenda, qui non potest exigi vltra, quàm facere possit.*
2 *Posse non dicitur, qui honestè & commodè non potest.*
3 *Pater non conuenitur à filio in plus, quàm facere possit, deducto ne egeat.*

4 *Paren-*

4 Parentes vtriusque sexus habent priuilegium, ne conueniantur, vltra quàm facere possint.
5 Filius non exigitur à patre vltra quàm facere possit.
6 Frater vtrinque coniunctus, non conuenitur vltra quàm facere possit.
7 Patronus non exigitur vltra quàm facere possit.
8 Libertus non conuenitur à patrono in plus quàm possit facere.
9 Socius habet beneficium, ne à socio conueniatur vltra quàm facere possit.
10 Societas dicitur fraternitas quædam.
11 Donatori competit priuilegium deducendi quantum sufficiat pro suo victu.
12 Liberalitas cuique suo prodesse, non autem nocere debet.
13 Maritus ab vxore conuentus pro dote, vel alia causa, deducit semper alimenta propria.
14 Socer vxoris non exigitur vltra, quàm facere possit, & ibi quid in socero mariti.
15 Extraneus, qui non tenetur dotare, si dotet, gaudet priuilegio deducendi, ne egeat.
16 Debitor aliquando ex pacto habet beneficium, ne conueniatur vltra, quàm facere possit.
17 Miles non exigitur in plus, quàm possit facere,
18 Vasallus non conuenitur à domino vltra, quàm facere possit.
19 Iudex qui per imperitiam iudicauit, non conuenitur vltra vires patrimonij, deducto ne egeat.
20 Clerico competit priuilegium, ne teneatur vltra id quod superest, deducto ne egeat.
21 Clerico debitori capiuntur fructus præbendæ, vt satisfiat creditori, dimisso tamen victu.
22 Aduocatus non conuenitur vltra quàm facere possit, deducto ne egeat.
23 Debitor Ecclesiæ non exigitur, nisi deductis prius alimentis.
24 Pater spiritualis non exigitur in plus quàm facere possit.
25 Debitor, qui cessit bonis, si deuenerit ad pinguiorem fortunam, tamen deducit alimenta.
26 Iuramentum non obligat præcisè ad pactum.
27 Iuramentum excludit beneficium, ne quis conueniatur vltra quàm facere possit.
28 Negans se esse talem, perdit beneficium, ne conueniatur vltra quàm facere possit.
29 Maritus negans matrimonium conuenitur in totum, nec aliquid deducit, secus si negat dotem.
30 Debitor negans debitum, amittit beneficium, ne conueniatur vltra quàm facere possit.
31 Beneficium, ne conueniatur vltra, quàm facere potest, non prodest ei, qui potest viuere ex arte vel officio.
32 Alimenta cum à lege ordinantur alicui, intelligitur, nisi aliunde habere possit, puta ex arte vel officio.
33 Maritus, qui viuere potest ex arte aliqua, non vtitur beneficio, ne conueniatur vltra quàm facere possit.
34 Charitas primà incipit à seipso.
35 Alterè vnum discooperiri non debet, vt alterum cooperiatur.
36 Maritus non gaudet beneficio deducēdi, ne egeat, quando vxor est pauper, & non habet aliunde.
37 Mariti hæres extraneus non gaudet priuilegio, ne conueniatur vltra quàm facere possit, secus in filio.
38 Debitor Ecclesiæ non deducit alimenta aduersus Ecclesiam, qua sit pauper.
39 Maritus conuentus ab vxore non deducit alimēta, quando dos consistit in re & corpore certo.
40 Maritus non deducit alimenta, quando vti quilibet possessor conuenitur reali actione.
41 Maritus non allegat beneficium deducendi alimenta, quando conuenitur pro dote in tuto collocanda constante matrimonio.
42 Maritus non vtitur priuilegio, ne conueniatur vltra, &c. quando dolosè fecit ne posset soluere.
43 Socer non gaudet priuilegio deducendi alimenta, quando dolosè fecit, ne posset soluere.
44 Maritus propria culpa factus pauper, non vtitur priuilegio, ne conueniatur vltra, quàm potest facere.
45 Maritus, qui dum esset soluendo non exegit dotem à seipso, est in culpa, & perdit beneficium.
46 Maritus factus pauper propter maleficum, amittit priuilegium ne vltra vires conueniatur.
47 Maritus putatiuus, & non verus, non gaudet beneficio, ne teneatur soluere vltra vires.
48 Maritus soluto matrimonio pacisci potest, quòd possit exigi in solidum, non obstante beneficio.
49 Beneficio ne quis conueniatur vltra quàm facere possit, renunciari non potest, vbi reuerentiæ ratio cessat.
50 Beneficio ne conueniatur, nisi deducto ne egeat, quis possit renunciare.
51 Promittens soluere quantitatem debitam, non censetur renunciare beneficio deducendi ne egeat.
52 Maritus, qui soluto matrimonio promisit dotem reddere, intelligitur deductis alimentis.
53 Hæres qui promisit legatum, vel debitum soluere hæreditarium, gaudet beneficio inuentarij.
54 Promittens id, ad quod tenebatur, non alterat primæuam obligationem.
55 Socius potest renunciare beneficio, ne conueniatur vltra vires hæreditatis.
56 Beneficio ne conueniatur vltra, quàm facere possit, minimè gaudet, qui promisit soluere totum, integrum, vel omne debitum.
57 Maritus multis in casibus non vtitur priuilegio, vbi remissiuè.
58 Ingratus priuatur alimentis.
59 Ingratus non vtitur priuilegio deducendi alimenta.

QVÆSTIO LXVIII.

HIS RELINQVI debent alimenta, qui habent beneficium, ne conueniantur vltra quàm facere † possunt, *est textus in l. in condemnatione, in principio, ff. de regu. iuris.* vbi dicitur relinquendum esse tantum, ne egeat. *& ibi notant glos. & Doctores,* & nihil aliud est dicere, quod non teneatur, vltra quàm facere possit, quam si dicatur, quod debitor retineat sibi tantum, quod sufficiat ad alimenta, *vt declarat Bartolus l. maritum. numero 2. ff. soluto matrimonio, post glos. Ruin. in consilio 144. numero 12. volumine 5. Crot in repet. l. si constante, num. 162. ff. soluto matrimo. est etiam text. in l. inter eos. §. fina. ff. de re iudic.* non enim dicitur quis posse, quod facere † non potest honestè & commodè, *secundum glos. in dicta l. in condemnatione, in principio, Iacob. de Aretin. Baldus & alij, in l. si maritus, ff. soluto matrimonio, Brun. in consilio 89. numero 3. Dec. in l. diuus, colum. fi. ff. de regiur. Ias. in l. sunt qui in id, num. 2. ff. de re iudi.*

Multi

Multi autem sunt quibus hoc beneficium compe-
3 tit. Et primo patri. Is enim † non conuenitur à filio vltra quàm facere possit. *§. sunt præterea, ver. sed etsi quis, Instit. de actio.* qui textus loquitur non solum in
4 patre, sed in quocunque parẽte vtriusque † sexus, *secundum gl. in l. patronus, in ver. parentes. ff. de re iudic.* Et quòd competat, est tex. *in l. sunt qui in id, in vlt. ver. cum l. seq. ff. de re iudic. ponit Ias. d. §. sed etsi quis, in princ.* Et rationem ponunt Doctores diuersam. Dynus enim dicit, prouenire hoc priuilegium à reuerentia patri debita, Nico. verò de Neapoli inquit, rationem esse, quia obstat filio exceptio, dolo facis petendo quod restituturus es, *vt per Ias. loco prædicto.* Sed cum hoc beneficium pluribus personis competat, deberet allegari generalis quædam ratio, quæ omnes complecteretur, *vt Lud. de Sard. dicit ibi in addit.* quod tamen nõ placet, quia idem beneficium potest diuersis personis ex diuersa causa competere.

Competit etiam eiusmodi beneficium filio,
5 † quando conuenitur à patre, *secundum Io. Fab. Io. de Plat. Ang. & Iason, in dicto §. sunt præterea, ver. sed etsi quis.* quia in filio militat eadem ratio, excipiendi de dolo, quæ militat in patre.

6 Idem est in fratre vtrinque † cõiuncto per eandem rationem, *secundum Io. Fab. & Ang. in d. ver. sed etsi quis, & eos sequent. Ias. num. 4. licet Iac. de Rau. & Nicol. de Neap. ibi contrarium tenuerint, post glos. Bar. & Bal. in l. verum, in princ. in ver. fraternitatis. ff. pro socio, Iason in l. sunt qui in id, num. 4. ff. de re iudic. transit cum Angelo.*

7 Patonus quoque non exigitur † vltra quàm facere possit, *d. ver. sed etsi quis,* & idem in parentibus & liberis patroni, *l. patronus, ff. de re iud.* id quod extendit Io. Fab. & post eum Ang. & Ias. in loco prædicto, ad libertum, quando conuenitur à patrono,
8 † & potest in liberto considerari etiam ratio ali-
9 mentorum, *de qua suprà, vt dixi suo loco.* Socius † item gaudet eo beneficio, *vt d. §. sed etsi quis. l. verum. ff. pro socio. l. sunt qui in id. ff. de re iud. Nico. de Neap. Io. de Plat. Io. Fab. Ang. & Iason in d. ver. sed etsi quis,* vbi extendunt etiam ad socios non omnium bonorum, & ad debita non contracta contẽplatione societatis, & ad plures scholares in eadem domo habitantes, *idem voluit Iason in l. sunt qui, num. 3. Lupus in c. per vestras, in 7. notab. §. 12. num. 12. folio 184.* Et ratio est, quia in societa-
10 te est quædam fraternitas, † *vt dicitur in l. verum. sequitur Ias. in d. l. sunt qui in id, num. 3.*

Donatori rursus datur facultas deducendi, ne
11 † egeat, *est tex. in l. diuus. ff. de reg. iur. l. inter eos, in princ. ver. is quoq;, ff. de re iudic. & d. §. sunt præterea. §. sed si quis. vbi Doct. Instit. de actio. & vtroq; in loco, Ias. vbi nu. 6.* Ratio
12 est, quia non debet quis sua † liberalitate periclitari, *l. ne liberalitate. ff. de re iud. ponit Ias. in d. l. inter eos, nu. 3.*

Maritus siue pro dote, siue ex quouis alio con-
13 tractu ab vxore conueniatur, deducit † ne egeat, *l. non tantũ, vbi Doctores, præcipuè Ias. ff. de re iud.* Et procedit etiamsi contraxit constante matrimonio, quia priuilegium competit sibi soluto matrimonio, *secundum Ias. in §. Dyn. Bart. Alexan. & alij omnes in l. maritum, ff. soluto matrimonio, vbi latè ponunt Doctores, glos. & Docto. in §. sunt præterea, ver. item si de dote, vbi Aret. num. 2. Instit. de actio. & Ias. in princ. Benincas. de pauper. q. 8. in 2. specia. in contract. num. 14.*

14 Idem in socero † vxoris. *l. sicut autem, vbi Doctores, & l. seq. ff. de re iudic.* vbi ponunt quoque idem in socero mariti. Et vnam esse differentiam inter socerum mariti & socerum vxoris, ponit Lupus *in cap. per vestras, in 3. notab. in fi. num. 7. folio mihi 162. de donatio. inter vir. & vxor.* & quod socero detur hoc priuilegium, probat text. *in l. diuortio. §. interdum, & l. rei iudicatæ, §. fi. ff. solu. matrim. Crot. in d. l. si constãte, num. 162. Ruin. d. cons. 144. num. 12. Ias. d. ver. item si de dote, num. 3. vbi ponit rationem.*

15 Extraneus † quoque, qui dotat mulierem, quam dotare non tenebatur, *l. si extraneus, & l. pen. ff. de iure dot. Io. de Plat. & Ang. in d. §. sed etsi quis, Ias. in l. inter eos, num. 4. de re iud.* aliquando etiam ex pacto acquiri-
16 tur † hoc beneficium, *vt est text. in l. si quis crediderit, vbi Bal. in princ. ff. de pact.*

17 Item, miles eodem † gaudet priuilegio, *l. miles, ff. de re iudic.* vbi Ias. *in princ.* dicit, quod ei non potest renunciari. Communem dicit Dec. *in c. Episcopus, in princ. de præbend.* & quia vasallus miles est, *cap. 1. quo temp. mil.* non conuenitur à domino, nisi in quan-
18 tum facere † potest deducto ne egeat, *ita Ioan. Bapt. Surdus, Taurini senator, & affinis meus, in c. 1. num. 50. an agna. vel filius.*

19 Iudex item, qui per imperitiam iudicauit, † *Alexan. in l. 4. §. in eum, in fi. ff. de dam. infect. Boss in tit. de official. corrup. num. 23.*

20 Idem est in clerico: † ei enim competit hoc priuilegium. *glos. Ricar. Malum. Bar. Ang. & alij in d. l. miles, vbi Ias. num. 11. & seq. dicit esse magis communem opinionem, Anch. & Imo. in c. Odoardus, de solut. Imola & Gemin. in c. si propter sua debita, in 1. notab. de rescrip. in 6.* Ideo licet
21 aliquando capiantur fructus præbendæ † pro soluendo eorum creditoribus, *Abbas in cap. peruenit, numero 11. de fideiuss. Ripa in l. obligatione generali, num. 45. ff. de pignor.* tamen dimitti eis debet quantum sufficiat pro victu, *secundum Cynum & Salicetum in l. stipendia, C. de exequut. rei iudic. Boer. decis. 226. circa finem, Benincas. in tracta. pauper. quæstione octaua, in quarto specia. contract. num. 15. latè Dec. in cap. Episcopus, num. 1. de præben. vbi addi.*

Et competit hoc beneficium etiam aduocato,
22 † *Cin. & Salic. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. glos. in l. miles, vbi Bart. Alexan. & alij. ff. de re iudic. vbi communem dicit. Iason num. 9.*

23 Et debitori Ecclesiæ, † *glos. in cap. quicunque, 16. q. 7. declarat Dec. in c. Episcopus, in princ. de præbend.*

24 Et patri spirituali, † *Ioan. Fab. in §. sunt præterea, colum. 1. Instit. de actio. vbi Ioan. de Plat. Aret. & Tiraquel. l. si vnquam, ver. susceperit liberos, num. 32.*

Cuius est casus in eo, qui cessit bonis: is enim, si ad pinguiorem fortunam deueniat, licèt soluere teneatur, *l. nec maritus, ver. at cum eius. C. soluto matri-*
25 *monio,* tamen † si conueniatur deducere potest alimenta, *l. is qui, ff. de cessione bono. Imola in l. si maritus. vbi Ias. num. 4. ff. post soluto matrimonio, & post Bal. quem allegat. ponit Ang. in §. fi. in fi. Insti. de actio. Didac. lib. 2. variar resolut. cap. 1. num. 6.* vbi inquit, obtinere hoc etiam in foro conscientiæ. *Cordub. in l. si quis à liberis, §. solent, num. 39. ff. de liber. agnoscen.*

Sed hoc beneficium cessat multis in casibus, quorum aliquos non grauabor, breuiter tamen & compen-

compendiosè recensere. Et primo, quando pro-
26 missio est iurata, quia iur amentum obligat † præcisè ad factum. *c. querelam, vbi Butr. ne prælat. vic. suas.* & tollit contrariam exceptionem, *c. debitores, de*
27 *iureiur.* Per quæ iura loquendo in socero † ita tenet Brun. *in cons. 89. num. 4. ver. plus dico.* Idem in socio iurante probauit Io. Lup. *in c. per vestras, in 7. notab. in §. 12. num. 22. ver. limitabis tertio, de donat. inter vir. & vxo. folio mihi 185. colum. 1.* Et in socio loquitur Corne. de quo prædicti non faciunt mentionem *in cons. 128. colum. 2. in fin. & colum. 3. in prin. volum. 3. sequitur Gozad in cons. 88. num. 19. Rolan. in consilio 13. num. 10. volum. 1. & in tracta. de lucro dot. quæstio. 42. num. 13.*

28 Secundus est casus, quando negat † quis se talem: nam cum priuilegiũ descendat ab illa qualitate, abnegans qualitatem, efficitur beneficij indignus, *l. sed si ex parte, in fin. princ. ff. quod cum eo. & in socio est tex. in l. si vnus, §. vltimo, ff. pro socio. l. sed hoc ita, in fin. ff. de re iudic. facit tex. in l. si dubitetur, §. ita demum. ff. de fideiuss. & in auth. contra qui propriam. C. de non num. pecun. & ita tenet glos. in d. §. sunt præterea, in ver. item si de dote, Instit. de actio. Bar. in l. etiam. §. 1. num. 3. ff. soluto matrimonio,* vbi de socio infert ad maritum, declarando tamen, quod ma-
29 ritus perdat beneficium, quando † negat matrimonium, secus si negaret alia, puta dotem datam vel contractum celebratum, *Alex. in l. si maritum, colum. 1. versic. vndecimo fallit, ff. soluto matrimonio, vbi loquitur in marito, Io. Lup. in socio. d. §. 12. num. 14.* vbi tamen limitat, quando pœniteret ante litis contestationem, & quando negatio non esset absoluta, vt per eum, & præter eum Ias. qui loquitur in socio & marito *in l. quod te, num. 30. ver. eodem modo. ff. si cert. pet. Marsil. in rub. ff. de fideiuss. nu. 327.* vbi
30 in marito, Felyn. qui generaliter loquitur in quocunq; negante † debitũ, *in cap. exceptionem, colum. 12. in fine, ver. & ista exceptio, ff. de exceptio. allegat Cardin. ibi, Campeg. de dote, par. 2. q. 238. colum. 2. ver. vndecimo fallit, & quæstio. 265.* sequitur Anto. *Gabr. commun. opin. lib. 5. tit. de acquir. poss. concluf. 5. num. 7.* vbi plures ponit limitationes. Et hoc est notandum aduersus distinctionem Bar. *in d. l. etiam. §. 1. Rol. in cons. 88. num. 5. & 7. volum. 4.* vbi ponit concordantes in socio & marito. Et *num. 17.* limitat, quando non perseuerauit in negatione vsque ad litis contestationem, *Cuccus in tracta. de mention. circa pos. num. 99.*

Tertius casus est, quando sic priuilegiatus habet artem, vel officium, ex quibus potest viuere,
31 † quia tunc nihil deducit de suo patrimonio, *secundum glos. fin. l. si maritus in id. ff. soluto matrimonio, ponit in proposito Ioan. Fab. in d. §. sunt præterea, ver. nẽ si de dote, & ibi Ias. num. 7. Instit. de actio. & ibi Aretin. num. 3.* quia vbicunque ius mandat aliquem alen-
32 dum esse, intelligitur † si ex arte vel industria non potest viuere, *gloss. in l. si quis argentum. §. 1. C. de donatio. gloss. in l. si quis à liberis, in prin. ff. de liber. agnos. ita quoque tenuit Alexan. in l. maritum, col. 2. ver. quinto decimo fallit. ff. soluto matrimonio, & ibi ante eum hoc voluit Nicol. de Neap. ad idem est gloss. fin. in l. si maritus. ff. eo. tit. vbi Alex. in princip. dicit, eam singularem.*

33 Quod si maritus scit artem, qua mediante potest sibi victum quærere, † non gaudet priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere possit. Et subdit esse similem gl. *in d. l. si quis argentum, in §. 1. Campeg. d. quæstio. 238. colum. 3. ver. decimo quinto fallit.*

Quartus est casus, quando vxor quoque ipsa egeret, & non haberet aliunde, quia tunc maritus non gaudet beneficio prædicto, quia prima
34 † charitas incipit à seipso. *l. præses. C. de seru. & aqua.* & in pari causa necessitatis præfertur mulier. *l. assidui. §. exceptis. C. qui pot. in pig. hab.* & vnum altare
35 † non est discooperiendum, vt alterum cooperi-
36 atur. *l. verum. §. pen. ff. de minor. ita tenet † in terminis Iac. de Are. in d. l. si. maritus. ff. soluto matrimonio, Bar. in d. l. maritum. versus fin. ff. soluto matrimonio, Gul. Cun. & Bal. in l. si quis crediderit. ff. de pact. idem Bal. in l. 2. num. 5. C. quod cum eo,* vbi declarat, non procedere in aliis personis, quibus beneficium non indulgetur gratia miserationis, sed propter mutationem status, cum alias ad nihilum tenerentur. Et hæc opinio est magis communis, secundum Alex. *in d. l. maritum, colum. 3. ver. in quantum Bar. hic, vbi plures alios allegat.* & transit cũ limitatione Bal. vt sit concessum soli marito, *Aret. in d. §. item si de dote, num. 4.* vbi dicit, idem esse in hæredibus mariti, si pauperes sint, quia æquius est, quòd mendicet maritus, quàm patiatur mulier, quæ bona
37 habet, sed hoc de hærede intellige, † si sit filius, non si extraneus, *secundum Bar. post gloss. ibi in l. maritum, in fin. & Bald. in d. l. si quis crediderit. in fin.* vbi ponit exemplum in filiis primi matrimonij. Et primam sententiam probauit Ias. *d. ver item si de dote, num. 10. Campeg. quæstio. 241. & seq. Padill. in l. præses, nnm. 8. C. de serui. & aqua, vbi allegat Bald. Cam-*
38 *peg. & Didac.* Idem in debitore † Ecclesiæ ponit Dec. *d. c. episcopus, num. 2. de præben.*

Quintus casus est, quando dos consistit non in pecunia, nec in alia re, quæ pondere, numero aut mensura distinguatur, sed vel in re immobi-
39 li, vel in certa specie, † quia tunc marito nõ competit hoc beneficium *l. vnica, §. cum autem. C. de rei vxo. actio.* per quem tex. ita voluit Bal. *in c. 1. de not. feud. Imola in l. fin. filio. ff. soluto matr. Ias d. ver. item si de dote, num. 11. Campeg. d. q. 238. col. 2. ver. decimo fallit.* Sed hęc opinio patitur difficultatem, quia Bar. *in l. Nesennius. §. si fundus. ff. de re iudic.* tenet contrarium. Ideo vide Alex. *in d. l. maritum, col. 1. ver. decimo fallit,* vbi ponit, quòd si ex pretio rei dotalis maritus aliam acquisiuerit. Posset autem dici, quòd prima opinio obtineat, quando vxor actionem moueret realem ad rem, non autem vteretur personali de dote.

Nam & hic sextus est casus, quando agitur rea-
40 li iudicio, & maritus † conuenitur vti tertius possessor, non gaudet priuilegio deducẽdi ne egeat, *l. si cum dotem, §. fin. ff. solu. matri. l. depositi. ff. de pecul. Din. in d. l. maritum, vbi Bar.* quia non conuenitur vt vir, *idem voluit Cin. in l. vbi adhuc, in 10. quæstion. C. de iure dot. Iac. de Are. Bar. & Bal. in l. si maritus in id. ff. soluto matr. Et hanc opinionem dicit magis communem Alex. in d. l. maritum, col. 3. ver. item in quantum Bar. hic concludit, & ita in locis prædictis intelligunt tex. in d. l. Nesennius. §. si fundus. vide omnino Ias. in l.*

si constante,nume.118.ff.soluto matr. & d. ver.item si de dote, in fi. ego non video, quare magis hoc casu denegetur beneficium marito, quando realis, quàm vbi personalis actio intentatur, cum vtroque casu militet ratio miserationis, & reuerẽtia, alias verò erit semper in facultate vxoris realem proponendo actionem, fraudare maritum priuilegio sibi à iure indulto: Cum tamen ea reuerentia separari nõ possit à persona mariti, etiam si vti possessor conueniatur, quando causa restitutionis descendit à dote & à matrimonio, *vt per Crot. in d.l.si constante,nu.157.in fi.*

Septimus est casus, quando ob inopiam mariti dos repetitur cõstante matrimonio: tunc enim
41 maritus † non potest allegare beneficium prędictum, *ita glo.in l.vbi adhuc,in verbo,sustentationem.C. de iure dot. vbi eam sequitur Cin.* quia vir tunc non potest agere, cũ dos sit recuperata, deseruiat nihilominus onerib.matrimonij, *idem voluit Rainer. de Forliu.in l.si constante,in prin.ff.solu.matr.* sed Bart. *ibi,nu.105.& seq.* dicit procedere, quando vxor agit reali actione, vel etiam hypothecaria per rationes supradictas, secus si moueret personalem propter præiudicium quod pararetur viro soluto matrimonio, & cum Bart. transit Alex. *in d.l. maritum,in princip.ver.octauo fallit.* sed contrariam sententiam glo. *in l.vbi adhuc,* probauit Bal. *in d.l.si quis crediderit, sequitur Imola, Castr. Rom. & alij, quos citat Ias.in d.l.si constante, nu.111. vbi dicit communem, sequitur Bal. nouel.nu.37. Crot.nu.157. hanc etiam sententiam sequutus est Aret. in d.ver. item si de dote, nu.4. ver.secundo fallit, Campeg.d.q.238.col.2.ver.octauo fallit, Lupus in c. per vestras, §.37.de donat.inter virum & vxor.folio 119.*

42 Octauus casus est, quando maritus † vel alius dolo fecit, quominus posset commodè soluere, quia tunc non vtitur eo priuilegio, *l.etiam. §.1.ff. solu.mat.* vbi loquitur in marito, *ad idem est gl.2. in ver.item si de dote,d.§.sunt præterea,* & idem est in so-
43 cero, † *l.pen.ff.de iure dot.* & idem est, quando mari-
44 tus factus est pauper sua † culpa, *d.l. etiam. §. licet. est gl.not.in d.l.pen. ff. de iure dot.* vbi si maritus sciẽs se non posse reddere integram dotem, illam accepit, non gaudet beneficio, quia si nõ est in dolo, saltem est in culpa, *Bar.in l.alias.§.eleganter.in fi. ff.solut.mat.* & dicitur *in d.l. diuortio. vbi gl.ff.de nego. gest.* quod maritus, qui nõ exigit dotem à seipso, quando erat soluendo, dicitur in dolo vel culpa,
45 † ideo conuentus non opponit de beneficio, ne teneatur vltra quàm facere possit, *sequitur Bar.in l. non tantum.ff.de re iudi.vbi Ias.in fi. Alex.in l.maritum. col.1.ver.nono fallit, ff.solut.matr.* vbi tamen dicit, in suo casu maritum non esse in dolo, *Aret.in d. ver. item si de dote,nu.4.ver.tertio fallit.* vbi ponit de marito & socero, & tãgit etiam aliquid de culpa, *sequitur ibi Ias.nu.9.* vbi ponit de socero & marito, de dolo & de culpa, *Lupus in c.per vestras,in 3.not ab. §.24.nu.7.de donat.inter vir. & vxor. Campeg. de dote, part.3.q.250.* vbi latè agit in socero, *pulchrè Lup. in rub.de donatio.inter vir.& vx.§.21.nu.14.* & in *d.§.24. nu.7.* dicit idem esse, quando incidisset maritus,
46 † in paupertatem propter maleficium, *allegat Bal. in c.quæ in ecclesiarum,de constitutio.in c.sedes,de rescrip. de quo latè Ias.in auth.res quæ.nu.21.& seq.& C. comm. de leg.Benincas. de pauper. q.8.in 2.specia.contrac.nu.15.* & quod amittat maritus beneficium propter dolum, *Campeg.q.262.& duab.seq.*

47 Nonus est casus, quando non est maritus † verus, sed putatiuus, *c.1.ver.totam,extra de donatio.inter vir.& vxo.secundum intellectum Io.And. & Doctores ibi, Castr.& Imola in l.si filio,la 2.ff.sol.mat. Alex. in d. l.maritum, ver.septimo limita non procedere, Campeg. qui ab Alexan. desumpsit formalia verba,q.237.& d.q. 238.col.1.ver. septimo limita, additio magna ad Iason.in d.ver.item si de dote.*

Decimus est casus, quando maritus pactus est, quòd exigi possit in solidum, non obstante dicto beneficio, & hæc intellige soluto matrimonio,
48 † quia tunc valet pactum, *secundum Guliel.Aar.Ang. & Castr.in l.alia.§.eleganter.ff.solut.matr.Ias.in l.sunt qui in id,nu.5.ff.de re iudi.& in d. ver.item si de dote,nu. 6.Campeg.d.par.3.q.246.* vbi in *quæst.244.* dicit cõstante matrimonio fieri non posse, quia ius reuerentiale non potest remitti: cessante autem re-
49 uerentiæ † ratione potest renunciari, *vt per glo.& Doctores in l.si conuenerit, vbi Alex ff.de re iudic.Hostien. Io.And. Imola & alij in c.Odoardus,de solut.Lup.in d.§. 24.num.16.vbi infertur ad socium,* & Campeg. *in quæstio. 245.* ponit an vxor possit huic beneficio re-
50 nunciare, & in fi. ponit in genere, de milite, † de clerico, & alijs personis beneficiatis, an ei beneficio possint renunciare. Adde tamen quòd non videtur illi renunciare, qui simpliciter promisit soluere summam debitam, sed promissio in-
51 telligitur saluo † beneficio, *secundum Bald. in l. quod nomine, ff. de condictio. indeb. Ruin. in consil. 159. columna 3. volum.3.Rol.in tracta.de lucro dot.quæst.37. nume.4.* facit, quia maritus, qui soluto matrimo-
52 nio promisit dotem reddere, † gaudet nihilominus eo priuilegio, *l.quod si maritus. ff. de constitutio. pecun. Bart.in l.maritum.ff.de soluto matrimonio, Campeg. dict. quæstio.246. colum.1.in fin. & quæstio.268.* quod ego intelligo, nisi actio antiqua fuisset nouata, argumento eius quod dicimus de hærede,
53 qui si promittat soluere † debitũ hæreditarium, vel legatum, non gaudet beneficio inuentarij, *Ang.in consil.31. colum. penultim. Dec.in authent. præterea.nume.12.C.vnde vir & vx.& cons.496.nume.12. Phanu. qui alios citat, in tracta.de confectio. inuentar. par.6.nume.110.Rolan.in eo.tract.154.nu.1.* Regulari-
54 ter autem promissio accedens † obligationi, non eam alterat, nec immutat illius naturam, *l.qui mutuam.ff.manda.l.penult.C.de pact.& in simili ita declarat Phanuc.in tracta. dot.gloss.8.nume.57.* & in socio,
55 quod possit renunciare † huic beneficio, ponit Lup. *d. cap.per vestras.§.12. qui est vltimus, nume.16.* vbi innuit hanc differentiam inter eum cui debetur reuerentiæ gratia, & alium, cui ex alia causa debeatur, & quando illi potest renunciari expresè, potest etiã tacitè, ideo qui promittit red-
56 dere totũ integrũ, vel omne † debitũ, non vtitur priuilegio, *secundũ Bald. in l.quod nomine. ff. de cond. indeb. Alex.Rui.& Lup.quos citat, & sequitur Rolan.in d.tract.de lucro dot.q.38.nu.6.* Plures autem in alios

casus

57 casus, quib. maritus priuatur priuilegio, † ponit Alexan. *in d.l. maritum, Campeg. in d.par.3.quæst.237. vsq; ad quæst.271. Lup.d.§.12.& vlt.n.15.& seq.*

Addo tamen vnum casum, qui non ponitur ab alijs: quia si is, cui à lege vel ab homine datur beneficium, committat ingratitudinem, priua-
58 tur. Nam quemadmodum propter † ingratitudinem perduntur alimenta, *l.fi.C.de alen. lib. Doctores in l.fi. C. de reuoc. donation.* ita perditur beneficium
59 deducendi, † quantũ opus est, ne egeat. *Hoc voluit Ias. in d.§.sunt præterea, ver.sed & si quis, num.5.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus consequitur expensam victus, quando exit suum domicilium, aliàs non.*
2 *Delegatus ordinarij habet victum, quando exit domicilium.*
3 *Delegatus ad vniuersitatem causarum consequitur impensam victus ab ordinario, qui illã deputauit.*
4 *Delegatus ad vnam causam malitiosè deputatus ab ordinario consequitur victum à delegante, quando exit domicilium,*
5 *Delegatus quando inter duas dietas proficiscitur, habet victum ab vtraq; parte.*
6 *Delegatus intra vnam dietam capit victum, & impensam ab impetrante.*
7 *Delegatus consequitur impensam à Iudice, quando altera pars est inops.*
8 *Iudex alit seipsum, quando accedit ad locum aliquem suæ iurisdictionis, & ibi extendit.*
9 *Iustitiam venalem habere non licet Iudici.*
10 *Conseruator habetur pro ordinario Iudice vel delegato ad vniuersitatem causarum.*
11 *Conseruator non consequitur alimenta à partibus, quando exit domicilium.*

QVÆSTIO LXXIX.

DVbium est, an delegatus Papę habere debeat expensam victus, quando pro exequutione mandati debet exire domicilium suum. Et Hostien. *in c. prudentiã, de offic. deleg.*
1 dicit, quòd non, † quia hoc modo posset negligere mandatum superioris. Addit quod omni casu debet primo ire, deinde petere expensas, ex quo non sunt liquidæ, nec certæ. Sequitur Abb. *ibi num. 23.* vbi tamen limitat, quando esset adeo pauper, quòd non possit de suo impendere. Sed veritas est, quod delegato non debetur victus, quando non exit domiciliũ suum, quia ipse nullam facit impensam, *Spec. in tit. de salar. §. 1. num. 6. ver. quid si alicui.* At vbi exit domicilium, consequitur sumptum, *vt probat tex. in cap. cum ab omni, vbi glo. de vita & honest. cleric. in c. statutum. §. insuper, vbi omnes Doctores, de rescript. in 6. vbi glo. Specu. in d. tit. de salar. §. 1. num. 7.* vbi ponit, quid in alijs expensis, quàm victus. Et dicit ita de consuetudine seruari, & Abb. *d.c. cum ab omni, num. 13.* dicit idem, siue habeat beneficium, siue non, quia ei non confertur beneficium cum hoc onere. *Dec. in c. prudentiam, numero 22. de offic. deleg.* quia non debet suis stipendijs militare. Et idem præsupponunt Ang. *in l. sed & si lege. §. quod autem, il secondo, ff. de petit. hæred. Ias. in l. properandum. §. sin autem alterutra, nu. 14. C. de iudic.* Et hæc opinio bene obtinet, siue sit de-
2 legatus à Principe, siue ab inferiore † etiam ordinario, *secundum Specu. loco prædicto, num.11. Abb. d.c. cum ab omni, num. 9.* Tamen quando esset delegatus ab ordinario ad vniuersitatẽ causarum, tunc quia idem omnino est consistorium, ordinarius
3 ipse † prouidet. *ita Specu. & Abb. in locis prædictis*, qui
4 idem dicunt, quando deputatur malitiosè † ad vnam causam, *per glo. in d. §. insuper, & c. pastoralis, de offic. deleg.* Eiusmodi autem expensas consequitur delegatus communiter ab vtraque parte, quando
5 non † proficiscitur vltra duas dietas, *secundum Specul. d. tit. de salar. §. 1. num. 2. ver. ego credo.* Sed Archid. *in d. cap. statutum. §. insuper*, dicit, quòd vtraq; pars contribuit, quando accessus respicit communem vtilitatem, etiam si fuerit ab altera tantum impetratus: quando verò respicit alterius vtilitatem, ille supplet, *secundum glo. in l. quoniam liberi. C. de testib.* nisi delegatus intra dietam accersitus sit, quia
6 tunc impetrans † soluit, *sequitur Ioan. Andr. d. §. insuper, & Franch. circa fi. princ.* Si tamen altera partium prematur inopia, subleuatur à Iudice, qui supplet, non autem grauat partem contrariam,
7 *vt vult † glo. in d. §. insuper. vbi Franch. circa finem.* Ordinarius autem Iudex cum accedit ad locum aliquem suæ iurisdictionis, alit † seipsum, nec pro
8 impensis victus equi & vecturæ quicquam exigit à partibus, *cap. cum ab omni. vbi Doctores. præcipue Abb. num. 12. in fi. de vita & honest. cleric.* Ad hoc enim ei datur salarium, & assignantur redditus officij, vt onus iniunctum sustineat, *secundum glo. ibi. ad idem est tex. in cap. illud, 10. quæst. 2.* Non enim existimare debet alienum iurgium esse suam prædã, *l. omnes, C. ad leg. Iul. repet.* & ne sub colore expensarum fiat grassator, *cap. militare. 23. quæst. 1.* & debet esse contentus suo stipendio, *cap. non satis, circa fi. 86. distinct.* & esset habere iustitiam venalem, quod non † li-
9 cet, *cap. non licet, 11. quæst. 3. ponit Anchar. in cons. 201. princip. & in specie Specu. in d. titu. de salar. in princip. numero octauo.*

Et quæ dicuntur de Iudice ordinario, locum
10 habent in cõseruatore, quia habetur † tamquam ordinarius, vel tamquam delegatus ad vniuersitatem causarum, *vt probatur in c. fi. de offic. deleg. in 6.* ideo in eis locum habent, quæ de ordinarijs & ta-
11 libus delegatis disposita † sunt, *vt præcisè ponit glo. in d. cap. statutum, §. insuper. vbi Franch. in 2. colum. circa medium.*

SVMMARIVM.

1 *Victus soluit victori expensas, quas fecit super hospitio, lite durante.*
2 *Viuere de vento nemo præsumitur.*

QVÆSTIO LXXX.

MIctus debet victori condemnari in expensis, quas litigando fecit pro suo victu
1 in hospitio, † vel alibi, *vt innuit Bar. in dicta l. non ignorat, post princip. C. de fruct. & lit. expens.* dum inquit, multas fieri expensas in hospitio, quæ Iudici non probantur. Et subdit quod eo

casu Iudex ex coniectura illas taxabit, *sequitur Iason in l. properandum. §. sin autem alterutra, num. 14. in fi. ver. nota esse in hac materia, C. de iudic.* Et hanc impensam omisit Specu. *in tit. de expen. §. fi. num. 21.* vbi quatuor tantum expensarum genera enumerat, ex quibus sola alimentorum, quæ exhibentur testibus, respicit victus. Sed quod cibaria veniant in expensarum condemnatione, voluit Barto. *in l. eum quem temere, ff. de iudic. Bal. in l. sed & si lege, §. quod autem, il secondo, vbi etiam Ange. ff. de petit. hared.* quia expensa victus est necessaria, ex quo
2 nemo viuit † de vento, *l. finali, C. de alimen. pupil. præst. vbi glo. excipit solum Lupum.* In hac tamen patria Montisferrati taxari non solent expensæ victus causa factæ. An autem integræ debeantur vel deducãtur, quod domi expendisset, vide *in tit. qualiter præstanda sint alimenta.*

SVMMARIVM.

1 *Infantes expositi aluntur ab Ecclesia.*
2 *Infantes expositi aluntur à dominis, qui erant successuri ab intestato, quando Ecclesia est pauper.*
3 *Partus mulieris condemnatæ alitur de publico, quando mater non habet.*

QVÆSTIO LXXXI.

1 INfantibus expositis, quorum parentes ignorantur, præstantur alimenta † ab Ecclesia, vel eius Rectore, *secundum Abb. in cap. 1. post med. de infant. & languid. vbi tamen nihil allegat, sequitur Iacob. de Sancto Georgio, in l. hæres absens, circa finem, ff. de iudic. vbi inquit, se pro hac parte sæpè consuluisse, & esse hoc notandum. Sola in constitut. Pedemon. super decret. de captura debitor. in cau. ciui. glo. tertia, num. 8. vbi inquit se obtinuisse pro communitate Iauenni, & Strambini.* addit, quòd vbi Ecclesia non haberet sufficientes redditus, tenerentur do-
2 mini, † qui sunt ab intestato talibus expositis successuri, *secundum l. finalem, C. vnde vir, & vxor.* In hac patria si non extent publica hospitalia, consueuere communitates locorum tales recipere, & nutricibus nutriendos dare publica impensa,
3 partus autem mulieris † condemnatæ ali debet publicis expensis, cum illa non habet, *Bal. in l. Imperator. ff. de statu hom. Boer. decis. 303. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus sine culpa depositus, alitur de fructibus beneficij.*
2 *Beneficiatus etiam ob scelus depositus, recipit alimenta de fructibus beneficij.*
3 *Clerici non debent in opprobrium clericatus mendicare.*
4 *Beneficiati familia post depositionem ali debet de fructibus beneficij.*
5 *Clericus suspensus capit alimenta de fructibus beneficij.*
6 *Clericus suspensus alit seipsum, si habet bona.*
7 *Clericus non ordinatus in tempore suspenditur, sed interim pro alimentis habet dimidiam fructuum.*
8 *Excommunicatus non debet ali de fructibus beneficij.*
9 *Excommunicatus fame periturus, subleuatur ex fructibus Ecclesiæ.*
10 *Excommunicatus, qui iusta aliqua de causa absolutionem non potest petere, alendus est de fructibus beneficij.*
11 *Clericus excommunicatus graui necessitate pressus, alendus est de fructibus beneficij, etiamsi sua culpa in eam incidit.*
12 *Clericus non verbo tantum, sed actu depositus, non alitur de fructibus beneficij.*
13 *Clericus depositus non est sub protectione Ecclesiæ, à qua fuit depositus.*
14 *Clericus iniustè suspensus, depositus, vel excommunicatus, recuperat fructus intermedij temporis.*
15 *Clericus iniustè depositus, excommunicatus, vel suspensus, non recuperat quotidianas distributiones medij temporis.*
16 *Distributiones quotidianæ clerici suspensi, vel excommunicati, accrescunt alijs.*
17 *Clericus suspensus, vel excommunicatus, tenetur interim horas canonicas recitare.*

QVÆSTIO LXXXII.

1 PRÆLATVS, vel beneficiatus, qui fuit sine culpa sua, aut delicto depositus, si non habet aliunde alimenta, † est alendus de fructibus beneficij sibi ablati, *ita voluit Isern. in tit. episcop. vel Abb. c. mutus feudum. ver. sed si feudum.* vbi argumentum deducit à vasallo, cui superuenit inhabilitas perpetua, seu morbus, qui eum reddit inhabilem, *sequitur Aluar. ibi, col. 2. in fi. ver. nota æquitatem, Par. de Put. in tracta. de finib. feud. c. 40. in fin. num. 30. Camerar. in repet. cap. imperialem. folio 150. ver. tertio quia in feudis.* Quod an procedat in eo, qui iuste depositus & exauthoratus est, dicam infra inter iustas causas denegandi alimenta, sed hoc non est, vt illi existimant, nouum.

Quinimo etiamsi ob culpam propriam, vel admissum scelus fuerit depositus, habere de be-
2 neficij fructibus † alimenta, est tex. *in c. studeat, in fi. vbi gl. distinct. 50.* Habenda est enim ratio, quod non egeat, *l. inter eos ff. de re iud.* ne in opprobrium
3 cleri † cogatur mendicare, *c. diaconi 93. distinct.* Licet regulariter male meriti debeant publica egestate laborare, *l. bona fides, ff. depositi.* per quæ iura ita voluit glo. *fi. in princ. in c. pastoralis, §. verum vbi Abb. nu. 16. & Dec. num. 9. de appellatio. Fely. in c. quemadmodum, nu. 11. in fine, de iureiu. Franch. March. dec. 881. nu. 6. Didac. var. resol. lib. 3. capit. 13. ver. duodecimo. hinc etiam Bonifac. clem. vt hi qui, in fin. de ætate & qualita. Fely. c. ex parte, num. 1. de accu. vbi multos citat Cordub. d. l. si quis à liberu. §. si vel parens, numero 62.* Id quod procedit non solum in ipso deposito, sed etiam
4 in suis, † *secundum tex. in d. cap. studeat, in fine, vbi glo. fi. intelligit de vxore, & filijs, & Archid. in cap. penul. de cler. non resident.* Intelligit etiam de seruitoribus, sine quibus esse non potest, *sequitur Præpo. in d. cap. studeat, in fi.*

5 Idem est in clerico suspenso, † qui debet tantum habere de fructibus sui beneficij, quod sufficiat sibi pro alimentis. *gl. in c. cum Vintonienſis, in ver. admiserant, in fi. de electio.* Quæ tamen intelligit, quãdo non habet aliunde, quia tũc datur aliquid

ad mo-

ad modicam sustentationem, ne ex toto egeat, secus si habeat de proprio. Et ibi Ioan. Andr. dicit, quod si haberet de proprio, vel ex alio posset viuere, † nihil perciperet durante suspensione. 6 *Sequitur Abb. num. 10. qui allegat Archid. glo. in d. c. pastoralis, in §. verum, vbi Ioan. And. & alij, gl. in clem. vt hi qui, de æt. & quali.* vbi si quis admissus ad beneficium non sit ordinatus in tempore, † suspenditur quidem, sed medietas fructuum illi dimittitur ad sustentationem vitæ, & si illa dimidia non sufficiat, suppletur ex fructibus alterius dimidiæ, 7 *sequitur Bonifac. ibi in fi. vbi allegat Spec. & Io. And. Abb. in c. Apostolicæ, n. 7. vbi dicit gl. in d. c. cum Vintonienſis, esse notabilem, de elect. & declarat procedere, quando non habet aliunde, quod ante eum volut Butr. ibi & sequitur Felyn. col. 5. & ante eos Bal. in d. c. cum Vintonienſis, nu. 2. Abb. & Dec. in cap. pastoralis, §. verum, num. 16. de appell. Præpos. in cap. præter hæc, in princ. num. 7. 32. dist. Didac. d. c. 13. ver. duodecimo hinc etiam, Franc. de March. deci. 880. num. 16. & deci. 881. num. 3. Cordub. in l. si quis à liberis, §. si vel parens, numero 62. ff. de lib. agnos. Rebuff. tomo 1. de sent. prouis. in præfat. num. 110.*

Excommunicatus autem non est interim a- 8 lendus † de bonis beneficij, quia cum possit pœnitere, & non iuret, dicitur claues Ecclesiæ contemnere, *gl. fi. in d. cap. pastoralis, §. verum, de appel.* quæ tamen limitat, quando esset famæ periturus. 9 Subleuatur enim eo casu, † vt possit ad Ecclesiam redire, *sequuntur omnes, vt inquit Præpos. in d. cap. præter hæc, num. 9. 32. dist.* vbi tamen limitat duobus modis. Primo, quando fame periret; secundo, quando non dependet ab eius potestate consequi liberationem ab excommunicatione, *Cardin. in clem. vt hi qui, colum. antepen. ver. vigesimo quæro. Abb. post. Ioan. And. d §. verum. num. 16.* vbi quod non subuenitur excommunicato etiam in necessitate constituto, nisi fame periret. Et ponit rationem diuersitatis inter excommunicatum, & suspensum, aut depositum, quia est in excommunicati potestate recurrendo ad Ecclesiam exire à vinculo, non sic in depositio aut suspenso. Sequitur Dec. *num. 9.* vbi dicit limitari hanc quæstionem, quando excommunicatus esset iusta aliqua 10 causa impeditus † petere absolutionem, quia tunc eadem est in excommunicato ratio, quæ in suspenso, & quando est positus in extrema necessitate, quia secundum omnes eo casu eleemosyna est de præcepto, & subdit procedere, etiam si sua 11 culpa incidisset in eam † necessitatem, *secundum glo. quam dicit notabilem in cap. sacrorum, 12. quæst. 2. Felyn. in d. cap. Apostolicæ, colum. 5. de exceptio. vbi duobus item modis limitat, de quibus supra. atque hoc frequentissimo omnium consensu receptum dicit Didac. loco præcitato, & Franc. March. d. deci 880. numero 28. & numero sexto, quidquid inaduertenter dixerit Rebuff. loco prædicto. num. 110.*

Quod procedit etiam in eo, qui est non solo 12 verbo, sed & actu depositus, † cui non ministrantur alimenta ab Ecclesia, *secundum Ioan. Andr. in c. ad supplicationem, in glo. 2. de renunciat. sequitur ibi Imola, idem dixit Gemin. in capit. contumaces, & in c.* 13 *studeat, 50. distinct.* ecclesia enim † non curat de tali deposito, *vt in c. degradatio, de pen. Felin. in c. ex parte, numero primo, de accusatio. & in d. c. Apostolicæ, colum. 5. circa medium, de exception. Didac. d. cap. 13. ver. duodecimo hinc etiam.*

Et non modo in prædictis casibus alendus est excommunicatus, sed & si postea declaretur eum fuisse nulliter, vel iniustè excommunicatum, recuperat omnes fructus medij temporis, & idem 14 est in suspenso † ac deposito, *tex. est in cap. super caus. secunda, quæstio. 5. vbi est optima glos.* Specu. *in tit. de fruct. & inter. §. fi. in fi.* vbi inquit, quòd si sententia est iusta, non recuperat, nisi de ipsis fiat mentio in sententia, *Innoc. in d. cap pastoralis, in fi. de appellatio. Gemin. in d. c. super causa, Abb. in d. §. verum, num. 21. in fin. & Dec. num. 12. in fin. Domin. in d. cap. contumaces, 50. distinct. Præpos. d. c. præter hæc, in princ. numero nono. Felin. in d. cap. Apostolicæ, num. 12. colum. quinta, Franc. March. dicta decis. 880. num. 5. Didac. d. ver. duodecimo hinc etiam, in princip. vbi addit communiter Doctores ita tenere.* Sed hoc non procedit in quotidianis distributionibus, quas iniustè ex- 15 communicatus, † suspensus, vel depositus non recuperat, ex quo non interfuit diuinis, cum eis quoque fuisset circumscripta excommunicatione, aut suspensione, priuatus, si abfuisset. Ita Domin. *in d. cap. contumaces*, intelligendo secundum Felinum, quando ante excommunicationem aut suspensionem non frequens erat in choro, nec assidere consueuerat, alias secus. *ita Felin. in d. cap. Apostolicæ, colum. quinta, numero duodecimo, Didac. d. ver. duodecimo hinc etiam, columna prima.* Durante autem excommunicatione, aut suspensione, distributiones quotidianæ † accrescunt 16 socijs, qui interfunt diuinis, alij verò redditus applicantur ecclesiæ, *glo. in clem. secunda, de æta. & qualit. & in clem. secunda, de vita & honest. cler. Imola dicta clem. secunda, columna septima, de æta. & qualit. Cardin. in clem. prima, quæstio. quarta, de offic. vicar. Abb. & Imola, in cap. pen. de cler. non resid. Præpos. in d. cap. præter hoc, in principio, num. 9. Felin. d. cap. Apostolicæ, colum. 5. Franc. de March. d. decis. 880. num. 25. Didac. d. ver. duodecimo hinc etiam,* vbi ponit quòd 17 talis suspensus † vel excommunicatus tenetur psallere, & horas canonicas occultè recitare.

SVMMARIVM.

1 *Opera qui præstat in domo, recipit alimenta.*
2 *Seruum, vel quemcunq; alium sibi seruientem alit, qui vtitur illius opera.*
3 *Maritus non repetit impensas factas pro vxore quæ sibi seruiuit.*
4 *Maritus alit vxorem propter seruitia, non propter dotem.*
5 *Vxor etiam indotata ali debet à marito, in cuius est obsequijs.*
6 *Vxor quæ est in obsequio mariti, ali debet etiamsi sit infirma.*
7 *Serui hæreditarij alendi sunt ab vsufructuario, qui eorum vtitur opera.*
8 *Victricus non repetit impensam alimentorum factam priuigno, qui fuit in eius seruitijs.*

QVÆSTIO LXXXIII.

1 REgulariter tenetur quis alere eos, quorum opera, & ministerio † vtitur, *l. in rebus. §. possunt. ff. commoda. l. pen. ff. de oper. libert. l. vnica, §. sed scimus. C. de latina liber. tollen. l. 1. C. de emend. seru. l. 2. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iur. l. item serui, in fin. ff. de ædilit. edic. l. diuortio. §. fin. ff. solut. matrimonio, Gomes in §. item si quis in fraudem, numero 23. Instit. de actio. & hoc dicit regulare Socin. iun. in cons. 114. num. 44. vol. 3.* Ad idem est tex. *in l. sed & si quis. §. sufficienter. ff. de vsufruct.* Per quē tex. cum alijs per eum citatis, dicit Gram. *decis. 107. num. 27.* quod tenetur quis naturali ratione alimentare
2 † seruum, vel alium, quem habet in suo seruitio: ideo inquit Specul. *in tit. qui fil. sint legit. num. 28.*
3 quod vbi vxor seruit viro, maritus † non repetit impensas ei factas. Et dicit Abb. *in cons. 39. num. 14 vol. 2.* quod maritus alit vxorem non propter dotem, sed propter seruitia, † quæ præstat. Infert etiam Cin. *in l. quod in vxorem*, quod vbi vxor est in
5 obsequio viri, alenda est, siue dotem † habeat, siue non. Et Bar. ibi, quando vxor est in obsequio,
6 vult esse alendam eam, siue sit sana, † siue infirma. Sequuntur Alber. Bal. Salic. & alij omnes, quia cum seruiat, debet alimenta recipere. Et de his late dixi supra in quæstione, an maritus alat vxorem, circa principium. Ideo tex. *in l. fin. §. hoc procul dubio, C. de bon. quæ liber.* dicit, quod vsufructuarius tenetur alere seruos † hereditarios. Et ibi in-
7 quit Castr. rationem esse, quia cum vsufructuarius habeat vsumfructum, & vtilitatem mancipiorum, sustinere debet impensam. *Paul. Pic. in l. Titia, §. Titia cum nuberet, num. 170. ff. de leg. secundo*, vbi in fine per identitatis rationem hoc determinat, in equis, & alijs hæreditarijs animalibus, limitando non procedere in eo, qui habet sola alimenta, quia cum is non percipiat commodum, non debet onus sentire. Hanc etiam regulam generaliter constituit Benincas. *in tractat. de pauper. in septima quæstio. in secundo specia. iudic. numero quarto.* Per hanc rationem dicit glos. quam sequitur Bald. *in lege, si patrono, C. de nego. gest.* quod victricus non repetit
8 impensam factam in alendo priuignum, nisi eo casu, quo † recepisset ab eo seruitia. Et infert ibi Bald. etiam ad rusticos, quorum si alter habebat filios, alter non, vult quod habens filios non reneatur tempore diuisionis reficere fratri impensam factam pro alendis filijs, si illi præstabant seruitia digna alimentis. *sequitur ibi Castr. Iason. in l. vt nemini. num. 5. C. de collatio. Corne. cons. 122. colum. 1. in fin. volum. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus, qui primi anni fructus cogitur dimittere capitulo, est alendus de illis.*
2 *Ecclesia ministrat expensas & alimenta ei, qui electus ad dignitatem cogitur litigare pro ea consequenda.*
3 *Canonicus, qui cogitur litigare pro consequendo canonicatu, habet alimenta, & expensas ab Ecclesia.*
4 *Communitas refundit ei expensas, qui actum fecit ad publicam vtilitatem.*
5 *Vicarius deputatus ad regimen Ecclesiæ curatæ, consequitur alimenta de fructibus Ecclesiæ.*
6 *Vicarius institui non debet, qui non possit commode viuere.*
7 *Ecclesiam ædificari non permittit Episcopus, nisi prius congruè dotetur.*
8 *Ecclesia quando alij vnitur, semper reseruatur portio fructuum pro alimentis vicarij.*

QVÆSTIO LXXXIIII.

1 BEneficiatus, qui primo anno receptus est, cogitur dimittere fructus capitulo, & alendus est † de illis fructibus, ne cogatur in opprobrium mendicare, vel fame perire. *ita Rebuff. in constitut. Gall. tom. 1. tit. de sentent. prouis. in præfatione, num. 111. vbi dicit ita consuluisse, & in tracta. de congr. por. num. 46.*

Similiter si quis electus sit ad dignitatem in sua Ecclesia, & necesse habeat litigare pro consequē-
2 do eam, alimenta † ministranda sunt cum expensis ab Ecclesia eligente, *c. vt præteritæ, de electio. c. cupientes, in fin. eo tit. in 6. & per multas rationes Oldra. in cons. 27. Franc. March. q. 100. par. 1. Rebuff. in constitut. reg. tomo. 1. tit. de senten. prouisio. in præfatio. numero 121. Simon de interpret. vltim. volunt. lib. 5. interpret. 2. dubit. 2. princip. numero 14. Cordub. in l. si quis à liberis. §. si vel parens, num. 61. ff de lib. agnosc. vbi allegando Iac. de Are. Bar.* Et Alber. dicit idem esse in eo, qui
3 fuit electus † ad canonicatum, *Menoc. in tract. præsump. lib. 1. quæstio. 35. numero 21. Ang. cons. 245. num. 4. vbi non meminit de Oldr.* Sed limitat quando ipse non electus impetrauit, *vide tamen de hoc Anan. c. ex parte, numero 2. de accusat. vbi allegat Innocen. & Imolam.*

Respublica tenetur expensas reficeree ei, qui
4 actum fecit † ad publicam vtilitatem, *vt est tex. in l. si mulier in opus salinarum. ff. qui potior. in pigno. habe. in cap. ex parte, vbi Butr. Abbas, Anan. & Felyn. de accusat. & ita voluit Bar. in l. prima, in fin. ff. de iustit. & iure, Aret. in cap. si qui testium, columna 3. conclus. prima, de testibus, Lup. in cap. per vestras, in primo notab. amplia. 18. numero 59. in fin. sequitur Gul. Cun. & Ang. in dicta l. prima, Bald. in capitulo, cum ex officij, de præscrip. Ang. in §. videmus, colum 2. de collatio. latè Boer. in deci. 303. numero 9.* vbi ponit exemplum in expensa, quæ fit pro capiendo malefactorem: Vicarius qui deputatur ad regimen Ecclesiæ curatæ, debet ali de fru-
5 ctibus illius Ecclesiæ, id est habere † congruam portionem fructuum, cum quibus possit se sustentare, *cap. de monachis, de præben.* ne cogatur tamquam infelix clericus mēdicare, *cap. diaconi, il quinto, distinct. 95.* non enim institui debet Vicarius,
6 † qui non possit commodè viuere, *clemen. 1. de iure patron.* immo non debet Episcopus permittere
7 quod ædificetur Ecclesia, † nisi prius congruè dotetur, *cap. nemo, de consecrat. distinct. 1. glos. in cap. cum sicut, de consecrat. eccles.* & hæc portio semper reser-
8 uatur, quando Ecclesia vnitur, † *cap. exposuisti, in fin. de præben.* & de ista congrua portione, Rebuff. facit integrum tractatum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sociorum familia alenda est expensis communibus, quando est vniuersalis societas, secus si particularis.*

2 *Socius vniuersalis contribuit in expensam, quam in studio facit filius alterius socij.*

3 *Socius vniuersalis contribuit in expensis conuiuij facti tempore, quo socius duxit vxorem, non autem particularis.*

4 *Familia sociorum vniuersalium alenda est communibus expensis.*

5 *Societati acquiritur, quidquid fuit per familiam acquisitum.*

6 *Socius communicat socio, quiquid quæsiuit propter iniuriam filio suo illatam.*

7 *Dos data per vnum ex vniuersalibus socijs filiæ suæ imputatur societati, non autem patri.*

8 *Socius non imputat societati alimenta, quæ præstitit priuigno, secus quæ dedit familiæ propriæ.*

9 *Socius omnium bonorum non potest donare.*

10 *Socius, si alicui alimenta relinquat de communibus bonis præstanda, non obligat socium, sed hæredem suum in solidum.*

11 *Testator si ex fructibus certi prædij relinquat alimenta, debentur integra, etiamsi fructus prædij non sufficiunt.*

QVÆSTIO LXXXV.

QVID si inter plures fratres sit societas, & vel omnes, vel alter ex eis habeat vxorem & filios, an illis exhibenda sint alimenta de communi, vel solus pater teneatur. Et in hoc distinguendum est, an sint omnium bonorum socij, vel particularis alicuius societatis, quia si vniuersalis est societas, omnis impensa, quæ fit circa socios, vel eorum familiam, imputatur societati: si verò † non est vniuersalis, imputatur socio. Ita distinguit Bald. *in tract. de duobus fratrib. num. 28. & seq.* dicens, quod sumptus, qui fit in persona vnius fratris, vel filiorum, fieri debet de communi, si vniuersalis est societas, aliàs non, & infert ad expensam, quam in studio † facit filius vnus ex socijs, & idem dicit de impensa, quæ fit in ducendo vxorem *per l. qui originem. §. fin. de muner. & honor.* qui loquitur in conuiuijs, † quæ fiunt nuptiarum tempore. Et Bal. *in l. si patruus, num. 16. in fi. C. commun, vtriusque iud.* dicit, quòd vbi est vniuersalis societas, non attenditur, quod vnus altero plus lucretur, vel impendat. Sed qualecunque ac quantumcunque sit lucrum, vel damnum, communicandum est. *Anchar. in cons. 302. in vlt. dubio, circa fi.* vbi vnus frater maiori familia grauatus, si plus fratre expendit, non restituit. Idem omnino tenet Rom. *in consil. 172. in fi.* vbi post Bald. *in l. fi. C. de collat.* dicit esse de hoc potentem tex. *in c. si duo, de fratr. de nou. benef. inuest.* qui probat, quod si in conuictu vnus fratrum plus posuit de fructibus aduentitiorum, nõ repetit à fratre, *Alex. in cons. 70. num. 2. ver. sed præmissis non obstantibus, vol. 5.* vbi sequitur Bal in locis prædictis, & dicit Castr. *in leg. vt nemini, numero quarto, C. de collat.* se Paduæ habuisse in facto quæstionem inter duos fratres, quorum maior habebat vxorem, filios, & nutrices, alter verò erat solus; & concludit, quod & si plus fuerit impensum circa familiam patris maioris, tamen frater minor nihil potest magis consequi in diuisione societatis. *Idem probat Ias. ibi, num. 4. & 5. vbi ait habuisse in facto plus tribus vicibus. Corne. in consil. 122. colum. 1. in fin. volum. 2.* Et quamuis Anchar. Roman. & Castr. in locis supra citatis non distinguant inter societatem omnium bonorum, vel particularem: tamen communiter intelliguntur, vt procedant secundum distinctionem supracitatam, vel etiã, quando familia fratris erat vtilis, vel operabatur ad cõmodum alterius, vel etiam, quando frater maiori familia grauatus ponebat operas suas, & alter nihil faciebat. *Ita intelligit Corne. d. cons. 122. & ita intelligit & declarat Iason in cons. 5. numero quinto, & numero septimo, ver. bene fateor, volum. 1. & in consil. 2 numero 26. ver. ad hæc considerandum est, volum. 3. ita etiam declarat Ruin. in consilio 29. num. 15. volum. 5. Bertran. in consil. 62. num. 14. vol. 1.* Et hoc modo intelligi debet Betran. *in consil. 30. volum. 2.* dum dicit, quod frater tenetur reddere fratri impensam factam in nuptijs & in puerperijs vxoris, quia per eum citati Doctores loquuntur in fratribus, qui non sunt omnium bonorum socij, *Socin. in cons. 4. num. 25. & num. 43. ver. non obstat septimum, vol. 4.* vbi stante vniuersali societate, dicit imputanda esse societati alimenta, quæ vnus ex socijs præstitit filio fratris, etiam qui nullas præstabat operas societati. Et ita ibi declarat dictum Bal. *in l. si patruus, C. commun. vtriusq; iud. Roland. in cons. 91. num. 42. 50. & 57. vol. 1. Purpur. l. si pascenda, n. 38. C. de pact. Menoch. de arbitr. iudic. casu 127. n. 2. Natta in cons. 264. in fi. pulchrum consilium Castr. 304. nu. 5. vol. 2.* Et præcisè, quod familia sociorum alenda sit de communibus † bonis totius societatis, est tex. *in lege, actione, §. fin. ff. pro socio, Bal. in leg. cum duobus. §. si fratres. ff. pro socio, Pet. de Vbald. in tractat. de duobus fratrib. in 6. part. quæst. 18. Corne. in consilio 52. colum. secunda, versic. nec tunc obstat, volum. 3. Ruin. in consil. 140. colum. 4. vers. quarto hanc sententiam, vol. 1.* vbi dicit, quod onus alendi vxorem vnius ex socijs, est cõe toti societati, ex quo dos vxoris vnius ex socijs retinetur in communi. *d. l. actione, §. fin.* ergo onus dotis incumbit societati, *sequitur Rol. d. consil. 91. num. 43. Cordub. in l. si quis à liberis. §. si quis ex his, num. 18. ff. de liber. agnos. idem voluit Socin. in d. cons. 4. num. 32.* vbi quod onus alendi vxorem socij, est commune toti familiæ, & ratio est, quia acquisitum per † familiam quæritur societati, *l. sicut. ff. de oper. lib. l. si societatem vniuersarum, ff. pro socio. Socin. d. cons. 4. numer. 32. Ruin. in d. cons. 104. colum. 4. ver. quarto hanc sententiam, facit tex. in l. cum duobus, §. socium, ff. pro socio.* vbi pater communicat societati, † quidquid consequitur propter iniuriam filio illatam. Quem tex. Ruin. loco prædicto dicit magis concludere, quàm *d. l. sicut.*

Et pro dicta distinctione facit, quia vbi societas est vniuersalis, imputatur ei dos data filiæ vnius ex socijs, † nec in diuisione imputatur patri, licet aliud sit, quando est particularis. *ita Bal.*

in d. tract. de duob. fratrib. num. 13. & 15. vbi ita declarat Specul. qui simpliciter dixerat, filiam vnius fratrum dotandam de bonis proprijs. *Idem Bal. in d. l. si patruus, Ang. in l. ex duobus, in fi. ff. de negoc. gest. & in cons. 60. in 3. dub. Cast. in cons. 358. vol. 2. Socin. in cons. 291. col. 3. vol. 2. & in cons. 4. per totum, vol. 4. Dec. qui communem dicit in cons. 66. Butr. in cons. 7. Ruin. in d. cons. 104. per totum, vol. 1. Bertran. in cons. 39. col. 2. volum. 2. Ruin. in cons. 102. num. 15. vol. 1.* vbi fortius vult, procedere hanc sententiam, etiam vbi dos fuisset ab vno ex socijs promissa ignorantibus cæteris, quia nihilominus imputatur societati, & ab ea soluenda est. Et hanc communem dicit Ias. *in authen. hoc locum, num. 6. vbi etiam Dec. n. 9. C. de colla. Paris. consil. vlt. num. 21 & 22. vol. 2. Crau. in cons. 123. & in cons. 159. num. 9. Natta in cons. 91. per totum, & cons. 264. num. 3. Menoch. d. casu 125. num. 3.*

Intellige tamen, quoad impensam, quæ facta est circa vxorem, filios, & alios, qui sunt de familia socij: at si socius alium introducat, qui non sit
8 de sua familia, puta priuignum † aliquem, si is alimentatus fuit de communibus socij bonis, imputabitur impensa illa in portionem solius victrici, non autem societati, quia eum societas alere non tenebatur, sicuti non tenebatur etiam victricus. *ita limitat Castr. in consil. 304. num. 5. vers. quantum verò ad illam, volum. 2.* vbi dicit quod socius refundet socio, quidquid à priuigno recuperabit in causam præstitorum alimentorum. Et
9 ponit rationem, quia socius † omnium bonorũ non potest donare, *l. contra iuris. §. si filius. ff. de pact. & Castr. sequitur Crau. in cons. 150. num. 10. in fi.* an autem hoc casu imputetur absolutè socio, vel societati impẽsa, vel potius diuidi debeat inter omnes socios, quod exigitur à priuigno, depẽdet à quæstione, an victricus à priuigno recuperet expensas, quas fecit. Si enim impensa erit facta animo donandi, imputabitur socio, qui tanto minus capiet de sua portione: si vero poterit repeti, quia non sit facta animo donandi, non imputabitur, sed exactum diuidetur inter omnes socios, *secundum Castr. loco prædicto.* Addo tamen, quod si priuignus exercuisset personã suam circa opera domestica, & fuisset in communibus seruitijs sociorum, tunc alimenta imputarentur societati per ea, quæ dixi supra in generali regula, quòd alat quisque eum, quem habet in obsequio.

Declara etiam, vt procedat quando alimenta sunt præstita viuentibus omnibus socijs: aliàs enim, si vnus ex eis decedens relinqueret vxori, vel vni ex filijs alimenta præstanda de bonis communibus, sustineretur dispositio in præiudicium hæredum, sed nõ in præiudicium sociorum. Ideo
10 hæredes † cogerentur de proprio alere, *ita expressè determinat Bar. in cons. 211. quidam sibi filios, num. 1. & seq. vol. 1.* vbi fortius loquitur, etiamsi legatum factum socio præsente, & expressè consentiente. Mouetur ex *l. si duob. §. 1. ff. de leg. 1. vbi Castr. in l. qui quartam, §. hæres. num. 2. dicit esse perpetuo menti tenendum, & quod, qui non vidisset Bar. & illum textum, diceret contrarium, idem tenuit Alex. in d. l. si duobus. in princ. num. 2. Aret. num. 2. ver. & per istum textum, vbi ait colligi notabilem limitationem ad l. si ab eo. C. de fideicommiss. sequitur Ias. num. 3. Ripa in l. cum filio familias, num. 25. ff. de leg. 1. Gerar. sing 44. Cordub. in d. §. si quis ex his, num. 218.*

Mihi verò non arridet Bartoli decisio, quia text. *in d. l. si duobus.* ideo procedit, quia nulla subest ratio, quare testator quod à duobus hæredibus præstandum reliquit, non idem relicturus foret, vbi vnus tantum fuisset hæres: vtroq; enim casu ex hæreditate legatum erat præstandum. At secus quando constat testatorem non equè non integrum illud onus suæ hæreditati iniuncturum fuisse, quod ab alio voluit pro dimidia præstari. Sed quia ea decisio non habet contradicentem, quem viderim, durum esset contra eam obtinere, durior item est ea decisio accedente socij consensu, sed pro decisione Bar. facit *l. Lucius, cum ibi notatis per Bar. ff. de alim. & cibar legat.* vbi si testator legauit alimenta ex fructibus certi prædij,
11 ea † debentur integra, etiamsi redditibus prædij non sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Mensuræ expensa soluitur mensori communiter ab emptore, & venditore.*
2 *Gabella statuto debita solui debet per emptorem.*
3 *Iudicio finium regundorum vterq; litigantium actor est & reus.*

QVÆSTIO LXXXVI.

1 MEnsori, qui adhibitus est ad mensuram agri, soluitur expensa per † emptorem & venditorem communiter, *vt est tex. in l. 4. §. 1. vers. sed & si mensor. ff. fin. regund. Bar. in leg. si postulauerit, num. 2. ff. de adult.* Et licèt loquatur de expensa mercedis, idem tamen est, quando victus præstaretur, sed in contrarium facit *l. debet, in fi. ff. de euictio.* per quam Bal. *in l. si prædium, num. 6. C. de ædil. edicto,* inquit, emptorem teneri ad solutio-
2 nem gabellæ, quæ † ex forma statuti est soluenda, *Bar. in l. cum mulier, colum. 2. in fi. ff. soluto matrimonio, Salic. in rub. C. de reb. cred. & alios citat Bertachi. de gabell. in septima par. quæst. 1.* Posset quis rationem diuersitatis allegare, quia acquirens, videtur commodum ipse habere ex contractu, non autem vendens, ex quo vendere nemo creditur, nisi necessitate vrgente: at in iudicio finium regundorum vtriusque partis interuenit æqualis vtilitas, non autem vnius magis, quàm alterius, qua ra-
3 tione vterque vicinorum dicitur † actor & reus, *l. iudicium communi. ff. fin. regund.* ideo, vbi ex causa venditionis mensurari deberet prædium, videretur emptorem teneri ad expensam mensuræ, tene tamen primam partem, quod fiat mensura expẽsis vtriusque, *l. 4. §. 1. vbi hoc ponit Florian. idem voluit Salic. in l. 3. num. 3. C. fin. regund.* vbi inquit, procedere, etiamsi altera tantum partium contradixerit. *Sequitur Felin. in cap. quia indicante, columna 1. ver. & adde quod. de præscrip. Ias. in l. prætor ait. §. is etiam, num. 10. ff. de eden. Neuinaz. in cons. 38. num. 8. vbi post Bal. in l. 3. colum. 2. ver. per ista determinatur, C. de adult.* Et Paris de Puteo *in tracta. sindicatus, in ca. salarium,*

larium, versic. an sindicatores, num. 5. folio mihi 264. dicit, quòd si vna pars soluit, recuperat ab aduersario. Aduerte tamen, quia Bald. *in d. l. 3. colum. 2.* duobus in locis intelligit *d. §. 1.* quando mensuratio fit vel ex officio iudicis, vel vtraque parte petente.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalis rector alimenta sumit de redditibus hospitalis.*

QVÆSTIO LXXXVII.

1 REctor hospitalis sumit alimenta de redditibus † eiusdem, *secundum tex. in clem. quia contingit, vbi not. de religio. dom. Mathesil. in notab. 190. numero 2. addit. ad Alex. in l. 1. num. 23. soluto matrimonio, Cordub. l. si quis à liberis. §. & si improbus, num. 34. ff. de lib. agnos.* Et ratio est, quia habet eandem potestatem, quam habet pater & vsuarius, imo quam habet prælatus, *secundum Ancha. & Bonifac. de Vitalin. in dicta clem. quia contingit.*

SVMMARIVM.

1 *Amicus non alit amicum.*
2 *Coniuncti tenentur se inuicem alere, quando subsistit necessitas.*

QVÆSTIO LXXXVIII

1 AMicus regulariter † non alit amicum, *Salic. in l. solo, in fi. C. de liber. cau. Iacobin. in tract. de homag. num. 29. in fi. Rol. in cons. 5. num. 19. vol. 3. Capic. in sua inuestitu. feud. tit. feudorum alimenta, col. 2.* Id quod forte posset limitari in arctissimo amico, quia is præfertur consanguineo, *vt per Bar. in l. alimenta, §. 1. ff. de alimen. & cibar. legat. vbi Alex.* Et in eo locum vendicant, quæcunq; inter sanguine coniunctos † inducit lex, *Abb. in c. requisisti post. gl. ibi, de testam. Alex. & Ias. in leg. existendi. C. de procurator. infinitos cumulat Tiraquel. in l. si vnquam, in vers. libertis, num. 102. C. de reuocan. donat.* Sed quia non inuenio decisum, relinquo cogitandum.

2

SVMMARIVM.

1 *Creditor in diem, non habet alimenta à suo debitore.*
2 *Coniuncti tenentur inuicem alere, quando subsistit necessitas.*

QVÆSTIO LXXXIX.

1 CReditor in diem, non alitur à suo † debitore, *secundum Castr. in l. diuortio, in princ. numero 5. ff. soluto matr.* Coniuncti tamen tenentur se inuicem alere subsistēte necessitate, † *secundum Bal. per illum tex. in c. cum quidam, circa fi. de iureiur. vbi Felin. num. 11. Specul. in tit. qui fil. sint legit. §. fi. num. 25.*

2

SVMMARIVM.

1 *Pauperes & egeni alendi sunt.*
2 *Eleemosyna est de præcepto, quando subest paupertas maxima.*
3 *Necessitatis tempore omnia sunt communia.*

QVÆSTIO XC.

1 SImiliter pauperes † omnes, & egeni alendi sunt, *c. sicut hi, vbi glo. 47. distinct. c. quiescamus. 42. distinct. cap. 1. distinct. 82. c. non satis, distinct. 86. Specul. in tit. qui fil. sint legit. §. fin. num. 25.* vbi loquitur de pauperibus morientibus, *Archid. in capitulo 1. distinct. 1.* & diues tenetur pauperibus subuenire, *glo. in ver. esurientium, in d. c. sicut hi, & in cap. domino sancto, in ver. necesse, distin. 50. glo. prima, in fi. in cap. exigunt, prima, quæstio. 8. Alber. in suo diction. in ver. eleemosyna, Abb. in c. cum causam, num. 7. de electio. in cap. si quis, in fi. de fur. in capitulo primo, de empt. & venditio. vbi Ant. de Burg. alios citat, Aret. in consil. 48. col. 2. Felin. in c. si qui testium, col. fin. de testib. Anan. in d. c. si quis propter, col. fin. Dec. in c. pastoralis, in §. verum, de appellat. colu. 2.* Et inquit Arch. 2 *in d. c. sicut,* quod tali casu eleemosyna † est de præcepto. *Sequuntur Abb. & alij supra citati; Ripa in leg. 1. num. 119. ff. soluto matr. Felin. in c. 1. de off. iudic. Abb. in c. cum percussio, num. 8. de cler. agrot. Didac. varia. resolu. lib. 3. cap. 14. num. 5. vbi latè agit, Lup. in cap. per vestras, in 3. notab. §. 12. num. 1. de donatio. inter vir. & vxor. folio 144. Benincas. latè de pauper. quæst. 7. in 5. speciali iudic. num. 17.* Adducuntur authoritates sacræ scripturæ, *vt Esai. cap. 58.* frange esurienti panem tuum, *Luc. cap. 6.* eleemosynam date, *& cap. duodecimo,* vendite omnia, quæ possidetis, & eleemosynam date, *Matth. cap. 25.* esuriui & non dedistis mihi manducare, *Ioan. 1.* qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? *Et in Deuterom. cap. 15.* Et omnino indigens, & mendicus non erit inter nos. Et hoc voluere etiam Theologi, præcipue diuus Thom. *2. 2. quæstio. 17. art. 1.* Duran. Ioan. Maior, Cardin. à Turrecrem. Conrad. Silvest. Almian. & alij, quos congerit Didacus, loco supra citato, & hoc præcepto ligantur nedum priuati, sed etiam principes, & magistratus, *vt post Aristot. ponit Moder. Gal. in tract. de vsur. num. 74.* Et ratio est, quia necessitatis 3 † tempore omnia sunt communia, *d. c. si quis propter, de furt.* Plures concordantes ad princip. quæstionem ponit Cordub. *in d. l. si quis à liberis. §. etsi impubes, num. 37. ff. de bon. quæ liber.* Quando autem, & quibus casibus sit de præcepto eleemosyna, & quando obliget ad reatum animæ, dicam in ea parte, vbi tractabo qualia sint præstanda alimenta.

SVMMARIVM.

1 *Natura quemlibet arctat ad se alendum.*
2 *Defendere alium qui promisit contra quemcunq; non tenetur contra seipsum.*
3 *Castrum accommodare promittens contra omnes mundi homines, non tenetur contra seipsum.*
4 *Confiscantur ei bona, qui sibi mortem conscivit, sicuti si alium occidisset.*
5 *Dare ordinatè qui vult, recipiat à seipso.*

QVÆSTIO XCI.

1 SEipsum alere quilibet tenetur: natura enim † quemlibet arctat ad seipsum alendum, *vt arg. l. præ-*

l. præſes, C. de ſeru. & aq. dixit Corne. in conſil. 252. colum. prima, volum. 3. Et inquit Paul. *2. ad Corinth 5.* quod non fieri debet alijs relaxatio talis, quæ nobis faciat anguſtiam, ſed vt præſentis temporis capiat noſtra, aliorum neceſſitas ſubleuet. Et ſi aliorum egeſtatem prohibere debemus, nõ conuenit quod nos ipſos in eandem conijciamus, *vt dicunt Mod. Gal. in tract. de vſur. num. 71. in fi.* Ideo
2 qui promiſit alium defendere † contra quamcumque perſonam, non tenetur contra ſeipſum, *glo. in c. domino guerram, vbi Aluar. num. 4. hic finit lex, incipit conſuetu.* Et loquitur in vaſallo, & illam dicit communiter approbatam Iacobin. de Sancto Georg. *in ſua inueſtit. in ver. & promiſerunt eidem, numero 13. in fi. Marſil. in l. 1. §. ſi ſeruus, num. 1. ff. de quæſtio.* & extra ius feudi hoc etiam dixit Salic. *in l. præſes, C. de ſeru. & aq. Alciat. in tract. præſumpt. reg. 1. præſump. 52. num. 2.* Addo glo. *in cap. petitio, de iureiu-*
3 *rando,* vbi qui promiſit accommodare † Caſtrum vel turrim contra omnem hominem mundi, non tenetur contra ſeipſum, quia in generali ſermone non venit perſona loquentis, *l. inquiſitio. C. de ſolutio.* Imò Cin. & Bal. *in l. cum acutiſſimi, C. de fideicom.* dicunt non teneri etiam contra deſcendentes, *Iacobin. in ver. de Caſtro rubei, num. 23. Felin. in c. ego N. de iureiurando, Ripa de remed. ad conſeru. vbert. num. 250. Gram. in conſ. crim. 72. num. 14.* vbi *num. 15. poſt Bal. in c. imperialem, §. fin. de prohib. feud. alien.* per Feder. dicit, non ligare promiſſionem, etiamſi expreſsè induceret perſonam loquentis. Ideo videmus confiſcari eorum bona, qui mortem ſibi conſciuerunt, non minus, quam ſi alium
4 occidiſſent. † *l. fin. ff. de bon. eor.* Et non mirum, quia qui non parcit ſibi, multo minus alijs parceret, vt ibi dicitur; & nihil intereſt fame, an gladio occidatur, *l. necare. ff. de liber. agno.* Et quod quis teneatur ſeipſum alere, ponit Præpoſ. *in cap. non ſatis, num. 12. 86. diſtinct.* vbi, quod nam primo accipit, quod ſibi neceſſe eſt ad ſuſtentationem
5 naturæ, ei qui vult ordinate dare, † incipiat à ſe ipſo, *cap. qui vult, de pœn. diſtin. prima, Dec. cap. Epiſcopus, colum. 2. in princ. de præben.*

SVMMARIVM.

1 *Alimenta quibus magis ſint præſtanda, quando plures concurrant, tria ſunt conſideranda.*
2 *Alimenta ijs primum danda ſunt, quibus tenemur iure actionis.*

QVÆSTIO XCII.

ALiqua nunc dicenda ſunt de ijs, quibus in primis alimenta præſtanda ſunt, licet alij extent pari, vel ſimili egeſtate laborantes: & primo quidem ſciendum, quod certa dari non poteſt regula. Ideo inquit Ariſtot. 9. *Ethico.* quod propter multas diuerſitates boni & neceſſarij non eſt facile determinare, tamen ge-
1 neraliter loquendo attendi debent tres † conditiones, debitum ſcilicet neceſſarium, & honeſtum, *ſecundum Thom. in 4. diſtinct. 15. & in ſecunda ſecunda, quæſt. 31. artic. 3. Bellame. in capitulo, parſimonia, 41. diſtinct. Cardin. in c. in ſingulis, in 3. quæſt. 86. diſtinct. ponit pulchrè loquendo Præpoſ. in cap. non ſatis, num. 21. diſtinct. 86.* vbi ait, quod aſſignare determinatam prælationis regulam in ſingulis, eſt impoſſibile, ex quo ſingulares conditiones, quas attendere deberemus, ſunt infinitæ, & non cadunt ſub arte. Reaſſumit Ripa *de remed. ad conſeru. vbert. num. 175.* Ideo dici poteſt, quod ante omnia alendi ſunt hi, erga quos ſumus obligati præciſa obligatione, vel etiam actione, antequam tractemus de alendo eos, quibus tenemur dare eleemoſynam. Et Cicero in primo de offic. inquit, eſt no-
2 bis coniunctio humanæ † ſocietatis cum omnibus gentibus, arctius tamen cum his, qui ſunt eiuſdem gentis, interior cum ciuibus eiuſdem ciuitatis, ſtrictiſſima & fortiori vinculo conſtricta cum his, qui ſunt eiuſdem familiæ. *refert Garzias in l. veluti, numero trigeſimo quinto, ff. de iuſt. & iure.* Diuus autem Ambroſ. & diuus Thom. quos citat Garzias loco prædicto, dicunt primò Deum, ſecundò parentes, tertiò filios, quartò domeſticos eſſe diligendos.

SVMMARIVM.

1 *Eleemoſyna danda eſt potius iuſto quam iniuſto, & ei qui eſt magis bonus, & magis domeſtico quam alij, quod tamen limita vt ibi.*
2 *Eleemoſyna magis eſt danda conſanguineo quam extraneo, vbi vide.*
3 *Legatum conſanguineo pauperi, dicitur pium.*
4 *Legatum conſanguineo pauperi, debetur proximiori, etiamſi alius ſit pauperior.*
5 *Exequutor deputatus ad diſtribuendum inter pauperes, poterit eligere conſanguineum pauperem.*
6 *Filium exhæredare, & eccleſiam inſtituere qui vult, non conſulat Auguſtinum.*
7 *Eleemoſyna ciuibus prius quàm forenſibus danda eſt.*
8 *Eleemoſynas diſtribuere inter ciues officialis debet, non inter exteros.*
9 *Epiſcopus eligi debet de ſua patria & eccleſia, non de extranea.*
10 *Beneficia ſunt primum danda terrigenis, quam extraneu, & ibi late.*
11 *Originarij in tutela præferuntur exteris.*
12 *Beneficium impetrans extraneus non facta mentione de patria, nihil agit.*
13 *Pauperes ſi in genere inſtituantur, veniunt ſolum illi de patria teſtatoris.*
14 *Neceſsitatis tempore frumentum exteris venditum, reuocari poteſt à ciuibus.*
15 *Beneficium idem non debet ſemper conferri hominibus eiuſdem cognationis.*
16 *Periculum vbi maius eſt, ibi cautius eſt agendum.*
17 *Pauperior in collatione beneficij, præfertur inter ciues pauperes.*
18 *Pauperiori in dubio factum videtur relictum.*
19 *Eccleſia poteſt in ſolidum exigere, à debitore paupere vt pauperiori ſubueniat.*
20 *Exequutor ad diſtribuendum inter pauperes, non tenetur pauperiorem eligere.*
21 *Exequutor qui potuit pauperiorem eligere, remanet in conſcientia grauatus.*

22. Epi-

22 *Episcopus vsuras restitutas distribuere debet inter pauperes loci vbi vsurarius degebat.*
23 *Vicini in distributione legatorum præferuntur alijs.*
24 *Eleemosyna fieri prius debet vicinis, quam alijs.*
25 *Monialium indigentia est magis periculosa, quam masculorum.*
26 *Eleemosyna prius monialibus est danda, quam alijs. idem est in legato facto monasterio.*
27 *Eleemosyna prius seni quam inueni datur.*
28 *Eleemosyna danda est prius infirmis, quam validis.*
29 *Eleemosyna semper digniori danda est.*
30 *Eleemosyna prius nobili pauperi quàm ignobili distribuenda est.*
31 *Felicem aliquando fuisse, est infœlicissimum infortunij genus.*
32 *Nobilibus peste infectis digniora designantur hospitalia.*
33 *Exequutor distribuere potest hæreditatem in nobilem pauperem, qui non habeat inspecta sui qualitate.*
34 *Nobiles includuntur in relicti distributione, si magnum est.*
35 *Religiosi mendicantes sunt prius cæteris alendi.*
36 *Exequutor deputatus ad maritandum virgines, non potest eligere eas, quæ religionē ingrediuntur.*
37 *Eleemosyna est eis danda inprimis, quorum specialem curam gerit qui dat.*
38 *Eleemosyna illi prius est danda, qui extrema laborat egestate.*
39 *Eleemosyna illi prius datur, de cuius bonitate sumus magis certi.*

QVÆSTIO XCIII.



Irca eleemosynam ordo est seruandus, *vt in c. non satis, 86. distinct.* & stante æquali egestate iusto magis danda quam † iniusto, vbi Præpos. *num. 21. in fi.* dicit magis bono
1 deberi, quam minus bono. Gloss. *ibi ver. domesticos*, declarat hoc non procedere, quando extraneus indigeret ad mortem, domesticus autem non, quia tunc subueniendum est extraneo constituto in præsenti necessitate. Limitatur etiam
2 in consanguineis, † qui sunt ante extraneos iuuandi, *vt per Præpos. in loco prædicto*, & quãdo omnes sunt eodem modo pauperes, præferuntur cõsanguinei extraneis, *capit. cæterum, dist. 86. c. peruenit, 1. quæstio. 3. gloss. in c. 1. de cohabit. cler. Cardin. in c. sicut, 47. distinct. colum. 2. Abb. in c. peruenit, numero primo. de arbit. & in c. vt super, colum. fi. de reb. eccles. non alien.* Et dicunt ex *d. c. non satis*, passim Doctores, quod maior est pietas in alendis consanguineis pauperibus, quam in extraneis, *vt per Abbat. in locis prædictis, Alber. in l. si quis à liberis. §. & si impubes. ff. de liber. agnos.* vbi inquit, quod iure diuino magis tenemur prospicere coniunctis personis, quam exteris, *Alex. in l. diuus, nu. 5. ff. ad leg. Falcid. Afflict. in decis. 290. in fi. vbi allegat gloss. Archid. & Luc. de Pen. Didac. var. resolut. lib. 3. c. 14. num. 6. ver. tertio mihi probatissimum, Tiraquel. de priuileg. pia cau. in præfatio. ver. & facit pro prima parte.* vbi dicit, quòd relictum pro
3 anima consanguineo † pauperi, dicitur pium, *Benincas. in tract. de paupert. quæst. 7. in 5. speciali iudic. nu. 23. Cordub in l si quis à liberis, §. & si impubes, nu. 7.* vbi *nu. 40.* fortius dicit, quod si relictum sit lega-
4 tum pauperi consanguineo, † debebitur proximiori pauperi, etiamsi alius consanguineus sit pauperior, *Mod. Gal. de vsur. nume. 71. in fi. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 3. nu. 20. & lib. 8. tit. 5. num. 15. Simon, lib. 3. interpret. 1. dub. 3. solutio. 1. num. 7. Feder. Sen. cons. 33. nume. 3.* Simili modo, si exequutor electus sit ad distribuendum inter pauperes,
5 poterit eligere consanguineos † pauperes. *Bart. Ang. & Imola in l. illa institutio. ff. de hæred. instit. Anch. in c. cum tibi, de testam. Imo. in l. captatorias ff. de hæred. instit. plures citat Ale. in l. diuus, nu. 5. ff. ad leg. Falci.* vbi, quod poterit eligere etiam spurium testatoris, *plures citat Tiraquel. in loco præallegato, ver. & facit pro prima. Rip. de remed. ad conseruand. vbert. nu. 163. Mantic. d. tit. 5. nu. 16. & 17. vbi quid tenetur, facit quòd latè Tiraquel. de retract. in præfatio. nu. 44.* Et dicit Dec. *in c. episcopus, num 9. de præben.* quod etiam Papa magis tenetur suis consanguineis pauperibus subuenire quam extraneis, *per c. omnino. 31. distinct.* Item eleemosyna debetur potius pauperibus de loco, quam extraneis. Et facit quod dicit Apost. *1. ad Timoth. 5.* si quis suorum maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Et secundum Augustinum relatum *in c. quicunque, 17. quæst. vlt.* qui vult filium ex-
6 hæredare † & ecclesiam instituere, alium quærat consultorem: quam Augustinum. *glo in l. si quis ad declinandum. C. de episcop. & cler. Præpos. d. c. non satis, nume. 12.*

7 Et potius eleemosyna est danda † ciuibus, quam forensibus, *tex. est in l. 2. ibi. ciuibus nostris debere conferri, atque ibi not. Bart. C. de anno. lib. 2. Dec. in cons. 542. nume. 13. & Bart. doctrinam dicit communiter approbatam, Ripa in tracta. de remed. ad conseru. vbert. nu. 153. Didac. d. c. 14. ver. tertiò mihi probatissimum* vbi ait, quod cũ patriæ plurimũ debeatur, tenetur quis propriæ patriæ fame, vel malo alio oppressæ subuenire, quam alij Ciuitati, & prius pauperes subleuare illius ciuitatis, in qua natus quis vel educatus est, quam exteros, aduocatóque ad id quintum Canonem Turonensis Concilij, *Benincas. in tracta. paupert. in septima quæstio. quinto speciali iudic. numero 22. Quintil. Mandos. cons. 55. nu. 7.* vbi *ait esse communem opinionem*, Et dicit Bar. *in d. l. 2.* quod electi de publico ad distribuendum eleemosy-
8 nas, † non debent eas dare extraneis pauperibus, sed incolis. *Feder. Sen. cons. 33. nu. 2.* vbi ponit ratio-
9 nem, & sumi debet episcopus † de sua patria, & ecclesia, vt inquit tex. *in c. nullus inuitus, & c. nec maritus, distinct. 61.* ne vni debita stipendia alius vendicare audeat. *facit text. in capit. sacrorum, in princip. 63. distinctio.* Et dicit Innoc. *in cap. quia diuersitatem, prope finem, de concess. præben.* iustum esse, quod episcopus clericis prouideat in terra propria. Et inquit Abb. *in c. ad decorem, in fi. de institutio.* ido-
10 neos incolas non esse in distributione beneficiorum † postponendos extraneis, imò iustum, fructuosum & honestum, quod quisque beneficietur in sua patria, latissimè cõprobat Didac. *pract.*

quæstio.

quæstio. cap. 35. ver. *secundo aduotandum est, Quintilia. d. cons. 55. nu. 5. & seq. addo Dec. in consi. 542. nume. 13.* vbi infert, quod extraneo præferendus est præsentatus de loco, *Rip. loco prædicto. num. 154.* Et ad hoc est tex. *in l. in ecclesiis, C. de episcop. & cler.* quem allegat Quintil. loco prædicto. Et idem omnino in eleemosyna, quod episcopus, qui bona debet distribuere in pauperes, non possit eas dare forensibus, ponit Alex. *in d. l. 2. ad Bar.* Idem est in
21 tutela, in qua † originarij præferuntur exteris *l. diuus. ff. de tutor. dat. ab his. l. fin. C. de offic. præto. gloss. in d. l. nullus circa princip.* Hac ratione, si extraneus
22 impetrat beneficium non expressa † patria, non valet impetratio tamquam subreptitia, *gloss. in §. proponente. vbi Abb. de rescrip.* & quilibet censetur magis diligere suos conciues, quam exteros. Ideo
23 si testator instituit simpliciter pauperes, † veniũt soli pauperes sui domicilij, *gloss. in c. 1. in ver. pauperes, de testam. in 6. in c. statutum, §. cum autem, in ver. vnum diem, in fin. de rescrip. in 6. addit. ab Bart. in l. quæ conditio, §. cum ita, de cond. & dem.* Et illam gloss. dicit singularem Felin. *c. sicut tuis, col. 2. de simon, alios citat Didac. in c. cum tibi, num. 14. de testam.* vbi dicit procedere, etiamsi quis foret extra suum domicilium testatus, & subdit procedere etiam in exequutore testamenti, quidquid in eo dixerint Io. And. Collecta. Gemin. Lap. Fran. & Capel. Tolos. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 6. num. 7. & lib. 8. tit. 5. num. 2. vbi addit Specul. Anch. Abb. Paris. & Tiraquell. tradit que an idem sit in exequutore.* Est etiam tex. *in l. 1. C. de Metalla. lib. 11.* vbi subsistente necessitate frumentum etiam venditum exteris
24 † potest auocari à ciuibus, *sequitur Didac. d. lib. 3. c. 14. ver. ab eiusdem publicè, num. 6.* vbi & si improbet illationem Bart. Ang. & Io. de Plat. *in d. l. 1.* quoad prælationem domini in fructibus perceptis à colono, tamen admittit frumentum natum ex agris vnius vrbis distribuendum prius esse inter ciues illius, *Rup. loco prædicto, num. 153.* vbi refert Cicer. dicere, quod nobis potiores sunt ciues quam peregrini. Et Cordub. *in d. §. & si impubes, num. 39.* dicit tali casu forenses pauperes repellendos de Ciuitate.

Ad id tamẽ quod dixi de beneficio, ciui potius quam extraneo concedendo aduerte, quia non tamen debet idem beneficiũ semper conferri ho-
25 minibus eiusdẽ cognationis, † ne videatur hæreditarium, & ex necessitate potius, quam ex libero arbitrio collatum, quod abhorrent Canones, secundum Abb. *in d. l. ad decorem, numero 3. ver. ex quo infert, de instit.* Mouetur ex gloss. *ibi in ver. hæreditario.*

Et inter ipsos ciues pauperes is præfertur, qui
26 est pauperior, quia vbi maius † est periculum, ibi potius est succurrendum, *l 1. §. sed etsi quis, ibi, nam vel magis, ff. de Carbo. edic. c. quiescendum. 42. distinct. c. vbi periculum maius, in prin. de elect. numero 6. c. fin. 7.*
27 *quæst. 2.* quos textus † allegat Mandos. *in materia prælationis in d. cons. num. 9.* Ideo Bal. *in l. cum multæ, num. 3. verb. & ista est veritas, C. de don. ante nupt.* per tex. *in §. si quis autem vnum sanctorum, in Auct. de eccles. sit.* dicit, quod in dubio censetur relictum factum
28 pauperiori. † Et dicit Dec. *in d. c. episcopus, num. 2.* quod etsi ecclesia non exigat insolidum à debitore, tamen quando haberet alium pauperiorem, posset ab vno exigere insolidum, vt succur-
29 rat † alij magis indigenti. Allegat gloss. *in d. c. non satis, in ver. domesticos,* & quod videatur relictum pauperiori, tenuit Mantica, *d. lib. 8. tit. 5. num. 4. allegat. Bal. in loco de quo supra, & præter eum Dec. in consil. 72. num. 3.* vbi loquitur de his, qui electi sunt ad distribuendum bona testatoris inter pauperes, *Mantica de coniectu. vlti volunt, lib. 4. interpret. 12. num. 73.* Et licèt electus ad distributionem non teneatur eligere pauperiorem, sed valeat electio
30 † eius, qui pauper est, *Bar. in l. vnum ex familia, §. 1. in fin. ff. de leg. 2. Bald. in l. cum quidam, in fin. ff. de leg. 1. in l. quod pauperibus, num. 3. C. de episcop. & cler. & in rep. l. 1. num. 31. ver. item quæritur. C. de sacros. eccles. Mantic. d. tit. 5. num. 6. Simon, de. dubita. 12. num. 74.* tamen administrator, qui potuit eligere pauperiorem † remaneat in conscientia grauatus, *vt post Feder. Sen. probat Dec. in d. cons. 72. num. ver. & dato quod distributio.* Ideo hoc procedit etiam inter ciues, & forenses pauperes, *secundum Hostien. in c. cum tu, de vsur.* vbi inquit, quòd distributio rerum ma-
31 le quęsitarum ab vsurario fieri debet † per episcopum inter pauperes illius loci, vbi degebat vsurarius, *Archid. in c. non sanè, 14. quæst. 6.* licet Feder. Sen. *consil. 33. col. 2. & col. 3.* dicat esse consilium, nõ præceptum. Et cæteris paribus eligendi sunt vi-
32 cini † testatoris, quia de illis in dubio videtur sensisse, *argumento d. l. nulli, & l. si quis ad declinandum, C. de epis. & cler. per quæ iura ita dixit Imola in l. illa institutio, col. 2. ver. intelligo licet ipsa. ff. de hæred. instit. Mantica d. tit. 5. num. 17. in fin.* & melius quod vicini vtilitatem sentiũt quam extranei, *l. 2. & l. præses. C. de seruit. & aq.* Per quæ iura inquit Hostien. *in c.*
33 *cum tu, de vsur.* quod erogatio in vsus † pauperũ, fieri potius debet vicinis, quam extraneis, *sequitur Feder. Sen. in cons. 33. col. 2. in fine, licet dicat esse consilium, non autem induci necessitatem.*

Item monialibus potius, quam viris fieri de-
34 bet eleemosyna, quia periculosa † est magis indigentia in monialibus, quam in aliis, *c. 1. de statu regul. in 6.* & viri conuenientius operantur, quam fœminæ, *argumento l. quisquis, §. ad filias. C. ad leg.*
35 *Iul. maiest.* ita † dixit Bald. *d. l. cum multæ, nu. 3.* vbi post Cin. dicit, quòd legatum monasterio intelligitur in dubio de monasterio monialium, & quod cæteris paribus monasterium monalium dicitur locus pauperior, & magis pius, *Ripa in d. tracta. de remed. ad conseru. vbert. num. 158.* Et dicit tex. *in c. 1. §. sanè, de statu mon. in 6.* quod in monialibus est vituperosa & periculosa indigentia. Ideo dixit Feder. Sen. *in consil. 182. col. 2.* quod monasterium monialium plus dici debet indigẽs, quàm mendicans pauper, consuetus iustum sibi quærere per quotidianum quæstum. Et infert, quod deputatus à testatore ad distribuendum inter pauperes, recte distribuit in moniales.

Et sicuti senex † debilior est iuuene, ita in ero-
36 ganda eleemosyna præferendus est iuueni. *c. considerandæ, 86. distinct. Ripa. d. rem. num. 160.*

Etin-

28 Et inualidi, & infirmi † præferuntur validis, & sanis, *d. §. si quis autem vnum sanctorum, in Auctē. de eccles. titul. Ripa loco prædicto, num. 156.*

Et generaliter digniores sunt prius eleemosyna
29 † subleuandi, *arg. l. cum quidam, de leg. 1. Ioan. And. in c. 1. de testam. in nouel. Feder. Sen. d. consil. 282. circa. fin.* vbi quod eligendi sunt magis digni, *Ripa loco prædicto, num. 157.*

30 Qua ratione pauper nobilis † videtur ignobili præferendus, *Ripa in loco prædicto*, quia infelicissimum infortunij genus est inter omnes mundi aduersitates, aliquando fuisse felicem, † *c. considerandā. vbi gloss. 86. distinct. facit c. cum ad monasterium. §. porrò, de statu mon.* vbi Abbas potest monacho nobili, sed infirmo concedere quod alibi, quam in solito infirmatorio curetur, & epidimiæ tem-
32 pore nobilibus infectis † meliora assignantur hospitia, *l. 2. & l. fin. C. de metal. & epid. lib. 12. Ripa de remed. ad curanda. pestem. num. 16.* Et post Iac. de S. Georg. & Aflict. inquit Tiraq. *in tracta. de nobilit. cap. 25. num. 9.* quod pauper nobilis ludibrio est & contemptui. Hinc est quod potest etiam in
33 nobilem distribui hæreditas † per exequutores, si ille pauper sit, vel & si habeat secundum statum suum facultates, sit tamen graiuatus multis filiabus nobilibus, *Bal. in d. l. si quis ad declinandum, num. 5. C. de epis. & cler. latè Abb. in cons. 69. nu. 7. & 9.* & quando relictum distribuendum est magnum, non est dubium, quod nobiles † includuntur, si-
34 cut alij, *secundum Mantic. d. tit. 5. num. 3. & Simon. d. dubit. 12. num. 74.* Licèt aliud sit quando quid modicum relinquitur inter pauperes distribuendū, *vt voluit Ang. in l. sed & si susceperit, §. libertis, num. 3. ff. de iudic. quem refert Mantica & Simon. in locis prædictis.*

35 Item religiosi mendicantes, † sunt alendi, *secundum Io. And. in c. 1. de testam. in 6. in nouel. Imo. in l. captatoriæ. in fin, de leg. 1.* vbi inquit, exequutorem posse distribuere in religiosos mendicantes, *Mantica tit. 5. num. 7.* Imò illi erunt præferendi, cum iusto amplius debeatur quam alij, *c. non satis, distin. 86.* & magis bono potius quam minus bono, *vt Præpos. ibi, in fin.* Vnde durum mihi videtur, quare exequutores dati ad maritandum virgines, non
36 possint distribuere † in puellas ingredientes religionem, *Bal. in authen. nisi rogati, num. 11. ver. quæro numquid monasterium, C. ad Trebell. Natta in cons. 296. num. 1. & 3. Mantic. d. tit. 5. num. 22.* Ideo verior est resolutio Paris. *cons. 26. num. 36. vol. 4.* Et hi sunt inprimis alendi, quorū spiritualis cura est com-
37 missa danti † eleemosynam, *secundum Tho. quem allegat Præpos. in d. c. non satis, circa fin.* Et idem dici potest de his, quorum cura etiam temporalis est nobis demandata, vt de principe & magistratu ponunt Mod. Gal. *in tracta. de vsur. nu. 47.* Id quod referri etiam debet ad vasallum, qui debet curam habere subditorum, *vt dixi supra*, & è conuerso, qui spiritualia recipiunt, debent primum amplecti eos, à quib. recipiunt, quā cæteros, quantumuis pares meliores & magis indigentes, *vt Præpos. bene declarat d. c. non satis num. 21.* Quæ autem dicta sunt, procedunt data æquali indigentia: aliàs enim illi subueniendum est, qui laborat extrema necessitate, etiamsi alius sit cōsanguineus
38 † vel domesticus, *secundum gloss. in d. c. non satis, in ver. domesticos, sequitur Ripa in d. tracta. de remed. ad conseru. vber. num. 174.* Facit quod voluit Dec. *d. c. episcopus, in prin.* dum vult, quod ecclesia licite exigat solidum à suo debitore, vt subueniat alij magis indigenti, idem est, quando refutatio foret
39 ade effectum dandi alij, de cuius bonitate † foret magis certus, *secundum Ambr. & Præpos. in d. c. non satis. num. 19.*

SVMMARIVM.

1 *Charitas prima incipit à seipso.*
2 *Eligere seipsum nemo potest.*
3 *Exequutor inter pauperes deputatus, non potest seipsum nominare.*
4 *Exequutor deputatus ad distribuendum bona inter pauperes, potest in se distribuere, si pauper est.*
5 *Exequutor potest nominare proprium filium, si est pauper.*
6 *Patri potius, quam filio subuenire quis tenetur.*
7 *Filius recipit esse à patre.*
8 *Pater plus filium diligit, quam seipsum.*
9 *Amor descendit, non ascendit.*
10 *Patris bona dicuntur esse filij.*
11 *Filius succedit patri, excluso auo.*
12 *Filius est potius à patre, quàm à filio alendus.*
13 *Parentibus pares vices reddere nemo potest.*
14 *Solutio censetur facta in debitum antiquius.*
15 *Prior tempore potior est iure.*
16 *Matri & patri æqualiter filius obligatur, ideo patri potius quam filio est subueniendum.*

QVÆSTIO XCIIII.



Vibus sic in genere constitutis, descendendo ad singularia, aduertendum est, quod inprimis debet quis suipsius ra-
1 tionem habere, quia prima † charitas incipit à se ipso, *l. præses, C. de seruit. & dixi supra, & c. qui vult ordinante, de pœn. distin. 3. latè Socin. cons. 11. num. 7. vol. 1.* & quanto fortius est naturale vinculum, tanto maior est obligatio, *auct. itaque. C. commu. de succes.* & dicitur communiter, quod Alpib. ille perit, qui se plus diligit vllum, præcipuè, quando est in extrema necessitate: nam etsi regulariter nemo
2 † possit eligere seipsum, *Castr. in l. fin. is cui, in prin. C. de furt. per gloss. in l. plane, ff. quid cuiusq. vniuers. nom.* & exequutor deputatus ad distribuendum
3 inter pauperes, † non possit in seipsum tamquam in pauperem distribuere. *c. fin. cum ibi not. de institut. & in cap. per omnes, de iure patron.* tamen si sit ve-
4 rè pauper, potest capere † pro seipso, *secundum Paul. Eleaz. in clem. vnica, de testam. & ibi Cardin. colu. pen. quæstio. 22.* vbi tamen intelligit, quando laborat summa egestate, *& Imola in col. pen. ver. nunquid exequutor, & Anchar. in 3. quæst. & colum. fin. Soc. in cons. 11. numero 6. volum. 1. Paris. in cons. 29. numero 22. volum. 4. Ripa d. tracta. de rem. ad conseru. vbert. nu. 164. Mantica d. lib. 8. tit. 5. num. 9.* Item præferendus est cunctis filius proprius, quia dicitur eadem caro,

ideo pater exequutor vltimæ voluntatis potest in distributione bonorum, quæ fieri debet in pau-
5 peres, nominare filium suum,† si verè sit pauper, *secundum Bal. in l. illud, in princip. numero. 20. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Ang. in l. illa institutio, numero 3. ff. de hared. instit. Cald. in consilio. 39. de testam.* vbi tamen intelligit, quando filij essent valde paupe-
res, & non aliter, *alios citat Mantica d. tit. 5. numero 9. & 10.*

Quod si habeat quis patrem & filium in eadem necessitate constitutos, nec vtrunque alere possit, adsit tamen quantum vni subueniri possit, cui magis dare teneatur, patrine, an filio? Diuus Thom. *in 2.2. quæstio. 26. artic. 9.* vult patri po-
6 tius† quàm filio subueniendum esse, quia ordo dilectionis metiendus est, secundum propinquitatem ad Deum: at pater Deo similior est tãquam principium, *sequitur Garzi. d. l. veluti, num. 36. & seq. ff. de iust. & iure,* vbi quod filius præter seipsum neminem diligere, & venerari debet, vt parentem, & nulli ex his, qui in natura sunt, filius tantum reuerentiæ & præsidij debet, quantum parenti: *hanc quoque sententiam probauit Petr. Lenand. in tract. de priuileg. Doctor. par. 4. quæstio. 59. quem citat & sequitur Ascan. in tracta. de patr. potest. effec. 17. nume. 34.*
7 quia filius†. recipit esse à patre, *c. Moises. 32. quæst. 2. c. nasci. 55. distinct. c. mulier, 56. distin.* ideo plus obligatur patri quam è contra, & patri non potest suf-
8 ficienter à filio retribui, quia plus filios † diligit quam seipsum, *l. isti quidem. ff. quo met. cau.* & pater potest plene filium quietare pro beneficio, sed non è cõtra filius patri retribuere. *secundum Aristo. 8. Ethicor.* Addo quod hanc sententiam probauit Bellam. *in cap. parsimoniam. 41. distin.* motus ea ratione, quia à patre filius habet esse, *Præpos. in d. cap. non satis, num. 20.* vbi refert illud Aristot. in quarto Ethicor. quod obligatio ad parentes tanta est, vt filius non possit reddere æquiualens. Idem Præpos *in c. cum haberet, num. 7. de eo, qui duxit in vxorem eam, quam poll. per adulter. hoc etiam voluit Cyn. in l. 2. in fin. C. de patr. qui fil. distr.* vbi refert, quòd Iac. de Rau. magnus magister omnis philosophiæ, dicebat, quòd pater potest capere filium, nepotem & pronepotem, & quia potest vendere filium, *sequitur Salic. in fin. hoc idem probauit Alphons. à Castro, quem citat Cordub. in l. si quis à liberis, in prin. num. 35. ff. de liber. agnos.* Contraria sententia placuit Anchar. *in cap. cum haberet, numero 12. Io de Ligna. in tracta. de amicit. §. de subuentione paterna & filiali, num. 16. & eos citat ac sequitur Cordub. in d. l. si quis à liberis, in prin. numero 35.* Huius partis fundamentum est,
9 quia amor† descendit, non ascendit, *l. nam & si parentibus. ff. de inoff. testam. l. scripto. §. fin. C. vnde liberi,* & hoc considerant magistri philosophiæ, *vt inquit Cyn. in d. l. 2. in fi.* Sed hoc procedit, quo ad ordinem dilectionis, non autem quoad effectum obligationis, quæ sola attenditur, dum quærimus, vter, potius teneatur subuenire, *ita Iacob de Rau. quem citat Ripa d. c. cum haberet, ita quoque respondet Petr. Lenand. in loco supracitato, & sequitur Ascan. d. effec. 17. numero 74.* vbi dicit se vltra alios ponderasse tex. *in d. l. 2. C. de patr. qui fil. distrax.* cum tamen ille tex. ante eum fuerit ad hoc ponderatus à Iac. Rau. Cyno, Salic. Præpos. & aliis. Eodem modo respondetur ad eos, qui dicunt, quod pater plus diligit filium, quam filius patrem, *l. fin. C. de curat. fur. l. isti quidem. ff. quod met. cau.* Allegant etiam, quòd bona patris magis debentur filio, quam patri, *d. l. nam & si parentibus, in prin.* & quod certo mo-
10 do bona† patris dicuntur esse filij, eo adhuc viuente. *l. in suis. ff. de lib. & posthum.* ideo filius ex-
11 cluso auo† succedit patri, *l. prima, §. primo. ff. si tabulæ testam. nullæ extab. authen. in successio. C. de suis & legit.* Sed respondetur, quod ratio successionis non semper regulat ius alimentãdi, nec præstatio alimentorum semper inducitur, secundum ordinem succedendi, *vt supra diximus sæpe, & probat Ruin. in consilio nonagesimo quarto, numero decimo, volum. quinto, Bero. in consilio 165. numero vigesimo primo, volum. secundo,* & videmus in filio spurio, & aliis. Allegat quoque, quod pater iure naturali tenetur alere filium, at filius è contra patrem alit iure gentium. *ita gloss. & Bar. in d. l. si quis à liberis. §. si vel parent. ff. de lib. agnos.* ergo maiori obligatione erga filium obstringitur quam erga patrem. Hoc dubium proponit Præpo. *in dicto capitulo, cum haberet,* sed non resoluit: Ego dico, quod vbi alimenta debentur, filio strictius & fortius debentur, quàm debeantur patri, & in concursu patris & filij propter maxima beneficia præfertur pater, atque ita aliud est considerare obligationem in esse productam, aliud vero antequam in esse producatur: existentia autem patris impedit, ne oriatur obligatio, seu ne exerceri posset ius obligationis erga filium, dum patri prouisum sit.

Adducunt item, quod si quis habet patrem &
12 filium, diuites, ipse† autem inops sit, debet petere à patre, non à filio. *ita Præpos. dicto capitulo, cum haberet, ex Bar. in lege, non quemadmodum. ff. de liber. agnoscend.* Sed id videtur mihi magis facere pro patre, quàm pro filio: quia sicuti pater primus conuenitur, licèt extet filius, ita sibi primum debet subueniri in egestate, & eum sequuntur commoda, quem sequuntur incommoda. *l. secundum naturam. ff. de reg. iur.* Prima ergo opinio plures & potiores habet authores, fundaturque grauiori ratione, quæ deducitur non ex voluntate filij, vel eius affectione. Certum est enim neminem fore, qui non filio potius quam patri subueniret. ita prona est hominis natura ad obliuiscendum recepti beneficij, sed ex necessitate obligationis: nulli enim dubium quin patri plus debeamus,
13 quàm cuicunque alij, cum parentibus† pares vices reddere nemo possit. Præterea antiquior est ea obligatio, qua patri obstringimur, ideo primum
14 exoluenda,† *Bar. in l. cum ex pluribus, numero secundo, ver. si nulla. ff. de solutio. Alex. in consi. 85. num. 1. volum. 3. Ruin. in cons. 136. num. 15. volum. 4. in cons. 167. num. 31. volum. 5. Paris. 122. num. 7. volum. 4.* Et dicit ideo Præpos. *in d. cap. cum haberet, num. 7.* quod per natiuitatem filiorum nõ potuit aui conditio fieri deterior, quo minus conueniat filium sibi ante procreationem filiorum obligatum. Et facit com-

15 munis regula, quod prior † tempore, potior est iure, *c. qui prior, de reg. iur. in sexto.* Item obligatio, qua tenetur pater erga filium, oritur ex seipso per regulam generationis, vt eo modo teneatur filiũ alere, quem natura docuit omnia animantia: at obligatio, qua filius ligatur erga patrẽ, oritur ab ipso patre, qui inæstimabile filio contulit beneficium; ergo & prius tollenda est. Addo, quod sine patre non fuisset in rerum natura filius, ergo cum ad patrem referẽda sit essentia filij, ille in alimentis est filio præferendus, & idem videtur dicendum in matre, quia quoad naturæ instinctum, fi-
16 lius pariter † obligatur matri & patri, *vt inquit Innoc. in cap. 2. de regul. sequitur Præpos. in d. cap. cum haberet, numero sexto.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor dicitur eadem caro cum marito.*
2 *Vxorem alere maritus non tenetur, priusquam patrem.*

QVÆSTIO XCV.



EST quoque quæstio, cui magis debeat quis alimenta præstare, patri an vxori, cum vterque æqualiter egeat; & non habeat filius, quantũ sufficiat pro subuentione vtriusq;. Et sanè diximus quẽlibet seipsum cæteris omnibus præponere debere, videretur ideo pari ratio-
1 ne præferendam vxorem, quæ dicitur eadẽ † caro cum marito, *cap. debitum, de bigam. cap. gaudemus, de diuor.* & Paulus *ad Ephes.* dicit, quod maritus vxorem diligere debet, sicut seipsum, vt habemus in Euangelio, quod propter vxorem debet quis relinquere patrem & matrem. Et alia allegat Tiraquel. *in tracta. de legib. connub. l. 8. num. 12.* sed a-
2 liam partem † amplectitur diuus Thom. *in 2. 2. quæstio. 26. art. 11. & in. 3. distinct. 29. quæstio. septima, ad tertium, sequitur Garzias in l. veluti, numero 36. & seq. ff. de iust. & iure, Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. si quis ex his, numero 74. ff. de lib. agnos.* Mouetur rationibus, quibus adducuntur ad patrem filio præferendum, & ad supradicta in contrarium respondent procedere, quo ad coniunctionem, & habitationem, non quo ad reuerẽtiam, & subuentionem, vt apud eos videri potest. Et hoc casu pro patre facit ratio reuerentię, & successionis, secundum quos diximus sæpe regulari ius alimentorum, licet non sit modus ille perpetuus: hoc verum est in bonis, quæ sunt propria filij, verum si essent bona dotalia, ex eorum fructibus essent inprimis præstanda alimenta vxori, *vt aliàs diximus.*

SVMMARIVM.

1 *Patri potius infideli subueniendum est, quam alij à viuis.*
2 *Pater etiam transgressor legum honorandus est, quia pater est.*
3 *Patris persona semper filio videri debet sancta & honesta.*
4 *Pater infidelis non est alendus à filio, quando fieret deterior, vel esset in damnum fidei & ecclesiæ.*

QVÆSTIO XCVI.



SI pater infidelis sit, & egeat, an ei poterit filius negare alimenta, vt alat fidelem aliquem, vel sanctum in eadem indigentia constitutum, attento quod viro bono & sancto magis debemus, & fideli potius quam malo & infideli, *secundum notata in d. c. non satis, 86. distinct.*
1 veritas est, quod patri † potius infideli & malo est subueniendum, *ita gloss. d. c. non satis, in ver. domesticos, & in cap. filij, qui parentes, distinct. 30. & hanc gloss. dicit solennes Barbat. in consilio 63. colum. 2. volum. 2. Specul. in tit. qui fil. sint legit. §. fin. numero 13. vbi allegat. Hostien.* qui verè *in sum. in tit. de temp. & qualit. ordin. in 2. regula columna secunda, ver minor.* miratur, quod etiam Doctor iuris positiui de hoc dubitat, cum alimentorum præstatio dependeat à iure naturali primæuo, quod est commune omnibus animalibus, *sequitur Ioan. And. ad Specul. in loco prædicto, qui refert Raine. & Gofred. in sum. eod. tit. Abb. in cap. si quis Episcopus, in primo notab. de hæretic. Diuus Thom. in 3. distinct. 29. Duran. in quarta, Cardin. in d. cap. non satis, Præpos. ibi. num. 20. Cardin. in clem. prima, num. 22. de testam. Felin. in capitulo, cum sit, de Iudæis, alios citat Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. & si impubes, numero octauo. ff. de lib. agnoscen. Marquar. in tracta. de Iudæis, in tertia par. capitulo quarto, numero septimo*, Præpos. in loco prædicto, numero vigesimo, ponit quinque rationes, sed eas præcipuè, quod si quisque etiam infidelis tenetur potius consulere quàm quicunque fidelis; & pater videtur eadem persona cum filio. Item naturalis obligatio tanto maior est, quanto naturale vinculum est maius: at in patre & filio maius est naturale vinculũ quam in quocunq; alio, ergo eo magis subueniendum est. Tertiò in sustentatione naturæ magis teneor ei, cui magis debeo, secundum naturam, & à quo magis depẽdeo, sed pater est talis, ergo &c. Quarto magis teneor illi cui magis debeo, secũdum regulam misericordiæ & iustitiæ, quàm ei, cui debeo solum, secundum regulam misericordiæ: patri autem filius tenetur, secundum vtramque regulam, alij verò secundum regulam misericordiæ tantum. Et non obstat, quod pater sit infidelis, & quod ideo magis sit necandus, quam alendus, *c. legi. 23. quæstio. 8.* quia respondeo, quòd
2 quantumuis infidelis sit, † & legum transgressor, pater est, *l. mutus, §. manente. ff. de iure dot. §. si verò contigerit, in ver. alia necessaria, in Auth. de incest. nupt.* & persona patris semper sancta & honesta videri
3 debet † filio, *l. liberto. ff. de obseq. liber.* etiã si inhonesta sit, *vt inquit ibi gloss.* Hæc tamen intelligenda sunt, non procedere, quando per huiusmodi alimentorum præstationem pater fieret deterior quo ad Deum, & quando sustentatio patris redundaret in damnum fidei vel ecclesiæ: his enim
4 casibus infidelis pater alendus † non est, *secundum Cardin. in d. cap. non satis, quem ibi sequitur Præpos. numero 20.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor relicta vsufructuaria tenetur primum alere filios quàm seipsam.*
2 *Parentum commune est votum, quod sua bona vadant ad filios.*
3 *Filij ad parentum successionem vocantur à natura.*
4 *Hæres à quo alimenta relinquuntur, retinet inprimis alimenta pro se.*
5 *Nemo tenetur sibi victum arctare, vt alimenta alijs præbeat.*

QVÆSTIO XCVII.

QVando instítutis filiis nepotibus, vel descendentibus testator relinquit vxori alimenta, fructus autem non sufficiũt ad sustentationem filiorum vel nepotum, & matris, quis præferatur in alimentorum perceptione. Barbat. *in cons. 63. col. 2. vol. 2.* dicit, præferri filios † vel nepotes ex testatoris coniecturata voluntate, qui creditur voluisse, quod primo alantur filij: est enim commune votum omnium † parentum, vt sua bona ad filios perueniant, *l. scripto. ff. vnde liberi.* & quia pater iuris præsumptione magis diligit filium, & natura † ipsa videtur filios vocare ad successionem parentum, *l. fin. C. quor. bonor.* Hoc etiam voluit Picus *in l. Titia, §. Titia cum nuberet, numero 156. ver. fixem. ff. de leg. 2. hoc idem probauit Socin. iun. in consilio 97. in fi. volum. 1.* Hoc ego intelligerem, quando relinquuntur alimẽta extraneo, quem alias testator non tenebatur alere: secus quando forent relicta aliis, quibus testator obligatus non erat, quia aliud tunc est dicendum. Addo quòd dictum Barbat. non procedit in quocunque hærede instituto, à quo relicta sint alimenta, quia semper is ante omnia deducit † alimenta sua antequam soluat aliis, & si pro se non sufficiant, non tenetur aliis dare, *ita intelligit Natta in consilio 387. numero octauo*, vbi allegat Bal. *in l. prima, §. officio, in fin. de tutel. & rat. distr.* dicere, quod nemo † tenetur arctare dictum suum, vt alimenta matri vel alij præstet. Hanc sententiam exornat, & pluribus defendit Lancello. Gallia. *in consuetud. Alexandr. in ver solidos, num. 158. & num. centesimo quinquagesimo tertio*, vbi limitat, quando hæres ipse haberet aliunde.

1 2 3 4 5

SVMMARIVM.

1 *Patri spirituali alimenta prius quam carnali præstanda sunt.*
2 *Pater spiritualis magis est amandus, quam carnalis.*
3 *Affinitas spiritualis maior est quam carnalis.*
4 *Patricidium fortius committitur occidendo patrem spiritualem, quam carnalem.*
5 *Episcopo proprio benefacere quis tenetur, potius quam domino, vel principi, vel regi.*

QVÆSTIO XCVIII.

AN concursu patris spiritualis † & carnalis, præferendus est spiritualis. *secundum Bellam. in capitulo, parsimoniam, quadragesima prima distinct. sequitur Præpos. in capitulo, non sæpe, numero 20. distinct. octuagesima sexta.* Et ratio est, quia secundum glos. *in capitulo, pictatium, trigesima, quæstio. tertia*, plus † est diligendus pater spiritualis quam carnalis, & ei præferendus in exhibitione reuerentiæ. Et glos. *in capitulo, qui dormierit, vigesima septima, quæstio. secunda*, dicit, maiorem esse † affinitatem spiritualem, quàm carnalem. Dixi supra agendo de alimentis filio præstandis à patre spirituali. Dura tamen est decisio, sed inuenio non cõtradicentem, & inquit gl. *in cap. aut facta, in ver. parenteve de pœn. distl. 1.* quod multo fortius parricidij pœna † plectitur occidens patrem spiritualem, quam qui necauit carnalem, *Alexa. ad Bar. in l. diuus. ff. ad leg. Pomp. de parricid.* Eadem ratione concludit Bellam. quod magis tenetur quis benefacere † episcopo suo, quam domino temporali, puta regi, vel principi, *sequitur Præpos. loco prædicto.* Ex quibus idem posset inferri ad alios omnes, qui spiritualia nobis ministrant, & docent.

1 2 3 4 5

SVMMARIVM.

1 *Patri & matri æqualiter subueniendum est, nec vnum licet deserere vt alterum alat.*
2 *Matri æquè filius obligatur ac patri.*

QVÆSTIO XCIX.

QVando habet quis patrem, & matrem, cui magis debeat subuenire? dic quod vtriq; † æqualiter, *secundũ Bal. in l. furiosæ. ff. de curato. furio.* vbi ait, patrem in hoc non esse matri præferendum. Et addit esse notandum argumento illius legis, *sequitur Ascan. Clem. in tracta. de patr. potesta. cap. 4 in prin. num. 17. & dicit Innoc. in c. 1. de regular.* quod secundum naturæ instinctum filius † æquè obligatur matri, sicut patri, *sequitur Præpos. in cap. cum haberet, num. 6. circa fi. de eo, qui dux. in vxor. quam polluit per adulter.*

1 2

SVMMARIVM.

1 *Monasteria habentia ecclesias curatas, tenentur vicarium eligere, qui spiritualia ministret.*
2 *Vicarius est prius alendus quam monasterium.*
3 *Damnum. Tractans de vitando damno præfertur ei, qui tractat de lucro.*
4 *Res de facili redit ad primæuam naturam.*

QVÆSTIO C.

MOnasteria habent aliquãdo vnitas ecclesias curatas, quibus tenentur prouidere † de vicario perpetuo, qui spiritualia populo ministret, *secundum tex. in c. in Lateranensi, & in c. de monachis, de præben. clem. vnica, de offic. vicar. c. 2. de supplen. neglig. prælat. Feder. cons. 95.* Hoc casu si fructus ecclesiæ non sufficiant pro monasterio, & vicario, quis ex eis primis alendus erit. Et Henric. Boic. *in c. exposuisti. de præben.* dicit, esse † alendum vicarium, *sequitur Ra-*

1 2 3 4

tur Rebuff. in tracta. de cong. portio. num. 101. vbi multis rationib. mouetur. Primò, quia est principaliter ecclesiæ patrimonium, non monasterij. Ergo
3 vicarius tractat de damno & † præfertur, *l. iuris ignorantia. ff. de iur. & facti ignor.* Secundò, quia est fauorabilius alere plebem, quæ bona illa contulit. Tertiò, quod hoc modo erogantur redditus
4 in eam causam, in quam fuerunt dati, & † redeũt ad primæuam causam. *l. si vnus. §. pactus. ff. de pact.*

SVMMARIVM.

1 *Pater pro alimentis prius est conueniendus quàm filius.*
2 *Vincula duo magis ligant.*
3 *Pater conseruatur in filio.*
4 *Pater ratione patriæ potestatis, vendere potest filium vt se alat.*

QVÆSTIO CI.

DIcendum item de pluribus, qui teneantur ad alimenta, quis eorum primus exigatur: si enim quis egenus patrem habeat, & filium, diuites, quis eorum conueniendus erit? Et sane Cin. *in l. 1. in fin.* multa adducens in vtranque partem, nulli se adduxit sententiæ. Salic. item *in l. fin. C. eo tit.* non deliberat. Io. de Ligna. *in tracta. de amicit. §. hinc insurgit dubium, num. 3.* concludit vtrunque contribuere in alimenta patris, & filij respectiue. Vera conclusio est, quod
1 pater ipse † tenetur, & ab eo petenda sunt alimẽta. *Iac. de Arena in l. non quemadmodum. ff. de liber. agnoscen.* Sequitur ibi Bart. dicens, rationem esse, quia obligatio alendi descendit ab æquitate, & ratione naturali, *l. si quis à liberis, ver. & magis. ff. de liber. agnos.* naturale autem ius, & æquitas suadẽt, quod pater alat filium, non filius patrem, *d. l. si quis à liberis, §. si vel parens.* & pater est de propinquiore sanguine, ergo &c. *Anchar in cap. cum haberet, num. 19. de eo, qui dux. in vxo. quam pollu. per adulter. & ibi Præpos. num. 7. in fi. Io. Fab. in §. ius naturale, num. 3. Instit. de iure natura. Pract. Pap. in forma libel. quo agitur pro lega. rei sing. in princ. num. 84.* quia naturali iure magis pater astringitur alere filiũ, quàm è contra, *Alber. in l. pen. in fi. C. de alen. liber. Alexan. in l. in suis, num. 7. ff. de lib. & posthum.* vbi dicit, patris esse primam causam potius quàm cuiusque alterius *Caccialup. in l. frater à fratre, num. 107. ff. de cond. indeb. Ascan. Clem. in tracta. de patr. potest. effec. 17. numero 73.* quia pater tenetur naturali & ciuili iure, *secundum Bar. in d. l. si quis à liberis. §. fin.* filius autem solo iure ciuili obligatur &
2 duo † vincula fortius ligant. *§. sed hodie, ver. si verò pater, in fin. Instit. de adoptio. Cordub. in d. l. si quis à liberis, in princip. num. 7.* Adde quod pater † conseruatur in filio, *vt inquit Cin. d. l. prima, colum. prima, in fi.* quilibet autem primò tenetur ad conseruationem, *l. præses. C. de seru. & aq.* quæ verò in contrariũ allegantur, non stringũt, nam & si patri iure permissum sit: filium vendere, *l. secunda, C. de patr. qui fil. distra.* quod è contra filio non conceditur, vt patrem vendat, non ideo infertur, quin maior obligatio sit, quoad alimẽta in patre erga filium, quàm in filio erga patrem. Id enim ratione pa-
4 triæ † potestatis indultum fuit, *secundum Bal. in d. l. secunda. nu. 1. & alios ibi.* Attendi etiam debet prioritas obligationis, quæ est in patre, quæ cum à principio subsistat, nõ tollitur per superexistentiam filij. Concurrit etiam in patre naturale parentum votum, quod filius succedat in eius bonis: ratione autem successionis alimenta esse præstanda, dictum aliquando fuit, dum loquendo de ventre prægnante allegauimus illud axioma, alendum eum, qui aliquo casu est successurus.

SVMMARIVM.

1 *Nepos acquirit auo, in cuius est potestate.*
2 *Patri incumbit filiorum onus, quando auus non extat.*
3 *Filius defenditur à patre, quando abest auus.*
4 *Auus tenetur dotare neptem etiam diuitem.*
5 *Argumentum à dote ad alimenta, est validum.*
6 *Nepos alendus est à patre, non ab auo.*
7 *Dos data nepti ab auo, imputatur in legitimam filij, qui tenebatur dotare.*
8 *Ruinus consilio 94. numero 9. volum. quinto, reprobatur.*
9 *Dos data nepti ab auo, non imputatur in legitimam filij, qui erat pauper, & dotare non tenebatur.*
10 *Auus nepotem alere tenetur, quando pater est pauper.*

QVÆSTIO CII.

DVbium aliquando oritur, quis alicui egenti prior subueniat, pater ne, an auus paternus: cum vterque eorum diues est, onusque alimentorum sustinere potest. Et diceret quilibet, auum ad id obligari: habet enim nepotem in potestate, qua ratione sibi omnia quærun-
1 tur, quæcumque † acquirit nepos. *l. cum oportet. C. de bon. quæ liber.* & is debet onus alimentorum subire, qui commodum sentit successionis. *l. secundum naturam. ff. de reg. iur.* Secundò onus filiorum tunc
2 demum ad patrem spectat, quando auus † mortuus est. *l. si maritus. ff. famil. ercis. ergo auo viuente ad eum pertinent.* Tertiò nepotis defensio spectat † ad
3 filium, quando auus abest. *l. sed si vnius, §. quod deinde, ff. de iniur.* A contratio autẽ sensu, eo præsente, spectat ad auum. Et si hoc procedit in defensione, locum etiam habebit in alimentatione. Postremo auus tenetur dotare † neptem etiam diuitem
4 *l. fin. ver. pro sua progenie, C. de dot promiss Doctores in l. 1. ff. soluto matrim. Ruin. in consi. 94. num. 9. volum. 5.* vbi ait, reprobari communiter glo. *in d. l. fin.* Ergo tenetur etiam alere neptem, quia regulariter
5 valet † argumentum de dote alimenta, *secundum Barto. & Bald. in authen. res, quæ. C. commun. de legat.* Sed aduersa sententia verior est, & communis,
6 quod pater ipse teneatur filium alere, † non auus nepotem, *ita tenent Cin. & Salic. in l. fin. C. de alen. liber. Barto. in l. non quemadmodum, ff. de lib. agnos.* vbi mouetur sola ratione charitatis, & sanguinis, *Gul. Cun. in l. 1. in fi. ff. de iustit. & iur. Aret. qui eos sequitur, in consi. 17. col. 8. in fin. & in colum. 9. in prin. Alexan. in l. in suis, nu. 7. ff. de lib. & posthum. Alexan. in l. 1. num. 19. ff. soluto matr. vbi Ias. num. 27. Socin. in consi. 161.*

colum.1.vol.2.Caccialup. in l.frater à fratre, num.107.ff. de cond.indeb. vbi dicit esse notandum, Campeg. in tract. dot.in 1.par.in quæstio. 18. Cur. iun. in authen.res, quæ, num.16.C.comm.de legat.Ruin.in cons.94.num.7.in fin. volum.5.Ioa.Lup. in cap.per vestras, in 3.notab.in §.24. colum.2. de donat.inter vir.& vxor. vbi ait, quod prima obligatio alimentorum est patris, non aui, *Ascan.Clemen.in tracta.de patr.potesta. effec.17.num.17. Cordub.d.l.si quis à liberis, in princip. num. 36.* vbi dicit, hanc esse veram sententiam, quia in alendo filium causa patris prior est, & oritur à naturali stimulo, quo pater impellitur filium educare, & in summa mouentur omnes naturali ratione. Ideo dicunt Doctores, quod pater, non auus tenetur dotare filiam, & quod dos data nepti ab auo, imputatur filio in legitimam, quando filius ipse tenebatur dotare. † Videtur enim auus soluendo
7 debitum filij, dedisse breui manu dotem ipsi filio. *ita Cin. in l.cum scimus, in principio, quæstio.5. num. 5. C.de in off.testam. Ang.bene in l.in quartam, colum.fin. in si.ver.sed si dotauit.ff.ad.leg.Falcid. Alex.num. 28.Ripa, num.202.Berengar.col.fin.idem Alex.in consi.31.numero 3.& sequenti, volum.4.Ruin.in cons.171.numero 9. volum.1.& in cons.138.num.11.in consilio 148.numero 8. volum.2.Socin.iun. in consilio 33.num.8.vol.1.Alciat. in tracta.præsumpt.reg.1.præsump.17.num.4.ver.quod tenendum, Cæphal.in consi.105.vol.1.* Quæ autē in contrarium allegata sunt, deducuntur à longe, ita quod non opus est ea refellere. Et quod voluit
8 Ruin. quòd auus teneatur neptē dotare, † quamuis diuitem, habet glossam contradicentem *in d. l.fin.C.de dot.promiss.* & cum glos. transit Bal. *in authen.res, quæ C. commun. de legat.* vbi saluat contrariam sententiam, quando filius esset pauper, & non posset dotare. Id placuit etiam Alex.ad Bar. *in d. l.quemadmodum.* Et ideo Alexan, *in d.l. in quartam.num. 28. ver.dum tamen dixi*, inquit, quod vbi filius est diues, & consequentes tenetur dotare, tunc dos per auum data nepti, imputatur filio in legitimam, quia cedit in filij exonus, qui ea mediāte liberatur ab onere: at quādo filius erat pauper, † & non tenebatur dotare, tunc dos data ne-
9 pti ab auo, minime imputatur filio in legitimam, quia tunc non cedit in vtilitatem filij, sed auus soluit proprium debitum, *sequitur ibi Ruin. numero quadragesimo quinto, ver.item dicta opinio, Picus, numero 246.Corne.cons.34.lit.c. volum.4.Natta, qui optimè declarat, in consil.343.num.6.& 22.vbi reprehendit eos, qui tenent contrariam, Gabriel.commun.opinio. lib. tertio, conclus.quinta, numero 8.quidquid tenuerit Alciat.d. præsumpt.17.in fin.& Cæphal.in d.consilio 105.num.29.* Præmissa verò conclusio procedit, quando filius est diues, & potest alimenta filio ministare. at si pauper sit, sine dubio tunc † auus ipse tenetur,
10 *secundum Bar.in d.l. non quemadmodum, Cyn. & Salic. d.l.fi. Caccialup.Ioan.Lup.& alij citati*, pro qua limitatione facit conclusio, quam supra firmauimus, quòd auus in defectum patris, tenetur alere nepotem egenum.

SVMMARIVM.

1 *Auus paternus tenetur alere nepotem, non mater.*
2 *Auus paternus tenetur dotare neptem ex filio, non mater.*
3 *Pauper non dicitur, qui patrem vel auum habet diuitem.*
4 *Auus dotando neptem ex filio paupere, dicitur propriū debitum soluere.*
5 *Pater conseruatur in filio, sicuti & auus.*
6 *Symbolum habenti facilior est transitus.*
7 *Feudum, quod semel ex diuisione deuenit ad vnam lineam, conseruatur in illa exclusis aliis.*
8 *Amor ardentius descendit in nepotes, quam vigeat in filiis.*

QVÆSTIO CIII.

PAtre non extante, quis teneatur ad alimenta, auus paternus, an mater? Primo aspectu videretur matrem teneri, quia si obligatio alendi descendit à charitate, & sanguinis affectione, mater plus diligit, & est proximior: item mater ipsa filio decedenti succederet, excluso auo paterno. Verum Ruin, *in consilio 94. numero 9. & 10. volum.5.* defendit hoc casu auum
1 paternum † prius exigendum, quia auus tenetur nepotem alere propter filium, & est onus filij, & consequenter aui, *d.l.si quis à liberis, §.non tantum.ff. de liber.agnoscend.* Eandem opinionē tenuit Castr. *in l.Nesennius.ff de neg.gest. Betr. in cons.186.numero 3. vol.1.* Idem videmus in onere dotandi, quod patre
2 non existente, vel non habente, incumbit † auo paterno, non matri. *l. dedit dotem.ff.de collat. l.si pater cum gloss.ff.de euictio. Doctores in l. 1.ff. soluto matrimonio.* Et supra diximus, quod mater alit filium, quando non habet aliunde: at non dicitur non habere, quando extat auus, qui ad hoc tenetur, *argumento eius quod ponit Bar.in l.si quis à liberis.§.item rescriptum.ff.de lib.agnoscen.* & pauper † non dicitur,
3 qui patrem, vel auum habet diuitem, *vt per Doctores in auct. præterea. C. vnde vir & vxor.* Et diximus supra, quod vbi filius est pauper, auus dando dotem nepti, non imputat eam in legitimam filij, quia tunc ex quo ipse, non filius est obligaturus,
4 non confert beneficium in filium, sed † debitum proprium soluit, *secundum Alex. in d.l. in quartam, numero 28.ff. ad leg. falcid. vbi Ruin. Hercul. & Bereng. cum aliis citatis in præcedenti quæstione.* Hanc opinionem approbat etiam Cordub. *in d.l.si quis à liberis, §.si mater. ff. de libe.agnos.* Addo quod sicuti pater
5 † conseruatur in filio, *vt per Cyn. in l.1.columna 1. in fin.C.de alend.lib.* ita & auus, & ideo magis tenetur auus quàm mater. Præterea cum principalis obligatio semel à lege iuncta sit patri, & ita constituta in ascendentium masculorum linea, facilius per eādem lineā excurrit in auum, quàm vt transeat in aliam lineam maternam, quia in habenti-
6 bus symbolum † facilior est transitus. Facit, quod dicimus de feudo, quod postquam peruenit ad vnam lineam per diuisionem, vel per aliam licitam viam, in ea succedunt quicunque † descen-
7 dentes ab illa linea, exclusis agnatis coniunctis per aliam lineam, quamuis proximioribus. Est

tem.

tex. in capitulo primo, de natura succeſſ. feud. vbi eum declarat Bald. Butr. in conſilio quadrageſimo ſeptimo. præmittendum quod, Præpoſ. in capitulo primo, columna ſecunda, de grad. ſucce. Natta in conſilio vigeſimo tertio, per totum, vbi addit Socinum, & Iaſon. de illo tamen textu multa ponunt Socin. Ruin. Ripa, Rube. Pariſ. Didac. Zan. & Menoch. quos non expedit nunc referre, & aliqua dixi in conſilio centeſimo vigeſimo, numero decimo quinto, & ſequenti. Quod autem dicitur de charitate & affectione ſanguinis, retorqueri poteſt, quia ardentius † deſcendit amor in nepotes quàm vigeat in filiis, *l. liberorum, in fine, ff. de verborum ſignificatione, Cur. iun. in conſilio centeſimo ſexageſimo nono, numero decimo tertio, Caſſan. in conſilio ſexageſimo ſeptimo, numero trigeſimo.* Regula autem ſucceſſionis non eſt tuta, vbi tractamus de alimentis præſtandis, *vt declarat Ruin. in d. conſ. 94. in fine.*

8

SVMMARIVM.

1 *Hæres repræſentat perſonam defuncti, & cenſetur cum eo vnum & idem.*
2 *Hæres tenetur ex obligatione, quæ erat in defuncto.*
3 *Auus maternus prius tenetur nepotes alere, quàm hæredes patris.*
4 *L. non quemadmodum, ff. de lib. agnoſ. quomodo intelligatur.*
5 *Argumentum à contrario ſenſu, non ſumitur à diſpoſitione negatiua.*
6 *Niſi dictio, poſt negatiuam poſita, affirmat.*
7 *Niſi dictio, ſignificat oppoſitum eius, cui immediatè aduerſatur.*
8 *Officium Iudicis pro alimentis, non datur contra hæredes, niſi ſubſiſtente eadem æquitate.*
9 *Hæres non repræſentat defunctum in ijs, quæ non trãſeunt ad hæredes.*

QVÆSTIO CIIII.

PAtre & matre non extantibus, ſi quis habeat maternum auum diuitem, & hæredes ſui patris locupletes, quem debeat pro ſuis alimentis conuenire, auum ne maternum, vel hæredes patris. Et videretur hæredes eſſe obligatos; nam hæres
1 repræſentat † perſonam defuncti, & cenſetur cum eo vnum & idem. §. *primo, in Authentico, de iureiuran. à morien. præſt.* & in hæredem † deſcendit obligatio, quæ erat in defuncto, *vt in titulo, C. de hæred.* Si ſi viueret pater, teneretur ipſe alere, non auus maternus, *vt ſupra declaraui.* Præterea ſicuti mater, ita & auus maternus tenetur alere in ſubſidium, quando alius non extat, hic extant hæredes, & cum apud hæredem ſint bona, atque ita commodum, debet idem ſuſtinere incommodum. *l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur.* Item onus alimentorum pertinebat ad patrem in bonis ſuis, ergo ad hæredes bona tranſire cum ſuo onere alendi, *d. l. ſi quis à liberis, §. item reſcriptum, & in ſimili ita arguit Cyn. in l. alimenta, C. de neg. geſt. in fin. ita tenet Pet in d. l. alimenta, Din. l. non quemadmodum. ff. de lib. agnoſ.* Sed tex. in d. l. *non quemadmodum*, determinat contrarium, quod imò maternus auus teneatur, dum dicit partum filiæ non eſſe oneri auo, niſi pater deceſſerit, vel ſit egenus. Ita ex illo
3 tex. deducit † Bar. ibi dicens, eſſe caſum expreſſum, *ſequitur Ruin. in conſilio 94. numero ſeptimo, volum. quinto, Boer. in conſilio 17. numero decimo quarto, vbi dicit illum tex. eſſe celebrem, Cordub. d. l. ſi quis à liberis, §. item reſcriptum, numero octauo. ff. de lib. agnoſ.*
4 Non videtur tamen quod ille tex. † probet. Primo, quia dum loquitur de auo, intelligi poteſt de paterno, non de materno. Secundo, quia dum dicit, niſi pater non ſit ſuperſtes, debet intelligi, *nec hæredes reliquerit idoneos,* quia paria ſunt, quòd viuat pater locuples, vel hæredes habeat locupletes. Et ita Din. intellexit illum tex. Tertio, quia cum textus negatiuè dicat, partum filiæ non eſſe oneri auo, patre ſuperſtite, non poteſt argumentum à contrario ſenſu ſumi, quod ſint oneri auo, quãdo pater non eſt ſuperſtes, nam non ſumun-
5 tur argumenta à ſenſu † contrario diſpoſitionis negatiuæ, *ſecundum Bal. in l. ſecunda, in fin. C. de cond. inſert. Caſtr. in conſilio 359. volum. ſecundo, Alex. in conſilio 150. numero 26. volum. quinto, Iaſon in l. prima, colum. nona. ver. ſecundo limita, & col. 12. ver. quarto limita, ff. de offic. eius, Caſſan. in conſilio 54. numero 44. Natta in conſilio 551. numero duodecimo, deciſ. Pedem. 79. numero 28. & deciſ. 178. numero ſexto.* Sed hæc omnia ceſſant diligenter inſpectis verbis illius textus. Non obſtat igitur primo, quod loquatur de paterno, quia huic ſenſui occurrit gl. ibi, quæ, dum dicitur, AVO, ſubdit MATERNO, & conueniunt verba textus, quæ loquuntur de liberis filiæ, & conſtituũt differentiam inter natos ex filia noſtra, & natos ex liberis noſtris maſculis. Ad ſecundum reſpondet Bar. ibi dicens, quod eo modo textus nihil releuaret, & ſubdit, quòd hic Dini ſenſus repugnat literæ tex. *in §. idem reſcriptum, eiusdem legis,* qui loquitur de ſumma egeſtate. Et in quo probatur, quod obligatio alendi non tranſit ad hæredem, niſi in ſubſidium alio non exiſtente. Addo quod eſt mera diuinatio, quando ſubintelligimus, quod etiam hæres non ſit ſoluendo. Tertium quoque tollitur, quia hæc deciſio non colligitur ex eo textu, per argumentum à contrario ſenſu, ſed ab expreſſis verbis tex-
6 tus ibi, *niſi, &c.* nam ea dictio, *niſi,* † poſita poſt negatiuam diſpoſitionem, affirmat, *l. actione, C. de tranſact. Din. in reg. peccatum, in principio, de reg. iur. in ſexto, Bartol. in dicta l. actione.* Et ibi Salic. *numero tertio,* dicit, quod venit ex quadam reſultatione de mente loquentis. *Alexand. numero tertio, & Iaſon, numero item tertio,* vbi dicit, quod ea dictio
7 ſignificat † oppoſitum eius, cui immediatè aduerſatur, *Curt. ſenior numero octauo, Dec. numero quinto, Bald. in conſilio 428. numero tertio, volumine primo,* vbi, quod iudex reiiciens appellationem, niſi ſi & quatenus de iure veniat admittenda, cenſetur admittere caſu, quo de iure ſit admittenda, *Alexand. in conſilio octuageſimo tertio, numero tertio, volumine primo,* vbi de eo,

qui

qui ponit, quod nõ habuit, niſi nomine alterius, qui fatetur habuiſſe nomine alterius, *Aret. in l. pri. §. ſi ſtipulanti, vbi Crot. & Coraſ. numero primo. ff. de verborum obligationib.* & paſſim *Doctores inferentes ad multas deciſiones.* Ita ergo in propoſito, dum textus dicit, quod nati ex filia, auo materno non ſunt oneri, niſi pater non ſit ſuperſtes, admittit, quod patre non ſuperſtite nepos ſit oneri auo; & quod in principio dictum eſt, hæredem repræſentare perſonam defuncti, non nocet, quia cum ad alimenta ſolum detur iudicis officium, non compe-
8 tit † contra hæredes, niſi ſubſiſtente eadem æquitate, *vt dixi ſupra, ſecundum Bar. in lege, ſi tertius. §. ſi quis prius, columna tertia. ff. de aq. pluu. arcen. Capic. in deciſio. vigeſima, numero vigeſimo octauo.* Ceſſat autem æquitas, quando alius extat, qui proximior eſt, & ad quem magis pertinet alimentandi onus. Et hoc eſt quod voluit Bar. *dicto §. item reſcriptum*, dũ ponderat ſummam egeſtatem. Et infert, quod onus alendi non tranſit ad hæredem, niſi in ſubſidium. Addo quod ex quo obligatio dependet à ſanguine, & affectione, & charitate, quæ omnia non tranſeunt ad hęredes, ſed extinguuntur cum perſona, ideo hæres in iis non poteſt repræſentare perſonam defuncti, nec videri idem cum illo. Et inquit Cagnol. *in l. hæredem eiusdem, numero decimo quarto. ff. de reg. iur.* quod regula † intelligitur
9 quoad ea, quæ poſſunt ad hæredes tranſire, & affinitas per mortem extincta nõ attenditur. Quod verò dictum eſt, matrem, & auum teneri in ſubſidium, quando non extat alius, intellige de alio, ratione obligationis non ratione bonorum, vel ſucceſſionis, ſecundum prædicta. Quod vero attinet ad bona, demonſtrauimus ſuo loco hanc obligationem non inhærere bonis, ſed perſonæ, ideo extingui cum perſona, & non tranſire in ſucceſſorem bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Filia debet ali ab hæredibus patris, non à matre, contra num. 3.*
2 *Soror dotata ali interim debet ab hæredibus patris.*
3 *Mater tenetur alere filiam, etiamſi extent patris hæredes.*
4 *Mater ſuccedit filio cum patre filij.*
5 *Frater excludit matrem ex lege duodecim tabularum.*
6 *Priuilegium perſonale extinguitur cum perſona.*
7 *L. qui filium. ff. vbi pupil. educ. debe.*

QVÆSTIO CV.

SI pater deceſſit, extent verò mater, & patris hæredes, quis tenetur filiam alere, mater, an hæredes patris. Cin. *in l. alimẽta, in fin. C. de neg. geſt.* inquit, ſe in facto conſultum
1 reſpondiſſe pro matre contra † hæredes patris, per rationes, quas retuli in principio præcedentis quæſtionis, quæ redigũtur ad hoc, quod onus alendi tranſit in hæredem, item, quod cum ipſis bonis tranſit in poſſeſſorem. Caſtr. *ibi in fin.* dicit, ſibi placere determinationem Cini, & nihil vltra allegat. Idem probauit Bal. *ibi*, qui allegat l. *qui filium. ff. vbi pupil. educ. deb.* per quã probatur, quod
2 ſoror dotata ali interim debet † ab hæredibus patris. Quam concluſionem tenuerunt Bal. Caſtr. Socin. Corne. Aret. Alex. Capra, Salic. Bero. Capic. Ioan. Lup. Pariſ. & alij. quos citaui in quæſtione de alenda filia dotata, quando pater filium inſtituit. Sentẽt iam Cyni ſequitur Fulgo. *in d. l. alimenta*, quando frater eſt hæres patris, quia tunc propriè loquitur *l. qui filium.* Secus dicit ipſe, quãdo non eſſet hæres, ſed non opus fuit diſtinctione. Quandoquidẽ Cyn. loquitur expreſsè, quando frater eſt hæres, vel etiam, quando is, qui cum matre concurrit, *& ante omnes fuit opinio Rain. qui primus allegat d. l. qui filium, vti eum citat Alex. in d. l. alimenta, numero vndecimo, Ancha. in cap. cum haberet, numero vndecimo, de eo, qui dux. in vxor. quam pollu. pro hac parte Cordub. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi mater, num. 32.* Allegat Ruin. Io. Lup, & alios, qui tamen hoc non dicunt, ſed ſolum, quod filia, cui dos eſt àpatre relicta, interim alenda eſt ab hęredibus patris, quæ concluſio caret dubitatione. Sed Cyni ſententiam amplectitur Euerar. *loco 28. de alimen. ad dotem, col. 4. in princ. ver. & quod fortius eſt.*

Veruntamen verior eſt ſententia, quod mater ipſa teneatur alere, quia onus alendi à iure primum imponitur aſcendentibus, deinde verò pa-
3 tribus, *l. ſi quis à liberis, §. 1. de liber. agnoſ.* Per † quam rationem ita decidit Io. And. ad Specul. *in rub. de ſtatu monacho. in fin. vbi refert ſic. tenuiſſe Ricard.* Eandem tenet Bar. *in d. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum.* per illum tex. qui loquitur de ſumma egeſtate: non enim dici poteſt conſtitutus in ſumma egeſtate, qui matrem habet valentem alere. *Alex. in d. l. alimenta. num. 11. qui ſubdit, iſtud eſſe tenendum.* Mouetur: quia ſanguinis æquitas, & charitas ſuadẽt, quod à matre potius, quam ab aliis alatur filius. *Hoc etiam voluit Socin. iun. in conſ. 134. num. 34. vol. 1. vbi ſimpliciter tranſit cum Bar. & hanc partem multis defendit Bero. in conſilio 186. per totum, volumine primo, Ruin. in conſilio 94. numero ſeptimo, in fin. volumine quinto, Cordub. §. ſi mater, numero 33. & 42. Bero. fam. quæſtio. vndecima, per totam. Rurſus Cordub. d. §. item reſcriptum, numero ſeptimo, Vital. tracta. clauſul. titulo, an alimen. renunt. poſſ. col. 11.* Et quamuis pro hac parte Alex. *in d. l. alimenta*, allegetrationem, quod mater fratri in ſucceſſione prę ferat ur, tamen ea non ad-
4 mittitur à Doctoribus, quia non eſt verum, quod mater præferatur fratri, imo † eodem tempore ſuccedunt, *vt in auth. defuncto. C. ad Trebellia.* Et le-
5 ge duodecim tabularum frater † excludebat matrem, *vt Inſtitut. ad Orfician. per totum, declarat Bero. in dicto conſilio 180. numero decimo ſeptimo, & ſeq.* vbi dicit, quod hoc fundamentum Alexand. imprudenter allegauit. Et Ruin. *in dicto conſilio nonageſimo quarto, in fine*, ait, quod Alexand. eſt loquutus inaduertenter, & hæc ſententia communitur ratione, cui non poteſt reſponderi. Nam ex perſona propria frater non tenetur alere, niſi in ſubſidium, quando alius non extat proximior, *vt dixi ſupra, in quæſtione, an frater alat ſororem.* At vbi extat mater, certum eſt, quod ipſa eſt proximior, & prius obligatur. Non etiam tenetur vti hæres patris, quia obligatio non deſcendit in hæredes,

niſi

nisi quando laborat extrema egestate, *d.§. item rescriptum*, & obligatio, qua pater tenebatur, est personalis, & morte patris extinguitur, non autem
5 transit adhæredes, sicuti etiam personale † priuilegium extinguitur cum persona, *c. priuileg. de reg. iur. in sexto.* Ad rationes Cini fuit responsum in præcedenti quæstione, nec opus est repetere. Ad l. *qui filium. ff. vbi pupill. educ. debe.* Respondet Io.
7 And. *d. rub. de statu monacho.* procedere, † quando non extant ascendentes, eodem modo Alex. respondet *in d. l. alim. in fin.* vbi dicit, esse intelligendum, quando non extat mater, quæ alere possit, *sequitur Bero. in dicto consilio 186. num. 3. in fin. in dicta quæst. 11. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Mater tenetur filium alere, non frater.*
2 *Mater tenetur semper alere filium inopem, quando ascendens non extat.*
3 *Amor nullus vincit paternum.*
4 *Parentum æqualis est pietas in filios.*
5 *Mater ardentius amat quam pater.*
6 *Educatio filiorum descendit à iure naturali.*
7 *Pater alit fratrem ex dispositione iuris communis.*
8 *Obligatio naturalis fortior est ciuili.*

QVÆSTIO CVI.

SI habeat quis matrem & fratrem, diuites, ipse verò inopia laboret, dubium est, à quo petere debeat alimenta? Et sanè intelligenda est quæstio in fratre, qui patris hæres non sit, vt ab ea differat, in qua agitur de fratre hærede. Cō-
1 cludunt omnes † matrem teneri, *Bart. in l. si quis à liberis. §. item rescriptum. ff. de liber. agnos.* Hanc sententiam probauit quoque Cyn. *in l. alimenta, C. de negoc. gest. in fin.* dum ponit quæstionem in fratre vniuersali hærede patris. Et mouetur solum ratione additionis, & possessionis bonorum paternorum, innuens, quod si non esset hæres, vel bona paterna non possideret, aliud esset. *Idem sequitur Bal. ibi, quia loquitur secundum terminos Cyni, & i. ē facit Castr.* Et clarius cæteris Fulgos. qui, vbi frater non est hæres, dubitat de opinione Cyni, Alex. *ibi, num. 11. Ruy. in cons. 94. num. 7. in fin. volum. 1. Bero.*
1 *in cons. 186. per totum, vol. 1. & famil. quæstio. 11. Bertran. cons. 257. num. 5. vol. 1. Soc. iun. in cons. 134. num. 34. volum. 1. Coras. in l. qui liberos, num. 114. ff. de ritu nuptiar. Gram. cons. ciuili 145. num. 15. latè Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. si mater, num. 43. & seq.* Pro hac parte est tex. *in d. l. si quis à liberis. §. vtrum.* vbi ait, alimenta præstari filio egenti, quando non extant pater, & ascendentes per lineam paternam. Qua ratione inquit Ioan. And. ad Specu. *in rub. de statu monach.*
2 *in fine, post Ricar.* quod mater cogitur † alere, quādo deficiant ascendentes. Præterea si onus alendi deducitur ab affectione naturali, nulli dubium, quod mater plus amat filiū, quàm frater patrem.
3 Sicuti enim nullus † amor vincit paternum, *l. si. C. de curato. furio. l. isti quidem. ff. quod met. cau.* ita nul-
4 lus amor vincit maternum. Æqualis † enim in vtroque parente consideratur pietas. *l. furiosæ. ff.*
5 *de curato. furio.* Imo mater ardentius † amat quam pater, *Grat. cons. 83. num. 12. volum. 2. Marc. Mant. sing. 419.* Postremò mater filium cogitur educare na-
6 turali iure, à quo † descendit educatio, *l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iure, l. si. §. filiis. C. de bon. quæ lib. Bal. ibi, & in l. Nesennius, num. 2. ff. de neg. gest. Las. in auth. quod locum, nu. 8. C. de collatio.* frater autem non in-
7 stinctu naturæ, sed impulsu † legis ciuilis ad id tenetur, *l. cum plures. §. fin. ff. de administr. tuto. l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. debe.* ergo mater magis tene-
8 tur, ex quo ciuilis † obligatio debilior est naturali. *l. eas obligationes. ff. de capit. diminut. §. sed naturalia. Instit. de iure naturali.*

SVMMARIVM.

1 *Frater prius tenetur alere fratrem, quam hæredes filij.*

QVÆSTIO. CVII.

EGenus si fratrem habet diuitem, & filij hæredes extraneos similiter diuites, de-
1 betagere primum cōtra † fratrem, *secundum Bar. in d. l. si quis à liberis. §. item rescriptum. ff. de liber. agnos.* Et duplex est ratio. Prima, quia regulariter onus alendi secundum charitatē sanguinis, *dicta l. si quis à liberis. §. 1.* at frater est magis sanguine coniunctus. Secunda est, quia obligatio alendi nunquam descendit in hæredem, nisi in subsidium, quando alendus laborat extrema egestate, *d. §. item rescriptum.* At non est in summa inopia, qui fratrem habet diuitem. Et licèt Cyn. *in d. l. alimenta*, contrarium teneat, tamen mouetur ratione bonorum, quæ, vt sæpe dixi, non concludit, cum bona non sint obligata, & personalis obligatio extincta sit cum persona. Et cum hac sentētia transit Bero. *d. cons. 186 colum. 1. in fin. volum. 1. Ruin. in cons. 94. num. 17. in fin. vol. 5. Bero. d. quæstio. fam. 11. numero 4. Cordub. d. §. item rescriptum, num. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Obsequia qui recipit in domo, tenetur seruientem alere.*
2 *Vxor ali debet à secundo viro, prius quam à filiis ex priore matrimonio.*
3 *Vxor si maritum habet pauperem, alenda est à filiis primi viri.*
4 *Officium Iudicis pro alimentis consequendis non datur ei, qui habet aliunde.*
5 *Liberalis non dicitur, qui soluit quod debet.*
6 *Donatum non dicitur, quod pro oneribus matrimonij soluitur.*
7 *Actionem qui habet, rem ipsam habere videtur.*
8 *Pauper non dicitur, qui patrem habet diuitem.*

QVÆSTIO CVIII.

VXor, quæ secundò nupsit, & habet filios ex primo viro, ali debet primū à marito, in cuius obsequio reperitur, non autem
1 à filiis primi viri, quia is tenetur alere, † qui habet personam in suis seruitiis, *l. de rebus, § possunt. ff. commod. l. quod in vxorem. C. de neg. gest. l. si cum dotem. §. fin autem in sauissimo, vbi Dyn. ff. soluto matrimonio, &*
2 *in terminis* † *hos voluit Bar. in consilio 128. Franciscus*

habuit

habuit, numero 1. volum. 1. vbi declarat, procedere, quando mater hæc alimẽta petit à filio tamquam naturali ratione obligata, non autem, quando alimenta petit vti dotis vsuras, quia tunc alia fit distinctio. Idem in hoc voluit Bal. *in conſ. 86. punctus, Angelus, poſt medium, ver. ſi autem vult petere à filiis, volum. 2.* vbi tamen limitat non procedere, quando ſecundus vir eſſet pauper, & non haberet modum
3 alendi, quia † tunc filij cogendi ſunt, *l. fin. §. ipſum autem filium, C. de bon. quæ lib. & de hoc Bal. conſ. meminit Crau. in conſ. 189. num. 7. in fin.* vbi eum reprehendit, quatenus loquitur de alimentis præſtandis propter moram commiſſam à filiis circa dotis ſolutionem. Et ratio eſſe poteſt, quia filij tenentur ſolum alere matrem officio Iudicis, vt dicam ſuo loco, & officiũ Iudicis pro alimentis conſequen-
4 dis non † competit ei, qui habet aliunde, *l. ſi quis à liberis. §. 1. ff. de liber. agnoſ. Bal. l. libertus quos, §. 1. ff. de alimen. & cibar. lega. Doctores in l. de alimentis, per illum tex. C. de tranſact.* Et vxor dicitur aliunde habere, cum habet maritum, à quo poteſt conſequi, ſeu exigere alimenta, præcipuè cum is teneatur illa præſtare, non ex maritali affectione, quando habet vxorem in obſequio, ſed ex debito, & in recompenſationem ſeruitiorum, quæ ab vxore ſi-
5 bi exhibentur. Pro quo facit, quia non † dicitur liberalitatem exercere, qui debitum perſoluit, *l. proximè, ff. de ritu nuptia. l. ſi ſeruo. ff. de hæred. inſtit.* Et dicit tex. *in l. ſi quis pro vxore. §. ſi vxor. ff. de donat. inter*
6 *vir. & vxor.* quòd non dicitur donatum, † quod pro oneribus matrimonij conceditur, & vxor ſatis dicitur habere vnde ſe alat, quando maritum habet ſibi obligatum ad alimenta, quia habens
7 actionem, videtur † rem ipſam habere, *l. qui actionem, ff. de reg. iur.* & non dicitur pauper, quæ habet maritum diuitem, vti dicimus de eo, qui patrem
8 † habet diuitem, *in authen. præterea, C. vnde vir & vxor.* Et licèt *Crau. in conſ. 164. numero 4.* impugnet hanc illationem, ea tamen optimè procedit, vt videatur alimenta habere.

SVMMARIVM.

1 *Seruus natus ex patre libero, alendus eſt à domino, non à patre.*
2 *Seruus eſt alendus à domino.*
3 *Seruus eſt, qui naſcitur ex ancilla.*
4 *Commodum qui ſentit, debet etiam ſentire incommodum.*

QVÆSTIO CIX.

1 SEruus natus patre libero, alendus † eſt à domino, non autem à patre libero, *eſt tex. in l. ſi neget, in fin. vbi Bar. num. 2. poſt Dyn. hoc ponit, ff. de lib. agnoſcen. ſequitur Albe. ibi, ver. ſi verò pronunciatur, idem voluit Specu. in tit. qui fil. ſint legit. §. fin. num. 15. vbi allegat tex. in l. fin. ff. de religio. & ſump. fun. & in cap. cum milite, in fine, 15. quæſtio. vlt. & idem voluit Ioa. Andr. poſt Alber. Galeot. hos omnes refert Cordub. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſolent. ff. de liber. agnoſ.* Et ratio eſt, quia dominus † tenetur alere ſeruũ pro-
2 prium, *l. cum plures. §. cum tutor. ff. de adminiſtr. tuto. l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. Specu. in tit. qui fil. ſint legit. num. 20. Cordub. d. §. ſolent. numero 15.* at qui
3 naſcitur ex ancilla, ſeruus eſt, quia † matris ſequitur conditionem, *l. partus. C. de rei vend. Inſtit. de iure perſo. §. ſerui autem aut naſcuntur, & Inſtit. de ingenu.* facit etiam, quia cum dominus in eum, qui naſcitur ex ancilla ſua, poteſtatem habeat atque ab eo commodum percipiat acquiſitionum, & aliorum ſeruitiorum, meritò illum alere tenetur. Non enim conuenit iuſtitiæ, quod vnus ſemi-
4 net, alius metat, ſed eum ſequi debet † impenſa, qui commodum eſt percepturus, *l. ſecundum naturam, ff. de reg. iur.*

SVMMARIVM.

1 *Reus non tenetur actori de alimentis prouidere, vel de impenſa litis, quæ pendet.*
2 *Creditor non conſequitur alimenta pendente lite ſuper exactione ſui crediti, etiamſi pauper ſit.*
3 *Nemo tenetur aliquid facere contra ſeipſum.*
4 *Nemo tenetur alium iuuare contra ſeipſum.*
5 *Crudelis in ſe, multo crudelior erit in alios.*
6 *Fratri agenti ad hæreditatem fratris, non tenetur poſſeſſor expenſam refundere.*
7 *Actori agenti ex teſtamento ad hæreditatem, aliquãdo ex æquitate debentur alimenta.*
8 *Paupertas agentis non operatur, quod ei debeantur alimenta pendente lite.*
9 *Actor alimenta pendente lite debita, petit coram Iudice principalis cauſa.*
10 *Filio agenti ad alimenta, prouidendum eſt de alimentis, donec cognoſcitur ſuper filiatione negata à patre.*
11 *Filio dantur alimenta pendente lite, ſi tamen eſt in poſſeſſione filiationis, vel præceſſit aliqua cognitio.*
12 *Filio dantur alimenta pendente iudicio ſuper ingratitudine oppoſita.*
13 *Filio petenti paternam hæreditatem debẽtur alimenta ſine alia probatione lite pendente, ſi tamen eſt in poſſeſſione filiationis.*
14 *Expenſa ſuperflua fieri debet potius quam vt fame pereat, qui aliquo caſu futurus eſt dominus.*

QVÆSTIO CX.

SÆpe videmus, quod lite pendente, vel antequam iudicium promoueatur, actor petit ſibi prouideri de alimentis à reo, & aliquando etiam de litis expenſis, ideo videndum eſt, quando, & quibus caſibus reus miniſtret alimenta actori. Et primum quidem regula eſt, quòd reus non tene-
1 tur ſumptũ litis facere actori, vel ei † dare alimẽta, *eſt tex. in l. Imperatoris. ff. de tutel. & ratio. diſtrah. vbi Bal. dicit eſſe bene notandum, & per illum tex. ita conſtituit regulam Boſius in tit. de alimen. præſtan. vxori, numero 2.* vbi fortius dicit procedere, licèt actor inopia laboret, & reus diues ſit, *quẽ ſequitur Ioa. Bapt. Aſinius in praxi iudicio. §. 32. ampl. 30. in fin. ita etiam tenet per illum tex. Aret. in c. ex parte, de accuſatio. Ioan. Lup. in cap. per veſtras, in 2. not. ampliat. 18. §. 39. nu. 3.*
2 vbi dicit, quod creditor † litigans cum debitore, vel alius agens contra alterũ pro re ſua, non conſequitur alimenta, quamuis ſit impotens, & pauper, & aduerſarium habeat diuitem. Et nimis grauc eſt,

ue est, quòd † compellatur contra seipsum, *l. nimis graue, C. de testib. facit etiam l. quoniam, C. eo.* & quilibet ad sui conseruationem tenetur, non ad destructionem, *vt inquit Cyn. in l. 1. col. 1. in fin. C. de alen. liber.* & nemo † tenetur alium iuuare contra seipsum, *gloss. in cap. petitio, de iure iuran. & in cap. domino guerram, vbi Aluar. numero 4. hic finit lex, incip. consuetud. idem voluit in l. præses. C. de seruit, & aq.* & qui sibi non parcit, multo † minus parcit aliis, *l. fin. ff. de bon. eor. qui mort. sibi consciu.* & quod nemo teneatur parare arma contra se, probat tex. *in l. frustra. C. de probatio. cum aliis apud Boer. in dec. 325. in prin.* vbi dicit, procedere in ciuili & criminali iudicio. Hinc infertur quòd si frater hæreditatem † fratris peteret, conuentus non cogeretur litis impensam & alimenta refundere, quia transuersalium hæreditas, non ita debita sicut ascendentium, *l. in suis, ff. de lib. & posthum. atque ita iudicatum fuisse, & dicit Aufret. quem citat, & sequitur Rebuff. tomo 1. tit. de senten. prouis. arti. 1. gloss. 2. num. 32.* vbi tamen limitat, quando peteret hæreditatem ex testamento non abolito, nec cancellato, quia tunc fit prouisio pro alimentis, *Didac. practi. quæstio. cap. 6. numero 5. ver. & idem erit in agente vxore,* vbi dicit, etiam extraneis agentibus ad hæreditatem † ex testamento, ex magna æquitate deberi alimenta; & semel vidisse decerni, etiam ei, qui petebat ab intestato; Quod tamen intelligit, quando constabat bona illius fuisse, qui testamentum condidit, *Duen. in reg. 365. limit. 8. in fine Boer. in deci. 324. numero 4. Simon de Pret. de coniectur. vltim. volunt lib. 5. interpret. 2. dubitat. 2. in prin. num. 27. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 35. numero 17. & dicam infra in limitatione, quæ loquitur in genere de quocumque priuato paupere agente* Et sanè sola paupertas † non est sufficiens causa dandi alimenta, *l. Imperatoris ff. de tut. & ratio. distrah. Ioan. Lup. d. §. 39. numero 3. Didac. & Boer. quos citat Menoc. de præsump. lib. 1. quæst. 35. num. 32. vbi reprehendit Guid. Papa, Neuiza. & Craue.* Sicuti etiam sententia in fauorem lata non producit hunc effectum, ex quo per appellationem remanet suspensa, *vt dicam infra,* & huiusmodi alimenta lite pendente danda peti debent coram Iudice † principalis causæ, *vt per Rebuff. in constitut. Gal. tomo 1. tit. de senten. prouis. in præfatio. numero 21. & 30. folio mihi 228.* An tamen prædicta regula negatiua procedat in filio, qui petit à patre alimenta, pater autem negat illum esse filium, adeo vt pendente cognitione super filiatione, atque super articulo præiudiciali filius alendus sit. Et tex. *in l. si negat. ff. de liber. agnos.* iuxta secundam lecturam Dyni ibi probat alendum esse. Et per illum textum ita † tenet gl. *in l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de liber. agnos. & in l. fin. C. de alim. præstan.* Et quamuis in hoc sit contradictio, quia si absulute verum esset pendente quæstione deberi alimenta, esset in facultate cuiusuis, dicere, se filium, & interim consequi alimenta, quod non est permittendum: tamen communiter Doctores dicunt, quòd si quis est in possessione, vel si super filiatione præcessit cognitio aliqua summaria, tunc præstanda sunt alimenta altero concurrente ex prædictis, dum plene † cognoscitur super articulo præiudiciali. Ita Iacob. de Rau. *in l. fin. C. de alen. lib.* vbi Cynus, inquit se hoc putare verum, aliàs autem pendente summaria cognitione filius non est alendus, Et Salic. ibi, qui ad hoc ponderat tex. *in d. l. si quis à liberis, §. vel si parens.* dum vtitur dictione, *tunc,* quæ importat extremitatem temporis, *l. 4. ff. de cond. & demon.* Et subdit, quod leges allegatæ in illa gloss. procedunt, quando summariè constabat de filiatione, *Bar. in d. l. si neget, Alberic. in l. fin. num. 2. C. de ordi. cognit. argumento l. diuus. ff. de petitio. hæred. & d. l. fin. C. de alimen. præstan. Ioan. Fab. d. l. fin. Boss. in tit. de alimen. præstan. vxo. numero 1. ver. sic etiam, quando litigatur, Hieron. Gabriel. in consilio 25. numero 14. Simon de Pret. d. lib. 5. interpret. 2. dubit. 2. in prin. num. 16. vbi allegat Rebuff. Ascan. Clem. in tracta. de patr. potesta. effect. 16. numero 56.* vbi dicit vnum notandum, quod si pater ad excludendum filium ab alimentis † velit probare illum fuisse ingratum, erit tamen filius interim alendus. Constat enim iam de filiatione, atque ita suam habet intentionem fundatam, *Ioan. Bap. Asin. in sua praxi iudic. §. 32. ampliat. 23.* vbi tamen non distinguit, an lis inter patrem & filium sit super alimentis, vel super alio, prout etiam nõ distinguunt Rebuff. *in 1. tomo, articu. de senten. prouisio. gloss. 2. in prin. Duen. d. reg. 365. in princip. Meno. d. lib. 1. de præsump. quæst. 35. numero 2. vbi reprehendit gloss. & alios allegando pro sua opinione. Petr. Iacob. Cy. Alber. Bar. & alios, & pro nostra conclusione stat Cordub. §. d. si vel parens, numero 35. Didac. pract. quæst. cap. 7. numero 8. Hieron. Gabriel. cons. 25. numero 14.* Idem est, quando peteret ab hærede patris alimenta sibi relicta, *vt dicam infra, Ludou. Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 16. numero 38. cons. 30.* Et hæc opinio procedit ex identitate rationis, non solum in filio primi gradus, sed etiam in nepotibus, & aliis descendentibus, qui vocantur ad successionem, & quibus de iure alimenta debentur, vt dicam infra, quando filius petit hæreditatem patris, vel accusat testamentum de inofficioso, & hoc casu non est opus, quod lata sit sententia, nec quod sit in quasi possessione, *vt dicam in sequentibus casibus,* quia satis est, quòd summariè constet esse filium. Bene verum est, quòd si sit in possessione filiationis, hoc sufficiet absque alia probatione, † *vt per Bar. in d. l. si neget, Salic. in d. l. fin. cum aliis supracitatis,* aliàs autem sufficit summaria cognitio, vel præsumptio, *vt bene hoc casu declarat Menoc. d. quæstion. 35. in princip. & numero 4. vers. porrò illud secundum.* Huic conclusioni non conueniunt rationes, quæ communiter solent allegari, & de quibus agam infra. Sed alia potest accommodari, quia scilicet æquius est impendia frustra fieri, quam ei denegari † alimenta, qui aliquo casu futurus est dominus, *l. 1. §. sed & si incertum sit. ff. de vent. in possess. mitten.* Quibus autem casibus filio sic agenti non sint præstanda alimenta, dicam inter causas, quibus alimenta negari possunt. Ex prædictis autem constat, male hos terminos intellexisse Socinum *in consil. 8. in prin. vol. 3.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 Filius dum agit ad paternam hæreditatem, consequitur alimenta.
2 Nepoti agenti ad hæreditatem aui, debentur alimenta à possessore.
3 Filio emancipato debentur alimenta, pendente lite super paterna hæreditate.
4 Emancipati hodie non differunt à filijs in potestate existentibus, vide num. 7.
5 Ratio limitata restringit dictum.
6 Ratio dicitur anima legis.
7 Emancipatus differt ab eo, qui est in potestate respectu nepotis.
8 Emancipatus non impugnat testamentum, sicut filius in potestate.
9 Filio legitimato per subsequens matrimonium prouidendum est de alimentis lite pendente.
10 Legitimatus ex matrimonio subsequente, dicitur verè, & propriè legitimus.
11 Legitimatus per oblationem curiæ vel ex rescripto dicitur verè legitimus, quoad consequendum alimenta lite pendente.
12 Legitimatus debet institui, sicut legitimus.
13 Legitimatus potest testamentum patris dicere nullum, & arguere de inofficioso.
14 Legitima debetur filio legitimato, sicut legitimo.
15 Filio existenti in vtero dum agit ad hæreditatem, decernenda sunt alimenta.
16 Filius existens in vtero, habetur pro nato.
17 Mater vētris nomine consequitur, etiāsi aliūde habeat.
18 Filio ab hostibus redeunti vbi fuerat captiuus, debentur alimenta lite pendente.
19 Filiæ agenti ad paternam hæreditatem, debentur alimenta sicut filio.
20 Filio etiam conuento super hæreditate patris, debentur alimenta lite pendente.
21 Sequestratio fructuum, quibus casibus concedatur lite pendente.
22 Sequestratio fructuum vbi dubitatur de dilapidatione, non conceditur, quando possessor est pauper,
23 Filio pendente lite debentur alimenta, quacunque in parte iudicij petantur.
24 Filio post latam sententiam debentur alimenta, donec fit liquidatio.
25 Filio dantur alimenta lite pendente tam vbi agitur de possessorio, quàm vbi tractatur petitorium.
26 Hæreditas filij non minus piè debetur patri, quàm filio debeatur patris hæreditas.
27 Patri agenti ad hæreditatem filij, præstantur alimenta lite pendente.
28 Filio petenti legitimam in bonis patris confiscatis, debentur interim alimenta.
29 Legitima debetur filio, quando patris bona ob delictum confiscantur.
30 Nepoti agenti ad hæreditatem patris, debentur interim alimenta.

QVÆSTIO CXI.



Vando filius agit contra possessorem paternæ hæreditatis, & dicit testamentum inofficiosum, vel ex alia causa petit paternam hæreditatem: quæstionis est, an interim ei sint decernenda alimenta. Et tex. *in l. si instituta, §. de inofficioso, ff. de inoffi. testam. dicit* † alendum interim esse, & loquitur de nepote, qui impugnat testamentum aui, & non debet fieri vis, quod sit filius, vel nepos. Idem enim omnino iu-
1 ris est in vtroque, ideo dicta in filio, † extendit
2 ad nepotes, *Masuer. in sua praxi, in tracta. de possessor. §. item & recredentia, Rebuff. tomo 1. titu. de sentent. prouisio. artic. 1. gloss. 2. numero 7. vbi aduertit errasse Castr. qui intelligebat tex. prædictum in filio. eodem modo ampliat Didac. loco inferius citato, Duen. d. reg. 365. ampli. 5. Meno. in tract. præsu. lib. 1. q. 35. n. 15. vbi & ipse notat, tex. illum loqui in nepote, & etiam tex. in l. qui de inofficioso. ff de inof. testa. ibi, vt interim posideat, & alatur, & ita tenent gloss. in l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de liber. agnos. in l. fi. C. de liber. alen. vbi Sailc. Cy. & alij sequuntur. Bar. Alber. Ang. Castr. & alij in d. §. de inofficioso, & illum tex. ad hoc inquit notabilem Dec. in c. quoniam contra, numero 33. de probat. Felin. in rub. de appell. col. 1. in fin. Afflic. in dec. 10. num. 2. vbi sequitur gloss. in d. §. de inofficioso, Bero. in rub. de appella. num. 40. & illum tex. dicit pariter notandum Io. Lup. in c. per vestras, in 1. notab. amplia. 18. §. 39. num. 2. ver. facit tex. Rebuf. d. tomo. 1. tit. de senten. prouisio. arti. 1. gloss. 2. num. 1. & 2. Duen. d. reg. 365. num. 1. Didac. pract. quæst. cap. 6. num. 5. ver. constat sanè iure ciuili. vbi inquit, textum illum celebrem esse, Bossius in tit. de alimen. præstan. vxo. num. 1. vbi post gloss. allegat. l. 2. C. de Carbon. edicto. & in l. 1. C. de alimen. pupil. præstan. Cæphal. in cons. 127. num. 5. ver. quibus non obstantibus, Hieron. Gabriel. cons. 25. num. 1. Ioa. Bapt. Asin. in sua praxi iudic. §. 32. ampliat. 23. Ascan. Clem. In d. tract. de patr. potest. effect. 17. num. 11. Simon de Pret. lib. 6. interpret. 2. dubit. 2. in prin. num. 8. & 18. Menoc. in d. tracta. præsumpt. quæst. 35. in prin. Ioseph Ludou. deci. Perus. 46. num. 4.* Ratio autem conclusionis est, quia nisi filio prouideatur de alimentis, priuaretur bonis suis, ex quo quicquam non habet ad illa prosequendum, & cogeretur modico recepto cedere, vel fame perire, *l. si longius. §. fin. ff. de iudic.* vel forte in aduersam incideret valetudinem, *ita considerat Rebuf. d. gl. 2. num. 2.*

Ampliatur autem hęc conclusio, vt procedat
3 etiam in filio † emancipato, quia hodie quoad succedendum patri, exęquata est conditio filij e-
4 mancipati & † existentis in potestate, *§. si vero neque fratres, in Authen. de hæred. ab intesta. venien. Ang. in l. nihil. C. de vsucap. pro hærede. Ias. in l. si emancipati, numero 36. C. de collatio. Rebuf. dicta gloss. 2. num. 7. Duen. dicta reg. 365. ampl. 3. Ludou. Molin. in tracta. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 17. num. 31. Menoc. d. quæst. 35. numero 8.* Et hæc quidem ampliatio sicuti deducitur à ratione, de qua supra, ita secundum illam declarari debet, quia ratio limitata † restringit dictum,
5 *l. cum pater. §. dulcissimis. vbi Bart. Imola, & alij. ff. de leg. secundo, l. adigere. §. quamuis, vbi Bar. ff. de iure patro. l. hæc actio, vbi gloss. & Bar. in secunda lectura, ff. de calumniato. l. si is, qui animo, vbi gl. Castr. & alij, ff. de acquir. pos. D. Becius consilio 41. num. 6.* Ratio enim dicitur
6 anima, † quæ magis attenditur quàm corpus, *Bal. in l. si quis seruo, C. de furt.* Erit ideo intelligenda illis in casibus, quibus par est conditio filij emancipati, & existētis in potestate. Hinc infertur, quòd

hæc

7 hæc conclusio non habebit locum in nepote emancipato, nam quo ad eum non est hodie † sublata differentia, *secundum Cyn. in l. qui se patris, numero 6. ver. nec obstat si dicatur quod hodie*, C. *vnde liberi*, Alex. *in l. emancipati, num. 11. C. de collat. numero 11. inquit esse singulare, & de eo dicto exclamat Ias. in l. si emancipati, numero 36. vbi inquit, non legisse alibi.* Infertur etiam, quod non habebit locum in filio, qui agat aduersus testamentum patris, quia emanci-
8 patus † non eius est iuris quo ad immutandum testamentum, cuius est filius in potestate, *gloss. magna circa princip. in authen. ex causa. C. de lib. præter. gloss. in l. fin. C. de codicil. glos. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum. Alex. in d. l. si emancipati. num 11. vbi etiam Ias. num. 36.*

Secundò amplia nostram conclusionem, vt
9 locum habeat etiam in filio legitimato † per subsequens matrimonium, *secundum Rebuff. d. gloss. 2. num. 13. Duen. d. reg. 365 num. 7. ampliat. 7. d. quæst. 35. num. 10. Molin. d. primogen. Hispan. lib. 2. cap. 16. num. 32.* quia æquiparatur hæredi legitimo, imò dicitur
10 verè † & propriè legitimus, *l. cum quis, C. de natura. liber. c. tanta. qui fil. sint legit. §. fi. Instit. de nupt. §. quibus, ver. nec non, Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. §. si quis igitur dotalia, in Auct. quib. mod. natur. effici. sui, Duen. latè in reg. 350. princip. latissimè Rolan. in cons. 100. vol. 2. per totum.* Qua ratione motus Menoc. *d. quæst. 35. numero 12.* inquit, idem esse in legitimato per oblationem curię, vel ex rescripto, quia quoad
11 successionem, & alimenta † sunt verè & propriè legitimi. *Allegat Alex. in cons. 2. vol. 1.* Sed magis faciunt, quæ supra diximus de alimentis filio legitimato præstandis: debet enim hæres instituti,
12 † sicut legitimus, *Ias. in auth. nouissima, num. 14. C. de inoff. testam. Paris. in cons. 7. numero 3. vol. 2.* & dicit
13 patris testamentum inofficiosum † & nullum, *Roma. in cons. 34. Cur. sen. cons. 35. col. 1.* eique debetur
14 legitima, † *secundum Bal. in c. de causis, numero 24. de off. deleg. Ias. in cons. 154. col. antepen. ver. octauò principaliter, in fine, vol. 2.* Cum ergo debeatur legitima, sit instituendus, & rumpat testamentum patris, si prætereatur, militat in eo ratio ad consequendum alimenta lite pendente, quę induxit ad decernendum filio verè legitimo, & naturali.

Extende tertiò, vt procedat etiam in filio existente in vtero, cuius nomine petătur bona, quia
15 interim decernenda † erunt alimenta, licèt ignoretur, an masculus sit, vel fœmina, atque ita, an sit institutus vel exhæredatus, *ita Masuer. in praxi iudic. in tit. de possessorio, num. 26. Rebuff. dicta glos. 2. numero 12. Duen. dicta reg. 365. ampliat. 9. Ludou. Molin dicto cap. 16. num. 33. Menoch. dicta quæstio. 35 numero 14. Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 17. numero 33.*
16 Ratio est, quia existens † in vtero, habetur pro nato, *l. qui in vtero. ff. de statu hom.* Hæc ratio non videtur bona, quia non agitur de fauore filij, sed matris, quæ recipit alimenta, quo casu qui est in vtero, non habetur pro nato, *d. l. qui in vtero.* Nec dicatur, quod imo agatur de fauore filij, qui non veniet in lucem, nisi mater alatur, quia hoc procederet, quando mater non haberet aliunde: at si habet aliunde, non procederet ratio, cum ta-
17 men semper mater habeat † ventris nomine alimenta, *d. l. §. sed si incertum. ff. de ventre in possess. mitten.* etiamsi habeat aliunde, *l. curator. ff. de vent. in possess. miten.* quia attenditur persona filij, vt dixi in quæstio. an ventri prægnanti alimenta sint exhibenda. Melior ergo ratio est, quia melius est superflua facere impendia, quàm ei negare alimenta, qui aliquo casu potest esse hæres & dominus. *d. § sed & si incertum.*

Procedit etiam in filio, qui longo tempore fuit apud hostes captiuus, quia illi redimenti
18 † prouidendum est de alimentis, *l. apud hostes, & l. seq. ff. de captiu. & postlim. reuers. Rebuff. dicta gl. 2. num. 16.* vbi dicit, quod captiuus recuperat ius suum, *l. cum duæ, ff. de captiu. Duen. d. reg. 365. num. 11.*

Quintò amplia, siue sit masculus, siue fœmi-
19 na, † quia non refert, cum sublata sit sexus differentia, *l. maximum vitium. C. de liber. præter. Duen. loco prædicto, num. 12. Rebuff. loco item supracitato, num. 17.* & in fœmina eadem est ratio, quæ in masculo, *l. illud. ff. ad leg. Aquil.*

Ampliatur sextò, & vĕdicat sibi locum etiam,
20 quando filius conuenitur † super hæreditate patris, *l. 1. vbi Doctores, C. de Carbo. edicto, Duen. d. reg. 365. num. 1. ampliat. 1. Rebuff. d. gloss. 2. num. 18.* vbi tamen intelligit, quando filius non possidet & conuenitur. Ego non video, quomodo contingere possit casus, quòd filius non possidens conueniatur, nisi tertio possidente & principaliter conuento citetur filius ad causam, cum clausula, si sua putauerit interesse. Sed hoc casu magis videtur agere quàm cōueniri. Quidquid tamen sit, vera est ampliatio, si casus dabitur: de ea tamen dubitat Menoc. *in dicta quæstio. 35. num. 7.* quia iura loquuntur de filio actore, & vbi possidet, cessat in eo ratio inopiæ. Addo, quod cessat ratio supra considerata, ne cogatur filius cedere bonis modico recepto, vel perdere paternam hereditatem. Si tamen teneamus posse conueniri filium non possidentem, vti declarat Rebuff. res erit clara: si verò dicamus conuentum possidere, intelligenda erit
21 ampliatio his casibus, quibus litè † pendente fructus dimittuntur sub sequestro, *vt apud Lancello. in tract. de attẽta. in 2. par. c. 12. limitat. 12. per totã, Capella Tolos. quæst. 477. vbi Aufre. Beninca. de pauper. in loco infra allegando.* In illis ergo casibus dabuntur filio alimenta de bonis, seu fructibus bonorum paternorum: & pro comprobatione adduco, quod voluit Ang. *in l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisd. cogã.* vbi ait,
22 quòd & si fiat sequestratio † fructuum, quando subest timor dilapidationis, tamen fallit, quando possessor est pauper, ne eo casu fame pereat, *Aufre. ad Capell. Tolos. d. decis. 477. circa med. Beninca. in tract. pauper. quæstio. septima, in quarta spec. iudic. numero 8. Lancello dicto tracta. de attenta. par. 2 cap. 4. declarat. 4. numero 21.*

Extenditur septimò, vt in quacumque parte
23 iudicij petantur alimenta præstanda sint, † quia hæc non est exceptio dilatoria, *ita determinat Ioan. Gallus in quæstio. Paris. parla. 128. quem citat, & sequitur Rebuff. dicto titulo, de senten. prouis. in præfatio. numero vigesimo quinto. & in dicta gloss. secunda, numero*

decimo quarto. Semper enim grauatur filius, dum denegantur, ideo semper is admittitur, *cap. cum dilectus, de fide instrumen. Duen. dicta reg. 365. ampliat. decima.* inquit Rebuff. vtroque in loco peti posse alimenta tam post, quam ante litem contestatam, monet tamen Aduocatos, vt cum petunt hæreditatem, addant, & vbi non statim mihi tradatur possessio, peto mihi prouideri de alimentis. & in *d. præfatio. num. vigesimo sexto*, dicit peti posse alimenta etiam in causa appellationis. Et subdit ita aliquando iudicatum, de quo videbimus infra, dum tractabimus de requisitis necessariis, &

24 procedit etiam post latam sententiam, † quia dum fit liquidatio filius alendus est, *vt per Crau. cons. centesimo sexagesimo quarto, columna prima, vbi de filio, qui petit legitimam, Boss. in d. titulo, de alimen. præstan. vxo. numero primo, Rebuff. loco prædicto. in præfat. numero vigesimo octauo, vbi quod vidit ita seruare*, quia maior est ratio alendi in exequutione, quàm ante sententiam, *in dicta gloss. secunda, numero decimo quinto. & Ludou. dicto cap. decimo sexto, numero trigesimo octauo.*

Octauò extende, siue agatur possessorio, siue

25 petitorio, † quia vtroque casu eadem est ratio, ergo idem ius. *l. illud. ff. ad leg. Aquil. Duen. dicta reg. 365. numero octauo, Rebuff. dicta glos. secunda, numero decimo.* Addo quod imò maior est ratio dandi alimenta, quando agitur petitorio, quàm vbi de sola possessione tractatur, quia maior impensa requiritur, plenior probatio, & longior discussio.

Ampliatur nonò, vt procedat etiam in patre, qui si petat filij hæreditatem, vel ab eo alimenta, dum erit quæstio de alimentis & hæreditate, alèdus est de fructibus, quia non minus piè debetur

26 parentibus filiorum hæreditas, † quàm è contra, *l. nam et si parentibus, ff. de inof. testam. c. prædicator, 16. q. 1. l. scripto hærede, in fin. vbi gloss. ff. vnde lib.* vbi pater

27 † succedit filio in solatium amissi filij, *Rebuff. ita in propositio. ampliat. d gloss. 2. numero 10. Duen. d. reg. 365. ampliat. 6. Menoc. d. quæstio. 35. numero 16.* facit regula correlatiuorum, de qua in *l. fin. C. de indicta vid. tollen.*

Decimò ampliatur in filio, qui petit legitimã

28 in bonis confiscatis, † quia interim alendus est, *secundum Boss. in tit. de aliment. præstan. vxo. in princip.* nam filio debetur legitima, quando bona ob de-

29 lictum patris † confiscantur, *l. 1. ff. de bon. damnato. Bolog. in cons. 35. in fin. Soc. iun. cons. 69. num. 10. & 11. vol. 1. Rol. in cons. 97. num. 9. vol.... Tiraq. in l. si vnquam, in ver. de donatione largitus, num. 332.* vbi etiam filiis postea natis.

30 Vndecimò procedit etiam in nepotibus, † *Molin. loco prædicto, num. 34.* sed in multis casibus etiam lite pendente denegantur, vt dicam in titulo, quibus ex causis alimenta denegari poss.

SVMMARIVM.

1 *Filio, vt pendente lite consequatur alimenta, tria imò quatuor sunt necessaria, vbi vide.*

2 *Filiationis probatio reputatur non solum difficilis, sed etiam impossibilis.*

3 *Filio lite pendente dantur alimenta, si est in quasi possessione filiationis.*

4 *Filiatio probatur per exhæreditationem, quam pater fecit in testamento.*

5 *Exhæreditatio præsumitur iniusta, nisi hæres probet iustam subesse causam.*

6 *Priuatio præsupponit habitum.*

7 *Confessio est melior probatio quàm haberi possit.*

8 *Filiatio probatur ex tractatu, vel saltem ex eo constituitur quis in quasi possessione.*

9 *Filiationis quasi possessio non inducitur ex nominatione.*

10 *Nominatio constituit filium in quasi possessione, quãdo sit in actu, qui soli conuenit filio.*

11 *Agens tamquam filius, probare debet se talem.*

12 *Agens tamquam talis, tenetur probare se talem.*

13 *Agens tamquam agnatus, probare debet se agnatum.*

14 *Dominium est difficilis probationis.*

15 *Dominium non probatur sola patris confessione.*

16 *Dominus non probatur ex confessione.*

17 *Dominium probatur ex possessione, quãdo de eo agitur incidenter.*

18 *L. instituta. §. de inofficioso. ff. de inoff. testam, quomodo intelligatur.*

19 *Hæres tenetur probare quod exhæreditatio sit iusta.*

20 *Filio debentur alimenta lite pendente, etiam non lata sententia, si alia subest præsumptio.*

21 *Filio debentur alimenta pendente lite, quando ex testibus examinatis constat de bono eius iure.*

22 *Probatio semiplena sufficit in causis summariis.*

23 *Testis vnicus, an sufficiat in causis summariis.*

24 *Testis si esse debet omni exceptione maior, debet hæc qualitas articulari, & probari.*

25 *Fama, quomodo probet filiationem.*

26 *Testes ad informationem filiationis recipi debent parte citata.*

27 *Filiatio quoad informandum animum Iudicis, probatur ex testibus non publicatis.*

28 *Filio non decernuntur alimenta lite pendente, licet habeat pro se præsumptionem, quando alia pugnant pro reo.*

29 *Filio vt prouideatur lite pendente requiritur paupertas, imò inopia.*

30 *Propter dictio, importat causam finalem, non remotam.*

31 *Officium Iudicis pro alimentis non datur ei, qui habet aliunde.*

32 *Causa impulsiua cessante, cessat dispositio, quando sine ea sic non fuisset dispositum.*

33 *Filio pendente lite, dantur alimenta tamquam de bonis propriis, non de miseratione.*

QVÆSTIO CXII.

QVia diximus supra, filium agentem vel contra patrem pro alimentis, vel contra hæredem patris aut alium possessorem hæreditatis de inofficioso testamento, consequi posse alimenta, lite pendente, an hoc indistinctè verum sit? Et Castr. *in d. l. si instituta. §. de in-*

1 *officioso. ff. de inoffi. testam.* inquit, tria † imò quatuor requiri, vt debeantur alimenta. Primum, quod sit filius; secundum, quod sit pupillus; tertiũ, quod obti-

obtinuerit in prima instantiam; vltimum, quod sit pauper, & non habeat aliunde. Omnia hæc requisita, secundo excepto, probantur *in d. §. de inofficioso*, quia præsupponitur nepos, qui agit, narrans, quod patruus appellauit, & dicitur alimenta deberi propter inopiam agentis. Et ita quoque tenuere gl. Bar. Alber. Ang. & Fulgo. *in d. §. de inofficioso, prout eos refert Didac. pract. quæst. cap. 6. num. 5. ver. cōstat sanè iure ciuili. vbi fortius dicit esse communem opinionem, Ludo. Molin. de primogen. Hispan. c. 16. numero 30. Cordub. qui eum sequitur in l. si quis à liberis. §. si vel parens, num. 42. ff. de liber. agnos. Caphal. in cons. 126. numero 3. Fran. March. in dec. 364. num. 1.* Rebuff. autem *d. tomo 1. de senten. prouisio. art. 1. glos. 2. num. 6.* tria posteriora requisita impugnat, dicens contrarium eis seruari vidisse, ita vt colligi possit fuisse in ea sententia, vt sufficiat primum requisitum, scilicet quod sit filius. Menoc. *in tracta. de præsump. l. 1. quæstio. 35. num. 3.* reprehendit prædictam sentētiam, & admittit solum quartum continens paupertatem filij, & quoad filiationem inquit sufficere præsumptionem. De vnoquoque requisito videndum est. Et quod attinet ad primum, quod concernit filiationem, certum est, quod non est necessarium illam plenè probari, quia ex parte patris adeo redditur difficilis, vt fermè impossibi-
2 lis † reputetur. *l. Lucius. ff. de cond. & dem. & difficilem appellat Bald. in l. 1. num. 2. C. quor. bonor. & in consil. 437. num. 1. vol. 5. Cyn. in l. filium. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur.* vbi ait impossibile esse scire demonstratiue, cuius quis filius sit. Et dicit Bertram. *in cons. 26. num. 1. vol. 2.* quod paterna filiatio non potest verè probari. *alios citaui in cons. 1. num. 38.* Et sanè si filius sit in quasi possessione filiationis, erit alendus, atque ita quasi possessio sufficiet ad ob-
3 tinendum prouisionem lite pendente, † *est tex. in l. 1. §. idem Iulianus. ff. de lib. agnos. ita tenet Bar. in l. si neget, num. 1. in fine, circa secundum intellectum legis, ff. de liber. agnos. Salic. in l. fin. num. 2. C. de liber. alen. vbi pō derat ad hoc duo, textus, Socin. iun. in cons. 8. num. 6. volum. 3.* vbi ita intelligit tex. *in l. si. C. de ordine cognit.* & in dicto *§. de inofficio. & verè tex. in d. l. fin. quod si ei* probat clarè, dum inquit, alendum esse à prætēso domino eum, qui cum esset in quasi possessione libertatis, fuit suis bonis spoliatus. Et cum hac opinione transit Menoch. *dicta quæstio. 35. numero 1. 3. & 6.* non dico, quod hæc quasi possessio sit necessaria, sed quod si interueniat, potens, & sufficiens erit ad decernendum alimenta.

Quomodo autem ciusmodi quasi possessio inducatur, non est dare certam regulam. Et Menoc. *d. quæst. 35. numero 5.* dicit probari possessionem fi-
4 liationis, † si pater in testamento filium exhæredem faciat, quia hodie omnis exhæredatio præsumitur iniusta, nisi hæres ipse probet iustam
5 †-subesse causam, *l. omnimodo, C. de inoffi. testam. §. aliud quoque capitulum, in Auth. vt cum de appell. cognos. gl. in l. fin. in principio, ff. quod met. causa.* Addo quod exhæredando pater fateri videtur illum esse fi-
6 lium, quia priuatio † præsupponit habitum, *l. decem. ff. de verborum obligationib.* & carētiæ sunt habentium, *vt aliquando Bald. dicebat*, & cum filius sit vel instituendus ad validitatem testamenti, vel nominatim exhæredandus, vt in iuribus vulgatis, talia sunt subiecta, qualia prædicata demon-
7 strant, & nulla melior est probatio † quàm proprij oris confessio, *l. cum te. C. de transs. cum aliis, quos citaui in consi. 60. numero 1. & in terminis de confessione patris, sunt decisiones apud Menoc. de arbitr. iud. casu 89. num. 79.*

Rursus probatur quasi possessio ex tractatu
8 paterno, † quia tractatus vti filius, præsumitur filius, & constitutus in quasi possessione filiationis, *secundum Bar. in l. ff. de quæstio. vbi etiam Marsil. Aflic. in dec. 28. in princip. Dec. in cons. 54. columna 2.* vbi quòd tractatus transfert in aduersariū onus contrariæ probationis. *Hoc etiam tenent Abb. Felyn. Dec. & alij omnes in capitulo, per tuas, de probatio. Alexan. in cons. 88. num. 3. vol. 7. Gozad. in cons. 12. num. 17. Paris. in cons. 9. num. 9. vol. 2. Rube. in cons. 16. num. 16. Bero. in cons. 158. num. 2. vol. 2. Rol. in cons. 49. num. 13. vol. 4. Menoc. de arbitr. iudic. casu 89. num. 69. dixi latè in consilio 1.* vbi post Menoc. in loco præcitato probaui, hanc quasi possessionem sufficere etiam in petitorio iudicio. Et ibi Menoc. extendit pluribus modis hanc probationem tractatus. *Et in terminis nostris Menoc. in d. quæstio. 35, num. 33. vbi citat Bar. & Verall.*

E nominatione parentum non induci quasi
9 possessionem † filiationis, concludit Hieron. Gabriel. loquendo in nostris terminis *in cons. 25. numero 2. & seq.* vbi latè agit, & facit, quia ea nominatio sæpe fieri solet blandiendi causa, non approbandi veritatem. *l. nemo. §. 1. ff. de hæred. instit.* ideo solemus sæpe filij vocabulo vocare eos, quos diligimus, *& cum illo tenent Gozadin. in cons. 13. num. 12. Craue. in cons. 249. num. 10. Paleot. in tracta. de noth. & spur. cap. 23. communem dicit Dec. in c. per tuas, num. 8. de probat. Paris. in cons. 10. num. 15. vol. 2.* tamen id procedit, quando fit in actu, qui æquè cōuenire potest extraneo: at si soli filio conueniat ea nomi-
10 natio, † constituit filium in quasi possessione filiationis, *Bar. in l. 2. §. idē rescripsit, ff. de lib. agnos. Dec. in d. c. per tuas, numero 7. ver. limitatur primò, Gozad. & Paleot. in locis supra citatis, admittit Gabriel. d. cons. 25.* quando nominatio non est in actu indifferenti. Et dicit Ias. *in cons. 106. col. 1 vol. 1.* quod vbi nominatio patris fit principaliter propter se, & non ad alium finem, constituit filium in quasi possessione filiationis, donec contrarium fuerit probatum, *secundum l. fin. ff. de probatio. sequitur Alex. Paris. Rui. & Gozad. quos citat approbando Rol. in cons. 22. num. 24. vol. 3. Menoc. d. casu 89. num. 87. & pluribus seq.* vbi ponit casus, quibus nominatio probat, id, quod tamen intelligendum est, quando aliæ coniecturæ non vrgerent in contrarium, *vti per Salic. in l. non nudis, num. 3. C. de probat.* vbi ait, quamcunque leuem probationem destruere vim nominationis, *quem citat in proposito Gabriel. d. cons. 25. num. 6. vbi aliquas recenset cō ecturas, Rol. in cons. 49. num. 48. vol. 4.* & quia mea non est intētio, materiam probandæ filiationis huc in locum transferre, ideo remitto te ad ea, quo ponit Rol. *in d. cons. 22. vol. 3. consilio 49. vol. 2. Bero. cons. 158. vol. 2. Menoc. d. casu 89. per to-*

rum, & quæ dixi in conſ. 1. ferè per totum, Ant. Gabriel. com. opin. lib. 1. tit. de præſump. concluſ. 14. per totum, & nouiſſimè Ioſeph. Maſcard. in tract. de probatio. lib. 2. concluſ. 789. & pluribus ſeq. vbi per diſtinctas concluſiones tradit, quomodo filiatio probetur ex contractu, nominatione, inſtitutione, effigie & aliis, *Petra de fideicommiſſ. quæſt. 11. num. 240. & ſeq. & num. 420. & ſeq.* quamuis igitur agens, vt filius tenea-
11 tur in iudicio probare † ſe talem plenè, alias ſuccumbat, *vt per Ang. in l. liberorum, in princ. ff. de his, qui not. infam. Abb. in c. peruenit, vbi Dec. num. 4. qui fil. ſint legit. Iaſ. in l. neque profeſſio, num. 3. C. de teſtam. Dec. in l. ſi emancipati, numero 3. C. de collatio. Rui. in conſ. 57, numero 4. vol. 5. Socin. iun. in conſ. 56. nu. 34. vol. 1. Didac. in epito. de ſponſ. in 2. par. c. 8. §. 3. n. 1. Alciat. de præſump. 49. reg. 1. præſump. Rolan. in conſ. 32. nu. 1. vol. 1. Cæphal. in*
12 *conſ. 82. numero 10.* & ſit regulare quod agens † tamquam talis, tenetur probare ſe talem, *Bar. in l. non ignorat, C. qui accuſ. non poſſ.* & qui agit vti agnatus,
13 probare debet ſe agnatum, † *ſecundum Dec. in conſ. 222. col. pen. in conſ. 471. in prin.* tamen hoc caſu ſatis erit probare quaſi poſſeſſionem filiationis. Et ratio eſt, quia de ipſa filiatione agitur incidenter.
14 Ideo videmus in ſimili, quod & ſi dominiũ † difficilis ſit probationis, *Bar. in l. rem alienam, col. 3. ver. ad probandum, ff. de pignor. actio. in l. cum res, in 2. lectu. C. de probatio. Alex. in conſ. 4. num. 26. vol. 2. Calcan. in conſilio 32. numero. 43. Ripa in c. ſæpè, numero 5. de reſtit. ſpoliat. Maranta de ordine iudic. in 4. par. in 3. princip. di-*
15 *ſtinct. numero 48.* ita vt etiam confeſſio † partis non ſufficiat, *ſecundum Soc. in conſilio 92. nume. 2. ver. præterea, ex quo partes. volum. 3. Crau. in conſilio 157. nume-*
16 *ro 7. in fin.* nec ſat ſit edocere † de poſſeſſione, *l. cum res. C. de probat. cap. fin. de cauſa poſſeſſ. & propr. Bar. d. l. rem alienam.* tamen quando de dominio a-
17 gitur incidenter, tunc ex probatione † poſſeſſionis infertur ad dominium, *Bar. in l. quidam in ſuo, numero quarto, ver ſecundo caſu. ff. de condit. inſtit. Abb. in cap. cum ad ſedem, de reſtitut. ſpoliat. Dec. in conſ. 221. columna 3. Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, numero 15. ff. de acquiren. poſſ. Alba in conſilio 67. numero ſexto, Vaſq. illuſtr. quæſtio. cap. 7. numero 19. Menoc. de recup. poſſ. remed. 11. numero 32.* Eo enim ipſo, quod eſt filius, ſequitur ſibi deberi hæreditatem patris, & eſſe fundatam intentionem. Et hanc rationem conſiderat tex. *in l. qui de inofficioſo, ff. de inoffic. teſtam.* vbi ait, ius ſolum competere ei, qui eſſet hæres, ſi eſſet filius: quo vero ad ætatem pupillarem, ea non eſt neceſſaria, nec iura aliqua illam requirunt. Et licèt *l. 1. C. de Carbo. edicto*, faciat mentionem, tamen ibi hoc fit non ad effectum alimenta conſequendi, ſed ad differendum quæſtionem ſtatus. Tertium requiſitum videtur omnino eſſe neceſſarium, *eſt tex. in l. inſtituta, §. de inofficioſo. ff. de inoffi. teſtam.* vbi expreſſe dicitur, i-
18 deo alimenta decerni, quia reus † appellauit, atque ita per modum cauſæ fit mentio de appellatione: ceſſante autem cauſa, ceſſare debet alimentorum præſtatio, *l. adigere, §. quamuis ff. de iure patrõ.* & quando non obtinet ſententiam in fauorem, quod non debeantur alimẽta, probat tex. *in l. qui de inofficioſo. ff. de inoffi. teſtam.* vbi ait, filio exhæredato, qui teſtamentum accuſat tamquam inofficioſum, non decerni alimenta. Et per illum tex. hanc ſententiam probauit gl. *in dicto §. de inofficioſo, in ver. decerni, atque ibi Bar. & Bald.* clarius autem Ang. qui ita reſpondet *ad l. qui de inofficioſo. Caſtren.* qui dicit, vno ex dictis requiſitis deficiente, non eſſe locum diſpoſitioni illius tex. Et pro hac par. Cordub. *in l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens, n. 42. ff. de li. agnoſ.* allegat. Specu. Alber. Fulgo. Felynum, Decium, Bero. Alciat. Io. Lup. Duen. Ludou. Molin. & alios, qui tamen omnes non hoc dicunt, *vt aduertit Menoch. in dicto tracta. de præſumpt. quæſt. 35. num. 30.* ſed imo non eſſe neceſſarium, quod ſententia ſit lata in fauorem agentis, probarunt plures, & præcipuè Rota *in deciſione ſecunda, in titulo, de iudic. inter collectas per Biſigne.* quia æquitas dicti. §. *ſi de inofficioſo*, militat etiam in prima inſtantia, *Bellam. in deci. 88. Abbas, in fin. Afflict. in deci. vndecima, in fin.* Et hæ duæ deciſiones loquuntur, quando filius agebat ad legitimã, *Rebuff. dicto tom. 1. tit. de ſenten. prouiſ. artic. 1. gl. 2. nu. 5. vbi atteſtatur ſic ſeruari in Francia, Didac. pract. quæſtio. cap. 6. num. 5. ver. ſecundum quod Doctores, Duen. d. reg. 365. num. 4. in 4. ampliat. Boſſ. in tit.. de alimen. præſtan. vxor. & fil. num. 2. Cæphal. in conſ. 127. num. 10. Benincaſ. in tracta. pauper. in 7. quæſtio. in 2. ſpecia. iudic. num. 14. vbi dicit eſſe notandum, & memoriæ tenendum, atque id ait eſſe receptiſſimum, Hierony. Gabriel. conſ. 29. num. 19. in fin. Ioſeph. Ludou. deci. Peruſ. 46. num. 7. Simon de Pret. de coniectur. vlt. volunt. lib. 5. interpret. ſecunda, dubit. 2. in princip. num. 18.* vbi ait Doctores magis communiter in iudicando ita tenere, vigente eadem æquitate dicti §. *ſi de inofficioſo, Quintil. Mandoſ. dicto conſ. 12. n. 3.* vbi dicit, Rot. Rõ. ex benignitate ſemper interpretatã fuiſſe, text. *in d. §.* vendicare ſibi locum in prima inſtantia, *Cordub. in d. §. ſi vel parẽs, num. 44, Menoc. d. quæſt. 35. num. 3. & 4. Lancello. de attentat. par. 2. cap. 4. limit. 11. nu. 19. Ludou. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 2. cap. 17. num. 36. Aſin. in practic. §. 39. ampl. 29.* Et non obſtat tex. *in d. §. ſi de inofficioſo*, quia ſecundum aliquos loquitur ex facti contingentia. Alij dicunt procedere illum tex. de iure antiquo, ſecundum quod exhæredatio ſemper præſumebatur iuſta, *l. nam & ſi. is. §. primo. ff. de inoffic. teſtam.* Ideo cogebatur filius duriore probatione illam extinguere præſumptionem: ceſſabat autẽ per ſententiam in fauorem filij latam. Cuius virtus licet ſuſpendatur, vel ſecundum aliquos extinguatur pendente appellatione, remanet tamen quędam pręſumptio contra filium, imo hę-
19 res ipſe † tenetur probare iuſtam ſubeſſe exhæredationis cauſam, *gloſſ. in l. fin. in princip. ff. quod met. cau. §. aliud quoque capitulum, in Authen. vt cum de appella. cognoſ. l. omnimodo, C. de inoffi. teſtam. Alciat. in tracta. præſump. reg. prima, præſump. decima ſexta. Didac. dicto capitulo ſexto, verſiculo, ſecundum quod Doctores,* vbi dicit fuiſſe neceſſariam ſententiam ad tollendum præſumptionem inſurgentem ab exhæredatione, *Cordub. dict. §. ſi vel parens, num. quadrageſimo tertio, & ſeq. Menoc. dicta quæſt. trigeſima quinta, numero quarto, & quinto*, qui & ipſe dicit fuiſſe eo tẽpore neceſſariam ſententiam in fauorem filij: tamen arridet magis prima reſolutio, quod ex

facti

facti contingentia foret lata sententia in fauorem filij, eaque ratione dicat textus moueri ad decernendum alimenta, nec tamen ideo negat, quia si alia præsumptio subesset, quàm sententia, idem omnino foret. Nec inquit sententiã esse necessariam, ideo vbi æquipollens cadit ratio, idem est dicendum. Tex. autem *in d. l. qui de inofficioso*, non ideo denegat alimenta exhæredato, quia sententia non esset lata, *& opinatur gl. ibi, & in d. §. si de inofficioso.* Sed quia nulla concurrebat præsumptio vel coniectura pro filio, quod ritè non foret exhæredatus, imo forte contra filium vrgebat coniectura aliqua, id quod coniicere licet ex vltimis verbis illius textus, dum inquit, tunc alimenta filio decernenda, quando si filius esset; hęres quoque foret, non quando esset filius, non tamen esset hæres. Arguunt namque eiusmodi verba aliquid in eo facto interfuisse, quod impediret successionem: & si dicatur ipsam exhæredationem fuisse impedimento, ex quo præsumebatur iusta. Respondeo, quod sola exhæredatio non poterat hũc effectum producere: si enim hæc sola obstitisset, vtique hodie quod cessat ea ratio, deberet filius ali probata filiatione, vel eius possessione, nulla alia subsistente præsumptione: cuius tamen contrarium volunt Doctores, vti dicemus infra. Est ergo conclusio, quòd & si in *§. de inofficioso*, lata foret sententia, non tamen semper ita necessaria est sententia, vt nunquam sit locus decisioni prædictæ, nisi ea interueniat: nec ideo *in l. qui de inofficioso*, denegantur alimenta, quia sententia lata non fuerit; admittenda est quidem tũc deberi alimenta, quando sententiam filius obti-
20 nuit, sed idem omnino esse, quando alia † concurrit præsumptio, *Bar. in l. si neget, in secunda lectu. de lib. agnos. in quam sententiam Menoc. de præsumptio. dicta quæstio. trigesima quinta, in principio, vocat Areti. Felin. Afflict. Alcia. Io. Lup. Crau. Duen. & alios post dictã Rot. decis. qui tamen nihil dicunt de ea præsumptione.* Bene verum est, quod ita debent intelligi, & hoc quoque modo Didac. declarat, *dicto capit. sexto, versiu. secundum quod Doctores, Salic. in l. fin. C. de alen. liber.* dum inquit, quod summatim constabat, *Boss. in titu. de alim. præstan. vxo. numero secundo, Simon in loco prædicto, numero decimo octauo,* vbi quod constare debet summariè de bono iure actoris: qualis tamen esse debeat probatio ad effectum, vt inde colligat iudex eam præsumptionem, quæ sufficiat ad decernendum alimenta, non potest præcisè determinari. Sed Aret. *in capitulo, significauerunt, in gloss. in ver. liquet. de testib.* atque ibi Felin. di-
21 cit, quod insurgit ex testibus † examinatis, licèt adhuc super eis non sit iudicatum. *sequitur Boss. dicto titulo de alimen. præstan. vxo. numero secundo.* Hieron. vero Gabriel. *in dicto consilio vigesimo quinto, numero secundo*, dicit, non quamlibet sufficere præsumptionem, sed eam requiri, quæ faciat saltem semiplenam probationem, ex doctrina Bartol. *in l. tertia. §. causæ, in fin. C. de Carbon. edicto*, vbi tradit
22 regulam, quod in causis summariis † probatio debet esse semiplena. Idem secundum eum, voluerunt Iac. de Are. & Alber. *in l. si neget*, dicẽtes, quòd filiatio probari debet semiplenè, *Aret. in consilio sexagesimo sexto, numero decimo.* Ideo Didac. *d capitulo sexto, columna fin.* dicit, vnum testem sufficere. Allegat Bar. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. summarie.* Et est regulare, quòd in causis summariis, in quibus agitur de modico præiudicio, vnus testis
23 †plenè probet, vel sufficiat, *vt per Dec. in cons. quinquagesimo sexto, num. primo*, qui infert, vnum testem probare in possessoriis iudiciis, cuius dictum sequuti sunt Mathesil. Cassan. Grat. Alciat. Bello. & Rebuff. quos citaui *in consilio septuagesimo tertio, numero primo.* Et licet extent contradicentes, tamen procedit hæc opinio, quando agimus de possessorio summariissimo, *vt dixi ex gloss. Iac. Butr. Bart. Ang. Salic. Anchar. Imola, Alex. Lafran. Afflicto. Cur. iun. Crato, Cagnolo. Natta, Ploto, Rol. & aliis in dicto consilio septuagesimo tertio, numero trigesimo octauo.* Hãc quoque sententiam, quod ad decernendum alimenta sat sit probare per vnum testem, sequutus est Decian. *in consilio sexagesimo sexto, numero tertio, volumine tertio, quem sequitur Menoch. d. q. 35. numero 32. vbi addit Ludoui. Molin. d. tracta. de primogen. Hispan. capitulo decimo sexto, numero quadragesimo.* subdit autem Menoch. quod ille testis debet esse omni exceptione maior: Allegat Zuchard. & Benintend. qui constituunt regulam, vt testis semper esse debeat maior omni exceptione, quando à iure admittitur probatio per vnicum testem: imo hoc
24 casu articulari & probari † debet, quod testis sit talis, *Bar. in l. 1. §. si quis neget, col. fin. ff. quemadm. testam. aper. vbi declarat Ang.* licet enim testis præsumatur idoneus, tamen non præsumitur omni exceptione maior, *vt inquit Imola in d. §. si quis neget, & Socinus consilio 273. vol. 2. dixi in cons. 39. & 40.* Addit autem Didac. *in d. cons. fin.* quod probatio isto casu fieri poterit per famam, & per iuramentum a-
25 gentis, in quo, vt scias quam probationem † faciat fama circa filiationem, videas Ioseph. Mascard. *in tracta. de probatio. lib. 2. conclus. 791. per totam.*
26 Credo item hoc casu testes pro † summaria informatione non posse recipi parte non citata, *per ea quæ post Ang. Dec. & Zuchard. ponit Menoc. de adipisc. poss. rem. 6. num. 18.* at bene poterit iudex se informare † à testibus nondum publicatis, *Alciat. in tracta. præsumpt. reg. 3. præsump. 9. num. 11. quem sequitur*
27 *Asin. in sua praxi. §. 32. amplia. 29. in fin. Simon de Pretis, lib. 5. interpret. 2. dub. 2. in prin. num. 17.* Admonet autem Didac. *d. ver. secundum quod, in fin.* vt cautius iudex diligenter examinet iura partium, & cognito, quod præsumptio vrgeat magis pro actore, decernet ei alimenta; si vero contra erit, abstineat. Sequitur Menoc. *d. q. 35. numero 6.* vbi subdit, quòd non debet esse leuis præsumptio. Certum
28 est enim, quod si ex parte rei contrariæ extarent † præsumptiones, possent elidere præsumptionem, quæ pro actore militabat, allegat seipsum *in cons. 484. vol. 5.* & in proposito ita quoque tenet Gabriel. *d. cons. 25. num. 6.* vbi ait fortiores, & pares præsumptiones elidere se inuicem, *l. diuus, ff. de restitut. integr.* Erit tamen in hoc iudicio aduertendum, quia si filius agat de paterna hæreditate sola, sufficit filiationis probatio, siue concludẽs,

siue præsumpta, nec aliud ab ipso probandum est, etiamsi reperiatur in testamento præteritus vel exhæredatus. Et idem est quando frater ageret ad hæreditatem fratris, vel consanguineus, consanguinei, quia constituto, quod sit proximior, erit alendus: sed si res sit inter alios, necesse est edocere de bono iure competente ad illa bona, de quibus erit quæstio, *vt dicam infra suo loco.* Deuenio ad quartum requisitum, de quo *in d.l. instituta, §. si de inofficioso. ff. de inoff. testam.* dicitur enim ibi placuisse, alimẽta pupillo decernere propter inopiam, & quod paupertas requiratur, imò
29 † inopia, volunt omnes supracitati *in princip. præcedentis quæstionis, & tenet Menoc. d. quæstio. 35.* vbi tamen, *post Ioan. Lup. in d.c. per vestras, in 1. not. ab. ampliat. 18. §. 39. nu. 3.* tenet, quod sola inopia non sufficiat, *id quod voluit etiam Boss. in d. tit. de alimen. præstan. vxo. num. 1. circa fi. comprobauit supra in regula.* Rebuff. tamẽ *in d. glos. 2. num. 6. & 23.* dicit aliquando Parisiensem Senatum alimenta diuiti decreuisse, quia & si vna ratio cesset propter diuitias, non tamen cessat alia expensarum, & sumptus, qui fiunt in prosequendo litem, & pro ea obseruantia posset considerari tex. *in d. §. de inofficioso. ibi, propter inopiam, &c.*
30 nam dictio *propter*, † non denotat finalem causam, sed remotam & occasionem, *l. si propter*, C. *de compensatio. Bar. & Bal. in l. 1. C. si seru. extero. Bald. in l. ex arrali, num. 4. C. de actio. emp.* tamen verior est opinio, quòd alimenta non debeantur filio diuiti, *l. extraneo, & l. sequenti, vbi Bart. ff. de ventre in possess. mitten. d. fi. C de ordine cognit. Abb. & alij in c. cum haberet, de eo qui dux. in vxo. quam pollu. per adulter.* Et est regulare, quod filio habenti vnde se alat, pater non tenetur præstare alimenta. Confirmatur, quia hęc alimenta debentur mero iudicis officio, vt dicam: at nunquam debentur ci, qui habet a-
31 liunde, quando solo iudicis officio † decernenda sunt, *l. si quis a liberis. §. 1. ver. sed si filius. ff. de lib. agnoscen. Bar. in l. libertus quas, §. 1. ff. de alimen. & cibar. leg. Doctores in l. de aliment. C. de transact. cum aliis aliquando allegandi.*

Addo, quod vbi filius est diues, cessat æquitas, propter quam decernuntur alimenta: & cessat ratio solita considerari, & subest timor, ne ob inopiam deserat prosequutionem rerum suarum, & cedat iuri modico recepto. Et quod cesset dispositio *dicti §. de inofficioso*, quando filius est diues, ponam suo loco, dum tractabo de iustis causis denegandi alimenta. Et licèt paupertas sit causa remota, tamen cum sine ea non aliter fuisset facta
32 illa prouisio, cessante causa impulsiua, † cessat dispositio, *secundum Bal. in l. & si post tres. ff. si quis caut. Alex. ad Bar. in l. 2. §. fi. ff. de donatio. Tiraquel. in tracta. cessan. causa. limit. 1. num. 19.* Nec dicatur, quòd ali-
33 menta hoc casu dantur non ex † sola miseratione, sed tamquam de bonis propriis illius, cui decernuntur, *secundum Bal. in l. fin. C. de ordine cognit. Lup. c. per vestras. 1. not. ampl. 18. §. 39. in princ.* atque ideo præstanda videntur habenti aliunde: quia respondeo, non dici verè decerni de suis bonis, sed de his, quæ aliquo casu possunt esse sua, *vt dicitur in d.l. 1. §. sed & si incertum. ff. de ventre in poss. mitten.* Cum enim de stricto iure nihil debeat habere nunc, sed in futurum possit esse dominus, & ex æquitate fame perire non debeat, eligitur media via, per quam neque admittatur ante tempus ad vsum bonorum, neque interim excludatur, & hæc opinio in filio certa est: an vero procedat in vxore litigante cum marito, dicam infra.

SVMMARIVM.

1 *Filio pendente lite non debentur alimenta, quando agit ad rescindendum renunciationem hæreditatis paternæ à se factam.*
2 *Renunciantibus iura sua non datur regressus.*
3 *Pretium succedit loco rei.*
4 *Instrumentum habet pro se tres præsumptiones.*
5 *Filio non dantur alimenta lite pendente, quando tale quid obiicitur, quod excluderet etiam filium.*
6 *Renunciantibus iura sua datur regressus aliquando ex causa.*
7 *Impedimentum non præstat, quod de iure effectum non sortitur.*

QVÆSTIO CXIII.



I filius vendidit, vel renunciauit alicui paternam hæreditatem, & petat contractum rescindi, an interim sit alendus à fratre vel alio, cui vendidit, vel renunciauit? Io.
1 Gallus *in decis. parlam. Paris.* † *quæstio. 222.* dicit non esse prouidendum illi de alimentis, quia remit-
2 tentibus iura sua non datur regressus, † *l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edic. c. quam periculosum. 7. quæst.*
3 *1.* pretium autem succedit loco † rei. *l. Labeo. ff. de verbo. signifi.* & qui vtitur pretio, videtur rem habere, *l. quia. ff. de vsufr. per quas rationes ita tenet Rebuff. d. artic. 1. gloss. 2. num. 26. vbi addit Aufre. sequitur Duen. d. reg. 365. limit. 4. Simon, d. interpret. 2. dubit. 2. in princip. num. 23. Ludou. Molin. d. cap. 16. num. 45. Menoc. d. quæst. 35. num. 27.* vbi addit, quod talis videtur extra possessionem filiationis, quando vendidit hæreditatem, & habet contra se præsumptionem, quę insurgit à renunciatione, quod scilicet sit vera, valida, & iusta, vt dicimus de instrumento, pro
4 † quo stant tres præsumptiones, *Bal. in consilio 437. num. 5. vol. 5. cum aliis citatis à Domino Becio in cons. 52. num. 3. & seq.* Quorum sententia potest esse vera, quando filius inniteretur soli filiationi: quandoquidem tunc militat ratio legis, *qui de inofficioso. ff. de inoff. testam.* quod scilicet etiam si filius sit, non potest hæreditatem consequi stante venditione, vel renunciatione, per quam excluditur à petitione, ex quo vendens facit se alienum à re vẽdita, & contra filiationem obstat renunciatio, quæ arguit filium nullum habere ius in paterna hæreditate. Et certum est, quod nostra conclusio procedit, quando nihil aliud obiicitur, præter quod non est filius, & si aliud obiicitur quod et-
5 iam filium possit excludere, † tunc non decernuntur alimenta, puta quando dicitur quòd habet aliunde, quod est ingratus, & similia, *ita declarat Hie-*

vt Hieron. Gabriel. d. cons. 25. nu. 14. & sequenti. verum vbi præter filiationem allegaret filius, & summariè probaret, vel saltem semiplenè, secundum supradicta se læsum in ea venditione, vel iustificaret causam rescissionis quam deduxit, crederem eo quoque casu alimenta deberi, si apparenter constat de bono iure filij agentis, & non habet aliunde: quia, vt suo loco dicemus, debentur alimenta cuicunque agenti, etiam priuato, concurrentibus prædictis. Et rationes allegatæ in contrarium non impediũt hanc prouisionem: nam, & si regulariter regressus non detur remittentibus iura sua, tamen hoc fallit in multis casibus,
6 præcipue † quando subesset enormissima læsio, *l. 2. C. de rescind. vend.* vel quando subesset dolus, & multis aliis casibus. Quandocunque ergo posset filius recuperare bona, si obineret in causa prĩcipali, debet item illis in casibus consequi alimẽta lite pendente, si probat semiplenè ius suum, quia eadem militat ratio, ac si peteret bona paterna occupata à tertio sine suo facto, quia renun-
7 ciatio quæ potest rescindi, non impedit † prouisionem, *c. non præstat, de reg. iur. in 6.* Dum verò dicitur, quod pretium loco rei succedit, est verum: sed vbi pretium non extat, tunc non minus decernuntur alimenta, & idem est quando pretium non respondet iusto rei valori, & procederet id multo magis, quando renunciatio esset gratuita, vel facta modico recepto. Proinde Senatus Montisferrati in quadam causa inter fratres Albenses, iudicauit esse certum quid dandum pro alimentis, & impensa litis actori, qui impugnabat cessionem bonorum fratri factam tamquam foret læsus vltra dimidiã & inductus dolo ad cedendum.

SVMMARIVM.

1 *Filio adoptiuo non dantur alimenta pendente lite super hæreditate patris adoptantis.*
2 *Adoptiuus venit appellatione filij, quando verba non possunt in alio verificari.*
3 *Adoptiuus æquiparatur legitimo & naturali.*
4 *Filius adoptiuus alendus est à patre, sicut naturalis.*

QVÆSTIO CXIIII.

QVid in filio adoptiuo, num ei decernantur alimenta, quando agit ad hereditatem adoptantis. Et Rebuff. *in d. tomo. 1. de senten. prouisio. artic. 1. glos. 2. num. 27.* dicit, † non esse
1 locum dispositioni dicti §. *si de inofficioso*, quia in hac materia, appellatione filiorum non veniunt adoptiui, *l. fideicommissum. ff. de cond. & dem. c. in præsentia, de probatio. vbi Doctores*, & tunc solum adopti-
2 ui † veniunt, quando dispositio in aliis non potest verificari, *gl. Bal. & alij in l. si quis posthumos, in princ. ff. de lib. & posthum. Duen. d. reg. 365. limitat. 5. Simon, d. interpret. 2. dubit. 2. in princ. nu. 24. Menoc. d. quæstio. 35. nu. 24.* vbi magis attingẽdo huius quæstionis medullam, quam fecerint supracitati, dicit verã rationem esse, quia adoptiuo non debẽtur alimenta à patre. Ego contrariã amplector opinionem, quod adoptiuo non minus sint decernenda ali-
3 menta quàm filio naturali, non tam, quod † æquiparetur legitimis, & naturalibus, *vt per multas decisiones concludit Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, nu. 19. & 20. C. de reuocan. donat.* quàm duplici alia ratione. Prima est, quod filium adopti-
4 uum pater alit † sicut naturalem, *secundum Azon. Placent. gl. Specul. Ioan. And. Bal. Barbat. & Lambert. in. quos citaui in princ. huius tituli, in quæstione, an pater adoptiuus alat filium.* Quæ sententia plures, & grauiores habet authores. Secunda est, quod alimẽta decernuntur cuiuis priuato, vel pauperi agenti ad bona magni valoris, quæ prætendat sua, *vt explicabo paulo infra:* Non ergo prouisio denegari debet adoptiuo, quæ conceditur cuiuis, etiam extraneo: negabit enim nemo, quin maius vinculum filio intercedat cum patre adoptiuo, quàm cum extraneo: & per secundam hanc rationem infero, quòd decernenda sunt alimenta, etiam si illam probemus sententiam, quod pater
a adoptiuus non teneatur alere filium.

SVMMARIVM.

1 *Spurio seu naturali filio non debetur hæreditas, aut legitima.*
2 *Spurio alimenta non debentur pendente lite super bonis paternis, contra tamen vide ibi.*
3 *Naturalis non differt à legitimo quoad alimenta.*
4 *Spurio agenti ad id, quod ex testamento patris relictum est, debenter interim alimenta.*
5 *Naturali agenti ad portionem sibi ab intestato delatam, debentur interim alimenta.*
6 *Naturalis, quibus in casibus succedere possit ex testamento vel ab intestato.*
7 *Naturalis facto testamento habetur pro extraneo.*
8 *Naturalis non est à patre nominandus in testamento.*
9 *Naturalis non rumpit testamentum, si prætereatur.*
10 *Instrumentum non facit rem liquidam, quando ei aliquid obiicitur.*
11 *Compromissum fieri ex forma statuti, quando super contentis in instrumento controuertitur.*
12 *Restitutio in integrũ, an petatur per calumniam, statur arbitrio iudicis.*
13 *Causa iusta litigandi æstimatur arbitrio iudicis.*
14 *Exceptio dubio non releuat.*
15 *Naturalis, qui agit tamquam legitimus, & naturalis, est interim alendus.*

QVÆSTIO CXV.

NAturali vel spurio, an sint decernendà alimenta in bonis patris, ad quæ agit: vi-
1 detur quod non, quia eis neque hæredi-
tas † debetur, neque legitima, *l. per totum. C. de natur. liber. Bar. in l. fi. C. de liber. alen.* Et hanc sententiã
2 tenuit † Socin. iun. *in cons. 3. columna prima, volum. tertio. Rebuff. tomo primo, de sent. prouis. artic. 1. gl. 2. numero 30.* vbi excipit casum, quando pater ei reliquisset alimenta, quia tunc debentur, *secundum c. cum haberet, cum ibi nota. de eo qui dux. in vx. quã pollu. per adulter. idem voluit Hieron. Gabr. cons. 25. nu. 9. & 10. Simon de Pret. lib. quinto, interpret. secunda, dubit. secunda, in*

da,in principio,numero 25.Cordub.in d.l.si quis à liberis. §.si vel parens,numero 63.ff.de libe. agnoſ. vbi vult dari eiuſmodi prouiſionem ſolum, quando ſpurio relicta ſunt à patre alimenta, dum ſpurius ad ea agit: ſed contraria pars magis de iure procedit. Nam ſpurio ſeu naturali alimenta debentur inſpecta iuris canonici diſpoſitione, quæ in vtroque foro attenditur, *vt dixi ſupra in hoc eodem titulo, & probatur d. cap. cum haberet*, ideo iuſte petet prouiſionem, *ita Duen.in dicta reg.365. numero 6.limita.6. Ludou. Molin. de primogen. Hiſpan. cap. 16. numero 32.Decian.in conſilio 66.volum.2.cum quibus tranſit Menoc.in tracta. præſumpt. lib.primo, quæſtio.36.numero 13.* Quæ ſententia verificari poteſt non ſolum, quando peteret alimenta à patre relicta, *vt Rebuff.& Cordub.voluerunt*, ſed etiam quando peteret alimenta ex ſola iuris canonici diſpoſitione: quia dum diſceptatur, an debeantur, præſtabitur prouiſio, conſtito ſemiplene quod ſit filius, quia vt dicimus in filio legitimo, eo ipſo, quod conſtat eſſe filium, fundata eſt eius intẽtio ad conſequẽdum alimenta, & ſupra in filio legitimo diximus alendum eſſe, dum à patre petit alimenta. Ergo idem erit in filio naturali, quia quoad alimenta,

3 † non differt à legitimo *ſecundum Paleot. in tracta. de noth. & ſpur. capit. 48. numero tertio.* Similiter ſi naturalis peteret vel inſtitutionem de ſe factam, vel legata relicta in caſibus, quibus pater eis poteſt relinquere, & inſtituere, tali caſu interim eſ-

4 ſet alendus † eo modo, quo aleretur legitimus petens bona paterna. Et hoc admittunt, Rebuff. & Cordub. dum dicunt, quod debentur alimenta, quando petit ex teſtamento patris: non enim refert, quòd in teſtamento relicta ſint alimenta, vel quid aliud, quod habet eius loco ſuccedere: vbi enim aliquid ſimpliciter relinquitur filio naturali, ſuſtinetur tamquam relictum pro alimentis, *vt dixi ſupra.* Idem eſt quando naturalis pete-

5 ret portionem bonorum ſibi delatam † ab inteſtato in caſibus, quibus vocatur ad patris inteſtati ſucceſſionem, nam tunc pendente lite aſſequitur alimenta, ſicuti ea ſunt præſtanda filio legitimo, qui petit ab inteſtato patris hæreditatem, vltra quod dictum eſt, hoc non eſſe ſpeciale in filio, ſed procedere in quocunque alio. Quibus autem

6 caſibus, ab inteſtato, vel ex teſtamẽto capiat † naturalis, videri poteſt apud Paleot. *in dicto tract. de noth. & ſpur. cap. 38. per totum, Didac. de ſucceſſ. ab inteſta. in fin.* Opinio autem Rebuff. & aliorum citatorum in principio huius quæſtionis, poſſet procedere, quando pater naturalis, condidiſſet teſtamentum: eo enim facto naturalis quoad hære-

7 ditatem, habetur pro extraneo, ſicuti † ſi eſſet legitimus & naturalis. *l. qui de inofficioſo. ff. de inoff. teſtam.* Hieron. Gabriel. *d. conſ. 25. numero 9.* vbi *numero decimo*, dicit, procedere, etiam ſi filius aliqua opponeret contra teſtamentum, quia cum haberet contra ſe præſumptionem ex teſtamento inſurgentem, repellitur ab alimentis, & *allegat Ruin. & Crau. qui nihil dicunt.* Id quod confirmatur, quia

8 non tenetur pater de naturalibus † in teſtamento mentionem facere, *l. fin. C. de natur. lib.* nec præ-

9 teriti rumpunt † teſtamentum, *gloſſ. in l. 1. in ver. naturalis, ff. de contrat ab. vbi etiam Bar. Tiraq. inl. ſi vnquam, in ver. ſuſceperit liberos. numero 47. C. de reuoc. Paleot. in dicto tracta. numero ſeptimo.* Sed etiam condito teſtamento ſi naturalis ageret ad alimenta, fieri debet prouiſio ſtatim, vbi ſummariè apparet eum eſſe filium. Imò idem dico, quando ageret ab inteſtato, & contra teſtamentum opponeret inualiditatem, & allegaret talia, quæ apparenter teſtamentum deſtruerent: tunc enim cenſerem interim alimenta eſſe decernenda, quia præſumptio validitatis teſtamenti dormit, & obſcuratur, quando contra illud allegantur talia, quæ apparenter concludunt, quandoquidem inſtrumen-

10 tum non facit † rem liquidam, quando opponitur aliquid, *Imola in l. 1. in principio, colum 1. in fin. ver. qualiter autem, ff. de oper. noui nunt. & ibi Laſ. numero 10. Ruin. nu. 4. Horman. nu. 38. Ruin. in conſ. 266. nu. 3. & 4. vol. 2. Dec. conſ. 474. nu. 3. Rom. in conſ. 128. nu. 13. vol. 4. Crot. in conſ. 137. num. 9. D. Becius in conſ. 52. num. 91. & ſequentibus.* Hinc eſt quod & ſi ſtatutũ de compromiſſis, non habeat locum, quando vna partium habet pro ſe inſtrumentum, tamen fallit, quando ſuper inſtrumento, vel contentis in eo

11 † controuertitur, adeo quod reuocatur in dubium, *vt per multa probat Socin. in conſ. 4. vol. 1. vbi tenet eſſe locum ſtatuto, Blanc. in tract. de compromiſſ. quæſt. 4. princip. tit. de quib. cau poſſ. vel debe. fieri comprom. nu. 5. & dixi latè in conſ. 252. per totum.* vbi contra Afflict. *in deciſ. 63.* defendo exceptionem peremptoriam oppoſitam in vim dilatoriæ eſſe reſeruandam ad finem litis, quantumuis probata ſit in continenti, ſi reus contra illam probationem replicat aliqua, quæ requirunt altiorem indaginem: bene fateor quod hoc caſu debet iudex oculatè procedere, ne fortè per calumniam actor replicet contra inſtrumentum teſtamenti, quia detecta calumnia res eſt clara: ea vero ceſſante, danda ſunt alimenta. Committitur autem iudicis arbitrio cognitio, an interueniat calumnia, vt de re-

12 ſtitutione † in integrum, vt per Bald. ad Specul. *in tit. de reſtit. in integr. §. vltimo videndum, col. fin. & Bal. in l. 1. C. de aduo. diu. iud.* dicit iudicis arbitrio

13 committi, quando habeat quis iuſtam † cauſam litigandi, & non poſſit dici calumniator: ſequuntur Alexan. Iaſ. & alij citati à Menoc. *de arbitr. iudic. caſu 177. num. 1. & ſeq.* Hæc vera ſunt, quando ageret quis tamquam naturalis, ſed ſi diceret ſe legitimum & naturalem, hæres verò illum aſſereret ſpuriumvel naturalem, & allegaret teſtamentum, quod actor replicando diceret nullum propter præteritionem, tunc eſſet alendus, quia ſiue legitimus ſit, ſiue naturalis, ei vtroq; caſu debentur alimenta ex diſpoſitione iuris canonici, quod ſeruatur vtroque in foro, *c. cum haberet*, de eo qui dux. in vxo. quam pollu. per adulter. &

14 exceptio † dubia non releuat, *l. non hoc, vbi Laſ. in 4.*

15 *limitat. C. vnde legit.* ita † voluit gloſſ. *fin. in l. fin. C. de alen.* vbi eum ſequitur Bar. Hieron. Gabriel. *d. cõſ. 25. nu. 12. & ſeq.* vbi tamen dicit aliud eſſe, quando multa eſſent in contrarium, in quo tamen videbis quæ dixi ſupra, & ponam infra ſuis locis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas post aditionem definit esse hæreditas patris.*
2 *Fratri agenti contra fratrem iudicio communi diuidundo, vel familiæ erciscundæ, prouidendum interim est.*
3 *Fratri dum agit ad alimenta testamento patris relicta prouidendum est de alimentis.*
4 *Fratri petenti alimenta vel militiam à primogenito dantur interim alimenta.*
5 *Fratri agenti ad bona, quæ prætendit communia, debentur interim alimenta.*

QVÆSTIO CXVI.

DIxi, filium agentem ad paternam hæreditatem, alendum esse lite pendente; tu tamen scis, quòd post aditionem desi-
1 nit † esse paterna hæreditas, *l.1.§.veteres, vbi Doctores, præcipue Alex.ff.de acquir.poss.l.sed si plures, §.si filio. ff.de vulg.Ang.in cons.52.col.fin.* vbi infert ad filiam, cui debetur fratris hæreditas, licet sit statuto exclusa à paterna successione, *& eum sequitur Rom. in cons.40.Dec.in l.hæreditas nihil aliud, in fine, & in l.quoties duplici, in fine, ff.de reg.iur.vbi alios citat.* Quid ergo si frater agat contra fratrem familiæ erciscũdæ, vel communi diuidundo, an interim prouideri sibi debeat de alimentis. Per rationem, de
2 qua supra concludit † Rebuff. *d.gloss.2.numero 10.* concedendam esse prouisionem, *sequitur Duen.d. reg.365.ampliat.8.* Et hoc extenditur etiam, dum
3 frater petit à fratre alimenta † in testamento patris relicta, *secundum Alcia.in consilio 449.* Et idem quando peteret ea, quæ iure debentur a primoge-
4 nito, † *Ludou.Molin.d.tracta. de primogen. Hispan. cap. 16.num.35.sequitur in vtroque articulo, Menoc.in tracta. de præsump.lib.1. quæst. 35.nu.17.* Et quando agit ad bona, quæ prætendit cõmunia, quod sit alendus,
5 † voluit Hostien. *de accusat.§.1.col.2.ver.ideoq; regulari loculos, Lup.in cap.per vestras, 1.not.§.39.num.2.*

SVMMARIVM.

1 *Fratri vel consanguineo petenti fratris hæreditatem, non est prouidendum lite pendente.*
2 *Ratio extendit dictum.*
3 *Fratri agenti ad alimenta, sicuti etiam sorori agenti ad dotem, interim danda sunt alimenta.*

QVÆSTIO CXVII.

DE filio & patre diximus, sed non minus dubiũ est in fratre, vel consanguineo, qui fratris sui, vel cõsanguineipetat hæreditatem: nã
1 † hoc casu non esse illi prouidendum, tenuit Rebuff. *in d. tomo 1. de senten.prouis.artic.1.gloss.2.num.32.* vbi tamen dicit, aliud esse, quando peteret ex testamento, *idem per omnia tenet Didac.d.cap.6.pract. quæstio.cap.5.ver constat sanè, Duen.d.reg.365.limit.6. Caphal. in cons.127. num.10. Boer.in decis.324 num.4. Simon de Pretis, d. lib. 5.interpret.2.dubit.2.in princ.num.27. Menoc.d.tracta. de præsump.quæstio.35.num.17.* Ego non video quæ sit diuersitatis ratio inter filium agentem ad paternam hæreditatem, & fratrem agentem ad hæreditatem fratris, vel alterius consanguinei. At si dicatur, quod fratri non ita debetur fratris hæreditas, vt filio debetur paterna, *l.in suis. ff. de liber. & posthum. vti dicunt Rebuff. Duen. & alij supracitati*: respondeo non per illam rationem decerni filio alimenta, dum agit ad hereditatem patris, sed quia non est iustum, quòd per inopiam cogatur derelinquere ius suum, vel illud cedere modico recepto. Item quia melius est aliquãdo facere impendia superflua, quàm famæ nocere eius, qui aliquo casu futurus est dominus, *d, l.1.§.sed & si incertum, ff.de ventre in posses.mitten.* quæ rationes omnes sicuti conueniũt fratri, & consanguineo, ita eis debet idem ius esse, *l.illud, ff. ad leg.Aquil.* Præterea quod dicimus hæreditatem patris esse magis debitam filio quàm fraternam fratri, procedit inspecto naturali vinculo, nõ quia fortior sit actio, quæ filio datur, quàm quæ fratri, quia inter actiones nihil magis est vel minus. Et si consideremus hæreditatem delatam, pari iure mouentur filius & frater, imò & eadem experiuntur actione petitionis hæreditatis, quorum bonorum, vel etiam rei vendicatione: non video ergo, quare filio prouidendum sit, non fratri, vel alij ab intestato succedenti. Rursus si prouisio fieri debet cuicunque pauperi litiganti, vt dicam infra: quãto magis concedenda erit consanguineo. Cum igitur ratio concedendi prouisionem sit generalis, & conueniat etiam consanguineo, debet ad
2 eum extendi dispositio *d.§.si de inofficioso*, quia † lex extenditur ad limites rationis, *l. regula, §.fin.vbi Bar.& Bald.ff.de iur. & facti ignor. l.2.§ si mater. ff. ad Trebellia. l. nomen debitoris, §.fin. ff. de leg.3.* Inuenio tamen quòd Pet. Anton. Anguis. *in cons.4. num.1. vol.3.* restringit textum prædictum ad eos, qui ex iuris dispositione alendi sunt de bonis, ad quæ agunt, *& eum sequitur Lancello. de attenta. par.2. cap. 4.limit.11.numero 31.* Hæc tamen opinio sicuti est solitaria & ab antiquis non excogitata, ita minime placet. Videbimus enim infra in discursu huius tituli multis prouideri, quibus tamen regulariter non debentur alimenta. Item dicunt Doctores, filio esse decernenda alimenta, dum agit, non distinguunt, an extet frater, vel alia persona, quæ primo teneatur ad alimenta, cum tamen, vt dixi, obligatio alendi non transeat ad hæredes, nisi stante extrema egestate, *secundum Bar. in d.l. si quis à liberis. §. item rescriptum. ff. de liber. agnos.* Addo, quod Doctores non mouentur ad decernendum alimenta ea ratione, quòd de iure sint illi debita, sed aliis rationibus, de quibus dixi supra, hac eadem quæstione, quæ cummunes sunt etiam iis, quibus de iure alimenta non debentur. Conuincitur etiam prædicta restrictio ex textu *in d. §. fin. de inofficioso.* vbi consideratur solum inopia, & sententia ante lata, atque ob eas causas dicit alimenta deberi, non autem propter rationem naturalem. Et stringo argumentum, si ratio naturalis sufficit, ad quid proderit mentionẽ facere de sententia lata, cum non minus alendus sit filius de iure ante sententiam, quàm post? Præterea quan-

3 ea quando † frater agit ad alimenta, vel soror ad dotem, est interim prouidendum eis de alimentis, *Ludou.Molin.de primogen.Hispan.lib.2.c.17.nu.35.* Prædicta ante conclusio superius quoque multo minus procedere posset in fratre, qui ageret ad legitimam sibi debitam in bonis fratris, qui instituit turpem personam ex dispositione, *l. fratres, C. de inoff.testam.* quia hoc casu eadem omnino videtur ratio, quæ in filio petente legitimam, *& infra in quæs. incip.* & quia supra probauimus alimenta generaliter actori esse prestanda, cum agitur de omnibus bonis, vel cum agit quis ad bona, quæ prætendit sua.

SVMMARIVM.

1 *Vxori accusanti matrimonium tenetur interim maritus prouidere.*
2 *Iuuari nemo potest ex eo quod impugnauit.*
3 *Vxor dum agit ad repudium eo quod intra biennium non fuerit cognita, consequitur alimenta interim à marito.*
4 *Vxor non habet interim alimenta, quando maritus illi agenti obiicit vnam ex causis, quibus possint denegari alimenta.*
5 *Vxori dantur alimenta pendente lite, an licuerit sibi à viro diuertere.*
6 *Vxor est alenda à viro, donec disputatur de veritate matrimonij.*
7 *Vxor est alenda à marito, dum repetit ob mariti inopiam.*
8 *Vxor agens ad dotis restitutionem propter mariti mortem, interim debet ali.*
9 *Vidua dotem existentem in bonis mobilibus exigit statim non expectato anno.*
10 *Vidua quæ lapso anno petit dotem consistentem in pecunia, est interim alenda ab hæredibus mariti.*
11 *Vidua etiamsi non constet de dote, est alenda dum dotem petit si non habeat aliunde.*
12 *Vxor non habens aliunde, alenda est ab hæredibus viri pendente iudicio super dotis restitutione petita intra annum, si dos est immobilibus.*

QVÆSTIO CXVIII.

VXor aliquando accusat matrimonium ex aliqua causa, quæritur, an interim sit alenda, & an debeat habere sumptum litis? Hostien. *in tit.de accusat. §.1. incip. admittuntur omnes, colum.2. ver. quid ergo si contingat*, vult quod
1 si non habet aliũde, maritus † illi ministret. Mouetur *ex l.fin. C.de ord. cognitio.* & ex d. *§. si de inofficioso, idem per eadem iura voluit Specul. in tit. de inquisitio. §.fin.numero 3.ver. quid si matrimonium, Abb. in cap. ex parte, in fine, de accusat. vbi etiam Barbat. in fin. Anan. numero 3. in prin. Felin. col. fin. Ausre. ad decis. Tolos. 88. in fine, Ioan. Lup. in d. cap. per vestras, in 1. notab. ampliat. 18. §.39. numero 4. de donatio. inter virum & vxor. Boss. in titu. de alimen. præstan. vxo. Rebuff. tomo primo, titu. d. senten. promis. in artic. 3. gloss. 1. num. 20. Didac. practic. quæstio. cap. 6. num. 5. versi. quantum ad primum, Benincas. in tracta. de paupert. in 7. quæst. princip. in 2. specia. iudic. num. 2. & Boer. in decis. 325. num. 2. vbi sequitur Hostien. & Specul. in locis prædictis, Caphal. in cons. 127. numero 6. Ascan. Clem. in tracta. de patr. potesta. effect. 17. num. 13. Lancello. in tracta. de attenta. in secunda par. cap. 4. limitat. 11. numero 19. Io. Bapt. Asin. in sua praxi, §. 32. ampliat. 24.* vbi tamen post Anan. & Innocen. videtur limitare, vt non procedat in vxore indotata, *de quo tamen diximus supra in quæstione, an maritus alat vxorem. Simon de Pretis de interpret. vltim. volunt. interpret. 2. dubit. 2. in princ. num. 17. lib. 5. Cordub. in l. si quis à liberis. §. si vel parẽs, num. 65. ff. de liber. agnoscen. Menoc. in tracta. præsumpt. q. 35. num. 18.* vbi tamen dicit procedere, quando aliqua extat præsumptio pro vxore accusante. Sed dic, sufficientẽ esse præsumptionem, quando constat de matrimonio: eo enim ipso est fundata intentio vxoris. Quod si maritus dicat, velle alere in domo, & contendat vxor, subesse causam soluendi matrimonium, interim est alenda, nec omni casu grauamen vllum infertur marito. Is enim tenetur alere, si validum sit matrimonium, vt contendit. Contra tamen videtur, quia nullo iure maritus tenetur vxorem alere, nisi propter matrimonium: at quomodo
2 debet vxor † commodum consequi ex matrimonio quod impugnat, *c. ex eo, de reg. iur. in 6.* Sed responderi potest, quod hoc operatur figura matrimonij, & reliquię putatiui matrimonij, seu verius præsumptio, quæ stat pro matrimonio. Et an hoc procedat, quando vxor habet aliunde, dicam suo loco. Et primam opinionem tenet Guido Papæ *in quæstio. 439. num. 3.* vbi ait, quod si maritus intra biennium non cognoscat vxorem, eaque de causa vxor † petat repudium, *l. in causis, C. de repud.* interim alenda.
3

Prædicta tamen ex mente Cyni *in l. 1. C. de alen. liber.* non procedunt, quando mulier † peteret alimenta, & opponeretur viro causa aliqua ex his,
4 quibus solent denegari. Eo enim casu non prouidetur vxori. *sequitur Capella. Tolos. decis. 77.* Sed hæc sententia falsa est, quia etiam vxori degenti extra domum, debentur alimenta, dum pendet lis, an extra domum sit alenda, nec iuste recesserit.

5 † Atque ita vidi ordinatum ab excellentissimo hoc Senatu, cum vxor quædam nobilis diuertisset ob sæuitiam viri, quam maximam allegabat. *idem tenet Afflict. in decis. 10.* vbi loquitur in vxore, quæ recessit eo, quòd maritus concubinam induxisset domum: & mouetur sola ratione, quia cõstat de coniugio. An verò recessus iustus fuerit, vel iniustus, est dubium facti, ideo eo pendente ministranda sunt alimenta. *Ioan. Lup. d. §. 39. num 5. in fin.* vbi idem dicit, quando maritus expulisset vxorem sub prætextu adulterij. *allegat Oldra. sic vel le, sequitur Rebuff. in d. artic. 3. gl. 1. num. 17.* vbi idẽ dicit, si per zelotypiam, vel aliam causam expulit. Id quod tamẽ intelligit Lup. loco prædicto, nisi notorium sit adulterium. Hoc etiam voluit Afflict. *in decis. 152. per totã.* vbi fortius deberi alimẽta vxori, dũ litigatur † de veritate matrimonij, dummodo habeat pro se primã sententiam, vel præsumptionem matrimonij. Sed ante eum hoc voluit Specul. *in titu. qui fil. sint legit. §. 1. nu. 32.* vbi si mulier petat

petat alimenta à viro, qui neget illam esse vxorem, est interim alenda. *Et illam Afflic. decis. decimam, sequitur Ioan. Bapt. Asin. Lancello. Simon de Pretis. Cæphal. Benincas. Ascan. & alij supra citati, & Ioseph Ludou. Perus. decis. 46. numero quarto, Cordub. d. §. si vel parens, numero 67.* Idem est, quando vxor ob mariti inopiam † repetit dotem, quia interim est alenda, *ita Alber. in l. vbi adhuc, colum. fin. ver. sed cuius expensis, C. de iure dot. tex. in l. fin. C. de ord. cognitio. sequitur Ioan. Lup. d. §. 39. in principio*, vbi tamē dicit, quòd tex. *in l. fin.* non probat, quia loquitur de alimentis præstandis ex propriis illius bonis, cui est prouidendum. Sed forte Alber. tenuit, quod hoc casu alimenta sint vxori præstanda de fructibus dotis, non etiam de mariti patrimonio. Ideo allegauit *l. fi. C. de ordine cognitio. secundum Alber. sequitur Rebuff. d. gloss. 1. articu. 3. numero 15.* vbi ait, sic fuisse iudicatum, & maiorem subesse rationem præstandi alimenta vxori, dum repetit dotem constante matrimonio propter inopiam mariti, quam matrimonio soluto, *Didac. d. cap. 6. numero 5. ver. quantum ad primum, Lancello. d. limitat. 11. numero 25.* vbi tamen intelligit, quando certa est dos vxoris; & subdit ita fuisse iudicatum, *Cordub. d. §. si vel parens. num. 98. vbi allegat. Socin. & Felin. qui tamen hoc non dicunt.* Sed quidquid sit, conclusio est vera: Constat enim de cōiugio, & nihil opponi potest, quare non sit alenda. Quod si obiicitur, quod maritum dilapidationis accusat, respondebit se agere ad communem vtriusque vtilitatem, attento, quod fructus percipiendi ex dote restituta vel collata in loco tuto, deseruire debent oneribus matrimonij, veluti suprà declaraui.

Alimenta etiam sunt vxori præstanda, dum soluto matrimonio per mortem viri petit dotem † sibi restitui, cum donatione propter nuptias, non dico intra annum luctus, quando dos consistit in pecunia, quia eo casu an alimenta debeantur, satis demonstratum est in precedentibus. Sed dico, quando dos est in bonis immobilibus, & statim vxor iure mortui agit ad illius restitutionem, cum non teneatur expectare † lapsum. *l. vnica. §. exactio, vbi gloss. & Doctores, C. de rei vxor. actio.* Si enim tunc fiat: mora per hæredes mariti, puta quia negent rem dotalem, & causa sit perplexa, tunc iudex præhabita summaria cognitione, mādat alimenta præstari, *secundum Rebuff. d. art. 3. gloss. 1. num. 9.* Idem est, quando lapso anno petit dotem consistentem in pecunia, & hæredes † mariti litigare cogunt. Interim ergo præstabūt alimenta, *idem Rebuff. loco prædicto, num. 15. idem voluit Didac. d. c. 6. nu. 5. ver. quantum ad primum allegat not. in l. pen. ff. vt in poss. legat. & à Bart.* in l. *si neget. ff. de liber. agnos. Menoc. d. quæst. 35. num. 18. & hanc partem tenent gloss. Din. Bar. Bal. Ang. Imola, Roma. Castr. Alex. Ias. Afflict. Paris. Bald. nouel. Campeg. Crau. Didac. Plot. & alij, quos citaui in prima limitatio. in quæstio. an viduæ post annum luctus, præstanda sint alimenta.* Et quando non haberet aliunde, crederem non fore expectandam aliam probationem, quo ad decernendum alimēta, quia in loco præcitato diximus, viduam etiam indotatam alendam esse ab hæredibus viri post annum luctus, ne in opprobrium anteact matrimonij mendicare cogatur. Propterea isto casu non attenditur exceptio obiecta, quod non constet de dote, † cum, siue dotem habeat, siue non, vtroque casu alenda sit, *per ea quæ in simili ponit Hieron. Gabriel. d. cons. 25. num. 12.* facit, quia non est id expectandum, cuius euentus nullum omnino pariturus est effectum, & idem dico, quando dos consisteret in bonis immobilibus, quæ † vxor peteret intra annum.

SVMMARIVM.

1 *Agenti ad bona, quæ sua prætendit præstanda sunt alimenta pendente lite, vide ibi latè.*

2 *Litiganti de omnibus bonis, vel maiori parte, reus tenetur prouidere pendente lite.*

QVÆSTIO CXIX.

ET quia supra multis in locis promisimus dicere, an prouisio fieri debeat soli filio, vel alij, cui de iure præstanda sint alimēta: iustum est nūc quærere, nunquid cessante affinitate, vel alia sanguinis ratione, teneatur conuentus alimenta ministrare ei, qui agit ad bona, quæ prætēdit quouis titulo ad se spectare? Et generaliter ea deberi ante † omnes tradit Hostien. *in tit. de accusatio. §. 1. incip. admittuntur omnes, col. 2. ver. ideoq; regulari*, vbi ait, sæculari subueniendum esse, siue clericus, siue laicus sit, quādo agit ad bona communia, vel in quibus ius habere præsumitur. Quibus verbis ostendit necessariam esse præsumptionem, de qua supra dixi sæpe agendo de prouisione, quæ fit in fauorem filij. Et mouetur Hostien. principaliter *ex d. l. fin. C. de ord. cognit. ex d. l. si instituta, §. si de inoffi. cioso. ff. de inoffi. testam. idem dicit Specul. in tit. de inquisitio. §. fin. num. 2. ver. item sæculari agenti.* Mouetur ex eisdem iuribus, quibus Hostien. ita vt necesse sit alterum ex eis mutuasse ab altero. Et quamuis in vtroque legatur *sæculari egenti*, ego tamen lego *sæculari agenti*. Bene fateor, quod subesse debet inopia, vt detur prouisio, *vt dicam suo loco, & dixi supra in quarto requisito, & prædictam opinionem tenuit Ang. de Perigli. in l. vix certis. ff. de Iudic. per d. l. fin. §. quod si ei. C. de ordine cognitio. Iac. de Puteo in l. insulam. §. fructus. ff. soluto matrimo. quos citat & sequitur Guido Papæ decis. 561. Aret. in c. si qui testium, colum. 3. de testib. vers. secunda conclusio, & hanc dicit esse generalem conclusionem Ioan. Lup. in c. per vestras, in 1. not. ab. ampliat. 18. §. 39. col. 2. ver. ex qua lege infertur donatio. inter vir. & vxor.* Similiter Alciat. *in tracta. de præsumptio. reg. 3. præsumpt. 9. num. 9.* dicit, hoc esse generaliter verum, vbicunq; litigat quis super bonis, quæ prætendit communia, vel ad se pertinere, & habet pro se præsumptionem. *Crau. in cons. 164. nu. 1.* vbi dicit, locum habere pendente lite super hæreditate, vel omnibus bonis actoris. *Did. practic. quæstio. c. 6. num. 5. ver. ego vero quo ad litis.* vbi dicit, quoad ministrandum litis expensas esse generaliter verum in eo, qui litigat super bonis communibus, vel quæ prætendit ad se pertinere, & habere hanc sententiam maximam æquitatem,

tem,etiam quo ad alimenta in quibuscunq; succedentibus ab inteſtato. Et certè ſi eſt generaliter vera quoad ſumptum litis, nõ debet aliter videri quoad alimenta in quocunque extraneo. Quid enim prodeſt actori, quod miniſtrẽtur ſibi ſumptus litis, ſi ob defectum alimentorum cogatur abſtinere, & deſiſtere à proſequutione rerũ ſuarum? Addo quod inter ſumptum litis veniunt ſæpe alimenta, propterea etiam quo ad alimenta, noſtram approbat concluſionem Rebuff. *in d. tomo. de ſenten. prouiſio. in præfatio. num. 117.* Hanc item concluſionem generaliter procedere in quocun-
2 que litigante † de vniuerſa hæreditate, vel eius parte, firmat Cęphal. *in conſ. 127. num. 10. Ioan. Bapt. Aſin. in ſua praxi §. 32. ampliat. 29. Simon, d. lib. 5. interpret. 2. dubitat. 2. in prin. nu. 29. Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 46. num. 5. & faciunt, quæ dicam infra, quæſtione proxima.* nam in eiuſmodi, quantumuis extraneis, omnimo da militat ratio, quæ in filio, vel vxore, *vt ſupra declaraui.* Et licet Guido Papæ, & Crau. loquantur indefinitè, tamen Io. Lup. Alcia. Didac. Rebuff. & alij, intelligũt, quando pro actore prę-ſumptio vrget, & non aliter, ne ſit in facultate cuiuſuis improbi hominis, inſtituẽdo calumnioſum iudicium extorquere per indebitam vexationem alimenta à bonæ fidei, & iuſto poſſeſſore.

SVMMARIVM.

1 *Actori pauperi pendente lite, debentur expenſæ à reo diuite.*
2 *Actori litiganti pendente debentur alimenta à reo locuplete.*
3 *Paupertas non ſufficit, vt actori prouideatur de expenſis lite pendente.*
4 *Pauperi non ita fauendum eſt, vt alteri fiat iniuria.*
5 *Priuilegiatis non eſt ita fauendum, vt perturbentur aliorum iura.*
6 *L. ſi. C. de ordine cognitio. quomodo procedat.*
7 *Sententiæ præſumptio, ſuſpenditur pendente appellatione.*
8 *Multa ſimul iuncta iuuant, quæ ſingula non proſunt.*
9 *Duo vincula ſtrictius ligant.*
10 *Alimenta ſunt plus fauorabilia, quam litis expenſæ.*
11 *Iudex. Præſumitur pro iudice.*
12 *Sequeſtratio fructuum conceditur aliquando ei, qui obtinuit ſententiam pro ſe.*
13 *Appellatio in cauſa alimentorum non ſuſpendit ſententiam.*
14 *Actori pauperi non dantur à reo alimẽta, quando agit actione perſonali, vel reali pro re particulari.*
15 *Actori pauperi fiſcus conuentus miniſtrat alimenta, & expenſas litis, quando agit ad hæreditatem.*
16 *Pauperi litiganti patrocinatur aduocatus, de publico conductus in Galliis.*
17 *Fiſcus vtitur iure priuato, vbi non reperitur in ſpecie priuilegiatus.*
18 *Pauperibus agentibus miniſtrantur expenſæ à domino ciuitatis, qui ſindicatur.*
19 *Sindicatur quando iudex, tũc tenetur pauperibus miniſtrare expenſas.*

QVÆSTIO CXX.

EST quoque non leuis quæſtio, an reus teneatur pauperi actori litiganti prouidere, cum ipſe diues ſit. In qua Ang. *in conſ. 245. numero 4. in fine, ver. præterea, quia tenetur*
1 *aduerſario*, dicit † deberi expenſas *per l. fin. C. de ordine cognitio. l. ſi inſtituta. §. ſi de inofficioſo. ff. de inoff. teſtam. l. fin. ff. de Carbon. edicto. idem voluit Pariſ. de Puteo in tracta. ſindic. in ver. expenſæ, numero 2. folio mihi 124. vbi allegat Specul. quem non inuenio hoc tenentem in tit. de expen. in principio, vbi, prout refertur, dicit procedere ratione inopiæ, allegat etiam Ang. in d. conſ. & in Authen. iuſiurandum quod præſtat. ab his, in principio*, qui dicit, quòd cauſæ pauperum ſunt gratis, & ſine ſportularum ſolutione agitandæ. Et ita ſeruari in Delphinatu, atteſtatur Guido Papæ *in quæſtio. 561.* vbi addit, quòd de publico datur aduocatus miſerabilibus perſonis. Ita quoque infert generaliter Ioan. Lup. *in d. cap. per veſtras, in 1. not. ampliat. 18. §. 39. colum. 2. ver. imò quod plus eſt*, vbi tamen declarat duobus modis, Didac. *pract. quæſtio. cap. 6. numero 5. ver. Ego vero quo ad litis expenſas. vbi dicit generaliter probari à multis, allegat Specul. Aret. & Alciat. in locis relatis ſupra in proximè præcedenti quæſtione*, Neuiza. *in ſylua nuptiali, lib. 6. numero 32. & in conſ. 44. numero 14. & vbi quæ allegat Par. de Puteo, loco prædicto*, Boer. *in deciſ. 303. numero 4.* Rebuff. *in conſtitut. regi. tomo. 1. tit. de ſenten. prouiſio. artic. tertio, gloſſ. fin. numero primo*, vbi tamen nihil allegat, præter ſacram ſcripturam commendantem pauperes, *ſed latius agit in præfatio. numero 117. vbi alios citat, Io. Bapt. Aſin. in praxi iudicia. §. 32. ampliat. 30. qui allegat ſolum Ang. & Boer. in locis prædictis. Addo Lancello. in tracta. attentato. par. 2. capitulo quarto, limitat. 11. numero 20. Simon de Pretis in d. libro quinto. interpret. 2. dubit 2. in princ. numero vigeſimo octauo, vbi allegat etiam Crau. d. conſilio 164. Cordub. in d. l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, numero 47. ff. de liber. agnoſcend.* Et quamuis prædicti omnes loquantur de alimentis, ſeu de ſumptu litis, tamen eadem eſt fermè alimentorum ratio, quia nihil prodeſt actori habere vnde litem ſuſtineat, ſi non habet vnde ſe alat. Addo quod iura, vnde hæc concluſio deducitur, loquuntur non minus de alimentis, quam de impendio litis, vt poteſt videri in tex. *d. l. fin. C. de ordine cognitio. ibi tantum litis ſumptus & alimoniæ homini miniſtrantur*, & in d. §. *ſi de inofficioſo*, dicitur, placuit interim propter inopiam pupilli alimenta pro modo facultatum, &c. Et in ſpecie quòd
2 etiam alimenta † miniſtrentur, ita tenuere Didac. & Simon *in locis prædictis, & hoc voluit Oldr. in conſilio vigeſimo ſeptimo, numero tertio, deciſ. Peruſ. 46. numero 6.*

In contrarium tamen faciunt, quæ ſupra diximus in prima quæſtione, de hac materia: nam
3 paupertas ſola non eſt ſufficiens cauſa, † per quã cogatur reus prouidere actori de alimẽtis, *vt probatur in l. Imperatoris. ff. de tutel. & ratio. diſtrah. vbi Bal. expreſsè notat, & id explicat Ioan. Lup. in d. §. 39. col. 2.* dicẽs, quod debitor non miniſtrat expenſas creditori, *Boſſ. in tit. de alim. præſta. vxo. quod tex. in d. l. imperato-*

peratoris. Clarè probat, quod si ago contra debitorem vel possessorem diuitem, non mihi debentur expensæ litis, quamuis sim pauper. Et Boe. *dicta decis. 303. num. 4.* dicit, se nunquam vidisse seruari, *sequitur Menoch. de arbitr. iudic. casu 169. num. 12.* & nunquam etiam vidisse sim practica, testatur Simon, *d. num. 28.* Et facit, quia pauperibus & eiusmodi per-
4 sonis miserabilibus, non est ita fauẽdum, vt † aliis fiat iniuria, *c. ex tenore, de foro competen. Hieron. ad Rustic. lib. 3. epist. 11.* vbi ait, propter iniustitiam pauperem in iudicio nõ defendas. Et est regulare, quod non ita tuenda sunt iura priuilegiatorum, vt alie-
5 na † perturbentur, *capitu. nolentes, de priuileg. in 6. latè Rebuff. dicta glos. vltima, num. 37. & ad text. in l. fi. C. de ordine cognitio.* Respondet Baldus ibi, numero quarto, locum habere, quia ibi bona erant ablata agen-
6 ti, ideo facilius prouidetur de illis bonis † tanquam de proprio patrimonio, quam de alienis, *sequitur Alber ibi, Ioan. Lup. dicto §. 39. num. 1, in princ. Didac. d. capitulo 6. num. 5. in princ. cum quibus tranfit Cordub. dicto §. si vel parens, num. 47. & 69.* Et videntur hæc procedere etiam lata sententia, nam illa præsumptio, quæ oritur ex sententia, tollitur, vel saltem suspenditur
7 pendente † appellatione, *cap. pastoralis, §. præterea, de offic. deleg. l. furti. §. 1. ff. de his, qui not. infam. Felin. in rub. de appellat. num. 1. Dec. in cap. quoniam contra, num. 33. de probation. Didac. practic. quæstio. cap. 23. num. 1. cum similib.* Persisto tamen in prima sententia per rationes supra allegatas: & non obstat, quod sola paupertas non sit causa iuducendi hanc prouisionem, quia verum hoc est: sed quãdo paupertati accedit præsumptio, quod ius foueat, tunc iusta reputatur cau-
8 sa prouidendi, quia quæ † non prosunt singula, multa iuuãt, *l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alieni*
9 *iur.* Et duo funiculi strictius † ligant, *cap. 1. de treug. & pace, cum aliis, quos citaui in cons. 31. num. 6.* Et hoc probatur *in d. §. si de inofficioso*, vbi sententia fauorabilis iuncta inopia pupilli, præbet iustam causam decernendi alimẽta. Ergo idem erit, quando cum paupertate concurrit præsumptio iustitiæ ex parte actoris, *per ea, quæ dixi in tertio requisito, & declarat Ioan. Lup. dicto §. 39. colum. 2. ver. intellige, quando haberet,* vbi dicit, opinionem Parid. de Puteo in loco supra allegato, procedere, quando actor pro se habet præsumptionem iustitiæ, aliàs non. Ita quoque resoluit Boss. *in d. tit. de alimen. præstan. vxo. num. 2.* vbi postquam constituit regulam negatiuam, limitat cum Bar. non procedere eam, quando pro agente adest præsumptio, quod foueat ius. Et ita procedit *l. Imperatoris, suprà citata.* Nec mouet solutio Baldi ad *l. fina.* quia respondeo, quod eadem subest ratio, quando bona non fuêre ablata agenti, sed constat de bono illius iure præsumptiuè: Nam tunc alimenta decernuntur, tanquam de proprio patrimonio. Et non refert, quod ea nunquam possederit, qui præsens status ille est, quia attenditur, non autem, qui aliàs fuit, vt dicimus de vltima consuetudine, quæ est seruanda, non prima. Ideo videmus *in §. si de inofficioso*, decerni alimenta, licèt non agatur de bonis ablatis, sicuti etiam *in cap. ex parte, de accusatio.* Decernuntur expensæ litis non habito respectu, an bona fuerint alias sua. Et *in dicta l. 1. §. sed etsi incertum. ff. de ventre in poss. mitten.* consideratur id, quod contingere posset, ideo dicitur, melius esse superflua facere impendia, quam alimenta illi negare, qui aliquo casu futurus est dominus.

Non etiam obstat, quod Doctores pro mea opinione citati, loquantur de expensis litis: quia cum alimenta longe sint fauorabiliora, quam litis expensa, si hoc voluntin expensa litis, multo magis locum habebit ea decisiõ in alimentis. Et quod
10 fauorabiliora † sint alimenta, probat in proposito Nicol. de Neapo. *in d. l. Imperatoris.* vbi resoluit dispositionem *§. si de inofficioso*, procedere fauore alimentorum.

Non denique obstat, quod effectus sententiæ per appellationem suspendatur, si non tollitur: quia respondeo, quod etsi appellatio impediat, ne sententia omnimodum suum sortiatur effectum, non tollit in totum, neque suspendit omnes effectus sententiæ, & ideo non obstante appellatione
11 adhuc pro iudice † præsumitur, *secundum Imo. in cap. in præsentia, de renunciat. Dec. in cap. quoniam contra, numero 33. de probatio. vbi allegat Bald. Castrens. & alios, Alciat. in tract. præsum. reg. 3. præsum. 9.* Benè fateor, quòd ista præsumptio non est ita vrgens, ac si non esset
12 appellatum. Aliquãdo etiam operatur, quod † sequestrantur fructus, *vt in Clemen. 1. de sequestr. poss.* vbi alij recitantur effectus sententiæ, etsi in aliis causis multum operatur sententia, non minus operari debet in causa alimentorum. Ideo videmus, quod
13 appellatio † non suspendit exequutionem sententiæ latæ in causa alimentorum, *secundum Bal. in l. 1. ff. soluto matrim. Par. de Puteo. in tracta. sindic. in ver. expensæ. num. 2. folio mihi 124. Bal. Nouel. in tract. dotis, par. 9. specia. 7. in fine, Ioan. Lup. in dicto §. 39. colum. 2. in fine, Ripa in l. 2. num. 4. ff. de re iudic. vbi allegat .... & Felin. in cap. si qui testium, Specu. in dicto titu. de inquisit. §. fina. ver. porrò.* Et dicit in fauore paupertatis, & alimentorum inductum, ne sententiæ exequutio suspendatur per appellationem, *Beniucas. in tracta. pauper. quæstio 7. in 4. specia. iudic. num. 7.* vbi quod pauper pendente appellatione alendus est de bonis sibi per eam sententiam adiudicatis. Non ergo debet mirum videri, quod appellatio non impediat prouisionem, de qua nunc agimus.

Hæc verò, quæ diximus de paupere, procedunt quando peteret, vel vniuersam hæreditatem, vel maiorem partem, secus si personali actione expe-
14 riretur pro † aliquo suo credito, vel pro aliqua re singulari, quam prætendat suam, *vt declarat Io. Lup. d. §. 39. colum. 2. in fi.*

Ampliatur autem principalis nostra conclusio, vt procedat, etiam si litem pauper haberet cum fi-
15 sco, quia is nihilominus tenetur sibi † prouidere, *argumento l. 1. §. quod fiscus. ff. de Carbo. edicto, per quem text. ita dixit Paris. de Puteo, in dicto ver. expensæ, colum. 2.* Hinc dixit Baldus *in l. magis puto, §. in primis, ff. de rebus eor.* deductam fuisse practicam, quæ seruatur in
16 Galliis, vt pauperi litigãti † detur aduocatus sumptibus Regis conductus, *Ioan. Lup. in d. §. 39. colum. 2. in fi. Boer. in decis. 303. num. 4. ver. & idem in fisco, Io. Bapt. Asin. in practic. iudic. d. §. 32. ampliat. 31. Iacobin. in l. vix certis, in fi. ff. de indic. Rebuff. d. præfatio. num. 118.* Fiscus enim,

17 vbi non apparet † de singulari aliquo priuilegio, sibi concesso, vti debet iure priuati.

Et Paris de Puteo, loco prædicto, *col. 1.* ampliat,
18 procedere etiam in domino † ciuitatis, qui, vbi sindicatur à superiore, tenetur pauperibus querelas porrigentibus ministrare expensas, hoc etiam in
19 iudice † sindicato intelligit Io. Lup. loco prędicto.

SVMMARIVM.

1 *Monacho accusanti abbatem ministrantur interim expensæ à ministerio.*
2 *Monacho litiganti debentur à monasterio expensæ, non solum pro sustinenda, sed etiam pro exequenda lite.*
3 *Monacho agenti contra abbatem, ad propriam vtilitatem, non ministrantur interim expensæ à monasterio.*
4 *Argumentum à seruo ad monachum, est regulariter valitum.*
5 *Monachus non potest accusare abbatem sine licentia, alias non consequitur prouisionem pendente lite.*
6 *Monachus dicitur mortuus mundo.*
7 *Monachus caret arbitrio.*
8 *Monachus non potest quemquam accusare, præter abbatem proprium.*
9 *Monacho agenti ad propriam vtilitatem, si est pauper, & agat principaliter ad alimenta, prouidendum est.*
10 *Canonico regulari litiganti contra suum superiorem, prouidendum est à monasterio.*
11 *Subdito cuicunque agenti contra prælatum suum, prouidetur medio tempore.*
12 *Clerico agenti ad vtilitatem ecclesiæ, prouidetur ab ecclesia.*
13 *Præmium, cui debetur, ei non est dandum dispendium.*
14 *Clericus qui aliquid de proprio impendit ad vtilitatem ecclesiæ, illud repetit.*
15 *Clericus secularis accusat aliquem ad vtilitatem ecclesiæ, non consequitur ab ea sumptus.*
16 *Monachus alium accusans, quam abbatem, non consequitur ab ecclesia expensas, & alimenta, nisi id faciat ad ecclesiæ vtilitatem.*
17 *Vtile negotium dicitur, quando benè successit.*
18 *Negotium inutiliter dicitur gestum, quando gerens succubuit.*
19 *Principium attenditur in iudicando, si est vtile.*
20 *Gerens aliena negotia, non petit expensam antequam fecerit, sed factum repetit.*
21 *Procurator repetit impensam, quam pro domino fecit cum mandato, siue inutilis sit, siue non.*

QVÆSTIO CXXI.

1 MONACHVS, qui accusat abbatem suum, interim est alendus † de bonis monasterij, si proprium non habet, *cap. ex parte, de accusatio. 17. quæstio vltima, §. fina. glos. in l. si instituta, §. si de inofficioso, in ver. decerni. ff. de inofficio. testam in l. fina. in ver. sumptus. C. de ordine cognitio. Archid. in cap. cum pastoralis, 2 quæstio. 7. in c. quanquam, distinctio. 23. Specul. in titu. de inquisitio. §. fina. in princip. Rota in decis. 619. in antiquis, & decis. 335. in nouis, Bal. in l. etiam, numero 3. C. mand. & in l. Imperatoris. ff. de tute. & ration. distrah. hoc idem voluerunt Bartolus, Ange. & alij, in dicto §. fide inofficioso, vbi dicunt notandum, Ananch. in dicto capitulo, ex parte, num. 3. versic. nota casum,* vbi dicit dari tunc actionem monacho aduersus Abbatem, pro alimentis, *sequitur ibi Felyn. Afflict. in decis. 10. numero 2. & dicit Alberic. in l. fina. C. de ordine cognitio. quod ita seruari vidit in Romana curia, idem ait in dicto §. si de inofficioso, numero 2. Ioan. Lup. in dicto capitulo per vestras, in primo notab. ampliat. 18. §. 39. num. 2. de donat. inter virum &*
2 *vxorem,* vbi dicit, expensas deberi, † non solum pro sustinenda, sed etiam pro exequenda lite, *Barbat. in dicto cap. ex parte, Aufre. ad Capell. Tolos. quæstio. 88. Iacob. de Are. Ange. & Castrens. in l. vix certus. ff. de iudic. Rebuff. in constitut. reg. tomo primo, tit. de senten. prouisio. in præfatio. numero 103. Cæphal. in consilio 127. numero 9. Benincas. in tracta. de pauper. in 7. quæstio. princip in 2. specia. iudic. numero 4. Ioan. Bapt. Asin. in sua praxi iudic. §. 32. ampliat. 26.* vbi in fine dicit, rationem esse, quia cum nihil habeat lite pendente, fame periret, ideo subueniendum est eis de alimentis & sumptibus litis, *Lancello. in tracta. de attenta, par. 2. cap. 4. limitat. 11. num. 20.* vbi *num. 28.* ampliat etiam, quando monachi electi essent inter se discordes; & addit sic fuisse iudicatum, & *num. 30.* declarat, procedere solum, quando esset in possessione monachatus, in quo tamen dic secundum supradicta, sufficere præsumptionem aliquam monachatus, *Simon de Pretis in dicto tracta. de coniectu. vltim. voluntat. lib. 5. interpret. 2. dubit. 2. in princip. num. 12. & 13. Boer. decis. 324. num. 4. Menoch. tracta. præsump. quæst. 35. num 2.* vbi allegat etiam *Alciat. & Cordub. Ioseph. Ludou. decis. 46. num. 4.* Quæ tamen sententia
3 restringitur, vt procedat, quando ageret † ad vtilitatem monasterij, secus si ad propriam. Ideo Bald. *in dicta l. Imperatoris,* dicit, tunc monachum non alendũ, quando conqueritur de persona Abbatis, non autem de bono ecclesiæ, quod tamen non placet: quia cum interfit ecclesiæ habere bonum prælatum, satis dicitur monachus prosequi vtilitatem ecclesiæ, quando accusat personam Abbatis, *Felyn in dicto cap. ex parte, colum. 1. de accus.* vbi quod monachus detegendo delictum prælati meretur, *cap. 1. per totum, 5. quæstio. 1.* Et supradicta conclusio deducitur à lege fina. *C. de ordine cognitio.* Quæ etsi
4 loquatur in seruo, tamen extenditur ad monachum: valet enim argumentum de vno † ad alium, quando conuenit materia. *l. Pedius, §. fina. ff. de arbitr. l. cum prætor, §. fina ff. de iudic. declarat Rebuff. in d. præfatio. 103.* Et debet tamen monachus antequam accu-
5 set, petere licentiam, antequam agat † ad prouisionem, *vt voluit Archid. in d. cap. ex parte, sequitur Felyn. ibi, colum. 1. & colum. 2. ver. vtrum autem requiratur, vbi allegat Ioan. And. & Rofred. licèt contrarium tenuerint Butr. & Abb. ibi, vt per eum Rebuff. d. num. 103. vbi allegat Franc. March. decis 126. in 1. par.* Et non debet mirum videri,
6 quòd monachus, † qui est mortuus mundo, *c. placuit, 16. quæst. 1.* & qui caret † arbitrio, *c. si religiosus. & c. nullus, de electio, in 6.* Admittatur ad accusandum,
8 nam non ei permittitur alium accusare, quam proprium Abbatem, *vt d. c. ex parte, vbi Ananch. not. in princ.* non etiam impedit ratio subiectionis fidelitatis, & obedientiæ, quia est solum obligatus in rebus honestis & licitis, *d. c. ex parte,* vbi Felyn, *in princ.* dicit, quod semper prosequitur vtilitatem monasterij, quando accusat Abbatem. Sed ego dico, quod plus tenetur religioni, & monasterio, quam

Abbati,

Abbati, *argumento auth. multo magis. C. de sacros. eccles.* Ideo pro vtilitate monasterij potest accusare Abbatem, *vide de hoc Hostien. in summa de accus. §. 1. colum. 1. & 2.* Quamuis autem monacho pro sequenti propriam causam, vt, quando dicit se à superiore, vel alio iniuriatum, non teneatur monasterium prouidere, *dicto capitulo, ex parte*, tamen si principaliter petat subministrari sibi expensas, & nihil omnino habeat vnde possit viuere, decernentur sibi ali-
9 menta † à superiore porrecta supplicatione, *ita Rota in decis. 799. Sciendum est, quod dicitur.* vbi etsi nulla allegetur ratio, licèt tamen coniicere, quod non est iustum quod fame pereat, vel etiam mendicet in opprobrium monasterij, *Bellam. decis. 159. in casu, Rebuff. loco prædicto, num. 107.* vbi dicit, esse monacho prouidendum per Abbatem, sicuti filio per patrem, addit, quod sæpè superiores religiosorum solent sæuire in subditos, & *num 103.* dicit, quod si alimenta peteret ab Abbate frustra experiretur, quia vel nunquam, vel sero minus prouideret, *Asinius d. §. 32. ampliat. 27.*

Et quod dicitur de monacho, procedit etiam
10 in canonico † regulari litigante contra suum superiorem, quia & ipse nihil habet proprium, *Alber. d. l. fina. C. de ordi. cognitio. Iacob. d. l. vix certis, num. 4. Rebuff. loco prædicto, num. 106.*

Imò extenditur ad quemcunque subditum a-
12 gentem † contra suum prælatum, *glos. in dicta l. fina. Specul. de inquisitio. §. fina. sequitur Boss. in tit. de alimen. præstan. vxo. num. 1. in princip. Ascan. in dicto tracta. de patr. potesta. effect. 17. num. 12. Simon d. interpret. 7. dubitat. 2. in princip. Rebuff. d. præfatio. 107.* vbi dicit procedere in quocunque religioso, quia in omnibus eadem est ratio, *allegat Socin. in cons. 99. & 101. volum. 3. Ioan. Baptist. Asin. d. ampliat. 27.* vbi intelligit, dummodo agat pro vtilitate ecclesiæ. Cum tamen, vt dixi, idem sit quando ad proprium commodum experitur, &
22 idem est in clerico † seculari, qui causam agat ad vtilitatem ecclesiæ suæ, quia consequitur expensas ab ecclesia, *vt probat Specu. in tit. de inquisitio. §. fina. num. 2. ver. porrò cum inquiritur.* vbi dicit, quod si monachus sit, siue clericus secularis, repetit expensam ab ecclesia, *cap. pen. in fi. de accusat.* quia dispen-
13 dium habere non † debet pro eò, pro quo præmium meretur. *cap. sanè. de renunciat. cap. peruenit. de fideiusso.* & loquitur, quando inquiritur de statu ecclesiæ, *Oldrad. idem tenet in cons. 38. Thema tale est, quidam, num. 2. ver. nisi esset talis persona, Butr. & Henric. Boic. in cap. ex parte, de accusatio. Ananch. ibi, num. 2. qui dicit hoc procedere indistinctè, Abb. in cap. pro causa, num. 1. de procur.* vbi quod nedum extraneus, sed etiam qui-
14 libet ecclesiæ consequitur expensas † quas fecit pro ecclesia, imò etiam rector ecclesiæ, si quid de proprio patrimonio impendit in vtilitatem ecclesiæ repetit. Et de eo testatur Rebuff. *in d. præfatio. num. 109. Asinius d. ampliat. 27. Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. si vel parens, num. 56. ff. de lib. agnos. Menoch. d. q. 35. num. 31. & præter omnes addo Hostien. in sum. de accusat. §. 1. incip. admittuntur omnes, colum. 1.* vbi dicit, non solum regularem, sed etiam secularem clericum consequi alimenta, quia nihil refert, quod de iure non possit habere proprium, vel quod de facto nihil habeat, imò subdit fortius prouidendum esse seculari, quàm regulari, *Lup. d. §. 39. num. 6.*

Hoc tamen declara, vt non procedat, quando
15 talis clericus secularis accusaret, † quia tunc non habet sumptus ab ecclesia: illaudabilis enim intentionis genus arripuit, *c. si episcopus, 2. quæst. 7. Specu. in tit. de inquisitio. §. si. in princ. Hostien. §. admittuntur omnes. colum. 1. ver. hoc autem quod dictum.* Sed Ananch. *in d. c. ex parte*, tenet contrarium, *num. 2.* verum Butr. *num. 6.* tenet primam, & allegat multos.

Item, aduerte quod monachus, qui alium accu-
16 saret præter Abbatem, † non consequeretur alimenta, vel expensas à monasterio, nisi accusaret pro ecclesiæ vtilitate, *secundum Ioan. And. quem citat & sequitur Butr. in d. c. ex parte, num. 13. de accusation.*

Ad dignoscendum autem, an actus sit vtilis, dic
17 quod si res bene † successit, negocium dicitur vtile, *cap. quicunque, 12. quæst. 4. cap. vt præterita, de electio. ita dicit per ea iura Oldrad. in cons. 38. num. 2. in ver. secundo attendendum.* vbi infert, quod petuntur ab eo, qui gessit negocium: si verò malè successit, negocium
18 præsumitur malè gessisse, qui † in eo succubuit, *l. ità tamen. §. in hac. ff. de iudic. solu. glos. in cap. cum pro causa. in glos. fina. de procurato. vbi Abb. in cap. fina.* Si vero fuit inspecto initio vtiliter cœptum, sed sine mea culpa, non est perductum ad bonum exitum, repetuntur
19 sumptus, quia initium attenditur † in iudicando, si est vtile, *l. sed an vltro. ff. de neg. gest. Abb. in d. cap. cum pro causa, in fi. Oldra. in d. cons. 38. num. 2.* vbi inquit, sufficere, quod prima facie, & apparenter prosequatur vtilitatem ecclesiæ: aliàs vero, cum subest probabile dubium, sitne vtile vel inutile, desistendum est à principio & vlterius non progrediendum. Regulariter gerens aliena negocia, nihil expensa-
20 rũ petit à principio, sed datur † actio ad repetendum iam factas vtiliter, *l. qui aliena. §. fin. ff. de neg. gest. l. sicut municipium, in 2. respon. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Oldra. in cons. 38. num. 2.* Quæ vera sunt vbi quis gerit aliena negocia, sine mandato, quia si habet
21 mandatum, non fit distinctio, † an gesserit vtiliter, sed qualecunque sit negocium repetit expensam, *l. etiam, C. mand. glos. fi. in d. c. cum pro causa, vbi Abb. circa finem.* Sed quando non extat mandatum, vide Ang. *cons. 245. num. 4. & 5.*

SVMMARIVM.

1 Seruus litigans cum domino alendus est in lite pendente.
2 Vasallus litigans cum domino si pauper sit, venit interim alendus, si habet præsumptionem pro se.

QVÆSTIO CXXII.

1 SERVVS item litigãs cum domino, alendus est † lite pendente. *vt est tex. clarus in d. l. fi. C. de ord. cognitio.* vbi dominus conuentus, ei subministrat alimenta, si non habet aliunde. *Doctores in c. ex parte, de accusatio. Ange. in l. vix certis. ff. de iudic. Rebuff. in d. tomo 1. de senten. prouisio. in præfatio. num. 103. Asin. in prax. iudic. §. 32. ampliat. 28. Simon de conect. vltim. voluntat. interpretat. 2. dubitat. 2. in princip. numero 13. Socinus iunior in cons. 8. num. 6. volum. 3.*

vbi tamen intelligit, quando seruus erat in possessione, seu quasi.

2 Idem est in vasallo litigante †contra dominum, quia si non habet aliunde, dominus debet ei prouidere, si pro illo est præsumptio, secundum Menoch. *in d. tracta. præsumpt. quæst. 35. num. 22.* qui allegat Glos. Socin. iun. & Boer. loquentes de seruo & clerico, non de vasallo, sed decisio sua est vera, & ratione iuuatur.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratis bonis semper dominus est de illis alendus, vide tamen ibi.*
2 *Dominium præsumitur ex possessione.*
3 *Bona mobilia existentia in domo mariti præsumuntur mariti.*
4 *Bona mobilia in domo vxoris extantia, præsumuntur illius esse.*
5 *Sequestratis bonis dominus ex eis non alitur, quando venum de tribus concurrit.*
6 *Delictum non præsumitur.*
7 *Sequestratis bonis extra domicilium, an ex eis alendus sit dominus.*
8 *Priuationis bonorum iudicio pendente reus est de illis bonis alendus.*

QVÆSTIO CXXIII.

SEQVESTRATIS bonis, semper dominus rerum positarum sub sequestro, ali
1 debet de †illis bonis, *vt probat tex. in l. fina. C. de ordine cognitio. & facit in argumentum l. si neget, ff. de libe. agnoscen. l. sed etsi, ff. de Carbo. edict. ponit expresse Baldus in dicta l. fina. numero 4. Alber. num. 1.* vbi ponit exemplum in mercatore, cui extra forum suum existenti fuerunt sequestratæ merces, *Bartolus tracta. de alimen. numero 44.* Et Salicetus, *in l. si fideiussor, §. fina. ff. qui satisd. cogan.* inquit, legem illam esse ad hoc vnicam, *glos. fina. in cap. ex parte, de accusatio. vbi Felin. numero 4. Iason dicto §. fina. numero 30. Curtius in tracta. de sequestr. numero 20. Rebuff. tomo primo, de sentent. prouisio. in præfatio. numero 116. Cordub. in l. si quis à liberis, §. si vel parens, numero 45. & 51. ff. de liber. agnoscen. Menoch. de præsumptio. quæstio. 35. num. 23.* vbi ait, duo esse necessaria. Primum, quod pro illo sit præsumptio, secundum quod non habeat aliunde. Sed primum non est necessarium, quia bona semper illius esse præsumuntur, penes quem sunt re-
2 perta, quia, vt dixi, ex possessione † præsumitur dominium, *Bart. in l. cum res, in secunda lectu. C. de probatio.* Alios citaui supra circa primum requisitum, dum tractaui de alimentis præstandis filio agenti ad paternam hæreditatem. Hinc mobilia existentia in
3 domo † mariti, præsumuntur mariti, *secundum Bal. in l. ob maritorum, num. 3. ver. reuoco in dubium, C. ne vxor pro marito, Salicetus num. 6. Alciat. in tract. præsump. reg. 3. præsump. 26. numero 9. Anchar. mod. famil. quæstio. lib. 1. quæstio. 7. num. 1.* Sicuti præsumuntur vxoris, quan-
4 do eius erat domus, † & maritum induxerat, *Salice. dicta l. ob maritorum, numero 7. Socinus in cons. 128. numero 2, volum. 1. Anchar. loco prædicto, num. 3.* Ideo non est opus alia probatione, præcipuè cum petendo illi sequestrari merces, videatur quis illum confiteri in dominum & possessorem earum. Et Rebuff. lo-
5 co prædicto limitat † tribus modis. Primò, quando diceretur illa bona esse furtiua: secundo, quando mercator haberet aliunde: tertiò, quando pauca admodum esset, & modici valoris. Quoad primum, vbi non haberet aliunde, crederem non suf-
6 ficere, quia † non præsumitur delictum. *l. marito. ff. pro socio.* Antequam vero probetur, est de eis alendus. Quod si laboret præsumptio, tunc aliud esset dicendum. Quo vero ad tertium stante inopia, prouidendum esset de illis bonis, ne dominus fame pereat. Ideo iustè monet Rebuff. quod iudex causa inquirat veritatem. Cordub. item, *dicto numero 51*, limitat, quando sequestratio fit extra lo-
7 cum domicilij ipsius † domini, sed etsi fiat in loco domicilij, nihil refert, dum tamen non habeat aliunde. Et an haberi debeat ratio bonorum, quę habet alio in loco, vel in separata prouincia, videri potest, quod in simili ponit Rebuff. *dicto titu. de senten. prouisio. art. 1. glos. 2. num. 2.* & pro huius quæstionis decisione faciunt, quæ supra diximus de clerico suspenso, vel depositio, cui sunt nihilominus ministranda alimenta de fructibus beneficij. *Et l. si. C. de ordine cognitio.* loquitur fortius in eo, qui fuerat bonis spoliatus.

Idem est, quando promisit quis sub pœna amissionis omnium bonorum, facere certum quid, quod exinde non fecit: dum enim lis agitur super
8 priuatione, † alimenta decernuntur. *argumento l. pupillus. ff. de priuileg. cedit. Rebuff. in dicta glos. num. 114. sed ante eum Alber. dicta l. fina. C. de ordine cognitio. Cordu. dicto §. si vel parens, num. 53.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier, quæ ventris nomine fuit in possessione, non imputat sibi alimenta, quæ percipit, nisi dolosè dixerit se prægnantem.*
2 *Filius non restituit patri alimenta, quæ recepit pendente lite super filiatione.*
3 *Mulier succumbens non restituit viro alimenta, quæ percepit pendente lite super matrimonio.*
4 *Alimenta, quæ lite pendente dantur iure prouisionis, neque imputantur, neque restituuntur.*
5 *Emptor in redhibitoria restituit non solum fructus, sed quod receperat, & quod mancipiū tardius tradiderat.*
6 *Solui bus idem, iura non permittunt.*
7 *Condictio indebiti datur, quando causa deuenit ad non causam.*
8 *Sententia quando reuocatur eo, quod titulus deuenit ad non titulum, tunc fructus restituuntur.*
9 *Restitutio quando fit legis dispositione, tunc veniunt pœnæ & aliæ accessiones.*
10 *Generalis dispositio debet generaliter intelligi.*
11 *Ratio generalis ampliat dictum.*
12 *Specialitas non debet allegari, si non extat ratio.*
13 *Factum legitimè, non debet retractari.*
14 *Tempus motæ litis attenditur, vt cognoscatur, si erat præsumptio pro actore.*

QVÆ-

QVÆSTIO CXXIIII.

DVBIVM est, an alimenta sic per modum prouisionis præstita filio, vel alij agenti, sint deinde imputanda actori, si obtineat, vel per eum restituenda, si in causa succumbat. Et sicuti varias personas hæc quæstio respicit, ita variæ sunt resolutionum sententiæ. Quod enim attinet ad mulierem, quæ ventris nomine percepit alimenta, certum est, quòd ea non
1 tenetur restituere alimenta, † quæ percepit, nisi per calumniam se prægnantem dixerit, *l.1.§.interesse, ff.si mul. vent. nom. in posses. calum. cau. esse dicat.* Id tamen non potest trahi in consequentiam, quia alimenta non præstantur matris intuitu, sed filij existentis in ventre, qui aliter non potest alimenta habere, nisi per matrem.

Quo verò ad ea, qui pater filio præstitit, pendente lite super ipsa filiatione, ea quoque non re-
2 stituuntur, si filius † succumbat. *ita voluit glos. in l. fi. C. de Carbo. edicto, per tex. in dicto §. interesse, & per l. si instituta, §. si de inofficioso, ff. de inoffic. testam. & per alia iura ibi allegata, eiusque sententiam sequuntur communiter Doctores iuris ciuilis, vt attestatur Didac. practic. quæst. cap. 6. in fine, cum quo transit Lancello. in tract. de attenta. par. 2. cap. 4. limitat. 11. num. 27. Afflict. in decis. 152. numero 4. in fine, & ante hos Castrens. in l. qui de inofficioso, numero 5. ff. de inoffic. testam.* vbi dicit, rationem esse, quia sanctius est, quod filius fuerit alitus de alieno contra ius, quàm quod facta probatione quod sit filius, fame decesserit, *sequitur Franc. March. in decis. 364. in fine, in 2. par. eam quoque glos. sequitur Rebuff. tomo 1. in constitut. Gal. tit. de senten. prouisio. artic. 3. glos. 1. num. 22. Cordub. in dicta l. si quis à liberis, §. si vel parens, num. 54. ff. de libe. agnoscen. Ludou. Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 16. num. 43. quem citat & sequitur Menoch. de præsumpt. quæst. 35. num. 37.*

Similiter dum agitur super matrimonio, mu-
3 lier, † quæ interim percipit alimenta à viro secundum supradicta, non ea restituit in casu succumbentiæ, *vti concludit Afflict. in decis. 152. num. 4.* Mouetur ex textu *in §. interesse*, & per ea, quæ dixi de filio, cui datur ex Carboniano edicto possessio in causam alimentorum, *sequitur Menoch. d. quæst. 35. num 37.*

4 Generaliter autem in aliis causis † neque imputanda, neque restituenda esse alimenta, quæ lite pendente, loco prouisionis dantur, probat Masue. *in sua praxi, tit. de possess. num. 27. per tex. in dicto §. interesse, quem prius allegauit glos. in dicta l. fina. C. de Carbon. edicto, & dicit Masuer. quod ita seruatur in Parisiensi Senatu, cum eo tenet Boer. in decis. 324. num. 3. & seq. vbi allegat doctrinam Bart. in l. si pignori, ff. de pignor. actio.* vbi, qui obtinet in causa principali, non recuperat expensas, quas soluerat ratione contumaciæ, *Rebuff. in d. articu. 3. glos. 1. num. 22. vbi dicit ita seruari vidisse in curiis Franciæ.* Mouetur & ipse illa Bart. decisione, quam ego comprobaui *in cons. 64. per totum*, quia decisio optimè procedit, quando propter moram, vel contumaciam decernerentur alimenta, vti fit in causa retarditate solutionis dotis, vel similibus aliis. At vbi dantur per modum prouisionis nulla concurrente mora, illa decisio non facit ad propositum, quia cessat ratio propriæ culpæ seu delicti, per quam tunc denegatur repetitio, *l. quod à quoquam, ff. de reg. iur.* At quæ mora vel culpa imputari potest ei, qui in causam obtinuit, & qui nihil omnino debebat: qui enim succubuit, præsumitur non fouisse iustam causam, *argumento l. cum tamen, §. in hac. ff. iudi. solui: cum ea quoque sententia transit Ludo. Molin. dicto cap. 16. num. 42. & Menoch. dicta quæstio 35. num 36.*

Contrarium tamen probauit Didac. *pract. q. d. c. 6. num. 7. ver. quartum hu ipse.* Mouetur per tex. *in l. cum autem §. cum redhibetur mancipium, ibi, quòd tardius*
5 *hominem ei restituit, ff. de ædilit. edicto.* vbi emptor † restituit non solum fructus, sed etiam, quod à venditore acceperat, pro eo quòd mancipium tardius tradidisset, atque ita addit, quod fuerat consequutus, propter moram venditoris. Confirmat etiam ratione, ne inuitentur pauperes ad temere agendum ea spe inducti, quod interim recipient alimenta, dum lis agitabatur, quę inde succumbendo erunt eius lucro. Et subdit hanc opinionem veriorem esse, & nunquam vidisse contrariam admitti. Ad tex. *in §. interesse*, respondet speciali fauore concessum ventri, cum satius sit ali nõ alendum, quàm fame necare eum, qui non modo esset alendus, sed etiam vbi nasceretur, foret dominus bonorum, *vt dicitur in l.1. §. sed si incertum. ff. de ventre in posses. mitten. idem tenet Cordub. d. §. si vel parens, num. 54.* Addo, quod restituenda vel imputanda esse alimenta probari videtur *in l. fina. in fine, C. de ordine cognitio. ibi enim. prout ibi intelligit Bal. num. . . . & Io. Lup. in d. cap. per vestras, in 1. not. ab. ampliat. 18. §. 39. in princ. de donat. inter virum & vx.* Ideo decernuntur alimenta, tanquam de bonis propriis illius actoris, non tanquam de alienis, & tetigi supra, dum tractaui, an cuicunque pauperi agenti decernantur alimenta. Si verò dantur tanquam de bonis propriis, vtique in casu victoriæ erunt imputanda, & tanto minus capiat actor, qui obtinuit, aliàs plus reciperet, quam sibi debeatur,
6 contra iura vulgata, & bis † idē consequetur, contra *l. bona fides. ff. de reg. iur.* In casu vero succumbentiæ erunt restituenda, quia data fuêre in causam, quæ erat falsa, id est, tuta sunt tanquam fratri, vel filio, vel aliter ius habenti in bonis; cum tamen ius non haberet. Datum autē ex causa restituitur causa non sequuta, *vt toto tit. ff. de cond. ob causam*, & vbi
7 causa † deuenit ad non causam, tũc repetitio conceditur, *l. si fullo, ff. de cond. sine causa. Rom. l si vero, §. si de viro, num. 270. ff. soluto matrimonio.* Ad idem est tex. *in l. filio, §. contra tabulas, ff. de inoffic. testam.* per quem Roman. *in cons. 454. colum. fi.* dicit, quod vbi reuocatur
8 sententia, † cuius vigore quis tolerabatur in possessione, restituenda est res cum fructibus, quia titulus deuenit ad non titulum. *Sequitur Natta in cons. 535. num. 12. & hãc difficultatem sensit Rebuff. d. art. 3. glos. 1. num. 22. licet inde non resoluat.* Prima opinio est non solum approbata, sed etiam verior & humanior, & ei non obstat *§. cum redhibetur mancipium*, quia est in redhibitoria speciale, quod non solum fructus veniant, sed etiam quæ venditor soluerat ratione moræ, *ita post Cæpol. ibi, num. 2. in fine, declarat Menoch. d. quæstio. 35. num. 37.* Specialitatis autem ratio est, vt

omnia in pristinum restituantur. Addo etiã, quòd
9 vbi restitutio fit ex legis dispositione, non † attendimus habilitatem, nec quod ius fuerit iam incorporatum, ideo veniunt pœnæ & accessiones, quas venditor non erat percepturus, *secundum Bal. in l. prædium, num. 5. in fi. C. de ædilit. actio. vbi dicit esse notandum, sequitur Caballin. in tracta. de ædilit. actio. cap. 2. num. 52.* Plenior est semper restitutio, quæ fit à lege, quàm quæ ab homine. Ad rationem, quod pauperes inuitentur ad mouendum indebitã molestiam, respondeo, calumniam hanc cessare, auertique omnem suspicionem temeritatis, ex præsumptione, quæ est omnino necessaria, antequam Iudex actori decernat alimenta in bonis, quæ petit, *vt diximus suprà in tertio requisito.* Nullo enim casu erit locus suspicioni, quãdoquidem aut pro actore est sententia, vel boni iuris præsumptio, & tunc cessat suspicio calumniæ: aut non extat, & tunc Iudex non decernit. Nec *in §. interesse*, quid considerari potest quid specialitatis, quare mater minus restituat alimenta, quàm quiuis alius: ea enim ratio, quod melius sit non alẽdum alere, quàm fame necare eum, qui aliquo casu futurus est dominus, concernit non restitutionem alimentorum, sed illorum prouisionem. Et per ea mouetur textus ad decernendum alimenta ventri, non ad statuendum, quod non restituantur, ideo ad restitutionem referri non potest. Addo quod illa ratio *§. sed et si incertum*, non est specialis in ventre prægnante, sed est generalis in omnibus, qui agunt ad bona tãquam propria, & non habẽt aliunde, & per Doctores trahi-
10 tur ad alios casus, ideo generaliter in † omnibus debet locum habere, *l. de pretio, ff. de publiciana act.* Et
11 generalis ratio † ampliat dictum, *l. regula, §. si quis ius ignorans, vbi Bart. ff. de iur. & facti ignorant. dixi in cons. 67. num. 21. & in cons. 96. num. 20.* Præterea allegare spe-
12 cialitatem non debemus, vbi nulla † extat ratio, *glos. in l. filium quem habentem, C. famil. erciscun. Castren. Ripa & alij, in l. 1. ff. soluto matrimonio*, atque ratio specialitatis allegari potest in ventre prægnante, quæ non militet in aliis. Imo considero minorem subesse rationem eo casu, quam in aliis. Etenim aliis non decernuntur alimenta pendente lite, nisi stante inopia, *vt declaraui in quarto requisito.* Ventri autem prægnanti dantur alimenta, etiamsi mater diues sit, vel aliunde habeat. *l. curator. ff. de ventre in possess. mitten. & dixi supra in quæstione, an ventri prægnanti debeantur alimenta.*

Postremò non aduersatur, quod prouisio fiat tanquam de bonis propriis eius, qui agit, quia dico verum esse, quoad hoc, vt non prius decernantur quàm constet apparenter, vel præsumptiuè, quod sint sua, vel ad eum spectent, qua cognitione præmissa Iudex ita decernit, quasi sibi constet ea pertinere bona ad actorem. Quod si in progressu causæ contrarium appareat, non infertur ad
13 restitutionem: nam quod semel † est legitimè constitutum, non destruitur, licèt ad casum deueniat, à quo non potuisset incipere, *cap factum legitime, de regulis iuris, in sexto, l. in ambiguis. §. non est nouum, ff. eodem titulo.* & non dicitur hoc casu causa deuenire ad non causam, quia etsi præsumptio cessat lata sententia, quæ à principio litis militabat, tamen si consideretur res in eo statu, vt tunc erat, semper
14 fuit vtilis constitutio, & is † status est considerandus, *l. sed an vltro, ff. de nego. gest. Abbas in cap. cum pro causa, in fi. de procur.* Crederem tamen imputanda fore actori, quando sententiam obtineret etiam cum fructibus, quia non debet consequi fructus rerum & alimenta.

SVMMARIVM.

1 *Factum, quod non releuat, non debet fieri.*
2 *Fraudatorius actus fieri non debet.*
3 *Fideiussorem inuenire difficile est.*
4 *Fideiussio non est necessaria, quando actori prouidetur de alimentis.*

QVÆSTIO CXXV.

SI verum est, quod supra proxima quæstione docuimus, alimenta filio decreta atque aliis personis data, non esse restituenda, vbi is in causa succumbit, inferri ferri potest sine hæsitatione, non esse necessariam cautionem, quando decernuntur alimenta, quia
1 fieri † non debet, quod factum non releuat, *Ruin. in cons. 42. num. 8. volum. 4.* & lex abhorret actus fru-
2 stratorios, † *l. vnica, C. de thesaur. libro 10. l. prima, in fi. ff. ad municip.* & difficile est fideiussorem inuenire,
3 † *l. 2. §. penult. ff. de iudic.* præcipuè in eo, qui nihil possidet, & est egenus, qualis esse debet filius, vel alius, qui petit sibi lite pendente prouideri de ali-
4 mentis. *Atque ita tenuit † Masuer. in sua praxi, in titu. de possess. numero 27. sequitur Menoch. in tracta. de præsumptio. quæst. 35. num. 39.* Sed contrariam amplectitur *Didac. practic. quæstio. cap. 6. numero 7. versic. quartum his ipse addere. vbi dicit, esse receptissimum, Cordub. dicta l. si quis à liberis, §. sicut vel parens, numero 54. ff. de liber. agnoscen. Molin. in dicto tracta. primogen. Hispan. libro 1. cap. 16. numero 43. vbi ponit formulam fideiussionis.* Et mouetur Didac. rationibus, quas præcedenti quæstione confutaui. Cordub. autem mouet dubium ex dicto Bal. *in consilio 207. volum. tertio, prout eum sequitur citando Gozadinus, in consilio quadragesimo septimo, numero decimo, in fine.* vbi inquit, quod fideiubere non tenetur is, qui petit alimenta, Sed Baldus & Gozadinus, non loquuntur in nostro proposito, sed de fideiussione vtendi & fruendi, arbitrio boni viri, quæ est necessaria in vsufructuario, qui termini longè à nostris distant. Verius est itaque cautionem minimè esse necessariam, nec placet concordia, quam ex Ludouico Molino adducit Menoch. *dicta quæstione 35. numero 38.* quia vbi iudex suspicatur de calumnia vel fraude, non debet alimenta decernere, stante conclusione firmata in præcedentibus, quod non debeantur, nisi stante præsumptione pro actore.

SVMMARIVM.

1 *Sententia prouisionis in fauorem filij non probat filiationem.*
2 *Exceptio rei iudicatæ non obstat, nisi tria copulatiuè concurrant, vt ibi.*
3 *Sentẽtia in summario iudicio lata, non nocet in plenario.*

4 Proba-

4 *Probationes facta in causa summaria, non probant in plenaria.*
5 *Sententia in causa leuioris cognitionis, non parit exceptionem rei iudicatæ in causa plenioris.*
6 *Prouisio lite pendente fieri non debet, quando iudex prouidendo decideret principalem causam.*
7 *Educatio est actus, qui tendit ad probandum filiationem.*
8 *Filiatio probatur per educationem.*
9 *Educatio sola non probat filiationem.*
10 *Sententia super incidenti nocet in causa principali.*
11 *Probatio plena facta in iudicio summario, nocet in plenario.*
12 *Sententia inter alios facit fidem semiplenam in alio iudicio.*

QVÆSTIO CXXVI.

DVBITARI solet, an sententia per quam iudex decernit filium alendum esse, faciat præiudicium in causa principali, in qua principaliter est quæstio de filiatione. Et breuibus agendo dico, quod non, quia vbi
1 de filiatione contenditur, non nocet † sententia, nisi declaret illum esse filium, etiam si alicui detur bonorum possessio. *ita tenet glos. in l. prima, in vers. filium. C. quorum bonorum, vbi eam sequuntur Bartolus & Baldus, cæterique scribentes.* At vbi fit ea prouisio lite pendente, Iudex non declarat illum esse filium, sed dicit fore alendum: ergo nocere non debet.

Addo, quod vt res iudicata in vna causa noceat
2 in alia, tria † concurrere debent; identitas personarum, causa, & modi agendi: quorum si vnum deficiat, exceptio minimè obstabit, *l. cum quæritur, cum duabus sequentibus, ff. de except. rei iudic. cap. finali, de except. in sexto, & id notant Glos. in vers. admitti, Archidiac. Ioan. Andr. Gemin. & Franc. Socinus in consilio. 18. numero 43. volumine 1. Decius in consilio 464. numero 6. Ioan. de Amic. in consilio 121. numero 5. Socinus iun. in consilio 68. numero 4. volumine 1. cum aliis, quos citaui in consilio 114. numero 21.*

Accedat, quod iudiciũ, in quo tractatur de promissione alimentorum, est summarium, & fit leuis quædam cognitio, non plena, & sufficit probatio præsumptiua, *vt dixi in quæstionibus præcedentibus.* At
3 sententia lata in iudicio † summario, non nocet in plenario, *Bart. in extrauag. ad reprimendum. in ver. summariè. num. 12. Butr. & Imo. in c. causam, quæ, de testib.* Ita
4 etiam & probationes in causa summaria † nõ probant in plenaria, *cap. veniens, il 2. vbi Felin. & alij, de testib. Bart. in l. 2. ff. vi bono. rapto. Rube. in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 139. ff. de acquir. possess.* Et dicit Bellam. *in c. pastoralis, num. 13. de causa possess. & propr.* per text. *in*
5 *l. si ante, ff. de except. rei iudic.* quod sententia lata † in causa leuioris cognitionis, vel leuioris probationis, nunquam parit exceptionem rei iudicatæ in causa maioris inquisitionis, *Castr. in cons. 39. num. 2. volum 1. Ang. in §. quadrupli, num. 37. instit. de actio. Rom. d. §. nihil commune, num. 13. Paris. in cons. 10. num. 32. volum. 2. Contar. in l. vnica, in 2. limitat. num. 6. C. si de mon. possess.* Quod autem ea prouisio minimè præiudicet, voluit tex. *in l. si quis à liberis, §. si vel parens, ff. de liber. agnos.* vbi rationem ponit, quia non pronunciauit iudex illum esse filium, sed ali debere. *Et ibi hoc notant Bart. & Alber. idem probat eiusdem legis text. in §. solent iudices, & in l. penul. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iur. Rebuff. in tomo primo, de senten. prouisio. artic. 1. glos. 2. num. 34. ver. tamen ista.* vbi allegando Pet. Bellaperti. & Alber. dicit, quod exequutio, quæ fit pro alimentis debitis lite pendente, non nocet causæ principali. Hoc etiam voluit Natta *in cons. 473. num. 6. Cordub. dicto §. si vel parens, num. 34. & sequent. vbi allegat Bertran. & Didac. qui de hoc nihil dicunt, Decian. in cons. 66. colum. 3. ver. quæ assignatio, volum. 2. Menoch. d. quæstio. 35. in fi.* In tantum autem verum est, quod non præiudicat prin-
6 cipali causæ, vt debeat iudex † à prouisione se abstinere, prouidendo causam principalem decidere, *vt aduertit Rebuff. de senten. prouisio. in præfatio. nu. 134.* vbi ait, reuocatam ea ratione fuisse sententiam vnius Iudicis. Et ideo licet alere in domo, sit vnus ex
7 iis actibus, qui solent exerceri circa † filium, *vt inquit Bal. in c. per tuas, ver. modo quæritur, qui sunt isti actus, de probatio. per text. in l. quidam cum filium, in princip. ff. de verbor. oblig.* Et hac ratione dicit Castrens. *in cons. 151. num. 3. vol. 1.* quod probatur esse filius quis ex educa-
8 tione, † *sequitur Paris. in cons. 10. num. 61. vol. 2. Soc. iun. in cons. 86. num. 41. volum. 2. Bened. in c. Raimutius, in 3. par. in ver. quæ filium ex eo suscipiens, num. 14. de testam. Natta in cons. 235. num. 2. cum aliis, quos citaui in cons. 1. num. 53.* Tamen si cum excommunicatione, vel præstatio-
9 ne alimentorum aliud non † concurrat, non probatur filiatio, *secundum Butr. in cap. transmissa, in primo notab.* vbi Abb. *num. 2.* dicit, neque prodesse, neque obesse filiationem. *Et Præpos. in primo notab. qui fil. sint legit. & Abb. loco prædicto inquit, ita communi consensu tenere Doctores omnes, & secundum Alexan. in cons. 74. num. 2. volum. 2.* Ratio est, quia actus alendi tanquam descendens à pietate, conuenire potest aliis, quàm filiis, *sequitur Barbat. in cons. 27. volum. 3. Ias. in cons. 102. colum. pen. ver. sextò facit, volum. 4. Ruin. in cons. 51. num. 4. volum. 5. Riminal. in cons. 289. num. 10. volum. 2. Paris. in consilio 12. num. 247. volum. 2. Grat. cons. vlt. num. 45. volum. 5. Cordub. in d. §. si vel parens, num. 36.*

Sed quod suprà diximus, sententiam in causa prædicta summariè latam pro alimentis nullum facere præiudicium in causa principali, non procedit, quando in ea facta fuit plena discussio filiationis, *per ea, quæ ponit Innoc. in c. suborta, de re iudic.* vbi
10 dicit, rem † iudicatam super incidenti obesse causæ principali, si super incidenti fuit plenè cognitum, *Butr. in cap. aduersario, de exceptio. Bald. in l. incerti, num. 11. C. de interdict. Abb. in cons. 50. num. 3. volum. 1. Roma. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquiren. possess. Dec. in cons. 96. Claud. Aquen. in d. §. nihil commune, num. 98. Ripa in cap. cum ecclesia Sutrina, num. 21 de causa poss. & proprie. & in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 20. & sequen. ff. de verborum obligat.* Et dicit Rom. *in d. §. nihil commune, num. 13. ver. secundo, nisi,* quod plena probatio facta in
11 summario † iudicio, & sententia inde sequuta, nocent in iudicio plenario, *sequitur ibi, num. 78. idem Alexan. in l. sæpè, numero 81. & in l. à diuo Pio, §. si super rebus, numero 2. ff. de re iudic. Roma. in l. si minor, numero 13. ff. de iureiuran. Socinus in cap. si clericus, colum. fina. de foro compet. Felin. in cap. causam quæ, il 1. num. 6. de testib.*

Ripa in dicto §. nihil commune, num. 38. Natta dicto consilio 473. num. 38.

Rursus dici potest, quod etsi sententia decernens alimenta non noceat in causa principali, quo ad totale præiudicium, tamen facit aliquale damnum. Ex quo enim iudex non potest alimenta decernere, nisi cognito summariè de bono iure actoris, & nisi pro actore stet præsumptio, *vt dixi suprà*, iam negari non potest, quin ex ea sententia descendat semper quædam præsumptio iustitiæ: vi-
1 2 demus enim, quod res inter † alios acta, nocet tertio, quoad semiplenam probationem, *glos. in l. 2. vbi Bal. num. 18. ver. hæc vera. C. de eden. vbi eum sequitur Alex. num. 12. Iason num. 23. Dec. num. 45. Ripa, num. 36. Butr. & Abbas in cap. causam quæ, il 2. de testib. & ibi Felin. num. 19. Gozad. in cons. 103. num. 15. in fi. Natta in cons. 160. num. 44. decis. Pedem. 38. num. 6.* Et glos. *in l. si duo patroni, in ver. habituri, ff. de iureiuran.* inquit, quod facit qualemqualem, quoad tertium, probationem sententia inter alios lata. *Sequitur ibi Bart. & alij, idem voluit glos. in cap. interrogatum, 3. quæstio. 5. in cap dilectus, in ver. dantes, de simon. Alexand. in dicta l. si duo patroni, Alexan. in l. sæpè, numero 20. ff. de re iudic. Socinus in l. 1. ff. de except. rei iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Abbas dum accusatur recipit alimenta, & expensas lite pendente.*
2 *Abbas depositus, vel priuatus non recipit alimenta à monasterio.*
3 *Subditi opponere possunt, ne alienentur in alium.*
4 *Subditi inuiti non possunt alienari.*
5 *Abbati dum pendet lis super accusatione parendum est à monachis.*
6 *Iudici dum sindicatur, reuerentia est exhibenda, sicuti prius.*

QVÆSTIO CXXVII.

SIcvti actori pauperi ministrandæ sunt expensæ à conuentu lite pendente, secundum proximè dicta, ita multi sunt casus, quibus reo prouidendum est lite
1 pendente. Puta Abbas † accusatur, interim consequitur à monasterio alimenta, ac expensas necessarias pro defensione, *ita voluit gl. 1. in fi. in cap. ex parte, de accusat. per tex. in d. l. si instituta, ff. de inoffic. testam. & eam sequitur Ioan. And. in dicto cap. ex parte,* qui ampliat procedere, etiam quando Abbas est ab administratione remotus, quę ampliatio comprobatur ex iis, quæ supra dixi de clerico suspenso, imo etiam deposito, qui si non habet aliunde, est alendus de beneficio. Idem voluit But. *num. 9. & Abb. numero 5.* qui tamen intelligit de simplici suspensione, vel quando interdicitur administratio; secus secundum eum, quando esset priuatus titulo, id
2 est, quando est realiter, & verè depositus, † quia tunc nihil habent commune cum monasterio, *vt declarat Felin. ibi, col. 1. & 2. in princ.* Et dicit Abb. *loco prædicto, quem sequitur Felin. colum. 1.* quod si monachus accusat Abbatem, totum negocium explicatur expensis monasterij. monachus enim habet expensas, quia agit ad vtilitatem ecclesiæ, *vt dictum est supra de monacho accusante.* Abbas item defendendo agit negocium vtile ecclesiæ, quia si abbas bonus est, interest ecclesię non mutare superiorē. Pro quo facit, quod voluit Hostien. *in c. cum dilecti. de maior. & obedient.* quod cum interfit subditorum
3 non mutare dominum, possunt se opponere † & contradicere, ne alienentur in alium. *Et dicit Abbas, ibi, hoc esse multum notandum, per cap. Imperialem, §. præterea, de prohiben. feud. alien. per Feder. Innocen. in cap. auditis, colum. 2. de præscript.* vbi ait, quod attēditur præiudicium subditorum, & quod subditi inuiti transferri non possint in alium † dominum. *est text. in*
4 *dicto §. præterea, & ponit glos. in l. maritus, ff. de fideicom. liber & ponit in cap. 1. §. si quis miles, in primo nota. quo temp. mil. Abb. in dicto cap. auditis, colum. 2. Socin. in cons. 39. colum. pen, volum. 3. & latè ponit Rolan. in cons. 1. num. 34. volum. 1. Natta in cons. 506. num. 15. Menoch. in cons. 32. num. 21. & decem allegat huius dicti rationes Ripa in cons. 179. numero 3.* Et docet experientia, quòd dominorum, vel etiam superiorum mutatio nō fit sine damno subditorum. Alia etiam est ratio, quare abbati ministranda sint alimenta & expensæ, quia accusatione pendente non desinit esse abbas, & superior, imo
5 in his, quæ non impediunt cursum causæ † monachi lite pēdente, obedire debent & reuereri abbatem, *cap. nonne, 8. quæstio. 4. sequitur Abb. in dicto cap. ex parte, num. 4. vbi ita declarat glos. ibi, quæ videbatur innuere contrarium, & Felin. colum. 1. in fine,* facit quod dici-
6 mus de iudice, cui durante syndicatu † non minor reuerentia est exhibenda, quām durante officio, *Bal. in l. nec quicquam, §. proficisci, ff. de offic. proconsul. sequitur Ias. in l. 1. num. 7. C. vt omn. iud. tam ciuil. vbi dicit esse notandum, & quod Abbas alatur à monasterio, tenet Cordub. in l. si quis, §. si vel parens, num. 48. ff. de liber. agnoscen.*

SVMMARIVM.

1 *Alimenta non sunt ei ministranda, qui causam suam prosequitur.*
2 *Monacho accusato ministrantur alimenta pendente lite, vbi tamen distinguit.*
3 *Monachus in ingressu monasterij, dicat se & sua omnia.*
4 *Defensio etiam diabolo non est deneganda.*
5 *Culpa imputatur ei, qui se in necessitate coniecit.*
6 *Delinquenti non est deneganda defensio.*
7 *Monachus obligatur monasterio tanquam filius.*
8 *Monasterium est loco filij.*
9 *Vniuersitas tenetur defendere ciuem suum.*
10 *Monasterium, quando vult monachum expellere, prouidet de alimentis pendente lite.*
11 *Monacho dum contenditur, an sit monachus, prouidendum est à monasterio.*

QVÆSTIO CXXVIII.

MOnacho inquisito per Abbatem, vel superiorem suum, non videntur debita
1 alimēta vel expensę, quia sumptus † non consequitur, qui causam suam prosequitur, *cap. vt præterita, de electio. Spec. in tit. de inquisitio. §. fina. in fi. Innocen. & Hostien. in c. bonæ, il 1. de electio. Innocen. in c. ex parte, vbi etiam Butr. num. 5. & Anan. num. 2. de accusatio. item facit,* quia tunc solum dantur sumptus necessarij per monasterium, quando lis agitur ad

tur ad vtilitatem monasterij, *d. cap. ex parte, cum ibi nota. & dixi supra, in quæstio. de monacho accusante Abbatem, & de clerico accusante prælatum.* At hoc casu nulla versatur ecclesiæ vtilias.

Pro veritate tamen distinguit Speculator *in dicto titu. de inquisitio. §. fina. numero 5. versic item pone, Abbas.* vbi post relatas multorum opiniones, dicit, monacho exhibendas expensas à monasterio, quando contra eum inquirit Abbas, non secun-
2 dum formam suæ regulæ, sed via ordinaria, † non autem, quando procedit secundum suam regulam. Primi membri duas adfert rationes. Prima est, quòd cum non habeat aliunde, & in ingressu,
3 monasterio † se, & sua dicauerit, *Authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. cap. si qua, 19. quæstio. secunda,* & aliter se defendere non possit, debet tunc a monasterio consequi, qui aliâs priuaretur sua defensione, quæ tamen nedum excommunicato, sed nec
4 etiam diabolo ✝foret deneganda, si esset in iudicio, *cap. cum inter, de exceptio. cap. eorum. 40. quæstio. 3.* Secunda ratio est, quia Abbas sibi debet imputare, qui cum posset procedere secundum regulam sine impensa, eligit hanc viam, per quam mona-
5 chus † grauatur impensa, *l. scimus, §. sin autem, C. de iure deliber. cap. cum super Abbatia, de offic. delega.* Quo verò ad secundum membrum mouetur, quia procedendo secundum regulam, nulla requiritur impensa ad defensionem. Hæ rationes mihi nulla in parte satisfaciunt. non quidem prima, quia per eam non infertur, quod monasterium teneatur: licèt enim se & sua dicauerit, tamen in casu delicti potest expelli, & ei tunc sua culpa expulso, non mi-
6 nistrantur alimenta, *vt dixi*, & delinquenti † vtilius tollitur panis, quàm si de cibo securus iustitiam negligat, *cap. non omnis, 5. quæstio. 5.* Non placet etiam secunda, quia mala Abbatis electio in procedendo, non debet grauamen Ecclesiæ afferre, *c. delictum personæ, de reg. iur. in sexto.* Alia verò ratio non est vniuersalis: quid enim si impensa esset pro defensione necessaria, vt quia allegaret, testes esse extra prouinciam, vel quid simile, nonne est defendendus? Eam tamen Speculatoris distinctionem sequutus est Gofred. *de statu monach. versic. sed illud, Butr. in dicto cap. ex parte, numero 7. & ibi Anan. numero 3. qui allegat Hostiens. sequitur Felin. in fine, qui ad hoc citat Abb. in cap. cum contingat, de foro compet. Ioan. Lup. in cap. per vestras, in prima notab. ampliat. 18. §. 39. numero 2. ver. idem eadem ratione. de donatio. inter virum & vxorem. Idem tenet Boerius in decis. 325. circa principium. Rebuff. tomo primo, titu. de senten. prouisio. in præfatio. numero 104. in fine, Simon de Pret. libro quinto, interpret. secundo dub. numero 13. Vital. tracta. clausu. tit. an renun. poss. alimen. colum. 3.* Ego, quandocunque sit necessaria impensa pro monachi defensione teneo, monasterium ad id cogendum, siue inquiratur secundum regulam, siue ordinaria via, quia monasterium erga monachum fingitur vice patris, sicut
7 monachus obligatur monasterio † tanquam filius, *vti probat Oldrad in cons. 27 colum. 2. in principio.* Et
8 facit, quod dicimus in successione, † quod monasterium est loco filij, *cap. in præsentia, de probatio. §. sed & hoc præsenti, in Authen. de sanctiss. episcop. & in Authen. si qua mulier, vbi Iason num. 18. ver. ego non discedo à communi, C. de sacrosanct. eccles.* Sicuti ergo pater tenetur filio prouidere, & filius patri, ita obligatur mona-
9 sterium erga monachum. Facit, quia † vniuersitas suum defendit municipem, *l. si tuti, ff. quod cuiusque vniuersi. nomi.* Addo, quod siue monachus sit culpabilis, siue innocens, semper agitur de vtilitate monasterij. Si enim reus delicti inueniatur, interest monasterij illum plecti, & monasterium purgari homine malo, vti dicimus publicè interesse, quòd prouincia malis hominibus purgetur. Morbida enim facta pecus totum corrumpit ouile. Si verò est innocēs, interest monasterij, quod de illius appareat innocentia, & bonus monachus non opprimatur, vel eo monasterium non priuetur. Non enim minus interest domini habere bonos subditos, quàm subditorum interfit habere bonum dominum. Cum ergo versetur in hoc vtilitas monasterij, debet ab eo refundi impensa, *per notata in dicto capit. ex parte.* Confirmatur hæc opinio ex eo, quòd suprà diximus de carcerato, cui aliunde non habenti prouidendum est ab eo, qui carcerari curauit, vel de publico.

Et quod dicitur de monacho per Abbatem inquisito, procedit etiam, quando monasterium vel-
10 let illum expellere, quia lite pendente † debet ali à monasterio, *vt post Rot. concludit Cordub. in dicto §. si vel parens, numero 59.* Idem est quando disputatur, an sit
11 monachus, † quia interim ali debet, *Bart. in tracta. de alimen. num. 43.*

SVMMARIVM.

1 *Accusatus quilibet alendus est pendente lite.*
2 *Bona accusati ante sententiam non sunt capienda.*
3 *Bona accusati non possunt describi ante sententiam.*
4 *Scholaris dum litigat cum collegio, alendus est ab eo.*
5 *Clericus, qui molestatur in præbenda, ali interim debet de fructibus præbendæ.*
6 *Maritus pendente accusatione vxoris de adulterio, alendus est.*
7 *Accusato de læsa maiestate debentur alimenta pendente lite.*
8 *Filio damnati pro læsa maiestate denegantur alimenta.*
9 *Damnato ob læsam maiestatem denegantur alimenta.*

QVÆSTIO CXXIX.

1 ACCVSATVS quicunque dum quæritur de iustitia causæ, † alendus est, etsi habet bona propria, ex illis consequitur impensam necessariam & alimenta, *argumento l. ait prætor, in fine, & l. filius, ff. de iure delib. ita tenet Rebuff. in dicto tomo primo, reg constit. tit. de senten. prouisio. in præfatio. num. 113.* vbi dicit, quod etsi de iure
2 accusati bona ante sentētiam capi † vel sequestrari non possint, *l. prohibitum, C. de iure fisci, libro 10.* Imo
3 nec describi † vel annotari, *l. defensionis, C. eodem titu.* tamen quia contrarium seruat iudices, ideo quando pendente iudicio capiuntur bona, vel sequestrantur, debet inquisitus ex illis ali, *sequitur Cordub. dicta l. si quis à liberis, §. si vel parens, num. 52. ff. de libe. agnoscen.*

agnoscen. facit l. lege Cornelia, §. præterea. ff. ad Sillania. Et quod ibi ponit Bartolus, & generaliter, quod accusato de crimine ministrentur alimenta pendente lite, ponit Benincas. *in tract. de paup. in 7. quæst. in 2. speciali iudic. num. 6. & dixi in quæstione de carcerato, & ponit Boer. in decis. 325.* vbi, an de publico vel accusato impensa fiat.

Et idem est, quando scholaris, vel alius collegiatus † litigat cum collegio: quia etiamsi sit expulsus, consequitur alimenta lite pendente, *vt per Glos. Bart. & Alber. in dicta l. si instituta. ff. de inoffic. testam. ita Bologn. in Authen. habita, num. 346. C. ne fil. pro patre, vbi dicit esse tenendum cordi in practica, Rebuff. in d. præfatio. num. 115. Cordub. d. §. si vel parens, num. 60. Menoch. in tract. præsump. quæst. 35. num. 21.*

Et idem est in clerico, † qui patitur molestiam in prębenda, debet is interim alimentari de fructibus præbendæ, *secundum Bartolum, in l. si neget, in fine, ff. de libe. agnoscen.*

Simili modo maritus, qui accusat vxorem de adulterio, tenetur interim alimenta illi præstare, & sumptum pro sustinenda lite, † *secundum Alber. in l. fina. num. 2. C. de ordine cognitio.* vbi tamen hoc intelligit fieri debere de dote. Sed Innocentius *in cap. per vestras, in fine, de donatio. inter virum & vxor.* dicit, quòd maritus accusans vxorem de adulterio, tenetur ad alimenta, & sumptum litis, etiamsi vxor indotata sit, *sequitur ibi Hostien. Io. And. & Cardin. eos sequitur Io. Lup. ibi, in 1. notab. ampliat. 18. §. 39. num. 5. Cordub. d. §. si vel parens, num. 64.* Imo Cardin. quem sequitur Lup. loco prædicto, ait, quòd maritus tenetur semper vxori sumptum facere, ex quacunque causa conueniatur, licet Lupus reprobet, quatenus negat vxori agenti subueniendum esse.

Addo, quod etiam accusato † de crimine læsæ maiestatis, debentur alimenta pendente lite, & permittitur ei, quod vendat tot de suis bonis, *Imola, in l. post contractum, columna penult. versic. item adde circa secundum tempus, ff. de donationib. sequitur Annib. numero 265. & sequent.* vbi dicit procedere ante sententiam, secus si iam sit lata: quia sicuti † denegantur filio damnati, *l. quisquis, C. ad legem Iul. maiest.* ita multo magis denegabuntur ipsi † delinquenti, *& sequitur Cordub. in dicta l. si quis à liberis, §. sed vtrum, num. 16. ff. de libe. agnoscen.*

1 2 3 4 5 6 7 8 9

Finis Tituli Primi.

TRACTA-

TRACTATVS DE ALIMENTIS, PRÆCLARISSIMI IVRISCONSVLTI, DOMINI IOAN. PETRI SVRDI CASALENSIS.

TITVLVS II.

Alimenta quando censeantur relicta, vel debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Accidentia cognosci non possunt, nisi cognita substantia.*
2 *Accidens stare non potest sine subiecto.*
3 *Substantia est probãda ab eo, qui vult probare qualitatẽ.*
4 *Successionis modus tractari non potest, nisi prius concessa succedendi facultate.*
5 *Qualitas non datur sine subiecto.*

PRÆAMBVLVM.



VÆ ad alimentorum tractatum pertinent, vix scire poterunt, qui ignorant, quãdo alimenta censeantur relicta, vel debeantur: operæ ergo pretium duxi, totum hunc tractatũ breui hoc titulo perstringere, vt intelligant omnes, videndum primo, si alimenta sint præstãda, quàm de eorum qualitate, quantitate, modo & tempore agatur. Nemo enim potest qualitates, vel accidentia cognoscere, † cui ignotum sit subiectum, vel substantia, *vt inquit Bal. in l. omnium, C. de testamen.* & non potest accidens † stare sine subiecto, *l. nec vllam, §. si absentis, vbi Ange. notat in summario, ff. de petitio. hæred. l. Pomponius, §. fina. vbi Aret in princ. ff. de acquir. possess. Bal. in l. 1. circa princ. C. de vsucap. pro dote*, & dicit Bal. *in cons. 465. num. 1. vol. 4.* quòd substantiam probare debet, qui vult † qualitatem probare, & inquit Dec. *in cons. 508. num. 5.* quod non potest tractari de modo succedẽdi, nisi probetur facultas † succedẽdi. Idem Dec. multa cumulat *in l. eius, qui in prouincia. §. quod si stipulatus, num. 5. & seq. ff. si cert pet.* Et dicit Corn. *in cons. 197. colum. 3. ver. quæ conclusio, vol. 2.* quod inquiri non potest de qualitate † sine subiecto. Et dicit Menoch. *in cons. 75. num. 100.* quod omnis dispositio præsupponit substantiam.

1
2
3
4
5

SVMMARIVM.

1 *Fundus, quando reliquitur ad alimẽta, venit proprietas.*
2 *Res, quando relinquitur, vt ex ea certum quid annuum percipiat legatarius, tunc res, non redditus venit in legato.*
3 *Fundus, quando relinquitur ad vsum, vel vsumfructum, tunc videtur relicta proprietas.*
4 *Res cum relinquitur in gaudimentum, venit fundus, non vsusfructus.*
5 *Fundus quãdo relinquitur, vt ea legatarius gaudere possit, proprietas debetur.*
6 *Bona, quando relinquuntur matri, vt de his possit se sustentare, venit proprietas, non vsusfructus.*
7 *Res, quando relinquitur, vt ex ea percipiatur redditus, venit proprietas.*
8 *Proprietas transit ad hæredes, quando relinquitur res ad vsum, ad alimenta in gaudimentum, & similia.*
9 *Legatum non transit ad hæredes, quando res limitato tempore relinquitur ad alimenta.*
10 *Legatum non transmittitur ad hæredes, quando fit per verba taxatiua & limitatiua.*
11 *Tempus relictum ad tempus, finitur cum ipso tempore.*
12 *Limitata causa, limitatum producit effectum.*
13 *Legatum potest ita fieri ad tempus, sicuti sub cõditione.*
14 *Legatum factum ad tempus, aut sub conditione, transit ad hæredem, testantis mortuo legatario ante diem, vel conditionem.*
15 *Fundus relictus ad vsum, & habitationem, non continet proprietatem, sed solum vsum propter coniecturam voluntatis.*
16 *Fundus relictus ad vtendum, & gaudendum, non transit respectu proprietatis in legatarium, quando constat de voluntate defuncti.*
17 *Pars vna scripturæ declarat aliam.*
18 *Clausula exequutiua non restringit, sed declarat dispositionem.*
19 *Fundus concessus ad vsum per contractum, non transit in contrahentem ratione proprietatis.*
20 *Beneficium latè interpretatur.*
21 *Fundo concesso ad vtendum & fruendũ, venit proprietas.*
22 *Donatio venit appellatione contractus.*
23 *Fundus non transit respectu proprietatis, quando concessio incipit explicari ab vsu, vel alimentis.*
24 *Pecunia redditus si relinquatur pro alimentis, non venit proprietas, & pecunia remanet penes hæredem.*
25 *Habitatio, quando relinquitur ad alimẽta, an liceat locare, vel quando hæres possit cum legatario habitare.*
26 *Proprietas rei ad vsum relictæ non venit, quando adiectio illa ponitur per modum causæ finalis.*

27 Dispo-

27 *Dispositio omnis restringitur per suam causam finalem.*
28 *Generale dictum limitatur per rationem, secundū suam causam.*
29 *Modus non limitat, nec restringit dispositionem.*
30 *Causa finalis non simpliciter restringit, sed inspicitur, an sit de præsenti, vel de præterito, & an respiciat commodum recipientis.*
31 *Causa de futuro, non præsumitur finalis, quando respicit commodum solius recipientis.*
32 *Causa, quæ continet fauorem legatarij, non restringit legatum.*
33 *Causa finalis, quomodo dignoscatur, remissiuè.*
34 *Causa, quando adiicitur ad restringendum legatum, tunc non venit proprietas rei ad vsum relictæ.*
35 *Modus restringit legatum, quando non respicit fauorem legatarij.*
36 *Fundus, quando ad vsum illi relinquitur, qui est capax proprietatis, tunc non venit proprietas.*
37 *Verba, quæ habent duplicem sensum, trahuntur in dubio ad bonum significatum.*
38 *Verba intelligi debent secundum conditionem personæ, cui diriguntur.*
39 *Verba impropriantur, ne sint superflua.*
40 *Interpretatio qualibet sumi debet, vt actus sustineatur.*
41 *Præsumptio validitatis actus, est fortior cæteris.*
42 *Eligere viam nemo præsumitur, per quam suum iudicium subuertatur.*
43 *Pater dando filio rem aliquam ad vsum, vel ad vsumfructum, non censetur concedere proprietatem.*
44 *Pater non potest donare filio in potestate, & donatio ab eo facta est nulla.*
45 *Pater potest filio donare alimenta, vel vsumfructum.*
46 *Actus si non valet eo modo, quo agitur, valet vti valere potest.*
47 *Mater donando rem ad vsum, vel vsumfructum cum iuramento, vel ex causa dotis, censetur proprietatem concedere.*
48 *Donatio inter patrem & filium, quibus casibus sustineatur remissiuè.*
49 *Mater cum donat filio rem ad vsum, vel ad fruendum, venit proprietas.*
50 *Mater reuocare non potest donationem, quam fecit filio.*
51 *Mater non habet filium in potestate, sicut pater.*

QVÆSTIO PRIMA.

PRIMVM ergo videndum est, quando fundus relinquitur ad alimenta, an tunc censeantur relicta alimenta. Et in hoc habemus casum clarum, quòd venit pro
1 prietas, † & illa videtur relicta, *est tex. in l. 4. ff. de alimen. & cibar. lega.* ibi, videntur mihi ipsa prædia esse libertis relicta, vt pleno dominio hæc habeant, & non per solum vsumfructum. Et fortius ibi dicitur, quod proprietas transmittitur ad coniunctos. Et Bart. *ibi, num. 2. ver. oppono, & videtur*, inquit, maximam differentiam, quod prædium relinquatur ad alimenta, vel quod alimenta relinquantur ex prædiis, vel quod legentur alimenta, & pro eis obligetur prediū, quia primo casu venit proprietas. Idem Bar. *in l. cum hi, §. si vni, num. 1. ff. de transa.* dicit, quod proprietas censetur relicta, & transit ad hæredes alimentarij. Idem voluit Ang. *in cons. 338. num. 7. Alexan. in cons. 214. num. 12. volum. 6.* quia illa verba, *ad alimenta*, vel, *vt se alat*, inducta sunt in fauorem legatarij, & non possunt operari restrictionem, si non ampliant dispositionem. Et infert ad quæstionem, quando testator reliquit vsumfructum vxori, vt habeat victum & vestitum. In quo tamen Ange. *cons. 338. num. 7.* videtur contrarium tenere, *Iason. in vsib. feud. num. 105. ver. sextò facit, Imola, Cuma. & Ang. de Parigl. in l. si fundum per fideicommissum, vbi Ias. num. 22.*
2 *ff. de leg. 1.* vbi dicunt, quod si res relinquitur, † vt ex ea legatarius certum annuum redditum capiat, tunc res videtur legata, non redditus, & ad hæredes transit. Et hanc dicit communem Ias. *in l. cum hi, §. si vni, ff. de transa. Ruin. in cons. 81. num. 18. volum. 2.* vbi loquitur, quando concessio fit per verbum, *consignare*, quia etiam illud importat translationem dominij, sicut etiam verbum, *dare*, vt *per eum, Marsil. in sing. 414.* vbi in fine dicit, esse menti tenēdum, quia prima facie quilibet diceret contrarium, *Picus in l. Titia, cum nuberet. §. Titia, num. 2. ff. de leg.* vbi dicit, rationem esse, quia de re fit mentio dispositiuè, de alimentis verò causatiuè, *Socin. iun. in cons. 88. num. 8. volum. 1. Natta in cons. 211. num. 17. Duran. de arte testandi, tit. 6. caut. 23. num. 2. Vincen. Carroc. in cap. cum quid, in 2. par. lim. 2. num. 13.* vbi dicit, hanc esse communem opinionem, allegat Ias. ita attestari in l. cum hi, §. si vni, ff. de transa. Cordub. in l. si quis à liberis, §. vtrū, nu. 34. ff. de lib. agnos. allegat Fulg. in d. §. si vni, & Marsil. sing. 414. idem Cordub. in d. l. si quis, in §. sed si filius, num. 13. Simon de Pret. de interpret. vlt. volunt. lib. 4. dubitatio. 10. num. 26. folio mihi 410. & rursus dubit. 11. num. 2. folio mihi 424. Rationem prædictorum ponit Ang. *in cons. 338. in fine*, dicens, quod vbi testator proprietatem legat, tunc ex verborum figura apparet, quod voluit rem in legatarium trāsferri: ideo licèt causam alimentorum adiiciat, credendum non est, quod per eam, quæ legatarij fauorē respicit, voluerit legatum restringere, Picus, *quem supra retuli in d. §. Titia, num. 20.* dicit, rationem esse, quia res dispositiuè relinquitur, alimenta verò causatiuè, & ideo attenditur dispositio, quia causa adiecta legato non illud restringit, & hæc eadem est ratio cum supradicta, Bal. *in l. si habitatio, in princ. ff. de vsu. & habita.* dicit rationē esse, quia ista verba, *ad alimenta, ad vsum: ad habitandum, ad fruēdum*, vel similia important modum, qui cum sit in fauorē legatarij, non restringit. Et in rub. *C. de iur. emphyt. num. 10. in fi. ver. idem si dicerem*, inquit, rationem esse, quia illa verba, *ad vsum*, ponuntur demonstratiuè, non transitiuè, nec taxatiuè.

Hæc conclusio non solum procedit, quādo res ad alimenta relinquitur, sed etiam quando fundus
3 † relinquitur ad vsum, vel vsumfructum, quia tunc non censetur relictus solus vsus, aut vsusfructus, sed ipsa proprietas, *vt est tex. in l. species, ff. de auro & arg. leg. in l. donationes. §. species, vbi Doctores. ff. de don. gl. in l. si mulier, vbi Cy. in fi. & Bal. num. 2. C. de iure dot. Bar. latè in l. libertis, la 1. num 3. ff. de alim. & ciba. leg. alios multos allegat Ias. in l. cum hi, §. si vni, ff. de transact. Ferra. in cau. 32. incip. quotidie, idem Ias. in l. illud, num. 3. C. de leg. Alexan. in d. cons. 150. num. 1. volum 7.* vbi loquitur in fortiori casu, quando adiecit testator, quod legatarius non possit bona alienare, sed solum fructus percipere

in per-

in perpetuum. Est verum, quod mouetur Alex. ex eo, quod vigore prohibitæ alienationis deducit Bal. *in l. Proculus. ff. de vsufr. leg.* quæ controuersia altiorem indaginem requirit, sed principaliter allegat textus, & doctrinas supracitatas, *Cæpo. in ti. de ser. verba. prædio. c. 4. col. 2. ver. sed est dubium*, & *inquit Ang. in auct. hoc locum. in fi. C. si secun. nup. quod ita alias cõsuluit Cur. iun. in cons. 38. nu. 3. & seq.* vbi infert ad quæstionem eius, qui prædium vendidit cum facultate faciendi bucam in flumine Scidæ, & deriuandi aquam pro irrigando prato, & concludit, quod ille modus pro irrigãdo prato non restringit, sed emptor poterit aquam ducere, & irrigare quoq; alia bona, *Dec. in cons. 262. nu. 6. in fi. ver. tertiò non obstat. vbi allegat Rom. & alios*, vbi fundat se super eo, quod præcedit rei concessio, & ponderat verbum, quod importat dominij translationem, & infert ad cõcessionem aquæ, an transeat ad hæredes acquirentis, *Crem. sing. 34. vbi allegat singulare dictum Bal. in l. 2. in fin. C. de inof. don. Picus, d. §. Titia, nu. 20. Paris. in cons. 21. nu. 36. vol. 2. Neuiz. in cons. 38. nu. 10. plures alios citat Mãti. de coniec. vlt. vol. l. 9. ti. 2. n. 29. Caual. in trac. de vsuf. mul. relic. n. 78. Sim. d. dub. 10. n. 29.*

Et quamuis prædicti Doctores loquantur, quando res ad vsum fructum, vel vsum relinquitur, tamen idem est, quando ad alium finem, sub
4 eadem tamẽ forma legandi, puta quãdo in † gaudimentum, *vt per Bal. in l. si habitatio, ff. de vsu, & habita. Alex. in d. cons. 150. nu. 1. vol. 7. Natta latè in d. cõs. 211. nu. 17.* vbi infert idem esse, quando testator legat prædium pauperibus pro redditu ducatorum viginti, & dicit, quod si prædium plus reddat, illud cedat commodo pauperum. Et de gaudimento loquitur Picus, *d. num. 2. Ias. in vsib. feu. nu. 104. ver. quintò confirmo, Neuiz. d. cons. 28. nu. 10. latè Mantica, d. li. 9. ti. 2. nu. 30.* vbi refert, Florian. Cæpol. & Ias. in hoc distinguere inter filios, vel extraneos hæredes institutos, vt scilicet institutis extraneis, legatarius rem habeat, non autem filiis institutis, sed sine distinctione Doctores cõmuniter transeunt cum Bal. *vt patet ex prædictis, & alij, quos citat Caualca. d. nu. 78. Marsi. sing. 44. Cur. iun. d. cons. 38. num. 5. ver quinimo fortius.* Non enim est ius in verbis importantibus modum, sed in verbis dispositiuis, & siue testator loquatur de vsu, siue de habitatione, siue de vsufructu, semper militat eadẽ ratio, quia procedit verbum importans dominij translationem, ideo semper idem est ius.

Idem est, quando fundus relinquitur, vt eo le-
5 gatarius † gaudere possit, quia venit proprietas, *vt post Bal. voluit Simon d. dubitat. 10. num. 27.*

Infert etiã Castr. quem citat Cur. iun. *in cons. 38. nu. 5. ver confirmãtur præmissa*, quod si quis relinquit
6 matri bona sua, † vt de his possit se sustentare, relicta censebitur proprietas, non autem alimenta.

Idem est, quando relinquitur res, vt ex ea red-
7 ditus percipiatur, quia tunc † in legato non est redditus, sed res, *vt voluit Imola in l. si fundũ perfideicommissum, ff. de leg. 1. sequitur Ang. de Perigl. ibi & Ias. nu. 22. & mouentur omnes ex d. l. 4. ff. de alim. leg.*

Et in casibus prædictis licet alimenta regulariter finiãtur cum vita eius, cui debẽtur, proprie-
8 tas tamen transit ad hæredes, & successores, † *vult Bal. in l. si habitatio, in prin. & ponit tex. in d. l. 4. in prin. ff. de alim. lega. vbi hoc etiam voluit Bar. Alex. in cõsilio 214. num. 12. vol. 6. Picus, d. §. Titia, num. 20. & Doctores omnes supracitati.*

Sed non procedit, quando testator legat cum temporis præfinitione, vt quia dicat, *lego fundum*
9 *ad vsum durante vita legatarij*, tunc † enim legatum non transit ad hæredes, *vt probat tex. in l. Titia. §. fi. de leg. 2. quem ita intelligit Bar. in l. 4. numero 3. ver. respondeo Old. ff. de alim. leg.* vbi dicit, quod adiectio temporis restringit legatum, *Bal. in l. 1. in prin. C. de fruct. & lit. expen.* vbi *in ver. & quando aliquid conceditur*, ait, quod & si verba illa, *ad vtendum, & fruendum*, non minuant concessionem: tamen, quando tempus apponitur, aliud est. Allegat *l. cum hi. §. si tibi. ff. de transac. & idem placuit Bar. in l. Titia, nu. 2. ver. quæro, quid si tempore, ff. de leg. 2.* vbi dicit, quod & si vsusfructus non videatur relictus, sed proprietas, tamen non transit ad hæredem, quando relicta est, donec vixerit, sed redit ad hæredem legãtis, etiamsi hæres decessisset ante legatarium, quia censetur magis respectum habuisse ad ius hæreditarium, quam ad personam hæredis instituti. *Et idem voluerunt Castr. & alij ibi, præcipuè Picus, nu. 11. qui dicit, quæstionem hanc fuisse Papiæ, & pro hac parte consuluisse Cur. sen. Lancell. Decium, Danielem Sandulphum, & Ambros. Opizo. licet ipse dicat esse cogitãdum, quia passus est dubius. idem voluit Socin. in cons. 102. nu. 10. ver. sed posito quòd censeretur, vol. 3.* vbi tenet quòd cũ relinquitur, hac temporis præfinitione, donec legatarius vixerit, legatum finiatur morte. Hoc etiã tenet Paris. *in cons. 21. nu. 38. vol. 2.* vbi subdit, tũc quo-
10 que † legatum non transmitti, quãdo fit per verba limitatiua, & taxatiua, *ita quod*, vel similia, *Ias. in vsib. feud. nu. 103. ver. secundò mouetur. vbi allegat solum Bal. in d. l. 1. C. de fruct. & lit. expen. & ante istos idem placuit Ang. in cons. 334. col. fin. vbi allegat opinionem Iacobi de Are. & eam sequitur*, si legatum non est relictum ad vitam legatarij, *Cæpha. in cons. 158. nu. 5.* vbi ita limitat conclusionem prædictam, *Caualca. in tract. de vsufru. mulie. reli. nu. 79.* vbi dicit procedere, quãdo legato adiecta est taxatiua dictio, *dumtaxat, tantùm, solùm*, & similes, *Mantica, d. lib. 9. tit. 2. nu. 29.* vbi quod finitur legatum mortuo legatario, *Simon de Pret. in d. tracta. lib. 4. dubit. 10. nu. 30.* Et ratio
11 est, quia relictum ad tempus, † videtur sublatum finito tempore, *l. quæsitum. §. idem respondit, ff. de fundo instr. l. si mulier, vbi gl. C. de pact. alios citat Caualca. d. nu. 79. dixi in cons. 52. nu. 8.* Addo quod limitata
12 † causa, limitatum producit effectum, l. *in agris, ff. de*
13 *acq. rer. dom.* & legari potest, sicuti sub † cõditione, *§. sub conditione, Inst. de legat.* Proinde cum testator dicit se relinquere, donec legatarius vixerit, nihil impedit legatum finiri cum vita legatarij.

Et aduertendum est, quod hoc est verum, etiã si hæres institutus præmoriatur legatario, quia nihilominus legatum sic relictum non remansit apud hæredes legatarij, sed transit ad hæredes
14 hæredis instituti, † vt expresse determinat Bartol. *in d. §. Titio, in princip. ver. quid si tempore & sequitur Bal. ibi, Castr. idem voluerunt Castr. Alex. &*

Iaſ. in l. fin. C. de lega. qui tamen intelligunt, quando legatum ſimpliciter relinquitur ad vitam, ſecus quando addit teſtator, quod mortuo legatario tranſeat ad hæredem inſtitutum, quia tũc non vadit ad hæredem hæredis, & teſtator cenſetur reſpectum habuiſſe nõ ad ius hæreditarium, ſed ad perſonam hæredis, & eius cauſa diem appoſuiſſe legato, *idem Alex. in conſ. 173. vol. 5. Socin. d. conſ. 102. Picus d. §. Titia, num. 17. Rui. in conſ. 29. num. 5. vol. 2. Duran. de arte teſtam. tit. 6. cau. 60. num. 1. & ſeq. vbi alios citat. Rube. conſ 23. nu. 3. Caualca. in d. tract. nu. 81. & dixi in conſ. 123. nu. 11.*

Principalis tamen concluſio noſtra, quæ habet, quod vbi res ad vſum, vel vſumfructum, vel gaudimentum relinquitur, veniat proprietas, reſtringitur vt locũ non habeat, quãdo aliter teſtator declarat, vel aliud ex aliquib. cõiecturis colligitur eſſe de mente teſtatoris, quia eo caſu legatum reſtringitur ad alimenta, ad vſum vel vſumfructum, prout erit intentio teſtatoris. Ita declarat Alex. *in conſ. 273, viſis verbis, in fine, vol. 2.* vbi ait, quod relictum factum ad vſum, & habitationem,
15 reſtringitur † ad ſolum vſum legatarij, propter illa verba, *adeo quod poſſit ſtare & habitare, &c.* quia per ea teſtator videtur voluiſſe reſtringere ſe ad ſolum vſum eius. Tamen deciſio mihi non placet, quia illa verba non ſunt tantæ potentiæ, vt voluntatem teſtatoris oſtendant, vel præcedentia generalia reſtringant: quod ſi cauſa expreſſa legato adiecta, *vt poſſit ſtare, & habitare, &c.* non reſtringit, multo minus id operabuntur verba non per modum cauſæ prolata. Eſt verum quod Alex. mouetur per illa verba, *poſſit, & debeat*, quæ neceſſitatem important, vt per eum, & ex ea neceſſitate adiecta voluntas teſtatoris demonſtratur. Sed reſpondeo id procedere, per viam oneris iniuncti, non quia legatum reſtringatur, atque ita reſultat concluſio, quod legatum remanet in ſua generalitate, licèt legatarius teneatur ſeruare onus adiectum. Sed noſtram limitationem ponit Rom. *in conſ. 503. diligenter inſpectis, nu. 7. in 2. dub.* vbi ex cauſa adiecta dicit, legatum reſtringi ad vitam legatarij, & comprobat multis, vt per eum. Sed & ſi ad noſtrum propoſitum allegari ſoleat, non tamen pertinet ad præſentem quæſtionem, quia non quærimus, an legatum reſtringatur reſpectu tẽporis, ſed an reſtringatur in ipſa ſubſtantia, ita vt non contineat proprietatem, & in ſuo caſu res videtur clara, quia cum, vt ſupra diximus, finiatur morte, quando eſt expreſſe limitatum ad vitam legatarij, ita finiri debet, quando tempus vitæ eſt tacitè adiectũ, quia ſat eſt, quod de voluntate teſtatoris, volentis ad vitam reſtringere, & limitare, cõſtet quoquo modo. Ideo Soc. *in d. cõſ. 102. nu. 10. vol. 3.* dicit clarius, quod etſi regulariter ve-
16 niat proprietas, tamen fallit, quando apparet † de mente defuncti. Bene verum eſt quod allegat Rom. & Alex. in locis prędictis, qui hoc non probant. Dicit autem ipſe apparere de mente, quando in alio loco teſtator dicit ſe vſum, vel vſumfructum, vel alimenta reliquiſſe, quia vna pars
17 ſcripturæ † declarat aliam. *l. hæredes palam. §. ſed ſi notam, in ver. ex vicinis ſcriptis. ff. de teſta. l. vnica, vbi Bar. Ang. & alij. ff. de peti. hæredit.* Et ſi dicatur, quod clauſulæ exequutiuæ, & acceſſoriæ non debent alterare principalem diſpoſitionem, reſpondetur
18 † quod ſaltem declarant ſecundum Bal. *in l. eam quam, nu 36. C. de fideic. Cur. ſen. conſ. 49. num. 52. cum aliis allegatis à D. Becio in conſ. 88. num. 50. Prædictam etiam limitationem ſequutus eſt Duran. d. tit. 6. cau. 23. in fin. Manti. d. tit. 2. nu. 29. ſed præter eos. Caſtr. in conſ. 371. cõl. 1. ver. ſecunda ratio, vol. 2. Craue. conſ. 25. nu. 27.* Id autem multo magis locum habet, quando teſtator verbis expreſſis declarat intentionẽ ſuam.

Reſtringitur ſecundo, vt locum non habeat concluſio noſtra, quando confeſſio fit in contra-
19 ctu, quia tunc non continetur proprietas, † nec tranſit ad hæredes. Ita Bal. *in proœmio feud. in 6. diuiſ. nu. 51.* vbi dicit, in teſtamentis fieri pleniorem interpretationem, ideo cauſam importare demonſtrationem, non taxationem, & infert, quod ſi res concedatur in feudum ad vtendum & fruendum, extinguetur morte conceſſio, quia quod in proprios vſus conceditur, morte finitur, *l. cum hi, §. ſi vni, ff. de tranſac.* Et perinde eſt, ac ſi conceſſa foret res ad alimenta. Et eum ſequitur Paris de Puteo de feud. reintegr. *c. 103. nu. 6. & ſeq.* vbi latè agit, & ponit quæſtionẽ, an conceſſo Caſtro ad habitandum, vaſallus poſſit alij locare. Sed contraria ſententia verior viſa eſt Martino Laud. *in c. 1. qui feu. dare poſſ.* quia natura feudi eſt, quod concedatur ad vtendum & fruendum, & verba intelligi debent ſecundum naturam actus, ſuper quo ſunt interpoſita. Illum quoque reprehendit Iaſ. *in vſib. feud. nu. 103. & ſeq.* vbi multas rationes, & deciſiones adducit in contrarium, & præcipuè, quod non eſt differentia inter contractus & vltimas voluntates, & quod vbi etiam ſubſiſteret differentia, ea tamen non eſſet conſideranda in feudo, quod dicitur beneficium, & latè venit in-
20 terpretandum, non minus † quàm vltima volũtas. *l. ſi. de conſtitut. princ. c. cum dilecti, de donat.* In ſpecie quoque illum reprehendit Clau. Seiſel. *in tracta. de deſi. & inuen. feudum. §. & iſtud facit ad quæſtionẽ, fol. mihi 70. & ſeq. vbi ſubdit, Baldum malè fuiſſe loquutum.* Et quamuis prædicti tres loquantur in quæſtione de feudo, tamen eſt generaliter verũ, quod etiam in contractibus illa conceſſio ad vtendũ &
21 fruendum, continet † proprietatem, *vt præcisè declarat Bar. in l. 4. in fi. ff. de alim. legat. per l. donationes, §. ſpecies. ff. de donat.* Quinimo idem Bal. *quem allegat Paris. de Puteo in d. c. 103. num. 8.* voluit quod Caſtro conceſſo ad vitæ vſumfructum veniat proprietas. Et Bal. *in rub. C. de iure emphit. num. 10. in fin. ver. idem ſi dicerem*, inquit, in contractibus, vt eſt venditio, verba illa, *ad vſum, vel vſumfructum*, ſtare demonſtratiuè, non taxatiuè. Allegat tex. *in d. §. ſpecies.* Hoc etiam tenet Bal. in donatione *in l. 2. nu. 10. in prin. C. de inoffi. donat.* & tam in donatione quã in venditione idem tenuit Crem. *in ſing. 34. Iaſ. & Seiſell. in locis allegatis ſupra, & Bal. in prædictis locis ſequitur Cur. iun. in conſ. 38. nu. 3. & ſeq. & nu. 6.* vbi loquitur in venditione, donatione, & cæteris conceſſionibus & non eſt dubium quòd appellatio-

ne

22 one contractus,† venit donatio,*glo. in l. ædibus. §. 1. ff. de donat. Alex. in l. iurisgentium, in prin. nu. 6. vbi Iaſ. nu. 8. ff. de pact. Corne. in conſ. 101. in prin. vol. 1. Ripa in l. ſi. nu. 120. C. de reuoc. donat. Gomel. in §. in perſonam, nu. 40. Inſtit. de actio.* Et pro dicta deciſione facit, quia ratio, qua Doctores mouentur, militat non minus in contractu, quam in vltima voluntate, ideo non poteſt validum conſtitui diſcrimẽ inter ea, & quod indiſtinctè procedat concluſio ſupradicta, tenet Capic. *in deciſ. 188. nu. 4. & 8. vbi dicit ſic fuiſſe ſemel deciſum per Afflic. in deciſ. 401. nu. 6.*

Declaratur tertio, vt procedat, quando primũ fit rei conceſſio, vt quia diſponens incipiat mentis conceptum explicare à conceſſione rei, vt qñ dicit, concedo rem ad alimenta: ſecus eſt quando
23 incipit à conceſſione † alimentorum vſus, vel vſusfructus, quia tunc proprietas non venit. Ita diſtinguit Bar. *in d. l. 4. nu. 2. ff. de alim. legat.* vbi inquit, multum differre, quòd quis relinquat prædiũ ad alimenta, vel quod relinquat alimẽta ex prædio, vel quod relictis alimentis obliget prędia pro eorum præſtatione, *Cur. iun. d. conſ. 38. nu. 4. Capic. d. deciſ. 188. nu. 4.* vbi ſubdit, inſpicienda eſſe verba cõceſſionis, qũo ſonent. Ideo Ang. *in l. Proculus. ff. de*
24 *vſufr.* dicit, quod ſi redditus pecuniæ † relictus ſit pro alimentis, pecunia remanebit penes hæredẽ, *per l. fundi Trebatiani. ff. de vſufr. lega. ſequitur Caſtr. nu. 9.* atque ita non cenſetur relicta proprietas, quod etiam voluit Fulgoſ. *in l. cum hi, §. ſi integra. ff. de trãſactio. Iaſ. in ead. l. §. ſi qui, nu. 4. Natta conſ. 211. num. 17.* Hanc quoq; diſtinctionem inter conceſſionem rei, & conceſſionem vſusfructus, vel vſus, conſtituit Ang. *in conſ. 338. col. ſi.* vbi ait, non venire proprietatem, quando vſusfructus relinquitur ad alimẽta, imò eo caſu legatum reſtringi ad id, quod pro alimẽtis eſt neceſſarium, & quod ſupereſt cedere lucro hæredis, ſecus, quando res ipſa relinquitur in cauſam alimentorum, & ibi ponit rationem diuerſitatis, *vt per eum, idem voluit Caualcan. de vſufruc. mulie. relic. nu. 28.* vbi tamen neminem citat, qui hoc dicat, *Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 5. nu. 2.* & in relicto quantitatis ad alimẽta, ponit Simon de Pretis, *lib. 4. dubitat. 11. num. 2. fol. mihi 424.* & ſpecialiter in relicto pecuniæ ſeu vſus pecuniæ, ſeu alimentis relictis ex redditu pecuniæ, quomodo legatum ſit intelligendum, & an tunc pecunia eſſe debeat apud hæredem, vel legatariũ, vel alium, vide Simon. *in loco prædicto. Cordub. in d. l. ſi quis liberũ, §. ſed ſi filius, nu. 12. & 13. ff. de lib. agnoſ. vel alen.* Item quando relinquitur habitatio ad vſum,
25 vel ad alimenta, quando liceat † locare, vel quando hæres poſſit cohabitare cum legatario, vide latè Parid. de Puteo *in d. tracta. de feud. reintegr. c. 103. Afflict. in dectſ. 401. Capic. deciſ. 188. nu. 6. Bero. famil. quæſt. 101. nu. 3. Caualcan. d. nu. 78. in fi.*

Quinto limitatur præcedens concluſio, vt non procedat, quando adiectio eſt non in vim modi,
26 ſed per viam cauſæ † finalis: tunc enim reſtringit diſpoſitionẽ, *ita declarat Bal. in l. ſi habitatio. in prin. ff. de vſu & habitatio. & eodem modo declarat Ang. in d. conſ. 338. in fi.* Et ratio eſt, quia omnis diſpoſitio re-
27 ſtringitur † per ſuam cauſam, *l. cum pater, § dulciſſimis, ff. de leg. 2. l. 1. in fine. ff. de ſponſ.* Et dixit Ang. *in l. obligationẽ generali, col. 2. circa prin. ff. de pignor.* quod
28 dictum generale limitatur per rationem, † ſecũdum ſuam cauſam: & dicit, tex. *in d. §. dulciſſimis,* eſſe meliorem, qui ad hoc poſſit allegari, præcipue quando cauſa eſt expreſſa, *vt per Curt. iun. in l. emptor, §. Lucius. ff. de pact. Iaſ. in l. ſi de certa, num. 6. C. de tranſact. Natta in conſ. 546. num. 10.* Modus autem
29 non ſolet reſtringere † vel limitare diſpoſitionem, *vt voluit Bar. in l. 4. ff. de alim. & cibar. legat.* Hæc tamen declaratio patitur difficultatem, quia non eſt verum ſimpliciter, quod cauſa finalis reſtringit diſpoſitionem: nam conſiderandum eſt, ſi ſit
30 de præterito, vel de futuro, † & ſi reſpicit commodum concedentis vel tertij, *vt bene in terminis noſtris declarat Bar. in d. l. 4. nu. 5. ver. ex prædictis diſtinguo ſic.* Imò Bal. *in l. damus. ff. de condict. indeb.* ait, quod cauſa de futuro, reſpiciens commodum ſolius re-
31 cipientis, præſumitur † impulſiua, non autem finalis, *& de hoc videri latè poterit Tiraq. in tracta. ceſſan. cau. limit. 1. numero. 24. & ſeq.* & in hoc conſiſtit reſolutio, quia dum cõtinet legatarij fauorem, non
32 reſtringit † legatum, *Bar. in d. l. 4. in princ. ſummario, & num. 4. Curt. iun. d. conſilio trigeſimo octauo, numero ſexto.* Propterea deciſio Bal. & Ang. ſupra relata intelligi debet, quando conſtat cauſam eſſe finalem, & talem, ſine qua teſtator non fuiſſet aliter legaturus, vel diſponens aliter cõceſſurus. Quo-
33 modo autẽ cognoſcatur eam cauſam eſſe † finalem, vide Tiraq. *loco prædicto, D. Becium in conſilio vigeſimo, numero decimo & ſeq.* Item dicta deciſio obtinebit, quando conſtat quod cauſa adiecta fuit ad limitandum & reſtringendum legatum, quia
34 eo caſu † non veniet proprietas, *vt declarat Bar. d. l. 4. num 5.* & inter cauſam finalem, & modum, non eſt differentia, quia etiam modus reſtringit, quã-
35 do non † reſpicit fauorem legatarij. *l. Titio centum. §. 1. vbi Bar. & alij. ff. de cond. & dem. ponunt Doctores in d. l. cum hi. §. ſi vni, ff. de tranſact. Cur. iun. d. conſilio trigeſimo octauo, numero ſexto.*

Limitatur quinto loco concluſio ſupra firmata, vt locum non habeat, quando relinquitur res eo modo alicui, qui non ſit capax proprietatis:
36 nam eo caſu conceſſio † reſtringitur ad vſum, vel alimenta, vel vſumfructum. Hoc fuit originale dictum Ang. *in d. l. cum hi, §. ſi vni, col. 1. in fin. ver. ſed dic in caſu vno. ff. de tranſact.* vbi ponit exemplum, quando res ad alimenta relinquitur fratribus minoribus, qui non ſunt capaces proprietatis, *clement. exiui de Paradiſo, de verbo. ſignifica.* & dicit ra-
37 tionem eſſe, quia verba, † quæ duplicem habent ſenſum, trahi debent in dubio ad bonum ſignificatum, *l. quoties idem ſermo. ff. de reb. dub.* Et eam deciſionem probauit Ang. *in d. §. ſi vni, numero quinto, ver. iſtam regulam limitat,* qui ſubdit aliam rationem, quia ſcilicet verba intelligi debent ſecun-
38 dum conditionem † perſonæ, cui diriguntur, *l. plenum, §. equitij, ff. de vſu & habitat. Idem voluit additionator ad Cremen. ſing. 34. eandem deciſionem probauit Carroc. in c. cum quid, in 2. par. limit. 2. num. 14. de reg. iur. in 6. vbi ita declarat, ſed nihil allegat, præter Capic. qui tamen de hoc caſu non loquitur,* & verba debent

39 potius impropriari,† quam vt sint superflua, *cap. si sententia, de sent. excom. in 6. Bal. in cap. 1. de capit. qui Cur. vend. Abb. in consilio trigesimo secundo, colum. 1. in fi. vol. 2. Socin. in cons. 2. num. 8. vol. 4. Dec in cons. 48. nu-*
40 *mero 4.* & sumi semper debet interpretatio,† per quam sustineatur actus, *l quoties, ff. de verb. oblig. c. Abbate sanè, vbi gloss. de verb sign.* & hæc præsumptio
41 est cæteris omnibus fortior,† *vt per Alcia. in tract. præsump. reg. 3. præsump. 34. numer. 1. & seq. D. Becius in cons. 52. num. 122. Vinc. Carroc. in d. c. cum quid, par. 1. num. 12.* & non est credendum, quod testator voluerit legare proprietatem, cum sciret, vel scire præsumeretur, quod id legatum fuisset nullum.
42 Nemo enim præsumitur † eligere viâ, per quam suum iudicium subuertatur, *l. 3. ff. de testam. milit. Host. Butr. & Imola in c. Quintauillus, in 4. differen. de iureiur. Felin. in c. cum ordinem, col. 2. de rescrip. Alciat. d. reg. 3. præs. 35. num. 1.* Cum ergo præsumatur testatorem voluisse facere validum legatum, nec aliter possit sustineri, nisi restringatur, dicendum est, quod illa verba posuerit animo restringendi, atque ita fiat restrictio ex tacita & coniecturata testatoris voluntate, secundum ea, quę dixi supra in prima limitatione. Idem est, quando conceditur fundus spurio ad alimenta, *vt dicam in tit. quanto tempore præstanda sint alimenta dum ago spurio.*

Intellige sextò supradictam conclusionem, vt non habeat locum quando pater dat filio rem ad alimenta, vel ad vsum, vel ad vsumfructum, quia
43 non videtur proprietatem dedisse,† sed vsum, vel vsumfructum, vel alimenta. Ita notabiliter declarat Bal. *in l. 2. num. 10. C. de inoff. donat.* vbi inquit, quod verbum, *dono*, à patre prolatum, non includit proprietatem, licèt aliud sit quando profertur ab extraneo. *Et illius dictum appellat singulare Cremen. sing. 34. l. fin. Simon de Pret. d. lib. 4. dubitat. 10. numero trigesimo secundo, vbi inquit notandum, Ias. in d. l. cum hi. §. si vni, num. 4. ff. de transact. dicit, se ignorare quo spiritu Bald. in loco prædicto hanc posuerit limitationem.* Verum ego arbitror hanc limitationem esse veram, & prouenire à proxima præcedenti limitatione, secundum quam dixi, tunc non videri concessam proprietatem, quando incapax est is, cui fit concessio. Pater enim filio in potestate
44 donare † non potest, & si donat, non valet donatio, *l. donationes quas parentes, C. de donat. inter vir. & vxor. Corne. in consilio 199. columna vigesima prima, in limit. volumine secundo. Paris. in consilio decimo sexto, numero decimo nono, volumine secundo.* Cum enim acquiratur patri, quidquid filius acquirit, non datur dominij translatio, quæ statim ad patrem non
45 redeat. Licet autem patri donare † alimenta, vel vsumfructum, vel quid simile præcipuè ad vsum, *vt per gloss. in l. secunda, C. de inoffic. donat.* Proinde, vt sustineatur actus, quando pater donat, fit interpretatio, vt non velit proprietatem donare, sed vsum, vel alimenta, alias nulla esset inter patris extranei donationem differentia, & quando a-
46 ctus non valet eo † modo, quo ago, sustinetur cõmodo, quo sustineri potest, secundum regulam de qua apud Doctores *in l. prima, §. sed si mihi, ff. de verborum obligationibus.* Et hoc modo intelligendo decisio Baldi sublimitabitur, vt non procedat, quando pater donat cum iuramento,† vel in
47 causam dotis, aut donationis propter nuptias, & quando donat filio emancipato, vel eunti in castra, vel filio clerico, & omnibus illis casibus, quibus pater valide potest donare filio, quia in illis cessat ratio propter quam donatio proprietatem non continet; & ratione cessante non est locus decisioni. Quando autem, & quibus in casibus
48 sustineatur donatio † inter patrem & filium, vide late Clar. *in tracta. de donatio. quæstio. octaua per totam, vbi multis modis declarat, & ante eum Duenam in reg. 223. vbi latius egit, Lupus in rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. trigesimo octauo, numero octauo, §. quinquagesimo primo, numero primo, & seq. §. 71. numero quinto, D. Becium, consilio vigesimo, numero quarto, Anto. Gabriel. commun. opinio. libro quarto, tit. de donatio. concl. quarta, per totam, Rolan. in consilio septuagesimo septimo, numero vigesimo quinto, volumine primo, Seraphin. in tracta. de priuileg. iuram. in priuileg. 72. per totum, & alibi sæpe per Doctores.* Hinc etiam deducitur differentia inter donationem, quæ fit à matre ad vsum, vel alimenta, & eam, quæ fit à patre, nam quando fit à patre non venit proprietas, *vt dictum est*, sed
49 quando fit à matre, aliud est, cum veniat † proprietas, vt est textus expressus *in l. donationes. §. species. ff. de donat.* vbi rerum filiæ donatarum à matre proprietas venit, & in tantum, vt mater non pos-
50 sit † rem filio donatam reuocare, *vt est tex. in l. si non mortis. ff. de inoffic. testa. & in l. si constante. C. de dona. inter vir. & vxo.* Et ratio est, quia mater non ha-
51 bet † filios in potestate, sicut pater. §, *fœminæ. Instit. de adop. & toto tit. Inst. de patr. potest.* Ecce ergo nullam aliam esse rationem, quare donatio patris non includat proprietatem, nisi quia pater non potest donare filio in potestate.

SVMMARIVM.

1 *Coniecturæ non admittuntur in rebus claris.*
2 *Verborum qualitas est testimonium nostræ mentis, cæteris omnibus apertius.*
3 *Verba cum clara sunt, non admittitur quæstio voluntatis.*
4 *Verba inuenta sunt ad explicandum voluntatem loquentis.*
5 *Voluntas hominis cognoscitur ex loquela.*
6 *Victus relictum idem est quod elementorum.*
7 *Victus appellatione non venit vestimentum, etiam si relinquatur famulo in domo.*
8 *Victus, & vestitus, quando relinquũtur, videntur relicta alimenta.*
9 *Vita legata veniunt alimenta.*
10 *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.*
11 *Educationis relicto comprehenduntur alimenta.*
12 *Educari in domo cum quis debet, tunc recipiet alimenta in domo.*
13 *Nutriri qui debet, ei alimenta præstanda sunt.*
14 *Alimonia si alicui relinquitur, illi alimenta debentur.*
15 *Cibariis relictis, vel diariis, non venit habitatio, aut vestimentum.*

16 *Potus venit relictis cibariis, vel diariis.*
17 *Medicina non venit relictis cibariis, vel diariis.*
18 *Subsidium vitæ, vel necessarium vitæ cum relinquitur, alimenta præstanda sunt.*
19 *Substentatio vitæ cum relinquitur, debentur alimenta.*
20 *Substendandi causa, quando exprimitur in relicto, tunc veniunt alimenta.*

QVÆSTIO II.



1 Vando alimenta expresse relinquuntur, vel promittuntur, tunc non est dubium, quia † in claris non est opus coniecturis, *l. continuus.ff.de verb. oblig.* nullum est magis nostræ mentis apertum testimonium, quàm
2 verborum qualitas, † & conceptio, *vt dicebat Cassiodor.à Bal. citatus, in l.generaliter, in 1.notab. C.de non num.pecun.& in l.tres denunciationes, col.1.C.quomodo, & quando iud.cum multis apud Tiraq.in l.si vnquam, in ver. libertis, numero 8., C. de reuoc. donat.* & quæ-
3 stio voluntatis non debet admitti, † cum in verbis non est ambiguitas, *l.non aliter, ff.de leg. 3. l. ille, aut ille. §. cum in verbis.ff.eod. tit.c.si quis presbiter, de*
4 *consecrat.* & verba sunt inuenta † ad eum solum effectum, vt his dicentis voluntas demonstretur, *l.Labeo.ff.de supellect. leg.c.is autem, 22.quæstio.2.* & dicit Bald. *in l. sed & reprobari, in princ. ff. de excusat. tu-*
5 *to.* quod voluntas hominis cognoscitur † ex sua loquela, & subdit esse summè notandum, & infinitos ad hoc citat Tiraq. *in d.ver. libertis, numero 17. & seq.*

Et idem omnino est, quando testator alicui le-
6 gat victum, quia idem continet, † quod legatum alimentorum, *l.alimenta, & l. fin.cum ibi notat. ff. de alim.& cibar.leg.l.verbo victus, ff.de verb. signifi.innuit Bartol.in tractat.de alim. in princ. Papien in form. libelli, quo agit actione reali, in ver.& redditib.numero secundo,* vbi dicit paria esse, quod legentur alimenta, vel legetur victus, & dicit Ruin. *in cons.86.num.2.vol.2.* quod legatum victus æquiparatur legato alimentorum per dicta iura, *Vital. in tracta. clausul. in titu. an possit renuncia. alim. colum. 1. & 2. ponit Bonacos. in tracta.de seru.& famul.quæstio.193.* vbi tamen dicit,
7 quod si quis famulo victum in domo † legauit, ille non habebit vestes, quas consueuerat gestare in honorem domini, appellat ipse domicillares, arbitror intellexisse de his, quas domini seruitoribus præstant ad pompam versicolores, vulgo dicimus liureas, quia illę fiunt, non famuli, sed domini gratia, idem est quando relinquitur vi-
8 ctus, † & vestitus, *vt post Corn. ponit Simon de interpret.vlt.vol.lib.4.dubit.11.nu.1.*

9 Idem est, quando testator legaret vitam, † quia continet alimenta, cum aliter nemo viuere possit, cui non cedant omnia, quæ alimentorum nomine continẽtur, *est text.in l. quos nos, §. verbum viuere.ff.de verb.signific. quem ad hoc allegat Bar. in d.tracta.alimento.numero quinto, Angel.in tracta. de testam. in ver.item reliquit mulieri concubinæ, est glos. quadragesimo quinto, sequitur Dec.in l.de alimentu, numero 4. C. de transactio. Simon de Pret.lib.4. dubit. 11. numero 7. folio 420.* ea enim omnia sunt necessaria, vt quis vitam ducere possit, quod si victus importat alimenta, multo magis id importabit vita, propter
10 quã victus conceditur, & propter quod † vnumquodque tale, & illud magis, *auth. multo magis. C. de sacros.eccles.* Ideo enim victum sumit homo, vt viuat, alias radicale humidum ad nihilum breui reduceretur.

Eodem modo intelligi debet relictum educa-
11 tionis, † quia alimenta ei sunt præstanda, quem testator educari iussit, vel cui aliter concessa est educatio, *l. fin. de alim. & cibar. legat.Bar. in d. tracta. de alimen.num.3.ver.quid si debeat educari.* Et subdit alimenta victum, & educationem habere parem significationem. *idem dicit Papien. in d.libel.actio. real.in ver. & redditibus, num.2.Ang.in d. tract.de testam. d.gloss.45.num.19.* vbi si testator iubet aliquem in
12 domo sua † educari, videtur illi alimenta reliquisse, *Decius in d.l.de alimentis, nu.4.* vbi dicit, idem esse, ac si alimenta fuissent relicta, & subdit, eodem modo intelligi, quando testator mandat ali-
13 quem † nutriri. Allegat *l.penult.ff.de his, qui sunt sui, vel alie.iur. Simon loco prædicto, nu.7.* vbi grauatur ad præstandum suum viuere.

Idem intelligendum est, quando relinqueret
14 quis alimoniam, † quia ea pronunciatio ab alimentis non differret, *c. 2. in fin.de præben.l.necare, ff. de lib.agnoscend.c.ecclesiarum seruos. 12. quæstio. 2. c. inter cætera, 22. quæstion. 4. Dec.d.l.de alimentis, numero 3.in fin.* vbi loquitur non in legato, sed in promissione, vt intelligas non esse speciale in vltima voluntate.

Quando autem alicui relinquuntur cibaria, vel diarium, tũc videtur relictum quicquid pertinet ad cibum, non tamen venit habitatio, nec
15 † vestimentum, *l.diariis, ff. de alimen. & cibar.legat.*
16 venit tamen † potus, *l. & si non sint, §. Sticum. ff. de au. & arg.lega. Bartol. in d.tracta.de aliment.numero septimo,* vbi post Franc. Tigr. dicit, non venire me-
17 dicinas † quia illæ non sumuntur pro cibo, & stante relicto hæres solum cibare debet. *Papien. in form.libel. quo agit pro lega. rei singul.in principio.numero sexagesimo quinto,* vbi ait, quod appellatione diarij, vel cibarij non venit vestimentum, vel habitatio, licet appellatione alimentorum omnia veniant. Et dicit Ang. *in l.si cum dotem, §.fin autem in fauissimo.ff.soluto matrimonio,* quod cibariis relictis, non veniunt medicinæ, *& Alexan. ibi dicit esse bonum tex.in l.in rebus.§.possunt, ff. commod.Dec.in ea l. de alimentis, numero tertio,* vbi quod neque vestimentum neque habitatio, sed cibus, & potus, *& idem voluit Ruin. in l. prima, §. hoc edicto, numero sexagesimo tertio, ff. de oper. no. nunt.* vbi, quod nec vestimenta veniunt, nec calciamenta, nec habitatio.

Videntur etiam legata alimenta, quando relinquitur necessarium vitæ, vel subsidium vitæ,
18 † *l.filia, C.de patr.por.* vbi Ang. notat, quod vbi puellæ aliquid relinquitur in subsidium vitæ, illud ceditin dotem, & non mirum: nam dos succedit loco alimentorum, & sæpe tenetur dotare, qui

tenetur alere, *ad idem est tex. in capitulo, episcopus, de præben. vbi Dec. numero quinto, dicit tale legatum intelligi pro alimentis, & declarat dictum Ang. supra citatum.* Et facit ratio, quia vita non datur alimentis, nec aliud est vitæ subsidium præter alimenta. Cum sine eis nemo possit viuere, & non debet differre relictum ad vitæ subsidium à relicto vitæ.

Et idem dicendum est, quando relinquitur
19 substentatio vitæ † *tex. in c. omnino, vbi gloss. distinct. 31. & in c. episcopus, 10. q. 2. quos textus ad hoc citat Bonacos. in d. tracta. de famul. q. 201.* & paria sunt dicere pro necessitate, pro substentatione vitæ, vel pro subsidio vitæ, & idem quando certum quid relin-
20 quit, vt valeat se sustentare, † *Gigas de pension. quæstio. 51. num. 19. & 20. Simon loco prædicto, numero 7. in fin.* vbi post Ang. dicit idem, quando pro expensis relinquitur.

SVMMARIVM.

1 *Habitatio cum filiis, si vxori relicta est, alimenta significantur.*
2 *Alimenta ei sunt præstanda, qui est in seruitiis.*
3 *Cura domus si fuit demandata ei, cui relicta sunt alimenta, non præsumitur esse causa legati.*
4 *Habitationis legatum non importat alimenta.*
5 *Habitatio continetur sub alimentis, tamquam species sub genere.*
6 *Habitatio non continet sub se alimẽta, quæ sunt tamquam genus.*
7 *Habitatio aliquando continet alimenta non ex vi verbi, sed coniectura voluntatis.*
8 *Onus iniunctum declarat mentem testatoris.*
9 *Legatum est donatio.*
10 *Habitationis legatum, cum sit pauperi, tunc videtur importare alimenta, sed vide ibi de veritate.*
11 *Alimenta videntur relinqui, quando mandat testator aliquem recipi in domo.*

QVÆSTIO III.



Testator reliquit vxori habitationem cum filiis, dubitatum fuit, an matri videantur relicta alimenta? Et Bal. *in l. si. num. 8. C. de indic. viduit. tollen.* dicit alimenta † videri relicta, quia quando relinquit habitationem cum fi-
1 liis, videtur illi demandare curam filiorum, *vt probat tex. in l. sed si hoc. §. fin. ff. de cond. & demonstr.* &
2 si seruit filiis, † debet à filiis ali, *vt in l. in reb. §. possent. ff. commoda. probat etiam tex. in l. Seio, ff. de annu. legat. & Bal. sequitur Ang. in tracta. de testam. gloss. 46. num. 9. Alexan. in additio. magna ad Bar. in l. Titia. §. si. sub num. 3. ff. de leg. 2.* Et Bal. dicit in loco prædicto id procedere non solum in matre legataria, sed etiam in quacunque alia, quia censetur relictum in recompensationem laboris, ideo ponit exemplum in amita. Eandem decisionem probauit Cæpol. *in tracta. de seruit. vrban. predio. c. 6. in fin.* subdit esse notandum, & loquitur etiam ipse in matre, & amita, & singulare dictum appellat Crem. *in sing. 66. in fi. & hanc esse signandam decisionem inquit Picus in d. l. Titia. §. Titia, num. 176. ff. de leg. 2* quia si debet esse in obsequio filiorum, est alenda, siue mater, siue amita sit, siue alia persona, *Bero. in cons. 34. num. 12. vol. 2. Natta in cons. 379. num. 2. Mantica de coniectu. vlt. volunt. li. 6. tit. 11. num. 19. & lib. 8. tit. 4. num. 12. Menoc. in cons. 62. num. 2. & præter eos Campeg. in tracta. dot. in 2. par. q. 84. Lancello. Gal. in consuet. Alex. in ver. 20. num. 141.*

Verum hanc Bal. sententiam impugnat Cordub. *in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 170. & numero 209 ff. de lib. agnosc.* Mouetur, quia in declarando legato alimen. ponderanda est vis verborum, *l. alimenta. §. basilica, ff. de alimen. & cibar. lega.* & legatis cibariis non venit habitatio, *vt l. cibariis, ff. de alimen. & cibar. legat.* & quamuis videatur de-
3 mandata cura, tamen ea † non præsumitur fuisse causa alimentorum, *vt notat gloss. in l. Caio. ff. de alimen. & cibar. legat.* & quamuis fuisset causa legati, tamen nõ per hoc infertur quod habitatione legata veniunt alimenta. Augetur autem difficul-
4 tas, quia habitationis † legatum non importat alimenta, *vt probat tex. in l. cum antiquitas, C. de vsufru. l. cum his, §. qui transigit. ff. de transactio.* Alimenta
5 enim genus sunt, quæ continent † sub se habitationem tamquam speciem, *gloss. in c. episcopus, 10. q. 2. l. legatus, & l. si ff. de alimen. & cibar. legat.* sed habi-
6 tatio, quæ est species, non † continet sub se genus, *ita Bologn. in cons. quadragesimo octauo, num. 8. Bero. in consilio trigesimo quarto, numero decimo, & consilio 35. numero 15. volu. 2.* Mihi vero ea Bal. decisio semper visa fuit vera, quia testator videtur fecisse rationabilem dispositionem, vt is alimenta habeat, qui assiduè versatur in filiorum obsequio. Et licet tutori non debeantur alimenta, nec salarium, ex quo munus est publicũ, & à iure cogitur quilibet illud assumere: tamen aliud est in eo, cui non tutela, sed simplex regimen filiorum committitur. Et non obstat quod habitationis legatum nõ contineat sub se alimenta, quia non dicit Bald.
7 eo loci alimenta † venire ex vi verbi habitationis, sed ex tacita, & coniecturata testatoris voluntate, *vt declarat Cæpol. d. cap. 6. in fin. sicuti etiam Picus in d. §. Titia, num. 176. & clarius Bero. in d. cons. 34. num. 12.* Non etiam obstat, quod onus non præsumatur causa legati, quia de hoc non est quæstio, sed an onus arguat quid testator voluerit le-
8 gare, & non est dubium quod ex qualitate † oneris iniuncti venimus ad cognitionem mentis testatoris, *argum. l. generaliter. §. 1. C. de sacros. eccles. Rom. in cons. 417. num. 4. l. eum qui, in princ. vbi Bartol. ff. de iureiuran. & ibi Ias. numero. 1. Menoc. de arbitr. iudic. casu 223.* Cum ergo curam filiorum testator committere videatur: cẽsendum est etiam, quod voluerit matrem recompensare eo modo legando, & si solam voluisset habitationem relinquere cũ filiis, vtique legatum illud potius contineret onus, quam commodum contra naturam suam,
9 cum sit donatio, † *in §. legatum, Instit. de lega.* propterea non est tutum vel rationabile, discedere à sententia Baldi, quæ tot habet testatores; & sanè aliud est relinquere cum filiis, quia primo casu legatum continetur intra limites verbi habitationis, secundo verò subest tacita quædam coniectura voluntatis testatoris. Illa enim coniun-

ctio

ctio cum filiis, importat quid pluris, & dat intelligi quod in eo actu aliquid habere debeat eo modo, quo filiis debetur: at filiis debentur alimẽta, ergo idem videtur in vxore. Et in hac quæstione laborem matris, & onus iniunctum considerat etiam Lancello. *in d. constitut. in ver. viginti. num. 154. idem voluit Simon de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubit. 11. num. 4. in fin.* vbi *in vers. ego addo tamen*, declarat procedere, quando illa persona,
20 cui relicta est habitatio, est pauper, † quia eo casu legatum sustinetur in recompensationem laboris. Sed hæc restrictio mihi non placet, quia recompensatio fieri potest non solum pauperi, sed etiam diuiti, & diues non tenetur gratis curam subire filiorum alterius, si non sit relictus tutor, & quando etiam datus est tutor, potest testator illi relinquere, vt sunt iura clara, quæ non expedit referre.

Eadem alimenta videntur relicta, quando te-
21 stator mandat † aliquem recipi in domo, *vt voluit Bartol. in l. 1. in fi. C. de legat. Corn. in cons. 323. col. 2. versic. & saltem procedit, vol. 2. & in cons. 156. per totum, præcipuè, c. fin. vol. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Vxori censentur relicta alimenta, quando maritus mandat filios apud eam educari, & ibi de veritate.*
2 *Coniunctio inter personas posita attribuit cuiq; æqualiter, licèt aliud sit, quando ponitur inter res.*

QVÆSTIO IIII.

SImilis est quæstio, vbi pater mandat filios educari apud matrem: dubitatur enim, an eo casu alimenta videatur matri reliquisse. Et Bald. *in l. si mulieri, in prima lectura, in*
1 *fi. ff. de vsufruct. accrescen.* inquit videri alimẽta † matri quoque relicta, & subdit illam legem esse ad hoc notabilem, & tenendam menti. Et hanc dicit notabilem theoricã Cremen. *d. sing. 66. in princ.* vbi subdit habuisse de facto, & ita determinasse Caualcan. *in tract. de vsufruc. mulie. relic. numero 138. versic. & ideo si testator filium suum minorem reliquerit, Simon de interpret. vltim. volunt. dubitat. 11. nu. 4. Lancello. Gallia. in consuetud. Alexandriæ. in ver viginti. numero 141.* Et faciunt, quæ aliquando dicam infra in hac eadem parte, dum tractabo, an videantur relicta alimenta vxori, cui à testatore fuit commissa administratio, vel gubernium filiorum. Hæc tamen conclusio licèt impugnetur à nemine quẽ viderim, non caret dubitatione, quandoquidem neque verba, neque intentio testatoris videantur id inferre, quod matri videantur relicta alimenta ex eo, quod testator iusserit filium apud matrem educari, & in toto titulo, *vbi pupil. educa. debe.* nihil tale ponitur, & si dicatur curam filij videri demãdatam, id est falsum, quia sub illis verbis non venit filij cura. Et Bal. *in d. l. si mulieri.* loquitur, non quando testator mandat filios apud matrem educari, sed quando iubet filios alimentari vnà cum matre, atque ita, quando alimenta matri coniunctim relinquuntur cum filiis. Et mouetur Bal. ex vi coniunctionis, quæ cuique personæ æqualiter
2 attribuitur, licèt aliud sit, quãdo coniunctio † ponitur inter plures res, *vt in l. quarta. ff. de fun. instr. & id colligit ex text. in d. l. si mulieri*, vbi si quis instituat vxorem cum filiis, videtur vxori medietatem relinquere, & aliam medietatem filiis, & quando mandat filios educari apud matrem, nihil simile potest considerari, & voluntas testatoris est prouidere de loco ad commodum filiorum; non de alimentis ad commodum matris.

SVMMARIVM.

1 *Necessitas. Relictum pro necessitatibus, intelligitur relictum pro alimentis.*
2 *Necessitas nulla durior est fame.*
3 *Necessitas. Relicto vsufructu pro necessitate, aut indigentia, legatarius habebit sola alimenta.*
4 *Sustentatio congrua vbi relinquitur, veniunt alimenta.*
5 *Necessitas dicitur, quando aliunde quis caperenon potest.*
6 *Necessitatis causa cõcessum, cessat, vbi ipsa cessat necessitas.*
7 *Paupertatis causa cessante, ipsa quoq; cessant, quæ ob paupertatem sunt concessa.*
8 *Necessitas licèt non adfuerit, tamen alimenta pro tollenda necessitate concessa debentur.*
9 *Pro dictio, significat causam impulsiuam, non finalem.*
10 *Pro dictio, importat modum.*
11 *Alimenta præteriti temporis peti possunt, quando aliquid relictum est pro necessitatibus.*
12 *Alimenta præteriti temporis peti possunt, quando aliquid relinquitur pro indigentia.*

QVÆSTIO V.

DIxi supra alimenta censeri relicta, quando testator legauit necessitatem vitæ, vel substentationem vitæ, quid si reliquisset testator aliquid pro necessitatibus, an id intel-
1 ligi debeat † relictum pro alimentis. Et hoc videtur indubitatum, *vt probatur in l. pen. §. fin. & l. fi. ff. de alimen. & cibar. legat.* & nulla est maior vel durior
2 necessitas † fame, *l. 2. vbi Alber. C. de patrib. qui fil. distrax. Dec. in cons. 555. num. 12. & dixi aliquando hoc eodem in opere; & in terminis hoc voluit Ancha. inter cons. Calder. 21. col. 1. tit. de testam.* Et dicit Castr. *in cons. 371. col. 1. ver. secunda ratio, vol. 2.* quod si testator vsumfructum relinquit vxori suæ pro sua indigentia,
3 † vel necessitate, habebit alimenta tantum, *sequitur Crau. in cons. 25. numero 27. & in cons. 199. numero 4. Gabr. cons. 108. numero 15. in 2. vol. & ibi num. 21. hoc declarat.* Sed etsi Crau. in loco prædicto id attribuat verbo, *necessitatis*, Castren. tamen in consilio præallegato non mouetur ea ratione, sed ex aliis clausulis contentis in testamento, per quas appareret, testatorem restrinxisse legatum ad solum vsum, & indigentiam vxoris. Ideo super eo non potest fieri fundamentum, sed ad id quoque Castren. allegat, & sequitur Pet. Pecch. *de testam. coniug. c. 9. numero 1. lib. 5. Caualca. de vsufruct. mulie. relic. numero 20. & hoc etiam voluit Simon de Pret. de*

inter-

interpret. vltim. volunt. lib. 1. interpret. 2. dubit. 2. solutio. 10. folio mihi 72. & lib. 4. dubit. 11. numero 9. folio 425. Et Crau. *in consilio trigesimo secundo, numero primo,* ostendit, quod legatum alicui factum pro suis necessitatibus comprehendit alimenta. Et Castren. *in consilio 437. in 2. dub. col. 1. vol. 2.* dicit, idem
4 esse, quando relinquitur congrua † substentatio, & ibi quærit, an debeatur vestimentum. *Sequitur Crau. in d. cons. 199. num. 4.* dubitari tamen posset, an alimenta hoc casu debeantur ei, qui non indiget,
5 nam dicitur necessitas, quando † aliunde non habet quis, vbi capere possit, *capitulo quanto, de consuetud. Abb. in consilio 17. versus fin. volum. 1.* & inductum necessitatis causa non habet locum vbi cessat
6 † necessitas, *c. 2. de custod. euchar. vbi But. in 1. notab. Anchar. in 1. notab. & Cardin. Floren. in primo, notab.* Et dicit Bar. *in l. 1. §. nunciatio, col. 3. versic. quando sit iuris nostri. ff. de oper. no. nun.* quod statutum ob necessitatem, locum habet quatenus necessitas
7 durat, & idem est in paupertate, quia † ea cessante non procedunt, quæ propter illam inducta sunt. *l. non tantum, §. eos qui ibi, nisi facultates eorum adustæ fuerint, ff. de excusat. tutor. vbi post. Iacob. de Are. Nicol. Matarel. & alios ponunt Bartol. & Alber. infinitos cumulat Tiraq. in tracta. cessan. cau. par. 1. num. 179. & numero 193.* Eodem modo dubitari potest, an debeantur pro tempore præterito, quia cum relicta sint pro necessitate, & pro præterito tempore cessauerit necessitas, ex quo legatarius aliunde habuit, viderentur dicendum non posse peti. Cessat enim ratio relicti. Quicquid tamen sit
8 hoc casu debentur alimenta, † etiamsi nulla subsit necessitas, *vt post Bal. quem citat, concludit Corn. in cons. 187. col. pen. ver. his non obstantibus, vol. 2.* vbi ait, quod legatum alicui factum pro suis necessitatibus, etiamsi necessitates non subsint, quia illa dic-
9 tio *pro*, † significat impulsiuam non finalem
10 causam, *c. Agatosa, 63. dist. & importat † modum, secundum Bar. in l. quib. dieb. §. Termilius. ff. de cond. & dem. & in l. Lucius Titius. §. te. ff. de lega. 2.* & quod pro
11 tempore præterito peti possint † alimenta, voluit Anchar. *d. consilio vigesimo primo, inter cons. Calder. vbi mouetur per eandem rationem, sequitur Simon de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubit. 8. numero nonagesimo primo, folio mihi 399. Caph. consilio octuagesimo primo, per totum.*

Et quæ dicta sunt de necessitate, vel substentatione, procedunt etiam, quando dictum est pro
12 indigentia, † vt Simon ibi dicit.

SVMMARIVM.

1 Gubernare importat regere, & administrare.
2 Tutela dicitur onus propter regimen, & administrationem.
3 Gubernium, cum alicui relinquitur, tunc alimenta relicta videntur.
4 Vsusfructus illi relictus non censetur, cui cura, & custodia committitur.

QVÆSTIO VI.

CEnsentur quoque relicta alimenta, quando testator mandat alicui gubernium domus:
1 verbũ enim *gubernare* † importat regimen, & administrationem, *c. cum singula. extra de præben. Alber. in suo diction. in ver. gubernare, Corn. in cons. 253. col. 1. vol. 3.* & nisi includerentur alimenta, legatum hoc importaret onus, non commodum, & esset con-
2 tra naturam legati, vt dicimus de tutela † quę propter regimẽ reputatur onus, *l. tria onera. ff. de excusat. tutor.* & per hanc rationem in terminis † nostris, ita concludit Corn. *in cons. 3. col. pen. versic. & suadetur dict. interpretatio, vol. 2.* vbi prosequitur
3 vlterius, & eum in proposito sequitur Paris. *in cons. 21. num. 22. & seq. vol. 2.* vbi infert, quod testator relinquendo vxori domus gubernium, non censetur vsumfructum illi relinquere, sed alimenta, & idem dicit quando reliquit vxorem gubernatricem, *sequitur Caualca. in tracta. de vsufru. mulie. relic. numero 21. vbi allegat quoque Pet. Pecch. Simon. de Pret. lib. 4. dubit. 11. num. 5.* & facit quod voluit Crau. *in cons. 25. num. 23.* vbi inquit, quod gubernium conuenit legato alimentorum, & *num. vigesimo octauo*, dicit, quod non censetur relictus
4 † vsusfructus illi, cui est commissa custodia & gubernium rei, & faciunt quæ dixi supra, dum tractaui quæstionem, an alimenta debeantur ei, cui relicta est habitatio cum filiis, quia iustum est, quod curam habens filiorum, alimenta consequatur, & alatur, qui est in eorum obsequiis, & de hoc aliquid ponam infra, dum tractabo, an vsusfructus vxori relictus restringatur semper ad alimenta secundum consuetudinem Bulgari.

SVMMARIVM.

1 Lego Titio cum familia, idem significat quod lego Titio, & familiæ.
2 Alimenta ei videntur relicta, qui implicite includitur legato, vt quando dicitur Titio cum familia.
3 Copula &, coniungit æqualiter.
4 Copula &, coniungit æquè principaliter.
5 Cum dictio, magis coniungit quam copula &.
6 Fœminæ succedunt eodem tempore cum masculis, quando conceditur feudum pro masculis cum fœminis.
7 Matri alimenta videntur relicta, quando legantur filiis cum matre.
8 Alimenta quando Titio relinquuntur cum familia, non potest Titius illis renunciare in præiudicium familiæ.
9 Pactum vnius non nocet alij.
10 Pater qui feudum acquisiuit pro se & filiis, non potest illi renunciare in præiudicium filiorum.
11 Conuentio vnius, non nocet alij.
12 Donans vni cum pacto quod post illius mortem transeat ad alium, poterit consentiente donatario reuocare.
13 Donatio facta vni cum pacto quod eo mortuo transeat in tertium, stipulante notario non poterit reuocari.
14 Contractus à principio sunt voluntatis, postea vero necessitatis.

QVÆ-

QVÆSTIO VII.



ON solum autem alimenta debentur ei, qui est explicite honoratus, & vocatus, sed etiam ei, qui implicite continetur in dispositione: veluti, quando testator dicit, lego alimenta Titio cum familia, eo enim casu idem est ac si dixisset,
1 lego † Titio, & familiæ *l. illi cum illo, ff. de vsufruc. leg. l. Titiæ textores. §. nihil. ff. de le. 1. Doctores in l. si cui. ff. de fundo instruct. & in l. fundum, C. de verb. signifi.* Atq; ita
2 † in terminis declarat Alex. *in cons. 178. num. 2. vol. 6. quem sequitur Natta in cons. 660. num. 3.* Et ratio
3 est, quia illa copula, &, † æqualiter coniungit. *l. reos. §. cum in tabulis, ff. de duobus reis. l. tertia, §. si quis ita. ff. de eo quod certo loco. l. si quis Titio, ff. de vsufruc. accres. Ripa late in c. ex parte, nu. 42. ff. de rescrip. Natta in consi. 582. num. 12. decis. Pedem. 81. nu. 1. Menoc. in cons. 56. nu-*
4 *mero 35.* & æquè principaliter coniungit, † *gl. in c. querelam, vbi Abbas, de Simon. Fely. in c. quanto, il. 1. de iudic. Ruin. in cons. 53. num. 7. volum. 1. Ripa in d. c. ex parte, numero 40.* imò strictius copulat ea dictio *cum*, quam dictio, &, vt probatur ex eo quod voluit Bal. *in l. quoties, num. 5. C. de suis, & legit.* vbi ait, quod
5 dictio † *cum*, inducit maiorem coniunctionem verbalem, quam dictio, &. Infert autem quod, & si feudo concesso pro masculis & fœminis, & non veniant fœminæ, nisi ordine successi-
6 uo † deficientibus masculis, tamen quando est concessum pro masculis cum fœminis veniunt fœminæ ad successionem eodem tempore cum masculis ob virtutem coniunctionis prædictæ, Et illam Baldi decisionem sequuntur omnes, *vt inquit Ias. in l. Gallus. §. quidam recte, num. 87. ff. de li. & posthum. Dec. in cons. 208. numero 2. Paris de Puteo in tract. de feud. reintegr. cap. 109. in princ. Crot. in consil. 27. num. 3. Paris. in consil. 12. num. 17. vol. 1. Cremen. sing. 70. Iacob. in sua inuestit. feud. in ver. ex fœminis, numero decimo, Zas. in tracta. de feud. par. 8. in 2. conclus. ver. tertio fallit, folio mihi 107. Rol. in consilio octuagesimo quarto, numero decimo, vol. 4. Clar. de feud. q. 73. ver. & in hoc proposito. Thom. Marin. de feud. lib. 1. tit 11. de feud. fœmin. num. 31. Guerim piso in prælud. feud. §. an, & quando fœminæ succedant, colum. 2. ver. sed si concedatur, folio mihi 150. licet ibi moueat aliquale dubium, sed ante eum dubitarunt Ang. & Curt. iun.* Sed magis ad nostrum propositum, quod legando Titio cum familia debeantur quoque familiæ alimenta, probatur ex Bal. *decisione in l. si mulieri, in fin. ff. de vsufruc. accres.*
7 vbi si testator † mandat filios cum matre alimentari, vult quod virtute coniunctionis alimenta præstentur matri, *& eum sequuntur alij, quos citaui supra hac eadem partic. in quæstione, an matri videantur relicta alimenta, quando testator mandat filios educari penes eam.* Dubium tamen est, quando testator legat alimenta Titio cum familia, an possit Titius illis renunciare in præiudicium familiæ proposito, quod non obstat dispositio *l. cum hi. ff. de tranſ.* Et Alex. & Natta in locis prædictis conclu-
8 dunt, quod nō, † quia pactum vnius non nocet
9 † alij, *l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pact. l. transactione, ff. de transact.* & quando pater acquisiuit feudum pro
10 se, & filiis, non potest exinde illi renunciare † in præiudicium filiorum, *vt voluerunt Din. Bal. & Ang. in l. apud Iulianum, §. si quis alicui, ff. de leg. 1.* Addo quod tot censentur legata, quot sunt personæ, quibus est relictum, ideo renunciatio vnius non tollit ius competens tertio, & id, quod nostrum est, non potest sine nostro facto in alium transferri, *l. id quod nostrum, ff. de reg. iur.* & neque pactum
11 neque transactio † neque conuentio vnius potest alij præiudicare, *vt probaui in consilio 60. numero vigesimo quarto, & seq.* Et hæc resolutio non continet probabilem dubitationem in legato, sed in donatione vel contractu non caret dubio. Bart. enim *in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verb. oblig.* inquit, quod si rem donat adiecto pacto, quod certo casu adueniente, ea res transeat ad tertium,
12 poterit † donator de consensu legatarij reuocare donationem. Et eum sequitur Cum. & Imo. *ibi, colum. 2. & communem dicit Socin. num. 6. Ias. num. 4. Rom. in l. sed si hac, §. prostituta. ff. de in ius vocan. Salic in l. quoties, C. de reuoc. donat. Alexan. in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius vocan. Socin. in cons. 115. num. 12. vol. 4. Ias. in l. 2. num. 66. C. de iure emphit. hanc etiam communem dicit Clar. in tracta. de donatio. quæst. 13. numero 5. ver. sed quid si nullus, & magis communem attestantur Port. Imo. commun. opin. lib. 5. conclus. 36. Anto. Gabriel. in eod. tract. lib. 3. tit. de donatio. conclus. 5. nu. 1. Crau. in consilio 19. numero. 11.* Vera tamen resolutio est, quod si donatio, vel concessio facta est per contractum absenti nullo stipulante, poterit concedens reuocare interueniente maxime con-
13 sensu patris, si neque sequuta est acceptatio, † *vt voluit Bar. cum prædictis omnibus:* at si facta est præsenti, & acceptanti, vel etiam absenti, stipulante notario, reuocari non poterit, quia contractus à
14 principio sunt voluntatis, postea vero † necessitatis. *l. sicut. C. de actio. & oblig. Bal. qui ita declarat in l. cum à socero, C. de iure dot. Rapha. Fulgos. in d. §. Flauius, vbi Aret. colum. penult. ver. licet autem prædicta, Alexan. colum. 7. ver. tamen conclusio facta. Soci. colum. 2. ver. 6. conclusio, Ias. colum. 8. ver. secundo limita, & hanc dicit communem Socin. iun. in cons. 118. numero 13. vol. 2. Didac. lib. 1. variar. resolutio. c. 14. num. 11. Gabriel. d. conclus. 5. num. 4. & Clar. d. num. 5. ver. dic. ergo quod si quidem.* Et prædicti omnes concludunt, quod quando donatio, vel concessio facta est præsenti, vel stipulante notario, vel aliter est acceptata, tunc non potest reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Vxor si relicta fuit domina in domo, habebit alimenta cum præeminentia.*
2 *Vxor relicta domina, & massaria, habet alimenta cum præeminentia.*
3 *Vxor relicta domina, madonna, & massaria, habet alimenta cum præeminentia.*
4 *Massaria quando vxor relinquitur, venit cum præeminentia.*
5 *Vxor relicta domina, & patrona, habet alimenta cum præeminentia.*
6 *Vxor relicta domina, & patrona, habet vsumfructum, quando extranei sunt instituti, vbi latè.*

7 *Bar. in l. Titia, §. Titia, ff. de leg. 2. declaratur.*
8 *Vxor quando relinquitur domina, nullo dato hærede, est proprietaria.*
9 *Actus interpretatur, vt valeat, non vt pereat.*
10 *Vxor quando relinquitur donna & madonna, durante vita, habet vsumfructum.*

QVÆSTIO VIII.

INstituto hærede si testator relinquat vxorem dominam in domo, habebit ali-
1 menta † cum solita præeminentia. *Ita concludit Bal. in l. fin. num. 6. ver. quidsi testator dicit, C. de indic. viduit. tollen.* quia verbum *domina*, intelligitur secundum vulgare Italicum, vt importet eam esse caput domus, & penes se habere regimẽ. Cum enim testator alium instituerit hęredem, non est credendum quod intellexerit de dominio bonorum. Et Bal. ibi vult hoc procedere, siue filius, siue extraneus fuerit institutus, & siue relictum factum fuerit vxori, siue matri, siue sorori, siue cuiuis alij personæ, quia non est vis in qualitate legatarij, sed in substantia verborum, quibus testator vsus est. Idem voluit Picus *in l. Titia. §. Titia cum nuberet, numero 95. ff. de leg. 2.* vbi subdit, quod in ea præeminentia subintelligitur semper, quod veniant alimenta, & ante eos idem voluit Bar. *in d. §. Titia, numero 8.* vbi postquam dixit, vxorem relictam vsufructuariam consequi posse sola alimẽta, subdit idem esse, quando simpliciter relicta est domina, *idem voluit Signorol. de Homod. in consilio 175. in quæstione, ferè per totum, sed præcipuè, numero 2. in fin. ver. his igitur sic præmissis, & num. 6. ver. modo ex his infert.* Et mouetur inter alia, quia testator alium reliquerat hęredem, & loquitur quando fuerat institutus frater non filius, ne quis forte existimaret id prouenire ex consuetudine Bulgari, *idem voluit Ang. in cons. 144. colum. 1. ver. habebit ergo,* quia secundum eum veniunt alimenta virtute præeminentiæ, secundum quam viro viuente capiebat sua authoritate alimenta, & dicit idem esse, quando vxor fuit relicta domi-
2 na † & massaria. *Idem tenuit Abb. in consil. 4. numero 6. vol. 2.* vbi loquitur, quando dictum est, quod sit
3 domina, madonna, † & massaria, & de eo verbo
4 *massaria*, † de per se, loquuntur etiam Bal. *in d. l. fin. numero 6. in princip. & Picus, numero 95. in princip. Bero. in consi. 33. vol. 2.* vbi dicit, hoc procedere quãdo dictum est eam fore dominam, & dominatri-
5 cem, vel dominam, & massariam, vel † dominam, & patronam: sed ipse intelligit procedere solum, quando filij aut descendentes sunt instituti, innuens, quod institutis extreneis ea verba importent plenum vsumfructum bonorum, in quo ta-
6 men contrariũ tenuit † Bal. *in d. l. fi.* volens, quod siue filii siue extranei fuerint instituti, eo casu vxor habeat sola alimenta. Et hanc sententiam sequutus est Paris. *consilio vigesimo primo, numero decimo octauo, & seq. volum. 2. Capel. Tolos. decis. 462.* dum tamen extent filij, Simon de Pret. *in tracta. de interpreta. vltim. volunt. lib. 4. dubit. decima, numero 46. ver. & cum hac interpretatione, folio mihi 411.*

Contrariam tamẽ sententiam probauit Ruin. *in cons. 50. nu. 5. & 5. vol. 2.* vbi concludit, quod vxor relicta domina non consequitur alimenta, sed solam habet præeminentiam, quã viuente testatore habebat, quia de proprietate sermonis verbum, *domina*, importat præeminentiã, non autẽ alimenta. Et mouetur ex eo, quod voluit Bart. *in d. §. Titia*, dum loquitur de vxore, quæ fuit relicta domina, & massaria. Et vult, quod ea præeminentia importet solum facultatem administrandi, & faciendi eleemosynam, etiamsi testator dixisset, prout ad præsens est: quia & si à testatore vxor perciperet alimenta, id tamen erat ob necessitatem, quę incumbit marito alendi vxorem, *sequitur Gabriel. com. opin. lib. 5. tit. de vsufru. concluf. 2. num. 14. eiusdem opinionis videtur Picus in d. §. Titia, nu. 21. ver. prima est quod vbi,* sequendo Bar. dicit, quod si testator vxorem relinquat dominam, vel dominatricem, & massariam, habebit solam præeminentiam eo modo quo habebat, quando testator viuebat.

Sed prima opinio est verior, & præter supradictos illam tenuerunt Ang. *in l. 1. ff. de actio. rer. amot.* vbi, *col. 1.* sequendo Bar. dicit, vxorẽ habere præeminentiam, victumq; & vestitum indistinctè, siue extent filij, siue non, *Salic. in auth. hoc locum, nu. 6. ver. nam cum maritus. C. si. secun. nup. mul.* vbi tamen nihil dicit de alimentis, sed solum de præeminẽtia, *prout etiam Corn. in. cons. 112. col. 2. ver. sed his non obstantib. vol. 2.* vbi loquitur etiã, quando pia causa est instituta vel substituta. Picus, qui tamẽ clarè loquitur de alimentis, *in d. §. Titia, nu. 34. Socin. iun. in cons. 94. num. 3. vol. 1. vbi dicit hoc tenere Doctores magis cõiter, idem dicit in cons. 97. num. 17. & seq. eo. vol. Caualcan. de vsufr. mul. reli. nu. 39.* vbi dicit idem esse dicere dominam & massariam, vel dicere gubernatricem & administratricem. Est verum quod hoc intelligit stantibus filiis, quod est contra aliorum sententiam, Gabr. *commun. opin. li. 5. tit. de vsufru. concluf. 5. nu. 35. & seq.* Et retenta hac opinione pro vera, non obstat dictum Bar. *in d. §. Titia*, ponderatum à Rui. *in d. cons. 50.* quia intentio Bal.
7 longe est diuersa: † vult enim quod institutis filiis nihil referat vxorem relinqui dominam, & vsufructuariam, vel vsufructuariam tantum. *ita declarat Picus d. nu. 4. & latius Bartoli mentem explicat Soc. iun. in d. cons. 94. nu. 5.* vbi poterit videri, & quoad nostram quæstionem, ea Bartoli contrarietas non potest nocere, quia quærit solum, an verba importent vsumfructum, & Bartolus secundum aliquos vult, quod verbum domina, importet vsumfructum: ergo multo magis importabit alimenta. Nam ferè omnes Doctores habent hoc p absoluto, & ponit Picus, *nu. 95. Ang. in cons. 144. col. 1. ver item habebit, Abb. d. cons. 4. num. 6.* & consultatio sua est multo magis falsa, quatenus vult non venire alimenta, etiamsi dixerit testator, prout ad præsens est, nam per ea verba sine dubio relinquuntur alimenta, quia eo tempore vxor in domo alebatur, & non valeat Rui. diffugiũ dicentis, quod vxor alebatur ex necessitate matrimonij, nã non attenditur, qua ex causa aleretur, sed sat est, quod aleretur. Præterea admittunt omnes, quod habe-

habeat præeminentiam: at ea præeminentia continet curam domus: ea verò cura importat, quod habeat alimenta, quia alere eos debemus, qui continuo sunt in nostris obsequiis, vt dixi paulo supra, & propterea vera erit conclusio, quod alimenta debentur ei, quæ relicta est domina, vel patrona, vel massaria.

Declaratur tamen procedere, quando alius est
8 institutus hæres, at si nullus sit hæres, † tunc tale relictum importabit proprietatem, *vt videntur voluisse Doctores supra citati, præcipue Signor. d. cons. 175.* vbi considerat, quod duo non possunt esse domini, ex quo alter fuit institutus, *Bal. in d. l. fin. num. 6. ver. hoc etiam patet, C. de indic. viduit. tollen.* dum ponderat, quod alium instituit hæredē, *Ang. in d. cons. 144. col. 1.* dum dicit quod alias instituit hæredem in vanum, & expresse hoc voluit Picus *d. §. Titia, nu. 95.* dicēs, quod extantibus hęredibus verbum *domina, vel madonna, vel massaria*, importat alimenta: nullis autem institutis trahitur ad institutionem. Et idem videtur voluisse Bal. *in cons. 294. nu. 1. col. 1. ver. quid ergo dicemus, vol. 5.* vbi considerat rationem, quia dominiū non potest esse apud plures. *Et Castr. in cons. 71. ad primum breuiter. in prin. vol. 2. Soci. iun. in cons. 97. nu. 17. & seq. vol. 1. Bar. in d. §. Titia, nu. 6. vbi Picus, nu. 26. & 29. Gabriel. d. lib. 5. tit. de vsufruct. conclus. 5. num. 37 Paris. cons. 21. num. 19. vol. 2.* Et facit, quia verbum *domina*, sui natura importat dominium, quando autem nullus est institutus hæres, nihil impedit, quominus secundum suam proprietatem intelligatur, quia verba intelligi debent propriè, & alias testamentum tamquam institutione carens esset nullum, & actus
9 † interpretari debet vt valeat: non vt pereat, *l. quoties. ff. de reb. dub. D. Becius in consilio. 105. nu. 9.*

Non omitto, quod Dec. *in cons. 476. num. 1.* voluit vsumfructum deberi, quando testator reli-
10 quit vxorem donna & † madonna, durante la uita sua, & loquitur fortius, quando filij fuerunt instituti, licèt postea dicat, quòd saltem debet habere locum, quando decesserunt filij. Et mouetur ex coniecturata voluntate testatoris, *& cum eo tenet Socin. iun. in cons. 85. vol. 1. sed Ruin. eos reprobat. in cons. 17. vol. 2. vbi late agit.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier cui administratio domus relinquitur, vel quæ relinquitur administratrix, habet alimenta.*
2 *Administratione relicta venit vsusfructus.*
3 *Grauari non potest, qui non honoratur.*
4 *Legari non potest res propria legatarij, quia non esset vtile legatum.*
5 *Creditori legatum factum non valet, nisi aliquam afferat vtilitatem.*
6 *Administratio quando relinquitur, idem est ac si relinquatur gubernium.*
7 *Administrationis relictum continet alimenta.*
8 *Administratio libera quando relinquitur, venit vsusfructus.*
9 *Vsusfructus quando vni relinquitur, & alius hæres instituitur pleno iure, tunc hæres habet dimidiam vsusfructus.*
10 *Administratio plena, vel plenaria, importat vsumfructum in relicto facto vxori.*
11 *Administratio, quando relinquitur cum facultate capiendi fructus vel disponendi de eis, vsusfructus venit.*
12 *Administrator, vel gubernator, quando liberatur, quid veniat.*

QVÆSTIO IX.



Via variis vtuntur verbis notarij in explicando testantium mentem, necesse est cuique verborum formulę suam afferre decisionem, quęro igitur quid si testator relinquat vxorem administratricem in domo, vel ei relinquat administrationem, vel simul dominā, & administratricem, an hoc casu alimenta censeantur relicta? & Bald. *in cons. 294. col. 1. ver. tamen*
1 *communis, vol. 5. in vxore principis dicit*, quod † vigore eius relicti habebit solitos honores, & alimenta pro se & familia. Censetur enim concessa libera procuratio, & subdit, sic se habere communem vsum loquendi, & interpretandi, & ibi ponit, quid possit mulier circa subditos, & illud appellat elegantissimum consilium, & perpetuo menti tenendum, quia non reperitur alibi decisum, *Picus in l. Titia, §. Titia, cum nuberet, numero 177. ff. de leg. 2.* sequitur etiam Paris. *in consilio 21. numero 26. vol. 2.* vbi dicit, illud verbum importare prę-eminentiam, alimentaque cum administratione, & subdit administratricem idem esse cum gubernatrice, & loquitur etiam, quando filij non sunt instituti, sed extranei, *Socin iun. in cons. 97. nu. 21. & seq. vol. 1. vbi sequitur Bal. in loco præallegato.* Et dicit verbum administratricem, non sonare in vsumfructum, sed in alimenta, licèt per interpretationem possit etiam importare vsumfructū. Est verum quod loquitur, quando instituti sunt filij, quasi aliud sit, quando filij non extant: videtur enim moueri ex consuetudine Bulgari, de qua apud Doctores *in auth. hoc locum. C. si mul. secun. nup.* idem voluit institutis filiis Capel. *Tolos. decis. 462.* vbi tamen aliud dicit non extantibus filiis, *Rui. in cons. 17. num. 13. vol. 2.* vbi vult, quod alimenta censeantur relicta, quando concessa est administratio, & subdit hoc esse verum institutis filiis. Sed tale legatum nihil plus importare post mortem filiorum, quia mirum est & vniforme, ideo non variatur per mortem filiorum, & ibi arguit relictam esse administratricem ex eo, quod liberauit testator eam ab onere reddendi rationem, quod etiam considerat Soci. iun. *in cons. nu. 12. vol. 4.* vbi dicit legatum etiam vsusfructus restringi ad alimenta, quando adest etiam liberatio à ratione reddenda, *sequitur Mant. de coniect. vlt. volum. li. 9. tit. 7. nu. 26. vbi allegat alios*, Castren. *tamen in cons. 71. ad primum breuiter. vol. 2.* tenet, quod administratio-
2 ne relicta veniat vsusfructus, † Idem voluit non extantibus filiis *in cons. 160. col. pen. & fin. eo. vol.* Sed mouetur non ex vi verbi, sed quia non est verisimile, quod testator voluerit vxorem esse procuratricem piæ causæ institutæ. Idem voluit

Dec.

Dec.*in conſ.476.nu.3.* vbi loquitur etiam filiis extantibus ſtante voluntate teſtatoris coniectura-ta, de qua per eum, Soci.iun.*in conſ.85.nu.17.vol.2.* vbi dicit verbum adminiſtratricem importare vſumfructum, ſed ex conſuetudine loquendi. Et ſequi videtur Picus *in d.§. Titia, nu.172.verſ.76.* vbi refert ſimpliciter Caſtr.in loco prædicto, quibus oſtenditur quam errauerit Crau.*in conſ.32.num.2. ver.quinimo ex verbis.* vbi dicit, neq; vſumfructum, neq; alimẽta venire, ſed ſolam facultatem adminiſtrandi, quaſi ea facultas commodum contineat, & fauorem afferat legatario, non autem onus maximum contra legati naturam, quæ eſt vt vtilitatem ferat: exiſtimo tamen priorem partem veriorem eſſe, quod ſcilicet adminiſtratione relicta veniant alimenta: nam legatum interpretari debet, vt ſit vtile, *vt probat Crot.conſ.67.nu.42.* at ſi
3 ſimplex cura iniũgatur, non erit legatum, & † quẽ non honoro, grauare non poſſum, *l.ab eo.C.de ſideic.ibi, intelligi ergo debet vt ſit vtile legatum.* Hinc videmus quod non valet legatum de re propria le-
4 gatarij, quia † nullam affert vtilitatem. *§.ſed ſi rem legatarij, Inſtit.de leg. l.proprietas.C.eo.tit.l.cætera.§.1. ff.de leg.1.l.huiusmodi.§.Titia.ff.de leg.1.* & legatum fa-
5 ctũ domino, vel creditori vt valeat, † neceſſe eſt, quod in ea re aliquod ius competat teſtatori, *vt late probaui in conſ.113.nu.10.& plurib. ſeq* Præterea ſi verum eſt, quod legatum adminiſtrationis idem importet, quod legatum gubernij, *vt docent multi*
6 *ex † ſupra citatis, & admittit Soci.iun.in d.conſ.85.nu 17.* negari non poterit quin legataria adminiſtrationis conſequatur alimenta, quandoquidem probauimus paulo ſupra alimenta ei deberi, cui curam, & gubernium teſtator demandauit. Nec obſtat, ſi forte dicatur alimenta non deberi ei, cui iniungitur cura, ſeu tutela filiorum, & tamen tutor, & curator habent adminiſtrationem: quia reſponderi poteſt, vim conſiſtere in modo diſponendi. Si enim dicat teſtator, *relinquo filiis meis tutorem Sempronium cum facultate adminiſtrandi, vel relinquo filiorum meorum tutorem, & adminiſtratorem, &c.* tunc patet quod non voluit relinquere alimenta. At ſi dicat ſimpliciter, *volo quod ſit talis adminiſtra-*
7 *tor,* † vel *relinquo talẽ adminiſtratorem,* tunc veniunt alimenta, præcipuè quando legatum fit vxori, vel alij coniuncto. Et hoc modo loquitur Soc.iun.*in conſ.74.num.12.vol.4.* & hoc modo intelligi debet Crau.*in d.cõſ.32.nu.2.Mãt.d.tit.7.nu.26.* Ex eo enim apparet tutelam fuiſſe relictam, & ideo non poteſt venire, neque vſusfructus, neque alimenta.

Concluſio tamen hæc limitatur, vt non procedat quando teſtator reliquiſſet vxorem plenariã, & liberam adminiſtratricem omnium bonorum:
8 tunc enim † conſequitur integrum vſumfructũ, ſiue filij extent, ſiue non. *ita declarat in terminis Pariſ.in conſ.94.nu.37.vol.2.* qui etſi alia cumulet verba, dicit ſingula poſſe idipſum operari, & cum eo tranſit Simon de Pret.*d.lib.4.dubitatio.10.nu.70. Bero.conſ.35.num.8.vol.2.* verbum enim illud, *plenum,* plurimum importat, & eius vigore dixit Alexan. *in conſ.56.verſ.vnde cum inteſtamento, vol.3.* quod, & ſi
9 regulariter hæres ſolam habeat † proprietatem, quando alij relictus eſt vſusfructus omnium bonorum, tamen fallit quando hæres fuit inſtitutus pleno iure: tum enim conſequitur dimidium vſusfructus, *Pariſ.d.conſ.94.nu.40.Picus in d.§.Titia, nu.82.Simon d.dubitat.10.nu.64.Gabr.com.opin.li.5.tit. de vſufruct.concluſ.3.nu.41.* Et idem eſt, quando dixit
10 quod plenariè adminiſtret, † vel ſit plenaria adminiſtratrix, quia idem hoc importat, quod pleno iure, *Barb.in conſ.2.col.5.vol.2.Picus loco prædicto, nu.82.* Et dicunt Doctores, quod ſi exantib. filiis teſtator relinquat vxori plenum vſumfructum, tunc conſuetudo Bulgari non habebit locum, vt dicam paulo infra, & pauci ſunt dies quod in excellentiſſimo hoc Senatu ita fuit iudicatum, me allegante in quadam cauſa Nitræ, in qua tamen alia ſuberant, quæ ſuadebant vſumfructum fuiſſe relictum.

Reſtringitur etiam noſtra concluſio, vt non
11 procedat, quando extat clauſula quod poſſit fructus capere, de eis liberè diſponere, vel † extant æquipollentia verba: quia tunc licet relicta ſit adminiſtratrix, conſequitur vſumfructum, *ita concludit Alex.in conſ.214.col.1.& ſeq.vol.6.* vbi loquitur in fortioribus terminis, quando ſcilicet relicta eſt adminiſtratrix cum facultate diſponendi de fructibus, ita quod habeat victum & veſtitum toto tempore vitæ ſuæ, quia poſteriora verba ſecundum eum, non reſtringunt principale relictum. *Corn.conſ.3.col.pen.ver.quanto autem ad relictum, vol.2.Socin.in conſ.1.volum.4.Pariſ.in conſilio 97. num.27.vol.2.Gabr.d.tit.de vſufruct.concluſ.2.num.47. Mantica.d.tit.7.num.26.Simon d.dubit.10.nu.66.* quia alimentarius non poteſt de fructibus diſponere pro libito ſuæ voluntatis, ſed capit quantum ſufficit pro ſuo vſu, imo alimentarius non percipit fructus, ſed eos habet de manu hæredis, vt aliquando dixi.

Quid autem importet, quod vxor relicta gubernatrix, vel domina, vel maſſaria, vel etiam ad-
12 miniſtratrix † fuerit liberata ab onere reddendi rationem, vide Corn. *in conſ.3.col.pen.in fin. Socin. in conſ.88.nu.6.vol.1.Socin.iun.in conſ.97.nu.27.vol.2. conſ.74.num.12.vol.4. Ruin.conſ.17.nu.13.vol.3. Crot. in conſ.67.num.17.Pariſ.conſ.21.num.16.vol.2. Mantica, d.tit.7.num.26.Simon d.dubit.10.num.70.in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Hæres patris tenetur alere filium.*
2 *Aequiparata vbi aliqua ſunt, tunc diſpoſitum in vno, locum habet etiam in alio.*
3 *Alimenta dicuntur ei reſtricta, qui ex diſpoſitione teſtatoris tractandus eſt vt filius, & nu.8.*
4 *Promittẽs tractare aliquem vt filium ſub pœna, ſi eum expellat, punitur.*
5 *Promittens aliquem tractare vt cæteros filios, non poteſt illum in æqualibus veſtire.*
6 *Teſtamenta plenè interpretantur.*
7 *Argumentum à contractibus, ad vltimas voluntates, valet affirmatiue.*
8 *Alimenta non cenſentur relicta, quando mãdat teſtator aliquem vt filium tractari in aliqua re particulari.*

9. Cau-

9 *Causa limitata, producit effectum limitatum.*
10 *Verba. A verbis non est recedendum.*
11 *Contractus tenor seruari debet.*
12 *Verba testamenti sunt seruanda.*
13 *Alimenta ei non sunt præstanda, qui tractandus est vt filius, in casibus quibus pater non cogitur alere filium.*
14 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
15 *Relatio censetur fieri cum omnibus suis qualitatibus.*
16 *Legata stricte sunt interpretanda.*
17 *Legatum ad piam causam largè interpretatur, & venit quod maximum est.*

QVÆSTIO X.

MAndat aliquando testator aliquem tractari tamquam filium, proinde dubitatum fuit, an illi ab hærede præstanda sint alimenta. Et sanè cum pater filios alere teneatur, non videtur dubitandum, quin illi quoque hæ-
1 res ad id cogi † possit. De patre est tex. *in l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de lib. agnos. & dixi in tit. quib. & à quibus præstari debeant alimenta.* vbi enim duo sunt
2 æquiparata, † dispositum in vno, locum habet in alio, *glos. magna circa fin. in l. quod verò contra. ff. de legib. & in l. si quis seruo. in verbo, corrumpi, vbi Bar. & alij, C. de furt. Isa. in §. ex maleficiis, num. 39. Instit. de action. dicit procedere etiam in pœnalibus, Dec. in l. factum. §. in pœnalib. num. 13. ff. de reg. iur.* & de vi exæquationis multa ponunt Doctores *in l. 1. ff. de leg. 1.* Ideo cum à testatore iussus est hæres tractare aliquem vti filium, tenetur ei præstare alimenta, quemadmodum filiis erant præstanda, & per illam dispositionem legatarius reponi videtur in locum filij, proinde tractari debet eo modo, quo venit tractandus filius, in cuius locum fuit subrogatus, *arg. l. si eum. §. qui iniuriam. ff. si quis caution.* Et in terminis
3 quod per ea verba censeantur legata † alimenta, ponit Ruin. *in cons. 45. num. 1. 2. & 5. vol. 2.* vbi infert, quod tenetur hæres non solum alimenta, sed alia quoque dare. Mouetur ex eo quod ponit Bar. *in l. quidam cum filium, num. 10. vers. quid si eum non induit. ff. de verb. oblig.* vbi dum vult, quod promittens aliquem tractare vt filium, teneatur ad omnia, ad quæ pater tenetur erga filium. Allegat tex. *in d. l. si quis à liberis, §. si vel parens,* qui præcisè loquitur de alimentis, ita vt Bartol. in necessariam consequētiam videatur velle, quod talis promissor teneatur ad alimenta. Allegat etiam Ang. Imol. & Aret. ibi, *quinimo post Iacob. de* Aret. vult Bar. ibi quod si
4 promisit † sub pœna, incurrat pœnam, si velit sine causa illum expellere de domo. Et dicit etiā Bart. quod talis promissor cogi possit officio iudicis ad præstandum vestes necessarias, licèt non qua-
5 les præstet filiis suis, nisi promiserit expressè † illum tractare, vt cæteros filios suos, quia tunc non debet inęqualitatem seruare, *vt per Bar. ibi, in fi.* vbi monet, vt cautius sit contrahens circa formam obligationis. Et eum in hoc sequitur Castren. *ibi, col. pen. & Isa. numero trigesimo secundo,* vbi tractat, an liceat illum exhæredare, & an possit instituere in re certa, & quod alimenta eo casu præstanda sint, voluit Crot. *in cons. 67. numero 34. & seq.* licet ex aliis in suo casu contrarium teneat Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. dubit. 11. numero 7. folio mihi 425.*

Declara hanc decisionem, vt non solum procedat in contractibus, prout loquuntur Bar. & alij, *in d. l. quidam cum filium*, sed etiam in testamen-
6 tis, quia in eis † fit semper plenior interpretatio, *vt in c. cum dilecti, de donatio. l. in testamentis, ff. de reg. iur.* vbi Dec. *num. 5.* dicit hanc regulam optime procedere comparatiuè ad contract. & infert ad alia. Et inquit, fallit *in l. si. C. de leg.* quod ex quo in vltimis voluntatibus fit plenior interpretatio, valide ar-
7 guitur affirmatiue à contractibus ad vltimas † voluntates. Idem voluit Imol. *in l. seruum filij, §. cum qui chirographum, ff. de leg. 1. Aret. Instit. de lege Fus. cani. tollen. in princip. Euerar. in loco 17. à contractibus ad vltim. volunt. col. 2. ver. quando autem sumus in dubio, Imo. Ruin. Crot. & Simon loquuntur in vltima voluntate.*

Intellige quoq;, vt procedat ea decisio, quando testator simpliciter, & absolutè mandat aliquem tractari vti filium: nam si id disponeret limitatè, puta si diceret quod hæres in administratione bonorū alicuius faciat ea, ad quæ pater tenetur erga filium circa bona aduentitia, vel quod in bonis aduentitiis legatarium tractet tamquam filium, tali casu non tenebitur illi præstare alimē-
8 ta, † quia limitata causa, limitatum producit † ef-
9 fectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. l. quod dictum. ff. de pact. Soci. in c. cum ordinem, in ver. limitata causa, de præscrip.* Pater autem circa aduentitia, vel ratione aduentitiorum non obligatur ad alendum filiū, sed id facere tenetur naturali impulsu, *l. si. §. ipsum autem filium. C. de bonis, quæ liber. ita in terminis declarat Crot. in d. cons. 67. num. 34. & seq.* vbi ideo in casu, super quo consuluit Ruin. *in d. cons. 45.* ipse contrarium tenet; propterea rectè admonet Bar. *in d. l. quidam cum filium, in fi.* quod disponens sit cautus, vt sciat rectè verba concipere. Nō est enim rece-
10 dendum à forma † verborum, *Bal. in cons. 182. col. fin. vol. 1. l. quod constitutum. vbi Bar. in princip. ff. de testam. milit. latè Tiraq. in l. si vnquam. in ver. libertis, numero 4. & 21. C. de reuoc. donat.* & non est recedendum à tenore † contractus, *Bald. in cons. 270. col. 2.*
11 12 *vol. 5.* sicut etiam seruari debet † in verbis testamentorum. *§. nos igitur, in Auth. de restitut. fideicom. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 1. Tiraq. loco prædicto, num. 7. & 10.*

Restringe quoq; supradictam conclusionem in casibus, in quibus teneretur pater filium alere, vt scilicet alimenta non sint ab hærede præstāda,
13 quando pater † ad ea non teneretur, *ita videtur voluisse Ruin. in d. cons. 42. num. 2.* Natura enim exæquationis hoc vult, vt à pari exæquata procedant. Posset tamen dubitari, quia præceptum testatoris absolutum est, & non continet diem, vel conditionem. Et licèt pater teneatur solum in subsidium, tamen testator mandat præcisè. Sed respōderi potest, quòd etsi dispositio testatoris videatur pura, ex quo tamē se refert ad obligationem,

quam pater habet erga filium, quæ est conditionalis, quando scilicet filius non habet aliunde, ipsa quoque videtur continere conditionem,
14 † quia relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, *Bar. in l. 1. ff. de receptato. in 1. l. ff. si famil. furt. feciſ. dicat. dixi in conſ. 115. num. 30.* & relatio censetur fieri cum omnibus suis † qualitatib. vt pro-
15 bat in alimentorum materia tex. *in l. in filio. §. teſtator. ff. de aliment. & cibar. leg.* vbi si testator legauit alimenta seruis, prout ipse solebat præstare, hęres ad ea tenetur solũ pro tẽpore quo testator præstabat. Et Bar. ibi in summario dicit, quod relatiuũ limitat ens non solum in quantitate, sed etiam in tempore; idem clare inducendo illum tex. ponit Castr. *in conſ. 283. num. 5. vol. 1. Alex. in conſ. 141. num. 3. vol. 2. poſt Bar. in alio loco per eum allegatum, Rol. in conſ. 58. num. 23. vol. 3.* Debet autem legatarius æquiparationem ita contra se acceptare, sicut pro se, & hæc intelligentia mihi videtur vera, licèt non inueniam Doctorem in specie tangentem, præci-
16 puè cũ in legatis fieri † debeat interpretatio stricta, *l. nummis. ff. de lega. 3. l apud iulianum. §. Seio. ff. de leg. 1.* vt semper hæres minus grauari censeatur, *l. vnum ex familia, §. ſi rem. ff. de leg. 2. declarat Dec. in l. ſemper in obſcuris, num. 3. ff. de reg. iur.* vbi dicit, quod in legatis venit quod est minimũ. Et in d. *l. in teſtamentis, num. 3.* & si dicatur, quod fauore alimentorum, sicuti & piæ causæ fit in legatis lata interpretatio, vt veniat † nõ quod minimum, sed quod
17 maximum est, *l. Titia. §. Seia, vbi Bar. ff. de auro & argento legato, Abb. in c. indicante, col. 2. ver. vnum tamen ſingulare, de teſtam. Socin. conſ. 247. nu. 6. vol. 2. & Dec. d. l. ſemper in obſcuris, num. 4. Gozad. conſ. 60. num. 15.* respondeo quod est verum, quando constat de substantia legati. Tũc enim si fit in causam piam, fauorabiliter intelligitur. At hic quærimus, an censeantur legata alimenta, quando habet aliunde, atque ita in dubium reuocetur ipsa legati substantia, proinde non potest de qualitate, & accedentibus legati iudicari. Respondeo etiam, quod legatum alimentorum non est pium, quando nõ fit pauperi, sed habenti vnde viuat, vt dixi inter alimentorum priuilegia. Posset tamen replicari, quod & si alimenta non contineant piam causam, quando debentur ei, qui non est pauper, tamen non desinunt esse fauorabilia, vt tetigi in loco supra citato.

SVMMARIVM.

1 *Recommendatus à teſtatore hæredi, conſequitur alimenta.*
2 *Commendo verbum, prolatum in ſpecie, importat fideicommiſſum.*
3 *Commendans aliquem ſine dolo, non obligatur, ſed videtur laudare.*
4 *Commendare, eſt laudare vel approbare.*
5 *Tempus, in quod confertur legatum, nõ in quo fit, attenditur vt dicatur pium.*

QVÆSTIO XI.

1 ALimenta item censentur illi legata, quẽ testator hæredi suo recommendauit, † & recommendatum esse voluit, *vt concludit Alex. in conſ. 158. numer. 4. vol. 2. quem ſequitur Simon in tracta. de. interpretat. vltim. volun. lib. 4. dubit. 11. num. 10. folio mihi 425. Mant. de coniectur. vlti. volun. li. 8. tit. 1. num. 8. & ſeq.* Intelligit tamen Alex. quando quis commendatus fuit in omni casu necessitatis, & vult, quod solum in casu necessitatis petere possit alimenta, & vult fortius, quod eiusmodi legatum sustineatur solum, quando factum est pauperi, quia tunc dicitur continere piam causam, & fauore piæ causæ incertitudo non vitiat legatum, *l. ſi cui annuum. ff. de annu. lega. dixi inter aliment. priuilegia.* Mouetur Alex. circa principalem decisionẽ, quia verbum *commendo*, quando est in specie pro-
2 latum, importat fideicommissum, sicut † verbum *rogo, l. verbum, cum gloſ. ff. de alim. & cibar. leg. iuncta l. 2. C. commu. de lega. Bartol. in l. Lucius. ff. de fideiuſſor.* Contra tamen facit tex. *in l. ſi vero. §. cum quidam. ff. mand.* vbi qui simpliciter alterius personam commendat, non obligatur, prout etiã dicimus, quod pro simplici laudatione facta nemine requiren-
3 te, non obligatur † quis, nisi dolum commiserit, vel lucrum fecerit, *l. eleganter, §. fina. ff. de dolo*, Fulgo. *in d. l. ſi vero. §. 1. ff. qui ſatisd. cogan. vbi Caſtr. Alex. & Iaſ. idem voluit Bal. in l. cum oſtendimus. §. fi. propeſi. ver. in textu ibi, affirmatorum. ff. de fideiuſſor. tutor.* Sed prædicta iura non loquuntur de recommendatione in eo sensu, de quo loquimur, vt quãdo aliquem alij in gratiam conciliamus, vel alterius opem in amici vtilitatem imploramus, sed loquuntur de
4 commendatione, id est laudatione † vel approbatione personæ, vel rei, in quo sensu capitur in tex. *l. ea quæ commendandi. ff. manda. vbi latè agit Cur. iun. ibi, & Bero. in conſ. 193. nu. 55. vol. 1. & Caph. in conſ. 437. nu. 3. & 33. & ſeq.* Proinde non obstant in nostro proposito. Quatenus vero Ale. dicit, sustineri legatum solummodo, quando factum est pauperi & egenti, videtur mihi hoc dictum esse inane, quia cum factum sit in casu solius necessitatis, vtique semper erit pium, & factum pauperi. Eius enim non dabitur petitio, nisi quando necessitate legatarius vrgetur, & vt dicatur pium, attendi
5 debet tempus, in quod legatum confertur, † non autem tempus testamenti, *arg. l. ſi cum vxori. §. fin. cum l. ſeq. ff. de donat. inter vir. & vxo. gl. in l. cum dos. ff. de pact. dotal. Bal. nou. in tracta. dot. par. 7. priuileg. 11. limit. 8.* Licet enim legatarius non egeat tempore testamenti, poterit tamen egere aliquando, & capacitas legatarij considerari potest triplici tem-
6 pore, vt de hærede † dicitur. *Inſtit. de hæred. qual. & differen. §. in hæredibus autem.*

SVMMARIVM.

1 *Legatum annuum cenſetur factum in cauſam alimentorum.*
2 *Ius accreſcendi non habet locum in legato annuo.*
3 *Perſona legatarij interpretatur legatum.*
4 *Lecto vxori viduæ legato non veniunt culcitræ ex ſerico.*
5 *Stipulatio annua intelligitur ad vitam ſtipulatoris, non vltra.*
6 *Argumentum valet ab vltima voluntate ad contractus.*

7 *Promissio annua intelligitur facta pro alimentis, & ibi an sit verum, & an procedat in diuite.*
8 *Annuum legatum intelligitur pro alimentis, quatenus ille indiget si factum est pauperi.*
9 *Legatum dotis intelligitur pro alimentis, quando factum est pauperi.*
10 *Legatum omne intelligitur pro alimentis, quando fit pauperi.*

QVÆSTIO XII.



ANnuum legatum in dubio censetur factum in causam alimentorũ, & qui certum quid legat in annos
1 singulos, alimenta legare † videtur, si legatarius pauper sit. probatur *in l. legatum, vbi gloss. ff. de capit. diminut. l. si cui annuum. ff. de annu. lega. in l. cum hi, §. si in annos. ff. de trãsact. gl. in l. codicillis, in princ. ff. de annu. lega.* Est tex. expressus *in l. Stichus. §. Titia, ff. de alim. lega. & l. Titia, in princip. ff. de annu. lega.* vbi iurisconsultus annuam quantitatem relictam à testatore appellat alimẽta, *notat Bar. in d. l. codicillis, & in d. §. si in annos. vbi etiam Alexan. idem voluit Bar. in l. si Stichum, §. stipulatio. vbi eum sequitur Bal. Ang. Cum. Castr. & alij omnes. ff. de verb. oblig. Bal. in l. in annalib. C. de lega. & in auth. ingressi, C. de sacros. eccles. Ias. in d. §. si in annos, num. 2. Io. de Amic. in cons. 56. num. 1. Bal. in l. antiquitas, C. de vsufructu, Crot. in l. re coniuncti, num. 73. ff. de leg. 3. Bal. nouel. in l. 1. num. 44. ff. solu. matr. Io. Lup. in repet. c. per vestras, in 3. not. ab. §. 24. num. 6.* vbi post Bal. & Ang. infert,
2 quod ideo in legato † annuo non est locus iuri accrescendi, *Rui. in cons. 124. num. 9. vol. 1. Didac. variar. resolut. li. 3. c. 9. col. fi. ver. quarto hac in controuersia, Natta in cons. 379. num. 5. Cordub. in l. si quis à liberis. §. vtrũ, num. 31. ff. de lib. agnos. vel alend. Foller. in sua praxi censuar. in ver. homini census super reb. num. 80.* vbi dicit, maximè vtile esse, quod censeatur factum pro alimentis propter multa priuilegia, quæ à iure alimentis sunt attributa, *Mantica de coniectu. vltim. volunt. lib. 6. tit. 11. num. 18.* vbi dicit, ideo non esse locum iuri accrescendi in eo, & ratio est, quia lega-
3 tum interpretatur † ex persona legatarij, *l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habit.* vbi Bal. infert, quod in legato lecti facto vxori viduæ non veniunt culcitræ ex serico, † quia non conueniunt legatariæ,
4 *idem voluit Bal. in l. 1. num. 12. C. de legat.* idem in generali legato alimentorum dixit Salic. *in l. fi. nu. 6. C. de indicta vidu. tollen. Ripa. in l. ex facto. §. si quis rogatus. num. 13. ff. ad Trebellian.*

Et in legato nemo contradicit: difficultas tamen est in annua promissione, an censeatur facta in causam alimentorum. Et sanè gloss. *in d. l. si Stichum. §. stipulatio. ff. de verb. oblig.* dicit, quod stipula-
5 tio † intelligitur ad vitam stipulatoris, non vltra; & eam sequitur Bar. *ibi, num. 2. ver. sed semper fui ausus.* vbi dicit, quod stipulatio annua intelligitur in causam alimentorum, ideo non transit ad hæredes, sed finitur cum vita hominis. Et licèt secundum eum, iura loquantur in legato, tamen quo ad hoc est eadem ratio in stipulatione, quæ in legato, voluit Bar. dicere, quòd & si fauorabilior, & latior fieri soleat interpretatio in testamẽtis, quàm in contractibus, tamen quando in con-
6 tractu militat eadem ratio, valet † argumentum ab vltima voluntate, ad contractus, *l. pactum inter hæredem, vbi Bar. not. ff. de pact. l. iure ciuili. ff. de cond. & demonstr. l. seruum filij. §. eum qui chirographum, vbi Din. Rain. Imo. & alij, ff. de leg. 1. l. si diuortio, vbi Ang. ff. de ver. oblig. Bald. in l. vnica, C. de leg. Fus. can. tollen. ita declara-*
7 *rat † Alexan. in cons. 61. col. 3. vol. 1. quem sequitur D ec. in l. in testamentis, num. 7. ff. de reg. iur. Euerar. loco 17. col. 2. ver. pro cuius quotidiani articuli, Ang. in d. §. stipulatio, transit cum Bar.* Et dicit, esse hoc vtile ad promissiones, quæ fiunt fratribus mendicantibus, & limitat nõ procedere, quando diuiti facta est: quia licèt contineat colorem alimentorum, vel piæ causæ, non propterea dicitur pia, *l. illud. C. de sacros. eccles. vbi dibit esse textum singularem, idem voluit Alex. num. 5.* vbi dicit sibi placere decisionem Bartol. quando facta est pauperi promissio, licèt aliud sit in dubio per rationes ab eo allegatas, & Ias. *ibi, numero 11.* dicit cum Bartolo transire magis communiter Doctores, eandem quoque communem dicit Rui. *in d. cons. 124. num. 9. vol. 1.* & Ias. in loco prædicto adducit rationem supra citatam, quod promissio omnis intelligitur secundum conditionem eius, cui fit, *d. §. equitij*, ideo cum fit pauperi, intelligitur pro alimentis, quibus ille indiget, sed melior est ratio Bartol. quod non militet diuersa ratio.

Et in promissione contrarium voluit Bald. *in d. §. stipulatio*, qui dicit, nulla lege reperiri quod promissio facta pauperi intelligatur pro alimentis, licèt in legato sic cautum sit. Sed responderi potest, quod licet arguere à legato ad cõtractum, quando diuersitatis nulla subest ratio, & cum eadem est ratio, idem ius esse debet, *l. illud. ff. ad leg. Aquil.* & cum habemus rationem, non est querenda lex. Propterea licet legem loquentem de legato extendere ad contractum; cum Baldo tenent Cuman. Imola, & Castr. *in d. §. stipulatio.* Sed Castr. dicit primam opinionem subsistere ex æquitate, licet hãc dicat esse de rigore iuris veriorem, præcipuè quia euitatur infinitas præstationis. Præterea admittit Castr. quod vbi facta est pro alimentis, ea stipulatio non sit perpetua, Ro. quoque *in d. l. si Stichum, in princ. num. 7. & seq.* quando stipulatio facta est à paupere, transit cum Bartol. licet in dubio dicat multos tenere contra Bar. & additio. ad Castren. intelligit contradicentes Bartolo loqui, quando diues stipuletur. Et certè omnes, Baldo excepto, loquuntur in dubio, *vt per Alexan. ibi num. 4.* nec quisquam ex eis distinguit, an fiat promissio diuiti, vel pauperi, & nemo respondet ad argumentum Bartoli, licèt multi allegentur in contrarium, propterea melius est tenere primam, quę habet irrefragabilem rationem, & graues authores.

Stante autem conclusione supra firmata, declaro illam procedere, quando quantitas in singulos annos relicta conuenit alimentis, aliàs licèt sit facta pauperi non intelligetur causa alimẽ-
8 torum, nisi quatenus ille † indiget. *ita declarat Fol-*

ler. in d. numero 80. in fi. allegat Bald. qui hoc mihi non dicit in eo loco, sed probat Rom. in d. §. stipulatio, numero 8. vbi dicit, quod pingue legatum annuum factum fratribus mendicantibus sustinetur in vim alimentorum quoad eam quantitatem, quæ necessaria est pro alimentis, non vltra, & Castr. ibi requirit duas qualitates, quod promissio facta sit pauperi, & de modica quantitate. Hoc etiam voluit Natta *in d. cons. 379. numero 5.* Et prædictorum ratio est, quia concessum ob causam alimentorum, restringitur, quatenus ipsa alimentorum causa militat, & non vltra; & non potest dici pro alimentis concessum, quod longe excedit alimentorum necessitatem.

9 Et quæ supra dicta sunt de annuo legato, † locum habent etiam in relicto dotis, *vt post Bal. nou. dicit, Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 11. num. 18. in fine.*

Imo videntur generalia in quocunq; relicto, quod factum sit pauperi, quia intelligitur pro a-
10 limentis, † *vt dicam paulo infra.* & facit, quia semper legatum interpretatur, secundum conditionem eius, cui fit, *d. §. equitij*, & hæc ratio militat nõ minus in legato simplici, & vnico, quam in annuo, *& ita videtur tenere Bal. consil. 256. in fin. vol. 2. & cons. 225. vol. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Spurio egenti relictum, vel concessum, intelligitur pro alimentis, vide num. 3. & 10.*
2 *Feudum concedi potest nedum spurio, sed etiam seruo.*
3 *Spurio industrioso legatum, vel concessum, non intelligitur pro alimentis.*
4 *Dos si legata sit spuriæ filiæ, intelligitur pro alimentis si sit pauper.*
5 *Factum in dubio quid ex causa, ex qua fieri potest.*
6 *Interpretatio fieri debet, per quam actus sustineatur.*
7 *Compensandi animus præsumitur in debitore necessario, qui legat.*
8 *Promissio sequens intelligitur facta ex causa quæ præcessit.*
9 *Causa vnica quando potest assignari, habetur pro expressa.*
10 *Spurio relictum sustinetur solum pro eo, quod necesse est pro alimentis.*
11 *Spurio relictum non gaudet fauore alimentorũ, quando factum est diuiti.*

QVÆSTIO XIII.

DIximus in titulo, quibus debeantur alimenta, quod filio spurio nihil relinqui potest præter alimenta, quando non habet aliunde pro suo victu, sed si aliquid tali spurio indigenti legetur, vel concedatur nulla expressa
1 causa, eo casu † sustinebitur tamquam in causam alimentorum legatum, vel concessum, *ita dicit Aflict. in decis. 99.* vbi infert, quod potest pater emphiteusim stipulari pro se, & filio spurio, atq; pro hæredibus filij spurij, quia secundum eum feu-
2 dum potest dari nedum spurio, † sed etiam seruo, in quo articulo videri poterit D. Becius *consilio decimo octauo*: sed quod attinet ad decisionem principalem, Aflict. nihil allegat, nisi quod pecunia censetur donata pro alimentis, ex quo spurius non habet vnde se alat, *c. cum haberet, de eo qui duxit in vxorem, quam pollu. per adult.* Sed ante cum hoc voluit Castr. *in cons. 5. num. 6. vol. 1.* mouetur, quia legatum intelligitur secundum qualitatem, & exigentiam personæ, *l. plenum, §. equitij. ff. de vsu & habitat. Crau. in cons. 219. col. pen. Natta in cons. 402. num. 48.* vbi aliud dicit, quando spurius est diues,
3 vel industriosus, † *Rota. Bonon. decis. 22. num. 3. vbi allegat solum Aflict. Cord. in l. si quis à liberis §. idem rescripsit. num. 68. ff. de lib. agnos.* vbi post Abb. *in con. 113. vol. 2.* & Alban. *in cons. 44.* dicit idem esse in legato
4 dotis, † quia præsumitur in causam alimentorum factum, & à spuria peti debet tanquam dos seu alimenta, non tanquam simplex legatum, *Simon de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 1. interpret. 2. dubit. 2. solut. 7. num. 14. folio mihi 68. & lib. 3. interpret. 1. dubit. 3. solut. 2. num. 7. folio. 188.* Et prædictorum ratio est non solum, quæ à Castr. allegata est, sed etiam, quia factum in dubio quid præsumitur ex ea cau-
5 sa, † ex qua fieri potest, *l. si cum dotem. §. si pater. ff. soluto matrim. Corn. cons. 217. lib. 3.* Hanc rationem adducũt Crau. & Cordub. in locis supra citatis. Ad-
6 do quod fieri debet interpretatio † per quam actus sustineatur, & non pereat, *l. quotiens. ff. de reb. dub.* at legatum esset nullum, si non esset factum in causam alimentorum, ex quo spurio aliud relinqui non potest, ergo ex ea causa videri debet relictum. Rursus pater debitor est filij de alimentis ex dispositione legis, atque ita est debitor ne-
7 cessarius, ergo censetur reliquisse animo † compensandi cum eo, vt potest videri apud Doctores *in auth. præterea, C. vnde vir. & vx. vbi præcipuè Dec.* Præterea subsequens promissio referri semper
8 † debet ad causam, quæ præcessit, secundum doctrinam Bar. *in l. triticum, in princ. ff. de verb. obl. Natta in cons. 201. num. 3.* Demum ideo relictum censetur in alimenta, quia nulla alia relinquẽdi causa suberat, & quando sola causa potest assignari, ea ha-
9 betur pro expressa, † & perinde habetur ac si foret scripta, *Dec. in cons. 545. num. 3. Socin. iun. in cons. 1. numero 43. volum. 1. Menoc. consilio. 85. numero nono,* & ab ea licet arguere non minus, quàm à ratione, & causa scripta, *vt dicunt passim Doctores in locis solitis.*

At si fortè relictum excedat debitam alimen-
10 torum quantitatem, sustinetur tantummodo † vsque ad summam pro alimentis debitam, & vitiatur in excessu, *secundum Bal. in l. eam quam col. 12. C. de fideicom. Socin. in cons. 2. num. 5. vol. 4. Neuiza. in con. 92. num. 26. multos citat Simon de Pret. d. solut. 2. numero 6. ver. primo enim in spurio, Ruin. in cons. 44. num. 9. vol. 2. idem Simon alios citans, lib. 4. interpret. 1. dubit. 1. num. 18. folio 377.* vbi dicit, quod reducitur ad conuenientem summam pro alimentis, & dicam *in tit. quanto tempore præstanda sint alimẽta.* Hoc ergo casu relictum, quod pro alimentis est necessarium, non quod excedit alimentorum modum.

Intellige etiam, quando non gaudeat alimentorum fauore, quãdo spurius est diues, quia prædicti

11 dicti omnes Doctores † loquuntur, quando non habet abunde, vt potest videri apud eos, & idem est, quando sit legatum diuiti, quia vt dictum est, tunc solum intelligitur ex causa alimentorum, quando fit pauperi.

SVMMARIVM.

1 *Filij positi in conditione, non dicuntur vocati.*
2 *Conditio nihil disponit.*
3 *Legata non censetur res, quæ fuit posita in conditione.*
4 *Alimenta posita in conditione non debentur.*
5 *Conditio nihil ponit in esse.*
6 *Legatum potest relinqui per epistolam.*
7 *Legatum nutu relinqui potest.*
8 *Legatum relinquitur per quæcunq; verba.*
9 *Legata fieri possunt sine verbis, sed attenditur voluntas.*
10 *Legata relinquuntur ex coniecturis, & quæ sufficiant.*
11 *Filij positi in conditione, quando censeantur vocati.*
12 *Filij positi in conditione censentur vocati fauore piæ causæ.*
13 *Filij positi in conditione legati, vel alterius relicti, censentur vocati, licèt aliud sit in tota hæreditate.*
14 *Legatum desumitur à contrario sensu dispositionis, idemq; est in fideicommisso.*
15 *Argumentum à contrario sensu conditionis sumitur, etiam in verbis negatiuis.*
16 *Argumentum à contrario sensu non capitur in verbis testatoris conditionaliter prolatis, & quomodo procedat.*
17 *Alimenta aliquando relinquuntur per modum conditionis implendæ.*

QVÆSTIO XIIII.

ALimenta nunquam ponuntur in conditione, non autem in dispositione: dubitatur ergo, an eo casu debeãtur, puta si dicat testator, *lego Titio mille, si alimenta dederit Sẽpronio, vel si talis non præstabit alimenta, tali lego centum.* Et sanè regula est, quod positi in conditione
1 non † censentur vocati, *gl. in l. Lucius, la 2. ff. de hæred. instit. cum aliis. quos citaui in cons. 91. nu. 11.* & con-
2 ditio † nihil disponit, *l. si quis sub conditione, ff. si quis omissa cau. testam. Alexan. in cons. 27. num. 7. vol. 3. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 2. num. 3.* & in legato, quod posita res in conditione non † cen-
3 seatur legata, est text. *in l. si penum, in fi. quando dies leg. ced.* vbi si testator mãdat hæredi, quod decem soluat Titio, casu quo non det penum, non poterit Titius petere penum, quia non est legata; ad idem est tex. *in l. cum sine præfinitione, §. si ita scriptum. ff. eod. tit.* vbi dicitur vnicum esse legatum, & peti non posse rem, quæ fuit posita in conditione, *idem dicit glos. in l. 1. ff. de penu lega. vbi eam sequitur Bar. & alij.* Et in terminis, quod alimenta posita in cõ-
4 ditione non † debeantur, voluit post Bart. *in l. 1. in fi. C. de legat. Corn. in cons. 373. col. 2. ver. & saltem procedit, vol. 1. & in cons. 156. per totum, præcipuè circa fi. vol. 4.* vbi loquitur de legato recipiendi aliquem in domo, quod secundum eum importat relictum alimentorum, facit generalis regula, quod con-
5 ditio † nihil ponit in esse, *glos. Bartol. & alij in l. Lucius. ff. de hæred. instit. Dec. in cons. 261. col. 2. in fi. D. Becius in cons. 30. num. 21.* vbi infert, quod non potest argumentum suum à verbis conditionalibus ad inducendum fideicommissum, & necessaria est dispositio, vt testatoris mens locum habeat, *§. disponat, in Auth. de nupt.* mihi tamen dura videtur hęc decisio: & quamuis gratius mihi foret audire aliorum sententias, quàm meam proferre: tamen non omittam, quæ mihi videntur in contrarium adduci posse, & primo, quia legatum potest non
6 † solum epistola relinqui, *vt probat Mantica, de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 12. num. 1. & seq.* & per nuntium, *vt per Bal. in rub. extra de procurat. num. 4. quem sequitur Mantica tit. u. primo, numero quinto, & seq.* sed
7 etiam nutu, † *vt in l. nutu. ff. de leg. 3. & l. in epistola, C.*
8 *de fideicom.* & sufficiunt quæcunque verba, † *l. cum proponebatur, ff. de lega. 2. l. vnum ex familia. §. fin. eo. tit. l. quamuis. C. de fideicom.* & non est necessaria verbo-
9 rum obseruatio, quando legata † fiunt, *l. in legatis. C. de legat.* & non verbis, sed voluntati testantium fauendum est, *§. nostra, Instit. de legat.* & sola voluntas attenditur, *l. pen. ff. de leg. 1.* & solis coniecturis
10 † inducitur legatum, *d. l. vnum ex familia, §. pen. Cur. iun. cons. 121. num. 10. & 17. Pari. cons. 41. num. 19. vol. 2. latè comprobat Mantica in dicto tracta. lib. 8. titu. 1. numero decimo octauo,* vbi post Socin. iun. *in cons. 62. numero 15. vol. 4.* dicit idem esse in legatis, quod in fideicommissis, cum sint exæquata, *vt in l. 1. ff. de legat. & numer. 23.* sustinet quod non requiruntur coniecturæ necessariæ, & concludentes, sed sufficiunt probabiles. Propterea cum testator alimẽtorum præstationem ponit sub conditione, videtur voluisse ea relinquere, præcipuè, cum hodie multi contra glos. *in d. l. Lucius, la. 2. de hæred. instituen.* velint, filios positos in conditione videri
11 † vocatos, *vt per Oldr. Bald. Florian. Fulgos. & Salic. in l. 1. C. de condit. insert. plures citat Clar. de testam. quæstio. 77. ver. contrariam vero, Ant. Gab. com. opin. lib. 4. tit. de fideicommiss. conclus. 4. numero 2. Rol. in cons. 51. nu. 1. vol. 3. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita, par. 7. numero 3. ver. pro contraria vero videat, vbi multos citat authores, Vasq. de succesio. creat. lib. 3. §. 26. limitat. 31. numero 88. ver. in contrarium adduco sequentia.* Accedat quod alimenta quando relinquuntur pauperi, continent piam causam, sed fauore piæ causæ filij
12 positi † in conditione censentur vocati, *secundum Ias. in l. si quis id quod, ff. de iurisd. om. iud. Ruin. cons. 139. col. 4. vol. 3. Zanch. in d. §. cum ita, par. 7. num. 40.* in quo tamen contrarium tenuere Ruin. & Paris. citati à Zanc. *num. 76.* Item facit, quia quicquid sit in conditione, quæ respicit totam hæreditatem, certum
13 est, quod positi in conditione † legati, vel alterius relicti, censentur vocati. *ita singulariter voluit Ang. in l. in legatis, C. de legat. Ias. in l. 1. C. de pact. vbi ponunt rationem diuersitatis, Purpur. d. l. 1. col. pen. prope fi. Corn. in d. l. in legatis. Ias. pulchrè in cons. 4. numero decimo tertio, vol. 1. Gerard. sing. 61. Socin. iun. in consil. 158. col. fin.*

vol.2. Bened. in c. Rainutius, prout eum citat Socin. loco prædicto. Vasq. d. limit. 31. numer. 88. Gabriel. d. concluſ. 4. num. 12. D. Becius ad con. Iaſ. ſupra citatum, Zanch. d. par. 7. num. 78. vbi tamen allegat nonnullos contrarium tenentes. Nos igitur ſumus in legatis, & ideo alimenta in conditione poſita, cenſeri debent legata. Poſtremo adduco, quod voluit Rom. *in l. ſi cum dotem, in princ. num. 39. ff. ſoluto matrim.* vbi ait, quod
14 à contrario ſenſu diſpoſitionis † reſultat diſpoſitio legati, ſeu fideicõmiſſi, licèt aliud ſit inſtitutione. Et ponit rationem diuerſitatis inter legatum, & inſtitutionem, quia in legatis ſufficit coniecturata mens teſtatoris ad inducendum diſpoſitionem *d. l. cum proponebatur, in fi.* & dicit eſſe pro ſua concluſione textum expreſſum *in l. pater filiæ nubenti, ff. de collatio. dot. allegat etiam multa alia iura Alex. in l. 1. nu. 11. ff. de off. eius,* vbi fortius dicit argumentum ſumi poſſe à contrario ſenſu conditio-
15 nis, etiam † in verbis negatiuis. Sequitur Iac. Nig. *num. 69.* & cum hac parte tranſit Mantica *in d. tracta. lib. 3. tit. 17. nu. 4. & ſeq.* licet referat contrarium voluiſſe Caſtren. & Dec. Sed eſt aduertendum, quod & ſi Rom. opinio patiatur difficultatem, quando conditio concepta eſt verbis negatiuis, tamen quando verba ſunt affirmatiua, non ſubeſt contradictio: quia etſi dicã omnes, quod argumentum ſumi à contrario ſenſu nõ poſſit in ver-
16 bis teſtatoris † conditionaliter prolatis, *vt per Iaſ. in d. l. 1. num. 54.* tamen procedit, vbi agitur de inſtitutione, *vt ſupra dixi,* & probat Mantica *d. tit. 17. num. 10.* at ſecus, quando de legato, quod non requirit tantam ſolennitatem, ſed poteſt, quoquomodo relinqui. Quamuis ergo non viderim aliquem in ſpecie reprobantem, mihi non placet ſupradicta Cornei deciſio; difficilimum tamen eſt reſpondere ad text. *in d. l. ſi penum, & in l. cum ſine præfinitione, §. ſi ita ſcriptum,* quæ iura allegaui ſupra in princ. & gloſ. ibi dicit, quod res poſita in conditione, non cenſetur legata, quando diſpoſitio non incipit à conditione, propterea relinquo cogitandum, hoc verum addens, quod ſecundum Bald. *in l. cum hi, §. ſi integra. ff. de tranſact.*
17 alimenta † nonnunquam relinquuntur per modum conditionis implendæ.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus vxori relictus reſtringitur ex conſuetudine Bulgari ad alimenta ſtantibus filiis.*
2 *Pater præſumitur magis diligere filios, quàm vxorem.*
3 *Vſusfructus reſtringitur ad alimenta, quando vxor relinquitur domina, & vſufructuaria, ſiue quando relinquitur dominium, & vſusfructus.*
4 *Vxor quando relinquitur ſimpliciter vſufructuaria, conſequitur ſolum alimenta ſtantibus filiis.*
5 *Vſusfructus vxori relictus, reſtringitur ad alimenta, ſiue teſtator vtatur verbis iuris, ſiue facti, quando extant filij.*
6 *Vſusfructus quando vel ſimpliciter, vel omnium bonorum relinquitur vxori, reſtringitur ad alimenta propter filios.*
7 *Argumentum à maiori ad minus, valet negatiuè.*
8 *Vxor quando ſine adiectione verborum relinquitur vſufructuaria, habet integrum vſumfructum.*
9 *Vſusfructus reſtringitur ad alimenta, ſtantibus filiis etiam quando relinquitur matri, vel ſorori, vel alij perſonæ.*
10 *Amor mariti erga vxorem ſuperat omnes alios.*
11 *Vxor relicta vſufructuaria inſtitutis nepotibus, aut deſcendentibus, conſequitur ſola alimenta.*
12 *Amor deſcendit ardentius in nepotes, quam vigeat in filios.*
13 *Nepotes veniunt appellatione filiorum, quando ſumus in materia filiis fauorabili, & ibi latè.*
14 *Nepos comprehenditur appellatione filiorum, cum de eis fit mentio ab homine.*
15 *Vſusfructus nurui relictus, reſtringitur ad alimenta, quando inſtituti ſunt nepotes ex ea nuru & filio præmortuo.*
16 *Vxor relicta vſufructuaria conſequitur ſola alimenta, quando inſtituta eſt mater vel alius aſcendens.*
17 *Vſusfructus vxori relictus, non reſtringitur ad alimenta, quando fuit inſtituta mater, vel fratres.*
18 *Vſusfructus marito relictus reſtringitur ad alimenta inſtitutis filiis.*
19 *Correlatiua. Diſpoſitum tã de iure, quam de conſuetudine in vno correlatiuorũ, locum habet in alio.*
20 *Vſusfructus marito relictus licet reſtringatur ad alimenta ſtantibus filiis, tamen maritus vti pater eſt vſufructuarius.*
21 *Pater ingrediendo monaſterium perdit vſumfructum, quem habet vti pater, non quem habet alio iure.*
22 *Pater non habet vſumfructum in bonis filio relictis, quando in eodem teſtamento aliquid patri relinquitur.*
23 *Patri ne vſusfructus acquiratur, poteſt teſtator diſponere.*
24 *Teſtator etiam tacitè prohibere poteſt, ne patri vſusfructus acquiratur.*
25 *Vſusfructus vxori ſecundæ relictus reſtringitur ad alimenta, quando inſtituuntur filij prioris matrimonij, vide nu. 27.*
26 *Amor vxoris ſuperat omnes, ſed cedit amori erga filios.*
27 *Frater conſanguineus æqualiter ſuccedit cum vtrinq; coniuncto, quando agimus de ſubſtitutione vulgari.*
28 *Nouerca facilè diſſentit à priuigno.*
29 *Vſusfructus vxori relictus ad alimenta reſtringitur, quando eſt inſtitutus filius legitimatus.*
30 *Legitimatus non includitur ſtatuto loquente de filio.*
31 *Legitimatus non excludit fœminam, quando ſtatutum maſculos excludit propter fœminas.*
32 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium, eſt fauorabilis, & naturã imitatur, & ibi late ornatur.*
33 *Naturalis nihil differt à legitimo, quando eſt quæſtio de alimentis.*
34 *Legitimatus cõſentiente teſtatore excludit ſubſtitutũ.*

35 Le-

35 *Legitimatus habetur in omnibus pro legitimo, quo ad patrem legitimantem.*
36 *Vsusfructus restringitur ad alimenta, quando instituitur filius arrogatus, vel adoptatus.*
37 *Adoptiui succedunt parentibus, sicuti legitimi & naturales.*
38 *Adoptiui dicuntur filij Imperatoris, Regis, aut Senatoris, sicut legitimi & naturales.*
39 *Adoptiui gaudent priuilegio filiorum.*
40 *Adoptiui excludunt ascendentes & vxores à successione.*
41 *Adoptiui dicuntur filij ficti, non veri.*
42 *Vsusfructus vxori relictus ad alimenta, restringitur ad alimenta, quando naturales filij sunt instituti, vide num. 47.*
43 *Naturales ita dilecti censentur à testatore, sicut legitimi.*
44 *Naturalia iura non possunt aboleri.*
45 *Naturalis filius instituì potest in omnibus bonis, quãdo non extat legitima soboles.*
46 *Naturalis filius non potest habere vltra vnciam, stantibus legitimis.*
47 *Vsusfructus vxori legitimè relictus non restringitur ad alimenta, quando sunt instituti filij naturales, & ibi de veritate.*
48 *Vsusfructus marito relictus institutis naturalibus restringitur ad alimenta, etiam stantibus legitimis & naturalibus.*
49 *Naturales succedũt matri, sicut legitimi & naturales.*
50 *Naturales arguunt de inofficioso testamentũ matris.*
51 *Naturales succedunt matri vna cum legitimis.*
52 *Vsusfructus vxori relictus à Principe, restringitur ad alimenta.*
53 *Consuetudo succedit loco legis.*
54 *Princeps ligatur consuetudine, sicut lege.*
55 *Consuetudo interpretatur contractus, & vltimas voluntates.*
55 *Priuilegiatus non præsumitur vti priuilegio, & infertur ad Principem.*
57 *Princeps non ligatur statuto inferiorum & subditorum.*
58 *Princeps non ligatur consuetudine subditorum.*
59 *Princeps ligatur consuetudine fundata naturali ratione.*
60 *Princeps nõ ligatur lege legis, sed ligatur lege rationis.*
61 *Princeps ligatur statuto, & consuetudine subditorum, si vult illa vti, aliàs non.*
62 *Clerici non ligantur statuto laicorum, sed si sint fauorabilia, possunt eis vti.*
63 *Donatio Principis erga filium in potestate non valet.*
64 *Princeps præsumitur vti plenitudine potestatis, quando actus non potest aliter valere.*
65 *Princeps non præsumitur vti plenitudine potestatis, quando sustinendo actum inferret præiudicium tertio.*
66 *Vsusfructus vxori relictus in tantum restringitur ad alimenta, quod filij non possunt vsumfructum dare inuita matre.*
67 *Hæres non potest recedere à voluntate testatoris, quãuis coniecturata.*
68 *Filia exclusa ab hæreditate propter masculos, ita tamen quod debeat dotari, non poterit masculus se liberare ab onere dotandi dimittẽdo sorori suam portionem bonorum.*
69 *Soluere aliud pro alio nemo potest inuito creditore.*
70 *Fauori suo renunciari nemo potest.*
71 *Iudæus si vxori vsumfructum relinquat stantibus filiis, legatum restringitur ad alimenta.*
72 *Iudæi dicuntur de populo, & de corpore ciuitatis.*
73 *Iudæus includitur in dispositione statuti.*
74 *Iudæi includuntur in concessione facta populo vel vniuersitati.*
75 *Iudæi gaudent immunitate concessa hominibus alicuius loci.*
76 *Iudæi habent filios in potestate.*
77 *Iudæi ligantur statuto exclusiuo fœminarum.*
78 *Iudæus ligatur consuetudine, sicut statuto.*
79 *Iudæus purgat moram ex beneficio legali.*
80 *Iudæus vsurarius manifestus, potest testari validè.*
81 *Vxor relicta vsufructuaria consequitur solum alimẽta, licet sit cũ filiis simul instituta, vbi de veritate.*
82 *Res eadem non debet diuerso iure censeri.*
83 *Determinatio respiciens plura determinabilia, debet omnia æqualiter determinare.*
84 *Vsusfructus relictus vxori, restringitur ad alimenta etiam institutis extraneis, si constet de voluntate testatoris, vbi ponitur de veritate.*
85 *Vsusfructus vxori relictus non restringitur ad alimenta, si extranei sunt instituti.*
86 *Consuetudo tantum habet de potentia, quantum de actu.*
87 *Consuetudo non extenditur ad similes personas.*
88 *Consuetudo extenditur ad casus similes.*
89 *Consuetudo exorbitans vel odiosa, non extenditur ex identitate, vel maioritate rationis.*
90 *Vsusfructus vxori relictus non restringitur ad alimenta, quando filij non fuerunt instituti, licet extẽt, & ibi de veritate.*
91 *Renũciatio sororis ad fauorem vnius, non prodest alij.*
92 *Renunciatio sororis ad fauorem fratris, intelligitur, dummodo frater possit vel velit succedere.*
93 *Fœmina statuto exclusa propter masculos admittitur, quando masculus non potest vel non vult succedere.*
94 *Priuilegium non extenditur de persona ad personam.*
95 *Vincens vincentem te, multo magis vincit te.*
96 *Vincens vincentem te, non semper vincit te, sed multis casibus ea regula fallit.*
97 *Vxor instituta in vsufructu post eius mortẽ filio dicitur hæres vniuersalis, & censetur grauata restituere per fideicommissum filio bona post mortem, vbi de veritate.*
98 *Hæres institutus in re certa, non occupat omnia bona, quãdo datus est hæres vniuersalis sub conditione.*
99 *Conditione purificata actus retrotrahitur, ac si ab initio fuisset purus.*
100 *Vxore instituta in vsufructu, & filio hærede post eius mortem, interim filius habebit solum vsumfructum legitimè.*
101 *Vxore instituta in vsufructu, & filio in omnibus bonis post eius mortem, videtur testator voluisse assecurare vsumfructum vxoris.*
102 *Specialia plura non debent cumulari.*
103 *Voluntas colligitur ex actu nullo.*

104 *Verba inuenta sunt vt demonstrent voluntatem loquentis.*
105 *Animus deprehenditur ex verbis.*
106 *Verba instrumenti censentur apposita de voluntate testatoris.*
107 *Notarius præsumitur sapiens.*
108 *Vxore relicta vsufructuaria, & hærede extraneo pleno iure instituto, diuiditur vsusfruct. inter eos.*
109 *Pleno iure verba, important proprietatem cum vsufructuaria.*
110 *Hæres simpliciter institutus, dicitur pleno iure institutus, vide tamen nu. 113.*
111 *Vsufructu alicui relicto hæres non concurrit cum legatario in vsufructu.*
112 *Expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur.*
113 *Institutus simpliciter non videtur institutus pleno iure.*
114 *Vsusfructus quando vni simpliciter relinquitur, tunc non videtur testator hæredē instituere pleno iure.*
115 *Vsufructu alicui legato, quando hæres cum legatario concurrat, remissiue.*
116 *Vsusfructus mulieri relictus in codicillis, non restringitur ad alimenta.*
117 *Posteriora derogant prioribus.*
118 *Codicilli insunt testamento fictè, non verè.*
119 *Habetur verbum, importat fictionem.*
120 *Perinde dictio, importat fictionem.*
121 *Verba testamenti intelligi debent secundum verum & naturalem sensum.*
122 *Vsufructu relicto vxori cum victu, & vestitu, restringitur ad alimenta etiam institutis extraneis.*
123 *Testator præsumitur magis diligere hæredem, quam legatarium.*
124 *Testator præsumitur minus grauare hæredē, quàm fieri potest.*
125 *Legatum annuum est de fructibus præstandum.*
126 *Vsusfructus vxori relictus habendo toto tempore vitæ victum & vestitum, non restringitur ad alimenta.*
127 *Alimenta quando alicui relinquuntur cum vsufructu, tunc legatarius habet vsumfructum.*
128 *Alimenta quando in eadem dispositione & oratione relinquuntur cum vsufructu, tunc vnum legatum confunditur cum alio.*
129 *Legatum vsusfructus in codicillis factum non restringitur, quando in testamento relicta fuerunt alimenta.*
130 *Generi per speciem arrogatur in legatis.*
131 *Capitula dicūtur separata, quando vnumquodque continet perfectam orationem, & vnum non dependet ab altero.*
132 *Legatum vsusfructus factum in testamento, restringitur ad alimenta, quando in codicillis relicta sunt alimenta.*
133 *Legatum vsusfructus non restringitur ad alimenta, quando nō est vsusfructus omnium bonorum, sed certarum rerum.*
134 *Legatum vsusfructus non restringitur ad alimenta, quando respicit quotam bonorum, & ibi an hoc verum sit.*
135 *Partis quo ad partem eadem est ratio, quæ totius quo ad totum.*
136 *Institutus in quota, dicitur hæres vniuersalis, licèt alius sit datus hæres in certis bonis.*
137 *Argumentum de toto ad partem, non habet locum, quando subest diuersa ratio.*
138 *Bonorum mobilium & immobilium appellatione, non veniunt iura, & actiones.*
139 *Hæres in re certa dicitur, qui est institutus in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus.*
140 *Legatarius vsusfructus bonorum mobilium, & immobilium, consequitur integrum vsumfructum.*
141 *Dispositio, quæ fit de maiori parte bonorum, æquiparatur ei quæ fit de omnibus bonis.*
142 *Legatum vsusfructus omnium bonorum, non est vniuersale.*
143 *Fraus præsumitur ex alienatione vnius rei, si in ea consistit maior pars bonorum.*
144 *Parum & nihil, æquiparantur.*
145 *Vsusfructus certæ rei ad alimenta restringitur, quādo ea capit maiorem partem bonorum.*
146 *Vsufructuarius, quomodo contribuat in solutione æris alieni.*
147 *Vsusfructus non restringitur ad alimēta, quo ad partem extranei, qui fuit institutus cum filio.*
148 *Argumentum de toto ad partem, est validum, supra nu. 135. & 137.*
149 *Coniunctus gaudet beneficio coniuncti.*
150 *Res eadem diuerso iure censetur, quando subest diuersa ratio.*
151 *Res eadem potest diuerso iure censeri diuersis respectibus.*
152 *Res eadem diuerso iure censetur ex diuersis causis.*
153 *Coniunctus tunc gaudet priuilegio coniuncti, quādo sumus in indiuiduis.*
154 *Restitutio in integrum minori concessa, prodest maiori in indiuiduis.*
155 *Coniunctus non gaudet beneficio coniuncti, quando agitur de re diuidua.*
156 *Coniunctus non gaudet coniuncti priuilegio personali.*
157 *Interesse succedit loco rei debitæ.*
158 *Vsusfructus restringitur ad alimenta pro prælegato relicto extraneo, qui fuit cum filio, intelligendo tamen pro portione, quam capit hæreditario iure à filio.*
159 *Monasterium succedit loco filij, & excludit substitutum.*
160 *Monasterium non succedit loco filij, quoad ea quæ non fuerunt relicta monasterio.*
161 *Hæres quando grauatur aliquid dare, tunc recipiens habet à testatore, non à grauato.*
162 *Vsusfructus non restringitur ad alimenta, quando filius institutus decessit, & substitutus est admissus, vbi de veritate.*
163 *Mater consequitur integrum vsumfructum mortuo filio, etiāsi pia causa fuerit illi substituta, vbi latè.*
164 *Piæ causæ fauor comparatur fauori filiorum.*
165 *Piæ causæ in dubio fauendum est.*
166 *Substitutus pupillo ex tacita pullari, excludit matrem, si is sit filius.*

167 *Pia causa substituta tacitè pupillo, excludit matrem.*

168 *Testamentum, in quo pia causa instituitur, gaudet priuilegio concesso testamentis conditis inter liberos.*

169 *Conditio si decesserit sine filiis, non subintelligitur, quando pia causa est substituta.*

170 *Piæ causæ minus fauet lex, quàm descendentibus.*

171 *Mater non consequitur integrum vsumfructum, sed alimẽta, quando filius ingreditur monasterium, vel dat se in arrogationem.*

172 *Monasterium succedit loco filij.*

173 *Filius, qui se tradit in arrogationem, acquirit patri solum vsumfructum, non proprietatem.*

174 *Mater an habeat integrum vsumfructum, quando filius non moritur, sed priuatur bonis.*

175 *Monasterium, quando non excludit substitutum, tunc vsusfructus non restringitur ad alimenta fauore piæ causæ.*

176 *Monasterium consequitur omnia bona ingredientis.*

177 *Vsusfructus restringitur ad alimenta post mortem filij instituti, quando restrictio inducitur ex voluntate testatoris, importata per verba, non autem ex consuetudine Bulgari.*

178 *Vsusfructus licet mortuo filio non restringatur ad alimenta, deducitur tamen legitima filio debita, vbi vide.*

179 *Mater consequitur integrum vsumfructum etiam legitimæ, quando filio relictum est vltra legitimam, sed vide ibi.*

180 *Filius potest in legitima grauari, quando ei relinquitur vltra legitimam.*

181 *Filius, cui vltra legitimam relinquitur, debet illud plus repudiare, vel acceptare cum onere.*

182 *Hæres non potest venire contra factum defuncti.*

183 *Inuentarij beneficium non prodest, quatenus vires hæreditatis suppetunt.*

184 *Hæres adeundo, dicitur quasi contrahere.*

185 *Filius, licèt non possit grauari intra legitimam, fallit tamen, quando contrauenit, incurrit pœnam adiectam.*

186 *Cum de vno disputamus, cætera supponuntur habilia.*

187 *Clausula, rebus sic stantibus, intelligitur in quacunque dispositione.*

188 *Legitima non includitur in dispositione in dubio.*

189 *Mater vsufructuaria omnium bonorum, non consequitur integrum vsumfructum, quando mortuo filio extat substitutus pupillaris.*

190 *Legatum annuum pro primo anno est purum, & pro sequentibus sub conditione.*

191 *Legatum relictum ab instituto non censetur repetitum à substituto pupillari expresso.*

192 *Obligatio defuncti non variatur ex persona hæredis.*

193 *Interpretatio, quæ nos reducit ad ius primæuum, est fauorabilis.*

194 *Res de facili redit ad naturam suam.*

195 *Vsusfructus restringitur ad alimenta, quando legatum est vnicum, & filius decedit relicto substituto pupillari.*

196 *Fiscus est loco hæredis.*

197 *Fiscus dicitur hæres extraneus, & non est loco filij.*

198 *Mater consequitur integrum vsumfructum, quando ex delicto filij bona venerunt ad fiscum.*

199 *Legatum dicitur annuum, quando relinquitur ad vitam, vel quoad vixerit, vel per similia verba.*

200 *Confiscatio transfert in fiscum iura omnia actiua & passiua, quæ delinquenti competebant.*

201 *Confiscatio non transfert in fiscum iura personalia, vt sunt alimenta.*

202 *Personalia iura non transeunt ad hæredem.*

203 *Personalia non transeunt in fiscum.*

204 *Vsusfructus vxori relictus cum filio, non restringitur ad alimenta.*

205 *Paria sunt dicere, lego Titio cum Meuio, vel lego Titio & Meuio.*

206 *Cum dictio, copulat æqualiter.*

207 *Cum dictio, copulat æquè principaliter.*

208 *Fœminæ non veniunt ad feudum, nisi ordine successiuo, quando vocati sunt masculi & fœminæ.*

209 *Feudo concesso pro masculis, cum fœminis, tunc fœminæ veniunt eodem tempore cum masculis.*

210 *Copula coniungit pariformiter.*

211 *Qualitas posita in vno capitulorum, censetur repetita in altero.*

212 *Testator si relinquat alicui partem fructuum fundi & scutos viginti pecunia debetur quando debentur fructus.*

213 *Testator si aliquid relinquat hæredi, & cuidam tertio, totum illud debetur tertio.*

214 *Coniuncti verbis dicuntur, quando legatum sit hæredi, & Titio.*

215 *Vsusfructus quando duobus relinquitur, censetur cuilibet relictum in solidum.*

216 *Mater consequitur integrum vsumfructum, quando testator vsumfructum reliquit vxori cum filio.*

217 *Retineri potest res, quæ fuerat nulliter data in solutum.*

218 *Legatum factum caducum, vel repudiatum, spectat ad hæredem titulo hæreditario.*

219 *Legata veniunt sub institutione facta in omnibus aliis bonis.*

220 *Substitutus vulgaris excludit ius accrescendi.*

221 *Ius accrescendi relicto vsufructu alicui cum hæredibus, duplici in casu locum habet.*

222 *Hæreditas non est viuentis.*

223 *Vsusfructus potest alicui, & hæredibus suis relinqui.*

224 *Vsusfructus, quem vsufructuarius consequitur per ius accrescendi, non est idem.*

225 *Voluntas testatoris est lex.*

226 *Vsusfructus non restringitur ad alimenta, quando constat de voluntate testatoris.*

227 *Mater consequitur integrum vsumfructum, etiam quando voluntas testatoris est tacita.*

228 *Vsusfructus non restringitur ad alimenta, quando testator reliquit plenũ & integrum vsumfructũ.*

229 *Mater consequitur integrum vsumfructum, quando te-*

do testator legat liberum & francum vsumfructum.

230 *Maritus renunciare videtur lucro delato à statuto circa dotem, quando promisit reddere totam & integram dotem.*

231 *Trebellianica censetur prohibita, quando testator mandat integram hæreditatem restitui.*

232 *Vsusfructus non restringitur ad alimenta, quando filius fuit institutus post mortem vxoris.*

233 *Vsusfructus non restringitur ad alimenta, quando filium instituit reseruato vxori vsufructu.*

234 *Vsusfructus non restringitur ad alimenta, quando testator vult, quod posit disponere de fructibus vel illis gaudere, vel quod illos habeat in sua potestate.*

235 *Vsusfructus non restringitur ad alimenta, quando testator dicit quod vxor posit vti, & frui bonis.*

236 *Vsusfructus integer debetur, quando testator mandat vxori non molestari.*

237 *Accessoria non alterant principalem dispositionem.*

238 *Coniecturæ, quibus recedimus à consuetudine Bulgari, non debent esse leues, sed concludentes.*

239 *Vsusfructus vxori relictus non restringitur ad alimenta, quando testator liberat ab onere reddendi rationem.*

240 *Verba impropriantur pro euitanda superfluitate.*

241 *Verba testamenti impropriissimè intelliguntur, vt euitetur superfluitas.*

242 *Verba improprie accipiuntur, quando non possunt proprie intelligi.*

243 *Vsusfructus restringitur ad alimenta, quando testator liberat vxorem ab onere præstandi cautionem.*

244 *Subiecta talia sunt, qualia prædicata demonstrant.*

245 *Vsufructuarius tenetur cauere de viendo & fruendo arbitrio boni viri.*

246 *Testator non præsumitur voluisse facere actum superfluum.*

247 *Vxor, cui alimenta relicta sunt cum præeminentia, non tenetur cauere.*

248 *Vsusfructus non restringitur ad alimenta, quando testator mandat, quod vxor sustineat onera hæreditaria, vel æs alienum.*

249 *Vsufructuarius non tenetur ad solutionem æris alieni.*

250 *Vsufructuarius soluit collectas, quia est onus fructuum.*

251 *Vsufructuarius non tenetur ad collectas, quando illæ absorberent omnes fructus.*

252 *Vxor relicta vsufructuaria consequitur integrum vsumfructum stantibus filiis, quando excipitur.*

253 *Exceptio declarat regulam & confirmat in non exceptis.*

254 *Exceptio ampliat regulam, quando alias non esset de regula.*

255 *Exceptio ampliat regulam, quando alias foret inutilis.*

256 *Inclusio vnius, est exclusio alterius.*

257 *Consuetudo non extenditur, est stricti iuris, & tantum habet de potentia, quantum habet de vsu.*

258 *Feudum stante consuetudine potest alienari sine agnatorum consensu, interueniente beneplacito principis.*

259 *Consuetudo alienandi feuda inter viuos, non extenditur ad alienationes, quæ fiunt in testamento.*

260 *Licentia donandi feudum non extenditur ad donationem causa mortis.*

261 *Consuetudo non extenditur de casu ad casum, etiam ex identitate rationis.*

262 *Argumentum valet à contractibus ad vltimas voluntates.*

QVÆSTIO XV.

QVando testator relinquit vxorem, dominam, & vsufructuariam bonorũ suorum institutis filiis, tunc licèt vxor de rigore iuris plenum habere debeat vsumfructũ, tamen ex consuetudine vulgari, quæ generaliter obseruatur, legatum fauore filiorum restringitur ad alimenta; & in tractatione huius conclusionis ad duo moneo aduertẽdum esse. Primum, quia mea non est intentio sigillatim omnia recẽsere, quæ ad hanc quæstionem pertinent, sed aliqua summariè tantum, postquam nõ desunt pleni tractatus, in quibus ex professo omnia congeruntur: secundum, quia non intendo in hac conclusione includere ea, quæ tradunt Doctores, quando testator vxori relinquendo vtitur aliis verbis, quam vsusfructus, vel quando in legato non adest verbum vsufructuaria, quia de illis dictionib. sat est nonnulla scripsisse paulo supra in hoc eodem titulo. *ita † docent gl. Odofr. Bar. Bald. Al-*

1 *ber. Ang. Salic. & alij in auth. hoc locum, C. si secun. nup. mul. & Ang. ibi dicit, hanc consuetudinem receptam fore in omnib. partib. Italiæ: eandem sentẽtiam tenuerunt Bar. Bal. Ang. Imo. & alij omnes in l. Titia, §. Titia, cum nuberet. ff. de leg. 2. & Bar. ibi attestatur de consuetudine totius Italiæ, Pract. Pap. in sua praxi, in for. libelli, quo vxor agit ad restitu. dot in ver. donec, num. 5. Bar. in l. si. col. 2. C. de indic. vid. tollen. Ang. in cons. 97. col. fi. ver. restat igitur videre, Ro. in cons. 153. hæc domina Francisc. Cum. in cons. 38. col. 1. Castr. in cons. 160. considerandum, colum. fi. ver. sed dubium est, vol. 1. Abb. in cons. 4. num. 6. vol. 2. Io. de Ana. cons. 37. cir. fi. ver. circa vero aliud, Anch. in cons. 227. numero 2. ver. restat. Ang. Aret. in tracta. de testam. gloss. 44. ver. item reliquit, Aret. in cons. 41. num. 1. & seq. Capra in cons. 4. in prin. num. 1. Alex. in l. & si contra tabulas, col. pen. ver. & ista inducit, ff. de vulg. & pupil. & in cons. 56. per totum, vol. 3. Ias. in l. cum hi, §. si in singulos, post medium, ff. de transa. Cremen. sing. 8. Cor. in cons. 5. num. 1. & in cons. 257. numero 6. vol. 1. Socin. in cons. 210. per totum, vol. 2. Cur. sen. in cons. 14. per totum, Dec. in cons. 278. col. 2. ver. vnde postremo, Picus in d. §. Titia, num. 21.* vbi dicit quod fatuum esset dubitare, vel recalcitrare contra tantos iuris deos, qui consulendo, & legendo attestantur hanc esse communem opin. *Gozad. in cons. 47. num. 1. vbi dicit hanc esse communem opinionem scribentium, Grat. in cons. 68. num. 1. vol. 1. Socin. iun. in cons. 99. nu. 8. vol. 1 vbi decisiuè loquitur, Aufre. ad Capell. Tolos. quæst. 462. Bero. in cons. 32. numero 1. vol. 2. Tiraq. qui aliis in locis citat. in tracta. de legibus connubial. lege. 10. num. 7.* Et licet prædicti omnes dicunt hanc consuetudinẽ seruari per totam Italiã: Tamen Boer. *in decis. 194. num. 4.* dicit eam seruari vbiq;, quod facit ad ea quæ ponit Picus *d. §. Titia, nu. 22. Bertran. in con. 235. col. 2. vol. 3. infinitos citat Ant. Gabr.*

Gabr.com.opin.li.5.tit. de vsufruct. concluſ. 2. numero 1. Rol.in conſ.74.numero 2.& ſeq.vol.2.Bello. in conſilio 6. num.12.Duran.de arte teſtan.tit.6. caut.49. num.1.& ſeq.latè etiam Menoc. in conſ. 62.num.2. vbi addit Ruin. & Pariſ.Caualca.in tracta.de vſufru. mulie.reli. num.17. Manti.de coniect.vltim.volun.lib. 9.tit.7.num.1.vbi latè congerit authoritates Doctorum, Simon de Pret. de interpret.vlti.volun.li.4.dubit.10.num.46. Et concludunt prædicti omnes vxori alimenta tantum deberi cum præeminentia, qua vtebatur in domo viuẽte teſtatore, quam præeminentiam volunt Doctores importare, quod liceat ſibi propria authoritate capere alimenta, non autem de manu hæredis, & quamuis id conſuetudine factum fuerit, quæ non ratione, ſed tacito populi conſenſu inducitur: tamen non caret ratione, quamuis volũt multi, rationẽ dediſſe conſuetudini cauſam. Ratio autem eſt, quia pater præſumitur potius voluiſſe filiis conſulere quam vxori, cum & filios
2 † præſumatur magis diligere quam vxorem, *l. nã etſi parentibus, in prin.ff.de inoff.teſtam.* ex communi enim parentũ voto ſucceſſio filiis defertur, *l. ſcripto, in fi.ff.vnde libe.* & cum teſtator filium hæredem ſcripſerit, non eſt credendum, quod voluerit ei nudum nomen relinquere, *vt inquit Bar. in d.§. Titia, nu. 6.* & quod filius cogatur interim fame perire, vel mendicare, *l.prohibemus, in Auth.de trien.& ſem.* & dicunt omnes id fieri ad filiorum fauorem ex præſumpta teſtatoris voluntate, propterea nõ eſt operæpretium inueſtigare de veritate prædictæ ſententiæ, poſtquam conſuetudo populorũ, & omnes curiæ iudicum illam receperunt. Et aduertatur quod non eſt vis in forma verborum, ſi-
3 ue teſtator dixerit, *relinquo † vxorem dominam, & vſufructuariam, ſiue relinquo ei dominium, & vſumfructũ.* Vtroque caſu legatum reſtringitur ad alimenta, quicquid in contrarium voluerit Bar. *in d.§. Titia*, quia contra eum ſtant omnes.

Ampliatur autem concluſio, vt locum ſibi vendicet eo quoque caſu, quo teſtator ſolum expreſſit verbum *vſumfructum*, non addito verbo, *domina, vel maſſaria*, quia etiam tunc † vxor habebit ſola a-
4 limenta, ex dicta Bulgari conſuetudine, *ita Bald. in l.ſi.numero nono, C.de ind.vid.tollen.* vbi tamen non mouetur ex vi conſuetudinis, ſed quia cum non fuerit in legato facta mentio bonorum, indefinita illa pronunciatio reſtringitur ad minimum, aliàs ratione incertitudinis relictum vitiaretur, & niſi intelligeretur de alimentis, relictum eſſet deriſorium. Ita quoque ante eum tenet Ioan. And.ad Specul. *in tit. de pignor.& diuerſ.cautio.§.ſequitur videre, numero decimo ſexto, in verſic. durat, in fi. & Bartol.expreſsè in d.§.Titia, numero octauo*, vbi non facit differentiam, quod dicatur dominam vſufructuariam, vel dominam tantum, & vſufructuariam tantum, *Pract.Pap.in for. libel.quo vxor agit ad dotem, in verſic.donec, numero quinto*, quia ſecundum eum non eſt veriſimile, quod teſtator voluerit filiis relinquere inane, & inutile nomen hæredis. Et pro hac parte conſuluit Aret. *in conſilio quadrageſimo quarto, præſupponitur in facto, numero ſecundo, verſic.in contrarium facit*, vbi ſubdit, quod conſuetudo Bulgari non inducitur propter improprietatem verborum, quæ præcedunt verbum *vſufructuariam*, ſed ex ratione de qua *in d. §. prohibemus*, quia ſcilicet impiiſſimus, & crudelis fuiſſet pater in filios, ſi eos ab vſufructu excludendo adegiſſet ad fame moriendum, vel mendicandum. Et ſicuti in primo caſu fauore filiorum impropriantur verba, eodem modo impropriari debent in hoc ſecundo, cum eadem omnino militet ratio; & ſubdit, non eſſe vim in multiplicatione verborum. Et reprehendit Bal. rationem *in d. l. fin.* quia ſecundum eum, quando relinquitur vſufructuaria, licèt bonorum mentio nõ fiat explicitè, quia non datur vſusfructus, niſi in bonis, *Picus in dicto §.Titia, num.32. vbi in fin. ſequitur Aret.* & reſpondit omnibus argumentis contrariis, *Iaſ. in l. cum. §.ſi in annos, in fi. ff. de tranſact.* Idem voluit Caſtren. *in conſilio 459.numero primo, volumine ſecundo*, vbi dicit, non eſſe conſtituendam differentiam, ſiue teſtator relinquat vſumfructum ſimpliciter, ſiue vſumfructum omnium bonorum, *Socin.iun. in conſilio 97. numero vigeſimo ſecundo, verſic. & adeo verum eſt, volum.ſecundo, vbi idem omnino dicit*, & ex eius dic-
5 tis confunditur ea differentia, quã † notauit Picus *in dicto §. Titia*, inter verba iuris, vt eſt dictio *vſusfructus*: & verba *facti*, vt eſt dictio *vſufructuaria*. Et *repetit in conſil.99. numero decimo tertio, eodem volumine, & vtrobique dicit Aretini deciſionem in dicto conſilio quadrageſimo eſſe ſingularem, Anthon. Gabriel. dicta concluſ.ſecunda, numero quinto, Mantica lib. 9. tit. 7.numero ſecundo*, vbi ponderat Bar. *in l. ſicut in annos.ff.quib.mod.vſusfruct.amitta.* tenere hanc partem, etiam quando teſtator loquitur per verba ſignificantia ius, non factum, & deſtruit eam differentiam, quam aliqui conſtituebant inter legatum
6 vſusfructus † ſimpliciter factum, & legatum vſusfructus omnium bonorum. Hoc etiam videtur tenuiſſe Picus *in d.§. Titia, num. 137.* dum tractat, quando liceat vxori capere alimenta propria authoritate, de quo etiam Rol. *in con.74. num. 25.vol.2.Caualca.in tracta.de vſufru. mulie.relic.nu.37. ver.contrarium autem.* vbi vult, & ipſe, quod relicto ſimpliciter vſufructu, non capiat alimenta authoritate propria, ſecus autem quando relinquitur domina, maſſaria, & vſufructuaria, *Menoc. in conſ. 62.num.2.* vbi idem dicit, quando relinquitur vſusfructus omnium bonorum, *Simon de Pret.d. lib. 4.dubit.10.num.49.* Et facit ea ratio, cui reſponderi non poteſt, quia ſi quando verba ſunt geminata, & prægnantia, quæ magis deberent operari, relictum reſtringitur ad alimenta, quanto magis reſtringi debet, quando verba ſunt ſimplicia, & ita,
7 ſi de quo † magis videtur ineſſe, non ineſt, multo minus inerit id, de quo minus, *c.ſi ergo, vbi gl.8.q.1. c.ſi Paulus.vbi gl.30.q.1.cum aliis apud Euerar. loco ſexageſimo ſexto.*

Tamen multi fuere qui dixerunt, plenum deberi vſumfructum vxori, quæ fuit à marito reli-
8 cta ſimpliciter vſufructuaria † ſine alia adiectione verborum, domina, vel maſſaria, & in primis Bal. *in l.ſi.n.9. ver.ſi vero teſtator, & in ver.primo caſu, C.de indic.viduit.toll.* vbi loquitur, qñ relictus eſt vſus-

fusfructus omnium bonorum, & omnium antesignanus fuit Odofred. quem citat Specul. *in tit. qui fil. sint legiti. §. in hoc titulo, num. 34. sequitur Sali. in auct. hoc locum, nu. 3. C. si mul. secun. nupf. Corne. in conf. 5. num. 2. vol. 1. Ruin. in conf. 39. num. 1. vol. 2. Gozad. in conf. 47. vol. 4. & pro hac parte Caualcan. d. num. 37. in prin. allegat Bal. Alber. Corne. & Franc. de March.* Sed quidquid sit, prima est verior, & grauiores habet authores.

Secundo modo ampliatur conclusio prędicta, vt locum habeat etiam, quando vsusfructus est
9 relictus non vxori, sed matri, vel sorori, † vel alii cuiuis personæ, *ita Bal. in d. §. Titia, col. 2. versus finem, ver. idem credo.* vbi loquitur, quando vsusfructus relictus est concubinæ, matri, vel sorori, quia quæstio non est de fauore matrimonij, sed interpretatione vocabuli, *sequuntur Imola, Cum. & Florian. ibi, idem tenuit Bal. in d. l. fi. num. 7. C. de indicta vid. tollen.* vbi inquit, quod certa verborum interpretatio ita sonat in vna persona, sicut in alia, & secundum eum coniuncta persona æquiparatur vxori, *Ang. in auth. hoc locum, C. si mul. secun nup. Ang. in d. tract. de test. glos. 46. col. 2. in fi. Picus latè in d. §. Titia, num. 15.* vbi reprobato Ang. & Cum. dicit procepere hoc, siue legataria haberet prius alimenta in domo, siue non: & mouetur, quia semper militat ratio, quæ procedit in vxore, quod pater non videatur voluisse nudam filio proprietatem relinquere, ergo idem ius esse debet. & eã rationem allegauit Picus, Imola *in d. §. Titia*, qui etiam addit quod consuetudo Bulgari inducta fuit fauore liberorum in matre, ergo ex identitate rationis extendi debet ad alias personas, & Florian. ibi dicit, non habendam esse rationem, quod legataria habitaret in domo vel extra. Hanc quoque conclusionem sequitur & latè comprobat Riminal. sen. *in conf. 188.* per totum, vbi respondet omnibus argumentis aduersantium, *Ruin in conf. 41. nu. 9. vol. 3.* vbi loquitur de vsufructu relicto nouercæ, *Gabr. d. conclus. 2. num. 11.* vbi loquitur de concubina, *& conclus. 3. num. 46. Menoc. d. conf. 62. num. 2. vbi loquitur in nouerca, Mantic. d. tit. 7. num. 12.* vbi hãc partem tenet, etiamsi legataria non fuisset in domo, nec præeminentiam habuisset, *Simon d. dubit. 10. nu. 50. Moder. Galli ad Dec. conf. 454. in 1. addit. in 2. limit. Anch. mod. lib. 2. q. 1. nu. 1. communem dicit Picus d. §. Titia, numero 59.* Addo quod si legatum prædictum vxori factum restringitur ad alimenta, vt supra dixi, multo magis debebit restringi, quando relictum est aliis personis, quas testator minus diligebat.
10 Amor † enim vxoris vincit quemcunque alium, *vt in lib. 3. c. 4. & probat Tiraq. in præfat. l. si vnquam, numero 12. C. de reuoc. donat. vbi quod solis cedit filiis. & in ver. libertis, num. 108.* Quare si propter filios restringitur in perniciem vxoris tantum dilectæ, absurdum foret, si non restringeretur eodem fauore in præiudicium matris, vel sororis, quæ sunt minus dilectæ. Et hoc absurdum considerauit Simon *d. num. 50.* Non est ergo curandum, quod contrarium tenuerint distinguendo *Ang. in d. Auct. hoc locum, Signoro. in conf. 66. num. 6.* & erit indistinctè vera conclusio, siue persona legataria præeminentiam, aut alimenta in domo haberet, siue non, quia id non attenditur.

Extenditur tertio etiam, vbi nepotes, vel alij descendentes sunt instituti, quia pari modo eo-
11 rum fauore † legatum vsusfructus restringitur ad alimenta, *arg. l. cum acutissimi, C. de fidei. ita voluit generaliter loquendo Picus in d. §. Titia, num. 48. Gabr. in d. conclus. 2. num. 22. & Picus apertius in d. §. Titia, nu. 60. vbi late probat, ante eos, Cas. conf. 459. col. 2. in prin. vol. 2. sequitur Mant. d. tit. 7. nu. 13.* Et confirmatur, quia ardentius descendit amor in nepotes, quam in fi-
12 lios † vigeret, *vt l. liberorum, in fi. ff. de verb. signif. Cur. iun. in conf. 169. num. 13. gl. in l. isti quidem. ff. quod met. cau.* vbi, quod auus præsumitur magis diligere nepotes, quàm filios, & quando aliquid statuitur fa-
13 uore filiorũ, tũc appell. filiorũ veniunt † nepotes, *vt inquit Bar. in l. lib. in. prin. ff. de ver. sig.* & ideo inquit Castr. *in conf. 448. col. 1. vol. 2.* quod statum prohibẽs eum donare, qui habet filios, includit etiam eum, qui habet nepotes. Et latè probat Tiraq. *in tract. primogen. q. 40. num. 85. vbi num. 59.* allegat multos, qui tenent nepotes propriè dici filios, vt per eos dñt Cin. Bal. Imo. & Ias. *in l. Gallus. §. instituens. ff. de li. & posth.* quod vbi ab homine fit mentio, semper
14 comprehenditur nepos: † Latè Cassan. *in conf. 67. num. 30.* vbi arguit à paritate rationis, quę versatur in nepote, sicut in filio.

Id quod procedit non solum, quando institutis nepotibus vsumfructum relinquit vxori, sed etiam quando vsumfructum relinquit nurui,
15 † id est, vxori sui filij præmortui, institutis nepotibus ex eodem filio, *vt dicit Mod. Gallus ad Alexan. in conf. 454. in 1. addit. in 3. limit. vbi subdit, ita se paulo ante consuluisse, & sequitur Caualca. in d. tracta. de vsufruc. mulie. reli. num. 25.*

Prędicta quoq; conclusio locum habet, quando quis instituit matrem, vel alium ascẽdentem, quia etiam tunc vxor, non obstante vsusfructus
16 legato, † consequitur sola alimenta, *ita determinat Ancha. in conf. 237. quia in primo quæsito, col. 2. ver. restat dubium.* vbi id videtur deducere, desumpta cõiectura voluntatis à charitate & pietate, quæ præsumitur in filio erga matrem. Et licet consuetudo non sit amplianda, tamen fallit, quando eadem subest ratio, & quando casus est à lege antiqua æquiparatus, vt est in patre & filio, inter quos exæquatus est ordo & gradus dilectionis, *sequitur Boer. in decis. 194. num. 4.* Hanc quæstionem Bart. *in d. §. Titia, in fi.* reliquit indecisam dicendo, cogita. Bal. de ea non meminit, sed Imola ibi, *col. fina.* tenet contrariam consuetudinem, scilicet Bulgari, non extendi ad casum, quando mater est instituta, quia est exorbitans, & non datur extensio in exorbitantibus, *c. quæ à iure, de reg. iur in 6. præcipuè*, quia ratio non ita vrget pro matre, sicut pro filio. Idem voluit Ang. *in conf. 338. imperitia notariorum,*
17 *num. 2. in fin.* vbi dicit, quod ea consuetudo † non habet locum institutis ascendentibus vel transuersalib. *sequitur Alexan. in conf. 57. col. 2. vol. 3.* quia hæreditas non ita debetur ascendentibus sicut descendentibus. Et hanc communem dicit Picus *in d. §. Titia, numero 56. & seq.* vbi eam defendit ab

omni

omnibus impugnationibus, & prædicti omnes idem dicunt, quando instituti sunt testatoris fratres, *Ias. in cons. 44. nu. 13. vol. 1. vbi etsi loquatur de fratrib. allegat tamen prædictos omnes Doctores, alios citat Gabriel. d. concluſ. 2. num. 55. & concluſ. 3. num. 2. Rol. in cons. 74. num. 8. vol. 2. Caualca. in d. tract. de vſufruc. mul. relic. num. 18. Mant. d. lib. 9. tit. 7. num. 14. Simon de Pret. d. li. 4. dubit. 10. num. 74.* In quibus locis prædicti omnes allegãt multos, præcipuè Castren. Capr. & Cur. sen. tenentes hoc pro indubitato, quando fratres sunt instituti: & negari non potest, quin hæc vti est communior, ita sit verior, & cõiectura voluntatis, quam allegat Anch. non est vera, quia etsi plus censeatur testator diligere filios quam vxorem, tamẽ non eo modo censetur plus diligere matrem, quam vxorem, Quinimo amor erga matrem cedit vxorio, quia dicit scriptura, Relinquat patrem & matrem, & sequatur vxorẽ, vt potest videri apud Tiraq. *in præfat. l. ſi vnquam, num. 12. & in eadem l. ver. libertis, numer. 108.* ideo non licet à filiis arguere ad matrem.

Quinto procedit etiam, quando vsusfructus
18 est marito relictus ab vxore, † quia institutis filiis, hoc quoque casu restringitur ad alimenta, vt voluit Bal. *in auth. hoc locum, in ſi. C. ſi mul. ſecun. nup. & ibi ſequitur Ang. nu. 4. & idem voluit Bald. in d. §. Titia, in ſi. vbi Cuma. in ſi. ver. tangit etiam, & Picus nu. 53.* vbi mouetur, non ex vi sexus, nã fœmininum nõ concipit masculinum, sed ex vi rationis, quæ in viro eadem est cum ea, quę militat in vxore. Allegat etiam, quod vir & vxor sunt correlatiua, & dispositum in vno correlatiuorum tam ex con-
19 suetudine, quàm de iure locum habet † in alio, *l. ſi. C. de indicta viduit. tollen.* Quæ regula procedit in quacunque materia, siue sit statutaria, siue sit cõsuetudinaria, siue pœnalis, siue correctoria, *vt apud Euerar, in loco à correl. qui est 76. Gabriel. commun. opin. libro ſexto, titu. de legib. & conſtitutio. concluſ. 3. numero 1. & ſeq.* Et Picus in loco prædicto intelligit, siue filij instituti sint cõmunes, siue alterius matrimonii; & quærit, an per illa verba, *dominus & vſufructuarius*, videatur vxori reliquisse proprietatem. Hanc etiam ampliationem tenuit Ias. *in d. l. ſina. colum. 2. verſi. ſexto facit, C. d. indicta viduit. tollen. Cotta. in memor. incip. vxor relicta, col. 2. Crau. in tracta. de antiquit. tempor. in 4. par. in princip. num. 71. ver. decimo limitatur. vbi allegat Cur. ſen. & Roch. de Curt. & præter eum ita quoque voluerunt Ruin. Nicol. Arelat. & Boer. quos citat, & ſequitur Gabriel. d. concluſ. 2. num. 6.* qui refert pro contraria parte Curt. iun. & Crau. Caualca. *in d. tracta. num. 24.* vbi tamen plures personas confundit, *Ancha. moder. d. q. 1. num. 5. vbi allegat Riminal. Gozad. & Pariſ.* & mouetur propter identitatis rationem, *Mantica d. titu. 7. numer. 10. Simon d. lib. 4. dubi. 10. num. 51. Lancello. Gallia. in conſuetud. Alexandr. in ver. vxori, q. 4. num. 5. vbi addit Rebuff.*

Hæc tamen limitatio intelligitur considerata sola vi legati, secus autem est, quando alio iure vsusfructus pertineret ad maritum, puta certum est, quod pater habet vsumfructum in omnibus aduentitiis filiorum, *l. 1. C. de bon. mater.* vbi Docto. ponunt, modo vxor institutis filiis relinquit marito vsumfructum, certè hoc casu licet ex vi consuetudinis restringatur legatum ad alimenta,
20 vt dictum est: tamen † tamquam pater, & legitimus administrator personę, & bonorum suorum filiorum, consequetur vsumfructum sibi à lege delatum. *Ita tenet Picus in d. §. Titia, num. 79. Cotta in memor. incip. vxor relicta. col. 2. ver. ſed tu cogita*, quia consuetudo Bulgari interpretari debet, vt minus lædat ius commune. At minus lædit, si maritus excluſus à legato vsusfructus, admittatur ad vsum fructum legatum, delatum ex legis dispositione, & aliud est habere vsumfructum vigore legati, aliud verò vigore patriæ potestatis, *vt in ſimili conſiderat Salic. in auth. idem eſt, num. 2. ver. & hoc verum. C. de bon. quæ lib.* vbi dicit quod pater ingrediendo
21 † monasterium perdit vsumfructum, quem habet ratione patriæ potestatis, non qui alio iure sibi competit. Picus tamen licèt ita teneat, monet esse cogitandum, quia est noua consideratio & cum sequitur Simon *d. dubit. 10. num. 51. in fi.* recte autem. Picus aduertit esse cogitandum, quia obstat decisio glos. post Isern. *in auth. item hæreditas. C. de bon. quæ liber.* vbi vult, quod si in eodẽ testamento sit institutus filius, & patri aliquid † relinqua-
22 tur, tunc pater nõ habebit vsumfructum in portione relicta filio. Sequitur Salic. *ibi, num. 3.* dicens, quod hæc opinio est æqua & rationabilis, mouetque, quia sicuti pater in portione filij vsumfructum non habet, quãdo à lege vocatur ad successionem vna cum filio, *vt probatur in §. ſi vero cum aſcendentibus, in Authẽ. de hæred. quæ ab inteſt. & in auth. item hæreditas. C. de bon. quæ liber. gl. ſi. in §. igitur, Inſtit. per quas perſon. nob. acquir. Crau. in conſ. 37. in fin. Rol. conſ. 95. num. 49. vol. 1. & conſ. 90. nu. 24. vol. 2.* ita non debet habere, quando homo relinquit patri & filiis, quia interpretatur voluntas testatoris, vt sit legi conformis. *Eiuſdem opinionis fuit Bar. in conſ. 118. Lucius, num. 5. vol. 1. Bal. in conſilio 324. volum. quinto, Caſtr. Afflict. Caccialup. Dec. Crot. Alba & Hieron. Gabriel. quos citaui in conſ. 116. num. quadrageſimo primo.* Cum ergo patri relinquatur ab vxore vsusfructus qui ex consuetudine Bulgari restringitur ad alimenta, non debet postea pater prætendere ratione patriæ potestatis vsumfructum in bonis filij. Testator enim relinquens aliquid filiofami-
23 lias, potest † prohibere, ne vsusfructus patri quęratur, *vt est tex. in auth. excipitur, C. de bon. quæ liber.* &
24 sufficit tacita † prohibitio vel voluntas testatoris, *vt per Cuman. in l. cum filiofamilias, numero 7. ver. nota quod teſtator, ff. de leg. 1. & ibi ſequitur Aret. colum. 6. ver. ſecundus caſus, & ver. alia tamen opinio, Caſtr. numero decimo octauo, in fi. Ias. num. 151. Socin. num. 31. Bal. Nouel. num. 22. & 30. Bauer. num. 75. num. 118. & num. 154. Ripa, num. 68. Socin. iun. 224. & Crau. in 3. par. num. 46. Boer. in deciſ. 193. per totum.* Et satis dicitur testator acquisitionem vsusfructus prohibuisse, quando patri aliquid seorsum à filio reliquit. Et si hoc procedit, quando patri relinquitur pars hæreditatis communis cum filio, vel aliquod prædium, multo magis locum habebit, quando ei relinquitur vsusfructus bonorum filio relictorum, quia inducere videtur testator quandam compensa-

tionem,& eo animo relinquere, vt extinguat illum vsumfructum,qui patri debetur in bonis filio relictis. Et non obstat quod consuetudo Bulgari debet restringi, vt minus deroget iuri communi, quàm fieri potest, quia respondeo quod ea exclusio, quæ inducitur isto casu,non prouenit à consuetudine Bulgari, sed à coniecturata testatoris voluntate,qui legando aliquid patri in eo testamento, in quo instituit filium, videtur patri vsumfructum prohibere in bonis filio relictis. Et non obstat,quod aliud sit vsusfructus,qui debetur ratione patriæ potestatis,aliud verò,qui ex legato prouenit: quia non est dubium, quin vsusfructus possit pluribus ex causis deberi, & quin sublato vno iure debeatur ex alio, sed dico, quod sicuti patri duplici iure competit vsusfructus,ita duplici iure est exclusus: nam ab vsufructu debito patriæ potestatis excluditur per legatum factum ab vxore, rursus ab vsufructu debito ex testamento vxoris excluditur per consuetudinem Bulgari;atque ita sicuti duplici iure defertur,ita duplici exclusione aufertur. Præterea dici potest hoc casu, vsumfructum non deferri duplici iure, imo nullo in casu: non quidem ex legato,quia & si vxor legando mentionem faciat de vsufructu,tamen sumpta voluntatis coniectura dicitur sola reliquisse alimenta: non etiam ex dispositione legis, quia ea non habet locũ,quando in eo testamento aliquid relinquitur patri, & filio. Doctrina autem Sali. *in d.auth.idem*, non caret contradictione, vt potest videri apud gl. Bar. Bal. & Castr. *in d.auth.excipitur, C.de bon.quæ liber.* Et si hanc partẽ teneas contra Picum,infertur,quod si pater relictus ab vxore vsufructuarius repudiaret legatum, non posset consequi vsumfructum vigore patriæ potestatis, quia obstaret tacita voluntas vxoris legantis, quæ sufficit ad exclusionem,vt supra dixi. Et sanè hoc mihi placet,licet forte aliquis posset dicere, quod decisio Castr. *in d.auth.excipitur,cum aliis supra citatis*, procedit,quãdo patri & filio relinquitur in eodem testamento hæreditas, non quando filius instituitur, & patri aliquid legetur. Sed ego non video rationem diuersitatis,propterea existimo,siue patri per legatum,siue per institutionem aliquid relinquatur, vtroque casu denegari vsumfructum, quia vtroque casu eadem militat ratio.

Procedit sexto nostra conclusio, etiam quando testator institutis filiis ex primo matrimonio, legat secundæ vxori vsumfructum, quia & si illa sit nouerca respectu filiorum institutorum, tamẽ
25 legatum restringitur † ad alimenta, *vt voluit Picus, qui hanc partem latè defendit in d. §. Titia, numer.59.& num.62.& 65.Ruin.qui tamen de eo non meminit in con. 41.num.4.in ver.secunda ratio, & num.9.vol.3.vbi ait, quod hæc opinio est de iure verior & æquior. Capra in consil.72.nu.11.ver. quod procedit, vbi allegat Ioan.de Monteſperel.in d.authen. hoc locum, & dicit habere locum in consuetudine Bulgari,relictis filiis ex primo, vel secundo matrimonio. Hanc partem tenuit ante alios Bal. quem citat Picus in d.§.Titia,num.176.quæstio.84.sed hactenus illud consilium non inueni, Anto.Gabriel.d.tit.de vsufru. concluſ.2.numero quinquagesimo tertio, Mant. in d.tracta.lib.9.tit.7.num.13.* vbi tamen de veritate conclusionis nihil dicit,sola authorum relatione cõtentus, *Viuius commun. opin.lib.1.opin.446.in fin.vbi dicit ita quoque voluisse Bal.in d.§.Titia.& Imol. ibi, Soarez.in thesau.recep.senten.in ver.domina.nu.142. Bello. in cons.31.num.3.Caualca.in tracta.de vsufruct.mul.reli. numero 32. vbi citat etiam Franc.de March.in decis.849. in 1.par.vbi subdit,quod suo iudicio melius concludit Capra in loco prædicto, Simon d.li.4.dubit.10.numer.52.vbi inquit hanc opinionem non solum esse veriorem, sed etiam tenendam in practica, Menoc.cons.62.num.2.*

Et pro hac parte stãt rationes, quibus responderi non potest,& primo,quod consuetudo Bulgari fundatur super testatoris voluntate coniecturata in fauorem filiorum, *vt per Aret. in d.consil. 40.& dixi supra.* At hic fauor,& coniectura voluntatis procedit non solum,vbi agitur de filiis eiusdem matrimonij, sed & vbi instituuntur filij alterius matrimonij, ergo vtroq; casu debet esse locus consuetudini.

Secundò si propter communes filios legatum vsusfructus restringitur ad alimenta, multo magis restringi debet propter filios alterius matrimonij, quibus contra nouercam magis fauetur, quam filiis communibus *vt in l. hac edictali, C.de secund.nupt.ita arguit Ruin.in d.cons.41.num.9.*

Facit tertio,quia super consuetudine Bulgari non est quæstio de fauore matrimonij, sed de interpretatione vocabuli, propterea distingui non potest inter filios primi & secundi matrimonij, quia sic distinguendo esset matrimonij quæstio, non vocabuli,*ita arguit Picus in d.§.Titia,num.59.*

Adducitur & quarto post Picum in loco prædicto,quod ex identitate rationis consuetudo prædicta extẽditur de vno casu ad alium. Et ideo vidimus supra, eam procedere etiam relicta cõcubina,sorore,vel alia persona; ergo pari modo debet extendi,quando vsusfructus relinquitur nouercę filiorum institutorũ. Id quod cõfirmatur,
26 quia etsi vxorius † amor superet omnes,cedit tamẽ amori filiorũ,*vt dixi ex Tiraq.in p̃fa.l.si vnq̃.n.12.*

Quintò si restrictio consuetudinis inducitur ex coniecturata mẽte testatoris, atq; eius dilectione erga filios,vtiq;discrimẽ non debet constitui inter filios,prioris,vel posterioris matrimonij,quia patris affectio par est erga filios vtriusque matrimonij, & ideo in substitutione vulgari frater ex
27 vno latere † succedit testatori, sicut vtrinq; coniunctus,ex sentẽtia Bar. *in l.Lucius,n.21.ff.de vulg. & pup.* quã sequuntur multi,quos citaui *in cons.31.nu. 20.& seq.* vbi dixi ex plurib.id procedere etiam in pupillari substitutione,*de quo etiam per Mantic. li.5. tit.11.per totum, & hoc argum.vtitur Simon d. dubit.10. nu.52.vbi latius cæteris omnib.pertractat. hanc quæstion.*

Sed contrariam partem amplexus est Bald.*in d. auth.hoc locum,nu.2.ver.sed si ponas, quod sit, C. si mul. secundo nupser.* vbi dicit,quod institutis liberis alterius matrimonij,legatum vsusfructus nõ restringitur ad alimenta, & mouetur per gl.ibi, quæ dicit,quod consuetudo introducta est fauore filiorum eiusdem matrimonij.Ideo secus est qñ instituitur

tuitur alterius matrimonij filius. Sed hæc ratio nihil valet, quia glo. loquitur de filiis simpliciter, non autem communibus, vel illius matrimonii, *vt aduertit Simon d.num.53.* & vbi etiam dixisset glo. de filiis illius matrimonij, id non esset intelligendum cum mysterio ad exclusionem aliorum filiorum. Et contra Bal. facit, quod ipsemet eo loci subiungit, non attendi distinctionem illam, quando vsusfructus relinquitur matri, sorori, concubinæ, vel alij: Cur ergo attendi debet quãdo relinquitur vxori, cum respectu filiorum nihil plus mereatur nouerca, quam mater? dictum autem Baldi valde notandum inquit Cremen. *sing.8.* quia consuetudo est strictissimi iuris, & nõ debet extendi de casu ad casum. Sed respondetur, quod hic nulla est extensio, quia non est verum, quod consuetudo loquatur de filiis eiusdem matrimonij, sed simpliciter dicit de filiis. Ideo vtriusque matrimonij filij restringũt legatum. Eandem sententiam Baldi probauit Aret. *in tracta. de testam. glos. 44. vbi tamen non meminit de Baldo, Dec. in cons. 526. col. fin. vers. non obstat quod superfint.* Allegatur etiam pro hac parte Ruin. *in cons. 38. num. 6. & cons. 50. num. 8. vol. 2.* Sed non loquitur in nostris terminis, & in primo loco loquitur de gubernio filiorum, quod non est verisimile, patrem voluisse demandare nouercæ, & eo casu dicit, appellatione matris non venire nouercam, quod verum est. Secundo verò loco loquitur, quando tractatur de commodo filiorum, *vt aduertit Simon d. nu. 53. col fin. ver. & Ruin. pro eadem parte stat Bertachin. in suo repert. in ver. vxor vsufructuaria, versic. 26. eandem probauit Anchar. moder. famil. quæst. lib. 2. quæstio. 1. num. 8.* vbi mouetur ex eo, quod consuetudo inducta fauore filiorum illius matrimonij, non recipit extensionem. Rationes, quæ pro hac parte allegantur friuolæ sunt, quia iam ostensum est, & demonstrabitur quoq; latius infra, quòd consuetudo extenditur ex identitate rationis. Dictũ etiam fuit inductum esse indistinctè fauore filiorum, non autem limitatè pro filiis eiusdem matrimonij. Et si dicatur, quod restrictio Bulgari, non potest conuenire nouercæ, quia per eam dãtur legatariæ non solum alimenta, sed etiam præeminentia in domo, & cum facilis sit discordia
28 inter † nouercam, & priuignos, *l. cum pater, §. dulcissimis. ff. de leg. 2.* facit versus ille,

Gaudet in afflictos sæuire nouerca potestas,

de quo apud Anchar. *d. quæstio. 1. num. 14.* non est præsumendum, quod pater voluerit custodiam, & administrationem domus committere nouercæ, atque ita cessat ratio, quæ fuit à consuetudine considerata. Respondet Picus dicto §. *Titia, numero quinquagesimo nono, in fin. versic. ideo non videtur,* quod hoc est loqui sine lege. Sed hæc responsio nihil est, quia etsi obiectum prædictum careat lege, non tamen caret ratione naturali. Aliter ergo respondetur, quod & si non videatur testator voluisse vxori demandare præeminentiam, & gubernium domus, non tamen etiam videtur voluisse, quod filij nudam habentes proprietatem, cogantur vel fame perire, vel mendicare. Et vbi sumus inter duo mala, semper eligendum est minus malum: minus autem malum est, quod nouerca habeat præeminentiam in domo quàm vsumfructum integrum, nec tanti æstimanda est discordia inter nouercam, & priuignum, vt pro ea euitanda ducamus patrem ad impietatem erga filios.

Vendicat quoque septimò nostra conclusio locum sibi in filio legitimato, quia si fuit institutus hæres, vsusfructus, vxori relictus, restringa-
29 tur † ad alimenta, vt probat in specie *Picus in d. §. Titia, num. 65. q. 11.* vbi inquit, hoc esse sibi clarum, siue legitimatio facta sit per rescriptum Principis, siui per subsequens matrimonium. Mouetur principaliter, quia statutum excludens fœminas propter masculos, locum habet etiam in masculo legitimato, *secundum Bal. in l. eam quam, & l. cum acutissimi, C. de fideicom.* & dum refert, se ad rationes citatas in præcedenti quæstione per eum disputata de filio adoptiuo, allegat, quod testator censetur magis diligere filium naturalem legitimatum, quàm vxorem, quia ille succedit, non vxor, *l. 1. C. vnde vir, & vxor.* Et subdit, quod in legitimato subest eadem ratio, quæ in legitimo, & naturali, & consuetudo nostra ex identitate rationis solet extendi, *vt per eum. Eandem opinionem tenuit Gabriel. d. tit. de vsufruct. conclus. 2. num. 24. Mantica d. tit. num. 13. & Caualca. in tracta. de vsufruct. mulie. reli. numero 35.* vbi mouetur ex eo, quòd legitimati habentur pro legitimis, *& allegat Dec. cons. 516. col. 2. & seq. vbi multa dicit, & Tiraq. in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, num. 64. & seq.*

Sed & si prædicti non dicant, inuenio quòd in terminis contrarium voluit Crot. *in cons. 67. num. 10.* quia statutum & consuetudo procedunt à pari,
30 *l. de quib. ff. de legib.* at statutum loquens † de filio, non includit legitimatum, *Butr. in cap. tanta. & in c. per venerabilem, qui fil. sint legit. allegat etiam Castr. Fulgos. Bened. de Plumb. Ro. & alios,* qui volunt, quod
31 statutum excludens fœminas propter † masculos, non habeat locum in legitimatis. Redditur ergo dubia opinio Pici, & aliorum: & sane, vbi filius esset legitimatus per subsequens matrimonium, res esset sine dubio, quia legitimatio per
32 † sequens matrimonium est fauorabilissima, & imitatur naturam, quia originem ducit à matrimonio, *Bart. in cons. 319. num. 1. volum. 4.* & taliter legitimatus admittitur ad feudum, *Hostien. Ioan. And. Butr. & alij in cap. lator, qui fil. sint. legit. Beluis. Isern. Bald. Aluar. & alij in cap. 1. §. naturales, si de feu. fuer. controuers. inter dom. & agnat.* & excludit substitutum, *Felin in capitulo, in præsentia, numero trigesimo nono, de probatio. Ias. in l. sed est quæsitum, num. 11. ff. de lib. & posthum.* & admittitur ad episcopatum, *secundum glos. in c. introiuit, in ver. coniugata, de electio. & ibi not. Butr. Abb. & alij. & communem inquit Dec. in cons. 155. num. 3. in fi.* & sequens matrimonium purgat præcedentem maculam, *secundum gloss. in d. c. tanta.* sed in legitimato per rescriptum maior subest difficultas: quia sicuti magna est controuersia, an filius legitimatus includatur statuto excludente fœminam propter masculos, *vt patet ex authoribus relatis*

à Pico, & Croto in locis supra citatis, & multos citat Tiraquel. in l. si vnquam, in verſic. ſuſceperit liberos, num. 81. & num. 98. C. de reuoc. donat. vbi dicit, multo plures tenere, quòd legitimatus non excludat, ita dubium eſt, an legitimatus includatur conſuetudine: meo tamen iudicio verior eſt opinio Pici, quia etiã quoad legitimatum reſtringatur legatũ vſusfructus relictum vxori. Moueor principaliter, quia conſuetudo Bulgari inducta eſt fauore filiorum, ne fame pereant, vel mendicare cogantur, vt ſæpe dictum eſt ſupra. At quoad naturalem affectionem, & vbi agitur de alimentis filio-
33 rum, non poteſt inter legitimum † & naturalem conſtitui diſcrimen aliquod, *vt per Paleot. in tracta. de noth. & ſpur. cap. 48. numero 3.* Et quamuis conſuetudo ſicuti ſtatutum ſtrictè interpretatur, tamen ex identitate rationis extenditur, *vt dixi ſupra*, & quoad ipſum teſtatorem, nulla eſt differentia inter filium legitimum, & legitimatum, ideo
34 legitimatus † conſentiẽte teſtatore excludit ſubſtitutum, *Bartol. in l. ſi cognatis, colum. ſecunda, ff. de reb. dub. vbi Socin. numero vigeſimo primo, verſic. tertiò infero. Imola. in l. ex facto, in princ. numero decimo quarto, ff. ad Trebell. Tiraquel. in d. l. ſi vnquam. in ver. ſuſceperit liberos, numero vigeſimo quinto, C. de de reuoc. donat. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 10. numero 18.* & quicquid quoad alios, legitimatus quoad
35 † patrem legitimantem, habetur pro legitimo. *§. filium vero, quib. mod. natu. effic. ſui, in Auth. Tiraq. in d. ver. ſuſceperit liberos, num. 54. in fi.* Propterea conſuetudo, quæ fundatur ſuper affectione, & voluntate teſtatoris, debet procedere non minus in legitimato quàm in legitimo, poſtquam quoad affectionem paternam, non differt à legitimo. Per quam rationem ita quoque tenet Simon *d. dubit. 10. num. 54.*

Octauo loco ampliatur concluſio, vt proce-
36 dat quoque in filio adoptiuo † ſeu arrogato, qui ſit inſtitutus, quia eius fauore vſusfructus vxori relictus reſtringitur ad alimenta, *vt per multa probat Picus in d. §. Titia. numero ſexageſimo primo, quem ſequitur Mantica d. tit. 7. num. 13. Caualcan. de vſufruct. mulie. reli. num. 34. ver. Imo ego dico, idem Gabriel. d. concluſ. 2. num. 23. Simon de Pret. d. dubit. 10. nu. 54.* Ratio principalis eſt, quia in filio adoptiuo ita militat coniectura voluntatis teſtatoris, ſicut in legitimo & naturali, propterea conſuetudo ad illum extẽditur, iuxta quod ſæpius in præſenti quęſtio-
37 ne dictum eſt. Item adoptiui † ſuccedunt parentibus ſicuti ſi eſſent legitimi & naturales. *l. ſi te parens, C. de ſuis & legit. l. pen. §. ſi quidem. C. de adoption.*
38 & dicuntur filij Regis, † aut Imperatoris, aut ſenatoris, *l. ſenatoris filium, & l. ſeq. ff. de ſenato.* & gau-
39 dent † filiorum priuilegio, *l. cum adoptiuum, C. de*
40 *decurio. lib. 10.* & excludunt aſcendentes † & vxorem. *l. 1. §. liberi. ff. ad Tertullian. & l. æquiſſimum, in prin. ff. eod. tit. Aret. in §. ſed ea omnia, colum. 2. ver. quæro an talis, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Matheſil. in tracta. de ſucceſ. ab inteſt. colum. 6. ver. item dubitatur. Bened. in c. Rainutius. in ver. vxorem nomine Adelaſiam, numero 478. extra de teſtam.* Item excludunt naturales, impediunt bona à fiſco publicari, reuocant alimenta in fraudem, petunt legitimam præteriti, rumpunt teſtamentum, efficiuntur ſui hæredes, tutores legitimi, & alia multa habent filiorum priuilegia, de quibus apud Tiraq. *in d. ver. ſuſceperit*
41 *liberos, numero 20.* Et quamuis dicantur filij † fictè, *ſecundum Bal. in l. fideicommiſſum. ff. de cond. & demonſt.* & imaginarij, *l. ſi filio quem, in princip. ff. de lib. & poſthum. Alex. in l. adoptiuum. in princ. ff. de in ius vocan.* vbi dicit Socin. adoptiuum in nulla diſpoſitione includi, quæ loquatur de filio, & dicuntur filij abuſiui, *vt per Bal. in l. cum in cunctis, extra de electio.* & non ſunt propriè ſui hæredes, *ſecundum Aret. & Iaſ. in l. Gallus, §. ſi eius, col. 3. ff. de liber. & poſthum.* & non proſunt ad immunitatem, quæ conceditur ob liberos, *l. 2. §. adoptiui. ff. de vocatio. mun. & latè proſequitur Tiraq. d. ver. ſuſceperit liberos, num. 2. & multis ſeq.* tamẽ hoc eſt verum, quando tractatur de præiudicio tertij, vel quando agimus de adoptiuis filiis alicuius tertij: ſed vbi eſt quæſtio de filiis adoptiuis teſtatoris, de cuius diſpoſitione eſt contentio, tunc adoptiuus venit appellatione filij, *vt voluit Barto. in d. l. ſi cognatis, col. 2. ff. de reb. dub.* vbi ait, quod filius adoptatus, ſeu arrogatus ab ipſomet teſtatore venit ſubdiſpoſitione loquente de filio, licèt ſit ſecus, quãdo eſſet arrogatus ab alio, *quod voluit etiam Imola in l. fideicommiſſum, ff. de lib. & poſth. & dicit Socin. in d. l. ſi cognatis, quad Bar. doctrina eſt cõmunis, ſingularis, bene ſignanda, & in practica præualeret, & ſequitur Barbat. & Georg. Natta, quos approbando citat Tiraquel. in d. ver. ſuſceperit liberos, num. 13. & ſeq.* vbi dicit idem eſſe, quando fuiſſet adoptatus conſentiente teſtatore. Et prædictorum ratio eſt, quia non eſt credendum, quod diſponendo voluerit teſtator eos eludere, quos ſui iudicio elegit ad ſucceſſionẽ. Et certè filius nõ minus habet patris votum, quam habeat vxor, propterea conſuetudo erit in fauorem quoque talis filij adoptati, vel arrogati reſtringenda.

Extenditur nonò prædicta concluſio, vt procedat etiam quando inſtituti ſunt filij naturales,
42 quia etiam tunc vſusfructus relictus † reducitur ad alimenta ſecundum conſuetudinem Bulgari, *ita voluit in ſpecie Ang. in d. tracta, de teſtam. gloſſ. 46. in 3. colum.* dum loquendo de alia quæſtione dicit, quod poſſunt eſſe filij eiuſdem, vel alterius matrimonij, vnius, vel alterius concubinæ, atque ita præſupponit, quod conſuetudo habeat locum etiam, quando inſtituti ſunt filij naturales. Hanc partem tenet Picus *in d. §. Titia, num. 67.* vbi dicit eſſe de mente Imolæ, Cumani & Floriani ibi, qui, dum dicunt procedere conſuetudinem non modo in vxore, ſed etiam in concubina, præſupponunt natos ex concubina poſſe inſtitui. Sed parcat mihi Picus, hoc non eſt verum: dum enim loquuntur de concubina relicta vſufructuaria, prę-ſupponunt legitimos, & naturales filios eſſe inſtitutos, non autem naturales tantum. Retinent enim ſemper primũ thema ſuæ quæſtionis, quod filij ſint inſtituti, nec variant vnquam ad aliam filiorum ſpeciem. *Et Picum ſequitur ſimpliciter referendo Anton. Gabriel. d. concluſ. 2. num. 25. Mantica d. tit. 7. num. 16. & Simon d. dubit. 10. num. 54.* Et ratio eſt,

quia

quia consuetudo prędicta est fundata super cõiecturata testatoris affectione erga filios, & testator
43 præsumitur ita diligere † naturales, sicut legitimos. *l. ex facto. §. si quis rogatus, il 1. ff. ad Trebellia.* licèt enim naturales à iure non admittantur ad successionem regulariter, & à lege facti sint deterioris conditionis quàm sint legitimi, inspecta tamen naturali affectione patris erga suam generationẽ, non minus operatur naturalis instinctus erga naturales, quàm erga legitimos, *vt inquit Bal. in l. si te parens, C. de suis, & legit. ponit Picus d. §. Titia, numero sexagesimo sexto.* vbi subdit, quòd iura loquentia in legitimis locum habent etiam in naturalibus, si eadem sit ratio, *l. parentes, ff. de in ius vo-*
44 *can. & naturalia iura † non possunt aboleri, l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. Ascan. Clem. de patr. potest. capit. 5. numero 35.*

Hæc autem conclusio bonæ procedit, quando testator nullos habet filios legitimos, & natura-
45 les, quia tunc † potest naturales instituere in o-
mnibus bonis *vt in authen. licet, C. de natural. lib.* se-
46 cus quando haberet legitimos, quia tunc † solam vnciam relinquit, *l. humanitatis, C. de natural. lib. §. nos igitur, in Auth. quib. mod. natur. effic. legit.* Et eo casu frustra est disceptare. si institutio eorum restringat legatum vsusfructus, cũ ea institutio sit nulla.

Restringitur item, vt procedat quando institutis naturalibus filiis vsusfructus relinquitur eorum matri, & concubinæ: & si testator habens vxorem legitimã illi relinqueret vsumfructum,
47 certè non restringeretur ad alimenta, † quia sicuti stante vxore legitima naturalis in totum excluditur à successione, *vt in d. auth. licet*, quæ tamen successio erat à iure delata, non existente vxore, ita vxore existente naturalis debet perdere id beneficium, quod à consuetudine descendit. Et sicuti impedit vxor, ne naturalis consequatur proprietatem rerum paternarum, ita impedit, ne cõsequatur vsumfructum, atque ita latè sustinet Picus *d. §. Titia, num. 67. ver. sed quantum ad propositum nostrum.* Sed hæc ratio non est potens, quia consuetudo Bulgari mouetur ex cõiecturata voluntate testatoris erga filios, & non regulariter secũdum normam successionis, atque illius ordinem. Et licet hæreditas non sit ita debita naturalibus, sicut legitimis inspecta legis dispositione, non tamen sequitur, quin patris affectio sit maior, *vt in proposito considerat idem Picus, num. 71. ver. sed vbi consuetudo esset fundata.* propterea dici posset, quod vsusfructus quoque vxori relictus restringatur ad alimẽta institutis filiis naturalibus. Sed quia non inuenio expresè firmantem, relinquo cogitandum.

Res autem indubitata esset, quando mater in-
48 stitutis naturalibus † filiis mariti relinqueret vsumfructum, quia tunc restringeretur ad alimenta, etiamsi extarẽt legitimi & naturales, *vt expresè determinat Caualcan. in d. tracta. de vsufruct. mul. relic-*
49 *to. num. 35.* eiusmodi enim filij succedunt † matri sicut legitimi & naturales, *§. penult. Institut. de successio. cognat. §. nouissimè sciendũ, Instit. ad Senatusc. Orphicia. gl. in §. tam autem, in ver. naturales, Insti. de inoffi-*
50 *testam.* & testamentum matris arguunt † de inofficioso, *l. si suspecta. §. 1. ff. de inoffi. testam.* & succedunt
51 † vnà cum legitimis, *l. pen. in fi. vbi Bal. Corne. & Cagnol. C. ad Orphician. Paleot. de noth. & spur. cap. 38. numero 6.* sed hæc quoque patitur difficultatem, quia fundatur super sola successione legali, non autem super testatoris affectione, verum subsistit, quia affectio matris par est erga naturales, & legitimos, ideo siue attendamus facultatem succedendi, siue affectionem matris, vtroque casu sustinebitur decisio.

Decimò ampl. Consuetudo Bulgari procedit in principe, qui filiis institutis in patrimonio relinquit vxorem omnium bonorum vsufructua-
52 riam: Nam † etiam tunc vsusfructus restringitur ad alimenta, & præeminentiam, *vt per Bal. in cons. 294. vol. 5.* vbi tamen mouetur potius ex verbis testamenti, quam ex vi consuetudinis, *eum sequitur Picus in d. §. Titia, num. 78. Crau. in cons. 32. in fine, Rolan. in cons. 74. num. 3. volu... Anton. Gabriel. d. conclus. 2. numero 7. & Mantica d. lib. 9. tit. 7. num. 9.* Ratio prædictorum est secũdum Picum, quia consuetudo
53 succedit † loco legis, *l. de quibus. ff. de legib.* sicuti ergo princeps vult ligari lege, *l. digna vox, C. de legib.*
54 ita debet ligari consuetudine, † quæ loco legis successit: subrogatum enim sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, *l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.* Item princeps censetur disposuisse secundum formam consuetudinis, *secundum Alex. & alios in l. hæredes mei, §. cum ita. ff. ad Tre-*
55 *bell.* & consuetudo † interpretatur contractum, *l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edicto*, & vltimas voluntates, *Bar. Bal. & alij in l. si non speciali. C. de testam. latè Gabriel. commun. opin. lib. 6. tit. de consuetud. conclus. prima, per totam.* Tertio mouetur, quia in principe militant omnes rationes, quæ procedũt in priuato, idest coniecturata voluntas fauore filiorum, ideo cum non minus principes quàm alij diligant filios, & moueantur aganturque naturalibus passionibus, idem in principe, quod in priuatis iudicandum est. Addit, quod princeps in dubio vti videtur iure communi, non speciali, quando actus sustineri potest iure communi, *se-*
cundum Castr. in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C.
56 *de testam.* Et est regulare, quod priuilegiatus † præsumitur in dubio vti non priuilegio, sed iure cõmuni, *l. quamquam, vbi Alex. & alij loquuntur in principe, C. de testam. milit. l. Centurio. vbi Castr. & alij, ff. de vulg. & pupil. Alciat. in tracta. præsump. reg. 3. præsumpt. 39. numero 1.*

In contrarium tamen multa allegari possent: & primò quod consuetudo est tacitus populi cõsensus: at sicuti subditi non possunt sua lege superiorem ligare, † *Bal. & Alex. in l. debitorum passionibus, C. de pact. Bal. in auth. sed nouo iure, col. 1. C. de seru. fugit. Cardin. cons. 2. Felyn. cap. 1. col. 1. de constitut. Rol. de lucro dot. q. 83. per totam*, ita nec per consuetudi-
57 nem, *vt † per Roch. de Curt. in tracta. de consuetud. sectio. 8. quæstio. 9. num. 51. Tiraq. qui loquitur in consuetudine disponente de iure retrahendi. in tracta. de vtroq. retract. §. 1. gl. 13. nu. 38. sequitur Rol. d. quæst. 83. nu. 8. & 9.*
58 Sed responderi potest, verum esse hoc, nisi cõ-

ſuetudo fundata ſit ſuper ratione naturali, quia
59 ea † ligatur, *Bal. in cap. primo, §. fin. qui feud. dare poſſ. Martin. Laud. in tract. de princip. notab. 305. Roch. d. numero quinquageſimo primo, in fi.* licèt enim princeps non ligetur lege legis, ligatur tamen lege ratio-
60 nis, † *Bal. in l. 1. de conſtit. princip. Iaſ. in conſ. 1. in 1. dubio, vol. 1. D. Becius in conſ. 56. num. 8.* Secundo reſpondetur, quod & ſi princeps non ligetur conſuetudine ſubditorum, quando non vult, tamē ſi vult,
61 poteſt conſuetudine vti, & ea ligari, † *gloſſ. in l. digna vox, vbi Caſtren. C. de legib.* vbi quod princeps ligatur lege, vel ſtatuto inferiorum, quando vult, & poteſt illis vti, *Bal. in l. 4. ff. ad leg. Falcid. Rolan. in tract. de lucro dot. quæſt. 84. nu. 5. & ſeq. facit, quod inquit Bal. in conſ. 360. numero quarto, volu. primo,* vbi, quod
62 & ſi laici non poſſint ſua lege clericos ligare, poſſunt † tamen fauorabiliter ad eorum fauorem diſponere. *Lapus allegat. 101. Gemin. in cap. fin. de offi. de leg. in 6. ſequūtur Cardin. Abb. & alij apud Dec. in c. eccleſiæ Sanctæ Mariæ, numero quinquageſimo quinto, in fin. de conſtitut.* Et dicit Bal. *in c. cum veniſſent. numero 6. ver. oppono dicitur, extra de eo qui mittitur in poſſeſſion.* quod clerici non ligantur laicorum ſtatutis, ſed
63 eis vti poſſunt tamquam priuilegio, non tamquam lege, *Alexan. conſ. 210. numero 11. volum. 2.* Sed & tertio reſpondeo, quod & ſi princeps non ligetur conſuetudine, tamen in dubio cenſetur, ſecundum illam contrahere & diſponere: ſic enim videmus in lege, quod & ſi princeps illi non ſubiiciatur, in dubio tamen videtur ſecundum illam diſpoſuiſſe, *vt diximus ſupra ex Pico, in d. §. Titia,* quibus addi poteſt Bal. *in capit. 1. §. ſi vaſallus. de pace iuram. firman.* vbi ait, quod † rex donans filio in po-
64 teſtate nihil agit, quia lex eam donationem inualidat & præſumitur contraxiſſe ſecundum legem, niſi expreſſerit ſe vti regia poteſtate, *ſequitur Alexan. in l. Centurio, numero vigeſimo ſexto, ver. pro hoc facit, ff. de vulg. & pup. Rolan. in conſil. 86. 57. volum. 1.* Hæc tamen deciſio, vt id obiter dicam, non videtur vera, quia vbi actus principis non poteſt ordinario iure ſuſtineri, tunc præſumitur princi-
65 pem vſum fuiſſe † plenitudine poteſtatis, *Alexan. in l. quamquam, vbi alij ſequuntur, C. de milit. teſtam. Alciat. in tracta. præſumpt. reg. 3. præſump. trigeſima quarta, numero 2. & præſumpt. 36. numero 9.* Saluari tamen poteſt, quando actus ſi ſuſtineretur, inferret ter-
66 tio † præiudicium, *Fulgoſ. in l. 3. §. ſi inſulam, ff. de eo quod certo loco. Alcia. d. præſump. 36. num. 10.* In propoſito igitur conſuetudo Bulgari fundatur naturali ratione, & ea in dubio princeps vti videtur, & ſecundum illam diſponere, ergo habebit etiam locum in teſtamento principis. Hæc opinio ſuſtineri poteſt, quia procedit ſecundum mentem principis, quæ procliuior præſumi debet erga filios, quam erga vxorem, aliàs forte non eſſet capienda ea coniectura, quia princeps in dubio cēſetur velle quod loquitur, & non præſumitur quod diſpoſuerit, ſecundum conſuetudinem, quæ eſt contraria voluntati ſuæ, & ſatis dicitur lucrari, cum eam implet.

Ampliatur vndecimò conſuetudo prædicta, in tantum procedere, quod filij inſtituti non poſſint ſe liberare ab onere præſtandi alimenta, dimittendo matri integrum vſumfructum, quando mater ipſa † magis eligit alimenta, quam vſumfructum, *ita voluit Salic. in auth. hoc locum, numero 13. C. ſi ſecun. nupſe. mul.* Et licèt loquatur ſub diuiſione, tamen eſt aduertendum, quod conſuetudo introducta fuit ex coniecturata voluntate teſtatoris, atque illius affectione erga filios, *vt diximus ſupra in principio ex Aret. in conſ. 40. & aliis. quæ ratione inſpecta. Salic. inclinat in hāc partem, & eum ita intelligit, & ſequitur Picus in d. §. Titia, numero 36. ver. tertio limita hanc concluſionem, Bertran. in conſ. 159. in 2. par. 1. volum. Gabriel. d. concluſ. 2. numero octauo.* Et ratio eſt, ſecundum Salic. quia hæres non poteſt
67 recedere à voluntate † teſtatoris, quamuis coniecturata. *l. & ſi intelligatur, & l. cum virum, cum ibi notatis, C. de fideicom.* Ipſe autem tenet, quòd procedat ex coniectura voluntatis, quia conſueuit princeps ſequi veſtigia voluntatis teſtatoris, & idem eſt in conſuetudine, quæ eſt altera lex, *l. de quibus. ff de legib. addit Picus id, quod voluit Alber. in 2. par. ſtatuto. quæſt. 102. in fi.* vbi ſtatuto filiam excludente ab hæreditate ſtantibus † maſculis ita ta-
68 men, quod dotari debeat, non poterit maſculus ſe liberare ab onere dotandi, etiamſi velit ſororem admittere ad ſucceſſionem bonorum, *ſequitur Campeg. in tract. dot. par. 1. quæſt. 8.* Addo ego meliorem rationem eſſe, quia cum teſtator vxori videatur legaſſe non vſumfructum, ſed alimenta,
69 hæres non poteſt † aliud pro alio ſoluere inuito creditore, *l. 2. §. mutui datio, vbi gloſſ. allegat concordantes. ff. ſi cer. pet.* & ſicuti vxori non datur petitio vſusfructus, cum ſola alimenta intelligantur relicta, ita non debet licere filio offerre vſumfructum loco alimentorum, *facit l. non debet, ff. de reg. iur.* & forma relicti non debet claudicare, aut variare ex voluntate hæredis. Et ſi dicatur quod conſuetudo hoc introduxit in fauorem filio-
70 rum, ergo filij debent poſſe † ſuo fauori renunciare, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* Reſpondeo, quod cauſa ſic interpretandi relictum, fuit quidem filiorum fauor: ſed cum interpretatio iam eſt facta, debent filij acquieſcere, & vel in totum ab ea diſcedere, & inſtitutioni renunciare. Et licèt fauor filiorum ſit cauſa interpretationis, tamen ceſſante fauore non ceſſat interpretatio iam facta, & conſumāta, ſicuti non ceſſat effectus cōſumātus ceſſante cauſa, *l. ſi. in princip. ff. vnde lib. cum alijs apud Tiraquel. in tracta. ceſſan. cau. limitat. 12. in princip.*

Extenditur duodecimo noſtra concluſio, vt
71 procedat etiam in Iudæo † teſtante, qui vxorem relinquat vſufructuariam, & filios inſtituat, *ita determinat Picus in d. §. Titia, nu. 30. quem ſequitur Gabriel d. concluſ. 2. num. 27.* Mouetur autem, quia Iu-
72 dæi † dicuntur eſſe de populo, & de corpore ciuitatis, *l. Chriſtianis. C. de pagan.* & dicit Bal. *in l. 3. §. 1. ff. de nego. geſt.* quod Iudæi continentur nomine po-
73 pularium: ſtatutum autem locum habet † in Iudæo, *vt per Anan. in c. Iudæi. il. ſecondo, colum. fi. de Iudæi.* vbi loquitur de ſtatuto fœminas excludente propter maſculos, ergo in eo locum quoquè habebit

con-

consuetudo. Et quod statutum liget Iudæum, atque illi non prosit, voluit Felin. *in d.c.Iudæi, col. 5. ver.ex quibus videtur posse inferri, Campeg. de statu. exclus.fœm.q.36.Laur.de Palat.in eo. tracta. col. antepe.*&
74 concessum aut prohibitum alicui populo † vel vniuersitati, censetur concessum, vel prohibitum Iudæis ibi habitantibus. *Alexan. in cons.75. num.9. vol.1.Barbat.in cons.15.num.2.vol.1.Corne. in cons. 144. in fi.vol.1.latè D.Becius in cons. 84. per totum*, vbi quod sunt de populo, quod inter oues Christi connumerantur, quod vtuntur iure Romano, & quod eis iura omnia sunt communia, & concessa hominibus immunitate alicuius loci gaudent etiam
75 Iudæi, † *secundum Bal.in l. spadonum. §. iam autem. ff. de excusat. tuto.* & dicit Natta *in cons.620.* quod Iudæis seruari debeat æquitas scripta, & ibi cumulat
76 multa alia, & præcipuè, quod habeant † filios in potestate, de quo latè Ascan.Clem. *in tract.de patr. potest.in 7.effec.num.6.* propterea Marquard. *in tract. de Iudæ.par.2.cap.2.num.7. in fi.* dicit, quod consuetudo Bulgari locum habet quoque in testamento
77 Iudæi, vbi dicit ligari † Iudæos statuto exclusiuo fœminarum. Et hanc esse communem, quidquid Brun. conetur sustinere. Et infert, quod Iudæus vtitur etiam statuto disponente de retract. Eandem conclusionem in nostris terminis firmat Lancello. Gal. *in consuetud. Alexand. in ver. maritus, quæst.7.n.15.* vbi allegando Alex. Roch. de Cur. Felin. Marq. & Bursat. dicit, quod sicuti Iudæus vti-
78 tur statuto, ita debet vti † consuetudine, & facit,
79 quia Iudeis competit beneficium purgandi † moram, *vt post Ripam, & alios inquit Natta, d.cons. 620. num.18.& seq. Ioan. Annibal in l.si insulam, num.19.ff. de verbo.oblig. Marq.in d.tracta.par.2.cap.5. num. 6. Cordub.in tracta.de caus.quib. emphit.priu.in tit.de cau.priuat.ob non solu.canon.limit.41.nu.1.in fi.folio mihi 122.* Et facit ratio, quia consuetudo est tacita populi conuentio, vt dictum est: ergo ligantur Iudæi, qui sunt de populo, sicuti ligarentur conuentione vel pacto, & non debet superflua videri hæc quæstio, quia Iudæi publici sint fœneratores: quia, vt admonet Picus, *d.num.81.* licet illis testari, & non includũtur in dispositione, *cap.quamquam,*
80 *de vsur.in 6.vt* † *consuluit Alex. in cons. 6.vol.6.Aret.qui communem dicit, in cons.157: Socin.in cons.70.vol.1.Picus loco prædicto, plures alios citat, Galliau.d.ver.maritus, quæstio.7.nu.3.* Præterea multis in prouinciis prohibentur fœnus exercere, ideo cessat ibi dubitatio prædicta.

Producitur decimotertiò hæc conclusio, vt procedat etiamsi testator vxorem simul cum filiis
81 instituisset hæredem, † quia nihilominus sola alimenta consequeretur, *ita dicit Gabriel.d.concluf.2. num.10. vbi allegat Gozad. in cons.80.num.1.& seq. eandem sententiam probauit Mantica.d.li.9.tit.7.num.8.vbi allegat etiam Dec.& Rol. quia tamen nihil de hoc dicunt.* Verum Gabriel. & Mantica fugienti oculo viderunt Gozad. in loco prædicto, proinde decepti sunt. Gozadinus enim expressè concludit contrarium, quando vxor fuit simpliciter instituta cum filiis, vt videri potest, *num.3. ver. & per hoc respondetur*, sed in suo casu institutio vxoris erat facta relatiue ad præcedens relictum vsusfructus, quod fuerat datum per particularem institutionem, ideo concludit restringi ad alimenta, & facit manifesta ratio. Nam si ex sua parte institutionis percipere potest alimenta, quomodo videri potest testator reliquisse alimenta ex alia parte quàm reliquit filiis? Præterea vnum & idem lega-
82 tum vsusfructus non debet diuerso † iure censeri, *l. eũ qui ædes.ff.de vsucap.* & vna determinatio de-
83 bet æqualiter determinare, † *l.nam hoc iure, ff.de vulga. & pupil.* proinde sicuti in sua portione habet integrum vsumfructum, ita debet illum habere integrum in portione relicta filiæ; sed & si Doct. prædicti non bene probent suam conclusionem ex Gozad. authoritate, imo ille videatur contrarium tenere, vera est ampliatio, quod in portione filiis relicta vxor habebit solũ alimenta, licèt quo ad suam portionem percipiat integrũ vsumfructum. Ita enim fieri videmus, quando testator relicto vsufructu vxori, instituit filiũ in parte, & extraneum in alia parte, quia tunc quoad extranei partem legatum vsusfructus ad alimenta restringitur, *vt per Bar.in d. §. Titio, num. 9. Et ponam paulo infra inter limitationes*: extranea autem dicitur vxor instituta, quia in proposito omnes iudicantur extranei præter descendentes, & consuetudo nostra introducta fuit fauore filiorum, non aliorũ, *vt dicam suo loco*, & nihil interest, quod vxor, vel alia persona non descendens fuerit instituta, & fauor filiorum ita militat instituta vxore, sicut alia quauis, & ratio consuetudinis versatur etiam hoc casu, ne scilicet cogãtur fame perire, vel cum paterno & proprio etiam opprobrio mendicare. Perinde ergo erit, ac si vxori legasset alimẽta præstanda à filio de sua portione, & instituisset vxorem in dimidia bonorum.

Quarto decimo loco ampliatur consuetudo Bulgari, vt habeat locum, non solum, quando fi-
84 lij sunt instituti, sed etiam, quando † extranei, si modo colligatur ex coniecturis aliquibus talem fuisse testatoris voluntatem, *ita voluit Ruin. in consilio 35.numero 5.in fin.vol.2.* vbi loquendo in nepote ex fratre, qui fuerat institutus, dicit, quod si tacitè vel expressè cõstat, testatorem voluisse, quod consuetudo locum habeat, tunc sine dubio standum est eius voluntati, & infert, quod vbi vxori relictus est vsusfructus, & deinde dicitur, quod possit habitare in domo, tunc intelligit testator non de vsufructu, sed de alimentis, quia alias relictum habitationis esset superfluum; & ante eum id voluit Socin. *in cons.279.num.4.volum.2.* vbi dicit, quod vsusfructus non censetur relictus vxori, quando testator relinquit illam vsufructuariam, & subdit, *& habeat ibi victum & vestitum*, quia subsequentia hæc verba essent otiosa, & frustra factum esset hoc vltimum relictum. Sequitur Gabriel. *d. lib.5. tit.de vsufruct. concluf. 3. numero 31.* vbi infert, ad plures casus, & facit, quod in limitationibus dicemus in casu contrario, vt scilicet habeat plenum vsumfructum, quando constat tacitè, vel expressè, quod testator non voluit cõsuetudinem Bulgari attendi, & ratio est, quia vo-

luntas

luntas testatoris primum obtinet locum in vltimis voluntatibus, *l.in conditionibus. ff. de cond. & demon.* ideo illi standum est, quando de ea quo quomodo apparet. Multas alias ampliationes ponunt Doctores in locis prædictis, quas non curo referre, quia mea non est intentio, vt præfatus sum ab initio, omnia prosequi circa hanc materiam.

Limitatur ergo primo loco hæc consuetudo, vt non procedat, quando instituti sunt extranei. Intelligo autem pro extraneis omnes, descẽdentibus exceptis, quia tunc vxor habebit vsumfru-
85 ctum integrum, *ita voluerunt † gloss. & Doctores in auth.hoc locũ, C.si mul.secun.nup. Bar.in d. l. Titia.§. si. ff. de leg. 2.* vbi loquitur expressè de fratre, vel sorore instituta, & de transuersalibus, licet postea relinquat cogitandum, & de fratre expressè loquitur Imola *ibi in fi. quæstio. Angel.in cons.338.num.3. hanc etiam tenuerunt Hostien. Ioan. Andr. Bar. Angel.& alij, quos citat, & sequitur Alexan.in cons. 57.col.1.vol.3. vbi dicit communem esse, Cur.sen.in consilio numero decimo quarto, nobilis, num.3. Ias.in cons. 44. num.13. vol.1.* vbi similiter loquitur in fratre, & aliis transuersalibus; subdens, quod in hoc puncto non inuenit aliquem contradictorem. Hanc etiam dicit communem Picus *in d. §. Titia, numero 56.* vbi tamen multas citat rationes pro contraria parte, quas tamen dicit excitasse disputationis gratia, *Corne. in cons.187.num.1.vol.2. Anto.Gabriel.d.lib.5.tit.de vsufruct.conclus.2.num.54. Mantica d.lib.9. tit.7.in fine, vbi attestatur de communi, & citat quoque Grat. Caualca.in tracta.de vsufruct.mulie.relic.numero 58. Simon de Pret. de interpretat. vltim. volun.lib.4. interpret. 10. numero 58. Rol.cons.74.numero 9. & seq.vol.2. D.Becius ad Ias.d. cons.44.numero decimo tertio.* Ratio est, quia cõsuetudo Bulgari odiosa est, & debet restringi. *c. odia, de reg.iu.in 6.* Item introducta fuit filiorum fauore, ergo cessat, quando filij non extant, quia illis non extãtibus cessat ratio, propter quam fuit inducta. Et licèt secundum aliquos dicatur fauorabilis, tamen est fauorabilis in suis terminis, vt nõ tantus fauor militet pro fratre, & extraneo, quan-
86 tus pro filio, & consuetudo † tantum de potentia, quantum de actu, ideo non extẽditur de actu ad actum, *Bal.in c.1.circa finem.qui feud.dare poss. & c. 1.in fin. de feud.cognit.* & non extenditur ad similes
87 † personas, vel ad modum vtiliorem, *vt per Cæph.in cons.26.num.17. cons.338. numero quadragesimo quinto, Rol.in cons.94.num.17.vol.2. & consil.69.numer.30. &*
88 *vol.3.* & licèt extendatur ad casus similes, † vel habentes eandem rationem, *Innocen. in cap. cum dilecto, col.penul. & fi. de off. Archid. Felin.in c. auditis, declar. 5. de præscrip. Natta cons.98. num.23.* tamen quando est exorbitans, vel odiosa, non extenditur ex idẽ-
89 titate, vel maioritate rationis, † *Innoc. in loco prædicto. Anch. Butr. Rom. Aret. Alexan. & alij apud. Gabriel. commun.opin.lib.9.tit. de præscrip.conclu.2.num.16. vbi attestatur de communi, Bero.cons.71. num.33.vol.1. Berran.consilio.197.num.11. vol.2. Cassan. cons.18.num.13. Natta in cons.435. num.22. Rolan.d.cons.69. num.33. D.Becius in cons.99.num.18.* Hæc autem consuetudo quatenus sit fauorabilis respectu filiorum, est tamen odiosa quo ad alios omnes, & cessat hoc casu ratio, quod non sit verisimile voluisse pãtrem, quod filius fame pereat, vel mendicare cogatur.

Ampliatur hæc limitatio, vt locum habeat nõ solum, quando fratres, vel extranei sunt instituti nullis extantibus filiis, vel descendentibus, sed etiam, quando filij vel descendentes extant, sed
90 non sunt instituti. Hoc enim casu † vxor habet integrum vsumfructum, & legatum non restringitur ad alimenta, *ita voluit Alexan. in cons. 57. col. 1.vol.3.* vbi mouetur, quia communis est opinio, quod legatum vsusfructus restringatur tunc solum ad alimenta, quando filij sunt instituti, & cessante ratione consuetudinis, standum est propriæ significationi verborum, & loquitur Castr. quando institutum erat hospitale & pia causa, *Natta cons.279.num.1.post Ias.cons.79.vol.3. hoc etiam voluit Simon de Pret.d. dubit.10. num.47.* Et pro hac sententia facit, quod voluit Ang. *in l. auus, in fi. ff. de pact.* vbi post Guliel. Cun. & Rui. dicit, quod si soror renunciat hæreditati paternę ad fauorem fra-
91 trum, ea renunciatio † non proderit alij extraneo instituto, sed ea non obstante filia poterit agere, *sequuntur Bar. Castren. & alij, quos citat Ias. ibi. num.4. & pro notabili refert Aret.in l.qui superstitis.col. 6.ff.de acquir.hæred. Dec in cons.31. col.2.* vbi loquitur, quando instituti sunt alij remotiores. *Et hanc sententiam tenuerunt Ang.Roman. Rot. Aret. Alexan Ruin. Bertran. & alij adducti ab Anto. Gabriel. commun. opin. lib.3.tit.de dot.promiss.conclu.1.num.76.* & dicit Bero.
92 *in cons.170.num. 10. vol.2.* quod renunciatio † filiæ intelligitur semper, dummodo frater potuerit vel voluerit esse hæres, & non aliter. Et dicit id procedere etiam si foret incapax. Facit etiam quod voluit Bartol. *in l. 1. §. qui habebat, numero quinto, & septimo, ff. de bonor. possess. contra tabul.* vbi dicit, statuto excludente fœminam propter masculum admitti fœminam, quando ma-
93 sculus † est exhæredatus, vel non vult succedere, *idem dicit in l.1.§. si pater.ff.de coniung.cum emancip. liber.Bal.in l.maximum vitium, col.4. vbi etiam Salic. in fi.C.de liber.prater. Castr.Corn. & Socin. quos citat. & sequitur Bru. de statu.exclus.fœmin.articul.12.num.114.* Non debet ergo mirum videri, quod dispositio inducta fauore filiorum cesset, quando filij extãt quidem, sed non fuerunt instituti. Quod enim cõtra verborum proprietatem in fauorem vnius dispositum fuit, non debet ad alias personas extendi, *l.ius singulare.de legib.facit c.priuilegium. de reg. iur.in 6.* & priuilegium non extenditur de perso-
94 na † ad personam, etiam ex rationis identitate, *Butr.in c. sanè, de priuileg. Bal. in l.1. in prin.C.de legib. latè Dec.in l.in omnibus, num.6.ff. de reg.iu.*

Hæc & si clara videantur, non tamen carent dubitatione; Nam Capra *in consil.158.* tenet contrarium, & mouetur ratione, quia consuetudo nostra extenditur ex identitate rationis, *vt ponunt Bartol. & Bal.in d.auth.hoc locum, in fi.* & vbi testator dotauit filiam, & instituit fratrem, militat eadem, immo maior ratio: quia si liberi instituti restringunt legatum, pari modo restringere illud debet institutio fratris, qui fuit prælatus fi-

liæ.

95 liæ. Et facit regula, si vinco † vincentem te, multo magis vinco te, *cap. authoritate, de conceſſ. præben. in 6. gloſſ. in l. vſucapio*, C. *de pignor. gloſſ. 1. in ver. fiſco*, ff. *ſi quis aliment. teſta. prohib. cum multis apud Niconit. in rub. ff. de ope. noui nunt. num. 255.* Si enim reſtringitur legatum propter filios, multo magis reſtringi debet propter fratrem, quem teſtator filio prædilexit, ſtante quod reſtrictio inducitur ex coniecturata voluntate teſtatoris. Præterea ſi dicamus, reſtrictionem non fieri, quando filij, vel non ſunt inſtituti, vel repudiãt, certè interpretatio diſpoſitionis erit inpendenti, & poterit variari ex futuro euentu, & erit in ſuſpenſo, an legatum reſtringatur ad alimenta, vel importet vſumfructũ, atque ita diſpoſitio erit captatoria, quod tamen eſſe non debet. Et hanc partem ſequendo Caprã, tenuit Mantica *in d. tracta. lib. 9. tit. 7. num. 15.* mihi tamen magis placet prima opinio, quæ ſicuti eſt verior, & meliori fundata ratione, ita eſt etiã magis æqua. Et non obſtat, quod ex identitate rationis conſuetudo noſtra extendatur, quia fateor, ſed nego eandem vel maiorem ſubeſſe rationem, quando filij non ſint inſtituti. Duplex enim eſt ratio, fauor ſcilicet filiorum, & coniecturata teſtatoris voluntas. At licet forte excluſo filio militet voluntas teſtatoris, non tamen militet fauor filij, proinde non ſat eſt, quod ex duabus rationibus vna concurrat, ſed vtraque ſubeſſe debet, & cum non adſit, non dicitur eadem ratio, & ſi videantur caſus, in quibus datur conſuetudinis extenſio, ſemper in eis videbitur vtranque militare rationem. Et non obſtat regula, ſi vinco vincẽ-
96 tem te, quia † ea non eſt ſemper vera, *vt dicit gloſſ. magna in l. aſſiduis*, C. *qui potio. in pigno. habe.* & non procedit, quando rationes victoriæ ſunt diuerſæ propter validiores potentias, *ita Salic. in auth. quo iure*, C. *qui pot. in pigno. habe. circa finem.* Item non habet locum, quando vincens non ſubrogatur in locum victi, *vt declarat Socin. in conſ. 28. num. 29. vol. 4.* & dicit Ioan. And. in *d. c. authoritate*, quod regula non procedit, quando cauſæ vincendi ſunt diuerſæ, & illam regulam declarat quoque Felin. *in c. paſtoralis, in princip. de off. ordin.* Hæ autem reſolutiones conueniunt facto noſtro, quia ratio, quę cadit in filio vincente vxorem, non militat in fratre vincente filium, cum in eo non poſſit conſiderari fauor filiorum. Item frater, qui inſtituitur, non ſuccedit in locum & gradum filij excluſi, & non poteſt eſſe locus regulæ. Et Capra *in d. conſ. 158.* non mouetur hac ſola ratione, ſed etiam ex aliis in teſtamento contentis exſequuta obſeruantia, ex quibus colligit volũtatem teſtatoris fuiſſe, quod haberet integrum vſumfructũ.

Ex iſtis inferri poteſt ad deciſionem quæſtionis, quando inſtituta vxore in vſufructu teſtator filium poſt mortem vxoris inſtituit generaliter in omnibus bonis, an tunc vxor habeat ſolum alimenta vel vſumfructum. Hanc quæſtionem diſputat latè Picus *in d. §. Titia, numero 102.* & reſolutio ab eo dependet, an filij poſſint ſtatim adire, an verò expectare debeant mortem vxoris. Et in hoc variæ ſunt Doctorum ſententiæ. Bald. enim *in l. id quod pauperibus, quæſt. 14. num. 27. C. de epiſ. &*
97 *cler.* tenet, quod vxor † cẽſeatur inſtituta in omnibus bonis, & teneatur poſt mortem reſtituere per fideicommiſſum hereditatem ei, cui fuit poſt eius mortem relicta. Mouetur, quia hæres inſtitutus in re certa nullo dato cohærede, capit totam hæreditatem, *l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtituen.* vxor autem non habet cohæredem eodem tempore, quia frater fuit inſtitutus poſt illius mortẽ. Hoc etiam placuit Ang. *in l. filius à patre, in fi. ff. de lib. & poſthum. idem voluit Salicet. in l. extraneum, in fi.* C. *de hæred. inſtituen.* vbi ait, quod inſtitutio fratris obliuqatur, & ad fideicommiſſum trahitur, *& Iaſon. ibi, numero 6. per. vertio principaliter, inquit eſſe de mente Bal. & Ang. poſt gloſſ. in l. 2. ff. ſi pars hæred. pet.* & loquitur in terminis noſtris, quidquid ſit quando vxor non inſtituitur in vſufructu, ſed ſolum relinquitur vſufructuaria, *vt per eum, Caſtr. in l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit hanc quoque tenet Alexand. in conſ. 121. per totum, conſ. 162. col. 1. vol. 2.* vbi loquitur etiam, quando cauſa pia eſt inſtituta poſt mortem vxoris. Et refert Caſtren. reprobare Ang. loco prædicto, Aretin. *in §. hæres. Inſtitut. de hæred. inſtitut. Dec. in conſ. 278. num. 2. col. 2. ver. iccirco dicitur & tertius*, vbi admittit, quando non datur cohæres eodem tempore, & communem dicit idem Dec. *in l. certi iuris, in fin. ff. de milit. teſtam. Ruin. in conſilio trigeſimo ſexto, num. 3. volum. 2.* vbi poſt Alexand. dicit, nõn eſſe ab hac opinione diſcedendum in iudicando & conſulendo, & ſubdit, quod in reſtitutione vxor poterit Trebellianicam ſibi retinere. Cum hac ſententia tranſit Natta *in con. 459. numero 11. & ſeq. Ceph. in conſ. 37. numer. 9. & in ſi. conſilij*, Bero. *in conſ. 35. num. 11. vol. 2.* vbi dicit communem eſſe opinionem, quãdo inſtituitur in vſufructu, licet aliud ſit, quando relinquitur vſusfructus, quia ſecundo hoc caſu dicitur legataria, & poteſt antequam hæres adeat, vſumfructum conſequi, Subdit tamen non tranſire ſine difficultate, *Menoc. in conſ. 105. num. 6. numero 48. & num. 67. & Bello. conſ. 7. numero 5. & in ſi. conſilij*, vbi allegando Zabar. & Bertran. dicit hanc eſſe magis communem opinionem.

Sed non defuere, qui contrarium tenuerint, quandoquidem Caſtren. *in conſ. 460. vol. 2.* tenet, quod filius ſtatim ſit hæres; ſed & ſi Caſtren. tres ponat caſus, tamen omittit illum, quando vſusfructus vxori relinquitur inſtitutionis titulo, & loquitur ſemper, quando vſusfructus ſimpliciter relinquitur. Clarius autem hoc volunt Imola, Alexand. & Aret. *in l. filius à patre. ff. de lib. & poſthum.* dum dicunt, quod poſt mortem vxoris ſi hæres adeat hæreditatem, tetrotrahitur aditio, & vxor cenſetur retro ſemper fuiſſe legataria: ſi vero non adibit, cenſebitur retro vxor ſemper hæres, atque ita præſupponunt, quod interim vxor non fuerit abſolutè hæres. Et Aret. ibi addit potentem rationem, quia purè in re certa inſtitutus non poteſt occupare interim portionem eius, qui fuit ſub conditione inſtitutus, ſecundum gl. communiter approbatam *in l. 2. ff. ſi pars hæred. pet. Bartol. in l. planè. §. ſi coniunctim. ff. de leg. prima, Ang. Imola, & Moder. in l. ſi quis ita ſcripſerit*, ff. *de hæred.*

de hæred.instituit. Picus qui hanc quoque tenet *in d. §. Titia, num. 102.* vbi tamen subdit, quod tenendo primam vxor detraheret Trebellianicam. Ruin. *in cons. 15. vol. 2. & cons. 54. num. 16. eod. vol.* vbi, *nu. 17.* dicit quòd est magis communis opinio, hęredem post vxoris mortem institutum succedere semper iure directo, non autem iure fideicommissi, quidquid aliquando tenuerit Alexan. Idem dicit *in cons. 206. num. 22. eod. vol.* quia cum datus sit hæres vniuersalis sub conditione, institutio stat in suspenso, & interim non est locus iuri accrescendi, & ad hoc multos allegat, cum hoc quoq; transit Picus *d. §. Titia, q. 59. num. 150.* & sequitur Didac. variar. resolut. *lib. 2. cap. 2. numero 5.* vbi dicit, quod verba prædicta intelligenda sunt secundum subiectam materiam, & verisimilem testatoris mentem, & allegat sic tenuisse moder. Gallos ad Alex. *in d. cons. 162.* & hanc magis communem, magis veram, & magis æquam dicit Bero. *in cons. 58. num. 6. & seq. vol. 2.* vbi dicit, quod *§. si ex fundo*, intelligitur, quando nullus datus est cohæres purè, vel quando non est spes, quod hæres datus ex tempore, vel sub conditione adeat, alias autem secus. Hanc etiam partem post Paris. Socin. iun. Bertran. Bened. & alios, probauit Caualca. *in d. tracta. de vsufruct. mulie. reli. numero sexagesimo nono*, vbi ait, esse communem, subdens illa verba, post mortem, non fuisse à testatore appositа ad restringendum seu limitandum institutionem, sed ad demonstrandum magis enixam testatoris voluntatem, quod relictum vsusfructus plenum habeat effectum. *idem dicit. num. 224. Soarez. recepta. senten. in ver. vxor, num. 114.* In quibus locis inferunt, quod si hæres præcederet vxori, transmitteret nihilominus hęreditatem ad hæredes.

Verum prior opinio est verior, & plures, ac grauiores habet authores, & sequitur Caualca. *de vsufruct. mulie. reli. num. 72.* Et licet multi allegentur pro secunda, si tamen diligenter videantur, non loquuntur, quando vsusfructus est relictus titulo institutionis, sed quando titulo legati. Et rationes, quæ pro hac vltima deducuntur, non videntur mihi subsistere, quia non dicitur datus hęres vniuersalis, quando datur solum post mortem vxoris. Vnicum est argumentum quod magis videtur vrgere, quod scilicet hæres in re † certa non possit pẽdente conditione occupare partem hæredis vniuersalis, qui fuit sub conditione institutus, *secundum gloss. in d. l. 2. ff. si pars hared. pet. quo argumento vtitur Aret. in d. l. filius à patre. & Picus refert d. §. Titia, num. 102.* attamen & illud rectè dissoluitur: loquitur enim gl. & Doctores, qui eam sequuntur, quando ex die & ad tempus, vel post tempus fuit institutus. Ratio diuersitatis est, quia vbi est sub conditione institutus, est spes quod adeat, & aditio subsequens retrahitur ad tempus mortis testatoris, quia conditione purificata retrotrahitur actus † ac si ab initio esset purus, *l. fi. §. 1. ff. de vulg. & pup. Tiraq. de retract. consang. §. 1. gl. 2. numero 16. Crot. in cons. 49. num. 28.* vbi dicit procedere tam in vltimis voluntatibus, quam in cõtractibus cum infinitis similibus: at vbi ex alia vel post tempus est institutus, tunc nullum fit præiudicium hæredi, si institutus in re certa capiat ante diem totam hæreditatem, & cessat ratio, quod subsit spes aditurum esse hæreditatem hæredem: Nam ea aditio, quæ speratur, non potest trahi ad tempus, quo superuiuit vxor, quia pro eo tempore non fuit datus hæres, & per hanc rationem tollitur fundamentum Imolæ, Aret. & Alexand. *in d. l. filius à patre*, dum loquuntur de retractione aditionis, & satis fit eodem modo ei argumento, quo dicebatur *§. si ex fundo*, non procedere, quando subest spes, quod hæreditas adeatur. Quandocunque enim facta erit aditio, non poterit retrahi ad tempus mortis vel durantis vsusfructus. Et quamuis nemo respondeat ad prædicta, hoc modo nouiter tolluntur omnia obiecta contraria partis.

Stante igitur veritate dictæ conclusionis, infertur quod vbi filius fuit institutus post mortem vxoris, tunc vxor habebit plenum vsumfructum cum sit proprietaria, vt supra dixi, & non erit tractandum de cõsuetudine Bulgari, nec de restringendo relictum ad alimenta, sed hoc casu † filius habebit solum vsumfructum legitimæ, vti determinat expresè Castr. *in d. cons. 464. in fin. vol. 2.* vbi fortius loquitur, quando vsusfructus fuit vxori relictus non institutionis titulo, quod apud me dubium est. Sed quia non pertinet ad propositum nostrum, non curo prosequi. At ita res est clara, licèt Picus *in d. §. Titia, num. 103. versic. vnde concludo*, dicat non esse sine dubio, & ipse contrariũ teneat: nam cum filius non sit interim hæres, perinde est, ac si non esset institutus, cũ ei non possit acquiri, atque ita, etiam si posset Bulgari consuetudo considerari, quod tamẽ est falsum, non potest filius dicere, quod respiciat suum fauorem, ex quo pro eo tempore non est hæres.

Dubium tamen est, quid si teneamus aliam partem, quod scilicet vxor non censeatur hæres vniuersalis, nec videatur rogata post mortem restituere hæreditatem filio, sed intelligatur ad alimenta, secundum consuetudinem? Et mihi videtur quod hoc quoque casu non sit locus consuetudini, quia cum testator filium instituat solum post mortem vxoris, cui reliquit vsumfructum, videtur ex hoc velle, quod vxor habeat integrum vsumfructum: nam qui tenent filium non posse adire viuente vxore, mouentur ratione, quia institutio nõ fuit collata in mortem vxoris, vt ideo restringatur, sed vt magis enixè cõstet de sua voluntate, quod vxor † habeat vsumfructum, *vt per Bal. Imol. & alios in l. filius à patre. ff. de lib. & post. Caualcan. qui alios citat d. num. 69.* Et dicunt Doctores, non restringitur, quando apparet etiam tacitè de contraria testatoris voluntate, sed voluntas non potest magis expresè dignosci, quam vbi institutio filij differtur post finitum legatum, seu relictum vsusfructus. Videtur enim quod ideo filium distulerit instituere, ne interim vxori molestus sit, *& ita concludit Castr. d. cons. 460. in fin. vol. 2. & clarius in consilio 459. numero 2. ver. primo casu, eo. vol.* Et dicit Picus *d. §. Titia, num. 100.* quod hæc opinio

dio propter authoritatem Castren. seruaretur in practica, & ita tenere videtur ibi, *numero 101. in princip.* quando mater esset in vsufructu instituta, licèt aliud velit, quando titulo legati fuit relictus vsusfructus matri. Confirmatur hæc sententia: nam si vsusfructus restringeretur ad alimenta, duo fierèt contra iuris regulas & verborum proprietatem: primò vsusfructus conuerteretur in alimẽta; secũdo institutio facta ex die sortiretur effectum ante diem, & tamen non debent cumu-
102 lari † specialia contra testatoris voluntatem, *l. 1. C. de dot. promiss. gloss. in l. cum post. §. gener, ff. de iure dot. in clem. 1. in ver. sanè, de foro competen. Bartol. in l. iuris gentium. §. quinimo, numero vigesimo, vbi Alexand. numero decimo septimo, Ias. numero vigesimo primo, Curt. iun. numero 69. ff. de pact.* Lædi autem debet voluntas testatoris, quanto minus fieri potest. Et si dicatur, quod duo specialia oriũtur à diuerso fonte, primum scilicet ab ea consuetudine, & secun-
108 dum à iuris interpretatione: respondeo quod etsi ius interpretatur dilationem institutionis, tamen non tollitur, quia ex quo distulit eam testator in tempus mortis vxoris, videatur hoc modo voluisse vxori, non filio consulere; nam volun-
103 tas colligitur etiam † ex actu nullo, & qui non sortiatur effectum. Et quamuis Picus, *numer. 100.* contrarium teneat, suæ tamen rationes sunt leues, quia non est eadem ratio legatum vsusfructus restringendi ad alimenta, quando filij fuerunt purè, & ex tunc instituti, quæ est quando filij sunt instituti post mortem vxoris, & dispositio testatoris intelligitur quidem secundum cõsuetudinem: sed quando filij sunt post mortem vsufructuariæ instituti, nulla extat consuetudo, ideo interpretari debet proprietatem verborum, & iuris dispositionem, ex quo consuetudo tantum habet de potentia, quantum de actu, vt dixi supra, & non est verum, quod intentio testatoris sit, quòd filius habeat proprietatem etiam vxore viuente, nam velle videtur testator quod loqui-
104 tur: quorsum enim verba, nisi † vt loquentis voluntatem demonstrent, vt inquit text. *in l. Labeo, ff. de supellect. leg.* & dicit Bald. *in l. sed & probari, in princip. ff. de excusat. tuto.* quod hominis animus
105 † iudicatur ex loquela, & ad hoc infinitos cumulat Tiraq. *in l. si vnquam, in versic. libertis, numero decimo septimo, & seque. C. de reuoc. donat.* & non subsistit, quod forma illa institutionis, pueniat ex imperitia notarij, *vt dicit Alexand. in dicta l. si filius à patre*, quia quicquid legitur in instrumento, cense-
106 tur notarius de voluntate testatoris posuisse, † *Bartol. in l. errorem. C. de testamen. Rom. in consilio 179. numero sexto, latè Neuiza. in consilio vigesimo octauo, numero decimo quarto, D. Becius consilio octuagesimo octauo, numero quinquagesimo secundo*, & imperitia non præsumitur in notario, quinimo præsumitur esse
107 sapiens, † *vt inquit Bald. in capitulo primo, numero quarto, in fi. de fide instrumen.* & dum dicit Picus, institutionem eo modo conceptam intelligi debere, vt post vxoris mortem filius habeat proprietatem plenam cum vsufructu, ipsa verò viuente nudam proprietatem; si hoc verum esset, faceret pro hac parte, quia insurgit expressa eius voluntas, quod vxor habeat plenum vsumfructum. Quare concludo, quod siue dicamus vxorem habere vsumfructum titulo legati, siue titulo institutionis, & siue filius datus hæres post mortem efficiatur statim hæres, siue cogatur aditionem differre post mortem vxoris, habebit vsumfructum integrum, non diminutum, quicquid Pieus loco prædicto cogatur pugnando contra Castrensem sustinere. Et hanc partem tenet Gabriel. *d. conclus. 2. numero trigesimo quinto, Mant. d. tit. 7. numero 22.*

Principalis autem nostra limitatio, quæ habet, quòd legatum vsusfructus non restringitur ad alimenta, quando instituti sunt hæredes extranei, qui non descendunt à testatore, & quod eo casu vxor integrum vsumfructum consequatur, restringitur, vt non procedat, si extraneus hæres in-
108 stitutus sit pleno iure, † quia tunc hæres habebit vsumfructum pro medietate, & vxor pro alia medietate, *Alexand. in cons. 56. col. 1. in fi. ver vnde cum in testamento, vol. 3.* mouetur ex dispositione *l. si alij, ff. de vsufructu legato. l. si duo. ff. de vsufruct. accres.* Et hanc decisionem dicit esse notandam, & signandam Picus, *in d. §. Titia. num. 82.* vbi post Barbat. quem allegat, dicit, idem esse quando instituerer extraneum plenariè, quia verbum illud importat idem quod pleno iure, *sequitur Paris. in cons. 94. num. 40. vol. 2. Natta in cons. 297. num. 2. Mantica de coniect. vltim. volun. lib. 9. tit. 6. num. 19. vbi allegat quoque Gozad. in cons. quadragesimo septimo, num. 10. Simon d. lib. 4. dubit. 10 num. 64. Gabriel. d. conclus. 7. num. 41.* Et ratio est, quia illa verba, *pleno iure*, important proprie-
109 tatem cum vsufructu, † *vt notat. Bal. in l. mater, quæ defuncto, C. ad Tertullia. Felin. latè in c. auditis, num. 8. de præscrip. Dec. in cons. 468. numer. 10. cum multis similibus.* Præterea prægnantia illa verba ostendunt magis enixam testatoris voluntatem, ergo debent aliquem effectum producere.

Sed contrariam partem tenuerunt Ripa *in l. re coniuncti. num. 40. ff. de leg. 3. & Hieron. Gabriel. cons. 102. numero 3.* quia etiam simpliciter institutus dicitur
110 pleno iure † institutus, *l. fina. §. similique modo, C. de bon. quæ lib.* & tamen relicto alicui vsufructu hæres
111 † non concurrit cum legatario. §. *1 Instit. de vsufru.*
112 & expressio eius, quod tacite inest, † nihil operatur, *l. 3. ff. de leg. 1.* & illa dictio, *pleno iure*, refertur ad hæreditatem, quæ dicitur in solidum pertinere ad hæredem; licet alij fuerit vsusfructus legatus, *l. hæreditas. ff. de reg. iur. Ca. cons. 218. vol. 1.* Prædictis tamen rationibus non obstantibus, prior obtinet opinio, quam per supracitatos probauit etiam Duran. *de arte testan. tit. 4. de hæred. instit. caut. 4. & D. Becius in cons. 98. num. 3. & 11.* Et non obstat quod regulariter hæres non concurrat cum vsufructuario in vsufructu, licet in dubio videatur
113 institutus pleno iure: quare contrarium † voluit Bal. *in l. fi. versic. caue tibi, C. de indicta vid. tollen.* Hæc tamen responsio non est tuta, quia idem Bal. tenuit, quod non concurrat *in l. quoties, in fi. C. famil. ercis. Aret in. §. 1. num. 1. Instit. de vsufru. Corn. in cons. 5. in fi. volum. 1. Ias. consil. 18. numero 2. vol. 1. cum aliis apud*

D. Be-

D.Becium,d.conſ.98.num.6.& ſeq. Et ideo reſponderi poteſt, quod tunc inſtitutio facta ſimpliciter ſignificat *pleno iure*, tam reſpectu vſusfructus, quã proprietatis, quando nihil in contrarium reperitur in teſtamento diſpoſitum. At quando alicui
114 relinquitur vſusfructus, tunc ex generali † relicto fit interpretatio, quod teſtator non voluerit hæredem pleno iure ſuccedere, ex quo vſumfructum alij legauit, *Picus d.§.Titia,nu.38. D.Becius conſ. 98.num.3.poſt Caſtr.conſ.218.num.2.vol.1.* Propterea tunc hæres non concurrit cum legatario, & cum de vno diſputamus, cætera præſupponuntur habilia, vt iuribus vulgatis. Verum ſi relicto vni vſufructu alium inſtituat pleno iure, ceſſat coniectura tacitæ voluntatis, quæ ſumebatur ex generali vſusfructus relicto, ne illa verba, *pleno iure*, intelligantur apposita ſuperfluo, & ſine effectu operandi. Apparet igitur argumentum Ripæ non ſubſiſtere, & primam opinionem ſuſtineri, quã tamen limitat Duran. loco prædicto, vbi videri poteſt, & de illius limitationis veritate non diſcutio, quia non pertinet ad materiam noſtram, ſed non tranſit ſine difficultate. In propoſito au-
115 tem, quando hæres concurrat cum legatario † in vſufructu, videri poteſt D. Becius *d. conſilio nonageſimo octauo, per totum, Mantica d. lib.9.tit.6.numero decimo ſeptimo.*

Duplici etiam modo ſublimitatur hæc principalis limitatio, *vt habetur per Manticam d.li.9. tit. 6.num.20.& ſeq.* ſed non proſequor, quia vt dixi, meum non eſt propoſitum amplecti vniuerſum tractatum, & aliam etiam limitationem ponit Picus *d.num.83.ver.tertio limitatur.*

Secundò ſublimitatur principalis noſtra limitio, vt non procedat, quando vſusfructus vxori relictus eſt non in teſtamento, ſed in codicillis, quia legatum factum in codicillis minuere vide-
116 tur illam generalem inſtitutionem, † quia fuit facta in teſtamento, ſed non in totum, & quando in teſtamento non relinquitur vſusfructus, videtur hæres pleno iure inſtitutus; ergo diuidit vſumfructum cum legataria perinde, ac ſi expreſsè foret inſtitutus pleno iure, *ita declarat Picus d.§.Titia,num.83.ver.ſecundo videtur poſſe limitari.* Qui & ſi obſcurè admodum loquatur, voluit tamen dicere, quod inſtitutio in teſtamento videtur facta pleno iure, quando nullum inde eſt legatum vſusfructus. Proinde licet extet legatum in codicillis, tamen ea inſtitutio tamquam pleno iure facta, operatur diuiſionem per concurſum, quod dici non poteſt, quando legatum eſt factum in eodem teſtamento, quia tunc, *vt dixi*, inſtitutio non cenſetur facta pleno iure, *ſequitur Gabriel. d. concluſ.3.num.42.* Picus tamen allegat Caſtren. & Alexand. qui tamen meo iudicio nihil dicunt ad propoſitum, ſed loquuntur in caſu longè diuerſo. Quare Hieron. Gabriel. *in conſ.102.nu.4.& ſeq.* tenet quod vxor in legato habeat vſumfructum, etiam, quando is relictus eſt in codicillis ſeparatis à teſtamento, quia codicilli intelliguntur pars teſtamenti, *l.pen.ff.quemadmo. teſtam.aper.* ideo ſcripta in codicillis perinde habentur, ac ſi in teſtamento ſcripta eſſent, *l.2.§.1.ff. de iure codicillo. eandem contra Picum opinionem ſequutus eſt Mantica d. lib. 9.tit.6.num.18.per rationes prædictas, & nouiſſimè etiam D.Becius d.conſ.98.num.12.ver.atque hic propriè, & ver. non obſtat quod ſcribit, vbi ſubdit, quod Caſtr.& Alexan. non probant opinionem Pici, & quod reſponſio Pici ad vltimum argumentum non eſt ſolida.* Addo quod vbi etiam inſtitutio in teſtamento eſſet facta pleno iure, expreſsè tamen relictum vſusfructus factum in codicillis, ſuſtineri debet integrum, & ſine diminutione, quicquid Alexand. tenuerit, *conſilio quinquageſimo quinto, volu. tertio*, quia codicilli veniunt ad reſtringendum, & limitandum diſpoſita
117 in teſtamento; poſteriora † enim derogant primis, *l.pacta. nouiſſima, C. de pact. vbi Dec. latè*, & legando teſtator in codicillis, videtur recedere à generali illa inſtitutione, de qua in teſtamento, & ita refert plurimum, an in eadem diſpoſitione contineantur inſtitutio & legatum, vel in diuerſis: quia vbi eadem eſt ſcriptura, non præſumitur correctio, ſed vna pars declarat aliam. Verum quando ſunt diuerſæ, tunc vna derogat alij, & dicatur, quod non poſſunt conſiderari tamquam duæ diſpoſitiones, ex quo ſcripta in codicillis videntur ſcripta in teſtamento: Reſpondeo quod
118 eſt per fictionem, † *vt probatur dicta l. ſecunda, §. primo, ff. de iure codicillo.* vbi tex. vtitur verbo, *habentur*, quod importat † fictionem, *l.mercis appellatione, vbi gloſſ. ff. de verborum ſignifica. Bartol. in l. ſi maritus, §. primo, ff. d. adulter.* ſicuti etiam illa dictio, † perinde, *l. iure ciuili. ff. de conditio. & demonſtrationibus, l. in iure ciuil. ff. de reg. iur.* ſed in teſtamentis accipere debemus ſenſum verum † & naturalem, non
121 fictum, *vt inquit Bal. in conſilio 373.numero octauo, volumine primo*, & non attenditur fictio, cum agimus de interpretanda teſtatoris voluntate, *Ceph. in conſilio octuageſimo ſecundo, numero ſeptuageſimo primo, cum ſeq. Mantica de coniect. vltim. volunt. libro tertio, titu. quarto, numero decimo quinto.* In propoſito igitur, licèt teſtamentum & codicilli habeantur pro vnica diſpoſitione, quo ad iuris fictionem, veritate tamen inſpecta dicuntur duæ, & attendamus teſtatoris voluntatem, vna venit ad moderandum alteram. Et per hoc mihi non placet ratio Hieron. Gabriel. Manticæ & Becij, licèt placeat deciſio per aliam rationem, quam ſupra poſui. Erit ergo concluſio, quod mulier habet integrum vſumfructum, etiam quando ei relinquitur in codicillis ſeorſum à teſtamento.

Sublimitatur quoque dicta concluſio, vt minimè vendicet locũ, quando dicit teſtator quod vxor ſit omnium bonorum vſufructuaria, & quod habeat, victum & veſtitum, & alimenta. quia tunc vxor inſtitutis extraneis conſequitur
122 ſolum alimenta, † & verbum, *vſusfructus*, impropriatur ex tacita voluntate teſtatoris, quæ colligitur ex verbis adiectis, & non eſt præſumendum, quod teſtator voluerit hæredem grauare duplici onere, vſusfructus ſcilicet, & alimentorum, *l. Titia, §. qui inuita. ff. de leg. ſecundo, ita determinat Picus in dicto §. Titia, q.40. numero 136. ſequitur Gabriel. dicta conclu.3.numero 43. Mantica lib. 9. tit. ſeptimo, numero vigeſimo quinto, Simon dubit. decima, num.72.in fi.* & Picus re-

cus reprehendit Bal. qui tenuit, quòd vxor eo casu consequatur vsum fructum & alimenta, & quod vēdi debeant proprietates pro præstandis alimentis, & quod vxor in cæteris bonis habeat vsumfructum. Mihi quoque nō placet opinio Baldi, quod duplex legatum videatur relictum, quia in dubio interpretatio fit, per quam testator censeatur minus grauare hæredem, quàm fieri potest, quia magis præsumitur † diligere hæredem, quàm legatarium, *l. Titia. l. vnum ex familia. §. si rem tuam, ff. de lega. secundo, l. qui concubinam. §. qui in vita, & l. numis. ff. de lega. tertio, l. Sticho, in fi. ff. de vsufruct. lega.* Et testator non præsumitur grauare hæredem duplici † præstatione, etiamsi concurrat fauor sanguinis, & filiationis, *l. huiusmodi. §. cum pater, vbi Iason not num. 7. ff. de lega. 1. l. 2. in princip. & §. fina. & l. penult. ff. de dote prælega. Mantica de coniectu. vltim. volunt. lib. 6. titu. 11. num. 28.* Confirmatur, quia si alimentorum præstatio fieri debet ex venditione prædiorum, vti Baldus dicit, vtique vnum legatum veniret ad destructionem alterius: sed cum alimentorum legatum videatur annuum. vt dicam suo loco, erit † de fructibus præstandum, *l. liberto. §. primo, ff. de annu. lega. l. apud Iulianum, §. hæres, ff. de lega. primo,* & consequenter confunditur cum legato vsusfructus. Sed nec placet opinio Pici, quod censeantur relicta alimenta, quinimo existimo, quod vxor vsumfructum consequatur, postquam de eo fit expressa mentio in testamento.

In claris enim non est locus coniecturis, *l. continuus, in fine, ff. de verborum obligationibus,* & ea verba facientia mentionem de victu, vestitu, & alimentis, non sunt talia, quæ possunt restringere verba expressa, immediatè præcedentia, & minus offenditur verborum proprietas, si dicamus relictum fuisse vsumfructum, quàm si velimus sola alimenta fuisse legata, quia alimenta facilius comprehenduntur sub vsufructu, quàm vsusfructus sub alimentis, & accedendo ad magis specialia, contra Baldum & Picum, videtur mihi clara decisio Alexan. *in consilio 214. per totum, præcipuè numero 10. volumine primo,* vbi, si testator legauit vxori vsumfructum, habendo † toto tempore vitæ suæ victum & vestitum, expensis hæreditatis, concludit, quod ea verba non restringunt legatum vsusfructus, & posita sunt ad ampliandum, & videtur vsusfructus secundum eum relictus ad effectum, vt possit victum & vestitum, seu alimenta percipere. Eum refert & sequitur Paris. *in consilio 97. numero 23. volumine secundo, & tetigi supra, hac eadem parte, in princip. quia varii, in fine, & in terminis hoc voluit Baldus, in cons. 209. volum. 3.* vbi, si relicta sint alimenta † alicui cum vsufructa, vult, quod habeat vsumfructum. Est verum, quod loquitur, quando vsusfructus relinquitur, quem possit percipere etiam se alimentando, & ita, quando verba augmentatiuè sunt posita, sed aliæ rationes conueniunt casui nostro.

Addo, quod vbi in diuersis dispositionibus relinquitur primo alimenta, postea vsusfructus, tunc volunt Doctores, quod legatum alimentorum confundatur cum legato vsusfructus, & habent Doctores duo hæc legata pro incompatibilibus, *vt dicam paulò infrà*: ergo minus vtrumque legatum præstandum erit, quando in eadem dispositione, imo in eadē oratione † posita sunt. Mantica tamen *dicto titulo septimo, numero 25. ver. vnde fortè, videtur tenere,* quod vbi in eadem oratione relinquuntur vsusfructus, & alimenta, tunc sola veniāt alimenta, quod meo iudcio falsum est per prædicta. Sed pro opinione Pici, est decisio Ang. *in cons. 338. num. 7. & eum allegat Mantica loco prædicto.* Sed dic, quod Ang. decisio nō obstat, quia loquitur quando vsusfructus relinquitur ad alimēta: tunc enim legatū restringitur per causam finalem adiectam, secus quādo alimenta non relinquuntur per modum causæ, *vt dixi suprà in hac parte, in quæstione de fundo ad alimenta relicto.*

Alias declarationes ad principalem nostram limitationem ponit Gabriel. *d. conclu. 3.* vbi tractat. quando vsusfructus relictus vxori instituto extraneo restringatur ad alimenta.

Secundò principaliter limitatur conclusio nostra, ne procedat, quando testator primum in testamento legauit alimenta, seu victum & vestitum, deinde in codicillis vxori reliquit vsumfructum, quia hoc casu vsusfructus non restringitur † ad alimenta, *ita determinat Castrens. in cons. 218. in princip. volum. primo,* vbi mouetur, quia relictum vsusfructus factum in codicillis, venit ad ampliandum legatum alimentorum factum in testamento, Item, quia frustra esset legatus vsusfructus, si restringeretur ad alimenta, quod tamen esse non debet, *l. si quando, in princip. ff. de leg. primo.* Et respondet ad consuetudinem Bulgari, quòd non procedit, quando constat voluntatem testatoris esse in contrarium, *Alexan. in cons. 56. per totum, volum. 3.* vbi fortius dicit, hoc procedere etiam, quando in testamento institutio facta fuit pleno iure, quia tūc vxor habet vsumfructum, licèt diuidat cum hærede, de quo tamen articulo dixi suprà, *in secunda principali limitatione. idem Alexan. in cons. 214. num. 13. volumine sexto,* vbi fortius loquitur, quando in eodem testamentō, & eadem continuata oratione testator relinquit vsumfructum & alimenta. Mouetur eadem ratione euitādæ superfluitatis, & quia consuetudo iuris communis correctoria non extenditur ad alium casum. Et subdit, quod vxor eligit, quod velit legatum. Hanc quoque partem amplectitur Picus *in d. §. Titia, num. 35.* vbi ampliat etiam, quando in testamento relinqueret vxorem dominam, & massariam, & vsufructuariam, & in testamento eadem constitueret per eadem verba vsufructuariam, quia hoc quoque casu militat ratio euitandæ superfluitatis. Hoc etiam voluit Corne. *in cons. 5. colum. 2. ver. quod & clarè demonstratur, sub lit. d. volum. 1.* vbi loquitur, quando in eodem testamento, sed in oratione separata relicta fuerūt alimenta, & vsusfructus, & *in ver. cum itaque in casu,* dicit, idem esse quando in vna oratione relinquitur domina & madonna, & in alia relinquitur vsufructuaria. Corneus tamen, non memini de Castr. & Alex. adducit multas coniecturas Crauet. *in cons. 32. num. 2.* vbi dicit, quod hoc casu apparet de expressa testatoris voluntate, *Dec. in cons. 418. num. 2. dum refert*

consilium Castrensis, Rimin. sen. in cons. 456. num. 12. Bero. in cons. 34. num. 5. & seq. volum. 2. vbi dicit, id multò magis procedere, quando in codicillis testator dicit, velle addere primo legato, & subdit. quod consuetudo non debet extendi de casu ad casum tanquam exorbitans. Eandem probauit opinionem Iacob. Nouello, *in suis conclusionibus, reg. 244. limit. prima, Ant. Gabriel. dicta conclu. 2. num. 42.* vbi post Corneum *in dicto consilio quinto*, dicit idem esse, quando testator relinqueret vsumfructum vxori in aliis bonis, *Caualca. in tracta. de vsufruct. mulie. reli. num. 51. ver decimò limita, Mantica, de coniect. vlt. volun. lib. 9. tit. 7. num. 25. in fi.* vbi in terminis, de quibus per Castren. *in dicto cons. 218.* tenet vxorem habere integrum vsumfructum, sed quando in eadem dispositione vxori relinquuntur alimenta & vsusfructus, distinguit, an fiat vtrumque legatum in eadem oratione, vel in diuersa, vt scilicet in primo casu consequatur sola alimenta, secundo verò eligat vxor, vtrum velit ex dictis legatis. Hanc quoque partem sequutus est Beuintend. *in decis. Rotæ Bonon. 98. num. 1. ver. prima igitur coniectura, Simon. de Pret. d lib. 4. dubit. decima, num. 72.* vbi tamen vult, quòd vxor consequi 133 possit vtrumque legatum, secundum decisionem Baldi, de qua tractaui suprà.

Hæc conclusio optimè procedit, quando in testamẽto relinquantur alimenta, & in codicillis legatur vsusfructus. In quibus terminis loquitur decisio Castren. & aliorum, qui primum eam tenuerunt. Sed vbi in eadem dispositione sit vtrumque legatum, plures casus distinguendi sunt. Aut enim in separata oratione, & separatis capitulis continentur ea relicta; & tunc aut primo relinquuntur alimenta, vel victus & vestitus, & postea relinquitur vsusfructus, & tunc existimo, quòd vxor habebit integrum vsumfructum, nec poterit consequi alimenta; quia relictum vsusfructus venit ampliatiuè ad alimenta, & esset superfluum, si non extenderet præcedens legatum alimentorum; & legatum alimentorum confunditur cum legato vsusfructus: Aut vero procedit legatum vsusfructus, & subsequitur legatum alimentorum, & tunc sola alimenta debentur, quia per speciale legatum cen-
130 setur † derogatum generali, *l. in toto iure. ff. de reg. iur. vbi Dec. & Cagnol. Tiraquel. latè de legib. connubial glos. 7. num. 125. & procedit in omne dispositione, secundum Bero. in cons. 57. num 10. volum 3. Natta in cons. 7. num. 5. Doctores, in l. 1. §. hoc autem edictum, vbi Ruinus, num. 75. & Horman. num 25.* & omni casu legatum alimentorum videtur declarare, quid contineatur in legato vsusfructus, *vt dicam paulò post*; & capitula dicuntur separa-
131 ta, † quando vnumquodque continet perfectam orationem, & vnum non dependet ab altero, nec respicit alterum, *vt declarant Petrus, Cynus, Alex. & alij Doctores, in l. cum proponas, C. de pact. Abb. & Felyn. in cap. peruenit, il secondo, de iureiuran. cum aliis apud D. Beciun. in cons. 45. num. 31.* Aut verò in eadem oratione fit vtrumque legatum alimentorum, & vsusfructus, & tunc plurimum operatur forma verborum, eaque maximè attendenda est, quia eorum conceptio variat iuris determinationem: generaliter autem dicitur, quòd si primum fiat mentio de alimentis, & postea de vsufructu, tunc plenus vsusfructus intelligatur relictus: vbi verò econtra, tunc sola debeantur alimenta.

Quòd verò dictum est de vsufructu relicto in codicillis, non procedit in casu contrario, quando in testamento legauit vsumfructum, & in codi-
132 cillis alimenta. Nam hoc casu † alimentorum legatum restringit præcedens vsusfructus relictum. Ita declarat Picus *d. §. Titia, num. 36. ver. sed vbi à principio.* vbi dicit, quòd vltimum legatum venit ad declarationem præcedentis.

Obstare tamen videtur, quia legatum alimentorum non continetur sub vsusfructus legato, & non se attingunt tanquam genus & species, ideo non subsistit regula, quod generi per speciem derogetur. Sed respondeo, quòd ex vsufructu satis dicitur prouisum pro alimentis, ideo cum pro alimentis relinquit, videtur recedere à superiore legato ampliori, atque ita alimenta videntur contineri sub legato vsusfructus.

Tertiò principaliter declaratur præcedẽs conclusio, quando non omnium bonorum vsusfru-
133 ctus esset † relictus, sed quorundam prædiorum tãtum, vel certorum bonorum. Ita post Odofred. concludit Bartolus, *in d. l. Titia testamento, §. Titia cum nuberet, num. 8. ver. secundo aduerte, ff. de leg. 2.* vbi dicit, quòd isto casu cessat consuetudo, & vxor stantibus filiis habet integrum vsumfructum. Sequitur Picus ibi, *num. 37. ver. quarto limitat.* vbi dicit, in procedere, quia cessat ratio consuetudinis, nec filij cogantur mendicare, vel fame perire; & dubitat, an hoc procedat, quando vsusfructus est in codicillis relictus, sed cessat dubium stantibus prædictis. Socin. *cons. 210. colum. 2. volum. 2. Dec. in consilio 643. numero 6.* vbi dicit, quod vsusfructus certorum prædiorum, non potest restringi ad alimenta, & infert ad casum, quando, si vxor non poterit morari cum filiis, relinquit certorum prædiorum vsumfructum. Et de hoc est text *in l. 1. §. si vsusfructus, ff. ad leg. Falcid.* quem ad hoc allegat Bartolum *in Authen. hoc locum, num. 8. ver. si autem maritus, C. de secund. nupt. mulie.* vbi tenet, quod relicto certæ rei vsufructu, vxor illum habet indistinctè, siue filij extent, siue non. Et idem ibi tenet Alber. *in tertia columna, circa medium*, vbi tamen limitat, quando in eo fundo includeretur etiam legitima filij, quia tunc restringitur legatum, ne ad legitimam extendatur, *Duran. de arte testan. tit. 6. de legat. caut. 40. in fi. vbi allegat Bal. in cons. 120. volumine 3. qui tamen de hoc nihil dicit, Caualca. de vsufruct. mulie. relict. num. 47. vbi allegat Paris. in consilio 97. numero 15. volumine 2.* qui testatur de communi, & infert ad casum, quando relictus est vsusfructus bonorum, vsque ad quantitatem aureorum ducentorum, & ita quando ad certum fundum non restringitur vsusfructus, sed detrahendus venit de fructibus totius hæreditatis. Cum ea sententia transit decisio Rotæ Bonon. *98. num. 1. ver. secunda datur coniectura, Ruin. in cons. 41. num. 4. volum 3. & columna fina ver. non obstat etiam, Gabriel. d concluf 2. numero 30. & videtur admittere Dec. in cons. 526. num. 7. ver. non obstat, quod in isto.*

Addo, quod vsusfructus certorum prædiorum

non

non admittit eam declarationem, quod restringatur ad alimenta, quia magis violatur verborum proprietas, quam vbi omnium bonorum vsusfructus relinquitur.

Et procedit sine dubio, quando certarum rerum vsusfructus est relictus: sed quid, si quota sit
134 designata, puta, relictus † vsusfructus tertiæ, vel quartæ partis bonorum. Et hoc casu Bertran. *in cons. 57. num. 2. in secunda part. 1. volum.* tenet, plenum
141 deberi vsumfructum, quia cessat consuetudinis ratio, cosiderata ab Aretin. *in cons. 40.* & desumpta à §. *prohibemus, in princ. in Authen. de trien. & semis.* quia scilicet pater, quantum in se est impiissimus & crudelis, foret in filios, at vbi partem tantum vsusfructus relinquit, supersit, quantum sufficit pro alimentis filiorum, ne cogantur mendicare, vel fame perire, *sequitur Gabriel. dicta conclu. 2. num. 31. Mantica dicto tit. numero 31.* Est verum, quòd Bertrandus in loco prædicto mouetur etiam ex alia adiectione, non autem sola ratione prædicta, & in contrarium fa-
135 cit, quia eadem est ratio partis, quoad † partem, quæ est totius, quoad totum, *l. quæ de tota. ff. de rei vend.* & aliud est, quod alicui relinquantur certi fundi, aliud verò, quòd per quotam hæreditas relinquatur, vt probatur *in l. quoties, C. de hæred. instit.* vbi dicitur, quòd institutus in quota, habetur pro vniuersali hærede, si nullus alius hæres vniuersali-
136 ter sit scriptus, licèt extet hæres † certarum rerum, & ibi hoc notant Salic. Alexan. & Ias. *num. 2. Imola in repe. l. 1. §. si ex fundo ff. de hæred. instituen.* Tenet tamen primam opinionem, quia argumentum de toto
137 ad partem, † non procedit, quando subest diuersa ratio, *Cyn. Salicet. & alij in l. notissimi, §. in his, C. de præscript. 30. vel 40. annor. Tiraquel. de retract. consang. §. 1. gl. 7. num. 45. Euerar. qui alios citat, loco 80. colum. 2. ver. ne tamen erres.* Et quamuis dispositio facta per quotam, non dicatur rei certæ, tamen id non efficit quomi- 144
nus legatum intelligatur secũdum suam proprietatem, nõ ea ratione, quòd certæ rei vsumfructum contineat, sed quia cessat ratio, quia militat in vsufructu omnium bonorum, & cessante ratione, cessat dispositio.

Dubitatur etiam, si procedat suprascripta decisio, quando relinquitur vsusfructus omnium bonorum mobilium, & immobilium. Nam hoc casu certum est, non includi omnium bonorum v-
138 sumfructum, quia non veniunt iura † & actiones, *l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. l. quam Tiberonis, §. in peculio, ff. de pecul. Bartolus in l. potest. ff. de author. tuto. Alexan. in dicto §. in venditione, in primo notab. latè Pinel. in rub. C. de bon. mater. par. 1. num. 24. & num. 25. ver. hinc infertur, Iason in l. stipulatio hoc modo concepta, numero 21. ff. de verborum obligat.* Et talis dicitur institutus
139 † in re certa, *per Tiraq. in tract. de mort. saisit, in 2. part. declarat. 4. num. 1.* & probatur *in l. ex pacto, la grande, ff. de hæred. instit. l. si certarum, ff. de testam. milit.* ideo Socinus *in cons. 210. colum. 2. ver. sed in contrarium me mouet,*
140 *volum. 2.* dicit, quòd hoc casu mulier habebit † integrum vsumfructũ, & mouetur ex multis, sed præcipuè, quia certarum rerum vsusfructus dicitur relictus. Contrarium tamen, quod imo hoc casu sola debeantur alimenta, voluit Ruin. *in cons. 41. nu. 9. ver. non obstat etiam, dum dicitur volum. 3.* rationem allegat, quia non est verisimile, quòd testator voluerit in toto vsufructu vxorem propriis præferre filiis. Et hæc ratio æque militat in vsufructu bonorum mobilium & immobilium, sicut in vsufructu omnium bonorum, quia à communiter accidentibus, totũ patrimonium, vel maior pars solet consistere in bonis mobilibus vel immobilibus. Mo-
uetur etiã, quia dispositio, quæ fit de maiori † parte bonorum æquiparatur ei, quæ fit de omnibus bonis, *Ang. in l. omnes, §. Lucius. ff. de his, quæ in fraud. cred. & in l. 2. C. de repud. hæred.* Et quamuis dicatur vniuersale legatum, sed certarum rerum, tamen non est in hoc vis, sed in eo, an certæ res ad vtendum relictæ absorbeant totam hereditatem, vel maiorem partem. Imo subdit, quòd etiam legatum vsusfru-
142 ctus omnium bonorum non est vniuersale, † quia legatarius non tenetur ad æs alienum, nec ad solutionem legatorum, *sequitur Bertr. in cons. 91. col. 3. ver. secundũ quod videtur obstare, vol. 3. in 2. par. Gabriel. d. concluſ. 2. num. 32.* Hæc secunda pars optimè procedit, quando constat, quod iura & actiones continent modicam partem patrimonij, ac si magna pars patrimonij constaret ex dictis iuribus, vt sæpè cõtingit, procederet prima opinio, quia quæ dicuntur de omnibus bonis, procedunt etiam in parte ma-
143 iore, imo etiam in re particulari, si ea capit † totum patrimoniũ, vel maiorem partẽ, *vt est tex. in l. nomen debitoris. §. si filio. ff. de leg. 3.* vbi infert Bar. quòd fraus præsumitur ex alienatione alicuius rei particularis, in qua cõsistat totum patrimonium, vel maior pars, perinde ac si omnia bona essent alienata. *Bald. in l. 1. in 4. q. in fi. C. de inoff. donat.* Et hãc conclusionem confirmat multis Tiraq. *in l. si vnquam, in ver. omnia, vel partem aliquam, num. 4. C. de reuoc. donat.* & non refert, quod à legato vsusfructus nihil excludatur,
vel quid modicũ, quia parum & nihil † æquiparantur, *Bal. in Auth. præterea, C. vnde vir & vx. cõcordantes citat Tiraq. in tract. de iudic. in rebus exig. feren. in princ. ver. octauò & nonò,* vbi infert, q̃ vxor dotata parua dote, succedat in quarta bonorum mariti, sicuti indotata, & quãdo iura & actiones minimam faciunt patrimonij partem; tunc militat eadem ratio in vsufructu rei certę, quę in generali relicto vsusfructus omnium bonorum, atque ita contrarias conciliat sentẽtias Bertran. *in d. cons. 94. col. 3.* qui sequitur Socin. quando iura & actiones sunt magni valoris, ex quo tunc cessat ratio, quæ mouit Bulgarum. Et ex hoc infertur limitatio ad id, quòd supradictum
145 est de vsufructu certæ † rei, vel certarum rerum, vt non procedat, quando certæ illæ res absorbent maiorem partem patrimonij, atque ita ex fructibus residuæ partis filij non possent viuere. Quod autem dicit Ruinus, vsumfructum omnium bonorum non afficere legatum vniuersale, est falsum intelligendo secundum subiectam materiam, quia satis dicitur vsufructuaria obligata ad solutionem æris alieni, & legatorum, quando pro eorum solutione diminuitur vsusfructus per vẽditionem bonorum, *l. vsusfructus. ff. ad leg. Falcid.* vbi Imola, Castr.
146 & Alex. dicunt, quòd pro solutione † venduntur bona, & ita hæredi minuitur proprietas, & legata-

rio vsusfructus, *Pic.qui alios citat in d.§. Titia, num.153. & sequen. Duran.de arte testan.tit. 6. caut. 42. num.6. Didac.variar.resolutio.lib.2.cap.2.per totum, latè multos allegans, Rolan.cons.8.num.1.vsque ad 20.volum.2.* vbi, *num.20. & seqq* ponit, quid dicatur in legatis, an sint ab hærede soluenda, vel ab vsufructuario. Vera igitur ratio est, quia militat eadem ratio, quæ in legato vsusfructus omnium bonorum.

Quartò principaliter limitatur conclusio principalis, vt non habeat locum, quando esset institutus filius pro parte, & pro alia parte extraneus, quia
147 vxor † in portione extranei habebit vsumfructum integrum, & quoad partem filij importabit alimenta. *ita determinat Bar.in d.l. Titia testamẽto. §. Titia, num.9.ver.quæro ponè, quòd testator. ff. de leg.2.* Mouetur ex *l.si ita scriptum, in princ. ff. de manum. testam. l.fi. fam. erciscun. & idem voluit Bart.in l.si ita scriptum, Imola, Cuman. & Florian.in d.§. Titia, vbi etiam Alex. & Bart.in l.2. addit, sequitur Picus, num.38.* vbi quod opinio Bartoli est tenenda, quia propter extraneum non debet filius perdere priuilegium, *Bal.in cons.119.volum.3. Ange.in Authen.hoc locum, num.2.ver. & ex hoc conclude, C.si mulier secun.nupser. Ang.in tract. de testam.in ver.item reliquit dictum eius vxorem, colum.2. Hanc quoque partem tenuerunt Ancharan.Rom.Corne.Socin. & Ruin.quos citat & sequitur Anton.Gabriel.comm.opin.lib.5.tit.de vsufruct.concluſ.3.num.5.in 4 ampliat.vbi dicit, communem esse opinionem. Hanc etiam inquit veriorem Rolan. in cons.74.num.6. volum.2. Mantica dicto tit.7. num.17. & de communi testatur Ias.in l.contra tabulas, num.5.ff. de vulg. & pup. Caualca. in tract. de vsufruct. mulie. relict. num. 42. ver. quintò limita. & hanc opinionem dicit communem, & tenendam Simon d. lib. 4. dubit. 10. num. 59.* Et ratio est, quia filius non debet propter extraneũ adiunctum damnum pati, *argumento l.non debet alteri ff. de reg.iur.*

148 Addo, quòd eadem est ratio partis † quoad partem, quæ est totius quoad totum, *l. quæ de tota. ff. de rei vendic. & ibi notant gl. & Bar. idem probatur in l. iurisgentium, §. adeo, & ibi Ias. ff. de pact. Euerar. loco 80. colum. 2. ver. quòd vt euidentius.* Sed cum filius insolidum heres instituitur, tunc legatum vsusfructus restringitur ad alimenta, ergo eodem modo restringi debet, quando filius instituitur in parte tantum.

Hæc tamen Bartoli sententia non placuit Sali-
cet. *in dicta Authen.hoc locum, num.7.ver.quæro iuxta prædicta.* vbi mouetur duabus potissimum rationibus. Prima est, quia cum idem vnicum sit relictum non debet diuerso iure cẽseri, vt quo ad filium alimenta videantur relicta, quo verò ad extraneum vsusfructus, *l.eum qui ædes, in princip. ff. de vsucapio.* Secunda est, quia vsusfructus respectu denuntiationis, & formæ dicitur indiuiduus, ergo pro parte extranei, restringi debet ad alimenta, sicut pro parte fi-
149 lij, quia adiunctus † gaudet priuilegio coniuncti, quando agimus de re inseparabili, vel indiuidua, *l præcipimus, §. eodem iure, C. de appellat. & ibi latè apost. ad Bart. Barbat.in cons.36.num.18.volum.2. Ias.latè, l.si emancipati, num.3. C. de collatio. Dec. in cap. accepta, num.3. de appellat. in l fœminæ, num.7. ff. de reg.iur. Marsil.in sing.180. & per rationem primo loco recitatam eandem opinionem ante Salicet. tenuit Pract. Papien.in forma libel quo mil.agit ad dot. & vsumfruct.in versic. donec vitam, num.7.versic. sed quid dices, Ruinus in cons.54.colum penult.versic.non obstat etiam, dum in contrarium volum.4.* vbi dicit, quòd Bartolus *in dicto §. Titia*, malè loquitur, quia etsi capitulum de vsufructu disponens sit indiuiduum vsusfructus, tamen qui in capitulo continetur est diuiduus. Prima tamen opinio, sicuti plures habet authores, ita verior. Et non obstat regula, *l. eum, qui*
150 *ædes*, quia non procedit, quando diuersa † est ratio, *vt respondet Picus dicto §. Titia, num.38.* Sed responderi etiam potest, quòd diuersis respectibus eadem res
151 potest diuerso iure † censeri, *secundum Ripam in l.fin. num. 122. C. de reuocan. donat.* vbi ponit exemplum in substitutione compendiosa, *Simon de Pretis in dicto tracta. libro 3. interpretat. 2. dubitat. 1. solut. 9. num. 29.* vbi
152 alios citat, similiter ex diuersis causis, † & rationibus diuersimode eadem res interpretatur, *l. miles, §. pro parte, ff. de lega. 2.* vbi vnum, & idem prælegatum sustinetur pro parte iure hæreditario, & pro parte iure prælegati, *concordantes allegat Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glos. 18. num. 23. Simon, loco prædicto. vbi alios citat asserentes altas limitationes ad eam regulam, præcipuè Roch. de Cur. & Neuzan. & pulchrò Menoch. de recuper. possess. remed. 1. num. 36.* vbi post Bal. dicit, quod etsi quo ad corporalem diuisionem id non possit fieri, tamen benè potest fieri quoad intellectualem. Ita ergo in proposito, quoad extraneum legatum retinebit suam proprietatem, quo vero ad filium verba impropriabuntur. Quod vero dictum est, coniunctum indiuiduis gaudere priuilegio coniuncti, procedit, quãdo taliter sunt coniuncti, quod beneficium vni concessum, illi non
153 prodesset, nisi alteri quoque coniuncto † concederetur, *Oldrad. cons. 11. Abb. in cap. quàm sit, num. 1. vbi apostillæ allegant concordantes, de Iudæis, Sfort. Oddus in tracta. de restitut. par. 1. quæstio. 46. articulo 4. numero 12. ver. ex quib. dictis.* vbi dicit, quod restitutio in inte-
154 grum concessa † minori, prodest maiori coniuncto, quando alias non prodesset minori. Posset etiam dici, quòd hic non agitur de re indiuidua, sed
155 diuidua, † ideo regula prædicta non procedit, *vt latè ponunt Doctores, præcipuè Dec. & Cagnol. post alios, in l. si emancipati, C. de collatio. Natta in cons.1.num.10.*

Respondeo etiam, quod personale priuilegium
156 † non prodest coniuncto, *vt per Bal. in Authen. nisi rogati, num.20. C. ad Trebellia. dicam in sublimitatione.* Etsi dicatur, quare non ita mater consequitur vsumfructum in portione filio relicta, vt ratione extranei intelligatur esse in totum vsusfructus, sicuti ratione filij importat alimenta, respondeo, quòd filio id conceditur in priuilegium, quòd ratione coniuncti non debet adimi, extraneus autem vtitur iure communi, & hoc modo per me resoluitur dubium, quod excitauit Picus, *num.38.* qui tamen fallit, dum inquit, quod Salicetus non aperit, quia imo clare vult, quod habeat solum alimenta in parte extranei.

Cadit tamen dubium retenta communi opinione, an filio prædicto casu teneatur integra alimenta præstare, vel solum dimidiam, si institutus sit in dimidia. Et Salicetus in loco prædicto videtur tenere, quod filius integra alimenta teneatur præstare. Dicit enim, quod si legatum vsusfructus

restrin-

restringeretur ad alimenta, etiam pro portione extranei, id prodesset filio, qui tanto minus solueret matri pro alimentis, atque ita præsupponit, quod vbi portio extranei minimè restringatur ad alimenta, filius teneatur super portione sua præstare matri integra alimenta. Et id verum esset, si teneremus opinionem, de qua supra tractauimus, quod ex eodem testamento peti possint vsusfructus & alimenta. Sed quia relicto generali vsufructu omnium bonorum tenui legatum alimentorum confundi & commisceri cum vsufructu, existimo, quod filius hoc casu præstabit dimidiam, & non vltra, & probo ratione.

Nam legatum, licet diuersimode secundum diuersitatem heredum interpretetur, est tamen vnicum: & licèt eius pars fiat conuersio in aliam rem, tamen alimenta subrogantur loco vsusfructus, ideo sapere debet illius naturam, *l. si eum §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.* Et eatenus debentur alimenta, quatenus fit conuersio, vel translatio, quia limitata causa, limitatum effectum producit, *l. in agris, ff. de acquiren. rerum domin.* & quando vnum loco alterius succedit, tunc illud, quod principaliter debetur, videtur solui, quando subrogatum præstatur, secundum Bartolum, *in l. 1. in princ. colum. 1. ff. de actio. emp.* vbi dicit, quod soluendo interesse, dicitur, quis obseruare promissa, quia iuris fictione
157 † interesse iudicatur idem cum principali. *idem Bar. in l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verbor. oblig. Cur. iun. in l. vinum, in fi. ff. si certum petat. vbi Butigel. num. 55. Dec. in cons. 2. num. 8. in cap. 1. num. 22. de iudic. Barba. in cons. 74. colum. 12. post med. volum. 3.* Etsi integra alimenta deberentur à filio, vtique legatum quod est vnicum, fieret duplex. nam aliud est vsusfructus, aliud alimenta. Rursus longè minus læditur proprietas verborum, intelligendo, quod filius præstet solum dimidiam, quàm si integra ea præstaret, & sicuti vxor retenta proprietate vocabuli haberet solum dimidiam vsusfructus in bonis filij, ita habere solum debet dimidiam alimentorum, & legatum vsusfructus non respicit personam hæredum, sed bona. Ideo, quando pro parte transfunditur in aliam rem, ea transfusio fit contemplatione rerum, nō bonorum, atque ita pro ea parte, quæ bona erant onere vsusfructus affecta, pro illa, & non vltra remanent affecta onere alimentorum. Proinde, sicuti portio filij cōtinebat solum dimidiam totius vsusfructus, ita continere solum debet dimidiam alimentorum, & ita teneo, licèt non inueniam, qui hanc portionem, vel disputauerit, vel excitauerit.

Declaratur tamen quarta hæc limitatio, vt non procedat, quoad prælegata facta extraneo instituto cum filio, quia etsi pro parte, quam capit hæreditario iure debeatur vsusfructus vxori, tamen 162
pro alia parte, quàm capit à filio cohærede, *secundum l. miles ad sororem. §. vltimo, ff. de leg. secundo,* extra-
158 neus contribuet † solum pro alimentis, perinde ac si pars foret relicta filio, *ita declarat Castren. in consilio 133. volum. 1.* quia extraneus illam partem habet à filio, & debet eam tenere eo iure, quo tenebat filius. Diuersam tamen sententiam probauit Picus, *in d. §. Titia, num. 178. quæst. 87. sequitur Gabriel. d. conclu. 3. num. 6. & Mantica d. tit. 7. num. 18.* Et hanc arbitror sine dubio veriorem, quia consuetudo introducta est fauore filiorum, *vt dixi,* quando ergo bona exiuerūt filiorum manus, cessat fauor, & priuilegium personale extinguitur mutatione personæ. *cap. priuilegium, de reg. iur. in 6.* Sic enim videmus fieri in eadem materia, quando moritur filius relictis hæredibus extraneis, *vt dicam infra.* & quando succedit fiscus. Addit Picus, quod testator præsumitur cogitasse, quod ista bona non erant penes filium remansura. Ideo ex præsumpta testatoris voluntate, vxor habebit vsumfructum. facit quod supra diximus, filiam, quæ statuto vel renunciatione excluditur ita demum priuari, si masculus, vel non possit succedere, vel non velit, vt quia repudiet: ideo
159 videmus, quod etsi monasterium succedat † loco filij, & excludat substitutum, *c. in præsentia, de probatio. §. sed hoc præsenti, C. de sanctiss. episcop.* tamen hoc non habet locum in portione, quam ingressus non reliquit monasterio, sed extraneo, quia personale
160 priuilegium non prodest † coniuncto. *l. cum patronus, ff. de leg. 2. ita Bal. in Authen. nisi rogati, num. 20. C. ad Trebellia. Riminal. sen. cons. 481. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. par. 10. num. 39. Mantica, de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 14.* Et non obstat, quod inquit Castr. extraneum succedere loco filij, quia per hoc non succedit in personale filij priuilegium. Præterea vt hoc aliis addatur, non est verum, quòd extraneus succedat loco filij nam; prælegatum habet à testatore, licet capiat de manu filij. quando enim
161 grauatur aliquis ad dandum, testator † dare videtur non grauatus, *l. vnum ex familia, §. si de falcidia, & §. sed si duos, vbi glos. in ver. hæreditario. ff. de leg. 2. Castren. in cons. 441. volum. 1. Cranet. cons. 144. num. 1. & sequen. dixi in cons. 7. num. 27.* Non ergo attenditur, à quo præstandum sit legatum, sed cui sit relictum, & à quo sit relictum.

Tractandum hic esset, an principalis limitatio procedat, quando cum filio instituta est pia causa, vt eo casu pro parte pia causa vxor consequitur alimenta? Quæstio contemnenda nō est, sed quia ea cadit quoque in sequenti limitatione principali, tractabitur eo loci de illius veritate.

Quinto principaliter limitatur, quando filij instituti decederent, & bona deuenirent ad extraneos: quia tunc licèt viuentibus filiis mater perceperit sola alimēta, tamen post eorum mortem integrum capit vsumfructum: quæ conclusio, quando filio non est datus substitutus, caret dubitatione, & passim ab omnibus recipitur, vt dicam infrà. Sed difficultas est, quando pater in testamento dabit filio substitutum, & in hoc communis est opinio, quod si substitutus est extraneus, vxor integra
162 habeat † alimenta, *ita Bart. in l. si ita scriptum fuerit, ff. ne manum. tes. am.* quia inspecto iure communi vxor haberet vsumfructum etiam stantibus filiis: consuetudo tamen derogat in filiorum fauorem, sed quando filius decessit, fauor filij cessat, & remanet locus iuri communi, *Bar. in l. Titia. §. Titia testamento, num. 10. ff. de leg. 2.* vbi dicit hoc procedere absolutè in substituto vulgari, *Bal. in l. etsi contra tabulas, num. 2.*

ff. de vulg. & pupill. Et dicit rationem, quia legatum vsusfructus censetur tacitè à substituto repetitus, *l. licet Imperator, ff. de leg. 1.* & subdit, dari eo loci casum, in quo substitutus præstat legatum plenius, quàm institutus. Et dicit hanc rationem considerasse glos. *in l. filius, §. sed si impubes. ff. de legat. præstan.* *idem voluerunt Bal. & Imola, in dicto §. Titia, & ibi Picus, num. 4. dicit communem, allegando Bart. Bal. Ang. Imo. Rapha. Aretin. Alexan. Abb. Ias. & alios, vt per eum, qui omnes loquuntur in vulgari substitutione, eandem probarunt Rom. Castr. Capolla, Anch. Ang. Aret. Soc. sen. Curt. sen. Dec. Ruin. Gozadin. Socin. iun. Paris. & alij citati à Gabriel commun. opin. lib. 5. tit. de vsufruct. concluf. 3. num. 7. & præter eum Tiraquel. Natta, & Rolan. quos citat & sequitur Mantica in tracta vltim. volunt. lib. 9. tit. 7. num. 19. vbi post alios profitetur esse magis communem, Caualca. in dicto tract. de vsufruct. mulier. relict. num. 42. & quoad vulgarem substitutionem ponit hoc etiam Gabriel dicta concluf. 3. num. 10. Simon d. tracta. de interpreta. vltim. volunt. lib. 4. dubit. 10. num. 60. vbi alios citat, & hanc sententiam dicit magis communem Dec. in conf. 476. num. 3. ver. secundo respondetur.* Et ratio est, quia quandocunque cessat filiorum fauor, cessat etiam consuetudo, quæ in illorum fauorem fuit introducta. Et quamuis ferè omnes prædicti loquãtur, quando datus fuit substitutus, tamẽ idem est, quando filius decessit nullo dato substituto, *vt explicitè post multos, quos allegat, dicit Gabriel d. concluf. 2. num. 62. & concluf. 3. num. 7. Caualca. d. num. 41. & sequenti, Mantica d. titu. 7. num. 60.* Et casus est meo iudicio clarus, quia idem videmus, quando filius cũ extraneo est institutus, quia tunc fit vsusfructus conuersio in alimenta, etsi procedit in vulgari substituto, multo magis locum habebit in eo, qui non est substitutus. Et hanc partem tenuit Ancharan. *moder. famil. q. 1. num. 2. & ita vult Alex. in conf. 42. per totum, volum. 2.* vbi fortius loquitur, quando filius decessit viuo testatore, & testamentum sustinetur virtute clausulæ codicillaris. Ang. *in conf. 109. quidam patronus, num. 3. ver. mortuis autem filiis,* vbi dicit, quod 164 legatum variatur secundum tempora propter diuersitatem personarum, in quibus non cadit vniformis fauor, vel conditio, *latè Tiraq. alios citans in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, num. 163.* C. *de reuoc. dona. Paris. conf. 21. num. 7. volum. 2.* Et quod dictum est de filio, qui decessit viuo testatore, sequitur Caualcan. 165 *d. num. 21. Picus, d. §. Titia, num. 40. circa finem,* vbi ponit idem esse, quando filius voluit adire. Allegat Alex. Vide tamen, quę dicam infra *in 4. sublimit.* Et quan- 166 do sumus in substituto vulgari, non fit distinctio, an legatum sit vnum, vel multiplex, & an incœperit à filio, vel à substituto, quidquid sit in substitu- 167 to pupillari, de quo dicam infra.

Hanc conclusionem amplia, etiam si Hospitale, vel alia pia causa successerit filio, quia nihilominus 163 † mater habebit vsumfructum, *vt notabiliter voluit Bal. in l. etsi contra tabulas, circa fi. ff. de vulg. & pupilla. vbi loquitur in hospitali, sequitur Imola ibi, colum. 3. ver. & hoc* 168 *tenendo benefacit, & hoc dictum inquit valde notandum Picus d. §. Titia, num. 40. Ias. in l. si fundum sub conditione, §. si paterfamilias, num. 7. ff. de leg. 1. vbi transit cum eis. Decius qui directo consuluit contra Hospitale, in conf. 476. numero 2. & numero 4. vbi sequitur prædictos, & illud consilium reperitur in 1. volum. consiliorum Socini iun. conf. 86. & latè contra hospitale ponit Socin. iun. in conf. 86. num. 24. & sequenti, volum. 1.* quia non est tantus fauor erga causam piam, sicut erga filios, nec est tanta testatoris affectio, ideo non potest consuetudo ad causam piam extendi. Et subdit quod hæc sententia non habet contradictorem, ideo foret temerarium ab ea recedere, *Caualcan. d. num. 42.* Et videtur admittere Ruin. *in conf. 17. volum 2.* vbi etsi in suo casu contrarium teneat, non tamen mouetur fauore piæ causæ, sed ex aliis, *vt per eum,* & hanc partem tenet Picus, *in d. §. Titia, num. 73. ver. decimo quarto quæro.* vbi subdit, quod ipse nõ auderet discedere ab hac sententia, ob decisionẽ Baldi & Imolæ, licèt non procedat sine magna difficultate, existimat tamẽ quæstionem esse pro amico. Hanc quoque amplectitur Gabriel *d. concluf. 3. num. 17.* fundatur hæc conclusio super ratione, quòd non fit extẽsio consuetudinis, quia non est eadem ratio, nec subest eadem testatoris affectio. Addo, quod etsi piacausa multum sit fauorabilis, *vt per Roman. in Authen. similiter. C. ad leg. Falcid. & Tiraq. in tract. de priuileg. piæ causæ,* tamen non sunt multiplicanda priuilegia, vel specialia, *l. ius singulare, ff. de legib.* & in dubio priuilegiatus nõ vtitur priuilegio, sed iure communi, & non reperitur ecclesiam, vel piam causam esse in hoc specialiter priuilegiatam, ideo qui nititur priuilegio, tenetur probare, quia vxor habet intentionem fundatam super iure communi, ex prædictis tamen Doctoribus nonnuli loquuntur, quando ecclesia, vel pia causa fuit substituta, alij loquuntur, quando fuit instituta non extantibus filiis, qui casus, etsi diuersi sint, quo ad facti positionem, habent tamen eandem iuris determinationem.

In contrariam tamen partem transiuit Corne. *in conf. 112 colum. 4. ver. item concurrit, volum. 2.* vbi dicit, quòd si filio successit pia causa, relictum vsusfructus restringitur post filij mortem ad alimenta, perinde ac si filius viueret, quia fauor piæ † causæ comparari solet fauori filiorum, *secundum Castr. in l. & in epistola, C. de fideicom.* & sicuti dicimus, quod monasterium succedit loco filij, *Authen. nisi rogati, C. ad Trebellia. cap. in præsentia, de probation.* ita dicendum videtur in causa pia, & in dubio fauendum est causæ † piæ, *l. sunt personæ, C. de relig. & sumpt. fun. Roma. in Auth. similiter, C. ad leg. Falc.* & facit, quia sicuti filius vulgariter substitutus excludit matrem à succedẽdo ex tacita pupillari inclusa † in vulgari, *secundum Imo. in l. precibus, C. de impub. & in l. Lucius. ff. de vulg.* ita etiã, pia causa modo prædicto substituta matrem excludit, † *vt post Ang. voluit Castren. in d. l. precibus, Corneus d. conf. 112.* & sæpè videmus, quòd dispositio introducta speciali fauore filiorum, extenditur etiam ad causam piam, *vt probat Barbat. in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testa.* vbi dicit, priuilegium illius legis procedere etiam, quando quis testatur ad piam causam, licèt non introductum fuerit ad fauorem filiorum, de quo videri possunt, quæ ponit Tiraquel. *in tracta. de priuileg. piæ causæ, priuileg. 2. & multis seqq. Clar. in tracta. de testam. quæst. 6. 7. & seq.* In quibus locis circa testamentum repetita videntur priuilegia omnia filiis concessa, imo videtur aliquando

quando maiorem impendi fauorem piæ cauſæ, quàm filiis, quando non agitur de excludendo filios à ſua legitima, vt declarat Ancharan. *in conſ. 46.*
169 dum vult, quod conditio, † *ſi deceſſerit ſine filiis*, non ſubintelligitur, quando filij grauati ſunt reſtituere piæ cauſæ, quia plus ei fauetur, quam filio, ſi non tractatur de dotali excluſione, *ſequitur Felin. in c. Sanctæ Mariæ, colum. 28. de conſtitut. & dicit multum notandum Picus d. §. Titia, num. 74. ver. eſt verum, quod.*

Prior tamen opinio verior eſt, quia in cauſa pia non militat ratio, quæ fuit à conſuetudine conſiderata in filio, vt bene aduertit Soc. iun. *in d. conſ. 85. num. 23. volum. 1.* & dicit Picus, *d. num. 74.* quod vbi tractatur de ſucceſſione aſcendentium, lex magis
170 fauet † deſcendentibus, quàm piæ cauſæ, *c. quicunque, 17. quæſt. 1. gloſ. in l. ſi quis ad declinandum, C. de epiſcop. & cleric.*

Limitatur tamen hæc concluſio, vt non procedat, quando filius ingrederetur monaſterium, vel
171 daret ſe alij † in arrogationem, quia tũc mater non haberet integrum vſumfructum, ſed ſola alimenta, *ita Picus in d. §. Titia, num. 93. ver. vigeſimo tertiò quæro*, quia ex quo pater nullum dedit filio ſubſtitutum, videtur legatum filio iniunxiſſe: propterea ſicuti filius ipſe tenebatur, ita tenetur monaſterium, *argumento l. qui fundum, §. qui filium. ff. ad leg. Falcid.* & non poteſt legatum videri iniunctum filio vel arrogatori, cum pater de eis non potuerit cogitare, *argumento l. de his, C. de tranſact. l. cum Aquilia. ff. eodem titu.* & cum ab initio voluntas teſtatoris fuerit, quod mater habeat alimenta tantum, non poteſt augeri legatum ex poſt facto contra voluntatem teſtatoris. Et Picus dicit, hoc verum eſſe, ſiue vſusfructus fuerit ſimpliciter relictus, ſiue donec caſtè, & honeſtè vixerit, dummodo tamen non fuerit filio datus ſubſtitutus, atque ita reſidet poſt multas titubationes relinquens cogitandum, quia non inuenit has difficultates ab aliis ruminatas. Licèt Anto. Gabriel *d. concluſ. 3. num. 9.* referat, Picum tenere contrarium, quia forte non vidit illius verba in fine quæſtionis. Hæc concluſio eſt meo iudicio ve-
172 ra, quia † monaſterium ſuccedit loco filij, *c. in præſentia, de probatio. Authen. ſed hoc præſenti, C. de ſanctiſſ. epiſcop. Authen. niſi rogati, C. ad Trebellia. notant Doctores in Authen. ſi qua mulier, vbi laſ. num. ... ver. ego non diſcedo à*
173 *communi, C. de ſacroſ. eccleſ.* & filius, † qui dat ſe in arrogationem, non acquirit proprietatem patri arroganti, ſed vſumfructum ſolum hodie, *vt inquit Picus, d. num. 93.* & non dicitur filius hoc caſu alienare, nec mutatur perſona. Et quamuis ſupra dixerim, piam cauſam haberi pro extraneo quoad hoc, ne mortuo filio reſtringatur legatũ vſusfructus, ex doctrina Bal. & Imolæ *in l. ſi fundum, §. ſi paterfamilias. ff. de leg. 1.* tamen illud eſt verum, quando
174 filius per † mortẽ, vel aliter priuatur bonis, & non extat: ſecus autem, quando monaſtarium ingreditur, quia eo viuente monaſterium repreſentat filium, quod non eſt in alia pia cauſa. Et propterea hæc limitatio habebit ſolum locum in caſibus, quibus monaſterium eſt loco filij, & excludit ſubſtitutum, non autem in caſibus, quibus mona-
175 ſterium non excludit † ſubſtitutum, qui caſus habentur poſt alios latè apud Tiraquel. *in l. ſi vnquam in ver. ſuſceperit liberos, num. 43. 46. & ſeq. C. de reuo. dona. Eman. à Coſta in cap. ſi pater, par. 1. ver. ſi abſque liberis, nume. 70. de teſtam. Vaſq. in tract. de ſucceſſ. creatio. lib 3. §. 21. limit. 7. num. 161. & num. 171. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita, par. 10, num. 39. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 7. num. & ſeq.* nã etſi per ingreſſum omnia bona
176 filij tranſeant in † monaſterium, *Auth. ſi qua mulier, C. de ſacroſ. eccleſ. iuncta l. Deo nobis, C. de epiſcop. & cleric.* Tamen dum filius viuit, bona videntur quodammodo eſſe apud ipſum, cum & ipſe ſit pars monaſterij, quod ſecus eſt quãdo tractamus de pia cauſa, quæ non habet annexam filij perſonam, & hoc modo reſpondetur ad id, quod poſſet opponi de fiſco & de extraneo ſubſtituto, & quod pungit Picus loco prædicto, quia ibi perſona filij remanet penitus excluſa.

Limitatur ſecundo, quando legatum vſusfructus non reſtringitur ad alimenta ex conſuetudine Bulgari, ſed ex voluntate teſtatoris importata
177 † per verba teſtamenti, quia tunc licèt decedat filius, non tamen augetur legatum, ſed remanet in ſuis terminis prioribus. *ita declarat Ruin. in conſ. 17. num. 13. ver. & ex hoc vltimo, volum. 2.* quia ſecundum eum, deciſio prædicta locum habet, quando verba quæ ex ſui propria ſignificatione importabant vſumfructum, reſtringuntur ad alimenta fauore filiorum per conſuetudinem. Sed aliud eſt, quando verba ex propria ſignificatione non important vſumfructum, & loquitur, quando teſtator reliquit vxorem tutricem Dominam & madonnam, ac adminiſtratricem, liberando eam ab obligatione reddendi rationem. Idem voluit Pariſ. *in conſ. 21. num. 17. & 20. volum. 3.* vbi loquitur in eiſdem ferè terminis, & hoc non eſt propriè limitatio, quia hic caſus nunquam fuit incluſus in cõſuetudine Bulgari, ſed volui omittere, quia etſi non impropriè cadat ſub regula, rectè tamen ad propoſitum noſtrum applicatur.

Tertio limitatur, vt non procedat, quo ad legitimam filiorum, quia etſi vxor mortuis filiis conſequatur integrũ vſumfructum aduerſus filij hæredes, tamen illum non habebit, in quantum extenditur legitima filij, ſed filius habebit ſuam legi-
178 timam † non ſolum in proprietate, ſed etiam in vſufructu, *vt concludit Picus in d. §. Titia, num. 83. ver. tertio limitatur.* vbi mouetur, quia filij debent habere integram legitimam in bonis patris, tam ratione vſusfructus, quàm proprietatis, *ſecundum gl. in Auth. nouiſ. C, de inoffic. teſtam. gl. 2. ſuper ver. grauamen, in l. quoniam in priorib. C. eo. tit. vbi Bal. notat, eandem concluſionem probauit Roder. in d. l. quoniam in priorib. in tertia ampliatione, num. 5.* vbi infert in propoſito, quod apud Hiſpanos filius hæres inſtitutus, relicto vxori vſufructu vniuerſali tenebitur vxori pro vſufructu relinquere ſolum quintam partem, ex quo legitima capit omnia bona, excepta quinta: & ſubdit, eſſe notandum in Practica, quia ſæpe mariti relinquunt vxoribus vſumfructum omnium bonorum, & ibi in principio ſuſtinet eam concluſionem, quod filio debetur legitima etiam cum vſufructu. Et eſt textus expreſſus *in §. prohibemus, in Authen. de trien. &*

semiſ. qui reprehendit maritos relinquentes vxori vſumfructum, filios autem inſtituentes in nuda proprietate. Et hanc concluſionem, quòd vxor non habeat vſumfructum in legitima filij, ante omnes firmauit Bar. *in l. vxori meæ, ff. de vſufruct. lega. per tex. in d. §. prohibemus, & dicit, ita omnes Doctores communiter tenere. Io. And. ad Specu. in tit. de pigno. §. 1. circa vlt. colum. Bal. in l. quoniam, in prioribus, in princ. & dicit Bald. in d. l. vxori, quod ea hodie eſt correcta per d. §. prohibemus. idem voluit Iaſ. in Auth. nouiſſima, num. 44. C. de inoffic. teſtam.* vbi ideo reprobat *gl. 1. in d. §. prohibemus*, quæ cautelam docet ad excludendũ filiam à legitima, vt ſcilicet inſtituatur hæres in omnibus bonis, & matri vſusfructus relinquatur, quam gloſ. Ang. ibi dicit ſingularem, & eius cautelam ſequitur Cæpol. *caute. 21.* eam quoque cautelam reprobat Picus, *d. nu. 83.* & prædictam concluſionem, quod filius detrahat legitimam, tenuit Pariſ. *in conſ. 96. num. 30 vol. 2. eam quoque ſequuntur Alex. Corne. Dec. Ruin. Boer. & alij citati à Caualca. in tract. de vſufruct. mulie. relict. num. 95. ver. & etiam poterit retinere, folio 270. Mantica d. lib. 9. tit. 7. nu. 21.* Rationem dicunt omnes eſſe, quia filius grauari non poteſt in legitima, ideo relictum vſusfructus nõ extenditur ad legitimam, ſicuti non extenditur ad feudum, emphyteuſim, fideicommiſſum, & alia bona, quæ non ſunt in libera diſpoſitione teſtatoris, vt paſſim ponunt Doctores in locis ordinariis, præcipuè Caualca. loco prædicto.

Hanc tamen declarationem reſtringit Ang. *in d. §. prohibemus*, vt non procedat, quando proprie-
179 tas † relicta filio excedit valorem legitimæ; tunc enim grauamen vſusfructus iniunctum omnibus bonis ſuſtinetur, licet aliud ſit, quando nulla illa proprietas minus valeret, quam importet legitima, *ſequitur Cæpol. d. caute. 21. & Iaſ. in d. Authen. nouiſſima, num. 44. videtur ſequi idem videtur velle Picus, d. §. Titia, num. 83. ver. ſed reperio. vbi tamen non bene ſe explicat, Opizo. l. filiusfamilias. §. diui, num. 46. de leg. 1. Crot. conſ. 67. numero 24.* Hanc partem ego confirmo, quia filius
180 poteſt in re propria † grauari, quando ei ſupra legitimam relinquitur, *l. filiusfamilias, §. apud Marcellum. ff. de leg. 1. l. Imperator. §. ſi centum. ff. de leg. 2. Fabian. in Authen. nouiſſima, num. 169. C. de inoffic. teſtam. & dicam latius paulò infra, Roder. tamen in d. ampliat. 3. num. 2. & ſequenti, vult contrarium, vbi dicit Ang. loquutum inconſideratè, malè & ex ſua opinione, per tex. in l. ſcimus. §. cum autem, C. de inoffic. teſtam.* vbi filius, cui plus relictum fuit, quam importet legitima, poteſt detrahere legitimam ſine onere expectando in reliquis conditionem. Adducit etiam multa alia, & poſt Iaſon. *in dicta Authen. nouiſſima, num. 45.* dicit idem eſſe, quando pater relinqueret filio vſumfructum, & docet, quomodo fieri debeat æſtimatio nudæ proprietatis & vſusfructus, de qua etiam nonnihil tractat Picus loco prædicto.

Ego teneo, quòd ſi filio relinquitur plus quam importet legitima, teneatur filius repudiare illud
181 plus, vel acceptare † cum onere iniuncto, *Cin. Bal. & Salic. in l. inſtituta, C. de impuber. Cin. & Bal. in d. l. vnica, C. quando non peten. par.* Cum vero filius acceptat hæreditatem, tenetur onus iniunctum agnoſcere, &
182 a quieſcere, quia † hæres tenetur ſeruare † voluntatem teſtatoris, *l. cum à matre, C. de rei vendic.* etiam quando adiuiſſet cum beneficio inuentarij, quia etſi inuentarium præſeruat iura illæſa, tamen hæres non gaudet illius beneficio, quatenus ſuppe-
183 tunt iura † hæreditatis, *vt per Doctores in l. fin. §. in computatione, C. de iure delib. Roma in conſ. 18. num. 4. cum infinitis congeſtis à Pinel. in l. 1. part. 3. num. 81. ver. ampliatur ſeptimò, C. de bon. matern.* Et non obſtat, quod grauamen reiiciatur de legitima, quia reſpondeo hoc eſſe verum, quando repudiando cætera bona ſibi relicta, vult ſolam legitimam cõſequi, & ita, quando filius repudiat relictum, ſecus quando filius acceptat relictum, quia tunc tenetur ſeruare voluntatem defuncti. Et pro hoc facit, quia filius adeun-
184 do ſimpliciter hæreditatem, videtur ſe † obligare ad omnia onera hæreditaria, ex quo dicitur quaſi contrahere, *§. hæres, Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contr. l. ex maleficio. §. hæres. ff. de actio. & oblig.* atque ita onus videtur magis iniunctum ab ipſo filio, quàm à teſtatore. Et pro hoc facit, quod voluit Cuman. *in l. filiusfamilias, §. diui, ff. de leg. 1.* vbi dicit, quod ſi teſtator filium inſtituendo in plus quàm importet legitima, imponat grauamẽ, & pœnam in caſum in-
185 obſeruãtiæ, tunc licèt † quoad legitimam non valeat grauamen, tamẽ ſi filius contraueniat, erit locus pœnæ, & ſubdit ita fuiſſe iudicatũ. Quod enim dicitur, non poſſit imponi legitimi grauamen, locum habet ab initio non accedente conſenſu hæredis, vel eo non acceptante id, quod eſt ſupra legitimam, atque ita alio non apparente, quia cum
186 de vno diſputamus, cætera præſupponuntur habilia. *§. in extraneis. Inſtit. de hæred. qualit. & differen.* Et
187 ſubintelligitur ſemper clauſula, rebus ſic † ſtantibus, *l. quod ſeruus, ff. de cond. ob cau. l. quæſt. §. inter locatorem, ff. loca. Rõ. in l. 1. q. 12. in fi. C. quando non peten. par. Tiraq. latè in præfat. l. ſi vnquam, num. 130. C. de reuoc. donat. cum ſimilib. & prædictam Cum. deciſionem tenet etiam Caſtren. in conſ. 77. col. 2. ver. & poſito quod non reddat. volum. 1. Opizon. in §. diui, num. 44. Socin. Ruin. Socin. iu. & Cæphal. quos citaui in conſ. 215. num. 16. & ſeq.* vbi probaui, ſuſtineri pœnam contra filium etiam alienantem intra legitimam, quia pater, qui non tenebatur aliquid relinquere, vltra legitimam relinquendo, poteſt quamcunq; legem relicto adſcribere, cui tenetur filius ad implementum, ſi vult commodum percipere ex teſtatoris diſpoſitione, *vide Ludou. Molin. de primogen. Hiſp. lib. 2. c. 15. num. 12.* Et quamuis ea deciſio non recipiatur ab aliquibus, tamen tranſit ſine dubio, quando teſtator declarat, velle ſe, quod onus includat etiam legitimam, *vt ibi dixi.* Concludo igitur, quod ſi plus eſt filio relictum, quã ſit legitima, tenebitur filius pati, quod mater conſequatur etiã vſumfructum in legitima. ſi tamen apparet, quod teſtator voluerit vſumfructum extendi, etiam ad legitimam: ſecus autem dicerem, quando nõ eſſet
188 facta mentio, de ipſa legitima, quia in dubio † non videtur teſtator voluiſſe eam includere, *Aret. in conſi. 19. num. 2. dub. Iaſ. in d. §. diui, in prima lect. num. 12. cum aliis, quos citaui in d. conſ. 215. num. 1.* ſicuti etiam non veniunt bona, de quibus teſtator non poteſt diſponere, ex quo voluntas teſtatoris præſumitur eſſe conformis legali diſpoſitioni.

Quarto

Quarto ſublimitatur, quando datus eſſet pupillaris ſubſtitutus; tunc enim licèt filius moriatur,
189 tamen vxor habebit ſolum alimenta, † ſi ſit relicta vſufructuaria omnium bonorum, *Bar. in d. l. Titia, §. ſi. num. 11. ver. ego dixi, ff. de leg. 2.* vbi ſubdit, ſe ita conſuluiſſe, & ſuo conſilio plures ſubſcripſiſſe, quia legatum viuente filio recipit certam formam & interpretationem, ideo mortuo filio cum legatum ſit vni, cum non variatur: ſecus, dicit ipſe, quando vſusfructus eſſet relictus, donec caſtè & honeſtè vixerit, quia tũc eſſet annuum, & pro pri-
190 mo † anno purum, & pro ſequentibus conditionale, proinde incipit ſingulo anno deberi ex perſona ſubſtituti, & qui cum ſit extraneus, non præbet iuſtam cauſam reſtringẽdi vſumfructum ad alimenta. Ita quoque Bart. *in l. ſi cui in annos, ff. quem vſufruct. amitt.* vbi diſtinguit inter annuum & vnicum legatũ, vt primo caſu integer debeatur vſusfructus, ſecundo verò reſtringatur ad alimenta. *Idem Bart. in conſ. 171. Nicolaus, volum. 1.* vbi ſemper vtitur eadem diſtinctione. Bal. *in conſ. 119. factum proponitur, colum. ſi. ver. quatenus ergo, volum. 3.* vbi dicit, quod ſi legatum in vita factum vxori, ſit ſine diuiſione & multiplicatione, tunc attẽditur initium, & cum ſit vniforme, nunquam variatur, ſed quando non cenſetur vnum legatum, ſed plura, & illius dies, vel conditio incipit diuerſimodè: tunc cum deuenit ad extraneum hæredem iudicamus de legato tanquam de relicto facto ab hærede extraneo. Et ibi Baldus excuſat ſe, quòd alibi videatur voluiſſe contrarium, ſed monet conſideranda eſſe ſua verba Ang. *in conſi. 109. num. 3.* vbi dicit, quod ſi legatum annuum eſt, variatur circa tempora ſecundum diuerſitatẽ perſonarum, quia non eſt vnum, nec ſemel cedit dies, & quòd illud legatum, quòd præſtãdum eſt ab hæredibus, nunquam fuit debitum à filiis; ſecus tamen, quando eſt vnicum. Rom. optimè loquens *in conſ. 516. in caſu propoſito, num. 8.* vbi diſtinguit, vt ſuprà, & quando legatum eſt vnicum, rationem reddit, quia ſubſtitutus pupillaris, cum ſemel legatũ originem habuit in perſona filij, non tenetur in plus quam filius teneretur, *l. qui fundum. §. qui filios, in fi. ff. ad leg. Falcid.* Et legatum relictum ab inſtituto, non
191 cẽſetur repetitum † à ſubſtituto pupillari, qui ſuccedit ex ſubſtitutione expreſſa, propterea ſubſtitutus præſtat legatum, non tanquam ſubſtitutus, ſed tanquam hæres impuberis, *l. 1. §. interdum, & in l. ratione, §. quod vulgo, ff. ad leg. Falcid.* Et hæc ratio notanda eſt, quia Bar. & alij non ita benè ſe explicãt,
192 & † ex qualitate hæredis non variatur obligatio, *l. 2. §. ex his, ff. de verbor. obligat.* & ſubdit, quod dictio, *donec, dum, quoad,* & ſimiles, faciunt legatũ annuum, *Pract. Papien. in form. libel. quo mulier agit ad dotem, in ver. donec vitam, in fine, vbi tranſit cum diſtinctione Bart. Picus multos citat in dicto §. Titia, num. 40. & ſequenti,* vbi, *numero 44.* loquendo de legato vnico & ſimplici, dicit, quod ab hac opinione non eſt recedendum, & *num. 45.* loquendo de annuo, ait, quod ita communiter tenetur. Limitat tamen ibi, *num. 46.* poſt Benedictum de Plumbino, *in l. 2. ff. de manum teſtam. & Alexan. in l. & ſi contratabulas, colum. 7. ff. de vulg. & pupil.* vt non procedat, quando legatum eſt quidem vnicum, ſed expreſsè etiam relictum à ſubſtituto. Hanc ſententiam ſequuntur Imo. Aret. & Alexan. *in dicta l. & ſi contratabulas,* vbi etiam Iaſ. *num. 5.* qui per aliquot columnas tractat de veritate vtriusque membri dictæ diſtinctionis, & præcipue, *num. 6.* ponit rationes, & *num. 5. in princ.* refert limitationem Bened. de Plumb. & eam non impugnat Caſtren. *in conſ. 218. colum. 1. ver. ſecundo probatur, volum. primo. Capol. qui dicit ſingulare in tract. de ſeruit. ruſt. prædio. cap. 4. de ſeruitu. vſusfruct. colum. 2. ver. item quid ſi maritus. Dec. in conſ. 467. num. 3. in fi. ver. ſecundo reſpondetur* vbi ſubdit, dici annuum legatum vſusfructus ad vitam relictum, quod verum non credo, ſed forte dicam alibi, *Curt. ſen. conſ. 15. colum. 2. ver. & illa verba, Socin. iun. in conſ. 85. num. 21. volum 1. & alios multos citat Anto. Gabr. commu. opin. lib. 5. tit. de vſufruct. concluſ. 3. numero 11. Manti. de conject. vltim. volunt. lib. 9. tit. 7. num. 19. vbi allegat Bar. Bal. Ang. Anch. Ro. Imol. Caſtren. Aret. Alex. Capol. Picum, Socin. ſen. Curt. ſen. Socin. iun. Dec. Ruin. Gozad. Pariſ. Tiraquel. Nattam & Rolan. Simon. de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubit. 10. num. 60. vbi multas recitat formulas dicti legati, Caualca. de vſufruct. mulie. relict. num. 42.* vbi hanc quæſtionem miſcet cum ea, an vſusfructus legatum vxori factum, donec morata fuerit cum filiis, extinguatur filiis mortuis. *Id quod facit etiam Dec. dicto conſ. 476. num. 3. vbi multos allegat, qui loquuntur in dictis terminis vt poteſt videri apud Anchar. Abba. & Alexan. quos ille citat.* Nobis autem non expedit nunc eam ingredi controuerſiam, poſtquam ſuo loco, DEO dante, eam alibi pertractabimus.

Dura tamen videtur hæc ſublimitatio, quæ vult, quod legatum vſusfructus ſimpliciter relicti reſtringatur ad alimenta, & non amplietur, quãdo eſt vnicum & mortuus eſt filius relicto pupillari ſubſtituto; nam ſupra in principio huius principalis limitationis diximus, quòd vbi filius inſtitutus decedit, & ei ſuccedit extraneus, tunc legatum, quod erat alimentorum, extenditur ad vſumfructum, ergo idem eſſe debet, quando ſuccedit pupillaris ſubſtitutus, quia is dicitur ſuccedere pupillo, non teſtatori. Quod autem mortuo filio ſiue ſubſtituto, ſed cum hærede extraneo vxor plenum debeat vſumfructum, tenent multi, quos ſuprà citaui, & Bal. *in l. 3. §. quid ergo, ff. de vſu & habit.* Quinimò etiam dato pupillari ſubſtituto, voluit Bal. *in conſ. 426. & ſequen. volum. 2.* quod vxor plenum conſequatur vſumfructum. Mouetur duplici ratione, Prima eſt, quod ex quo hæreditas ad extraneum peruenit, legatum debet præſtari ab hærede ex ſua perſona, & non debet conſiderari perſona filij, ſed hæredis, *l. ſi fundum, §. ſi pater. ff. de lega. 1.* Secunda eſt, quòd conſuetudo eſt in perſonã, & non in rem: proinde mortuis filiis ceſſat priuilegium, & remanet iuris communis diſpoſitio. Et ſubdit, quòd priuilegium filiis conceſſum à conſuetudine, non tranſit ad extraneos, & non obſtant rationes ſupra in contrarium allegatæ, & primo, quod ex quo legatum eſt vnicum, & habuit originem in perſona filij, non debet ab hærede aliter præſtari, quam deberetur à filio, ne eadem res diuerſo iure cenſeatur, quia ſupra demonſtrauimus rem

eandem

eandem posse diuerso iure censeri diuersis respectibus, vt potest videri in quarta principali limitatione, vbi ad id fundamentum multæ aliæ datæ fuerunt limitationes & responsiones. Non etiam obstat, quod legatum vsusfructus nõ censeatur repetitum à pupillari substituto, quia ea commutatio de alimentis in vsumfructum non fit vigore alicuius repetitionis, sed quia cessat consuetudo, & consuetudinis ratio, propter quam legatum vsusfructus restringitur ad alimenta, & quia mutatione personæ, mutatur priuilegium concessum personæ. Minus mouet, quod hæres nõ teneatur plus, quàm defunctus, quia hoc est verum, quando à principio debitum fuit taxatiuè restrictum, atque cũ ea restrictione, & taxatione in esse productum & contractũ. At in casu nostro filius inspecta verborum proprietate tenebatur ad vsumfructum integrum, sed ex consuetudine Bulgari ob singularem fauorem erga filios restrictum ad alimenta. Non ergo mirum, si mortuo filio hæres eius præstat legatum, prout importat verborum proprietas: filius enim iure communi attento tenebatur ad vsumfructum, sed ob priuilegium præstabat sola alimenta: finito autem priuilegio insurgit ius commune. Et eodem modo respondetur ad id, quod qualitas obligationis non debeat variari ex persona hæredum, quia intelligitur in obligatione, quæ proueniebat à iure communi: ea enim nõ variatur, sed ea, quæ fuit in priuilegium personæ concessa, variatur semper extincta persona. Hæc autem reductio alimentorum tanto facilius concedi debet, quanto est fauorabilior, quandoquidem fauorabilis est ea † interpretatio, per quã reducimur ad ius primæuum, *glos. singularis in c. statutum, in ver. numerandum, de præben. in 6. Butr. in c. olim tibi, de verbor. signif. Alex. in l. si constante, ff. solu. matr. Iaf. in l. si vnus. §. pactus ne peteret, ff. de pact. in Auth. quas actiones, C. de sacrosanct. eccl.* res † enim redit de facili ad naturam suã, *d. l. si vnus. §. pactus. c. ab exordio, distinct. 25.* sed primordio inspecto istud legatum importabat ò sumfructum, ergo postquam est restrictum ad alimenta fauorabilis erit reductio, si amplietur ad vsumfructum, vt dixi. Et non mouet, quod sit vnicum, ergo eodem modo intelligendum, quia dixi iam, quod variatur in qualitate & substantia, prout cessat ratio consuetudinis. Et hæc pars meo iudicio verior est, & disputando sustineri potest, sed opinio Bartoli in contrarium allegata est communis, & id negari non potest. Quod si ea communis teneatur, declarabitur opinio, quam supra posui in princ. principalis huius limitationis, quæ habet, quòd mortuo filio relicto extraneo hærede, vxor consequatur vsumfructũ, vt procedat, quando legatum est annuum, vt quia delictum sit sub temporum dinumeratione, videlicet, *donec, dum, quoad, quamdiu, vel aliter sub simili forma.* Secus, quando legatum esset † vnicum & simplex, per suprædicta. Et ita aduertit Picus *in d. §. Titia, num. 44. in fi. ver. ex quo infert, & num. 47. ver. ex quibus omnibus potest.* vbi in fine subdit, hoc esse notandum & quotidianum, & esse suam nouam inuentionem, quæ licet non probetur authoritate, probatur tamẽ fundamento ineuitabili. Est verum, quod idem Picus, *num. 94. in q. 23.* tenet contrarium, & vult, quod etiam quando vsusfructus est relictus, *donec, &c.* restringatur ad alimenta per iura allegata ab eo, quæ tamen opinio mihi non placet, vt paulò suprà deduxi.

Sextò, conclusio nostra principaliter limitatur, vt non procedat, quando bona per delictum filij in fiscum deuenirent. Eo enim casu, mater in bonis sic, vt supra cõfiscatis, habebit integrum vsumfructum, quia etsi fiscus succedat † loco hæredis, *secũdum gl. in l. inter eos, vbi Bar. in fi. ff. de fideiuss. Bal. in l. 3. C. ad leg. Falcid. in l. pen. §. 1. C. ad Trebell.* tamen habetur loco extranei hæredis, † non autem loco filij, *vt inquit Bal. in l. 1. colum. 1. C. de bon. lib.* & quòd sit loco extranei hæredis, ponit gl. *in l. non intelligitur. §. cum ex causa. vbi Bar. ff. de iure fisci, in l. si marito, in princ. ff. sol. matrim. Ro. in cons. 73. circa primum, Ruin. in cons. 24. num. 12. volum. 5. Crauet. in cons. 263. num. 7.* Ruin. qui ita in proposito † determinat *in cons. 26. num. 3. & seq. vol. 5.* vbi dicit, quod si vsusfructus relinquatur vxori, donec vixerit, vel per similia verba importantia multiplicitatem legatorũ, licet viuẽte filio consequatur solum alimenta, tamen filio defuncto habebit vfructum integrum, & distinguendo modo prædicto videtur innuere, quod sola consequatur alimenta casu, quo sit relictus fructus simpliciter per vnicum legatum. Mouetur ex prædicta Bartoli decisione, & ex eo, quod non transeunt in fisc ũ iura, quæ non possunt transire in extraneum, sed ante eum idem voluit Curt. sen. *in cons. 14. nobilis testator, per totum,* vbi pluribus confirmat, & distinguit modo prædicto, subdens, quod legatum dicitur annuum, † quando relinquitur ad vitam, vel quoad vixerit, vel quandiu nubet, vel toto tempore vitæ suæ, vel ea permanẽte in viduitate, vel singulis annis, vel ad decennium. *Picus in d. §. Titia. num. 47. ver. ex quibus omnibus. vbi transit cum prædicta distinctione, licèt aliud dicat in quæstio. 23. num. 91. Anto. Gab. d. lib. 5. in tit. de vsufruct. conclus. 3. num. 8.* vbi tamen loquitur simpliciter & indistinctè, sed intelligi debet secundum prædictam distinctionem, quando vsusfructus fuit relictus sub dinumeratione annorum, *Rolan. in cons. 74. num. 11. volum. 2. vbi indistinctè sequitur Ruinum in loco prædicto, prout etiam facit Caualca. de vsufruct. mulie. relict. num. 40. Simon de Pretis d. lib. 4. dubitatio, numero 60. in princip. & num. 62. in fi.* Et ratio est, quia per confiscationem fiscus succedit in ius filij deliquentis, & acquirit iura omnia actiua & passiua, † quæ filio competebant, *l. 2. C. ad leg. Iuliam, de vi publ. l. si ademptũ. C. de sent. pass. l. si vt proponis, C. de bon. damn. Castren. in cons. 441. num. 1. volum. 5. Aretin. in l. si quis mihi bona. §. seruus municipum. ff. de acquirenda hæredit. Bossius in tit. de pub. bon. num. 13. Socin. iun. in cons. 34. colum. 2. volum. 3. Peregri. Moder. in tracta. de iure fisci, lib. 5. num. 53. & sequen. vbi latè.* Filius autem, quãdo legatum erat vnicum, tenebatur solum ad alimenta, ergo & fiscus. At quãdo legatum est multiplex & annuum, tunc incipit deberi singulo anno, & ideo à fisco debetur vsusfructus non alimenta, & primo casu retinet originalem naturã, quam habebat, quando incipit deberi.

Sed vt

Sed vt dixi, mihi nullo modo placet distinctio prædicta, quia consuetudo speciali filiorum fauore introducta non debet prodesse fisco, sicuti nec etiam prodest extraneo, vt tetigi suprà in fiscum licet transeant omnia iura condemnati confiscatione mediante, tamen non transeunt iura perso-
201 nalia, † prout est ius alimenta recipiendi, *secundum Alber. in tracta. statuto. in tertia part. quæstio. 11. Salic. in dicta l. si ademptis, Nellus in 1. part. 2. tempor. quæstio. 36. & 48. Caualc. in tracta. prædicto, num. 238. & dixi latè inter alimentorum priuilegia*, sicuti personale ius non transit
202 † ad hæredem. *l. 1. vbi Doctores. ff. de mand princip. Dec. in l. in omnibus casibus id obseruatur, ff. de reg. iuris.* ita non
203 † transit in fiscum, *glos. in l. 1. C. de bon. liber. vbi Castr. declarat*, & per eam inquit Alciat *in cons. 67. libro 9.* quod ius liberorum, ex quo est personale, non transit in fiscum, *Bossius in tit. de publica. bonor. num. 37. Peregrin. in d. tracta. de priuileg. fisci, lib. 5. num. 97.* vbi infert ad conditiones adiectas legitimè, quas si filius non impugnauit, non etiam impugnabit fiscus, & ad ius abstinendi quòd etsi filio concessum sit, non tamen competit fisco, & ad alia, quæ apud eum videri poterunt, & quamuis sit vnicum, & originem habuerit ab alimentis in persona filij, non tamen impeditur, quo minus vertatur in alimenta, & reassumat naturam suam, quando filij fauor cessat. Imò si ea conuersio fieret solum, quando legatum est multiplex, & annuum, nihil esset specialitatis erga filium, & absurdum esset, quod personale priuilegium non extinguatur cum persona, & diceretur, non esse personale per iura prædicta. Et declaraui suprà, quod eadem res, & idem legatum diuerso iure potest censeri diuersis respectibus, & diuerso tempore, & propter diuersitatem rationis.

Septimò principaliter nostra conclusio limita-
204 tur, vt non procedat, quando † vxori vsusfructus foret relictus cum filio, quia tunc non restringitur ad alimenta, sed vxor plenum consequitur v-
205 sumfructum dimidiæ partis bonorum, *ita Decius in cons. 454. num. 3. & 4.* vbi dicit, legatum esse coniunctim factum, quia paria sunt dicere, *lego Titio cum Mæuio*, vel *lego Titio & Mæuio*, & vtroque casu † æqualis est diuisio, *l. Titia textori, §. nihil differt. ff. de leg. 1. l. si quis Titio, in fi. ff. de vsufruct. accrescen. l. illi cum Titio. ff. de vsufruct. accrescen. notatur in l. fina. C. de impub. & aliis substit. eandem conclusionem sequitur Natta in cons. 297. num. 1.* vbi subdit, quod si filij essent plures, habebunt solum dimidiam, & vxor aliam dimidiam, quia plures coniuncti copulatiuè habentur loco vnius, *idem probauit Caualca. in dicto tracta. de vsufruct. num. 54. sed ante eos idem voluit Castren. cons. 218. volum. 1. & Picus dicto §. Titia, numero 31. & sequen.* Aduertendum tamen, quia Decius loco prædicto non mouetur ob coniunctionem filij cum vxore in legato vsusfructus, sed quia voluntas testatoris erat ex aliis clara: reliquit enim vsumfructum integrum, quando filia nollet habitare cum vxore, & habitando reliquit vxori vsumfructum cum filia, quæ diuersitas cõditionis & dispositionis demonstrat, testatorem sensisse de vero vsufructu de alimentis. Natta verò loquitur, quando instituti sunt extranei non filij, quo casu diximus supra legatum non restringi ad alimenta, & licèt vterque prædictorum Doctorum vtatur ea ratione, quod legatum videatur coniunctim factum, & cuique pro dimidia, ex hoc tamen non infertur, quod proportione vxoris non restringatur ad alimenta, sicuti quando instituitur extraneus cum filio. Pro sustinenda tamen diuisione dici posset, rationem esse, quia cum idem sit legatum duobus factum, debet eandem naturam sapere in vtroque, in eadem res diuerso iure censeatur, *l. eum qui ædes. ff. de*
206 *vsucapio.* & illa copula seu † coniunctio, *cum*, copulat æqualiter, *l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis, l. 3. §. si quis ita. ff. de eo, quod certo loco, dicta l. si quis Titio. ff. de vsufruct. accrescen. Dec. in cons. 236. num. 3. Ripa in cap. ex parte, num. 42. de rescript. Natta in cons. 582. num. 19.*
207 *decis. Pedem. 81. num. 1.* Imò æque principaliter, † *vt probatur secundum glos. in cap. querelam, vbi Abb. de simon. Felin. in cap. quanto, il primo, de iudic.* præcipuè quando duo copulantur per dictionem, *cum*: Nam etsi in feudo concesso pro masculis & fœminis non censeantur fœminæ vocatæ eodem tempore cum ma-
208 sculis, sed ordine successiuo, † masculis scilicet deficientibus, *secundum Baldum in l. quoties, num. 5. C. de suis & legit. communem dicit Paris. cons. 12. num. 33. volum. 1. Clarus de feud. quæstio. 73. ver. item quæro, Caphal. in consilio 152. num. 69.*

Tamen aliud est, quando concessio fit pro masculis cum fœminis, quia tũ eodem tempore fœ-
209 minæ † succedunt cum masculis, *vt voluit Baldus loco prædicto, & ita tenent omnes, vt inquit Iason in l. Gallus. §. quidam rectè, num. 37. ff. de libe. & posthu. Paris. dicto consilio 12. numero 17. Crotus consilio 27. numero 3. Clar. in loco præallegato, Rolandus in consilio 84. numero 10. volumine 4. Cremen. sing. 70. Paris de Put. de feud. reinteg. cap. 109. cum multis similibus.*

Magis enim enixè coniungit copula *cum*, quàm copula *&*, vt ex ea diuisione potest dignosci, & na-
210 tura copulæ † est coniungere vniformiter, *l. Seiæ, §. Caiæ, vbi Bartolus notat. ff. de fun. instruct.* & sic in vno
211 copulatorum habetur pro repetita qualitas, † quæ reperitur in altero siue præcedenti, siue subsequenti, *vt inquit glos. in l. si sic. ff. de seruit. amitt. & illam glos. commendat Iason in l. fina. C. de succesio. edict.* & per eam inquit Bartolus, quòd si testator relinquat alicui partem fructuum certi fundi, & viginti, quòd sicuti pars † fructuum debetur, quando colliguntur; & non ante, *l. Firmio. §. pater. ff. quando dies lega. ced.* ita eo tempore, & nõ ante debebuntur viginti, *Felinus latè in cap. ex parte, in quinta fallent. de rescrip. vbi Ripa alios citat, num. 4. Iaf. in l. qui hoc anno, colum. fina. ff. de verbor. oblig. Enerar. loco 50. & natura copulæ, colum. 2. ver. secundo istud argumentum, Socin. iun. in*
212 *cons. 160. colum. 2. volum. 2.* in filio autem certum est, quod legatum vsusfructus non restringitur ad alimenta, ergo nec in vxore cui copulatiuè cum filio fuit relictum.

Et ego credo hanc decisionem esse veram, quia hoc casu cessant omnes rationes, quibus inducta est consuetudo Bulgari, id est, fauor filiorum, & coniectura affectionis testatoris erga eos, per quas rationes diximus consuetudinem extendi ad casus non

sus non expressos, & restringi ad expressos. Nam cum hoc casu vxor habeat solam vsusfructus dimidiam, non subest timor, quod filij fame pereant, vel cogantur mendicare, nec potest pater argui impietatis, cum filius habeat dimidiã vsusfructus, Et iam dixi in tertia principali limitatione præsentis conclusionis, ver. *& procedit sine dubio*, quod vbi vel certarum rerum, vel quota bonorum vsusfructus relinquitur, tunc legatum non restringitur ad alimenta. Erit ergo vera præsens limitatio, sed non per rationes adductas à Doctoribus, verum per alias.

Ampliatur hæc limitatio, vt non solum vxor hoc casu habeat dimidiam integram vsusfructus, sed etiam totũ consequatur vsumfructum, per tex. *in l. planè. §. si duob. ff. de leg. 1.* vbi dicitur, quod si testa-
213 tor aliquid relinquit hæredi, & † tertio, totum illud tertio accrescit: & ratio est, quia hæredi à seipso legari potest, *l. legatum. §. 1. ff. de leg. 1.* nec hæres potest portionem sibi legatam consequi iure hæreditario, quia testator legãdo illam rem exemit de corpore hæreditatis. Cum vero illam hæres cõsequatur, remanebit collegatario per ius accrescendi, vel non decrescendi. Nam hoc casu vxor cum hæ-
214 rede dicuntur coniuncti † verbis. *l. Titia textores. §. fina. ff. de lega. 1. §. si quis Titio, in fi. ff. de vsufruct. accresc.* Imo dicũtur etiam coniuncti re, quia etsi vsusfructus sit duobus relictus, tamen cuilibet dicitur in
215 solidum † relictus, *vt per glos. & Bal. in l. 1. ff. de vsufruct. accresc. glos. & Bal. in l. si duobus. §. si. ff. de leg. 1. cum multis similibus*, & hoc casu non potest hæres vti retentione, quia legato vsufructu dominium transit recta via in legatarium, *gl. & Doctores in l. corruptionem, C. de vsufruct.* Ideo hæres non magis habet ius retentionis, quàm si alia res sit legata, *ita declarat Imola in l. huiusmodi. §. si Titio & Mœuio, vbi eum sequitur Iason, nu-*
216 *me. 16. ff. de leg. 1.* Et in terminis † Iason ibi decidit casum nostrum, quod legatarius consequitur totum vsumfructum, & post eum idem voluit Ruin. qui tamen de Ias. mentionem nõ facit, *in cons. 39. num. 7. & 8. volum. 2. Zanch. in §. cum ita. par. 5. num. 5. ff. ad Trebel. idem tenuit Alex. in d. l. si Titio, num. 3.*

Sed in contrarium videtur text. *in l. si quis Titio. ff. de vsufruct. accres.* vbi si testator legat Titio & hæredibus suis vsumfructum, hæres habet suam dimidiam, & concurrit cum legatario, & dicit Bart. *in d. l. huiusmodi. §. Titio, colum. 2. versic. ex hoc apparet*, quod hoc ideo est, quia apud hæredem remanet ius dominij, atque ita ius vsusfructus causalis, & ideo potest retentione sibi consulere. *Et eum sequitur ibi Ang. & Florian. & in hanc partem videtur inclinare Caualcan. de vsufruct. mulier. relic. num. 54. circa finem, Castr. & Picus supra allegati in princ. limitationis.*

In hac autem quæstione nonnulla sunt, ad quæ necesse est animaduertere. Primò, quod respectu retentionis non videtur constituenda esse differentia inter vsumfructum, & aliam rem legatam: quandoquidem licet vtroque casu dominiũ transeat recta via in legatarium, tamen semper legatum capi debet de manu hæredis, & punitur legatarius, qui apprehendit propria authoritate, *l. non dubium, C. de legat.* Quapropter si hæres habet & possidet, non minus retinebit rem quamlibet, quam vsumfructum; cum retentionis ius solum resideat in dominio rei, quàm ex detentatione. Hinc vide-
217 mus, quod res in solutum data, † sed nulliter, retineri potest, dum persoluitur sibi debitum, *vt est tex. in l. si non sortem, §. si centum, vbi Bart. & alij notant. ff. de condict. indeb. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. actio. l. si cum aurum. ff. de solutio. Salic. in l. fi. C. commoda.* Quæ ratio retentionis qua vtitur Bartolus, non mihi placet, cum idem ius competat hæredi in quacunque alia re legata, & tamen in alia re vult Barto. quod hæres non faciat partem per concursum.

Secundo est aduertendum quòd non videtur mihi vera illa conclusio, quòd testator legando exemerit eam rem, de corpore hæreditatis, nam illud posset procedere, quando haberet effectum, at si non sortitur effectum, vt quia legatarius repudiet, vel efficiatur caducum, vel alia ex causa non acquiratur legatario, tunc certum est, quod
218 hæredi acquiritur iure † hæreditario, *vt probatur in l. vnica, C. de caduc. tollen.* Item, quoad effectum retentionis verum est, quod legata videntur exempta de corpore hæreditatis, at non quoad hoc ne legata dicantur etiam de corpore hæreditatis, & in ea includantur, quinimò vbi hæres quis constituitur in omnibus aliis bonis, & ita quando legata viden-
219 tur expresse exclusa, adhuc † res legatæ continentur sub ea institutione, *secundum Bar. in l. certarum, in princ. ff. de testam. milit. Bal. Ang. & Imola, in l. si ita quis hæres instituatur excepto fundo. ff. de hæred instit. Castrens. & & Alexan. in l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Trebell. declarat Rum. in cons. 130. num. 11. volum. 3. alios plures citat addit. Zanch. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, in 5. parte, num. 19. ver. tertiam prorsus.* Et licet aliqui per eum citati teneant contrarium, quibus addi potest Corneus *in cons. 5. colum. 3. ver. idem etiam demonstratur, volum. 1.* tamen hæc pars videtur verior; nam ad quid introductum esset, quod legatum sit de manu hæredis capiendum. Etsi dicatur ideo factum, quia hæres possidet: respondeo, quare introductum est, quod hæres vendicet omnia bona dictæ hæreditatis, vel in eorum possessionem mittatur, etiamsi alia sint legata. Concludo igitur eam rationem, quod legata sint exempta de corpore hæreditatis, & ita hæredem aspirare non posse ad vsumfructum sibi cum Titio legatum, esse falsam, & consequenter aliter est respondendum, quare hæres non capiat vti hæres. Et augetur difficultas, nam hæres videtur duplici fungi persona, hæredis scilicet, & legatarij, proinde si tanquam legatarius non capit, ex quo à seipso legari sibi non potuit, saltem debet capere vt hæres, perinde, ac si esset vulgariter sub-
220 stitutus: nam † substitutus vulgaris excludit ius accrescendi, *l. 2. §. si duo, ff. de bon. possess. secundum tab. l. vnica, §. in primo, & §. pro secundo, C. de caduc. tollen. Bart. in l. re coniuncti, num. 3. & ibi Ias. num. 154. Ripa, num. 124. & sequen. ff. de lega. 3. Ruin. in cons. 28. num. 5. volum. 2. Gozadin. in cons. 21. num. 15. Natta in cons. 306. Cæphal. 16. num. 48. Gomez. de testam. cap. 10. num. 39. Manti. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 10. num. 17.* Vera autem ratio est, quia etsi extet hæres, ad quem legatum inutiliter relictum posset peruenire, tamen coniunctus illum excludit,

excludit, *vt est text. expressus in dicta l. vnica, §. pro secundo verò. C. de caduc. tollen.* vbi dicitur, quod legata caduca remanent apud hæredem, nisi extet substitutus, vel coniunctus, qui antecedat. In casu autem nostro extat collegatarius coniunctus, atque ita non ideo hæres excluditur, quia legata sint exempta de corpore hæreditatis, sed quia coniunctus præfertur hæredi.

Tertiò est aduertendum, quòd prædicti omnes Doctores & iura, quæ allegant, loquuntur in hærede extraneo, non autem in filio, & ideo si vera esset opinio, quod vxor consequatur totum vsumfructum, posset dubitari de veritate principalis limitationis, quam diximus sola ratione sustineri, quod scilicet stante relicto solius medietatis, cessat ratio consuetudinis: at si integrum vsumfructum consequeretur, vigeret ratio consuetudinis. Pro resolutione ergo principalis quæstionis dicendum est, vxorem regulariter consequi totum vsumfructum, quando relinquitur vsufructuaria cum filiis hæredibus: & quod dictum est in principio limitationis, procedit, quando solum est quæstio, an vsusfructus restringatur ad alimenta. Cum enim disputamus de vno, cætera omnia supponuntur habilia. *§. in extraneis, Institut. de hæred. qual. & differ.* secus, si dubium etiam sit, an totum, vel partem habeat.

Etsi dicatur, quibus in casibus habeat locum ius accrescendi relicto alicui vsufructu cum hæredibus: dico duos casus † notari ab Ang. *in cons. 294. incipien. punctus, testator.* vbi dicit, hæredem consequi suam partem vsusfructus, quando legata sunt repetita à venientibus ab intestato vel quando in testamento extat clausula codicillaris, *sequitur Iason in dicta l. planè, §. si duobus, num. 6. ff. de leg. 1.* & in summa, tunc semper hæres consequitur portionem vsusfructus, quando hæredi potest à seipso legari, qui casus in locis ordinariis recitantur à Doctoribus. Est & alius casus, quando scilicet vni relinquitur nuda proprietas & vsusfructus alicui cum hærede, *vti declarat Bal. in l. vnica, §. vbi autem, colum. 1. C. de caduc. tollen.* Sed hic casus procedit in vsufructu certæ rei, in quo non verificatur quæstio nostra. Et Baldus ibi tractando de intellectu, *l. si quis Titio. ff. de vsufruct. accrescen.* dicit posse procedere, intelligendo de hærede legatarij, ex quo viuentis † non datur hæreditas, *l. 1. ff. de hæred. vel actio. vend. l. qui superstitis. ff. de acquirenda hæredita.* sed melius sentit Baldus. Nam vsusfructus potest alicui, & hæredi † suo relinqui, vt probatur *in l. sicut in annos, §. primo, ff. quibus mod. vsusfruct. amitta.* Benè fateor, quòd non dicitur idem vsusfructus, † sed diuersus, *l. stipulatio ista, §. si quis ita stipulatus. ff. de verborum obligationib.* vbi loquitur etiam, quando quis vsumfructum stipulatur pro se & hæredibus. Et subdit Bartolus ibi, quod hæres agit tanquam ex noua vsusfructus institutione, quia dicit Baldus *in l. vnica, §. excepto. C. de cadu.* quod hæres necesse habebit nouam præstare cautionem de vtendo & fruendo, *sequitur Iason in dicta l. re coniuncti, num. 123. ff. de legat. tertio.* Poterit etiam principalis nostra conclusio verificari, quando ex multis filiis hæredibus scriptis, vsusfructus est vxori relictus cum vno ipsorum tantum: tunc enim, quia legatum potest præstari ab aliis hæredibus, cessaret dubitatio. Et si vera est limitatio Ange. *in dicto consilio 94.* semper erit locus principali limitationi, quia dicta notarij in testamentis, ponunt clausulam codicillarem, & æquiualentem clausulam, omni meliori modo.

Octauò principaliter limita conclusionem, vt non procedat, quãdo testator probaretur voluisse, nam eius voluntas, † est lex. *§. disponat, in Authen. de nupt.* & totum facit in vltimis voluntatibus. *l. conditionibus, primum locum, ff. de condit. & demonstr.* & semper dominatur *l. cum quæstio, in fine, C. de legat.* & consuetudo Bulgari fundatur super coniecturata ipsius testatoris voluntate, vt dictum est. Ideò quando veritas in contrarium probatur, cessat coniectura, *l. continuus, §. cum ita. ff. de verborum obligationibus.* & coniectura, sicut etiam præscriptio, cedit veritati. Et ita in † proposito tenet Castr. *in cons. 218. colum. 1. volum. 1. Socinus senior in cons. 1. num. 7. & sequenti, volum. 4. Alexan. in cons. 56. volum. 3. Dec. in cons. 454. in princ. Picus in dicta l. Titia, §. Titia, num. 35. in princ. ver. limita. 1. ff. de leg. 2.* vbi dicit, fauendo vxori cautelam esse, quod testator exprimat explicitè, velle, quod vsumfructum, non alimenta consequatur, *Gozad. in cons. 47. num. 3. vbi quod omnes ita tenent, Paris. latè in cons. 94. num. 36. & seq. & in cons. 97. num. 20. & sequen. volum. 2. vbi post alios ab eo citatos, dicit, non esse ab hac opinione recedendum in consulendo & iudicando, plures concordantes ponit Caualca. in tract. de vsufruct. mulie. reli. num. 61. limit. 18. Gabriel. commun. opin. lib. 5. tit. de vsufruct. concluf. 2. num. 37. Mantica de coniect. vlti. volunt. lib. 9. tit. 7. num. 70. Simon de Pret. de interpret. vlti. volunt. lib. 4. dubit. decima, num. 65.* Et quando testator dicit explicitè, quòd consequatur vxor vsumfructum & legatum, non restringatur ad alimenta, vel non habeat locum Bulgari consuetudo, vel similia verba, res caret dubitatione, quia omnes admittunt cõsuetudinem cessare, & nemo est, qui contradicat, vt per eos in locis prædictis.

Sed fortius volunt Doctores, quòd eodem modo cesset prædicta interpretatio, quando contraria testatoris voluntas colligi posset ex † coniecturis, non autem per expressa verba, *ita Castr. Socin. Paris. & alij supracitati, Crau. in cons. 32. num. 2. Mantica, Simon & alij.*

Huius autem tacitæ voluntatis multa passim ponuntur exempla, sed illud est præcipuum, quãdo testator relinquit plenum & integrum vsumfructum † bonorum, *Corn. in cons. 3. colum. fina. ver. & copula, volum. 2.* vbi ait, non dicit plenum vsumfructum, quando restringitur ad alimenta, *Decius in consilio 418. numero 1. & in consilio 490. numero 9. Gozad. in consilio 47. numero 5. Grat. in consilio 117. numero 8. Gabriel. dicta conclus. 2. num. 46. Caualcan. in dicto tracta. numero 49. Mantica & Simon de Pretis, quos citaui in cons. 218. numero 10.* in quo consilio idem sustinui importare alia verba, per quæ relinquit liberum vsumfructum, vel integrum, vel etiam † francum, vt cõtigit in eo casu, in quo secundum meam sententiam iudicauit excellentissimus Senatus Montisferra-

tisferrati. Et pro confirmatione faciunt quæ ponit Alexan. *in conſ. 5. colum. penult. volum. 3.* vbi tenet
230 ſtante ſtatuto, quod maritus lucretur † dotem, maritum videri renunciaſſe illi lucro, quãdo promittit totam, vel integram dotem reſtituere. Sequitur Rolan. qui latè agit, *in tracta. de lucro dot. quæſtio. 39. per totam*, facit etiam, quod voluit gloſ. *in l. decem, ff. de fideicom. liber.* per quam dicunt Doctores, quòd teſtator videtur Trebellianicæ detractio-
231 nem prohibuiſſe † quando mandauit totam, vel integram hæreditatem reſtitui. Et eam gloſ. dicit Ange. ibi eſſe ſingularem, idem dicit Bal. *in Authen. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falci. Alexan. in conſ. 201. colum. 1. volum. 6. Ang. Imo Alexan. Aret. Claud & Iaſ. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupilla. Clar. de teſtam. quæſt. 62. ver. ſed nunquid, Duran. de arte teſtan. titu. de ſubſtitu. qui eſt quinta, caut. 31. num. 3. & ſeq. Ant. Gabr. commun. opin. lib. 4. tit. ad Trebellia. concluſ. 6. Ripa in l. 1. §. ſed & quoties, num. 5. ff. ad Trebellia. Cravet. in conſ. 174. num. 1. Rolan. in tract. de conuectio. inuentar. §. ſtante igitur, per totum, folio mihi 229. Bello. in conſ. 64. num. 2.* Et ratio eſt, quia illa verba, *totum, integrum, liberum, plenum, francum, pleno iure, & ſimilia*, eſſent penitus otioſa, & nihil operarentur, ſi vſusfructus reſtringeretur ad alimenta; etſi id voluiſſe teſtator, non fuiſſet opus addere alia verba magis expreſſiua ſuæ voluntatis. Facit etiam, quia conſuetudo, vt ſæpe in propoſito dixi, tantum habet de potentia, quantum de vſu, ideo inducta in eo caſu, quando vxor relinquitur ſimpliciter vſufructuaria, non debet extendi ad alium, quando teſtator vult, quòd habeat plenum, vel integrum vſumfructum, quo vltimo caſu magis videtur voluntas teſtatoris reſiſtere conſuetudini, quàm vbi legatum eſt ſimplex.

Inter alias etiam coniecturas voluntatis teſta-
232 toris † ea eſt, quando filium inſtituit poſt mortem vxoris, *ſecundum Caſtrenſ. in conſ. 459. & 469. volum. 2.* cuius opinionem ſupra hac eadem quæſtione, circa primam limitationem, dixi procedere, ſiue vxor ſit hæres inſtitutain vſufructu, ſiue relicta ſit legataria, quia vtroque caſu conſtat maritum magis dilexiſſe vxorem, quàm filium, & ceſſat ea ratio affectionis, quæ conſiderat à conſuetudine.

Aliud item ponitur exemplum, quando teſtator inſtituit filium reſeruato vſufructu vxori, quia tunc voluntas eius patet, quod non voluit lega-
233 tum reſtringi † ad alimenta, *ita Socin. in conſ. 1. num. 11. ver. & ad hanc concluſionem. volum. 4. & idem voluit Socin. iunior, in conſ. 96. num. 1. ad fi. volum. 1. Simon d. lib. 4. dubita. 10. num. 66. & ſequen.* Et ratio eſt, quia perinde eſt quoad vſumfructũ, ac ſi filius non eſſet inſtitutus, quãdo ex illius inſtitutione exceptus fuit vſusfructus, at vbi non eſt inſtitutus filius, res eſt clara, *vt dictum eſt ſupra*: ergo idem quoque erit, quando inſtitutus eſt ſub illa reſeruatione. In hoc tamẽ poſſet dubitari, quia in inſtitutione includuntur omnia legata etiam, quando dictũ eſt, *in omnibus autẽ aliis bonis, &c.* vt ex Ruino & aliis ſupra oſtendi. Sed ibi declaraui procedere quoad hoc, ne excludantur ab hæreditate caſu, quo nõ habeant effectum; vbi autem ſortiuntur effectum, tunc perinde habentur, ac ſi non eſſent incluſa in hæreditate. Et pro hac parte Simon, *d. num. 67.* multa conſiderat, quæ apud eum videri poſſunt.

Idem eſt, quando dicit teſtator, quòd vxor poſſit de fructibus diſponere pro libito, vel quod poſſit illos liberè percipere, illis gaudere, vel illos ha-
234 beat † ſub ſua libera poteſtate. Tunc enim colligitur teſtatoris intentio, quòd integrum vſumfructum conſequatur vxor, non autem ſola alimenta, *ita declarat Alexan. in conſ. 214. num. 1. & ſeq. vol. 6. vbi ponit omnia dicta exempla, Socin. d. conſ. 1. num. 11. volum. 4. vbi, quando dixit teſtator, quòd poſſit de fructibus facere, diſponere, & alienare, prout ſibi placuerit, Corn. in conſ. 3. colum. penult. in fi. volum. 2. vbi, quando dictum eſt, quod poſſit facere & diſponere, quidquid vult*: quia ſi hæc verba reſtringerentur ad alimenta, vel præeminentiam, eſſent ſuperflua, & nihil operarentur, contra *l. ſi quando. ff. de leg. 1.* & ſubdit, quod ſuper dictis verbis nulla emanauit cõſuetudo, innuens, quod reſtringatur conſuetudo ad ſuos terminos, ſuper quibus emanauit, *Pariſ. in conſ. 97. num. 27. volum. 2. Goz. ad. in conſ. 47. num. 10. vol. 1. ſunt alia.* vbi dicit, quòd ea verba non conueniunt legato alimentorum, vel ſimplicis vſus, ſed legato vſusfructus, qui ius eſt vtendi & fruendi ſalua rerum ſubſtantia, *l. 1. ff. de vſufruct. Gabriel. dicto lib. 5. tit. de vſufruct. concluſ. 2. num. 47. Mantica, d. lib. 9. tit. 7. num. 26. Simon, d. l 4. dubit. 10. num. 66. addit. 3. ad conſ. 454. Dec. Alcia. conſ. 286. colum. 2.* vbi alium ponit caſum, hoc tamen intelligit Mantica, loco prædicto non habere locum, quando dicta verba reſpicientia fructuum diſpoſitionem eſſent appoſita propter aliud, quam, puta, quia relicta fuiſſet ſimplex adminiſtratio bonorũ, vel tutela, & in cõſequentiam dictum eſſet, quòd poſſit fructus percipere, & de illis pro libito diſponere, quia acceſſoria ſequuntur naturã principalis, & ſecũdum illam intelliguntur. *allegat Rimin. Ruin. Cravet. & Socin. iun.* Verſetur ergo plurimum circa iudicis arbitrium ea cognitio, proinde vix dari poteſt certa regula.

Non etiã reſtringitur ad alimenta, quando prę-
ter legatum vſusfructus teſtator dicit, quod vxor
235 poſſit vti & frui † bonis, hæc. n. verba conueniunt vſufructui qui, vt dixi ſupra, eſt ius vtendi & fruendi, *d. l. 1. ff. de vſufruct. ita tenet poſt Iac. Beluiſ. & Bal. Franc. Cremenſ. in conſ. 5. vol. 4. inter conſ. Socin. Goz. ad. d. conſ. 47. num. 11.* vbi tamen loquitur, quando vltra facultatem vtendi & fruendi, teſtator prohibet vxorem moleſtari, de quo dicemus infrà, *Mantica, d. tit. 7. nume. 28.* Hæc deciſio ſuſtineri poteſt propter vim geminationis, quæ ſolet demonſtrare magis enixam diſponentis voluntatem, *l. Baliſta, ff. ad Trebell.* Cum enim relinquitur vſufructuaria cũ poteſtate vtendi & fruendi, poſteriora verba eſſent otioſa, ſi fieret deſtrictio ad alimenta, alias nihil magis operatur facultas vtendi, quàm relictũ vſusfructus. Proinde ſicuti legatum vſusfructus reducitur ad alimenta, & præeminentiam, ita deberet reſtringi conceſſio vtendi & fruendi, vt ſc. intelligatur quatenus feret alimentorum neceſſitas, poſſit capere de fructibus bonorum. Verum, vt dixi, ea geminatio debet aliquid operari.

Pari modo plenus & integer vſusfructus videtur
236 relictus, quando teſtator mandat vxorem † non moleſta-

molestari à suis hæredibus, *ita Gozad. in dicto cons. 47. num. 11. vbi allegat Iac. Beluis. Bal. & alios supracitatos*, qui tamen, vt proxime dixi, loquuntur in aliis terminis, cũ scilicet plura alia concurrunt, vt quod possit vti frui, vel quod fructus percipiat, *Paris. in cõs. 94. num. 37. & cons. 97. num. 27. vol. 2. vbi allegat Soc. & Corn.* Loquitur tamen, quando alia concurrunt verba, vt per eos videri potest, *Benintend. decis. Bonon. 98. numero 1. ver. tertia quia, Caualcan. de vsufruct. mulie. relict. num. 56. Simon d. l. 4. dubit. 10. num. 70. in fi.* Hæc opinio patitur difficultatem, quando alia verba non adduntur. Nam intelligi potest prohibita molestia, quatenus capit fructus pro alimẽtis. Præterea hæc
237 clausula est necessaria, & nõ debet alterare † principalem dispositionem, *Clem. 1. de præben. Alex. in l. qui Romæ, §. duo fratres. vbi Ripa, num. 45. ff. de verb. oblig. Felin. in c. licet, de offic. ordin. Dec. in l. non omnis, in princ. num. 11. ff. si cert. pet.* & coniecturæ, per quas recedimus ab ea
238 consuetudine, debent esse † concludentes, non autem leues, *vt dicunt Modern. Gallt ad Dec. d. cons. 454.*

Non etiam restringitur ad alimenta relictum vsusfructus, quando testator liberat vxorem ab o-
239 nere † reddendi rationem, quia hæc verba nõ conueniunt legato alimentorum. Ita determinat Dec. *in cons. 554. num. 5. ver. & in casu isto.* vbi dicit, hanc videri intentionem testatoris, & idem voluit Corne. *in cons. 3. col. 1. in fi. volum. 2.* vbi loquitur, quando testator mandat, quòd nemo possit rationem admi- 242
nistrationis requirere. Est verum, quòd in suo casu extant alia verba plus importantia, & præcipuè quòd posset disponere de fructibus. *Paris. in cons. 97. volum. 2. vbi allegat Bal. idem probauit Socin. iun. in cons. 88. num. 6. volum. 1.* Sed contrarium voluit Socin. iun. *in cons. 74. num. 12. in fi. cons. 13. volum. 4.* vbi mouetur, quia cum vsufructuaria faciat fructus suos, non tenetur de eis rationem alicui reddere, propterea liberatio non pertinet ad vsumfructum; & infert, quod legato vsufructu cum simili liberatione venit potius quædam administratio, ex quo soli administrationi adaptari potest liberatio: & mouetur, quia ex qualitate adiuncti mutatur, & alteratur legatum, *l. Proculus, ff. de vsufruct.* Eandem sententiam approbauit Paris. *in cons. 2. num. 16. volum. 2.* vbi dicit, quod si diceremus importari vsumfructum, ea liberatio seruiret de vento, quia vsufructuarius non tenetur reddere rationem, *Ruin. in cons. 17 num 13. ver. & per eandem rationem.* Vbi ex hac ratione mouetur ad demonstrandum, quod vsusfuctus non fuerit relictus, quia frustra fuisset liberata ab onere reddendæ rationis, quod vsufructuariæ non incumbebat, *Crau. in cons. 32. num. 2. ver. quinmo.* vbi infert, quod legatum eiusmodi, neque vsumfructum importat, neque alimenta, sed administrationem, *di-* 243
cto lib. 9. tit. 7. num. 26. vbi resoluit hanc opinionem procedere, quãdo ex contextu eiusdem testamenti posset apparere, quod testator relinquit administrationem, puta cum relinquit tutorem, vel exequutorem, vel quid aliud, cui potest liberatio applicari. Et sanè Socinus iunior *in d. cons. 88. num. 6.* declarat, quomodo liberatio ab onere reddendi rationem possit vsufructuariæ conuenire. Tenetur enim salua rerum substantia, etsi in vsufructu malè versetur, tenetur rationem reddere proprietario.

Mihi quoque videtur primam opinionem esse veriorem, quando non præcedit titulus aliquis, cui possit firmiter conuenire liberatio prædicta. Nam secundum communem loquendi vsum, cum volumus significare, quod possit quis disponere pro libito voluntatis de aliqua re, dicimus quòd nemo possit illi petere rationem, vel ab eo exigere rationem. Verba autem intelligenda sunt secundum communem vsum loquendi. Sicuti igitur importarent vsumfructum, si dictum esset, quòd liberè disponat de fructibus, vel quod nemo ab ea exigat fructuum rationem, ita quando liberatur ab onere reddendi rationem, cum inspecto communi vsu loquendi, idem omnino significant hoc casu, sicuti in primò. Et quamuis etiam illa verba non conuenirent vsufructui inspecta illorum proprietate, cum tamen aliàs sint superflua, debent in-
240 telligi † quocunque modo quantumuis impropriò, *l. fundus. qui locatus, ff. de fundo instr. Rom. in l. 2. ver. in testatore, C. de succesſo. edicto.* Imò in testamentis in-
241 telliguntur impropriissimè, vt euitetur † superfluitas, *l. cum filio, vbi notat Cuma. ff. de leg. 3. Felyn. in c. 1. num. 14. in fi. de rescript. Curt. iun. in cons. 85. num. 4. latè Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 3. titu. 6. num. 1. & seq.* & semper verba impropriè intelliguntur, quando
242 propriè † non possint verificari, *l. quibus dieb. §. dominus, vbi Socin. num. 4. ff. de cond. & demonstr.* Licèt ergo vsufructuario non conueniat onus reddendi rationem, tamẽ postquam testator de illo fecit mentionem, intelligi debet de eo onere, quod magis potest conuenire, sed nullum magis, quàm hoc, quod modum seruet in vtendo & fruendo, ergo ab illo videtur liberatus, quando dictum est, *quòd non teneatur rationem reddere.* Præterea certum est, quod ea liberatio fuit apposita in fauorem vsufructuarij, & ad augendum legatum, ergo licèt non ita benè aptari possit, saltẽ debet operari, ne legatũ vsusfructus restringatur contra propriam naturam, & verborum proprietatem; & cum non possit conuenire legato alimentorum nullaque alia præcedat dispositio, cui possit applicari, præter vsumfructum, debet secundum illum intelligi, & per illum declarari; vna enim pars scripturæ declarat aliam, *l. vtrum, ff. de reb. dub.* & ratione adiuncti intelligitur dispositio, *d. l. Proculus. ff. de vsufruct.* & verbum vsufructuarius, non minus debet declarare liberationem adiectam, quam declarari debeat ab ipsa liberatione.

Similiter non restringitur ad alimenta, quando testator legat vsumfructum, & liberat ab onere
243 præstandi cautionem: quia cum vsufructuarius teneatur cauere, non autem alimentarius, ea liberatio demonstrat, quod voluit vsumfructum, non alimenta relinquere, *ita Socin. in cons. 131. num. 15. vol. 1. vbi ita tenet, & melius declarat Crot. in cons. 67. num. 17. & sequen.* vbi dicit, quod si restringeretur ad alimenta, illa liberatio esset superflua. Et subdit, quod ex signis cognoscitur, an legatum contineat vsumfructum, vel alimenta. *l. 1. §. 1. vbi Bart. ff. de superfic. l. insulam. ff. de præscript. verb. Paris. sequitur eandem conclusio-*

num, sed nihil allegat. in conſ.21.num.16.volum.2. Simon de Pret.d lib.4.dubit.10.num.70.in fi. Ratio eſt, quia talia
244 ſunt ſubiecta, † qualia ipſa prædicata demonſtrãt, *Oldrad.in conſ.60. Socin.in conſ.3.num.4.volum.4. Iaſon in l.ſtipulatio.§.hi qui,num.1.ff. de verbor.obligat. Neuza.in conſ.92.num.4. Bello.in conſ.49.num.3.* Præſtatio autem cautionis prædicatur de vſufructu, non de alimentis, quia alimentarius non tenetur cauere de vtendo & fruendo, ſed benè ad id tenetur vſufru-
245 ctuarius, † *l.vſufructu conſtituto. C.de vſufruct. Alexan.in conſ.58.num.6.& 7.vol.3. Feder.Senen.conſ.46. Iaſ.conſ.40. num.2.vol.1. Pinel.in l.1.par.2.num.75. C. de bon.matern. Rolan.in conſ.92.num.1.vol.1. cum pluribus ſimilibus.* Præterea illa liberatio eſſet omnino ſuperflua, quia, vt dictum eſt, alimentarius ad eam cautionem non tenetur, & non eſt credendum, quòd teſtator vo-
246 luerit † actum facere ſuperfluũ, *l ſi quando. ff. de leg.1.*

Contrarium tamen voluit Aret. *in conſ.40.colum. 1.& 2.* vbi loquitur in fortiori caſu, quando ſcilicet non ſolum liberauit ab onere cauendi, ſed etiam mandauit, quòd reſtitutio rerum fiat in eo ſtatu, in quo erunt finito vſufructu, & tamen vult, quod legatum non amplectatur plenum vſumfructum, ſed contineat quendam vſumfructum abuſiuum, id eſt, alimenta pinguia cum præeminentia. Percipit enim mulier alimenta propria authoritate ex fructibus, atque ita habet vſumfructum limitatum, vſque ad alimentorum quantitatem. Quinimo videtur præſupponere Aret. quòd vxor, quando legatum vſusfructus reſtringitur ad alimenta, teneatur cauere. Et quod voluit Socin. *in d.conſ.131. num.15.* non debet mouere, quia in eo caſu non dubitabatur, ſi vxor eſſet vſufructuaria, vel alimentaria, ſed an eſſet proprietaria. Et Socinus conſiderat liberationem ab onere cautionis, non tam vt dicatur vſufructuaria, quam ne dicatur proprietaria.

Prior tamen opinio, vti plures habet authores, ita verior eſt: nam in primis non eſt verum, quod vxor, cui alimenta relicta ſunt cum præeminentia,
247 † teneatur cauere, *vt probat Picus in d.§.Titia, num.139. ff.de leg.2.* & vbi etiam teneretur cauere, non tamen eſſet vſufructuaria, quia onus cauendi magis certe incumbit vſufructuario, quàm alimentario, & quælibet vrgens coniectura ſufficit, vt recedamus à conſuetudine, & accedamus ad ius commune, quare cum aliquid adiicitur à teſtatore, quod illius demonſtrat voluntatem magis enixam, quàm ſit ſimplex vſusfructus legatum, ſemper ab ea recedimus conſuetudine. Et contra Aret. etiam voluit etiam Picus, *in d.§.Titia, num.48.in fi.& num.49. Rota Bonon.deciſ.98.num.1.ver.4.dicitur meus.*

Item, non fit reſtrictio ad alimenta, quando
248 mandat teſtator, quod vxor ſuſtineat onera † hæreditaria, vel ſoluat æs alienum, *vt voluit Bertran. in conſ.36.num.1. & ſequen.volum.1.in 2.par.* vbi mouetur, quia ceſſat ratio conſuetudinis, ex quo vxor grauata, ad ſuſtinendum onera hæreditaria, tenetur alere filios, qui propterea non poſſunt fame perire, nec mendicare cogentur. *Idem voluit in conſ.57. num.2. & ſequen.eodem volum. & idem probauit Ruinus, in conſ.39.num.1.& 2, volum.2.* vbi loquitur, quando teſtator vſumfructum relinquit detractis debitis & legatis. Ea enim detractio fit ſolum, quando alicui relinquitur vſusfructus, quia æs alienum de vſufructu non ſoluitur, *l.vſufructu legato, vbi Caſtren. & Alexan. ff. ad leg. Falcid. eandem ſententiam ſequutus eſt Gabriel.commu.opi.lib.5.tit.de vſufruct.concluſ.2.num.45. eandem tenuit Mantica d.lib.9.tit.30.num.31.verſ.quartodecimo euidens.* Qui omnes tenent quod hoc caſu mulier integrum conſequatur vſumfructum. Ratio Bertran. nõ videtur concludere, quia etſi vxor cogatur ſubire onera hæreditaria, & conſequenter etiam onus alendi filios, tamen non per hoc ceſſant rationes conſuetudinis, quas conſiderat Aret. *d. conſ.40.* præcipuè, ſi cogantur filij alimenta petere de manu vſufructuariæ, propterea melior videtur ratio, quam idem Bertran. conſiderat *in conſ.57.* dum dicit, quòd ex quo teſtator grauat vxorem ad onera hæreditaria, non eſt veriſimile quod voluerit relinquere ſola alimenta. Ex qualitate enim oneris iniũcti cognoſcimus quid fuerit legatum, *argumentum d. l. Proculus. ff. de vſufruct. ponunt Doctores in l.ab eo. C. de fideicom. ratio verò quæritur Ruin. in d. conſ.39. volum.2.* non eſt bona, quia onus æris alieni non magis ſpectat ad vſufructuariam, quàm ad alimentariam. Nam etſi Bartolus *in l.fi. ff. de vſufruct.lega.* tenuerit, vſufructuarium obligatum eſſe ad ſolutionem æris alieni, tamen contra eum eſt
249 communis † opinio, vt volunt Doct. quod minuatur non ſolum vſusfructus, ſed etiam proprietas, *vt dixi ſupra ex Pico, in d.§.Titia, num.153.155.& 158. Didac. lib.2.variar.reſolut.c.2.per totũ. Duran.de arte teſtan.tit.6. caut.42. Rol.conſ.8.vol.2.* Eſt verũ, quòd per indirectum cedit damno vſufructuarij, quia eo modo minuitur ſibi vſusfructus. Si ergo reſtringeretur legatum ad alimenta, tunc legatum remaneret inutile, ſi teneretur legatarius ad æs alienum, proinde aliud dicendum. Hinc videmus, quod etſi re-
250 gulariter vſufructuarius, † teneatur ad collectam, quia eſt onus fructuum, *l. quæro, ff. de vſufruct. lega. l. apud Iulianum.§.hæres, ff. de lega.1. l.ſi pendentes, & l.hactenus, §.ſi quid locatori. ff. de vſufruct. Afflict. in deciſ.252. num.4. Capra in conſ.149.num.18. cum multis ſimilibus,* tamen fallit, quando onus collectæ æquaret valorem fructuum: tunc enim ne inutile ſit legatum,
251 proprietarius ſoluit † collectã, *vt voluit gloſ. in l. concubinam.§.qui hæres. ff. de leg.3. quam extollunt Din.& Bar. in l.hũ verbis.§.idem teſtator. ff. de leg.3. & ſecundum illam, inquit Ro.in ſing.157. ſe de facto obtinuiſſe Florentiæ in ardua quæſtione, Petraſan.in ſing.35. Afflict.d.deciſ.152.num.2. Iaſ. in l.ſi res, numero 10. ff. de legatis, 1. Natta in conſ.415. per totum.* Quod ſi legatum reddatur inutile, liberatur legatarius ab eo, quod ſibi incumbit ſecundum naturam legati, multo magis ob eandem rationem dimitti debet legatum in ſuis terminis, ne reddatur inutile.

Ceſſat item reſtrictio prædicta, quando in legato vſusfructus exciperetur victus & veſtitus filio-
252 rum, quia hoc caſu vxor † habebit integrum vſumfructum, *ſecundũ Betran. in conſ.639.vol.2.in fi.* vbi mouetur, quia reſeruatio filiorũ victu, ceſſat ratio cõſuetudinis, de qua per Aret. *d.conſ.40.* Præterea hoc caſu clarè reſurgit mens teſtatoris cũ filiis alimẽta

reſeruat

reseruat & excipit: exceptio enim declarat re-
253 gulam, † & confirmat in non exceptis, *l. nam quod liquidè, §. fina. ff. de penu. leg. l. quæsitum, ff. de fundo instru.* Etsi tota alimenta viderentur, vtique exceptio victus & vestitus in fauorem filiorum, non conue-
254 niret regulæ, ideo dicunt Lap. & Gemin. *in c. qui ad agendum, de procur. in 6.* quod exceptio ampliat † regulam, quando alias non esset de regula. Et idem est, quando exceptio esset, vt in hoc casu inutilis,
255 † quia tunc ampliat regulam, *Alexan. in l. fi. num. 4. ff. quod quisq; iur. Crot. in cons. 136. nu. 40. Ripa in l. 2. §. q. si in patris, nu. 13. ff. solu. matr.* Addo, quod ex quo dignoscitur testatorem sensisse de vsufructu, quando in eodem capitulo, cum voluit sola alimenta relinquere, id significauit, ideo vbi non dixit, non etiam videtur voluisse, *l. vnica, §. sin autem ad deficientis,*
256 *C. de caduc. tollen.* Item conclusio vnius, † est exclusio alterius, *l. cum prætor. ff. de iudic. in cap. nonne, de præsump.* Legando autem filius victum & vestitum, non vult, quòd habeant vsumfructum: quia, vt dixi supra, legatum vsusfructus includit alimenta. Quod ergo filiis non acquiritur, non debet adimi vxori per regulam, vt non amittatur, quod alteri non acquiritur.

Nono conclusio nostra posset principaliter limitari, vt non procedat, quando vsusfructus vxori non ex testamento, aut vltima voluntate, sed ex contractu deberetur, quia non videtur quod tunc sit locus consuetudini Bulgari. Consuetudo enim, vt suprà dixi, tantum habet de potentia, quantum
257 de actu, & est stricti iuris, & non extenditur † de casu ad casum, nec ei quicquam addi potest vltra solitam obseruantiam, *Bal. in cons. 275. in fi. volum. 2. Crauet. in cons. 30. num. 5. D. Becius cons. 96. num. 6.* Ideo licèt valeat consuetudo alienandi feudum in præiudicium † agnatorum interueniente consensu principis, *prout est in hac patria Montisferrati, Bald. in cons. 185. vol. 1. Dec. in cons. 586. colum. 1. Gozad. in cons. 26. num. 8. alios citat D. Becius in cons. 18. num. 9. Rolan. in cons. 2. num. 18. & sequen. volum. 1.* tamen multi tenent, quod ciusmodi consuetudo inducta per contractus inter viuos non extenditur ad alienationes, quæ fiant
259 † in testamento, vel per vltimas voluntates, *Ruinus cons. 108. num. 30. volum. 2. Natta in cons. 502. num. 38.* Imò licentia donandi feudum, non extenditur ad do-
260 nationem, quæ sit causa mortis, *Baldus in cap. Imperialem, colum, 5. in fine, de prohiben. feu. alien. per Feder. Socin. in cons. 19. num. 14. volum. 1. Curtius Iunior. in tract. feud. part. 4. reg. 2. quæstio 9. folio mihi 50. Paris. in cons. 18. num. 9. volum. 1. Neuiza. in cons. 9. num 24.* vbi post Roman. dicit, quòd facilius permittitur alienatio per contractum, quam per vltimam voluntatem, *Lofred. in consilio 7. num. 39. & cons. 9. num. 21.* Existimo tamen contrariam opinionem esse veriorem, & vsumfructum debitum vxori stantibus, filiis restringi ad alimēta, siue per contractum, siue per vltimam voluntatem fuerit debitus, quia vtroque casu subest ratio consuetudinis, id est, fauor filiorum, & dixi supra consuetudinem ex idētitate rationis, exten-
261 di de casu ad casum, & id probant † Gozad. *cons. 90. Natta in cons. 98. num. 23. post Innocen. & Felin. quos citat.* Et quod dictum est de consuetudine alienandi feudum, quod non extendatur ad alienationem, quæ fit per vltimam voluntatem, cōtradictiōnem patitur. Nam aduersum sententiam probauit Gozad. *in d. cons. 90. Bursat. in cons.... & alij*, quos omitto, & quicquid sit in alia consuetudine, ea de qua agimus, est anomala, tum quia inducta fuit à Bulgaro Cæsaris vicario, tum, quia annexam habet rationem, quod in aliis consuetudinibus non cōtingit, quæ solo vsu inducuntur nulla ratione suffragante, & vbi eadem subest ratio, rectè ducitur argu-
262 mentum à contractibus † ad vltimas voluntates, *l. fi. vbi Salicet. & alij, C. de legat. Institut. de lege Fusi. calni. tolen. vbi Ioan. Fab. Ioan. de Plat. & alij, Euerar. loco 17. columna 1.*

Finis Tituli Secundi.

TRACTATVS DE ALIMENTIS, PRÆCLARISSIMI IVRISCONSVLTI, DOMINI IOAN. PETRI SVRDI CASALENSIS.

TITVLVS III.

Alimenta debita, quomodo petantur.

SVMMARIVM.

1 Pater à filio, & filius à patre alimẽta petit officio Iudicis.
2 Lis esse potest inter patrem & filium, pro alimentis.
3 Obligari nemo potest sibipsi.
4 Pater & filius reputantur eadem personã.
5 Factum ipsum attendimus in alimentis, non autem iuris dispositionem.
6 Officium Iudicis succedit loco manus regiæ.
7 Officium Iudicis datur patri contra filium loco actionis.
8 Ratio non est bona, nisi sit generalis.
9 Ratio debet esse concludens & necessaria, vt sit bona.
10 Restitutio in integrum vt concedatur minori, requiritur causæ cognitio.
11 Obligatio non datur sine contractu vel quasi, delicto vel quasi.
12 Obligatio est mater actionis.
13 Debitum à natura peti potest iure actionis, quando proceditur ex æquo.
14 Alimenta debentur filio naturali quadam ratione non naturali obligatione.
15 Officium Iudicis deficiente actione datur vbicunque suggerit æquitas.
16 Officium Iudicis descendit ab æquitate tãquam à matre.
17 Officium competit ex mera æquitate.
18 Officium Iudicis præsupponit impropriam obligationem, non autem veram.
19 Officio Iudicis quod debetur, quasi debitum appellatur.
20 Condictio ex lege datur, quando æquitas est à lege approbata.
21 Condictio ex lege competit, quando lex noua introducit obligationem quæ non fuerat.
22 Condictio ex lege non semper datur, sed aliquando officium Iudicis, quando lex noua producit obligationem.
23 Vxor nomine viri, vel nomine proprio petit alimenta pro marito à socero.
24 Cum de vno disputamus, cætera supponuntur habilia.
25 Consequens qui vult, censetur velle omne antecedens necessarium.
26 Substantia si deficit, frustra agitur de qualitate, vel accidenti.
27 Auus petit à nepote alimenta Iudicis officio.
Nepos petit ab auo alimenta Iudicis officio.
28 Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.
29 Actio competit pro alimentis iure, & loco legitimæ debitis patri aut filio.
30 Subrogatũ sapit naturã eius, in cuius locum subrogatur.
31 Legitima petitur actione ex testamento, quando est relicta, vel condictione ex lege si non est relicta.
32 Legitimæ supplementum petitur condictione ex lege.
33 Legitima secundum aliquos petitione hæreditatis postulatur.
34 Actio subrogata assumit naturam illius, cui subrogatur.
35 Subrogatum sapit originalem, & primordialem naturam eius, in cuius locum subrogatur.
36 Legitima succedit loco alimentorum.
37 Quantitas alimentorum commensurari debet legitimæ, quando alimenta subrogantur loco legitimæ.
38 Alimẽta loco legitimæ debita transmittũtur ad hæredes.
39 Dos succedit loco legitimæ, quando propter illam statutum excludit filiam à successione.
40 Dos transmittitur ad hæredes filia decedente ante nuptias, quando succedit loco legitimæ.
41 Dos nullum recipit grauamen, quando legitimæ loco succedit.
42 Legitima non petitur, quando lex generaliter excluditur, secus in exclusione hominis.
43 Dos non succedit loco legitimæ, quando statutum filiam simpliciter & absolutè excludit.
44 Monachus sancti Francisci non facit partem in computatione legitimæ, nec numeratur in ea.
45 Dos non succedit loco legitimæ, quando statutum excludit filiam simpliciter, sed mandat eam dotari.
46 Dotis relictum continet tacitam conditionem, si nuptiæ sequantur.
47 Dos non transmittitur, nec filiæ faciunt partem, quando statutũ excludit filiã simpliciter & mandat dotari.
48 Compensandi animus non præsumitur, quando legatum fit sub vna qualitate, & debitum est sub alia.
49 Com-

49 Compensandi animus non præsumitur, quando legatur in tempus nuptiarum, & debitum est in aliud tēpus.
50 Conditio adiecta vni legato, censetur repetita in alio facto in eodem testamento.
51 Conditio adiecta vni legato non censetur repetita in alio, quando aliud continet diuersam conditionem.
52 Dos non succedit loco legitimæ, quando statutum vult dotem dari in tempus nuptiarum.
53 Expressi & taciti idem est iudicium.
54 Expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur.
55 Legatum dotis continet tacitam conditionem, si nubat.
56 Dos succedit loco legitimæ, quando statutum facit mentionem de legitima, puta dotetur vsque ad legitimam.
57 Dos succedit loco legitimæ, stante statuto exclusiuo fœminarum, quando extant coniecturæ.
58 Dos non succedit loco legitimæ, licet statutum respectu quantitatis velit eam commensurari legitimæ.
59 Inducta ad diminutionem, non debent operari augmentum.
60 Dos congrua dicitur, quæ non est minor legitima.
61 Dos succedit loco legitimæ, quando statutum mandat filiam congruè dotari.
62 Legitimæ loco subrogatur, quidquid sub nomine quotæ datur ex forma statuti.
63 Legitima est portio eius, quod ab intestato debetur.
64 Dos subrogatur loco legitimæ, quando statutum mandat quod sit tacita, & contenta, & plus non petat.
65 Dos petitur ante nuptias, & transmittitur, quando statutum iubet esse tacitam, & plus non petere.
66 Compensandi animus præsumitur, quando datur pro omni, & toto eo, quod petere posset.
67 Clausulæ, quòd nil vltra petat, vel quod sit contenta dote sibi datæ, æquipollent.
68 Compensatio extinguit ipso iure primam obligationem.
69 Compensatio est ficta solutio.
70 Nouans transfundit nouum debitum in aliud, vel vnam obligationem in aliam.
71 Nouans actio habet omnia priuilegia nouatæ.
72 Dos quando succedit loco alimentorum, suppleri debet vsque ad necessitatem alimentorum.
73 Dos succedit loco legitimæ, quando pater filiæ exclusæ relinquit aliquam portionem.
74 Filia statuto exclusa, si à patre instituatur cum onere restituendi, deducit suam legitimam.
75 Dos non succedit loco legitimæ, quando statutum filium excludit, siue dotata sit, siue non.
76 Actio competit pro alimentis, quando cum licentia Principis constituitur maioratus, facta secundogenitis prouisione.

QVÆSTIO PRIMA.

PARS hæc pertinet ad formam, & ordinem iudicij, inutilis autem foret omnium scientia, nisi modus innotesceret, quo debita nobis alimenta petamus, patri ergo à filio, & econ-
1 tra officio Iudicis alimenta † debentur, eoque iure peti debent. Id quod textus clarè explicat *in l. si quis à liberis, in princ. ff. de liber. agnoscen. vel aleu.* vbi notat glos. *in ver. cognoscat*, quæ allegat quoque *l. fina. §. ipsum autem. C. de bon. quæ liber. & l. nec filium. C. de patr. potesta. & totum titulum. C. de alen. liber. idem tenuerunt Bart. Alber. & alij in d. l. si quis à liberis, in princ. Bal. Castr. Salic. & Corn. in d. §. ipsum autem, & probatur eadem opinio in dicta l. si quis à liberis. §. si quis ex his, & tenuit Bar. in l. libertis. §. manumissis, num. 3. ff. de alimen. & cibar. lega. pro hac opinione Cordub. in d. l. si quis à liberis, in princ. num. 38. allegat Alexan. & Socin. qui tamen hoc non dicunt, & videri tamen poterunt Gozad. Curt. senior, Lambertin. & Riminal. ab eo citati, qui hoc tenent.* Pro eadem sententia est tex. *in c. cum haberet, vbi glos. Abb. & alij omnes, de eo, qui dux. in vxor. illam, quam pollu. per adulterium, Bart. in tracta. de alimen. num. 8. & ita tenere communiter scribentes inquit Molin. in tract. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 15. num. 70. Alciat. in cons. 338. num. 1.* Et ponunt Doctores omnes, qui tenent parentes à liberis, atque à parentibus liberos alendos esse, quos recensui *in titu. quib. & à quib. alimen. debeant.* Et quamuis Alciat. *in d.*
2 *cons. 338.* per transennam dicat † rationem esse, quia lis esse non potest inter patrem & filium, tamen hæc non est bona ratio, nam ex causa alimētorum datur lis inter patrem & filium, vt dixi inter alimētorum priuilegia. Et aliud est quærere, an possit esse lis, aliud verò, an detur actio, quia possunt simul stare, quod detur lis, sed non actio: alij dixere ra-
3 tionem esse, quia sibiipsi nemo † obligari potest, *vt in l. Vranius, in princ. ff. de fideiussor.* Pater autem & fi-
4 lius † reputantur pro eadem persona, *l. si. C. de impuber.* Sed hæc eadem est cum prima, ergo cū ea corruit. Nam etsi iuris fictione eadē persona censeantur, tamen inspecta veritate sunt duæ distinctęque personæ, & cum agimus de alimentis, attendimus
5 non iuris † dispositionem, sed factum ipsum. *l. legatum. ff. de capi. dimin.* vbi dicitur, quod legatum alimentorum potius in facto, quam in iure consistit, quia non consideratur in eo, an quis illud capere possit, sed an possit comedere & bibere, *Signorol. in cons. 40. col. 3. post gl. in d. l. legatum.* Ita ergo in propo-
6 sito non iuris fictio, sed facti veritas inspicienda est, secundum quam duplex, & separata est persona, & vtraque comedit, vtraque bibit, vtraque alimentorum sustentatione eget. Dixere alij, quòd
7 officio Iudicis debetur nūc, quod olim manu † regia pater consequi poterat à filio, quasi loco manu regiæ successerit, *vt ponit, & declarat Bart. in l. frater à fratre, num. 12. ff. de cond. indeb.* Vbi fortius dicit, durare adhuc manum regiam patri aduersus filium, sed nec id satis firmum est: quandoquidem procedit solum, quod alimenta, quæ patri debentur, nō autē quoad ea, quæ pater tenetur præstare filio, cum nō duret manus regia, qua filio aduersus patrem consulitur. Rursus non cadit ratio in filio emancipato, in quem pater non habet iniectionem manus, quod si dicatur in alimentis filio debitis, non actione, sed æquiori agendum esse remedio. *l. congruentius. C. de patr. potesta.* & consequenter officio Iudicis, non video rationem diuersitatis, inter patrem & filium. Præterea, quoad alimentorum exactionem, & ita quoad effectum, nihil minus operatur officium Iudicis, quam actio. Eo enim cogitur pater sicuti cum actione conuenitur. Sunt etiam, qui dicant obligationem solum naturalem nasci inter patrem & filium, cuius finis est satisfactio, non tamen oritur ciuilis, cuius finis est iudi-

cium. Et cum rarò detur iudicium inter patrem & filium, non fuit conueniens actionem introducere, *argumento l. in his, ff. de legib.* neq; etiam esset conueniens, quòd sine remedio dimitteretur pater, v-
7 bi litis agendæ necessitas suberat, † introductum fuit Iudicis officium loco actionis, *ita Bald. in l. dominos, num. 6. C. quod cum eo, qui in alie. potest. Corne. in l. frater à fratre, num. 2. C. de cond. indeb.* Sed hæc ratio destruitur non solum ex supradictis, verum etiam ex eo ad omnes rationes referri potest, scilicet, quia hæc ratio respicit solum patrem & filium, cum tamen multis aliis in casibus, imo quandocunque alimenta ex sanguinis coniunctione & charitate debentur, solum competat officium Iudicis. Ratio
8 † autem, vt bona sit, generalis esse debeat omnes casus amplectans, *Bar. in l. si cum exceptione. §. post annum, ff. quod met. cau. Ias. in l. creditori, colum. 2. ff. de oper. noui nuntiat.* Laborat quoque alio vitio ea ratio,
9 quia necessaria non est, nec † concludens, vt esse debet, *glos. in l. non omnium. ff. de legib. glos. & Bart. in d. §. post annum, glos. in l. si interpretatione. ff. de legib.* vbi ait, quod ratio non probat, si non est concludens, *Bar. & Doctores, in l. 1. ff. si certum pet.* at. Voluerunt alij, ideò non dari actionem, quando obligatio alendi descendat à sola charitate & sanguinis coniunctione, *vt in d. l. si quis à liberis. §. vtrum, ver. & cum ex æquitate. ff. de liber. agnoscen.* Sed hęc quoque non satisfacit, quia possunt simul stare, quod charitas & sanguinis coniunctio sint causa alẽdi, & quod nihilominus detur actio. Item videmus, quòd inter fratres & affines datur eadem affectio, tamen nascitur actio, & datur lis inter eos. Cordub. autem *in dicta l. si quis à liberis, in princ.* disputat de ratione, *& num. 44. vsque ad numerum 60.* & demum confutatis omnibus aliis, subdit, veram esse rationem, quia nunquam absolutè ex legis dispositione alicui debentur alimenta, sed cum certis modificationibus ita, vt antequam decernantur necessaria sit discussio quædã, an sit filius, frater, soror, socer, nurus, vel alius, an sit diues, vel pauper, an habeat aliunde. Ideò, cum hæc cognitio à solo Iudice fieri debeat, rectè statutum fuit, quod solo Iudicis officio petentur, qui examinabit pro sua religione, an illi eoque in casu debeantur alimenta. Adducit pro hac sententia textum, quem dicit elegantem, *in l. quod si minor, in fi. ff. de minor.* vbi, vt minori detur restitutio in
10 integrum, multa † à iure considerantur, ideo res ea Iudicis officio expeditur. Hæc tamen ratio non est tuta, quia multis in casibus videmus causæ cognitionem requiri, quibus tamen datur actio, vt quando minor reuocat bona sine decreto alienata, & possent adduci infinita exempla, quæ nunc omitto. Veram igitur existimo rationem esse, quia pro alimentis à lege debitis nulla datur obligatio, quia nullus contractus vel quasi, nullum malefi-
11 cium vel quasi intercedit, sine † quibus non oritur obligatio, *vt dicitur Institut. de actio. §. namque agit.* Deficiente autem obligatione deficit actio, cuius
12 ipsa † est mater. *l. licet. §. 11. ff. de procurat.* Et licet dicamus, patrem obligari ad alimenta filij naturali ratione, non tamen intelligimus de naturali obligatione, sed de naturali ratione, id est, æquitate quadam à natura insita, vnde argumentum quo vtitur Cordub. *d. l. si quis à liberis, in princ. num. 58.* dum
13 inquit, debitum naturali obligatione peti † posse actionis iure, quando ex æquo procedendum est. *l. si fideiussor. §. quædã, vbi Bar. ff. de manda. Alex. in cons. 41. volum. 3. Ias. in l. iurisgentium. §. sed tam nulla, num. 11. ff. de pact.* non potest sustineri, quia alimen tanon dantur ex naturali obligatione, sed naturali quadam
14 ratione, † quæ communis non solum hominibus, sed etiam brutis, *vt per gl. in l. sed etsi. §. consuluit. ff. de petitio. hæred. Claud. in l. ex hoc iure, colum. 14. ff. de iustit. & iur. Cagnol. qui declarat in l. cum amplius. §. is natura, num. 1. & seq. ff. de reg. iur. & dixi in titu. quib. debean. alimen.* Cum igitur desit omnino obligatio, tam naturalis, quam ciuilis, non potest dari actio, vt quia non deest æquitas, quæ fundata in sanguinis coniunctione & naturali charitate, suggerit alimenta esse coniunctis præstanda, iustum est officium iudicis dari: vbicunque enim æquitas suggerit, si de-
15 ficiat actio † competit officium Iudicis. *l. planè, & l. fi. ff. de petitio hæred.* & officium prædictum descen-
16 dit ab æquitate tanquam † à matre. *l. Quintus. §. Pomponius. ff. de alimen. leg. Signorol in cons. 100. num. 13. in fine,* & dicit Bald. *in l. fina. §. sed cum. num. 1. C. de furt.* quod
17 officium Iudicis detur ex † mera æquitate. *Socin. iun. in cons. 52. num. 2. volum. 2. Natta in cons. 534. num. 6. Rolan. in cons. 1. num. 55. volum. 1.* Etsi dicatur, nonne illa æquitas, quæ fundatur super charitate, & affectione inducit obligationẽ quandam. Respondeo, id verum esse, si intelligimus de obligatione largo modo sumpta, non si districta: nam officium Iudicis præsupponit quidem quandam quasi obligationem, aliàs non daretur, sed nõ veram & propriam,
18 quia tunc daretur actio. *ita † declarat gl. in l. si seruum. §. fina. ver. peti possit. ff. de verborum obligat. vbi latè agit Alexan. idem voluit Bartolus in l. fi. ff. de iniur. Alexan. in l. 1. num. 26. ff. de iurisdict. omn. iud. vbi Sapia, num. 44. Ias. in §. omnium, num. 54. Institut. de actionib.* vbi subdit, quod accedere ideo potest fideiussor ei obligationi, pro qua datur officium Iudicis, & dicit Iason *in §. superest, num. 62. Institut. eod. tit.* quod debitum officio Iu-
19 dicis appellatur † quasi debitum, *Decius in l. si Mæuium & Titium, num. 5. ff. si certum pet at. Rube. in l. si non solum. §. morte, num. 496. ff. de oper. noui nuntiat Menoch. in tracta. de recuperan. possess. remed. vlt. num. 8.* Ecce ergo, quod iusta ratione denegatur actio, & conceditur officium Iudicis pro alimentis debitis ex charitate & sanguinis affectione. Vnum tamen videtur obstare, quia cum eiusmodi æquitas sit à lege approbata, † videretur competere condictionem
20 ex lege. *l. 1. cum ibi notat. ff. de cond. ex lege.* Sed respondetur condictionem ex lege dari, quando nulla suberat obligatio, sed lex noua eam introduxit,
21 † *vt dicitur in dicta l. 1.* at in casu nostro lex nullam introduxit obligationem, sed pro ea, quæ naturaliter suberat, modo tamen prædicto officium Iudicis statuit, & vbi etiam lex nouam obligationem introducit, non semper datur actio, sed mul-
22 tis in casibus officium Iudicis, vt † distinguendo declarat Bartolus *in l. 1.* cuius dicta extollit Castren. ibi, subdens, esse magis pulchra, quàm vtilia, & filius agit pro alimentis etiam vxoris, *vt dixi in titulo,*

quomodo

quomodo & qualiter præstanda sint alimenta. Imò si filius
23 sit absens, vxor poterit agere nomine viri, † vel etiam nomine proprio vtili actione pro alimentis suis. *vt per Rum. cons. 144. num. 18. vol. 5.*

Quæ verò dicta sunt de patre & filio, locum habet in auo & nepote, intelligendo tamen de paterno, vel de materno in casibus, quibus auus maternus tenetur alere, quæ intelligentia supponi debet in tota hac parte, quia cum de vno disputamus, cæ-
24 tera † præsupponuntur habilia, *§. in extraneis, Instit. de hæred. qualit. & differ.* & cum quærimus de modo petendi alimenta, supponimus præcedere debi-
25 tum. Qui enim vult consequens † censetur velle omne antecedens necessarium. *l. sed ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de procurat. l. illud. ff. de acquiren. hæred. l. 1. C. de ord. iud. l. 1. §. 1. ff. si vsufruct. pet. l. 2. §. inspectio. ff. quemadmodum testam. aper. §. idem iuris, instit. ex quib. cau. manum. non lic.* & frustra ageretur de qualitate remedij ad petendum alimenta, si deesset substan-
26 tia, id est, debitum † alimentorum, *l. nec illam. §. si absentis, vbi Angel. not. ff. de petit. hæred. l. Pomponius. §. fi. vbi Aretinus in princ. ff. de acquiren. possess. dixi in cons. 34. num. 13.* Et quod auo pariter contra nepotem, ac nepoti contra auum detur pro alimentis conse-
27 quendis officium Iudicis, † tenet Bart. *in tract. de alimen. num. 8.* & vbi omnis authoritas deficeret, ratio non deesset. Diximus enim auum comprehendi in dispositione facta de patre, imo iniustum esset, si patri, cui alimenta sunt magis debita, solum daretur officium Iudicis, auo vero remotiori, &
28 qui nepoti coniungitur per patrem, daretur † actio contra *Authen. multo magis. C. de sacrosanct. eccles. vbi probatur regula illa, propter quod vnumquodque tale, & illud magis.*

Similiter conclusio locum habebit in matre, quia ea procedunt quæcunque de patre affirmantur, vt dixi sæpè, præcipuè in titulo, quomodo repetantur alimenta præstita.

Cum verò alimenta debeantur à loco legitimæ
29 tunc † non iudicis officio, sed iure actionis debentur, *vt dicit Ludou. Molin. in tract. de primogen. Hispan. libro 2. cap. 15. num. 17.* Sed ad hoc nihil allegat, sed probatur ratione, nam subrogatum sapit naturam
30 eius, in cuius locum subrogatur, † *l. si eum. §. iniuriarum. ff. si quis caut.* Pro legitima autem datur con-
31 dictio † ex lege, si non sit relicta, vel etiam actio ex testamento quando relicta est, *Ang. in l. Papinianus. §. si conditioni, num. 5. ff. de inoffic. testam. Alex. in l. quartam, colum. pen. ff. ad leg. Falcid.* Et idem est in supple-
32 mento legitimæ, quod petitur † ex conditione ex lege, *glos. omnimodo, & l. scimus, in princ. C. de inoffic. testam.* Quam sententiam multis authoritatibus comprobaui *in cons. 148. num. 9.* Imo secundum aliquos
33 pro legitima datur petitio hæreditatis, † *Corneus in cons. 289. in secundo dub. volum. 4. Curtius sen. Cranet. & alij, quos citat Cucchus in tract. de legitima, in §. legitima est quota bonorum, num. 11. folio mihi 21.* vbi ait, tres dari actiones pro legitima. Ergo eodem modo dabitur actio pro alimentis, quando succedunt loco
34 legitimæ facit, quia actio subrogata † assumit illius naturam, cui subrogatur. *l. ait prætor. §. si conditionalis, & §. præterea, ff. de his, quæ in fraud. credit. l. cum post. in princ. ff. quando actio de pecul. est annal. Ioan. Fab. in §. actionum, colum. 9. Instit. de action.* Intelligendo tamen
35 de natura originali, † & primordiali, non autem accidentali, *vti declarat glos. in l. certi condictio. in princip. in glos. magna, versic. ex omni causa, in fina. ff. si certum pet. at. per textum in l. item veniunt. §. cum prædixerimus. ff. de petit. hæred. quæ est multum notabilis, & non habetur alibi, vt post Bart. inquit Iason in dicto §. actionum, num. 24. in fi. num. sequen.* Hoc tamen argumentum non videtur rectè procedere, nam videmus, quod
36 legitima succedit loco † alimentorum, *vt §. prohibemus, in Authen. de trien. & semis. Bart. in Authen. de hæred. & Falcid. in princ.* & tamen pro legitima subrogata datur actio, quæ tamen non dabatur pro alimentis, ergo idem videretur dicendum in casu conuerso, quando alimenta subrogantur loco legitimæ. Sed responderi potest rationem diuersitatis esse, quia cum legitima à lege inducitur loco alimentorũ, iustum est, quod detur actio ex ea lege, per quam introducta fuit, & à qua vsus legitimæ fuit receptus, non autem officium iudicis, quod pro alimentis competebat, quæ non erant lege ciuili debita, sed naturali quadam æquitate, vt dixi. At postquam pro legitima introducta est iure ciuili actio, iustum fuit, quod quid loco legitimæ recipitur illius sortiatur naturam in omnibus, atque ita hoc inter vnum & alium casum, quia decernendo legitimam loco alimentorum lex ciuilis addit naturali suam authoritatem, ex qua inde oritur actio, omnia enim nostra facimus, quibus nostram impartimur authoritatem, & pro dicta subrogatione facit, quia vbi alimenta deben-
37 tur loco legitimæ, tunc non minus † quantitas assignatur loco alimentorum, quam importet legitima, *vt post Dec. in consilio 180. inquit Vasq. de successio. creatio. libro tertio. §. 21. limitatio. 7. numero 137. Cordub. in l. si quis à liberis. §. si mater. numero 57. ff. de lib. agnoscen. dixi in titu. qualiter præstentur alimenta, in quæstio. incipien. quia vero.*

Confirmatur etiam prædicta sententia ex eo, quod voluit Rodericus *in l. quoniam in prioribus, in secunda limitatio. num. 12. vers. infert etiam aliam, C. de inoffic. testam. inter regni declaratio.* vbi ait, quod alimen-
38 ta debita † loco legitimæ transmittuntur ad hæredes contra naturam alimentorum, quæ finiuntur morte, *sequitur Lupus in c. per vestras, in tertio nota. §. 24. num. 7. & sequen. de donatio. inter vir. & vxor. Didac. in epitom. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 15. de qua tamen quæstione dixi in titulo, quanto tempore præstanda sint alimen. quæstio. 1. num. 31. vbi allegani contradicentes, & Roderic. loco prædicto mouetur ex vi subrogationis.*

Punctus tamen cõsistit in cognoscendo, quando alimenta subrogentur loco legitimæ. Et sanè pauci Doctores id tangunt, in specie de alimentis loquendo, sed agendo de dote, frequens est controuersia, & benè deduci potest argumentum de vno ad aliud. Ricard. Malum. *quem citat Cin. in l. sancimus, num. 3. C. de nupt.* dicit, quod dos, vel alia pro-
39 uisio propter quam statutum excludit filium † à successione succedit loco legitimę. Et licet Cyn. ibi impugnet principalem Ricar. decisionem, tamen quando statutum non simpliciter filiam excludit,

sed

sed cum qualitate dotis non videtur refellere illud dictũ, quod succedat loco legitimæ. Et videtur sequi Bart. *in l. Titio centum. §. Titio genero, num. 6. ff. de cond. & demonstr.* & Castr. ibi, *num. 8. in fi.* dicit, quod vbi statutum excludit dotatã, quia exclusio fundatur super dote, tunc dos legitimè succedit; & subdit, hanc distinctionem se amplexum, plures de quæstione consultum. Idem voluit Cuman. *ibi, But. in cons. 39. per totum*, vbi vult, quod dos ad filiam perueniat iure successionis ab intestato. Et prædictam distinctionem probauit quoque Socin. *in cons. 75. num. 11. ver. aliquando & tertio, volum. 3. idem Socinus in cons. 228. num. 27. volum. 2. vbi ait, quòd concordia Castrensis placuit sibi semper, & allegat Castren. in consilijs sic tenuisse, & Alex. in cons. 179. num. 5. volum 5. videtur etiam tenere distinctionem Castrens. in loco præallegato. Paris. in cons. 53. num. 76. volum 3. vbi stat cum distinctione Socini, & refert Curtius sen. attestari de communi, & plures alios Rubeus in l. pater filium num. 162. ver. quarta sic conclusio. ff. de inoffic. testam.* vbi ait, dotem succedere loco legitimæ, quando statutum excludit dotatam, vel dotãdam, *& allegat multos eiusdem sententiæ Doctores, præcipuè Bal. Anchar. Corne. & Campeg. Hoc etiam probauit Hieron. Gabr. in cons. 11. num. 5. volum. 1. vbi alios citat, & idem probauit Anchar. Modern. famil. quæst. lib. 2. quæstio. 51. num. 3. vbi post Castrens. & alios, dicit, dotem loco legitimæ succedere. Hanc quoque tenuit Simon de Pretis in tract. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 1. dubitat. quinta, solutio. 4. numero 13. vbi addit Dec. & Benincas.* Et dicunt prædicti
40 omnes, quod etsi dos non debeatur † regulariter nisi sequuto matrimonio, tamen isto casu, quia succedit loco legitimæ, si filia cedat ante nuptias, transmittit eam ad hæredes. Et infert etiam Castr. *in cons. 370. num. 2. volum. 1.* quod talis dos nullum re-
41 cipit grauamen, † & reiicit pactum appositum, quod filia decedente sine liberis reuertatur ad dotantem. Sequitur Cuccus *in tract. de legit. in §. nec vsufructu defraudari, num. 5. folio mihi 108. Cæphal. in cons. 245. num. 31.* vbi tenet, quod dos succedat loco legitimæ, quando statutum excludat filiam dotatam. Et infert, quod filia facit partem in computatione legitimæ, *Alciat. in cons. 479 num. 12. vbi loquitur in statuto Mantuano, Decius in cons. 106. num. 3. vbi facit prædictam distinctionem, Boßius in tit. de publicatio. bonor. num. 2. in fi. vbi dicit. hanc esset communem opinionem, Michael. Cræss. in tracta. sententiam. in tit. de legitima, quæstio. 7. num. 4. ver. aut vero statutum excludit dotatam. vbi infert, quod talis filia ampliat numerum, & impinguat portiones aliorum. Bursat. in cons. 32. num. 65. volum. 1.* Et ratio prædictorum est, quia exclusio causatur propter dotem, ex quo statucum non excludit simpliciter, sed dotatam, proinde succedit loco legitimæ, quam statutum noluit adimere tali filiæ.

Secundus est casus, quando statutum simpliciter nulla dotis facta mẽtione excludit filiam à successione propter masculos, nam tunc dos, quæ filiæ datur, non succedit loco legitimæ, ex quo tali filiæ nulla debetur legitima, nam quidquid sit in exclusione hominis, certum est, quod generalis
42 exclusio † legis, excludit etiam à legitima, *vt declarat Dec. in cons. 505. num. 6.* vbi ait, quòd fortior est legis, quàm hominis exclusio. *idem dicit in cons. 302. collum. fi. Rolan. in 62. num. 50. volum. 3. Cæphal. in cons. 404. num. 1. D. Becius cons. 107. num. 7. dixi in cons. 31. numero 23.* Et in proposito, quod stante simplici & ab-
43 soluta filiarum exclusione à successione, † dos quæ inde datur à patre vel fratribus, non succedat loco legitimæ, post Castren. & Cuman. *in d. §. Titio genero*, voluit Alexan. *in l. planè. §, si duobus, ff. de leg. primo, & alij, Socinus in dicto consilio 82. num. 26. volumine primo, omnes, quos suprà retuli sequutus fuisse Castrensis distinctionem.* Sed præter eos latè Rolandus, qui multos alios in eandem sententiam congerit *in cons. 21. num. 7. volum. 1.* vbi ideo infert, quòd in computatione legitimæ filiorum, nulla est habẽda ratio fœminarum, sicut supra exclusarum. Et hanc dicit esse magis communem Paris. *in cons. 36. num. 28. vol. 2.* vbi, quod fœminæ exclusæ non computantur, & dotes non calculantur in computatione legitimè. Et istam sentẽtiam sequuti sunt infiniti propemodum Doctores citati à Riminal. *in cons. 31. num. 64. & 71.* vbi dicit, esse in practica receptam, atque ab ea recedendum non esse, & non mirum, quandoquidem habetur pro mortua, quando simpliciter excluditur. Pro quo facit, quod dicimus de filio, qui in-
44 greditur fratrum Minorum religionem: is † enim in computatione legitimæ filiorum non facit partem, nec numeratur secũdum Bal. *in l. vnica, in princip. num. 11. C. de caduc. tollen. Alexan. qui communem dicit in l. planè. §. si duobus, num. 7. ff. de leg. 1. Aretin. ibi, colum. 8. in fi. ver. & quia, & Imo. colum. 2. circa fi. Crot. in l. re coniuncti, num. 130. ff. de leg. 3. Rube. Alexan. in l. si pater filium, num. 143. ff. de inoffic. testam. Fabian. in Authen. nouissima, num. 211. C. eod. tit.* Sicuti igitur is, qui ingreditur religionem fratrum minorum, vel aliam incapacem tam in cõmuni, quàm in particulari habetur pro mortuo, & vbi agitur de calculanda legitima, non facit numerum, ita dicendum est de eo, qui à statuto est in totum exclusus: nec ingredi necesse est illam controuersiam, si statutum possit legitimam in totum tollere, in qua multæ sunt opiniones, sed hodie illa videtur communis, quod possit ex causa, vt dicam aliquando.

Tertius est casus, quãdo statutum excludit quidem simpliciter filiam, sed mandat eam dotari, & tunc filia non computatur in numero filiorum, &
45 dos † non succedit loco legitimæ, *secundum Castren. in d. §. Titio genero, num. 8. circa finem.* quia tunc filia non excluditur propter dotem, sed propter masculos, & dos non datur loco legitimæ, cuius statutum nullam habuit rationem. Et dicit Alexan. *in cons. 179. num. 5. volum. 5.* quod vbi statutum mandat filiam dotari, nunquam de dote iudicatur idem quod de legitima, quia non succedit eius loco. Allegat Cinum, Bart. Castren. & alios, & non potest dos dici subrogata loco legitimæ, quia legitima debetur pure in die mortis patris, dos autem ordinata à statuto confertur in tempus nuptiarum, atque ita in diem incertum, etiam si statutum simpliciter loqueretur de dote, quia relictum dotis ha-
46 bet in se † tacitam conditionem, si nuptiæ sequantur, *l. stipulationem, & l. promittendo, ff. de iure dot. idem dicit Socin. in cons. 288. numero 27. volum. 2. & in cons. 75. num. 11. volum. 3. Ruin. in cons. 52. num. 6. volum. 5. Paris. in*

cons.

Conſ. 53. num. 76. volum 3. & hanc partem dicit magis communem, Boßius in tit. de publicatio. bonor. num. 2. in fi. Port. Imo. in conſ. 13. numero 14. vbi allegat Alexan. Alber. Imo. Aret. Ruin. & Galiau. Hieron. Gabriel. in conſ. 11. num. 4. volum. 1. Craſſus dicto §. legitima, quæſtio. 7. num. 4. ver. quid dicendum. vbi ait, quod filia in tali caſu habetur pro mortua, nec habetur in conſideratione quando computatur legitima. Hanc etiam partem probauit Anchar. Modern. *famil. quæſtio. libro 2. quæſtio. 51. num. 9. 10. & ſequenti,* vbi tranſit cum diſtinctione Caſtrenſis, quia vbi ſtatutum mandat dotari, tunc legatum eſt condituonale, & collatum in diem nuptiarum. Et ſubdit, quod ſi contradicant aliqui, communis tamen opinio ſtat pro diſtinctione prædicta. Hanc item tenent multos allegando. Simon de Pretis, *dicto lib. 3. interpret. 1. dubitatio. 5. ſolutio. 4. num. 14. verſic. ſecundo, quando ſtatutum, folio mihi 211.* Et Doctores prædicti inferunt non ſolum, quòd illæ filiæ non faciunt partem in computatione legitimæ, ſed etiam, quod dotem ſibi reli-
47 ctam à patre, non † tranſmittunt ad hæredes, ſi decedunt ante nuptias |contractas, quia ea dos nullam habeat conformitatem cum legitima, cum legitima pure debeatur, dos autem in tempus nuptiarum ſit relicta.

Pro qua ratione facit, quod dicimus, animum compenſandi non præſumi, quãdo debitum con-
48 tinet † vnam qualitatem, & legatum ſit ſub alia diuerſa, *ſecundum Corneum, in conſ. 292. colum. 3. ver coadiuuatur, volum. 1.* Et dicit Socinus iun. *in conſ. ſeptuageſimo nono, num. ſeptuageſimo, volum. tertio,* quod ſi legatum eſt factum in tempus nuptiarum, & debi-
49 tum erit in aliud tempus, † non erit præſumendus in teſtatore compenſandi animus, *Phanuc. in tracta. de dote, gloſ. 6. num 94.*

Facit etiam, quia licet regulariter conditio ad-
50 iecta † vni legato cenſeatur repetita in alio facto in eodem teſtamento, *Barto. in l. in repetendis, num. 1. verſic. breuiter omnes, ff. de lega. tertio, & in l. ſi ſibi pure. ff. eodem titulo, Roma. in ſing. 237. in principio,* tamen fallit, quando ſequens legatum continet conditiones à
51 primo diuerſas: † tunc enim non fit repetitio. *l. a lumnæ, in princ. vbi Bart. ff. de alimen. legat. Alexan. in conſ. 66. colum. 1. in fi. ver. puto tamen, volum. 3. Dec. in conſ. 190. num. 3. ver. & vlterius, Ruinus in conſ. 64. num. 3. volum 2. Socin. iun. in conſ. 18. num. 11. volum. 3. Caphal. conſ. 156. num. 19. deciſ Pedem. 52. num. 3.* Diuerſitas enim qualitatum adiectarum diſpoſitionibus tollit coniecturam, quæ alias potuiſſet inſurgere.

Et prædicta ſententia multo magis obtineret, ſi ſtatutum mandans filiam dotari, adiiceret expreſ-
52 ſam conditionem doti dandæ, puta † quando maritibatur, vel nupſerit, *vt poſt Caſtrenſ. & Brun. inquit Simon, dicta ſolutio. 4. numero 16. verſic. tertio item ſtatu-*
53 *tum.* Quod tamen nihil eſt, quia † taciti, & expreſſi idem eſt iudicium, *l. cum quid, ff. ſi certum petatur,* &
54 expreſſio eius, quod tacitè ineſt, † nihil operatur, *l. tertia, ff. de lega. primo,* & legatum pro dote conti-
55 net tacitam conditionem, † *Bartolus in dicta l. Titio centum, §. Titio genero, numero 3. ff. de conditio. & demonſtr. Caſtrenſ. in conſ. 322. in princip. volumine primo, Corneus in conſilio 229. columna ſecunda, in fine, volum. 4. Bal. Nouel. in tract. dot. parte 6. priuileg. 50. Tiraquel. de retract. conuentio. §. 2. gloſ. 1. numero 54. Didac. de teſtamen. cap. 7. numero 11. Rolandus in conſilio 79. numero 15. volumine 4.* Ergo ſiue dicat ſtatutum dotem dandam eſſe, quando filia nupſerit, ſiue id non exprimat, ſemper illa dotis mentio continet conditionem, vt patet ex prædictis.

In ſuperioribus tamen caſibus, quibus dixi dotem minimè ſuccedere loco legitimæ, intellige, niſi in ipſo ſtatuto mentio aliqua fiat de legitima, puta, quod dotetur filia competenter vſque ad le-
56 gitimam: † tunc enim dos ſuccedit loco legitimæ. Caſtrenſ. *in conſilio 222. in tertio dubio, numero 5. verſiculo, verum quidquid dixerim, volumine 2.* vbi ait, quod ſi ſtatuto dicatur legitimam in omnibus teſtamentis debere ſaluam eſſe deſcendentibus, tunc dos ſubrogabitur loco legitimæ. Et infert, quod de dote erit reiicienda omnis conditio, & fiet illius tranſmiſſio ad hæredes. Et loquitur in fortiobus terminis, quando ſcilicet extat ſtatutum excludens filiam ſimpliciter, deinde vero aliud extat ſeparatum reſeruans legitimam. Et ratio eſt ſecundum eum, quia tunc excluſio fit propter legitimam. Idem voluit Socin. *in conſ. 31. in 3. quæſtio. numero 4. volum. 1.* vbi tenet, dotem ſuccedere loco legitimæ, quando ſtatutum mandat debere contentari de dote data, nec poſſe moleſtare fratres occaſione falcidiæ, quia cum teſtator falcidiam exprimat legitimæ loco, videtur dotem loco legitimæ ſubrogaſſe, *ſequitur Brun. in tract. de ſtatu excluſ. fœmin. art. 10. q. 2. num. 14. Hanc partem probauit quoque Rimin. in conſ. 157. num. 17. & ſeq. vbi ait, iſto caſu nos verſari extra diſtinctionem Caſtrenſis ſupra poſitam, Anchar. Modern. in d. quæſt. 51. num. 3. & 7. in 2. par.* vbi loquitur, quando teſtator mandat, quod filia nihil petere poſſit occaſione legitimæ, ſubdens, quod mentio legitimæ inducit, quod dos eius loco videtur ſubrogata. Et idem placet Simoni de Pret. *dicta interpret. 1. dubit. 5. ſolut. quarta, num. 17.* vbi allegat Crauet & alios, innuens, quod ex facili coniectura cognoſcimus dotem ſubrogari legitimæ. Nam ſupra citatæ opinio-
57 nes non procedunt, † quando aliter probatur ex coniecturis, *ſecundum Anchar. dicta quæſtio. 51. num. 7.* Apparet igitur, intentionem ſtatuentium fuiſſe, quod legitima debeatur, quando propter dotem excludunt filiam à legitima. Et licet legitima peti tunc non poſſit, tamen petitur dos eius loco, & hoc plurimum conſiderari debet, facitque ad ſtatutum Mantuæ, diſponens de ſucceſſionibus, quo excluditur filia ſimpliciter, ſed poſtea mandat dotari, iubetque dotem non eſſe minorem legitima. Et tamen Bal. loquendo in eo ipſo ſtatuto, *in conſilio 465. volum. 3.* vult, quod dos non ſuccedat loco legitimæ, in quo Alcia. *in conſ. 479. num. 13.* videtur contrarium ſentire.

Sed contra prædicta vrget Ruinus latè *in conſilio 152. num. 5. & ſequen. volum. 5.* vbi dicit, quod etſi ſtatutum mandet, dotem regulari ſecundum legi-
58 timam † reſpectu quantitatis, non tamen per hoc inferri poteſt, quod velit dotem ſubrogari legitimæ, quia aliud eſt filiam vocari ad legitimam, vel legitimam illi præſeruari, aliud verò, quod

dos non

dos non sit minor legitima. Item, stante statuto, filia, quæ sit prętcrita, non potest dicere testamentum nullum, quia fuit exclusa à legitima, ergo non est verum, quod dos sit loco legitimæ, nam posset contratabulare, si dos non esset relicta. Et latè prosequitur, vt per eum. Addo, quòd illa verba statuti, *ne filia aliquid petat ratione legitimæ, vel quod dos non sit minor legitima*, tendunt ad exclusionem filiæ. Ergo non debent operari admissionem. Inducta enim
59 ad diminutionem, non debent † operari augmentum, *l. legata inutiliter. ff. de leg. 3.* Et quia nunc in Mantuano Senatu pendet indecisa lis inter Dominum Iulium Frambertum, & Dominum Federicum Alberigum subsisto, & non interpono meum iudicium.

Rursus in eisdem casibus, si statutum mandat filiam congruè, vel competenter dotari, eo casu dos succedit loco legitimæ, quamuis à principio sit
60 absolutè, & simpliciter exclusa: Congrua † enim dos dicitur, quæ non est minor legitima, *vt dicunt communiter Doctores in Authen. nouissima, vbi Iason in fine, C. de inoffic. testamen. & in Authen. res quæ. vbi Iason numero 6. not. C. commun. de legat. Ange. Castren. Alex. Cur. sen. Socin. Corne. & alij, quos citat & sequitur Crauet. in consilio 236. num. 3.* Et ideo Simon, *dicta solutio. 4. numero 17. in fi.* inquit, quod si statutum mandat con-
61 grue † dotari filiam, dos succedit loco legitimæ, & ius petendi congruam dotem, transmittitur ad hæredes, *vt per eum qui allegat Cuma.* Quod idem est, ac si dicatur, dotem legitimæ subrogari: aliàs enim non transmitteretur. Et idem innuit Crauet. *dicto consilio 236. Anch. dicta quæstio. 51. num. 3.* vbi idem dicit, quãdo statutum loquitur de legitimè dotata, quia non dicitur legitima dos, quæ est minor legitima, & quæ ad hæredes non transmittitur. Confirmatur hæc sententia ex eo, quod ponit Brun. *in dicto tract. statut. exclus. antic. 11. numero 19.* vbi ait, quod si
62 statutum excludens filiam mandet † illi aliquid dari sub nomine quotæ, tunc illud subrogabitur legitimæ, & in eo locum habebunt quæcumque à iure dicuntur de legitima, licet aliud velit, quando mandat certam dari quantitatem: At vbi iubet mulieri congruam dotem dari, tunc quia, vt dixi, non est congrua, nisi ascendat ad quantitatem legitimæ, videtur legitimam ipsam reseruare, quia legitima est quota bonorum, *vt per Doctores in*
63 *dicta Authen. nouissima*, & portio † eius, quod ab intestato debetur, *glos. in §. excipiatur, in verſic. curialibus, circa medium, in Authen. de trien. & semis. glos. in l. omnimodo, C. de inoffic. testamen. in l. si arrogator, in ver. quartam partem, vbi Ias. ff de adoptio.*

Idem quoque dicendum videtur, quando statutum mandat, quod filia sit tacita & contenta dote sibi data, vel danda, nec plus in futurum petere possit in bonis paternis, vel maternis, quia tunc
64 dos subrogatur loco legitimæ iure † naturæ debitæ, *secundum Castren. in dicta conſ. 222. num. 5. volum. 2. & in conſ. 372. in fi. volum. 1.* vbi, si dos filiæ constituitur pro omni iure, vel ita, quod nil aliud petere possit, tunc succedit in locum legitimæ, & de ea disponit, sicut legitima, *Crauet. in conſ. 34. num. 5. Anchar. dicta quæstio 51. num. 3.* Et hæc fuit opinio Iacob. Butri. *in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam.* vbi dicit, quod dictante statuto, filiam debere contẽtari de quantitate sibi relicta à patre, habebit id omne loco legitimę quantulumcunque fuerit relictum. *Sequuntur ibi Bald. Salicet. & Castren. Imo. in l. fina. colum. antepenult. ff. de conditio. inſtit. eas citat Brun. d. artic. 11. num. 9. vbi, num. 14. allegat etiam Franc. de Rampon. & pro hac parte, Simon d. ſolut. 4. num. 18. ver. quinto aut postremo, ſolio 212. allegat Anchar. Abb. Ange. de Aret. Capram. Dec. Socin. Gram. & Socin. iun. vbi ſubdit, recipiendam esse hanc opinionem tanquam benigniorem, ne filiæ decedant ſine hærede, & ſine bonis, & ſe respondisse pro hac parte, in conſ. 72. volum. 1.* Volunt autem prædicti Doctores omnes,
65 quod hoc casu dos † peti possit ante tẽpus, & transmittatur ad hæredes filia ante nuptias decedente, mouenturque ratione: quia dum prohibet statutum plus non peti, videtur habere respectum ad legitimam, quam solam potuissent petere, & quæ sola debebatur, sed melior videtur ratio, quia cum vtitur statutum illis verbis, pro omni, & toto eo, quod petere posset, videtur velle inducere compensationem cum eo, quod debebatur, id est, cum
66 legitima, vt probat † textus *in l. ſi vxor ſua, C. de bonor. Author. iudic. poſſid. Abb. in conſilio 81. columna 2. in princip. num. 1. volum. 1.* Et perinde est, ac si statutum diceret: volo, quod dotes compensentur cum eo, quod filiæ debetur, *vt inquit Corneus in conſ. 344. in fi. volum. 1. Ruin. Socin. iun. Duran. Crauet. Phanuc. Anchar. Modern. & Menoch. quos citaui in conſ. 112. num. 12.* Et idem important illæ clausulæ, quòd filia sit contenta dote si-
67 bi data, & nil vltra † petere possit, *vt post Castrenſ. Abb. & Corne. inquit Crauet. in conſ. 131. num. 17. & ſequuntur alij à me citati, dicto conſ. 112. num. 21.* Sed hæc quoque ratio non videtur concludens, quia etsi per compensationem extinguatur primum debitum,
68 & prima † obligatio ipso iure, *§. in bonæ fidei, vbi Aretin. colum. 5. ver. tertio principaliter, & Iaſon. num. 77. vbi communem dicit, Inſtitu. de actio. Afflict. in deciſ. 121. num. 1. & 4. Dec. in cap. cum inter, colum. penult. de exceptio.* est
69 enim ficta † solutio. *l. ſi debitum. ff. qui potio. in pign. habe. l. ſi peculium, §. 1. ff. de ſtatu libe. Bartolus in l. amplius non peti, colum. 3. ff. rem rat. habe. Crot. in conſ. 139. num. 7. Paris in conſ. 121. num. 29. volum. 3. Tiraquel. de retract. conſang. §. tertio, gloſ. 3. num. 6.* non tamen vnum subrogatur loco alterius. Et ideo Alexan. *in conſ. 179. num. 3. in fi. volum. 5.* dicit, quòd etiam isto casu dos non succedit loco legitimæ, nisi quando quantitas relicta, vel destinata est intra metam legitimæ. Mihi tamen magis placet prior opinio, quia cum debitum legitimæ extinguatur per dotem, fit ipso iure vnius subrogatio loco alterius.

Et verum est dicere, quòd filia habet dotem loco legitimæ, quando dos relinquitur in recompensationem legitimæ, & cum actio pro legitima innouatur per dotem, dicitur in dotem transfun-
70 di. Hic enim † est effectus nouationis. *l. 1. in princip. iuncta l. Stichum. §. legata, ff. de nouatio.* Et nouatio fit
71 cum priuilegiis omnibus, quæ habebat † prima obligatio, *vt dicit Bartolus in l. ſi quis cum aliter, num. 4. verſiculo, præterea poſito, ff. de verborum obligationibus, vbi Alexan. num. 3. dicit, illum ſequi Doctores communiter, & inquit Aretin. ibi hoc esse ſingulare dictum, & comprobat Iaſon, num. 12.*

son, num. 12. Bar. Ang. & Imo. in l. videamus, la seconda, §. si actionem, in fi. ff. de vsu. & probaui latè in cons. 269. num. 17. & 18. Proinde non est mirum, quod dos eo casu succedat loco legitimæ.

Et per prædictam decisionem, Socinus *in consilio 30. quæstio. 3. volum. 1.* dicit, quod ex quo dos succedit loco legitimæ, poterit filia iussa esse contenta dote sibi data petere supplementum legitimæ, si tamen non sit dotata à patre, sed ab alio, de quo lex non æque confidat.

Rursus, quando est dotata à patre, si sit enormissimè læsa, quia dos succedit loco alimentorum,
72 poterit † filia petere, quod suppleatur dos eousque, quo sufficiat pro alimentis, *Socinus in consilio 100. columna 4. circa med. volum. 3. Bal. Nouel. in tract. dot. in 6. part. priuileg. 17. col. 4. ver. & ex prædictu potest concludi, & id notandum, atque alibi non facile inueniri, inquit Crauet. in cons. 236. volum. 4.*

Succedit idem dos loco legitimæ, quando pater in testamento aliquam filiæ relinquit portionem, quæ fuerat statuto exclusa, nam relinquendo vi-
73 detur statuti exclusionem remouisse, † *vt inquit Salicet. in Authen. nouissima, columna fi. atque ibi Ias. num. 18. dicit ita consuluisse plures Doctores per eum citatos in diuersis Ciuitatibus, id quod placuit etiam Ruin. & Crauet. quos citat & sequitur Menoch. in cons. 8. num 13. addo Capram in cons. 19. num. 9.* vbi inquit, quod filia à statuto exclusa, si instituatur à patre cum onere restituēdi, reti-
74 nebit suam legitimam, † quia per institutionem videtur habilitata aduersus exclusionem statuti, *Dec. in cons. 264. colum. 1. & cons. 257. colum. penult. Ripa in l. Centurio, num. 46. ff. de vulg. & pupil.* Sed hæc opinio non est tuta, quia Ang. *in cons. 105. colum. fina.* dicit, quod filia statuto exclusa, non petit supplementum legitimæ, quando pater aliquid sibi relinquit, quod sit minus legitima. *Idem Ang. in consilio 465. volum. 3. inter consilia Bal. Castrens. in cons. 196. num. 2. vol. 1. Brun. in tracta. de statu. exclus fœmin. artic. 9. num. 19. Ruin. in cons. 27. volum. 3.* Quæ sententia obtinet multo magis locum in supplemento legitimæ, quod regulariter peti videtur contra testatoris voluntatem, qua ratione idem esset dicendum in ipsa legitima, quādo filia exclusa vellet illud retinere contra testatoris voluntatem, vt quando fuit instituta quidem, sed grauata restituere alij, de quo casu dixi latè *in cons. 185. ferè per totum*, & possent plura addi, quæ omitto.

Non tamen succedit loco legitimæ dos, quan-
75 do statutum excludit filiam, † siue dotata sit, siue non, quia ex quo non habet respectum ad dotem, nec super ea excludendo iecit fundamentum, non potest considerari, quod voluerit dotem succedere loco legitimæ, *ita Alexan. in cons. 179. num. 5. volum. 5. Ruin. in d. cons. 152. num. 7. volum. 5. Gabriel. d. cons. 11. num. 5. & 6. vol. 1.* Cessant etenim rationes, qui considerari solent in casibus supra positis, & secundum prædictas distinctiones intelligi debent Doctores, qui dicunt absolutè & simpliciter, quòd dos succedit loco legitimæ, *inter quos Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, num. 112. C. de reuocand. donat. enumerat Gul. Cun. Ricard. Malumb. Io. And. Cyn. Bart. Bal. Imo. Petr. Besut. Ang. Geminian. Cardin. Floren. Abb. Castren. Alexan. Aretin. Salic. Cuman. Capra, Socin. Ias. & Georg. Nattam, Alba in cons. 23. num. 2. Bursa. in cons. 32. num. 65. Ruin. in cons. 85. num. 13. Menoch. cons. 8. num. 8. cons. 3. num. 12.* Item illi, qui dicunt dotem succedere loco legitimæ, quando statutum excludens filiam, mandat dotari boni viri arbitrio, *secundum Bald in cons. 184. volum. 1. vel mandat simpliciter dotari, vt tenet Abb. in cons. 92. vol. 2. quos citat Brun. in d. artic. 11. num 9. & 10.* Sicuti & alij, qui dicunt indistinctè dotem non succedere loco legitimæ, *vt tenuit Imola in l. planè. §. si duobus, ff. de leg. 1. Cornetus in cons. 48. colum. 1. volum. 2. Aretin. in cons. 19. colum. 2. Cuman. in cons. 124. colum. 2. Dec. in cons. 303. in fi. & multi alij.* Et cognitio hæc non prodest solum, vt scias, quando succedat loco legitimæ, sed etiam vt scias, quando filia exclusa faciat partem in computatione legitimæ, & quando portio filiæ impinguet portionem masculi propter quem fuit exclusa, item vt ante nuptias transmittatur, item, vt purè debeatur, & statim peti possit nuptiis etiam non sequutis, & consequēter dabitur prædictis casibus actio pro alimentis, si loco legitimæ subrogantur.

Alius etiam casus est, quo alimenta succedunt loco legitimæ, cum scilicet pater inter filios constituit maioratum, quo casu non aliter à Principe concedi solet facultas, nisi facta aliis filiis prouisione, quæ sufficiat pro alimentis, propterea tunc de-
76 tur actio pro † alimentis petendis, *Roder. in l. quoniam in prioribus, in secunda limita. ad legem fori, num. 9. C. de inoffic. testam. Didac. in tract. de sponsal. cap. 8. §. 6. numero 15. & nouissimè Ludouic. Molina, de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 15. num. 2.* vbi ideo lex facit vtiles & notabiles illationes, quæ apud eum videri possunt, & inter cæteras, quod ea alimenta dantur etiam ei, qui habet aliunde, & quod transmittuntur ad hæredes, & quod præstari omnino debent sine onere. Et id iustissimum est; quia si loco legitimæ sunt, habere debent omnes illas qualitates, quæ legitimè competunt, *vt arguit Menoch. in cons. 8. num. 13. in fi.* Quando igitur ex legis dispositione alimenta petuntur, officium datur Iudicis, nisi loco legitimæ debeantur. Et idem esse, quando forent legata, vt dicam infra suo loco, vbi aliæ quoque limitationes applicabuntur, quæ huic capiti poterunt deseruire, & quæ dicta sunt de patre & filio, locum habebunt in aliis personis affinibus, quibus supra diximus deberi alimenta.

SVMMARIVM.

1 *Vxor petit fructus & alias dotes accessiones ea ipsa actione, qua petit dotem.*
2 *Dos est vniuersalis, & continet accessiones, & alia.*
3 *Accessiones in iudicio vniuersalibus veniunt tanquam pars rei petitæ.*
4 *Mariti bona sunt vxori obligata, non minus pro alimentis, quam pro dote.*
5 *Accessorium eiusdem est iuris cum ipso principali.*
6 *Vxor petit à marito iure actionis alimenta sibi debita.*
7 *Officium Iudicis non actio datur vxori pro alimentis consequendis à marito.*
8 *Iudicium alimentorum est separatum à iudicio dotis.*
9 *Dos peti non potest constante matrimonio.*
10 *Actio de dote non est nata constante matrimonio.*

11 *Mulier potest intra annum luctus petere alimenta ab hæredibus viri.*

12 *Dotis accessiones ciuiles non petuntur actione de dote, licet aliud sit in naturalibus.*

13 *Officium Iudicis nobile succedit loco deficientis actionis.*

14 *Hypotheca potest officio Iudicis adhærere, sicut actioni.*

15 *Hypotheca tacita potest accedere ad officium Iudicis, sicuti ad actionem.*

16 *Officio Iudicis petuntur alimenta debita soluto matrimonio.*

17 *Alimenta soluto matrimonio debita eiusdem sunt conditionis cum alimentis debitis matrimonio constante.*

QVÆSTIO II.

QVAMVIS supra de patre & filio, separata quæstione dictum sit, tamen eodem officio Iudicis petuntur alimenta, quæ fratri, & aliis agnatis vel consanguineis, iure sangui nis ex legis dispositione debẽtur, vt probantiura ibi allegata, & ea, quæ citauimus, in titu. quibus alimenta debeantur, ad probandum, quòd fratribus & aliis coniunctis personis aliunde non habentibus, debeantur alimenta, vt hic necesse non sit repetere.

In vxore autem alimenta petente maius est dubium, an ei detur officium Iudicis, vel actio, & sanè videtur actionem dari per tex. *in l. si marito. §. fi. ff. solu. matrim.* vbi fructus & aliæ accessiones † dotis petuntur eadem actione dotali. Alimẽta autem non est dubium, quin dicantur dotales accessiones. Et idem dicunt Docto. *in rub. ff. solu. matrim.* iudicium enim dotis est vniuersale, † & includit accessiones, & omnia futura, præcipue ex parte vxoris. *l. quod dicitur. ff. de impens. in reb. dotal. fact. Docto. in l. 1. ff. solu. matrim.* Et in iudiciis vniuersalibus accessiones † veniunt tanquam pars rei petitæ. *l. item veniunt. §. fructus. ff. de petitio. hæred. l. non est, vbi Cyn. C. famul. erciscun. Alexan. in d. l. si marito. §. fi. Iaſ. in l. 1. col. 3. ver. vltimo circa prædicta aduerte. C. de iud.* & pro hac parte facit, quod multi voluerunt, bona mariti non minus esse vxori obligata pro alimentis, quam pro ipsa dote, *inter* † *quos Iac. de Aret. in l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo. ff. solu. matrim. quem ibi, num. 7. citat & sequitur Bar. apud Alexan. colum. 5. & approbant magis communiter Doctores, vt inquit Neguſant. in tractat. de pignorib. in 4. mem. 2. par. principal. num. 55.*

Accedat quod alimenta dicuntur accessoria dotis, ergo debent eadem actione peti, qua dos ipsa, cum debeat esse eiusdem iuris † cuius ipsum principale, *c. accessorium, de reg. iur. in 6.* Et hanc partem, quod alimenta petantur iure actionis † ab vxore, tenuit Neguſan. loco prædicto, *num. 49. in fi.* vbi ait, se non inuenire Doctorem, qui dicat, quod alimenta petantur officio Iudicis, imo dicere omnes, quod accessiones petantur iure actionis. In contrarium tamen quod solo Iudicis officio petantur alimenta, † voluerunt *Bal. in l. si marito. §. fi. ff. solu. matrim. eos refert & sequitur Alex. in l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo, colum. fi. ver. item quando constante matrimonio. ff. solu. matrim.* Est verum, quod mihi Bald. hoc non dicit, *vt benè aduertit Neguſ. loco supracitato, num. 49. in fi.* benè inquit Bald. quòd alimenta petuntur † principaliter diuerso iudicio à iudicio dotis, & Alex. ibi vult, quod detur officiũ iudicis nobile, non autem mercenarium. At idem Bal. *in l. si. §. præterea, num. 3. C. de iure dot.* loquendo de alimentis marito debitis, vult, quod petãtur mercenario, non nobili Iudicis officio. Et idem voluit Alex. ad Bar. *in l. si. in apoſt. magna, & vbi quoque Iaſ. num. 5. ff. de eo, quod certo loco, Caroc. in c. cum quid, par. 4. in 5. limitatione, num. 5. de reg. iur. in 6.* vbi allegat alios, & dicunt prædicti omnes, quod officium datur pro alimentis, & confirmatur ratione. nam cum alimenta dicantur accessiones, non deberent posse peti, nisi quando dos ipsa petitur, si agendum esset actione de dote, quia veniunt accessoriè ad dotem, & accessorium non potest stare sine principali, iuribus vulgatis, & tamen videmus, quod etsi dos † constante matrimonio peti non possit, *l. si constante, vbi Doctores. ff. solu. matrim. l. vbi adhuc, vbi Cyn. Salic. & alij. C. de iure dot.* tamen alimenta possunt peti, *vt dictum est supra in titu. quib. debe. alimen.* & constante matrimonio † actio de dote non est nata. *l. sed et si alia. ff. de bon. damn. l. 2 ff. de dot. priuileg. Alex. d. §. sin autem in sæuissimo, col. fina.* Similiter videmus, quòd soluto matrimonio mulier potest petere alimẽta intra † annum luctus, atque ita antequam dotem petat. *l. diuortio, in princ. vbi Doctores omnes. ff. soluto matrim.* Fatendum est itaque, quod pro alimentis detur officium Iudicis nobile, non autem actio. Et non obstat, quod accessiones dotis, petuntur actione de dote, at in *in dicta l. marito. §. fina.* quia illud procedit in accessionibus naturalibus, vt sunt fructus prædiorum, fœdus pecudum, & similia, aliud tamen est in accessionibus ciuilibus, vt sunt vsuræ, alimenta & interesse. Ita † resoluit Bal. *in d. l. fina. §. præterea. C. de iure dot. quem sequitur Alexan. & Iaſ. in dicta l. fina. ff. de eo, quod certo loco.* Non etiam obstat, quod detur hypotheca pro alimentis, quia vbi etiam hoc verum esset, quod tamen alibi in hoc opere tractaui, non tamen infertur, quod detur actio, & non officium Iudicis, quia officium † Iudicis nobile succedit loco actionis deficientis. *l. quod si minor. §. fi. ff. de minorib. notatur in cap. 1. de offic. iudic.* Et illi Iudicis officio potest adhærere hypothecã, sicut hæreret actioni. † Ita in proposito respondet Neguſan. *in d. §. 4. mem. 2. par. princip. num. 51. & de hac ipsa quæstione dixi in titu. præstitor aliment. quando conced. repet. quæstio. 3. ver. retenta igitur pro vera.* Imò Neguſan. loco prædicto, tenet, idem esse, si daretur officium Iudicis mercenarium, quod deseruit actioni, & quod hypotheca possit accedere officio Iudicis, voluerunt Bar. Imo. Alexan. & Iaſon, *in l. 1. in fi. ff. de leg. 1.* & procedit non solum in expressa, sed etiam in tacita, † *vt latè probat Neguſant. de pigno. in 4. mem. 2. par. num. 157. circa principium.*

Et prædicta opinio intelligi debet, siue agamus de alimentis, quæ petuntur constante matrimonio, siue de iis, quæ debentur soluto matrimonio, nam † ea quoque officio Iudicis, non iure actionis petuntur, *secundum Alex. in conſ. 109. vol. 5.* vbi dicit, q debentur officio Iudicis mercenario, quia non debentur iure contractus, sed ex accidenti propter moram, *l. si. C. de dot. promiſſo.* Ideo secundum eum

soluta

soluta sorte peti non possunt, si non est facta reseruatio. *l.4.ff.de depos.* Et pro hac parte facit, quod voluit Alexan. *in d. §. sin autem in fauissimo, colum. fina.* 17 vbi dicit, dispositа in alimentis debitis † constante matrimonio locum habere in iis, quæ debentur matrimonio soluto, quidquid dubitauerit Castr. *in loco per eum allegato.* Est verum, quod Cordub. *in §. si quis ex his. l. si quis à liberis, num.149.ff.de liber.agnosc.* refert Socin. Iaſ. & Gigan. dicere, quod viduæ debentur iure actionis, sed eos ego non inuenio.

SVMMARIVM.

1 *Secundogenitus alimenta petit officio Iudicis à primogenito, vbi tamen declara.*
2 *Patronus petit officio Iudicis alimenta à liberto.*
3 *Patroni filius petit officio Iudicis alimenta à liberto.*
4 *Patronus Ecclesiæ petit alimẽta ab Ecclesia officio Iudicis.*
5 *Officium Iudicis cõpetit ei, cui à lege debentur alimenta.*
6 *Ius ciuile attenditur in his, quæ iure canonico non reperiuntur decisa, si non agitur de peccato.*
7 *Pro legato dantur tres actiones.*
8 *Additio hæreditatis inducit quasi contractum.*
9 *Hæres adeundo videtur quasi contrahere cum legatario.*
10 *Personalis actio, vel hypothecaria non datur pro legato ante additionem.*
11 *Officium Iudicis datur pro legato in piam causam.*
12 *Legatum omne peti potest officio Iudicis.*
13 *Vasallus conuenitur officio Iudicis, vt alat dominum.*
14 *Vasallus petit officio Iudicis alimenta à domino, quando illi debentur.*
15 *Donatarius erga donantem tenetur solum ad antidora.*
16 *Donatarius nulla actione conueniri potest à donatore ad alimenta.*
17 *Donatarius conuenitur officio Iudicis à donatore pro alimentis.*
18 *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.*
19 *Donatarius conuenitur à filio spurio donatoris officio Iudicis pro alimentis.*
20 *Pater & filius dicuntur eadem caro.*
21 *Vicarius agit officio Iudicis pro consequenda congrua portione.*
22 *Officium Iudicis datur, quando verba legis diriguntur ad Iudicem.*
23 *Condictio ex lege datur, quando lege noua inducitur aliqua obligatio, & non est prodita actio.*
24 *Officium Iudicis ei soli datur, qui est omni actione destitutus.*
25 *Spurius petit à patre alimenta officio Iudicis.*
26 *Pater filium dotare officio Iudicis cogitur.*
27 *Pater tempore necessitatis petit alimenta officio Iudicis.*
28 *Pupillus alimenta petit à tutore officio Iudicis.*
29 *Fideiussio, quando petuntur officio Iudicis alimenta, non est præstanda pro casu succumbentiæ.*
30 *Fideiubendi necessitas est graue onus.*
31 *Fideiussio, quibus casibus præstanda sit, Iudicis arbitrio committitur.*

QVÆSTIO III.

MVLTIS etiam aliis personis datur officium Iudicis pro consequendis alimentis, & in primis quidem secundogenito
1 †alimenta officio Iudicis debentur à primogenito, qui habet maioratum, *vt voluit Ludo. Molin. in tract. de primogen. Hispa. lib.2. cap.15. num.70.* Mouetur ex vulgaribus authoritatibus, quas citaui in principio huius partis. Sed eius opinio confundi videtur ex limitatione, quam ipse subiicit *ibi, & primum quidem, in eo. cap. num.2.* vbi ait, quod alimenta debita secundogenito succedunt loco legitimæ, & quandocunque subrogantur legitimæ, debentur iure actionis. Et in hoc videtur sibi parum constãs, sed meo iudicio rectè loquitur. Aliquando enim maioratus instituitur ab ascendente, & eo, qui ad legitimam tenetur, & tunc secundogenitorum alimenta succedunt loco legitimæ, & verificatur limitatio, daturque actio pro eis, at aliquando maioratus instituitur ab eo, qui nulli debet legitimam, vt in trãsuersali, & eo casu alimenta sola Iudicis officio petuntur, & non succedunt loco legitimæ, & eadem est differentia, quando maioratus instituitur in omnibus bonis, vel solum in bonis liberis dempta scilicet legitima filiorum. Has autem differentias ponit Ludo. Molin. *in dicto tract. lib.2.c.1.num.5. & seq. & latè agit.*

2 Libertus quoque Iudicis officio † conuenitur pro alimentis patrono præstandis. *l. si quis à liberis. §. solent. ff. de liber. agnoscen. & probat l.1. C. de oper. liber.* vbi dicitur, rem committi cognitioni Iudicis, quod nihil aliud est, quam introducere, & excitare officium Iudicis, *l. quod si minor. §. ex hoc edicto. ff. de minor. ita tenet Spec. in tit. qui sit. sint legitimi, num. 9. ver. item*
3 *patronus,* vbi loquitur etiam de filiis † patroni, *idem Specu. in tit. de offic. omnium iud. §.2. num.3. Cordub. in d. §. solent, num.9.*

4 Idem est in patrono † Ecclesiæ, qui officio Iudicis petit sibi de alimentis prouideri ab Ecclesia. *cap. nobis, de iure patron. c. quicunque, 6. q.7. & in specie hoc voluit Spec. in d. tit. de offic. omn. iud. §.2. num 3.* vbi eadem decisione determinat de patrono ecclesiæ, & patrono liberti, & idem statuit in vtroque. Hanc partem tenet etiam Pau. de Citadin. *in tract. de iure patron. in 6. par. art. 4. in 3. q. num.259.* vbi tamen non meminit de Specu. Sed mouetur multis rationibus, & primo, quia filiis contra parentes datur officium Iudicis, ergo idem erit in patrono, cui non ita debentur alimenta sicut filiis.

Secundò, Ecclesia erga Prælatum, vel patronum obligatur solum ad antidora: ea verò obligatio non producit actionem, quia est solum naturalis. *l. sed et si lege, §. consuluit. ff. de petitio. hared. c. in officiis, de testamentis.*

Tertiò, verba omnia legis diriguntur ad Iudicem, ergo solum officium Iudicis datur cuicũque alimenta debentur à lege. Ita generaliter loquen-
5 do † tradit Bar. *in l. solum. num.6. & 8. ff. de alimen. & cibar. legat.* vbi loquitur etiam de liberto. At in *l. si quis à liberis, ff. de libe. agnoscen.* vbi fit mentio de alimentis præstandis patrono, semper verba ad Iudicem diriguntur, præcipuè *in §. pen.* & quamuis iura canonica verba non dirigant ad Iudicem, *vt in d. cap. nobis, & d. cap. quicunque,* tamen cum id sit ciuili iure terminatum, satis dicitur etiam iure canonico decisum. Addo, quod habemus decisionem in liberto & patrono, ergo idem dicere debemus in eccle-

sia & patrono: Validum enim dicimus argumentum à patrono liberti ad patronum Ecclesiæ, *vt dixi suprà in tit. quib. debeant. alimen.*

Contrariam nihilominus opinionem, quod patrono aduersus Ecclesiam detur actio pro alimentis consequendis, probauit Io. And. *in c. nobis, de iure patron.* Mouetur per iura canonica, & idem voluit Abb. *ibi, num. 6. & seq.* dicens, hoc esse patroni priuilegium, quod versatur circa duo, quia scilicet tenetur quidem Ecclesia omnibus pauperib. subuenire de eo, quod supereſt deductis sibi necessariis, sed patrono pinguiora præstat alimẽta, quam aliis faciat, & cogitur per viam actionis id facere, sicuti ab aliis officio Iudicis conuenitur. Et mouetur ex eodem tex. & hoc dicit satis notandum Ant. de Burg. *in c. 1. num. 31. de empt. & vend. hanc etiam partem tenuit Rochus de Curte, in tract. de iure patron. in ver. vt vtile, num. 152. Gigas in tract. de pensio. q. 27. num. 2. Cordub. in l. si quis à libe. § solent num. 30. ff. de lib. agnoscen. vel alen. vbi allegat etiam Lambertin.* Horum omnium fundamentum consistit *in c. quicunque, 16, q. 7.* Nam cap. *nobis, de iure patronatus,* nihil de nouo dicit, sed refert se ad id, quod aliis iuribus est dispositum. Et in d. c. *quicunque,* dicitur, quod patronus vergens ad inopiam, suffragium vitæ pro temporis vsu percipiat ab Ecclesia, quam construxit. Sed sanè, cum non dicit, an officio Iudicis, vel aliter iure actionis, intelligi debet eo iure, quo alimenta solent præstari, id est, officio Iudicis. Cum enim quid est dubium in iure canonico, si id reperiatur iure **ciuili**
6 decisum, attendimus ius † ciuile, cum non agimus de peccato, *vt notatur in c. 1. de oper. noui nunc ita respondet Paul. de Citadin in d. artic. 4. in 3. q. num. 159.* Præterea si admitteremus actionem dari, vtique peti possent alimenta præteriti temporis, quod tamen non reperitur iure cautũ, nec ratione fundatur, & text. *in c. quicunque,* hoc videtur denegare, cum dicit, *suffragium vitæ,* & rursus, dum dicit, *pro temporis vsu,* & prædicti Doctores non respondent ad rationes in contrarium allegatas, quæ tamen plurimum vrgent, & per quos additionator ad Abb. *in loco prædicto,* tenet, quod competat solum officium Iudicis, & hæc pars minus lædit regulas iuris communis, & cum patrono respectu Ecclesiæ æquiparetur patrono respectu liberti, vti facit quoque Abb. *in d. c. nobis, num. 6.* nõ debet inter eos diuersum statui. Mihi itaque magis placet prior opinio, & eam credo in puncto iuris veriorem, sed in forensi vsu tenenda erit posterior, vti pluribus suffulta authoritatibus, postquam deuenimus ad ea tempora, quibus nihil tutũ existimatur, nisi quod authoritate confirmatur, sed disputando sustineri non poterit.

Rursus dixi inter alimentorum priuilegia, quod legatum alimentorum peti potest non adita hæreditate, & est verissimum, eo autem casu petitur nõ personali actione ex testamento, nec hypothecaria, sed officio Iudicis, id quod notãdum est. Nam
7 regulariter pro † legato dantur tres actiones, personalis scilicet ex testamento, secunda, rei vendicatio, tertia, hypothecaria. Est text. *in l. 1. vbi Cyn. Bar. Bal. Salic. Castren. & Ias. C. commu. de legat. Alex. in cons. 4. num. 20. in cons. 98. num. 5. volum. 2. Didac. in cap. Raynutius, § 10. num. 2. de testam. Natta in cons. 235. num. 10. Cauals de vsufruct. mulie. relict. num. 15.* Sed rei vendicatio pro legato alimentorum dari non potest, quia ei competit solum, quando res corporalis est relicta, non etiam dari potest actio personalis, quando hæreditas nõdum est adita, quia ea oritur ex quasi con-
8 tractu, qui ex aditione † hæreditatis inducitur. *l. apud Iulianum, § fi. ff. ex quib. caus. in possess. eat. l. ex maleficiis. § hæres. ff. de actio. & oblig. § hæres. Instit. de oblig. quæ ex quasi contract. glos. 1. § igitur, in ver. cedere. C. de caduc. tollen. Bal. in l. fi. in princ. C. de testam. milit.* At vbi nõ est aditio, ibi esse non potest quasi contractus, qui
9 contrahitur † inter hæredem & legatarium, *vt declarat Costa in § si pater, in 2. par. in ver. Trebellianica, numero 10. de testam. in 6.* Ergo ipsa quoque cessat ratio. Item actione cessante non datur hypothecaria, quia est accessoria personalis actionis, *l. contrahitur, & l. res. de pignorib.* & accessorium non potest stare sine principali, *c. accessorium, de reg. iur. in 6 l. si legati. ff.*
10 *de pignorib.* Et generaliter dicebat † Spec. *in tit. de testam. § in primis, ver. pone nullus,* quod pro legato nunquam datur personalis, vel hypothecaria actio ante aditionem hæreditatis, *Tiraquel. de priuileg. piæ cau. priuileg. 34. per totum.* Cum ergo peti possint legata alimentorum ante aditam hæreditatem, & eo casu non dentur illæ tres actiones, fatendum erit dari officium Iudicum. Et licet non inueniam hoc in specie tactum, tamen probari potest, quia vide-
11 mus, quod pro † legato in piam causam datur officium Iudicis. *l. hæreditatis. ff. de petitio. hæred.* Et notatur *in l. 1. C. de sacros. eccles.* vbi legata pro anima petuntur mandari exequutioni officio Iudicis, quod in sola æquitate consistit. Probat etiam Lup. *in rub. de donat. inter vir. & vxor, § 65. num. 18.* vbi infert, quod ideo petuntur etiam nũ adita hæreditate. Et idem de officio Iudicis, inquit Didac. *in c. Raynutius, in § 3. num. 11. in fi. de testamen.* vbi etiam subdit, lege regia omnia legata peti posse non adita hęreditate. Et ante eos hoc voluit Bar. *in l. ciuitatibus, num. 2. ff. de leg. 1.* vbi tenet, quod relictum pro construenda, vel ornanda Ecclesia peti potest officio Iudicis, *Roma. in Authen. similiter, in 2. specia. piæ cau. vltimæ volunt. C. ad leg. Falcid. Ripa in l. 1. num. 42. ff. de leg. 1. vbi post Castr. nulla facta Bartoli mentione idem dicit Iacob. Nig. post Alexan. ibi, num. 150.* vbi ait, quod pro legato non solum competunt tres illæ actiones, sed etiam officium Iudicis. At legatum alimentorum, quod fit pauperi, dicitur in piam causam, vti dixi inter priuilegia alimen. Ergo quidquid de legato piæ causæ dicitur, locum habebit etiam in legato alimentorum. Imo Alex. & Niger *in l. 1.* dicunt officium Iudicis indi-
12 stinctè † competere pro quocunque legato, quæ conclusio, si vera est, constituit dictum nostrum extra omnem dubitationem, quanquam etiam ex prædictis satis clarum videri possit.

13 Eodem Iudicis officio tenetur vasallus † alere dominum, vt concludit Aret. *in l. si quis non quasi, colum. 2. ver. ex isto textu arguit. ff. de acquir. hæred.* dum inquit, quòd vasallus obligatur erga dominum ad antidora, & iam diximus suprà, quòd antidoralis obligatio est naturalis, & non ciuilis, ideo non producit actionem, sed officium Iudicis.

Et idem

14 Et idem dici potest in domino erga † vasallum, quia cum de fructibus feudi ad se reuersi, teneatur vasallum alere, dabitur vasallo officium Iudicis, & cum sint correlatiua dispositum in vno, locum habet in alio, & sicuti de domino ad vasallum licet arguere, ita & de vasallo ad dominum.

Infertur ex eadem ratione, quod donatarius debet à donatore conueniri solo Iudicis officio pro alimentis præstandis, ex qua sola tenetur ad antidoralem obligationem, per quam benefaciēti debemus benefacere, & gratis reddere, quæ gratis
15 accepimus, *c. 1. de magist.* Quod autem † donatarius teneatur solum ad antidora, voluit glos. *in l. Aristo. ff. de donatio. Salic. in l. fi. C. de reuocan. donatio. Corneus in cons. 120. colum. fina. volum. 1. Ripa in d. l. fina. num. 165. & num. 187. C. eo. tit. Bero. in cons. 293. num. 22. & seq. volum. 1.*
16 nulla enim actione donatarius tenetur alere † donatorem, *vt probat gl. in l. in condemnatione. ff. de reg. iur. quam citat & sequitur Corne. loco prædicto.* Et iam diximus suo loco, quod donatarius non cogitur præcisè ad alendum, sed causatiuè, si non vult priuari donatis. Ea autem antidoralis obligatio, est ineffícax & inutilis, ita, vt nec in pactum deduci, nec aliquam accessoriam obligationem sustineri possit, *vt bene declarat Bero. loco prædicto.* Cum ergo antidoralis obligatio non producat actionem, fatendum
17 est † solum officium Iudicis nasci pro petendis alimentis. Et cōfirmatur ex eo, quod mox subiiciam de filio donatoris, quia si erga filium, ergo multo magis erga patrem, nā propter quod vnumquod-
18 que tale, & † illud magis, *Authen. multo magis. C. de sacros. eccles.* In filio autem est decisio, vt dicam.

Infertur quoque donatarium eodem officio Iu-
19 dicis conueniri posse à filio spurio † donatoris, *vti expressè decidit Ripa, in l. si vnquam, num. 72. C. de reuoc. donat.* vbi post aliquam disputationem concludit, donatarium omnium bonorum teneri officio Iudicis alere spurios donatoris. Mouetur argumento *l. si quis à liberis. §. idem rescripsit. ff. de liber. agnoscen.* vbi Bartolus & alij dicunt, quod monasterium tenetur alere filios ingressi. Mouetur item, quia pater
20 & filius dicuntur eadem † caro, *c. contradicimus. §. hac authoritate, 35. q. 3.* Proinde eo iure tenetur quis filium alere, qui obligatur erga patrem & addi posset, quod dictum est *in tit. quib debean. alimen. & in tit. qualiter sint præstan.* vbi probaui, quod Ecclesia tenetur non solum patronum, sed patroni filios alere. Idem dixi in liberto, & aliis personis. Sed adde, quia prædicta omnia, & iura etiam à Ripa allegata loquuntur in filiis legitimis & naturalibus, at nos agimus de spuriis, qui non dicuntur eadem caro cum patre, ideo si tractaremus de particulari donatario, ego non crederem subsistere Ripæ decisionem, sed in suis terminis, id est, in donatario omnium bonorum est verissima. Nam secundum aliquos bona sunt affecta onere alendi spurios, & in donatarium transiuerunt cum suo onere, & vbi etiam reali onere nō sint affecta, satis est, quod pater tenebatur erga filium spuriū, ergo agitur contra eum, in quem translata sunt.

Et multo planius transibit opinio Ripæ in filio legitimo & naturali, vt scilicet ei quoque competat officium Iudicis contra donatarium omnium bonorum. Est enim eadem, imo maior ratio, & pro ei bene adducuntur rationes Ripæ, & exempla de liberto, ecclesia, & aliis personis.

Vicario quoque, cui congrua portio debetur
21 ex bonis beneficij competit † officium Iudicis propterea consequenda, *gl. c. fi. de offic. vicar. in 6.* vbi etiā Archidiac. Sed ea dicit quidem officialem posse compellere patronum ecclesiasticum ad dandum Vicario congruam portionem, sed nō distinguit, an id fiat Iudicis officio, vel ad petitionem partis. Verum id deciditur *in Capel. Tholos. 149.* vbi Aufrerius dicit, quod officio Iudicis agi potest, sequitur Rebuf. *in tract. de congr. portio. num. 55.* vbi tamen subdit, quod pauca fiunt officio Iudicis, sed prædicti Doctores licet velint, quod Iudex possit hoc facere ex officio, non tamen dicunt, quod detur officium Iudicis. Proinde dubitari posset, quia etiam, quando competit actio multis in casibus Iudex prouidet ex officio: sed si rectè intueamur Aufre. ibi intelligit, quod detur officiū Iudicis, quia postquam distinxit inter prouisionem, quæ fit ex officio, & eam quæ fit ad instantiam partis ad probandum, quod fieri possit ad instantiam partis, subdit, *quod condictio ex lege competit, &c.* præterea tex. *in c. de monachis, de præben.* qui huiusmodi prouisionem in-
22 ducit, verba dirigit ad iudicem, ergo † datur officium iudicis, *secundum doctrinam Bart. in l. solent, numero 6. & 8. ff. de alimen. & cibar. legat. Et dixi suprà loquendo de patrono, in hac eadem quæstione.* Et eodem modo loqui videtur *cap. fina. §. vbi, de decim. in sexto, & Clemen. prima, de iure patronat.* & hanc partem, quod solum detur officium Iudicis, tenuit collecta. *in d. c. de monachis.*

Contrà, quod detur actio videtur probari, *in d. c. de monachis,* per regulam quæ habet, *quod vbi de nouo*
23 *per legem inducitur obligatio aliqua, † & non disponitur, qua actione agendum sit, tunc datur condictio ex ea lege, gl. in c. cum sit liberum, de sepultu. l. vnica, ff. de cond. ex lege, Bart. in l. quod ex his, ff. de adulter. & hanc partem tenet Franch. post Guliel. in Clemen. 1. quæstio. fina. de iure patron. quem citat & sequitur Aufrer. ad Capel. Tholos. quæst. 149. Rebuf. d. num. 53. & 52.* Hoc tamen argumentum non concludit, quandoquidem vbi verba legis diriguntur ad Iudicem, tunc etiam si noua inducatur obligatio, datur officium Iudicis, secundum iura præallegata, quæ indistinctè loquuntur, & nō probaret Aufrer. decisio, dum vult dare officium iudicis, & actionem: nam certum est, quod Iudicis officium datur in subsidium, quando nulla competit
24 actio, & ei soli datur, † qui est omni actione destitutus, *glos. in l. & ideo. ff. de cond. furtiua, Bal. in l. fina. §. sed eum, num. 1. C. de furt.* & officium cessat, quando est actio ordinaria, *l. vinum, vbi glos. ff. si certum pet. a. l. quædam. in princ. vbi Bartolus num. 1. ff. de eden. Anton. de Pat. in l. 1. num. 433. ff. de iureiuran.* & vult, quod detur solum in subsidium, *ponit Rolan. in cons... num. 55. volum. 1. decis. Pedem. 40. num. 7.* Nisi dicamus hoc procedere respectu iudicis officij nobilis, sed aliud esse in mercenario, quod solet actione deseruire. Sed nec id sustineri potest, quia loquimur de nobili, ideo verius est, quod solum detur officium iudicis, atque

id magis conuenit regulis iuris, à quibus temerè non est discedendum, nisi manifestè appareat de ratione in contrarium. Et quia dixi suprà, quòd etiam lex noua dirigens verba ad iudicem nõ producit actionem, sed officium Iudicis, hoc voluit Imo. si benè legatur, *in l. si mulier, §. cum proponeretur, vbi Alexan. num. 14. ff. ad Trebellia.*

25 Ex eodem fonte deducitur, quòd spurius † officio Iudicis petat alimenta: non enim esse debet melioris conditionis, quàm filius legitimus & naturalis, de quo dixi in principio huius partis. Et confirmatur, quia succedit dos loco alimẽtorum, vt dicam suo loco, & tamen pater solo Iudicis offi-

26 cio cogitur filiam dotare, † *secundum Barto. in l. si mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebellia. vbi reprehendit gl. quæ tenebat contrarium in l. obligamur, §. lege. ff. de actio. & obligat. & ibi sequitur Angel. qui adducit nonnulla in contrarium, & resoluit Imo. & hoc etiam voluit Barto. in Authen. res quæ, C. commu. de legat. glos. in l. socer in princip. in ver. conuenire. ff. soluto matrim. vbi Ang. & alij, & est verior & communior opinio, vt inquit Alexan. in d. c. cum proponeretur, num. 14. sequitur Ascan. Clem. de patr. potest. effectu 11. num. 12.* Et prædicti omnes loquuntur in filia legitima & naturali, ergo vẽdicabunt sibi locũ multo magis in filia naturali seu spuria, facit quod diximus supra de filia spuria, donatoris agente pro alimentis contra donatarium omnium bonorum.

27 Infertur pariter, quod pauper, cui † tempore necessitatis debentur alimenta, non aliter petit, quam Iudicis officio. Ita voluit glos. *in cap. sicut hi, 47. distinct.* vbi ait, quod non datur actio. Idem voluit glos. *in cap. exiguum, 1. quæstio. 7.* vbi, quando agit contra ecclesiam, quæ tenetur pauperibus subuenire tempore necessitatis, & eam sequitur Abb. *in cap. à nobis, num. 6. de iure patron.* vbi constituit differentiam inter pauperes, & patronum ecclesię, quia secundum eum pauperibus datur officium Iudicis pro alimentorum exactione, patrono vero competit actio. Id quod ante eum videtur quoque placuisse Butr. ibi, & quod non compellatur quis iure actionis, sed officio Iudicis ad dandum alimenta, voluit etiam glos. *in c. domino sancto, distinct. 50. Abb. in c. penult. de cleric. ægrotan. & ponit Burgos in c. 1. num. 30. de emptio. & venditio.* Et hanc partem tenuit Anan. *in c. si quis, in fi. de furt.* vbi colligit ex eo textu, pauperem causa necessitatis, caristiæ tempore agere posse officio Iudicis, non iure actionis, vt sibi subueniat. Ad idem est gl. *in ver. fac in cap. omnes leges, distinct. 10.* quam allegat & sequitur Roman. *in sing. 798. idem probat addition. ad Capel. Tholosan. quæst. 446. Ripa, in tract. de remed. præseruat. contra pest. num. 96. & plures ad hoc allegat Tiraquel. in tracta. pen. temperan. causa 44. num. 10.* vbi ait, quod pauperes possunt diuitem ecclesiæ denunciare, quæ illum officio Iudicis cogat dare eleemosinam. Hoc idem tenet Ioan. Lup. *in c. per vestras, in 3. nota. §. 12. incip. tertiò, propter necessitatem, num. 1. folio mihi 144.* dicens, quod necessitatis tempore, pauper potest officium Iudicis implorare contra diuitem, vt ei subueniat. Allegat Abb. *in c. cum causam, colum. fi. de actio. Didac. lib. 3. variar. resolutio. cap. 14. num. 5. ver. sed his omnibus.* vbi ponit rationem: nam vbi cogitur quis facere eleemosinam, id prouenit ex legali debito, ergo compelli potest officio Iudicis, quod argumentum non concludit, quia possunt simul stare, quod debitum descendat à lege, & quod detur actio, non officium Iudicis. Sed sustineri potest in materia alimentorum, quia subsistit regula, quod pro alimentis, à lege ordinatis conueniatur quis officio Iudicis, nõ iure actionis, vt dixi. Debentur enim ex miseratione, non autem ex obligatione. Illam quoque propositionem admittit Natta *in cons. 500. num. 4. contentus authoritate Abb. in cap. 1. de emptio. & venditio. multos etiam citat Beninca. in tract. pauper. in 7. q. princip. in 5. specia. iud. num. 17.* vbi ait, tempore penuriæ cogi diuites ab ecclesia ad erogandum eleemosinam pauperibus, *latè etiam Cordub. in l. si quis à liberis, §. et si impubes, num. 36. & seq. ff. de liber. agnos. vbi limitat principalem decisionem, qua de re nos tetigimus suo loco.* Addo, quòd conclusio hæc probari videtur *in l. 1. in fi. C. de episcop. aud.* vbi ait, pertinere ad episcopos prouidere pauperibus positis in necessitate. Et licet in principali dicto textus ille aliud agat, tamen ratione ibi, *quibus, &c.* includit etiam casum nostrum. Stat igitur communis conclusio, quòd pauperibus pro alimentis vel eleemosina, competit officium Iudicis, pupillus

28 quoque † officium Iudicis petit alimenta à tutore, *Cordub. in l. si quis à liberis, §. vtrum, num. 16. ff. de lib. agnoscen. vel alen.* Allegat Specu. *in tit. de actore, num. 3.* vbi tamen hoc non dicit, sed solum quod pupillus petit sine curatore, nisi facile sit illi curatorem dare, sed decisio est vera.

Notandum est autem, quod vbi alimenta petuntur officio Iudicis, tunc non est præstanda fideiussio de illo restituendo in casu succumbentiæ,

29 † licet aliud sit, quando iure actionis debentur, *ita dicit Guliel. de Lud. in sing. 139. per tex. in l. 1. in princ. si cui plus quam per leg. Falcid. & in l. fi. C. de ordin. cognitio.* Sed hoc priuilegium non benè deduci videtur. Nam etiam, quando iure actionis debentur alimenta, nullla præstatur fideiussio, & non reperitur iure

30 cautum, graue est enim † onus necessitas fideiubendi, *Doctores in l. 2. vbi Salic. C. de hared. vel act. vend. & ibi quoque ponit Bal. num. 6.* & plurimum interest non grauari mere fideiubendo, *l. si quis à qua. §. fina. ff vt in possess. legato. 1a. s. in l. 2. in princ. nu. 32. ff. solu. matrim.* & iu-

31 dicis arbitrio † committitur, quando cauendum sit, *secundum Tiraquel. de retract. consanguin. §. 1. glos. 18. num. 46.* Frustra ergo fit distinctio inter alimenta debita officio Iudicis, & ea, quæ iure actionis petuntur. Credo tamẽ Guliel. intellexisse de alimentis, quæ lite pendente per modum prouisionis debentur actori à reo, quia pro eis nulla debetur fideiussio, quia etiam si succumbat actor in eo iudicio, non tamen restituit alimenta iam præstita, *vt dixi in titu. quibus alimenta debeantur, & in tit. quando alimenta præstita repetantur.*

SVMMARIVM.

1 *Actio personalis datur pro alimentis legatis.*
2 *Hypothecaria datur pro omnibus legatis.*
3 *Correctum quod non reperitur, firmum stare debet.*
4 *Hypothecaria datur pro eo legato, pro quo competit sola personalis.*

5 *Pro legato, pro quo solum datur officium Iudicis, etiam hypothecaria.*
6 *Argumentum valet à fideiussione ad hypothecam.*
7 *Fideiussio adhærere potest soli officio Iudicis.*
8 *Taciti & expressi idem est iudicium.*
9 *Totum qui dicit, nihil excludit.*
10 *Tres actiones competunt pro legato, dummodo eius natura non repugnet.*
11 *Officium Iudicis competit etiam pro legato alimẽtorum.*
12 *Officium solum, & non alia actio datur pro alimentis seruo, vel incapaci relicto.*
13 *Legatum alimentorum factum seruo vel incapaci debetur non ratione, sed æquitate.*
14 *Seruus non potest agere, & est actionis incapax.*

QVÆSTIO IIII.

CVM de alimentis legatis agitur, peti possunt alimenta actione † personali, *l. solent. ff. de alim. & cibar. legat. l. 1. C. de fideicom. iuncta l. 1. C. commu. de legat. ita tenet Ang. in cons. 338. num. 2. Bero. in cons. 30. num. 9. volum. 2.* Dissident tamen inter se, quia Beroius dicit, solam dari personalem actionem. Ange. autem inquit personalem dari, vel hypothecariam. Et hæc vltima videtur mihi verior, quia hypothecaria † datur pro omnibus legatis, *l. 1. vbi Cyn. Bar. Bal. & alij. C. commun. de legat. Alexan. in cons. 40. num. 20. & seq. & in cons. 98. num. 5. volum. 2. Didac. in cap. Raimutius, §. 10. num. 2. de testam.* Et non reperitur cautum in contrarium, ergo stare † debet, quod non reperitur correctum, *l. præcipimus*, C. *de appellatio.* Et alimentorum legatum esset deterioris conditionis, quàm cætera, si pro eo non daretur hypothecaria, quæ datur pro aliis, cum tamen sit aliis fauorabilius. Et certum est, quod hypothecaria competit etiam pro legato, pro quo sola personalis actio † datur, *l. 1. in fi. C. commun. de legat.* Id quod procedit etiam inspecto iure antiquo, *l. creditoribus, ff. de separatio. Bartolus in l. 1. in fi. num. 13. ff. de leg. 1. sequitur ibi Imo. Alexan. Socin. & Ias.* Et confirmatur, quia secundum prædictos omnes competit hypothecaria, etiam pro iis legatis, pro quibus datur solum officium Iudicis, † quia si hæres potest compelli, eodem modo res potest distringi, *l. hæreditas, §. 1. ff. de petitio. hæred. l. de pollicitationibus, in fi. ff. de pollicitatio. quas rationes allegat Barto. in loco præcitato*, vel quia valet argumentum à fideiussione † ad hypothecam, *l. si legati, in fi. ff. de pignorib.* Et officio Iudicis adhærere † potest fideiussio, *secundum glos. in l. cum quis pro eo. ff. de solutio. Bartolus in l. Marcellus, in princ ff. de fideiussoribus*, ergo idem erit in hypotheca. Nec mouet dubitatio Ias. ibi. qui volebat procedere solum in hypotheca expressa, non autem in tacita, nam taciti & expressi idem est † iudicium, *l. cum quid. vbi notatur, ff. si certum petat. Neguss. in tract. de pignorib. in 4. memb. 2. par. princip. num. 157. ver. primo ergo amplia.* vbi duas considerat rationes ex text. *in d. l. 1. C. commu. de legat.* Prima est, quòd ibi datur pro omnibus legatis hypotheca, ergo etiã pro iis, quæ solo iudicis officio petuntur, quia † nihil excludit, qui totum dicit, *l. 1. ff. de leg. 1. l. Iulianus, ff. de leg. 3.* Secunda est, quòd Imperator ibi parificat tacitam hypothecam à lege inductam ei, quæ per testatorem expressè inducitur, atque ita in legato æquiparantur tacita & expressa hypotheca, ita vt non possit de hoc esse dubiũ. Si igitur datur, quando solum competit officium Iudicis, & ita, quando casus est dubitabilis, multo magis dabitur, quãdo competit actio personalis, cui magis adhærere solet, & potest hypotheca, & qui casus est minus dubius per prædicta, quibus ostenditur, quòd duæ competunt actiones, & id tenet quoque Bart. *in l. solent, num. 5. ff. de alim. leg.*

Etsi dicatur, quare non datur rei vendicatio? Responsio est in promptu, nam lex quæ tribuit actiones pro legatis, intelligi debet † dummodo eorum natura non repugnet, vt probatur *in l. 1. §. 1. C. commun. de lega.* dum loquitur de hypotheca rei, aut vendicatio non datur, nisi pro re corporali. *contra l. 1. in princ. ff. de rei vend.* Ergo non potest competere pro alimẽtis, quæ consistunt in iure, *id est*, in actione, quæ incorporalis est. Et prædictam rationem, quòd pro legato non detur rei vendicatio, quando natura legati repugnat, ponit etiam Bart. *in d. l. 1. vbi Ias. in prima limitatio. num. 6.* vbi ponit exemplum in legato libertatis, pro quo neque rei vendicatio, neque hypothecaria datur, sed sola actio ex testamento, quæ est personalis, *secundum gl. & Bar. in d. l. 1. Imo. & Alexan. in l. 1. ff. de leg. 1.*

Sed etsi dicatur, dictas duas actiones pro legato competere, veritas tamẽ est, quod etiam datur officium Iudicis, ita † in terminis de legato alimentorum, Bar. *in d. l. solent, num. 5. & 6. ff. de alimen. legat. alios citat Dec. in l. de alimentis, num. 5. in fi. C. de transact.* & & facit, quia pro quocũque legato datur officium Iudicis, *secundum Bart. in l. ciuitatibus, num. 2. ff. de leg. 1. Iacob. Nig. in l. 1. num. 150. vbi etiam Ripa, num. 42. ff. de leg. 1. Et dixi supra hac eadem parte.* Legatum autem alimentorum est pium, præcipuè quando fit pauperi, ergo in eo quoque locum habet dispositio. Sed quia hæc similitudo restringeret decisionẽ ad legatum pauperi factum, tenenda est prior, quæ indistinctè procedit, etiam si fiat diuiti, & hac ratione semper erit vtilior.

Quòd verò dictum est, actionem dari pro legato alimentorum, intellige, quando legatum est validum, quia scilicet relictum sit personæ capaci: quod si forte alicui relinquatur incapaci, adhuc solum competet officium Iudicis, vt notat Ias. *in l. seruos ad custodiam, num. 2. in fi. ff. de alimen. & cibar. legat.* vbi loquitur de alimentis seruo † vel alicui religioso relictis, dicens, quod pro eis imploratur officium Iudicis. Idem Barto. dicit de seruis pœnæ, & de seruis factis per captiuitatem, aut natiuitatem, *in tracta. Minoricar. lib. 1. cap. 1. num. 3. & seq. idem Bart. ibi, lib. 2. distinct. 7. cap. 2. num. 38.* vbi loquendo de fratribus Minoribus, inquit: *Quod etsi hæres inspecta persona fratrum, quibus legata sunt alimentæ, non possit dici obligatus, tamen talis dici potest inspecta sua ipsius persona, & impropriè ex quadam æquitate, quæ parit officium Iudicis.* Ponderat textum *in capit. exiit qui seminat, §. ad hæc.* vbi dicitur, quòd Iudex ex officio suo promptum se exhibeat, &c. dicit glos. *in §. item nobis, in vers. nihil suum, Institut. per quas personas nob. acquir.* quod legatum alimentorum factum seruo † non ratione, sed

sed æquitate debetur, Bald. *in l. id, quod pauperibus, numero 27. vers. vel potest dici, C. de episcop. & cleric.* vbi ait, quod legatum alimentorum seruo vel simili personæ factum, valet, potius officio & tuitione iudicis implorata, quam de rigore iuris. Et inquit Cuman. *in cons. 30. num. 3.* quòd eiusmodi legatum incapaci factum, non dicitur propriè deberi aut valere, sed grauatus compellitur officio iudicis, ad præstandum illud.

Hanc etiam partem loquendo in seruo, tenuerunt Barto. Alberic. Castrens. & alij, *in l. seruo alieno, §. 1. ff. de leg. 1. Ias. in l. si victum, num. 6. ff. de re iudic.* vbi, quod misericorditer datur officium iudicis, nullam præsupponens obligationem, & loquitur in seruo. Idem Ias. *in l. 1. C. qui admit. Ripa in l. 1. num. 47. ff. de leg. 1.* vbi loquitur generaliter de legato relicto incapacibus personis. Gomes. *in tracta. de testam. in tit. de legat. cap. 12. num. 46.* vbi de seruo, & de fratribus Minoribus, atque aliis, qui nihil habere possunt proprium. Et multos allegat textus Soarez. *in suo Thesaur. receptar. sententiar. in ver. alimenta, num. 165.* vbi loquitur de monachis nihil peculiare habere valentibus. Sed solum allegat Gomes. *in loco præcitato, Dec. in l. 1. num. 26. C. qui admitti, Socin. iun. in l. 1. num. 310. ff. de leg. 1. Cordub. in l. si quis à liberis, §. vtrum, num. 12. ff. de liber. agnoscen. vel alen.* vbi ait, quod seruus implorato iudicis officio petere potest alimenta. Et infert etiam ad fratres Minores omnium bonorum incapaces, qui tamen alimenta relicta per iudicis officium petere possunt, id quod hodie ex ordinationibus suorum patrum, est eis omnino prohibitum, ita quod solummodo recipere possunt à sponte dantibus. Quinimò vidi ordinationem, qua cogitur Guardianus, vel alius prælatus protestari hæredi, vel debitori, quod non intendit legatum illud acceptare, imò absolutè repudiat, & refutat protestando, quod si etiam onus aliquod iniunctum sit, puta, missas, officium, vel orationes celebrandi, non vult teneri ad aliquid tale faciendum. Quare autem non detur actio, ratio est, quia tales habentur pro mortuis, ideo actionem exercere non possunt, & in seruo, quòd sit in-
1 4 capax actionis, voluit † textus *in l. seruus, ff. de alimen. legat. l. seruo alieno, ff. de leg. 1.* Officium autem iudicis residet in ipso iudice, qui potest quandocunque vult illud exercere. Sed hæc ratio differentiæ non videtur bona, quia sicut seruus iudicis officium implorans, comparet in iudicio pro alimentis, ita deberet posse comparere intendando actionem, quæ regulariter datur pro legato. Responderi tamen potest, quod ex quo admittendo seruum, vel alium incapacem vulnerâtur iuris regulæ, conueniens duxit Iurisconsultus derogare iuri, quanto minus fieri posset. Hanc quoque sentẽtiam, quod solum detur officium iudicis, nouissimè multos ex prædictis allegans, tenuit Lancell. Gallia. *in consuetudine Alexandrina, in vers. solidos, quæstio. 6. num. 50. addo Vital. in tracta. clausul. in titu. an possit alim. renuntia. colum. fina. vers. & scias.* vbi dicit, quod iudex potest pro legatis piis compellere ex officio exequutores testamentarios ad soluendum, sed non pro aliis legatis.

SVMMARIVM.

1 *Maritus actionis iure petit alimenta seu vsuras pro retardata solutione dotis.*
2 *Negotium alienũ vtiliter gerens, repetit quod impendit.*
3 *Maritus alimenta pro retardata dotis solutione repetit à socero ante moram commissam.*
4 *Marito pro alimentis retardatæ dotis datur solum officium iudicis.*
5 *Vsuræ retardatæ dotis sunt fauorabiles, non odiosæ.*
6 *L. cum quidam. §. diuus. ff. de vsur. non habet locum in vsuris dotalibus.*

QVÆSTIO V.

MARITO, cui facta est mora in solutione dotis promissæ à socero, vel alio, qui tenebatur alere, datur actio negotiorum gestorum ad petendum alimenta vxori
1 præstita † vel vsuras dotales, quæ alimentorum loco succedunt, *vt voluit Imo. in l. in insulam, §. vsuras, colum. 2. ver. sed forte potest dici, quod aut iste, ff. soluto matr.* Et ratio est, quia cum debitor teneretur alere, & maritus alimenta præstando illam releuauerit ab eo onere, & gesserit vtile illius negotium marito, conueniri potest actione negotiorum gestorum ad soluendum, quod in eius vtilitatem versum
2 aut † gestum est, *argumento l. Nesennius ff. de nego. gesto. & in l. alimenta, C. eodem tit. & cum Imo. transit ibi Alexan. num. 3.*

Et quamuis Corneus *in cons. vlt. colum. 3. vers. sed stat dubitatio, volum. 2.* reprehendat Imola, eo quod non sit verum, quod promittens dotem & nõ soluens, teneatur vxorem alere, tamen Corne. non bene obseruauit verba Imolæ, qui non dixit generaliter de quocunque promittente dotem, sed de eo, qui rationem sanguinis tenebatur alere. Et ita eum intelligit Alexan. ibi, & quoad talem promissorem etiam Corne. transit cum Imo. Impugnat enim illius generalem rationem, negans quod Cinus & alij id dicant, sed non negat, quin vera sit decisio Imolæ in eo, qui de iure tenebatur alere, & prædictam decisionem sequitur etiam Ruinus, *in cons. 61. num. 6. volum. 4.* vbi per prædictam rationem infert, quod ante biennium, & ita ante commis-
3 sam moram poterit maritus à socero repetere † alimenta, quia militat pro eo quoque tempore ratio negotij vtiliter gesti, proinde militare quoque debet decisio, cuius tamen dictum, quoad hoc non probo pro nunc, aliquando examinaturus de illius veritate. *Et hanc partem tenere videtur Garzias in tract. de vltim. fine, in sexta illatio. num. 71. & sequenti, dum restringit decisionem textus capituli, salubriter, de vsur. ad socerum & generum. & eum sequitur Didac. variar. resolut. lib. 3. cap. 1. vers. cæterum alia, distinctionem Imolæ sequitur Aret. in §. fuerat, num. 6. & Ias. num. 22. Rolan. cons. 65. numero 9. volum. 4.* Et transit meo iudicio sine difficultate secundum suos terminos, quando scilicet, qui dotem promisit, tenebatur de iure alere, & maritus alimenta præstitit repetendi animo, quia vt alias licèt vxor sit in obsequio viri, quando tamen dos est promissa, vir potest alimenta petere, nec compensantur cum obsequiis, præcipue cum regulariter

gulariter operæ vxoris, vel alterius mulieris quæ non sit artifex, non sufficiãt pro alimentis, nec illis æquiualeant. Cum vero agimus de eo, qui dotem promisit, & non tenebatur aliquo iure sanguinis, accommodari non potest decisio Imolæ, ex quo nullum illius negotium gestum est, ideo quærendum est, quomodo maritus alimenta petat, & aliqui non se resoluunt nec audent alteram partem affirmare, *vt Iaſ. in d. § fuerat, num. 22. Rolan. in conſ. 65. num. 15. & ſeq. volum. 4.*

Petrus autem quem sequitur Baldus *in l. fina. §. præterea, num. 3. & ſequenti*, dicit, quòd solum datur
4 officium Iudicis, nõ autem actio: † Imò vult, quòd sit officium Iudicis mercenarium non nobile, & ad iure allegata in contrarium, respondet, quod loquuntur in accessionibus & fructibus naturalibus, qui principali petuntur actione, non autem in ciuilibus quia officio Iudicis petuntur. Idem probauit Bald. *in l. ſi marito. §. fina. ff. ſoluto matrimonio*, vbi infert, quòd maritus recipiens sortem sibi præiudicat in alimentis vel vsuris, & cum eo transit Alexan. ibi, *num. 4.* dicens, quod iudicium dotis ex parte mariti non est vniuersale, quia fructus non augent dotem, quod esset sine dubio, si esset vniuersale, & quia non petuntur nisi lapso biennio, & ita post moram. Discedit tamen Alexan. à decisione Baldi, quatenus ille distinguebat inter accessiones naturales & ciuiles, quia secundum eum non reperitur quod fructus in contractibus bonæfidei petãtur iure actionis, sed hoc nihil ad nos, & eget longiore discussione. Cum prædicta quoque sententia transit Alciat. *in tracta. præſumpt. reg. 1. præſumpt. 32. num. 7.* vbi ipse dicit extincto principali vsuras peti nõ posse, & mouetur quia sunt odiosæ, quæ ratio non concludit. Quinimo vsuræ præ-
5 dictæ sunt † fauorabiles, vt voluit Roman. *in conſilio 517. columna 4.* quia debentur loco damni emergentis, *Aretin. in §. fuerat, num. 7. Inſtitut. de action. Corne. in conſilio 145. volum. 2. Dec. in conſilio 571. colum. fina. Bero. in conſilio 52. numero 23. volumine 2. Natta in conſilio 495. numero 8. Rolandus in conſilio 65, numero 18. verſic. ſecundo non obſtat, volum. quarto*, vbi dicunt, ideo text. *in l. cum quidam, §. diuus, ff. de vſu.* locum non habere
6 in interusuriis, † quæ debentur loco alimentorum. Tenet hanc opinionem pariter Bald. Nouel. *in tracta. dot. par ſexta, priuileg. ſeptimo, colum. tertia, verſic. & pro hoc dico.* vbi ait, quòd marito datur solum iudicis officium mercenarium, quod deseruit actioni, non autem actio, licet aliud velit in vxore repetente dotem. Et idem sequitur Negusan. *de pignor. in quarto mem. 2. part. num. 54. verſic. ſed dubitatur.* vbi tenet, quod iudicium dotis ex parte mariti sit particulare, licèt ex parte vxoris sit vniuersale. Conclusio itaque firmari poterit, quod maritus officio iudicis petit alimenta, vel interusuria sibi debita ob retardatam dotis solutionem, præterquam, vbi dos fuit promissa ab eo, qui tenebatur vxorem alere, quia eo casu datur actio negotiorum gestorum, tanquam alendo maritus gesserit vtile debitoris negotium, quod etiam voluit Rolandus *dicto conſilio 65. numero 9.* Est verum quod Bald. Nouel. *in l. prima, numero 17. ff. ſoluto matrimo. & in tract. dot. par. ... priuileg.* ... tenet contrarium, quod marito detur actio de dote, vel ex stipulatu pro interusuriis, vel alimentis debitis ob moram commissam, sed mouetur ex iis, quæ dicta sunt fauore vxoris, nõ aduertens militare diuersam rationem, quia pro vxore iudicium de dote est vniuersale, sed pro marito est particulare.

SVMMARIVM.

1 *Actio competit pro alimentis ex ſtatuto debitis.*
2 *Legitima mortuo patre petitur iure actionis.*
3 *Condictio ex lege competit, quando lex nouam introducit obligationem.*
4 *Condictio ex lege competit, quando lex nouam introducendo actionem loquitur impersonaliter, vel dirigit verba ad partes.*
5 *Statutum dicitur lex populi.*
6 *Statutum dicitur ius ciuile illius ciuitatis.*
7 *Condictio ex lege datur, quando ſtatutum idem disponit quod ius commune.*
8 *Condictio ex ſtatuto efficacius prouidet, quam officium iudicis.*
9 *Expensæ quando debentur ex ſtatuto, tunc oritur condictio pro earum petitione.*
10 *Condictio ex lege non datur nisi in ſubsidium.*
11 *Condictio ex ſtatuto competit ei in cuius fauorem ſtatutum fuit conditum.*
12 *Condictio ex ſtatuto competit ei in cuius fauorem conditum fuit etiam ſi ad eum verba non dirigantur.*
13 *Condictio ex lege dicitur actio perſonalis.*
14 *Condictio ex ſtatuto dicitur perſonalis actio.*
15 *Condictio ex ſtatuto eſt ſtricti iuris non bonæ fidei.*
16 *Ius delatum ex ſtatuto tranſmittitur ad hæredes ante agnitionem.*

QVÆSTIO VI.

1 STATVTVM si disponit alimentari aliquem, tunc peti possunt iure † actionis, non autem officio Iudicis, vt probat Alexan. *in conſ. 7. num. 27. volum. 2.* vbi loquitur in statuto disponente, quod filia debeat dotari & ali: & subdit dari condictionem ex statuto. Clarius Alciat. *in conſ. 338. num. 1.* vbi mouetur, quia vbi statutum excludens fœminam propter masculos, mandat illam ali, datur condictio ex statuto, quia sicuti legitima actiõis iure petitur post mor-
2 tem † patris. *l. cum quæritur. C. de inoffic. teſtam.* ita & alimenta quæ subrogantur loco legitimæ. Sed fallax est argumentum, quia nõ est absolutum, quod alimenta legitimæ loco succedant: Cum neque etiã dos semper sit loco legitimæ, præcipuè, quando statutum filiam simpliciter excludit, mandãs illam dotari, *vt declaraui ſupra in prima quæſtione huius partis.* Hanc quoque decisionem, quod actio detur pro alimentis ordinatis à statuto, tenuit Menoch. *in conſ. 8. num. 20. in fine, verſiculo, cæterum re melius.* vbi infert, quod ideo peti poterunt pro tem-
3 pore præterito, & ratio est, quia vbicunque † lex inducit nouam obligationem, tunc datur condictio ex ea lege. *l. ſi quis argentum, C. de donationib. l. prima, ff. de condictio ex lege, vbi notatur, Bartolus in l. quod ex his, ff. de adulter. Bal. in l. finali. §. præterea, num. 3.*

C. de

C. de iure dot. Rebuff. in tracta. de congr. portio. num. 52. Et ea conclusio procedit sine dubio, quando verba 4 referuntur nō ad Iudicem, sed ad partes, † vel proferuntur impersonaliter, vt distinguendo probat Barto. *in dicta l. 1. ff. de condictio. ex lege, vbi Iason num. 6. & 7.* Et quod dicitur de lege, locum habet etiam 5 in statuto, quia † dicitur lex populi. *l. omnes populi. v-* 6 *bi Bartolus & alij, ff. de iustit. & iur.* & dicitur ius † ciuile, *secundum Bartolum in l. stipulationem alia, in fine princip. ff. de verborum obligationib. Bald. in Authen. generaliter, colum. 1. C. de episcop. & cleric. Iaſ. qui teſtatur de communi in d. l. ſtipulationem, num. 9.* Et videmus Barto. Iaſ. & Doctores, *in dicta l. 1.* loquentes de condictione ex lege, promiſcuè ponere legem & ſtatutum, nullam conſtituentes differentiam. In tantum autem verum eſt condictionem ex ſtatuto dari, vt procedat etiam, quādo ſtatutum non inducit nouam obligationem, ſed diſponit idem, quod ius commune, quia † eo caſu datur etiam condictio, 7 & dicitur ſatis operari, *ſecundum Bart. in l. 1. ff. ad leg. Falcid. Abb. in rub. de regular. in fi. Ruin. in conſ. 27. num. 12. volum. 3. Rolan. in tract. de lucro dot. quæſtio. 27. in fine.* Hic 8 autem condictio † ex ſtatuto, fortior eſt officio Iudicis, & efficacius prouidet, *ſecundum Caſtren. in l. ſi ſocer, in fi. princip. ff. ſoluto matrimonio,* & probatur *in l. cum poſtulaſſet, in princip. ff. de damno infect. Alexan. in dicto conſ. 7. num. 26. volum. 2. Ruin. in dicto conſilio 27.* Hinc videmus, quod ſi ſtatutum mandat victum victori 9 condemnari, in expenſis, oritur † condictio ex ſtatuto, *ſecundum Barto. in l. tertia. §. ſi rem. ff. de lega. tertio, Doctores in cap. ex parte, de reſcript. Alexan. in l. properandum. §. ſin autem alterutra, vbi etiam Iaſon, numero 5. C. de iudic.* Et plures caſus, quibus ex diſpoſitione ſtatuti datur condictio ex lege, ponit Firmian. *in ſuo repertor. in ver. condictio ex lege,* ſed quod dictum eſt, condictionem ex lege oriri, à ſtatuto idem diſponente, quod ius commune non mihi tutum videtur, quandoquidem non ſoleat dari condictio ex lege 10 † niſi in ſubſidium, *vt notab. in eadem l. 1. ff. de condictio. ex lege. Dyn. in conſ. 43. columna 1. & in conſilio 48. in fine, Crauet. in conſilio 752. numero 21.* niſi dicamus, quod oritur quidem condictio, ſed impeditur exercitium, donec aliud competit remedium. Sed pro hac parte facit, quod is intendare poteſt cōdictio- 11 nem ex ſtatuto, † in cuius fauorem ſtatutum fuit conditum, *l. ſtatuas. ff. de acquiren. rerum dominio, Bartolus in l. omnes populi, in ſeptima quæſtio. princip. ff. de iuſt. & iur.* Imo, vt conſequatur, quis commodum à ſtatuto delatum agere poteſt condictione ex lege etiam, ſi ad eum verba non dirigantur, ſed ſufficit, 12 quod factum fuerit † ad eius commodum. *l. ſi vno legata. §. ſi teſtator. ff. de legatis 1.* vbi Bartolus infert ad ſtatutum fœminarum excluſiuum in fauorem agnatorum. *Et proſequitur Natta in conſilio 147. num. 1.* 13 Et eiuſmodi condictiones dicuntur † perſonales. *l. actionum, in princip. ff. de actio. & obligatio. §. appellamus.* 14 *Inſtitut. de actio.* Et idem eſt in condictione † ex ſtatuto. *l. 1. ff. de condictione ex lege. Tiraquellus in tracta. de retract. conſang. §. 8. gloſ. 5. num. 8.* vbi tamen dicit, quod aliquando ſunt in rem ſcriptæ, *l. tertia, §. primo, vbi gl. in verſic. perſonales. ff. ad exhiben. gloſ. Bartolus, & alij in l. ſi. ff. de operis noui nuntiat. Tiraquellus loco prædicto, vbi alios alios addit,* & eiuſmodi actiones ſeu condictiones 15 ex ſtatuto dicuntur ſtricti † iuris, non autem bonæ fidei, *Baldus in capitulo primo, in fi. de feudor. cognit. Dyn. & Barto. in l. conſtitutionibus. ff. ad municip. Ang. in conſilio 202. Tiraquellus de retract. conuentio. §. 32 gloſ. 1. num. 2.* & ius à ſtatuto delatum tranſmittitur ad hæredes, etiam ſi non fuerit agnitum, vt loquendo de lucro 16 dotis delato à ſtatuto † per mortem vxoris voluerunt in fauorem mariti, Bartolus, Baldus & alij communiter *in l. ſi arrogator, ff. de adoption. Salicet. Caſtren. Alexand. & alij, in l. cum antiquioribus. C. de iure deliberan. Bartolus in l. generaliter, §. in his, C. de ſecund. nupt. alios cumulat Brun. in tracta. de ſtat. exclu. fœmin. in vndecimo articu. princip. num. 85. Crauet. alios referens in conſilio 125. in fine,* vbi idem dicit in quarta, quæ debetur arrogato in bonis arrogatoriis, & in beneficio, quod competit maſculo in excludendo fœminam, & in aliis etiam caſibus, *Tiraquellus, de retract. conſanguin. §. 11. gloſ. 9. num. 4.*

In quibus locis impugnatur doctrina Saliceti, contrarium tenentis, vt per Crauet. qui etiam reprobat Calcan. Et poſſent circa eiuſmodi conditiones multa allegari pro inſtructione aduocatorum, ſed ſufficit prædicta adduxiſſe, quæ magis viſa ſunt expedire.

SVMMARIVM.

1 *Tutor repetit à pupillo à iure actionis quidquid pro illo impendit, & datur contrarium tutelæ iudicium.*
2 *Tutor tenetur pupillum alere, boniſq; moribus, & arte imbuere.*
3 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*
4 *Tutor iudicio tutelæ repetit impenſas, quas fecit ex neceſſitate officij.*
5 *Tutor repetit, quidquid vtiliter impendit pro pupillo.*
6 *Perſona hominis cunctis eſt rebus præferenda.*
7 *Tutoris officium eſt neceſſarium & publicum.*
8 *Tutor compelli poteſt captis pignoribus, & mulcta indicta aſſumere tutelam.*
9 *Tutor repetit à pupillo alimenta, quæ illi præſtitit ante factam taxationem à iudice.*
10 *Tutor repetit à pupillo iudicio tutelæ, quidquid erogauit in alimenta ſororis pupilli.*
11 *Tutor ante rationem redditam ponit inter expenſas pupilli alimenta, etſi non poſuit ante repeti poſt redditionem.*
12 *Retentio fauorabilior eſt, quam petitio.*
13 *Protutor repetit impenſam alimentorum factam pro pupillo.*
14 *Protutoris bona ſunt pupillo tacitè obligata ſicut tutoris.*
15 *Soluere ſibipſi poteſt quicunque gerit aliena negotia.*
16 *Tutor poteſt ſibipſi ſoluere ſuum creditum.*
17 *Tutor debitor pupilli cogitur exigere à ſeipſo.*
18 *Mulier non petit à filius interuſuria dotis non ſoluta poſt annum luctus, cum ſi eſſet tutrix non ſoluit ſibi.*
19 *Tutor creditor pupilli compenſare poteſt ſuum creditum cum eo quod debet ex cauſa tutelæ.*
20 *Compenſare ſocius non poteſt cum debito ſocietatis creditum, quod ex alia cauſa habet contra ſocietatem.*
21 *Compenſans dicitur ſoluere.*
22 *Creditor, qui diu adminiſtrauit bona debitoris præſumitur ſibi ſoluiſſe.*

Soluiſſe

Soluisse sibi ipsi præsumitur creditor qui debitoris bona diu administrauit.

23 *Tutori datur actio negotiorum gestorum pro iis, quæ impendit in alimenta pupilli.*

QVÆSTIO VII.

TVTOR quoque repetit à pupillo actionis iure quidquid impendit in illius ali-
1 menta, †& datur contrarium iudicium tutelę, *secundum Cuman. cons. 88. casus talis est, num. 4. ver. circa secundum, Gramma. qui tamen de eo mentionem non facit in decis. 103. num. 204.* Tenetur enim tutor ex necessitate officij pupillum alere, bonis
2 †moribus instruere, & curare quod artē aliquam ediscat, *l. cum plures, §. tutor. ff. de administr. tut. l. 3. §. tutor. ff. de suspect. tutor. Roma in cons. 425. Socin. in cons. 2. colum. 2. volum. 1. Cuman. d. cons. 88. num. 4. Plot. de in lit. iuran. §. 5. num. 24. ver. dare operam.* vbi inquit, quod si hæc omittat, poterit contra eum in litem iurari, *Caualcan. in tract. de tutor. & curator. num. 275. vbi allegat Crauet. in cons. 190.* qui nihil omnino de hoc loquitur, sed de tutore qui procurauit pupillæ immaturum matrimoniū. Cum ergo teneatur tutor id fa-
3 cere debet, si fecit † officiū suum esse sibi damnosum, *l. si quis ex assignatoribus. ff. quemadm. testamen. aper.* Hæc tamen ratio concludit quidem, quod detur alimentorum repetitio, sed nō quod iure actionis potius quam iudicis officio repetantur. Ideo melior ratio est, quia in contrario tutelæ iudicio re-
4 petitur sumptus, quem tutor † fecit ex officio, *vt dicatur in l. 3. in fi. princip. ff. de contrar. actio. tutel.* at tutor fecit ex necessitate officij, nō ex voluntate impensam in alimenta pupilli, *vt supra dixi*, ergo ea actione repetit, ita etiam ea actione repetit tutor, quidquid in rem pupilli impendit. *l. 1. §. præterea si tutelæ, & l. quid ergo. §. deducuntur item. ff. de contr. & vti. actio. tutel.* & generaliter repetitur, quidquid vtiliter im-
5 penditur circa † negotia pupilli, *vt inquit Cuman. d. cons. 88. num. 3.* quod si eius datur repetitio, quod in res, aut negotia pupilli est solutum, quanto magis licet repetere id, quod in illius personæ subuentionem & sustentationem est erogatum, cum per-
6 sona hominis sit rebus † omnibus præferenda, *l. in pecudum. ff. de vsufr. l. iustissimè, de edil. edict.* & longè vtilior, & magis necessaria dicatur impensa, quæ fit pro sustinenda persona, quam quæ erogatur pro defensione rerum, vt de se patet, nec probatione eget. Sed in terminis videtur textus *in l. sumptus. C. de administr. tutor.* vbi dicitur, quòd tutori refici debēt sumptus, quos necessario fecit in pupillum, & nulla dari potest magis necessaria, aut magis vtilis impensa, quam alimentorū. Et vouetur ratione, nam si tutoris officium publicum est & necessarium,
7 † qua ratione cogitur quis assumere tutelam, *Iustitu. de excusatio. tutor. in princ. iuncta l. munerum, la seconda. §. iudicandi. ff. de muner. & hono. Alex. in cons. 26. num. 7. volum. 3. cons. 109. num. 3. eod. volum. Caualcan. in d. tracta.*
8 *num. 201.* imo potest tutor † compelli mulcta indicta & captis pignoribus, *Bar. in l. si tutor pupillo, ff. de author. tutor. Bal. in l. sub prætextu, C. de hæred. actio. Doctores omnes in l. cum quis res, vbi Las. num. 12. C. de procurat.* nulla suggerit æquitas quod in damno. Et licet tutor debeat regulariter curare à principio, quod per iudicem alimenta pupillo danda taxentur, tamen si id omisit, & bona fide præstitit alimenta,
9 † datur nihilominus repetitio, *vt dicitur in l. fina. C. de alim. pupil. præstan.* quia illud erat de consilio non de præcepto, *idem dicitur in l. 2. in princ. & §. si vero. ff. vbi pupil. educ. debe. ponunt Cuma. & Gramma. in locis supracitatis.*

Et non solum tutor repetit, quod soluit in alimenta pupilli, sed id quoque, quod erogauit in ali-
10 menta † sororis eiusdē pupilli, & in mercedes magistrorum, qui illum artibus instruerent, vt probat tex. *in l. qui filium. ff. vbi pupillus educari debeat, Cuman. d. cons. 88. num. 4.* quia cum pupillus ad id teneretur tutor debitū pupilli exclusit, & in eo textu dicitur expressè, quòd iudicio tutelæ repetitur id, quod confirmat dicta supra de alimentis pupillo præstitis, quia si soluuntur tutori præstita sorori pupilli, quanto magis reddi debent, quæ ipsi pupillo data sunt, nam propter quod vnumquodque tale, & illud magis tale, *Authen. multo magis, C. de sacrosanct. eccles.* Et prædicta procedunt, quando in reddenda ratione non fuit facta mentio dictarum expensarum, quia tunc datur petitio, & si ratio nondum
11 est reddita, potest in rationibus dictas † expensas sicuti cæteras factas circa negotia pupilli repetere. *l. 1. §. præterea si tutelæ, & l. quid ergo. §. deducuntur. item ff. de contrar. & vti. actio. tutel.* & si datur repetitio,
12 multo magis dabitur retentio, quæ † est magis fauorabilis quā petitio. *l. per retentionem. C. de vsu. l. Paulus. ff. de do. exceptio. Bal. in cons. 455. colum. 2. volum. 2. Las. in l. naturaliter, §. nihil commune, colum. 12. ff. de acquirenda possessio. Dec. in l. diuus, num. 5. ff. de reg. iur. Ruin in cons. 66. num. 12. volum. 1. Crauet. in cons. 148. num. 2. Cæphal. in consilio 86. num. 20.*

Similiter quæ dicta sunt de tutore, locum habent quoque in eo, qui se gessit pro tutore, licet
13 tutor † non esset, *dicta l. 1. hæc actio. ff. de contra. & vti. actio tute. Cuman. d. 88. num. 3.* Idem enim iudicamus de protutore, quod de tutore ipso, & ideo bona protutoris, qui administrauit, non minus à iure
14 sunt tacitè obligata † pupillo, quam tutoris, *secundum glos. in l. dabimus. §. 1. ff. de priuileg. credit. glos. fina. in l. pro officio. C. de administr. tuto. vbi Baldus notat, dicens, non esse alibi, & ponit Negusan. in tract. de pigno. in 4. mem. secunda par. num. 7.*

Imo tutor, qui administrabat, & de suo erogauit in alimenta pupilli, poterit sibi durante officio soluere de redditibus pupilli, hoc enim admittitur,
15 in quocunque gerente aliena † negotia, *vt probat tex. in l. diuortio. §. illum autem, ff. de neg. gest. & notat ibi Castren. num. 1. idem probatur in l. peculium. §. præterea.*
16 *ff. de pecul. & in l. tutor.* † *est text. in l. quotiens. §. sicut autem. ff. de administr. tuto.* vbi dicitur, quod sicuti potest tutor pupillaribus creditoribus soluere, ita & sibi, imo plus dicit, quod tenetur sibi satisfacere, alias non currunt vsuræ, Aretin. *in §. actionum, nu. 50. Institut. de actio.* vbi mouetur ratione, quia si sit pu-
17 pilli debitor, † cogitur exigere à seipso. *Lita tamen. §. debitor. ff. de administ. tuto. & ibi Bart. notat, idem ponit Socin. in cons. 126. num. 5. volum. primo,* vbi infert, quod
18 mulier † tutrix filiorum post annum luctus, non

poterit

poterit alimenta petere ob retardatam dotis solutionem, quia fuit culpa, si sibi non soluit, *sequitur Plot. in tract. de in litem iuran. §. vndecimo, numero 34. Caualcan. de tuto. numero 179.* & poterit tutor compen-
19 sare † cum eo, quod ex causa tutelæ debet, quia vtrumque habet originem ab eodem fonte, licet aliud sit, quando tutor non est creditor ex causa tutelæ, argumento eorum, quæ ponit Bal. *in l. eius, num. 3. C. de compensat.* vbi debitor ex causa societatis
20 conuentus non obiicit compensationem de † debito, quod non descendit à societate, *Pet. de Vbal. in tract. de duob. fratrib. in quinta parte, quæstio. 32. num. 35. Caualcan. in tract. de tutor. num. 220.* Et prædicti præsupponunt, quod si creditor sit ex eadem causa societatis, fit locus compensationi. Et hoc casu sol-
21 uere dicitur, qui † compensat, *l. si debitor. ff. qui potio. in pigno. habeant. l. amplius. ff. rem rat. habe. l. vel permutauit. ff. de liber. cau. Iason in §. bonæfidei, num. 62. Institut. de actionibus.*

In tantum autem tutor potest sibi soluere, si creditor sit, quod si diu administrauit, præsumitur
22 sibi satisfeciſſe. Et in administratione † bonorũ, inquit Afflict. *in dec. 13. num. 14. & sequitur Crauet. in consilio 129. num. 5. Caualca. in dicto tracta. num. 181.* vbi post Alexan. & Neuzan. dicit, idem esse in vxore, quæ diu administrauit bona filiorum præsumitur enim sibi satisfeciſſe pro dotibus debitis.

Et non solum datur actio contraria tutelæ tutori pro repetitione eius, quod impendit in ali-
23 menta pupilli, sed etiam actio † negotiorum, *l. 2. ff. de neg. gest. Cuman. d. 88. num. 3.* nam alendo gessit vtile negotium pupilli, proinde repetit.

Hæc tamen omnia intelliguntur, quando minor tenetur tutori soluere alimenta accepta, & pro quantitate, cuius datur repetitio, nam aliquando pupillus non tenetur, vel saltem non soluit integra alimenta, vt quando inseruiuit tutori, *vt per Cuman. loco prædicto*, & dixi in tit. quando alimenta præstita repetantur, vbi egi de tutore repetente alimenta pupillo præstita.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus ciuitatis, vel quilibet de populo agit pro alimentis alicui relictis.*
2 *Misericordiæ communis est vsus.*
3 *Popularis actio efficitur, quando totius populi interest, & quilibet de populo agit.*
4 *Legata pia denunciari possunt à quolibet de populo.*
5 *Quilibet de populo pro legatis piis implorare potest iudicis officium.*
6 *Procurator fisci petere potest alimenta pauperi relicta.*
7 *Mandatum requiritur, quando agit quis pro tertio, alias acta sunt nulla si pars opponat.*
8 *Mandati defectus opponi potest intra mille annos.*
9 *Vxoris affines possunt agere coram iudice pro alimentis, & medicinis vxori debitis.*
10 *Coniunctus agit pro coniuncto in iudicio, vide infra.*
11 *Coniunctus sine mandato agit pro coniuncto.*
12 *Sententia lata contra coniunctum, pro coniuncto comparente non nocet domino.*
13 *Coniunctus non admittitur pro coniuncto sine cautione rati.*
14 *Coniunctus non admittitur etiam cum cautione, quando causa non recipit æstimationem.*
15 *Coniunctus pro coniuncto sine cautione admittitur ad petendum alimenta.*
16 *Coniunctus non admittitur pro coniuncto, contra pariter coniunctum.*
17 *Coniunctus non admittitur pro coniuncto, qui habet curatorem.*
18 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
19 *Veniens speciali iure non admittitur donec extat, qui venit iure communi.*
20 *Coniunctus non admittitur pro coniuncto, quando extat procurator.*
21 *Specialia non debent multiplicari.*
22 *Testandi licentia ei concessa, qui non potest testari intelligitur seruatis solennitatibus iuris.*

QVÆSTIO VIII.

COGNITVM est in præcedentibus, quæ actio, vel via pateat ad petitionem alimentorum, nunc non inutiliter agendum, si alimentario soli detur alimentorum petitio. Et Bartolus *in l. ciuitatibus num. 4. & sequen. ff. de legat. 1.* dicit, quòd syndicus ciuitatis, imò quilibet de populo, poterit agere, vt illi præstentur alimenta, cui relicta sunt, & loquitur quando debentur certo generi personarum in ciuitate, puta pauperibus. Et mouetur ex textu & *§. si autem, qui hoc facere in Authen. de eccles. tit.* & infert, idem esse, quando pro alimentis vel aliis necessitatibus aliquid relinquitur fratribus Minoribus. Mouetur etiam ratione, quia illud relictum pertinet ad honorem & vtilitatem ciuitatis, sed ante eum idem voluit Speculator *in titu. de instrumen. editio. §. nunc vero aliqua, num. 65.* quia cum legatum sit pium, & mi-
2 sericordiæ † communis sit vsus, *capitulo, non satu, circa finem, 86. distinctione*, admittitur, quilibet de populo, efficitur enim actio popularis, cum totius
3 populi interfit, † proinde quilibet admittitur, *l. 1. ff. de popul. actio. l. 2. §. 1. ff. ne quid in loco publico, l. 1. ff. de loc. & itiner. public.* Et Speculator ad id allegat Bartolum *in tracta. de alimen. num. 39.* & dicit Speculator loco prædicto, quòd quilibet de populo compellit exequutorem testamentarium ad soluendum, Et Bartolus *in dicta l. ciuitatibus*, inquit, duplex dari remedium pauperibus, primum, quod quilibet de populo agat, secundum quod ipsemet legatarius implorat officium Iudicis. Et hoc etiam dicit additio ibi posita, quæ repetit omnia verba Bartoli. *Idem placuit Ange. in dicto §. sin autem, in Authen. de eccles. tit. hoc idem voluerunt Hostien. Ioan. And. & Ancharan. in cap. si hæredes, de testam. vbi etiam Butr.* Et dixit Baldus *in l. nulli, num. 13. ver. vltimo nota. C. de episc. & cleric.* Quòd quilibet de populo potest denunciare
4 legata † pia, & non requiritur mandatum, subditque esse benè notandum. Roman. *in cons. 69. num. 3.* dicens, quod pro legatis piis quilibet de populo
5 potest implorare † Iudicis officium, per quod exequutor cogatur voluntatem testatoris exequutioni mandare. Et inquit textus, *in §. sin autem*, esse ad hoc singularem. Barbatius latè *in cons. 8. num. 12. volum. 1.* vbi refert se latius dixisse *in eodem cap. si hæredes*, Ro-

des, Rom. quoque *in l. si cum dotem, §. si maritus, num. 18. ff. solu. matrim.* dicit, posse quemlibet de populo petere, quod præstentur vxori alimenta, probatque ratione, quia prouisio alimentorum pertinet ad piam causam, *l. Mela, ff. de alim. & cibar. lega.* At cuilibet de populo competit apud iudicem postulare quòd relictum in causam piam exequutioni mandetur, *d. §. fin autem*, quæ ipse dicit ad hoc singula rem, *sequitur etiam Vital. in tract. claus. in tit. alimen. an Mantica in tract. de coniect. vltim. volunt. renun. poss. col. 1. lib. 8. tit. 5. num. 1.*

Hanc verò conclusionem Rom. *in d. §. maritus,* 6 *num. 18.* extendit ad procuratorem † fisci, vt is quoque cõparere possit pro alimentis dandis, & sequitur Vital. loco prædicto, id quod non patitur difficultatem, quia si quilibet de populo admittitur, eodem modo admittetur procurator fisci.

Procedit autem decisio de plano meo iudicio, quando alimenta alicui pauperi debentur, quia, *vt dixi suo loco*, tunc pertinent ad piam causam, & militat similitudo piæ causæ. At vbi debentur diuiti, tunc aliud videtur. Cessat enim pietas, & consequenter ratio decisionis, proinde ipsa quoque decisio cessare debet. Sed difficultatẽ facit ratio Bart. *in d. l. ciuitatibus.* Si enim ideo efficitur popularis actio, quia relictum pertineat ad vtilitatẽ & decorem ciuitatis, vtique hæc ratio militat non minus, quando alimenta diuiti debentur, quam vbi pauperi relicta sunt. Sed Bart. loquitur, quando non vni, aut certis personis relinquuntur, sed vbi generaliter omnibus certę qualitatis, puta vbi collegio, vel monasterio, vel capitulo, vel vniuersitati mercatorũ, vel alterius artis: Eo enim casu negari non potest quin in publicè interfit esse in ciuitate tale relictum. Præterea ego dicerem dari ius agendi cuique de populo, quando alimẽta debentur pauperi, ex legis dispositione, vel hominis. Item, quando debẽtur generaliter certo generi personarum, quod si debeantur alicui priuato, vel vni familiæ, quæ non egeat, tunc dicerẽ admitti neminem, qui non habeat mandatum, quia regula est, quod nemo alieno nomine potest esse in iudicio sine mandato, etsi opponatur exceptio † omnia acta red-
7 dẽtur nulla, *l. licet, C. de procur.* & sustinebitur oppositio etiam si fieret intra † mille annos, *Bal. in l. 2. C. si*
8 *ex falsis instr. ponit latè Vant. in tit. de nullita. ex defect. man. num. 58. ver. transeamus ad secundum.* Et vbi non habemus limitationem expressam, stare debemus regulæ, *Bar. in l. 1. ff. de reg. iur.* nec ab ea de facili recedendum est.

Vnus tamẽ est casus, in quo datur actio sine mãdato pro alimentis, quando scilicet vxor posita est in furore, & maritus illius negligit infirmitatem, & curam: tunc enim cognati vxoris cõparendo coram Iudice agunt, vt maritus cogatur vxori ministrare alimenta medicinas, & alia necessaria ad su-
9 stentationẽ vxoris, vt est casus † expressus *in l. si cum dotem, §. fin autem in fauissimo, ff. solu. matrim. vbi gl. Bart. Bal. Ang. Imo. Roma. Alexan. & alij omnes notant.* Et in eo textu dicitur, quod curator vxoris furiosæ, vel cognati, *Vital. in d. tit. alimen. an renuncia. poss. col. 1.* Et hic casus videtur fundari speciali fauore propter furorem, sed Doctores trahunt communiter ad vxorem ægram, id quod videtur destruere, quod paulò supra dictum est, licere cuique de populo agere pro alimentis alicui debitis, quia si id verũ est, frustra in vxore ægra vel furiosa esset dispositũ, quod liceat cognatis adire iudicem: nisi dicamus, quod dum cognati admittuntur, alij non excluduntur, vel q̃ cognati admittuntur tanquam vnus de populo, sed textus mentionem fecit de cognatis propter facti contingẽtiam. Addo etiam, quod in hoc nihil videre extare specialitatis fauore dotis, seu alimentorum; nam est regulare, quod in quacunque causa coniunctus admittitur ad agendum pro
10 † coniuncto, *l. exigendi, C. de procur.* siue descendens sit, siue etiam transuersalis vsque ad decimum gradum, *Innocen. c. nonnulli, de rescrip. Specu. in tit. de coniunctis personis, Bar. in l. sed & hæ, in princ. ff. de procur.* etiam si
11 appareat illum omnino carere mandato, vt † probatur *in d. l. sed & hæ, in princ.* Hinc videmus maritum agere pro vxore sine mandato, *l. maritus, C. de procur.* & idẽ econtra videmus in vxore pro marito, *l. manifestissimi, §. fin. C. de furt.* licet sententia lata contra coniunctam personam pro alia interuenientem
12 non noceat coniuncto, † qui sit dominus, *vt benè Bal. per in l. 1. C. quibus res iudic. non nocet.*

Singularitas tamen in hoc versatur, quia con-
13 iunctus non admittitur pro coniuncto, † sine cautione rati, *l. Pomponius, §. si. vbi glos. & Docto. ff. de procur. Doctores in l. exigendi. C. eo. tit. Vantius in tit. de nullitate ex defectu mandati, num. 130.* Ideoque in casibus quibus causa non recipit æstimationem & cõsequenter non cadit cautio rati, coniunctus non admitti-
14 tur pro coniuncto, † vt sunt iura spiritualia secundum Specu. & Ioan. And. *in tit. de coniunct. person. in fi. Iason in d. l. exigendi, num. 9. limit. 5.* & tamen ad conse-
15 quendum alimenta coniunctus admittitur † sine cautione. Consistit etiam in alio fauor alimentorum, quia etsi coninnctus regulariter admittatur pro coniũcto, id tamen fallit, quando agit contra
16 † taliter coniunctum, *vt declarat Castr. in l. sed & hæ. in princ. ff. de procur.* quia secundum eum par coniunctionis ratio illum repellit. *Idem voluit Salic. in l. exigendi. colum. 2. C. de procurat. sequitur Marsil. in l. 1. §. cum quis latrones, num. 12. ff. de quæstion.*

Et quia textus *in dicto §. fin autem in fauissimo*, ait, quòd curator furiosæ vxoris vel cognati, petunt coram iudice alimenta à marito ministrari, posset dubitari, an extante curatore possit coniunctus petere hanc prouisionem; nam ibi alternatiuè dicitur curator, vel coniuncti, atque ita non videtur discrimen constitui, contra vero coniuncta persona non admittitur ad agendum, quando extat
17 † curator, *vt voluit Baldus in l. Senatusconsulto, C. qui accusa. non poss.* Et ponit Iason *in dicta l. exigendi, num. 9. in prima limitatio.* vbi duplicem rationem adducit, prima est, quòd mandatum expressum facit silere tacitum, *l. 3. versic. sed etsi forte, ff. iudicat. sol.* facit re-
18 gula, quòd prouisio † hominis facit cessare prouisionem legis, *l. fina. C. de pact. conuent.* secunda est,
19 quia nunquam admittitur veniens † speciali iure, donec non est in mora is, qui venit iure communi, *l. sepulchro violato, ff. de sepulchro violato.* simile vi-

20 demus, quando extat procurator, † quia tunc coniunctus non admittitur, *lege, cum prætor, ff. de iudiciis, vbi Angel. notat Speculat. in tit. de coniunctis personis, ver. item quod agit. Imo. in cap. ex parte decani, colum. penult. de rescript. Iason in d. l. exigendi, num. 9. in 3. limitat.* & quando lex dicit, cognatus admitti, intelligi debet cu-
21 ratore existente in mora, alias specialia † multiplicarentur contra *l. cum post. §. genero, ff. de iure dot. l. 1. C. de dot. promissio*, vnum enim esset speciale, quod coniunctus admittatur sine cautione, alterum verò quod agat cum extat curator, & quando plura obstant, si dispensatur aduersus vnum impedimentum, subsistit alterum: ideo si ei, qui non poterat testari, non concedatur testandi licentia, intelligi-
22 tur modo † in testamento seruet solennitates, à iure introductas, *l. si quando, C. de inoffic. testam.* & pro dicta regula est text. *in l. si domus, ff. de seruitu. vrbano. prædio. l. si non lex, ff. de hæred instituen.* & *plures cit. aui in consilio 50. num. 27.* Existimo ergo cognatos non admitti, si extat curator, nisi ille sit negligens, vel in mora petendi, quæ mora in alimentis inducitur sine interpellatione, vt aliquando dixi, & iudex æstimabit isto casu, an à principio cognatos admittat. Cogita ergo, quia Doctores hanc quæstionem non examinant.

SVMMARIVM.

1 *Libellus requiritur quando alimenta petuntur iure actionis, aliàs secus.*
2 *Libellus omitti non potest, & est de substantia iudicij.*
3 *Libellus est in omni iudicio necessarius.*
4 *Libellus requiritur vt iudex sciat formare.*
5 *Libellus non requiritur quando agitur Iudicis officio.*
6 *Libellus non requiritur pro exequutione sententiæ.*
7 *Libellus non requiritur quando iudicis officium imploratur, vt quis defendatur in possessione.*
8 *Libellus non requiritur, quando iudicis officium imploratur pro adipiscenda possessione.*
9 *Libellus in iudicis officio requiritur, quando res non est liquida, sed eget discussione.*
10 *Libellus in l. fina. C. de edict. diui Adria. non requiritur si non extat contradictos.*
11 *Libellus in l. fi. C. de edict. diui Adria. requiritur, quando est necessaria causa cognitio.*
12 *Libellus requiritur etiam in summariis.*
13 *Petitio qualiscunque requiritur in quocunque iudicio, quamuis summario.*
14 *Libellus requiritur etiam in causis, quæ celeritatem desiderant.*
15 *Rescriptum est loco libelli in causa summaria.*
16 *Libellus vnicus sufficit, quando plures tenentur ad præstationem alimentorum.*
17 *Libellus vnicus sufficit in l. fi. C. de edict. diui Adria. contra omnes contradictores.*
18 *Libellus si sit ineptus, sententiam non sustinetur, quando erat necessarius, aliàs secus,*
19 *Libellus in petendis alimentis, qualiter formari debeat.*
20 *Alimenta qui præstari recusat, compellitur à Iudice captis pignoribus, & indicta mulcta.*
21 *Libellus non cogit patronum mulcta indicta nec econtra.*
22 *Alimenta quando pluribus debentur, Iudex vnum eligit, cui cæteri contribuant.*
23 *Plures quando tenẽtur alimenta præstare, distributio fit inter eos per tempora.*
24 *Officium Iudicis implorari potest, vt hæres conueniatur in præstandis alimentis.*
85 *Legatarius alimentorum habitando cum vno ex pluribus illa consequitur.*
26 *Legatarij qui discordant in percipiendis alimentis componuntur à iudice.*
27 *Mora in debito aliment. cõtrahitur sine interpellatione.*
28 *Mora irregularis sufficit in alimen. debitis propter dotẽ.*
29 *Mora non contrahitur per interpellationem extraiudicialem, quando debetur aliquid ex officio Iudicis.*
30 *Libellus in causa alimẽtorum debet continere res ipsas in æstimationem.*
31 *Annuum debitũ peti potest à principio pro omnib. annis.*

QVÆSTIO IX.

LIBELLVS an in causa alimentorum sit necessarius, controuertunt Doctores, & resoluere videntur, quod si petuntur officio Iudicis non requiratur, si vero iure
1 iure † actionis non possit omitti. *l. si Iudex. ff. de his, qui sui vel alie. iur. l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offic. proconf. Asinius in praxi, §. 4. casu 48.* vbi subdit, quod primo casu fit summaria cognitio, secundo vero non, atque ita resoluit. Alij dicunt requiri omnino, & pro eis stat communis regula, quod libellus
2 sit † de substantia iudicij, & omitti nõ possit, *secundum gl. magistralem, in fi. an c. 1. de libel. oblatio. vbi innocen. Hostien. Io. And. Calder. Imo. Soc. & alij.* & coram quibus-
3 cunque agatur iudicibus † necessarius est libellus, *gl. in l. pen. in ver. coniunctim, C. de arbitr.* vbi dicit etiam coram arbitro. Non enim Iudex potest aliter cognoscere qualitatem actionis propositæ, & intentati iudicij, & quomodo formare debeat senten-
4 tiam, † *c. licet Heli, de simon. Clemen. sæpe; de verb. signif. & infinitas authoritates congerit, Vant. in tit. de nullit. ex defect. possess. num. 18. & seq.* Pro resolutione igitur sciendum est, quod si agitur officio Iudicis ad alimenta,
5 tunc libellus requiritur, secundũ supradicta, & ratio est, quia nunquã libellus requiritur quando Iudicis † officio agitur, *vt voluit Specu. in tit. de offic. iudic. num. 2. Bar. in l. iubere cauere. ff. de iurisd. omn. iudic. & eum sequuntur Doct. commu. vt ibi inquit Sebastian. Sapia, nu. 18.*
6 *& Bar.* Ac alij eo loco inferunt, quod ideo pro exequutione sententiæ non requiritur libellus, † *idem Sapia, in l. fi. num. 64. C. de edict. diui Adria. tollen. Asinius in sua praxi. §. 4. c. 3. num. 1.* Hinc Bal. *in cons. 338. vol. 5.* dicit,
7 libellum non requiri, quando iudicis officium implorat † aliquis, vt in possessione defendatur, *Capol. caut. 100. nota diligenter, Brun. in cons. 98. nu. 9. Marsil. Zuccard. Cagnol. Benintend. & alij citati à Menoch. in tract. de retinen. possess. remed. vlt. num. 27.* vbi refert, etiam alios casus similes, quibus in possessoriis iudiciis, non
8 offertur libellus.

Idem videmus, † quando officium Iudicis imploratur pro adipiscenda possessione. *secundum Alexan. in cons. 131. num. 5. volum. 4. Zuccard. d. l. fi. num. 121. C. de edict. diui Adria. Menoch. de adipiscen. possess. remed. 6. nume. 8. vbi addit. Ias. Dec. & Neuizan.*

Et prædicta decisio locum habet, quãdo omnia sunt liquida. Ita loquuntur iura in contrarium allegata,

allegata, quæ tractant de exequutione, & vbi negotium non est liquidum, & eget causæ cognitio-
9 ne, tunc videtur quod etiam, † vbi imploratur officium Iudicis, sit necessarius libellus. Ita præsupponunt illi Doctores, & ideo videmus, quod in remedio, *l. fi. C. de edict. Diui Adria.* si non sit contradi-
10 ctor, & non sit opus cognitione causæ † non datur libellus, *secundū Soc. in c. 1. ver. 63. fallit, de libel oblatio.* At
11 si extat contradictor, & causa sit cognoscenda † libellus offerri debet, *Bal in d. l. fi. num. 44. Corne. num. 28. Iacob. num. 23. & Zuccard. num. 291. alios citat Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. num. 468. & sequen.* Et quamuis causa sit summariè tractanda, tamen etiam in
12 summariis † requiritur libellus, *secundum Bart. in extrauagan. ad reprimendum, in ver. summarie, num. 2. Innoc. in cap. 1. num. 3. & 4. de libel. oblatio decisio Pedemon. 11. numero 2.* vbi post Bar. Ias. & alios dicit limitari, quando agitur ad exequutionem sententiæ, subdens, esse communem opinionem Doctorum. Conclusio tamen est, quod siue causa sit liquida, siue egeat causæ cognitione, non requiratur libellus formalis, sed sufficiat, qualisqualis petitio, ex qua pars, & iudex dignoscere possint, quid proponatur, & quo actor tendat gressus: ea enim qualisqualis petitio
13 requiritur in omni † iudicio quantumuis fauorabili, *vt volunt Doctores in Clemen. sæpè, de verborum signif. Signo. in cons. 111. num 7. Alexan. in cons. 50. num. 6. volum. 2. in cons. 54. colum. 2. volum. 4.* Et ponit Menochius *in tract. de arbitrar. iudic. quæstio. 18. in fi.* vbi hoc modo intelligit eos, qui dicunt libellum requiri in summariis, *& in tract. de acquiren. possess. remed. 4. num. 471.* vbi tamen ex sententia Zucar. *in d. l. fina. num. 291.* admonet eam petitionem esse in scriptis dandam, & ita quoque intelligi debet Bart. *in l. 4. §. hoc autem iudicium, num. 10. ff. de damno infect.* vbi ait, libellum re-
14 quiri etiam in causis, † quæ celeritatem desiderant, quem citat Menoch. loco prędicto, *num 471.* declarari enim debet, vt sentiat de qualiquali petitione, non de formali libello. Et ita quoque alios allegando declarat Asin. *in sua praxi. §. 4. cap. 1. num. 3.* vbi, *num. 1. post Cardin. in d. Clemen. sæpe, num. 17. & Blanc. in tract. de compromiss. quæstio. 8. princip. num. 8.* declarat, quæ sit differentia inter libellum, & qualemqualem petitionem, & ibi videri poterit. Et decis. Pedemont. *1. num. 3.* dicit, quod isto casu rescriptum
15 est loco à libelli, de quo tractat Vant. *in tit. de nullit. ex defectu proces. num. 19.*

Et hoc casu, si plures tenentur ad præstationem
16 alimentorum vnico † libello, vel petitione, omnes conueniri possunt, *l. 3. ff. de alimen. & cibar. legat.* cuius legis argumento Bal. *in d. l. fi. C. de edict. diui Adria. num. 46.* & Zucard. *num. 306.* dicunt, in remedio illius legis sufficere vnicum libellum cōtra omnes con-
17 tradictores, † *sequuntur Roman. Alex. Dec. Purpur. & alij citati à Menoch. in d. remed. 4. num. 473.*

Vbi vero actionis iure alimenta petuntur, teneo idem, quòd non requiratur libellus, sed petitio quædam, quia etiam tunc causa agēda est summaria, *vt probaui inter priuilegia alimentorum*, non solum, quando alimenta debentur pauperi, quo casu negotium est priuilegiatissimum, *vt ibi dixi*, & causa dicitur pia, sed etiam quando debentur diuiti, quia, vt dixi, semper causa est fauorabilis, & summaria, licet non ita priuilegiata.

Et non est superflua quæstio, an libellus esset
18 necessarius, † *vt voluit glos. magistralis, in fi. in l. vinum, ff. si cert. vbi notant Bal. Ang. & alij Doctores, Bar. in d. extrauag. ad reprimendum, in ver. figura, alios citat Vant. in d. tit. de nullit. ex defect. proces. num. 24.*

Petitio autem duobus modis formari potest, primò generaliter, puta peto condemnari ad prę-
19 standum mihi alimenta † pro præsenti & pro futuro tempore, & tunc lata eodem modo generali sententia procedet iudex ad exequutionem facta prius liquidatione rerum & quantitatum præstandarum.

Secundo particulariter petendo alimenta sibi dari, & condemnari conuentum ad dādum omni anno tantū pro vestiario & singulo mense tantum pro victu. Et ita instruit Bart. *in l. pecunia, num. 4. ver. quando debent peti. ff. de alimen. & cibar. legat. sequitur Vital. in tract. clausul. in tit. quando possit renuncia. alim. colum. penul. ver. quæro, quando debent.*

Et vbi conuentus recusat alimenta præstare, tunc iudex captis pignoribus indictaque mulcta,
20 illum compellet ad † soluendum, *ita vult glos. in l. si quis à liberis. §. si quis ex his, in ver. pignorib. ff. de libe. agnosc. vel alend.* vbi Alexan. notat modum cogendi debitorem administrandum alimenta. Et idem probatur *in l. 1. §. ex hoc rescripto. ff. de vent. in possess. mitten. Ludo. de Molin. de primogeni. Hispan. lib. 2. cap. 15. num. 81. Cordub. in d. §. si quis ex his, num. 1.* vbi limitat in patro-
21 no erga † libertum, item in liberto erga patronum, & filio emancipato ergo patrem, quia isti præcisè cogi non possunt ad alimenta, sed causatiuè, scilicet, ne ius patronatus perdat, ne libertus ad seruitutem, & emancipatus in patriam potestatem redigantur, vti dixi inter alimentorum priuilegia, & sanè, quoad patronum & libertum, clara est decisio, sed emancipatus filius cogitur præcisè patrem alere, licet perdat etiam ius emācipationis.

Et quando alimenta à pluribus debentur, &
22 præstatio difficilis est, tunc iudex † vnum eligit, à quo solo præstantur, cæteri vero illi contribuant pro sua portione, *vt est tex. in l. solent. in princ. ff. de alimen. & cibar. lega.* Imo potest iudex non solum prouidere circa præstationem, sed etiam potest per
23 tēpora prouidere, quod vnus præstat alimēta certo tempore, † alter verò alio tempore, *ita Bar. ibi per text. in 2. respon.* Et ad hoc, secundum Bartolum, ibi
24 implorari potest officium Iudicis non solum per legatarium, sed etiam per hæredes † grauatos, *sequitur Ruin. in cons. 81. num. 4. volum. 2.* vbi infert, quod si alimenta relicta sunt in domo hæredum præstanda, si contingat hæredes diuidi, & seorsum habitare, poterit legatarius alimenta consequi habi-
25 tando † cum vno ex hæredibus.

Idem est in casu conuerso, quando legatarij, vel alij plures, quibus debentur alimenta, discordant
26 in modo illa percipiendi, tunc iudex illos † suo officio componit, *Spec. in tit. qui fil. sint legit. in fi. ver. qui discordant, sequitur Felin. in rub. de treug. & pace, num. 8. in fi. ver. etsi illi quibus, Asin. in tract. de exequutio. §. 3. c. 141. num. 14. folio mihi 63.*

Nota etiam, quod debitor ex causa alimento-
27 rum constituitur in mora † absque interpellatione. Probat text. *in l. cum vnus. §. verbis, ff. de alimen. & cibar. lega.* vbi infertur, quòd etsi nulla interpellatio præcesserit, tamen alimenta præterita peti possunt, id, quod procedit multo magis in alimentis, quæ debentur propter dotem, quia in eis sufficit mora irregularis, id est, quod maritus sustinuerit
28 onera matrimonij, † *secundum Bartolum, in l. fina. §. præterea. C. de iure dot. Bero. in cons. 52. num. 26. volum. 2. & est menti tenendum.* Præcipuè pro eo casu, quo alimenta solo debentur officio Iudicis, quandoquidem cum aliquid officio Iudicis debetur, nõ contrahitur mora etiam per extraiudicialem inter-
29 pellationem, † sed requiritur litis contestatio. *l. cum postulasset, in princip. ff. de damno infect. Alexan. in cons. 7. num. 27. volum. 2.* Id, quod ego verum credo etiam in alimentis, quidquid dixerit Bero. cuius dictum sustineri potest, quando alimenta iure actionis debentur.

Et aduertendum in formando libello, quod non petatur æstimatio alimentorum, nam ipsæ res
30 pro alimentis necessariæ peti debent, † *secundum Bar. in l. libertis. §. manumissu. ff. de alimen. & cibar. legat, Alexan. in cons. 92. num. 6. volum. 5. & dixi in titu. quomodo alimen. sint præstanda. addo Caualca. in tract. de vsufruct. mulier. relict. num. 138. circa medium, vbi multos allegat, Lancellot. Gal. in consuetud. Alexan. in ver. solidos, quæstio. 6. num. 117. & in loco prædicto limitaui.*

Aduertatur etiam, quia si debitum ex causa alimentorum sit annuum, quod quando sit, dixi hoc eodem opere, tunc licebit agere contra debitorem, vt condemnetur ad præstãdum ea pro omnibus annis futuris suis, scilicet debitis temporibus,
31 † & non erit necesse adueniente anno, vel die semper litem instituere. *l. libertis quos. §. 1. in fi. atque ibi Bar. ff. de alimen. & cibar. lega. Bar. & alij in l. non quemadmodum. ff. de iud. Bartolus & Bald. in l. 1. C. de senten. quæ sine cer. quanta. Bar. in l. 1. colum. 2. in fi. C. de fideicom. vbi Ias. in fi. Alex. in cons. 95. colum. 2. volum. 1. Vrsill. de Afflict. in decis. 279. num 2. Pet. Anton. à Petr. in tract. de fideicom. prohibi. aliena. quæst. 10. num. 23. Simon de Pretis, de interpretatio. vltim. volunt. lib. 5. interpretat. 2. dubitat. 3. num. 95. & seq. folio mihi 531.*

Finis Tituli Tertij.

TRA-

TRACTATVS DE ALIMENTIS, PRÆCLARISSIMI IVRISCONSVLTI, DOMINI IOAN. PETRI SVRDI CASALENSIS.

TITVLVS IIII.

Quomodo & qualiter sint præstanda alimenta.

SVMMARIVM.

1 *Cibaria omnia veniunt appellatione alimentorum.*
2 *Alimentorum appellatione veniunt ea omnia, sine quibus corpus humanum sustentari non potest.*
3 *Alimenta debentur, quando testator mandat aliquem gubernari & nutriri.*
4 *Sustentatio congrua quando relinquitur, tunc cibaria omnia debentur.*

QVÆSTIO PRIMA.

QVM agimus, quomodo & qualiter alimenta sint præstanda, possumus diuersimodè id intelligere, quid pro alimentis veniat, in quo loco id sit præstandũ, qui modus & forma seruandus sit, quo tempore dari debeant, ex quibus rebus sint soluenda, & quid econtra alimentarius facere teneatur, erga alimentatorem, & de singulis prædictis tractandum est in hac parte.

Et primum quidem sciendum est alimentorum
1 appellatione venire † omnia cibaria. *l. legatis. ff. de alimen. & cibar. leg. gl. in c. Episcopus, 10. quæstio. 2.* Imò ea omnia, sine quibus humanũ corpus sustineri non
2 potest, & quæ hominum natura † demonstrat, *vt inquit Bart. in tract. alim. num. 1. facit tex. in l. verbo victus, & in l. quos nos. §. libere. ff. de verb. signif. Ang. post glos. in l. cum hi. §. qui transigit. ff. de transact. vbi Ias. latè ponit, hanc etiam opinionem tenuerunt latè Abb. Ang. Aret. Roma. & alij quos citat, Dec. in l. de alimentis, in princ. C. de transactio. Castr. cons. 437. num. 2. in 2. volum. Socin. in cons. 161. num. 4. volum. 2.* Cibaria autem sunt maximè homini necessaria ad vitæ sustentationem, quia quotidie inuisibiliter consumitur radicale humidum, & corpus debilitatur. Proinde necesse est, corpus restaurare nouo cibo, qui inde in carnem & sanguinem conuertitur, *vt post Bart. inquit Castr. in l proponebatur, in fi. ff. de iudi. & pro hac parte, Cordub. in l. si quis à liberis. §. non tantum. num 2. ff. de lib. agnosc. allegat Socin. Dec. Ias. Lambertin. Purpur. Rub. Alex. Bertran. Oros. Io. de Amic. Cassan. Rebuff. Cravet. Pau. de Citadin. Padil. Anto. Peret. & Rolan. qui de hoc tractant, latissimè quoque agit Simon de Pret. in tracta. de interpreta. vltim. volunt. lib. 4. interpret. dubit. 11. num. 36. & seq. Benincas in tracta. de pauper. q. 7. in secunda speciali iudic. num. 33.* Et hoc procedit, non solum, quando apertè alimenta sunt relicta, sed etiam quando testator mandat, quòd quis gubernetur, & nutriatur, quia cum ea verba importent ali-
3 menta, debetur † eo casu quidquid venit in legato alimentorum, *secundum Corn. in cons. 45. colum. 5. in fine, ver. sed sub verbo, volum. 4. Alcia. in l. quos nos, §. verbum viuere, ff. de verb. signif. Simon. d. dubita. 11. num. 4.* Et idem
4 est, quando legatur congrua sustentatio † per rationem prædictam, *vt post Castren. concludit Cravet. in cons. 199. num. 4.* qua ratione possumus idem dicere omnibus in casibus, quibus alimenta videntur relicta, quos ferè omnes recitauimus suprà, *in titu. quando alimenta censeantur relicta,* quia siue alimenta explicitè relinquãtur, siue æquipollẽtia verba proferantur, nihil est omnino differentiæ. Et quamuis ex prædictis quilibet dignoscere facilè possit, quid alimentorum nomine præstandum sit, ex quo sentit quisque in seipso, quibus egeat rebus ad vitam transigendum, tamen sunt nonnulla sigillatim recensenda, quæ alimentorum nomine debentur, ne generalitas fortè confusionem pariat, & de cibariis non est dubium, quia proximè ea diximus deberi.

SVMMARIA.

1 *Vestis est ad vitam hominis necessaria, ideo ei debetur, cui alimenta præstanda sunt.*
2 *Vestis non venit appellatione alimentorum, quando quis renunciat alimentis, & num. 30.*
3 *Vestium appellatione veniunt calciamenta.*
4 *Vestes & vestimenta idem sunt.*
5 *Vestis appellatione venit, quidquid disponens pro veste reputabat.*
6 *Pelles veniunt alimentorum appellatione, quando persona qualitas id exigit.*
7 *Vestu appellatione, quæ veniant, remissiuè.*
8 *Vestimẽti appellatione veniunt lanea, linea, serica, bombagina, & alia.*
9 *Vestis nomine venit, q̃ tegendi capitis causa paratũ est.*

10 *Camisia includitur sub nomine vestiu.*
11 *Victu relicto debentur vestimenta.*
12 *Victus accipitur p cibariis, inspecto cõmuni vsu loquendi.*
13 *Vestes lugubres & viduales, etiam pretiosæ præstãdæ sunt mulieri ab hæredibus mariti intra annum luctus.*
14 *Velum dandum est viduæ intra annum luctus, quia ei debentur alimenta.*
15 *Vestes lugubres debentur ex consuetudine, & id etiam quando alimenta non debentur, quia habeat aliunde.*
16 *Donari videtur, quod sine obligatione soluitur.*
17 *Vestis non debetur ei, cui relicta sunt cibaria.*
18 *Vestis non debetur ei, cui relicta est mẽsa parata, vel plattum, vel pitantia, vel quid simile.*
19 *Vestis non renouatur ei, cui debentur alimenta, nisi ille reddat attritas, & ibi declaratur quomodo intelligendum sit.*
20 *Vidua, quæ secundo nubit, vel luctum deponit, tenetur reddere hæredibus mariti vestes lugubres sibi traditas.*
21 *Vestes festiuæ non censentur vxori, vel viduæ donatæ, sed ad vsum concessæ, vt honoratior incedat.*
22 *Vestis etiam festiua dimittitur vxori & viduæ, quando sic disponit regionis consuetudo.*
23 *Vestes viles & quotidianæ, censentur vxori donatæ à marito, secus autem in pretiosis & festiuis.*
24 *Si debitor pecuniam dederit alimentario pro emenda veste, is verò non emerit, poterit pretium repeti.*
25 *Vestis si legata sit, & hæres soluerit pretium, legatarius autem vestem non emerit, poterit repeti.*
26 *Vestis loco, si scholari in collegio datur pecunia, qui non eam emit, dabitur repetitio.*
27 *Frumentum pro vsu emptum, si quis mutato proposito vendat, non incidit in pœnam statuti.*
28 *Alimenta, quando sunt præstanda, non est curandum quid fecerit alimentarius de pecunia loco alimentorum data.*
29 *Vestes pretio, an debeantur ab eo, qui tenetur alere.*
30 *Vestis non venit appellatione alimentorum, quando agitur de remittendis alimentis, & ibi de veritate.*
Vestes festiuæ, vel quotidianæ, quæ dicantur, arbitrio iudicis committitur.

QVÆSTIO II.

1 VEstis quoque maximè est † ad humanæ vitæ sustentationem necessaria. *l. legatis. ff. de alimen. & cibar. legat. l. legatum, ff. de adimen. lega. l. verbo victus. ff. de verbor. signif. gl. in l. si quis à liberis. §. non tantum. ff. de liber. agnoscen. vel alen. in l. instratum, ff. de verbor. signif. Alexan. in l. si vsusfructus. §. dos legata, colum. 2. ff. ad leg. Falcid. Socin. in cons. 161. in fi. volum. 2.* Et id præsupponit Bart. *in d. tract. alimen. in princip.* dum inquit vestiarium remissum non vide-
2 ri, quando quis renunciat † alimentis, *Pract. Pap. in tit. de form. libel. quo agit pro lega. rei singula. in princ. num. 65. ver. condescendo ad decimum articulum, Crauet. in consilio 199. num. 3. Rolan. d. cons. 22. num. 4. volum. 1. Simon de Pretiis d. dubit. 11. num. 36. & sequen. Beninc. d. quæst. 7. in 2. specia. iudic. num. 33.* Et dicit Ias. *in l. si vni. §. qui transigit, num. 1. ff. de transact.* quod in legato, vel promissione alimentorum, venit vestis, & quod ita tenẽt omnes Doctores, qui inferunt ad relictum alimẽtorum factum vxori, quod includit vestimentum.
3 Apellatione autem vestis † veniunt etiam calciamenta, *l. argento. §. 1. ibi, & fasciæ crinales. ff. de auro & argen. lega. Card. in Clemen. 2. quæst. 10. de vita & honestate cleric. Crauet. in cons. 199. num. 3. Simon d. dubit. 11. num. 39. Menoch. de arbitr. iudic. casu. 170. num. 30.* & paria sunt di-
4 cere † vestes, vel vestimenta, *vt probatur in l. vestiu, ff. de auro & arg. leg.* vt autem cognoscatur, quid vestis veniat appellatione, plurimum attenditur patrisfamiliæ consuetudo: quidquid enim ille pro veste
5 reputabat, id omne veniet † vestis, vel vestimentorum appellatione. *l. inter vestem, vbi Bar. ff. de auro & argen. lega. Belo. in cons. 30. num. 11.* Et dicit Bal. *in cons. 30.*
6 *in fi. volum. 2.* quod pelles † quoque continentur ratione alimentorum, si alimentarius illis egeat, *sequitur Rolan. d. cons. 22. num. 4. in fi.* Et intellige pro vestibus, quia si alimentarius senex sit, vel Doctor, vel alterius conditionis, cui vestes ex pelle conue-
7 ueniat, præstanda erit, & quid appellatione † vestis veniat, ponitur *in d. l. quos nos. §. verbum viuere, ff. de verbor. signif.* vbi Alcia. & alij ponunt, & præterea gl. post textum *in l. vestis. §. 1. ff. de auro & argen. lega.* quod
8 vestimẽti † appellatione continẽtur omnia lanea, linea, serica, bombagina, quæ induendi, vt camisia, præcingendi, vt cingula amiciendi, vt clamides insternendi, vt tapeta cooperatoria, iniiciendi, vt diploides, accubandi, vt cultræ causa parata sunt, *sequitur Simon in d. dubitatio. 11. num. 42.* & glos. in ea-
9 dem *l. vestis. §. muliebria,* dicit venire, quæ † tegendi quoque capitis causa parata sunt, & est de hoc tex. *in d. l. argento. §. 1. ibi. & fasciæ crinales,* licet Crauet. aliter videatur intellexisse illum textum *in d. cons. 199.*
10 *num. 3.* & de camisia ponit quoque Bello. *in d. cons. 30. num. 11.* vbi dicit hoc procedere, quando vestium simplex sit mentio, secus vbi ex verbis testatoris aliter colligi posset, vti ille deducit ex verbis testamenti in suo casu. Et quod dictum est vestem deberi relictis alimentis, locum habet etiam, quan-
11 do testator non alimenta reliquisset, sed † victum, *secundum Roman. in cons. 440. num. 4.* & non mirum, quia appellatione victus veniunt alimẽta, sed hoc apud me est dubitabile per ea, quę infra paulo post dicam de cibariis, licet aliud sit victus, aliud cibaria, nam vestes ad vitam sunt necessariæ, non ad cibandum, secundum tamen communem vsum lo-
12 quendi victũ † accipimus pro cibariis. Et hoc modo videtur intellexisse Castr. *in cons. 436. num. 2. vol. 2.* dum inquit, quod appellatione congruæ sustentationis non solum venit victus, sed etiam vestitus, sine quo corpus sustineri non potest, veritas tamen est, quod venit etiam vestis, *Bart. in l. penult. §. 1. num. 3. ff. soluto matrim.*

Ex prædictis autem infertur, quòd viduæ, cui alimenta debentur intra annum luctus, præstandę
13 sunt quoque † vestes lugubres & viduales etiam pretiosę, secundum personarum & mariti dignitatem, *Ang. in l. decreto, C. ex quib. cau. infam. irrogat. Aret. in §. fuerat, circa finem. Inst. de actio.* vbi loquitur etiam
14 de † velis, *sequitur Capic. in decis. 26. Didac. in epitom. de sponsa. par. 2. cap. 3. §. 9. num. 11.* Et Alex. & Imo. *in l. vsufructu. §. dos legata. ff. ad leg. Falcid. & Capic.* loco prædicto disputent de consuetudine, quasi iure non debeantur, tamen loquuntur ipsi, quando etiam hæredes non teneantur vxorem alere intra annum luctus:

15 luctus: puta, quando habet † aliunde, vel quando dos consistit in bonis immobilibus, & aliis casibus, quos suo loco declarauimus, hoc eodem lib. Subdit autem Didac. vbi suprà, quòd si hæredes de vestimẽtis prouideant viduæ eo casu, quo non te-
16 nebantur videntur donare, † *l. donari. ff. de reg. iur.* Et quod viduæ debeantur vestes lugubres, voluit Io. Lup. *in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 11. num. 8. & latè præter cæteros ponit Vital. in tract. clau. in ti. alimen. renun. non posit, colum. 8. ver. sed quid in vestibus vidualibus*, vbi, an hæredes mariti teneantur eas præstare, & an videantur donatæ. Et subdit, quod digestorum tempore hæredes solebant totam familiam lugubri veste induere, quæ nouem diebus gestabatur, & ibi quoque subdit, quod vestimenta veniunt victus appellatione. Ideo si vxor est durante anno luctus alenda, quando dos consistit in pecunia, vel mobilibus, & non habet aliunde, absque dubio vestis erit tradenda.

Non tamen præstanda est vestis, quando non
17 alimenta, sed cibaria † fuerunt relicta, vt est text. expressus *in l. diariis. ff. de alim & cibar. legat. ponit gl. in c. si Episcop. 10. q. 2. Castr. in cons. 437. col. 2. num. 2. in fi. ver. nec etiam diaria, vol. 2. Dec. in l. de alimentis, num. 3. ver. & ad hoc facit. C. de transact. Bart. in tracta. alimen. num. 7.* vbi ait, appellatione diarij, vel cibarij non venire vestimentum, *Imo. in c. Episcopus, num. 7. de præben. Simon in d. dubitatio. 11. num. 43.* vbi idem dicit, quando non sub nomine cibariorum consisteret relictum, sed
18 dixisset testator, se relinquere † mensam paratam, vel plattum, pitantiam, vel victualia, vel partem in tinello, vel admitteret eum ad edendum & bibendum in domo. Et prædictorum ratio est, quia relictum est limitatum ad comestionem, non autem extenditur ad ea omnia, quæ sunt ad vitam hominis necessaria, vti fit, quando alimenta reliquuntur, vel alimonia, vel victus, vel alia similia.

Aduertendum tamen, quod alimentarius, cui vestes debẽtur, si vult eas renouari sibi tenetur an-
19 tiquas & attritas consignare, † & reddere alimẽtatori, vt loquendo in vxore vidua, inquit Bal. *in l. 1. num. 5. C. de fideicom.* vbi tamen limitat, quando veteres vestes forent necessariæ pro sustentatione vitæ, *refert & sequitur Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. non tantum, num. 9. in princ. ff. de lib. agnoscen.*

Quod autem diximus, hæredes mariti teneri ad præstandum vestes viduæ, intellige, quod si vidua luctum deposuerit, vel secundo nupserit, teneatur
20 reddere vestes, † quas habuit, ita voluit Bal. *in cons. 478. num. 3. in fi. volum. 5. per textum in l. in his. §. 1. ff. soluto matrimonio*, sed id procedit in quotidianis & vilibus, non autem in festiuis & pretiosis, quia illæ videntur ab hæredibus non donatæ, sed concessæ, vt
21 honoratior incedat ad honorem mariti, † *vt declarat Imo. in l. si ex re. §. fi. ff. de stipula. seru.* vbi hoc modo intelligit dictum Ang. ibi, qui ait cõsuluisse sæpius, quòd vestes quotidanæ factæ viduæ non computantur ab hæredibus mariti in extimationem dotium, sed festiuæ nubente vidua repetuntur per hæredes mariti, quia cessat causa traditionis, & prædicti duo Doctores dicunt, Digestorum tempore consueuisse totam familiam defuncto domino incedere nouem diebus cum veste lugubri, & vterque eorum limitat, prædictam non procede-
22 re, quando consuetudo regionis aliter disponeret. Hoc etiam voluit Imola *in l. his. §. seruus. ff. soluto matrim. Campeg. in tract. dot. par. 2. quæst. 56.* vbi, quod censetur donatæ, quando expensa est modica, secus, quando est magna, nisi in contrarium extet cõsuetudo, & ponit, an vidua, quæ de proprio impendit, repetat ab hæredibus viri. Eandem sententiam tenuit Ioan. Lup. *in repe. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 11. num. 7.* vbi dicit, procedere etiam in vestibus quotidianis pro certo tempore, puta hyemis, vel æstatis, *Socin. iun. in cons. 134. num. 40. volum. 1. Rolan. in cons. 10. num. 18. volum. 1. post Vital. in d. titu. an renuncia. poss. alimen. colum. 8. ver. sed quid in vestib.* vbi refert formalia verba Ange. Imo. & aliorum, & pro hac distinctione facit, quia idem seruamus in vestibus, quas fecit maritus: si enim sint viles & quotidia-
23 næ, † censentur donatæ, & ab hæredibus non repetuntur, si verò sint festiuæ & pretiosæ, censentur concessæ ad vsum tantum, & marito defuncto hæredes possunt illas repetere. *l. mortis suæ causa, §. 1. ff. de dona. inter virum & vxo. l. id vestimentum. ff. de pecu. Nico. de Neap. in l. rem legatam, ff. de alimen. lega. Barto. in l. sicut certo. §. interdum, & ibi Alber. Bal. Ange. Fulgos. Castren. & Imo. ff. commoda. Salicet. in l. sicut. C. de donatio. inter virum & vxorem. Socin. iun. in cons. 134. num. 40. volumine primo, Cagno. in l. contractus quidam, num. 39. in fi. ff. de regulis iur. Gram. in consilio ciuli 47. num. 2. Rolan. in consilio 10. numero 12. volum. 1. Menochius de arbitr. iud. casu 218. numero 1. & sequen. Aflict. in decis. 315. ver. secundum caput, vbi pulchrè loquitur.* Qua ergo ratione videtur vir eas vestes donare, ea ipsa idem dicendum est in hæredibus, vt dedisse videantur ad illum finem. Baldus tamen *in dicto consilio 478. volumine 5.* indistinctè tenet, quod omnes sint restituendæ. Et hoc indistinctè procedere etiam voluit Alexand. *in l. si is qui quadringenta, §. fin. numero quinto, ff. ad Trebellia. Vital. in loco prædicto, colum. 9.* dum recitat prædictum Baldi consilium, *Ioan. de Garzon. in rub. C. de secund. nupt. num. 42 pœna 18. Didac. in epitom. de sponsa. par. 2. cap. 3. §. 9. num. 11.*

Aduertendum tamen, quod prędicti omnes loquuntur, quando hæredes mariti non tenentur vxorem alere, licet teneantur vestire ex consuetudine loci, propterea ex prædictis inferri non potest ad casum nostrum, in quo tractamus de vestibus, quæ ex causa & in consequentiam alimentorum dandæ sunt, & quæstionem hanc pungit, sed non resoluit, *Campeg. in d. par. 2. quæstio. 56. Vital. in dicta colum. 8. & 9. Alex. in d. l. si is, qui quadringenta, colum. fina.* Propterea dico in nostra quæstione, quod siue festiuæ, siue quotidianæ vestes, & siue vxor per mortem, siue per transitum ad secunda vota, finiat luctum, siue etiam agatur de quocunque alio, cui alimenta debeantur, vestes erunt restituendæ sic attritæ, & vsu consumptæ per id, quod diximus supra ex Bal. *in l. 1. num. 5. C. de fideicom.* Et ratio est, quia obligatus alere, id facere tenetur solum, quatenus vrget alendi necessitas, & quicquid supererit deductis alimẽtis, pertinet ad eum, qui alimẽta præstat, non autem ad alimentarium, pro quo facit, quod

diximus de spurio, à quo si quid relictum est, vltra alimenta reuocatur. Præterea is, qui tenetur alere, non videtur donare, sed debitum exoluere, *argumento l. donari, ff. de reg. iur. & l. velle non creditur, ff. eod.* Quod argumentum considerant etiam, quamuis ad aliud propositum Alex. Vital. & alij supracitati.

In vidua vero, quæ non est alenda, concludo, repeti solum posse pretiosas non alias, secundum distinctionem prædictam, quæ est verissima, & fundatur ratione. Nam si concessæ sunt solũ ad vsum vidualem, repetuntur iustè finito vsu. *argumento eorum, quæ dicuntur in tit. de vsu & habit.* Econtra verò viles, quia sunt donatæ, non repetuntur, ex quo semel quod placuit, non debet postea displicere, & titulus donationis est absolutus & perpetuus, non temporalis, vt est vsus concessio.

Notandum quoque, quòd si pro veste emenda pretium sit à debitore numeratum, alimentarius vero vestem non emerit, poterit debitor pretium repetere, *argumento l. 2. §. Titio. ff. de dona.* vbi dicitur, quod si quis decem ea donauit conditione, vt ve-
24 stem emat, repetere † potest condictione, si vestis non sit empta, & illum text. citat Æmilia. *in cons. 10. num. 7. Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. non tãtum, num. 23.*
25 *ff. de libe. agnos.* qui loquuntur, quãdo legata † est vestis, & hęres pretium soluit, id quod trahi potest ad proximã per nos tactam quæstionẽ, quando vestis
26 data est alimentario, † qui non est illa vsus, vt scilicet teneatur illam reddere. Inferunt autẽ prædicti ad collegia, quib. tanta datur pecunia pro vestibus, ea enim repeti potest, si scholaris vestem nõ emat.

Sed vt meum in hac quoque quæstione interponam iudicium, arbitror hoc casu condici non posse pecuniam, nec vestem, sicut nec, quando alimẽta sunt ab homine relicta, nam hoc casu potest legatarius consequi legatum, & illud inde in alium vsum conuertere, & non in alimenta, quemadmodũ videmus, quòd legatarius potest alimenta præteriti temporis petere, quę tamen non possunt seruire pro tempore ordinato à testatore, & satis est, quod dantur, & recipiantur res ad finẽ ordinatum, nec refert, quod mutato postea proposito in aliũ
27 vsum conuertantur, pro quo facit, quod † voluit Bar. *in l. catera. §. fi. ff. de leg. 1.* vbi prohibente statuto, ne quis frumentum emat vltra vsum, si quis empto frumento pro vsu, mutato exinde proposito illud vendat, non incurrit pœnam, quia sufficit, quod in principio id animo gesserit, licet exinde aliud fecerit, idem dicit Bal. *in l. inde quærit. ff. de exercit. Anan. in c. significaut, colum. 6. de iud. Fely. in c. 2. colum. fi. de consti.* Et hoc dixit valde notandum Marsil. *sing. 86. circa fi. vbi allegat Albe. & alios, Brun. de statu. exclu. fœm. arti. 6. num. 281.* vbi infert ad aliam decisionem, Afflict. quoque inferens ad simulationem cõtractus *in decis. 72. num. 8.* & ad pulchrum casum infert Marin. Frecia, qui tamen de prædictis nõ meminit, *in tracta. de subfeud. titu. de autho. Baro. author. 38. colum. fi. vers. quod sanè procederet.* Atque ita in simili nõ est cura-
28 dum, quid fiat de rebus datis ad alimenta † quando ea ex dispositione hominis præstanda sunt, aliud quidem credo, quando debentur ex dispositione legis, quia tunc subducta necessitate, *vt suo loco dixi,* non debentur, & proinde in alium vsum conuerti non possunt, atque id ipsum probari videtur ex tex. *in d. l. 2. §. Titio. ff. de donatio.* dum distinguit, an testator foret alioquin relicturus, vel non. Quæ distinctio non esset necessaria si non posset alimentarius conuertere in alium vsum.

Quamuis autem alio titulo tractemus de modo & qualitate præstandorum alimentorum, non tamen videtur in eum locum reseruanda quęstio, an vestes pretiosæ sint præstandæ, cui alimenta debentur, si ex qualitate personæ cõueniant preciosæ. Et Imo. *in rub. ff. solu. mat. col. pen. circa fi.* dicit, quod
29 vestes † pretiosæ non debentur ab eo, qui tenetur alere, & reprehẽdit Angelum, qui dicebat contrarium, & illũ sequitur ibi Ripa, *num. 56* dicens, quòd sine pretiosis vestibus potest quis viuere: ergo illæ non veniunt appellatione alimentorum, *argumento l. legatis. ff. de alimen. & cibar. lega.* & vestes pretiosæ considerantur secundum conditionem personæ. Alex. tamen *in d. rub. ff. solu. matr. num. 26.* tenet contrarium, quod appellatione alimentorum veniant pretiosę vestes, si conueniunt conditioni, & qualitate alimentarij per *d. l. legatis*, & allegat quoq; Bal. *in l. si maritus in id, ff. solu. matrim. Cordub. in d. §. non tantum, num. 26. multa allegat, sed non se resoluit, Beninca. in tract. pauperta. in 7. quæstio. 2. specia. iudic. num. 40. Alcia. cons. 241. num. 4.* Ego autem video Doctores prædictos nõ discordare, sed diuersimodè loqui. Imola enim & Ripa, loquuntur de vestibus pretiosis, quæ non sunt necessariæ inspecta qualitate personæ, atque id innuit Ripa, dum dicit, quod pretiosa dicuntur secundum qualitatem personæ, exempli gratia, si honorificè quis incedere potest cum vestibus ex serico, non erunt illi necessariæ vestes auro intertextæ. Alexan. autem loquitur quando vestes personæ requiruntur ex conditione personæ, puta, si talis sit persona cui vestes ex serico conueniunt, illi tales sunt præstandæ, sicuti etiam ex intertexto auro, & purpura conuenient tales deberentur, Imola igitur & Ripa, pretiosas intellexerunt dici, vestes quæ excedunt, & superant conditionem creditoris, quod tamè est falsum, quia possunt esse pretiosæ, & tamen illi conuenire, & videmus etiam magnos nobiles & principes habere vestes quotidianas quidem, sed pretiosas, sed nonnullas item pretiosiores, quare si qualitas personæ id exigit, dandæ sunt pretiosæ, quæ sunt necessariæ inspecta qualitate personæ, sed non illæ pretiosiores, quæ ad pompam & ostẽtationem deferuntur, vt sunt auro intertextę, cum ex serico sufficiat cuicunque nobili, qui Princeps non sit.

Sed & quod diximus vestem deberi ei, cui alimenta præstanda sunt, rectè procedit in terminis prædictis, verum si agatur de alimentis remittendis per renunciationem, vel transactionem, vel aliam viam, res aliter se habebit, quia appellatione
30 alimentorum vestis non veniet, † *ita post Iacob, Butr. concludit Bart. in l. legatis, in princ. ff. de alim. & cibar. lega. per l. cum hi, §. qui transigit. ff. de transact.* Et ponit rationem, quia vbi agitur de remittendis alimentis materia est odiosa, & in ea sit stricta interpretatio, vbi vero agitur de alimentis debendis materia est fauorabilis,

uorabilis,& interpretatio ampla ſit. Eodem quoque modo diſtinguit Bart. *in tracta. alimen. num.2. in hoc tamen cõtradicit Dec.in l.de alimen.num.2. C.de tranſact.& in l.2.num.31. ff.de iuriſdict.omn.iud.* volens,quod non minus veſtes veniant, quando remittuntur alimenta, quam vbi tractatur de illis præſtandis, quia etiam in odioſa materia ſit lata interpretatio, quatenus proprietas verborum patitur, *l. cum lege, vbi notat Aret.C.de teſtam.* & reſpondet ad *§.qui tranſigit,* ideo veſtem non venire, quia textus procedit vlterius diſponendo ſpecialiter. Sed hæc reſponſio eſt verbalis, quoniam,ſi cum agitur de alimentis remittẽdis, veſtis veniret appellatione alimentorum, Diuus Marcus non ſtatuiſſet de veſte ſpecialiter tranſigendum, vt dicitur in eo textu, quare verior eſt prima opinio, quam etiam ſequitur Cordub.*in d.§.non tantum,num.40.* vbi etiam agit de ratione diuerſitatis, & cum hac opinione tranſit quoque Beninca*ſ. in d. tract.d.ſpecia.2. num.42. & ſeq.* vbi poſt longam diſputationem dicit in fine,quod fauore eorum, quibus debentur alimenta introductum eſt, quod nomine alimentorum veniunt veſtes, hoc autem non debet conuerti, vti fieret,ſi agendo de alimentorum remiſſione, venirent veſtes, & ibi videri poterit, quia doctè loquitur Menoch.*de arbitr. iud. caſu 170. num.27.*

Et quia ſupra vidimus diſtinguere Doctores inter veſtes feſtiuas & quotidianas,ſciendũ eſt,quod in cognoſcendo, quæ ſunt feſtiuæ, & quæ quoti-
31 dianæ, † ſtandum eſt arbitrio iudicis, *Imo.in l.pen.§. ſeruus.ff.ſolu.matrim. Corne.in conſ.81.colum.pen.volum.1. alios citat Rolan.in conſ.10.num.17.volum.1.* Quando autem, & quo tempore veſtes ſint tradendæ æſtiuæ, & quando hyemales, dicam *in tit.quomodo & qualiter præſtentur alimenta.*

SVMMARIVM.

1 *Cibi appellatione venit potus.*
2 *Potus venit appellatione alimentorum.*
3 *Aqua ei debetur,cui alimenta præſtanda ſunt,quando in loco eſt venalis.*
4 *Vaſa pro ſeruanda aqua & vino, tradenda ſunt ei, cui alimenta debentur.*
5 *Conceſſo vno venit, quidquid eſt neceſſarium ad conceſſionem.*
6 *Potus venit ſub nomine victus vel cibariorum.*
7 *Vecturæ aquæ,vini, & aliorum,debentur ei,cui alimenta præſtanda ſunt.*
8 *Aquæ æſtimatio, non ipſa aqua debetur,quando alimenta debentur.*
9 *Aquæ æſtimatio non debetur, ſed aqua,quando debitor vult eam ſingulis diebus tradere.*
10 *Solui non poteſt vnum pro alio inuito creditori.*
11 *Correlatiuorum diſpoſitum in vno, locum habet in alio.*
12 *Res debita regulariter peti debet,non æſtimatio.*
13 *Opera, quando præſtari non poſſunt, tunc in ſubſidium petitur æſtimatio.*
14 *AEſtimatio poſt moram peti poteſt, ſi creditor vult, ſed non cogitur.*

QVÆSTIO III.

POTVS quoque debetur ei, cui alimenta
1 relicta ſunt,quia ſub nomine † cibi venit potus, *l.diuitis,ff.de alimen. & cibar. legat.l.in rebus,§.poſſunt.ff.commodati.* & ſub nomine
2 alimentorum, quod eſt magis generale, † potum includi,probat tex. *in l.verbo victus, ff.de verb.ſignif.l.1. ff.de alimen. & ciba leg.gloſ.in l.legatis,in ver.cibaria, ff.de alim. & ciba.lega.per tex.in l.etſi non ſint, §.ſi cui eſcarum, ff.de auro & argen.lega.Bart.in tract.de alimen.num.7.* vbi dicit, cibariorum appellatione ſe intelligere potum, *Alcia.in l.quos nos,§.verbum viuere,ff.de verbo.ſignif.* & non poteſt quis viuere ſine potu, ergo is debetur ratione alimentorum, *Laſ.in §.qui tranſigit, num.1. l.cum hi,ff. de tranſactio.Dec.in l.2.num.31.ff.de iuriſd.omn. iudic.Rolan.conſ.22.num.2.volum 1. Cordub.in l.ſi quis à liberis,§.non tantum,num.4.ff.de liber.agnoſcen.vel alen. Simon de Pret. de interpret vlt.volunt.lib.4.dubit.11.num.39.* & ideo, qui tenetur ad alimenta, debet etiã aquam
3 tradere, † ſi venalis ſit, quia eſt ea ad hominis vitam neceſſaria,*vt in l.1. vbi gl. & Bar.ff.de alim.& cibar. legat. Cordub. in d. §. non tantum,num.7.& 14. Pract.Papien.in forma libel. quo agit pro re ſingul. in princ. num. 65. & ſeq.Rol.in conſ.22 num.7.vol.1.Dec.in l.de alimen. num.1. C.de tranſact.Rimin iun.in conſ 132. num.9.& 15. Simon de Pret. d. dubit. 11. num.39. in fi.* vbi ponit exemplum locorum,in quibus aqua eſt venalis,vt Romę, Venetiis,& Ferrariæ, & ſanè cum alimenta contineant, quidquid ad humanæ vitæ ſuſtentationem requiritur, & nihil magis ſit aqua neceſſarium, fatẽdum eſt aquam deberi, hinc eſt, quod iis aqua & ignis interdicebatur,quibus vita denegabatur.

Aduertendum etiam, quòd non ſolum aqua eſt
4 præſtãda, ſed vaſa quoque † in quibus ſeruari poſſit, vt ſunt amphoræ, cadi, & ſimilia, *argumento l.3. §.1. & l. vino, ff.de tritico,vino & oleo legato.* vbi dicitur, quòd legato vino veniunt vaſa,in quibus continetur, atq; ita per ea iura concludit Simon loco prædicto, *num.42. in fi.* ſed ea iura probare non videntur,quia loquuntur in legato vini limitato ad ſpeciem exiſtentem in domo, at vbi vinum ad vſum in genere debetur,aliud videretur dicendũ. Quidquid tamen ſit, cum non aliter vinum ſeruari poſſit, fatendum vaſa deberi, ex quo ſine eis vinum, vel aquam ſeruare non poſſet alimentarius, & vno
5 conceſſo † venit id omne,ſine quo conceſſum eſſe non poteſt, *l. vbi rem mobilem,l.ad legatum, ff.de procura.d.l.legatis, ff.de alim. leg.l.1.§.1.ff.ſi vſusfructus petat. l.2.§.inſpectio.ff.quemad.teſtam.aper.*

Oldrad.tamen *in conſ.79 num.2.* dicit,potum non venire in legato alimentorum, quia aliud eſt cibus,aliud eſt potus, allegat illud Euangelium, *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus,* ſed grauiter errat,quia etſi diuerſæ reſint,continẽtur tamen ſub generali alimentorum, vel victus voca-
6 bulo, imo etiam ſub nomine † cibariorum, *vt per Alciat. in l.quos nos, §.verbum viuere.ff de verbor. ſignif.* & propterea rectè reprehendit Oldrad. Dec. *in d. l.de alimentis, & in d. l. 2. ff.de iuriſdict. omn.iud. Cordub. d.§. non tantum, num.5.* & Dec. in loco prædicto, inquit, quòd ſemper cibi appellatio includit potum,quãdo ſimpliciter pronunciatur, licet aliud ſit, quando de

do de cibo & potu, sit separata mentio. Et non modo aqua danda est & vinum, sed etiam hęres vel debitor tenetur refundere vecturam, seu portaturæ
7 † pretium, si legatum factum sit nobili, secus vero, si fuerit ignobili, *ita Butr. in l.1. num.3. ff. de alimen. & cibar. legat.* vbi ait, inspiciendam esse conditionem personarum, quibus factum est legatum, sed eum reprehendit Cordub. *in d.§. non tantum, num.14.* & de hoc videri potest Simon *d. dubitatio.11. num.105. & seq.* Ego hic non discutio, quia reseruanda videtur quæstio ad eum locum, vbi tractabimus, in quo loco præstari debeant alimenta paulo infra hac eadem parte, vbi sua est sedes, & insurgit determinatio ex declarationibus, quæ afferentur circa principalem quæstionem.

Dubium tamen est, an aqua ipsa, vel æstimatio sit præstanda. & Bar. *in d.l.1. num. 2.* Concludit æsti-
8 mationem, non † aquam deberi, quia ea facilè corrumpitur, & durare non potest, & distinguit generaliter inter ea quæ seruari possunt, & quæ non: volens, quòd corruptibilia, & quæ modico durant tempore non præstentur, sed æstimatio debeatur, quæ verò longo tempore durant, præstentur in sua specie, de quo dicam paulo infra hoc eodem titulo. Et eandem distinctionem facit Bart. *in l. pecuniæ, num.2. ff. de alim. & cibar. legat. Cordub. in d.§. non tantum, num.7.* vbi dicit id non probari, *in l. Mela, §. quidam, ff. de alim. & cibar. legat.* Id autem ego intelligo, quando debitor mallet æstimationem quam aquam præstare, at si debitor ipse aquam singulis diebus dare
9 non grauaretur, atque ab alimentario † recipere, non esset incommodũ, crederem non esse cogendum debitorem refundere pretium: sicuti enim
10 aliud pro alio solui non potest inuito + creditori, *l.2. §. mutui datio, ff. de reb. cred.* ita debitor non debet cogi ad soluẽdum aliud pro alio, quia cũ sint correlatiua non iudicãtur ad imparia, sed dispositum
11 in vno habet † locum in alio, *l. fi. C. de indict. vidui. tollen. l. fi. ff. de acceptilatio. Ias. cons.117. num.11. vol.1. Euerar. loco 76. colum.2 ver. & istud argumentum, decis. Pedem. 115. num.10. D. Becius cons. 45. num 22.* & tunc solum æstimatio debetur, quãdo res debita præstari non potest vel in subsidium, quando causa aliqua subest,
12 alias semper res ipsa † petenda est, *l. si ita fideiussorem, ff. de fideiussor. l stipulatus, es opus, ff. eodem tit.* & in *l. si non sortem, §. libertus, ff. si cert. pet. at.* dicitur, quod ad æstimationem deuenitur in subsidium, quando ope-
13 ræ † præstari non possunt, *l. si non amplius, §. bonorum, ff. de leg. 1.* vbi deuenitur ad æstimationem ex causa, & dicit glos. quòd non soluitur æstimatio nisi intercedat iusta causa, *in dicto §. mutui datio, in fi.* & hoc modo Dec. *ibi, num.5.* declarat id, quod dicitur æstimationem fungi ipsius rei iure, & reputari pro ipsa re, vt scilicet intelligatur in subsidiũ & causa subsistente, & non aliter, & ibi etiam dicit, quod inter-
14 cedẽte mora, licet creditor † possit æstimationem petere, non tamẽ cogitur eũ inuitus recipere, sed potest rem principaliter debitã petere, quãdo vero graue esset alimentario recipere aquam singulis vicibus, tunc posset peti æstimatio, sed iudex iustus pro suo arbitrio prouidebit, quod in tempus aqua detur, quæ seruari potest biduo scilicet, vel triduo, prout feret regionis consuetudo, atque hoc modo erit vtrique parti consultum.

SVMMARIVM.

1 *Habitatio debetur ei, cui alimenta præstanda sunt.*
2 *Habitatione debita veniunt vasa ad coquinam, ad mensam, & alios vsus necessaria, vide tamen ibi.*
3 *Suppellex præstanda non est ei, cui simplex debetur habitatio.*
4 *Separata si sunt aliqua, nõ bene de vno infertur ad aliud.*
5 *Habitatio non præstatur, quando cibaria relicta sunt.*
6 *Habitatio non includitur nomine alimentorum, quando agitur de illis remittendis.*
7 *Habitatione relicta, si fuit à debitore assignata vna domus, licet illi variando aliam dare.*
8 *L. si sterilis. §. fi. ff. de actio. empt. quomodo intelligatur.*
9 *Variatio in vltimis voluntatib. non est regulariter licita.*
10 *Quod sibi non nocet, & alteri prodest, de facili est concedendum.*
11 *Viam, qui habet per fundum, si fuit semel in vno loco designata, non potest variare, vide ibi.*
12 *Viam, qui debet per fundum, facta semel designatione potest variare.*
13 *Electio semel facta, quando variari possit.*
14 *Habitatione tradita alimentario, non licebit ei locare, quando alimenta debentur à lege officio iudicis, vide tamen ibi.*
15 *Vsum domus, vel fundi, qui habet, locare non potest.*
16 *Vsuarius domus potest receptam mercede inducere inquilinum ad secum cohabitandum.*
17 *Habitationem, qui habet, potest locare, vide infra.*
18 *Habitationem, qui habet occasione alimentorum non potest locare.*
19 *Habitatione certæ domus vxori relicta à testatore poterit iudex vxorem pro bono pacis expellere, & aliã dare.*

QVÆSTIO IIII.

HABITATIONEM ei deberi, cui alimenta præstanda sunt, † probãt text. *l. legatus. ff. de alim. & cibar. lega. l. verbo, victus. ff. de verbo, signif. gl. in l. cum hi. §. qui transigit, ff. de transact. vbi Doct. latè agunt, præcipuè Ias. gl. in l. si quis à liberis. §. non tantum, vbi Doct. & præcipuè Cordub. num.24. qui alios allegat. ff. de libe. agnos. vel alen. Ang. in cons.28. Pract. Pap. in form. libel. vbi agit pro legat rei singul. in princ. num.65. Bar. in tract. alimen. num.1. Io de Anan. in cons.37. vbi etiam Bologn. in additio.* & habitatio dicitur alimentorũ pars, *c. Episc. 10. q.2. Bero. in cons.24. nu.8. vol.2. Bertr. in cõs. 226. num.5. vol.4.* vbi dicit, quod est pars victus, *idem dicit Bero. in cons.48. nu.10. vol.2. Vital. in tract. clau. in tit. an ius alimen. renunc. poss. Benincas. de pauper. in 7. q. in 2. specia. iud. num.33. Menoch. casu 170. num.29. & cons.26. num.10. Rol. in cons.22. num.1. vol.1. Simon de Pretis in tract. de interpret. vlt. volun. lib.4. dub.8. num.61. vbi allegat etiam Rimin.*
1 2 *in cons.250. nu.6.* & sub habitationis † vocabulo continentur vasa omnia ad coquinam & mensam parata, ac ad alia omnia necessaria, sine quib. experientia docet nos viuere non posse, *argum. l. Labeo. §.1. ff. de suppellect. lega.* nõ enim potest habitare, qui suppellectilem opportunam non habet, *atque ita in specie determinat Simon d. lib.4. dubit. 11. num. 41. vlt allegat tex. in Auth. de appellat. in prin. in c. quam sit, de electio in 6.* Hęc enim omnia sunt ad habitationem necessaria,

& sine

& sine eis nemo potest habitare, & vno concesso veniunt omnia, sine quibus alimentarius non potest commodè alimenta consequi. *ff. ad rem mobilem. ff. de procur. cum alijs, de quibus dictum est in præcedenti cap.* Ad quid autem seruiret habitatio, si nuda esset domus, & nudi parietes, ego tamen arbitror prædicta quidem deberi alimentario, sed non sub vocabulo habitationis, nam si cui legetur simplex habitatio, 3 illi nihil aliud præstandum erit † præter domum, nõ autem suppellex, & bona mobilia ad domus instructionem, vel ornatum, nã aliud est habitatio, aliud verò suppellex, id quod de se patet, & probatur, quia habemus in iure separatos titulos de habitatione legata, & de suppellectile legata, & cum 4 sint diuersa, † non potest de vno ad aliud inferri, *l. Papinian. exulu. ff. de minorib.* ea verò ratione debentur vasa ad coquinam & ad mẽsam necessaria, quia sine iis perfecta non sunt alimenta, non autem, quia contineantur sub habitationis vocabulo.

Tunc verò non debetur habitatio, quando non 5 generaliter alimẽta, sed cibaria † sunt relicta, *l. diariis. ff. de alim. & cibar. leg. gl. in c. si Episcop. 10. q. 2. Barto. in tract. de alimen. Dec. in d. l. de alimen. num. 3. C. de transact. & dixi supra in cap. de vestib. vbi allegaui, Pract. Papien. Imo. Cast. & Dec.* qui omnes loquuntur nõ solum de vestimento, sed etiam de habitatione, longe enim minus continent cibaria, quam alimenta.

Similiter quando agitur de remittendis alimentis, habitatio non venit, † quia ex diui Marci con- 6 stitutione specialis renunciatio requiritur, alias illi non videtur quis renunciasse, *l. cum hi, §. qui transigit. ff. de transact. Bart. post Iac. Butr. in l. legatis, in princ. ff. de alim. & cibar. leg.* Et in d. c. *de vestib. in fi.* alios allegaui referendo rationem diuersitatis à Doctoribus consideratam, quam minus habitatio includatur, quando agatur de remittendis alimentis, quam si agatur de illis præstandis.

Aduertendum tamen, quod si debitor domum assignauerit pro habitatione, poterit nihilominus 7 exinde variare, & alium dare, *vt voluit Afflict. in constitut. Regni, incip. Comitib. in fi.* vbi mouetur per text. *in l. si sterilis. §. fi. de actio. empt.* vbi subdit, se habuisse de facto, *sequitur Rolan. in cons. 22. num. 1. volum. 1. Menoch. cons. 62. num. 11.* subsisto tamen, quia ille tex. loquitur in debito alternatiuo, quando scilicet venditor domus reseruauit sibi habitationem, vel decem in singulos annos, & tunc vult, quod emptor possit vno anno habitationem præstare, alio vero anno decem dare: at in casu nostro nulla est alternatiua, sed vna domo assignata non videtur, quòd liceat variare.

Præterea ille textus loquitur in obligatione annua, quę plures continet obligationes, tot scilicet, quot sunt anni. Non mirum ergo, si vnoquoque anno licet variare. nõ enim dicitur propria variatio, quæ solet considerari circa vnum & idem debitum, cum tunc plura sint debita, nos vero agi- 8 mus de vnico debito alimentorum, & ita † illum text. intelligit glos. *in l. si ex toto. §. si. vbi eam sequuntur Bar. & alij. ff. de lega. 1. vbi Ripa, num. 14. dicit esse communẽ,* nos autem sumus in vltima voluntate, in qua non 9 est regulariter licita † variatio, *vt per Docto. in l. 2. §. 1. ff. de opt. leg.* in contractibus vero variatio est licita, *l. eum, qui certarum. §. fi. ff. de verb. oblig. Iaf. in d. l. si ex toto. §. fi.* Videtur itaque non licere debitori domum semel assignatam reuocare ab alimentario.

Verum arbitror licitam esse eiusmodi variationem, si fiat sine damno, vel incommodo alimentarij per regulam, quæ habet esse de facili concedendum, quòd † mihi non nocet, & alteri prodest, 10 de qua gl. *in l. 2. in princ. ff. solu. matr. Bar. in l. item lapilli. ff. de rer. diuis.* & quamuis ea regula patiatur multas distinctiones, *vt per Iaf. in d. l. 2. nu. 32.* tamen habet in se plurimũ æquitatis, & pro hoc facit, quia etsi habens seruitutẽ vię, vel itineris in aliquo fundo non possit variare, sed electione loci semel facta, coga- 11 tur per illum, non per alium transire, † *vt est tex. in l. si cui. ff. de seruitu. titu. gene.* ille tamen, qui seruitutem debet, licèt semel viam designauerit, vno in loco potest variare, & alium æque commodũ designa- 12 re, † vt est tex. *in l. 2. §. pen. ff. de religio. & sumpt. fune.* per quem ita dicit gl. fi. *in d. l. si cui,* quam Barto. ibi dicit notandam, & sequitur Castren. *in fi. Cæpol. in tract. de seruit. rustic. prædio. c. 1. col. 2. in quarto casu, ver. puto tamen, quod liceat, Socin. in cons. 14. num. 4. ver. circa tertiam dubitationem, vol. 1.* vbi dicit, glos. prædictam esse communiter approbatam, quãuis Ange. tenuerit contrarium id, quod si procedit, quando obligatio est restricta ad certã speciẽ, & determinatum fundũ, multo magis locum habebit, quando fundus nullus in specie est obligatus, sed in genere, vt in casu nostro. Sufficit. n. quod detur habitatio aliqua domo, dummodo sit & commoda, & sufficiẽs, secundum personę conditionem, & quia multa dici pos- 13 sent circa variationẽ electionis † semel factæ, ideo vide ad propositum, quæ Tiraquel. ponit *in l. boues, §. hoc sermone, in prima limit. fere per totam,* vbi latè agit, & alibi quoque in eadem repetitione.

Quæri tamen potest, an alimentarius, cui domus assignata est, pro habitatione possit illam alij 14 locari? Et quoad eũ cui debentur alimenta † à lege officio Iudicis, & iure sanguinis, non autem ex dispositione hominis, existimo sine dubio non licere illi locare, quia, vt dixi suo loco, alimenta ei non debentur, quando habet aliunde, & præstanda sunt tantummodo secundum indigentiam & necessitatem, sed non vltra vsum, qui autem vsum 15 habet † non potest locare, *vt §. 1. Institu. de vsu & habita.* Poterit tamen habere inquilinum, qui data 16 mercede † cohabitet. *l. cæterum. §. 1. ver. quid enim ff. de vsu & habitatio.* At vbi debentur alimenta ex dispositione hominis, aliud dicendum videtur, nam is 17 potest locare, cui † habitatio est concessa, *d. §. 1. Institu. de vsu & habit. l. cum antiquitas, C. eo. tit. Iaf. in l. si ex toto. §. fi. num. 17. ff. de leg. 1. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. num. 4. num. 8.* Præterea diximus, loquendo de vestibus, quod alimentarius potest de rebus sibi in alimenta datis, pro libito disponere etiam conuertendo in alium vsum, quare eodem modo non poterit dominum locare, in contrarium tamen facit, quia cum habitatio præstatur non virtute alicuius legati, sic de per se importantis, sed in consequentiam alimentorum, videtur, quod importet 18 solum vsum, quo casu non licita † locatio, *vt d. §. 1.*

& l.

& l. Aquilius. ff. de donatio. Socin. in cons. 281. num. 1. volum. 2. Dec. in cons. 355. num. 2. Bertran. in cons. 268. num. 8. vol. 2. Manti. loco prædicto, num. 9. Veriorem tamen opinionem primam existimo, sed non inuenio quæstionem ab aliquo tactam, ideo considera, possent aliæ quæstiones tractari circa habitationem, sed eas visum est, reseruare ad eum locum, in quo agimus, vbi alimenta sint præstanda.

Non tamen est omittendum, quod si testator vxori designauerit partem domus pro sua habitatione, & inter hæredem & vxorem oriantur rixæ
19 & contentiones, poterit iudex † contraueniendo voluntati testatoris præcipere hęredi, quod de domo æque commoda prouideat alimentariæ, atque eam depellere, *secundum Nattam, in cons. 425. per totum.*

SVMMARIVM.

1 *Medicinæ præstandæ sunt ei, cui debentur alimenta.*
2 *Medicinæ debentur mulieri seorsum ab hæredibus habitanti, licet alimenta sint in domo cum hæredibus.*
3 *Medici salarium debetur ei, cui alimenta debentur si infirmus sit, & vtatur medico.*
4 *Medicinas ministrare vxori infirmæ tenetur maritus.*
5 *Medicinæ debetur famulo ægrotanti, intelligē tamē, vt ibi.*
6 *Medicinæ a prætore non debentur suis officialibus, quibus nec alimenta præstare tenetur, vide tamen ibi.*
7 *Officialibus, qui gratis seruiunt, prætor medicinas præstat, si impensa non est magna.*
8 *Hæres qui ægrotanti testatori medicum non adhibuit, efficitur indignus, & fiscus capit hæreditatem.*
9 *Medicum ægrotanti, qui nō adhibet, dicitur mortis causam dedisse.*
10 *Maritus non lucratur dotem ex statuto, si medicum vxori ægrotandi non adhibuit.*
11 *Medicinæ non debentur ei quem tenetur cibare, licet aliud sit quando tenetur alere.*
12 *Medicinæ non veniunt relicto victu.*
13 *Medicinæ non debentur alimentario, qui sua culpa incidit in infirmitatem.*
14 *Culpa sua cuique nocere debet.*
15 *Necessitas nō excusat eum, qui sua culpa incidit in illam.*
16 *Culpa nō consideratur, quando nō est ordinata ad casum.*
17 *Alimenta præstanda sunt filiis & descendentibus etiam quando sua culpa incidunt in infirmitatem.*
18 *Medicinæ dicuntur pars alimentorum.*
19 *Medicinæ, quæ pauperibus debentur, pro eleemosyna præstari debent ei quoque, qui sua culpa incidit in pauperta-tem.*
20 *Eleemosyna dari debet, non habita ratione, quod egenus sit bonus vel malus.*

QVÆSTIO V.

HVMANVM corpus cum sæpè infirmatur, sustineri vix potest sine medicina, ideo cui alimenta debentur, medicinæ † quoque sunt præstandæ, quasi sine eis
1 homo non possit viuere, *l. quos nos, §. verbum viuere, ff. de verb. signif. vbi not. Alciat. & Rebuf.* probatur etiam *in l. victus, ff. eod. tit.* per quam ita voluit Bart. *in l. legatis, ff. de alim. & cibar. legat. Specu. in titu. qui fil. sint legit. §. 1. num. 38.* vbi dicit, aliquos distinguere inter alimēta quæ officio iudicis debētur, & ea quæ debentur ex contractu vel testamento, & ibi Ioan. And. allegat, sed quoque voluisse Alber. Gale. Bar. *in tract. de alim. num. 6.* per tex. *in l. si cum dotem, §. sin autem, in nouissimo, ff. solu. matrim.* Subdit tamen, quod posset contrarium attentari, quia *in d. §. sin autem,* medicinæ ponuntur tamquā quid diuersum ab alimentis. *Idem Bar. hoc ponit in d. §. sin autem, in fi. quem ibi sequuntur Castren. Alex. Iaſ. & alij,* quia sine medicinis vita transigi non potest stante infirmitate, *Corn in cons. 286. col. fi. ver. & est aduertendum, volum. 3.* vbi fortius subdit de-
2 beri medicinas † mulieri habitanti seorsum ab hæredibus, quando fuerunt relicta alimenta in domo cum hæredibus, quia quoad eas nihil refert quod hæreditauerit, vel non cum hæredibus. *Ang. in l. cum hi. §. qui transigit, ff. de transact.* vbi dicit idem
3 esse in salario † medici, *sequitur Iaſ. ibi & Castr. num. 3.* & licet Bart. *in d. l. legatis,* distinguat inter alimenta simpliciter relicta & ea, quæ seruitij causa præstantur, vt primo casu absolutè debeantur, secūdo vero illæ tantum debeantur, quæ sunt modicæ, non quæ graues, imo fortius Bal. *in d. §. sin autem,* teneat indistinctè, quod medicinæ nō debeantur sub vocabulo alimentorum, tamen cōmunis est opinio, quod qui alimēta præstare tenetur, is etiam medicinas dare debeat, quia ad vitæ hominis conseruationē sunt necessariæ, *ita Picus in l. Titia, §. si Titia, cum nuberet, q. 63. ver. tertio dubitatur, num. 161. ff de leg. 2. Dec. in l. de alimentis, num. 3. C. de transact. vbi dicit communem opinionem esse contra Bal. in d. §. sin autem, Rolan in cons. 22. num. 3. volum. 1. vbi addit Alexan. Bertran. Ruin. & Crauet.* & subdit includi etiam expensam medici, *Tiraquel. in tract. nobilit. c. 31. num. 395. vbi infinitos allegat, Cordub. in l. si quis à liberis, §. non tantum, num. 29. ff. de lib. agnosc. vbi refert Ange. Aretin. & videtur transire cum distinctione Barto. cum hac quoque sententia transit Simon de Pretis in tract. de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. dubitat. 11 num. 37. Soarez in Thesaur. recept. senten. in ver. alimenta, num. 163. Lancell. Gallia. in consuet. Alexan. in ver. solidos, num. 21. Michael. Craſſ. in tract. senten. §. legatum, quæst. 22. num. 2. vbi dicit communem esse contra Bal. Ascan. Clemen. in tract. de patr. potest. effect. 17. num. 38. ver. tertio & vltimo infertur,* vbi tamen inquit, considerādas esse facultates eius, qui alere tenetur, vt si tenues sint, nō etiam teneatur ad medicinas & prædicti loquūtur indistinctè.

Hinc infertur, quod maritus vxorem infirmam
4 tenetur alere, atque ei medicinas † subministrare, *vt voluit Cyn. in l. quod in vxorem, C. de nego. gest. sequuntur Bart. Castr. Salic. Alex. & alij. Bart. & alij in d. l. si cū dotem, §. sin autem in fauissimo, ff. solu. matrim. Roman. in cons. 317. num. 2. & seq.* vbi dicit, quod si alius prēstitit, non repetit, *cum hac sententia transeunt Cuma. Corn. Campeg. & Rui. quos citat & sequitur Cordub. in d. l. si quis à liberu, §. si quis ex his, num. 26. Rolan. de lucro dot. q. 64. num. 6. & Phanuc. eo. tract. gl. fi. num. 8. Galliau. in consuetud. Alex. gl. solidos, nu. 21.* Et dixi *in tit. cui & à quib. debean. alim. in q. incipien. quod sanam vxorem.* vbi tractaui, quando maritus teneatur vxorem alere, & ibi videbis, quid iuris, quando est indotata, vel quando dos fuit promissa, sed non soluta, vel ipsa non seruit, cum ab ægritudine nō in totum retrahatur à seruitio mariti. Vital. *in tract. claus. in tit. an alim. renuncia. possit,* ponit, an pater, qui medicinas tradidit ægrotanti filiæ, possit eas repetere à marito seu genero.

Hinc

5 Hinc etiam infertur, quod conducens † famulum tenetur illi medicinas dare ægrotanti, si modica requiratur impensa, *argumento l. diuortio, §. impendio, ff. sol. matr. & probatur in l. in rebus, §. possunt, ff. commoda. & ponit Bar. d. §. sin autem in sæuissimo, addit. ad Bar. in d. l. legatis, ff. de alimen. & cibar. legat. & alibi late tractaui Alex. in d. §. sin autem, num. 5.*

Infertur etiam, quod ex quo potestas vel rector non tenetur suis iudicibus alimenta præsta-
6 ri, non etiam eis infirmis † dabit medicinas, *ita Bar. d. l. legatis, in fi. ff. de alim. & cibar. legat. per l. diariis. ff. eod. tit.* Et subdit esse notandum, inquit tamen, quod & si sirupos, & medicamenta non præstet, tamẽ tenetur eis dare cibos, qui pertineant ad infirmos, vt sunt pulli, & alia similia, *sequuntur ibi Roman. & Imo. Cin. & Bald. in l. quod in vxorem, in fin. ff. de nego. gest. Ang. in l. reb. §. possunt, ff. commoda. & in d. §. sin autem in sæuissimo, Ias. in l. si non sortem. §. libertus, numero vigesimo nono, ff. si cer. pet.* Bar. tamen *in d. l. si cum dotem, in §. sin autem in sæuissimo, in fi.* dicit, quod officialis tenetur præstare medicinas, modicæ ta-
7 men impensæ, † suis iudicibus, quia tempore sanitatis sunt in eius seruitio, sicuti dicimus de vxore. Eodem modo inter magnam, & modicam impensam distinguunt Cin. & Bald. *in d. l. quod in vxorẽ, Bal. Ang. Imo. & Castr. in d. §. sin autẽ in sæuissimo, Ang. in l. seruum, in prin. ff. de verb. oblig.* quod tamen Ang. *in d. §. sin autẽ*, intelligit nisi cõsuetudo aliter disponat, intelligi etiam debet quando officiales seruiunt gratis, secus quando habent salarium, quia tunc rector sicuti non tenetur illos alere, ita nec dare medicinas, *ita declarat Fulgos. in d. l. quod in vxorem. argumento eius quod inquit Bar. in d. l. si non sortem, §. libertus, ff. de cond. indeb. facit quod dicitur de seruo commodato, vt tetigi paulo supra, sequitur Paris de Puteo in tracta. sindicat. in ver. potestas, lo vlt. num. 7. & seq.* Alexan. autem *in d. §. sin autem in sæuissimo, num. 6.* concludit, quod aut dictis iudicibus ex consuetudine debentur cibaria, & tunc medicinæ modicæ impensæ debentur: si vero ex consuetudine non debentur cibaria, & tunc nullæ medicinæ debẽtur. Hæc tamẽ distinctio videtur mihi sine ratione, nam quando cibaria debentur, non veniunt medicinæ, vt dicam paulo infra, ergo non etiam debebuntur, quando cibaria non debentur, & consuetudo non extenditur, sed tantum habet potentiæ, quantum habuit vsus, ideo à consuetudine prẽstãdi cibaria nõ potest inferri ad medicinas. Præterea videndũ est, si prætor suis indicib. tenetur præstare alimẽta de iure, vt possit cognosci, an teneatur etiã ad medicinas modici valoris.

Quod vero diximus medicinas contineri sub vocabulo alimentorum, non caret ratione; cum enim alimentorum appellatio contineat quidquid necessarium est ad vitæ sustentationem, fatendum est contineri quoque medicinas: qui enim medicinas subtrahit, vitam videtur subtrahere, & necare, *secũdum gl. in l. indignum. ff. quib. vt indign.* vbi fiscus capit tamquam ab indigno
8 † hereditatem ab eo hærede, qui testatori ægrotanti, & mox mortuo medicum non adhibuit, quasi ob defectum medicinæ ille præsumatur mortuus, *Martin. Lauden. in tracta. de fisco, ver. 42. Alexand. in cons. 137. in princip. vol. 7.* & is dicitur morti causam
9 dedisse qui medicum non † adhibuit, *secundum tex. in l. quod si nolit, §. si mancipium, ff. de ædilit. edic.* vbi glos. infert ad hæredem indignum, de quo supra diximus. Eodem modo voluit glos. *in l. si ab hostibus, §. 1. ff. solu. matr.* quod maritus à lucro dotis excluditur, si vxori infirmæ medicum non adhi-
10 buit, † & illam glos. inquit ibi Bald. esse auream, Bal. & alij *in l. quod in vxorem, C. de neg. gest. multos alios citat Tiraquell. in d. cap. 31. numero 396. Rolan. qui multos addit in tracta. de lucro dotis, quæstio. sexagesima quarta, numero primo, & seq. vbi per totam late agit, Phanuc. in eo. tracta. gloss. fin. numero octauo.* Quia maritus tenetur vxori de medicinis sicuti de aliis alimentis prouidere, & quia præsumitur quis mortuus culpa eius qui non adhibuit medicum, cum teneretur.

Non tamen semper debentur medicinæ, nam
11 vbi quis non alere, sed cibare † tenetur, tunc non præstat medicinas, quia non tendũt ad cibandum sed ad euacuandum. *l. in rebus §. possunt. ff. commoda. l. sicut impendia. ff. de vsufruct. Bart. in d. l. legatis, ff. de alimen. & cib. lega. & in tract. alimento. num. 7. vbi allegat sic consuluisse Franc. Tigr. Ang. in d. §. sin autem in sæuissimo, vbi etiam Alexan. num. 4. Vital. in tracta. clausu. in tit. an renuncia. possit alimen. col. 1. in fin. & col. 2.* vbi dicit differre medicinam ab alimentis, *l. non omne, ff. de penu. lega. Dec. in l. de alimentis, num. 3. C. de transactio. Butr. in c. si episcopus, num. 7. de offic. ordin. in 6.* vbi idem dicit, quando relinquitur alicui victus,
12 † quia tum medicinę non veniunt, facit quod supra dixi nomine cibariorum non venire vestem, habitationem, vel alia similia, quæ non pertinent ad victum, sed mihi videtur medicinas non minus venire nomine victus, quam alimentorum, quandoquidem victus idem importat quod viuere secundum sermonis proprietatem, & medicinæ sunt ad vitam necessariæ: proinde qua ratione debentur alimentis relictis, ea ipsa debent præstari relicto victu, nisi dicamus secundum vulgi communem loquendi vsum victus appellatione venire solum cibaria, de quo nonnihil etiam supra tetigi.

Rursus medicinę non veniunt relictis alimentis, quando sua culpa incidit quis in infirmita-
13 tem. † Ita determinat Castren. *in l. peculium, §. sed si ipse, ff. de pecul.* vbi inquit, quod obligatus ad alimenta non tenetur ad medicinas, vel expensas infirmitatis, quæ euenit sua culpa. Mouetur per illum textum, vbi seruus obligatur naturaliter erga dominum pro expensis, quas dominus fecit in curando illum ratione infirmitatis, quæ culpa serui prouenit, licèt pro aliis seruus non remaneat domino obligatus, etiam naturaliter, *l. incommodata. §. possunt, ff. de commoda.* & subdit Castren. hoc esse menti tenendum, & Doctores non ponunt in locis ordinariis, & ratio est, quia cui-
14 que culpa sua debet † esse damnosa, *l. si quis in suos, §. legis, C. de inoffi. testam. cap. culpa, de reg. iur. in 6.* & necessitas non excusat, quando sua culpa quis in
15 eam † incidit. *l. pen. ff. de iure dot.* vbi non est pau-

pertati indulgendum, in quam incidit quis ob demerita, & illum textum dixit ad hoc singularem Bal. *in c. quæ in ecclesiarum, num. 18. ff. de constitutio. & Castr. in l. etiam, §. fin. ff. solu. matr. Alex. in l. non tantum, in prin. col. fi. ff. de re iudic. & ibi Iaſ. in fi. Tiraq. qui alia similia congerit in l. ſi vnquam, in ver. bona, num. 5. C. de reuoc. donatio.*

Posset tamen doc dictum intelligi, quando
16 culpa esset ordinata † ad infirmitatem, aliàs vero non solet considerari, *argumen. l. 2. §. ſi non propter, vbi Bar. ff. ſi quis cautionib. glo. in c. ſtatutum, §. cum vero, vbi Geminian, de reſcrip. in 6. Alexan. in l. quamuis, col. 2. ff. ſolu. matr. Corne. conſ. 108. colum. penul. vol. 1. Felin. in c. ſi quis teſtium, in fi. de teſtibus.* Et ideo Dec. *in c. quæ in eccleſiarum. num. 30. ver. tertius, & vltimus, de conſtitutio. Didac. lib. 2. cap. 16. num. 9. ver. contrarium, & Menoc. de arbitr. iudic. caſu 182. num. 42.* dicunt, quod alimenta non sunt eis præstanda, qui propria culpa inciderunt in necessitatem, licet alioquin eis debeantur.

Secundo intelligerem non procedere in filio, & aliis quibus alimenta iure naturæ præstanda sunt, nam & si propria culpa incurrant necessita-
17 tem, sunt tamen † alendi, *vt voluit Iac. de Aret. in l. libertus, qui operarum, ff. de oper. liber. & eum ſequuti ſunt Bal. Ang. Roman. Pet. Rauen. Dec. Barbat. Marſil. deciſ. Pedem. Bonacoſ. Firmian. Pariſ. Palcot. Cuccus, & alij quos citaui in titulo quibus ex cau. aliment. denega. poſſ. in quæſti. incip. quod ſi pater filio,* qui omnes tenent non esse deneganda alimenta filio, qui portionem sibi assignatam dilapidauit, & quod de alimentis
18 dicitur, eadē ratione procedit in medicinis † quæ dicuntur pars alimentorum.

Tertiò intelligo, vt non habeat locum principalis limitatio Castr. in medicinis, quæ debentur ex pietate Christiana pauperibus, quia in eis non attenditur causa paupertatis, nec fit distinctio, an
19 sua culpa † inciderint in paupertatem, vel non, sed indistincte illis est subueniendum, *gl. in c. ſacrorum. 12. quæſt. 2. gl. fin. in c paſtoralis §. verum de appellatio. vbi Dec. num. 19. atteſtatur illam eſſe communiter receptam, Benincaſ. in tracta. pauper. quæſtio. 4. num. 49.* vbi subdit, largiendam esse eleemosynam non
20 habito discrimine † quod egenus sit bonus, vel malus, *cap. quam pia, vbi eſt gl. 1. q. 2. c. quieſcamus, vbi gl. diſtinct. 42.* Est verum quod Dec. *in d. c. quæ in eccleſiarum, num. 3.* Didac. & Menoc. in locis proximè allegatis videtur tenere, quod etiam eleemosyna non sit illis dāda qui propria culpa ad id ordinata facti sunt pauperes, sed eorum opinio est inhumana: exequi enim debet quisque munus suum, & præceptis ecclesiasticis, imò vere diuinis obtemperare, alieni vero peccati pœnam Deo remittere irrogandam.

SVMMARIVM.

1 *Expensa magistri grammatices præstanda est ei, cui relicta sunt alimenta.*
2 *Libri pro studio necessarij dari debent illi, cui relicta est necessitas.*
3 *Expensa studij debetur ei, cui relicta est sustentatio.*
4 *Expensa studij non debetur, quando alimenta iure actionis, & ex dispositione hominis præstanda sunt.*
5 *Pater tenetur filium bonis artibus imbuere, & disciplinis ornare.*
6 *Filius non tenetur subuenire patri, qui non curauit ipsum erudiri artibus.*
7 *Copula ponitur inter diuersa.*
8 *Expensa studij legalis vel medicinæ, non est præstanda alimentario.*
9 *Pater reddere tenetur pecuniam mutuatam filio egenti in studio.*
10 *Filij scientia, est patris gloria.*
11 *L. ius alimentorum, §. item ad instructionem. ff. vbi pup. educ. deb. quomodo intelligatur.*
12 *Lex debet intelligi secundum titulum, cui subiacet.*

QVÆSTIO VI.

QVia alimentorum appellatio continet ea omnia, quæ ad vitam hominis sunt necessaria, infertur quod impensam quoque in apprehendendis disciplinis necessa-
1 riam is sustinere † debet, cui alendi onus iniunctum est, probat tex. *in l. qui filium, ff. vbi pupill. educ. debe. & in l. de bonis. §. non ſolum. ff. de Carbon. edic.* vbi dicitur, quod expensas studij consequi debet is, qui potest habere alimenta, *Socin. in conſilio centeſimo ſexageſimo primo, in fi. vol. 2. Crau. in conſ. 199. num. 3. ver. amplius vbi agitur.* & ibi post Calder. *in conſil. 2. de reg. iur.* inquit, quodsi persona sit docilis, veniunt libri ad studium necessarij, & loquitur,
2 quando non alimenta, sed necessitas † fuit relicta, quia secundum eum idem importat, & subdit idem esse, quando relinquitur sustentatio †&
3 idem dici potest, quando relinqueretur victus, quia eiusdem est virtutis, *vt per Vital. in tracta. clauſu. in titu. an renuncia. poſſit alimen. col. 2.* Et quod impensa magistri pro disciplina soluenda sit, tenuit Rolan. *in conſilio vigeſimo ſecundo, num. 8. vol. 1. Benincaſ. in tractat. panper. 7. q. in 2. ſpecia. iudicio. numero 34.* qui tamen omnes intelligunt, quando persona est docilis, & disciplina conuenit fuæ conditioni, & facultates eius, qui obligatus est, id ferunt, aliàs non.

Intellige tamen id verum esse, quādo alimenta debentur iure sanguinis, & officio iudicis, secus si ex dispositione hominis, vel iure actionis præstanda sint, quia tunc non debetur expensa
4 † studij, probatur *in l. legatis, ff. de alimen. & cibar. lega.* vbi Bar. *in princ.* ita distinguit intelligendas leges in principio allegatas in alimentis debitis a lege, vel officio iudicis. Ita quoq; distinguit Bar. *in d. l. de bonis, §. non ſolum, & in tracta. alimento. numero 3. Ang. in l. quidam cum filium, colum. 2. vbi etiam Imo. ff. de verb. oblig. idem Ang. in l. cum hi, §. qui tranſigit, ff. de tranſact.* & dicit Bartol. *in d. l. quidam cum filium,* quod filius potest petere à patre, quod faciat impensam necessariam in conducendo magistrum, *ſequitur Iaſ. ibi numero trigeſimo tertio,* cum ea quoque distinctione transit Bald. *in l. qui filium, ff. vbi pup. educ. debe. Angel. Aret. in tracta. de teſtam. gloſ. quadrageſima quinta, numero ſexto, Vital. in d. tit. an renuncia.*

nuncia. posſit alim. col. 4. Iaſ. in d. l. cum hi, §. qui tranſigit, num. 4. vbi ſubdit hanc eſſe veram concluſionem, Cordub. *in l. ſi quis à liberis, §. non tantum, num. 31. ff. de lib. agnoſcen. vel alen.* Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubit. 11. num. 38.* vbi tamen videtur contrarium innuere, quia pro alimentis fauorabilior interpretatio ſumenda eſt, ſicuti dicimus de pubertate, quæ dum agimus de alimentis vltra ſolitum producitur, & forte non eſt abſurda eius cogitatio, quia ſcientia magis eſt ad hominis vitam neceſſaria, quam panis. Et quamuis prædicti diſtinguant inter alimenta iure ſanguinis debita, & ea quæ debentur iure actionis, tamen non video rationem diuerſitatis, nam etſi forte arctius cogat natura, quam pactum, non tamen in plus cogit.

Infertur ex prædicta limitatione, quod promittens aliquem, vt filium tractare, vel alere, tenetur impenſam facere in magiſtris conducēdis, qui alimentarium imbuat liberalibus artibus, & diſciplinis, nam parentes tenentur filios non ſo-
5 lum alere, ſed etiam artibus imbuere, † ita declarat Bartol. *in l. quidam cum filium, in pen. quæſtione. ff. de verb. obl. & ſequitur ibi Imo. qui eum defendit ab impugnatione Angeli, ſequitur etiam Iaſ. ibi, num. 33.* & facit, quia, vt dixi in titulo, quibus, & à quibus debeantur alimenta, qui aliquem tenetur vti filium tractare, ad ea omnia tenetur, quæ tenetur pater erga filium præſtare. Cum ergo pater filio teneatur prouidere de magiſtro, qui eum humaniores doceat literas, eodem modo ad id tenebitur is, qui promiſit tractare, vt filium. In tantum autem pa-
6 ter tenetur filium in arte aliqua inſtruere, † vt ſi non faciat, non teneatur filius egenti illi ſubuenire. Ita enim Solonis lege ſancitum fuerat, vt Plutar. refert *in vita Solon. folio 6. & ſequitur Iaſ. in dicta l. quidam cum filium, numero trigeſimo tertio*; quod dictum, an verum ſit, examinaui *in titulo, quibus ex cauſ. alimenta denegari poſſunt*, ideo non repeto, ne ſim longior, etſi verum id foret nimis durum, & inhumanum eſſet, & grauior eſſet pœna, quam culpæ menſura.

Sed etſi omnes admittant, filium non ſolum alendum, ſed etiam artibus imbuendum, tamen hęc opinio non mihi videtur probata in iuribus, quæ allegātur. Primum enim, *l. qui filium. ff. vbi pupil. educ. deb.* non dicit, quod filio hæc ſint præſtanda, ſed dicit, quod pupillus non repetit à tutore, quod ille impendit in mercedes magiſtrorum, qui ſeorſum pupilli diſciplinis imbuerunt. Ratio autem eſt, quia eiuſmodi impenſæ fieri ſolebant à patre, ideo iudicantur vtiles pupillo, non autem dicit textus, quod frater teneatur id præſtare fratri vel ſorori, minus autem probatur *in l. de bonis, §. non ſolum, ff. de Carbon. edic.* quia ibi loquitur de alendo pupillo propriis bonis, & impenſis.

Imo quod magis eſt, ſi dicamus filio, vel alij debitam eſſe expenſam magiſtri, tamen id non deſcēdit ab obligatione alendi, nec impenſa magiſtri quicquam commune habet cum alimentis; alimenta enim corpus ſuſtentant, ſed diſciplinæ animum colunt, ſine alimentis nemo poteſt viuere, ſed ſine diſciplinis, & ſcientiis vitam quilibet traducere poteſt, & videmus plures ignaros literarum, quam ſcientes; & iam diximus alimentorum appellatione venire, quæ ad humani corporis ſuſtentationem ſunt neceſſaria, ſcientię autem minime ſunt ad ſuſtētationem corporis neceſſariæ, & *in d. l. quidam cum filium*, duplici in loco fit mentio de alimentis, & mercede magiſtrorum, tamquam diuerſis rebus, & eodem modo dicitur *in l. de bonis non ſolum*, vbi quod non ſolum alimenta, ſed mercedes quoque magiſtrorum, atque ita quoque fit tamquam de ſeparatis rebus mentio, vt ibi videri poteſt, & copula inter alimenta, & mercedes poſita denotat diuerſita-
7 tem, quia conſueuit poni inter diuerſa, † *gloſ. in rub. ff. de iur. & fac. igno. in l. ſi. duo, C. per quas perſonas nob. acquir. Abb. in c. ex parte, vbi Rip. num. 41. de reſcrip. Iaſ. in l. 1. num. 2. in prin. ff. de iuſti. & iu. Pariſ. in conſ. 75. num. 62. volum. 2. cum ſimilibus.* Non ergo virtute obligationis de alendo aliquem venit merces ſero impenſa in erudiendis pueris, ſed ex alia obligatione ſeparata, fruſtra. Itaq; diſputant Doctores, quod obligatus alere teneatur impendere in magiſtrorum mercedes. Et quamuis nemo quem viderim, id tangat, credo tamen verum eſſe, ſed in conſulendo, & iudicando non eſt tutum diſcedere ab opinione aliorum, pro quibus facit *l. ius alimentorum, §. ad inſtructionem, ff. vbi pupil. educ. debe.*

Declara quoque principalem concluſionem procedere in ſtudiis neceſſariis, ſine quibus homo ſecundum conſuetudinem, & conditionem ſuæ perſonæ viuere non poteſt, ſecus in diſciplinis, quæ apprehenduntur ad bene eſſe, puta, vt quis ſit honoratior, & ditetur, vel ſplendidius vi-
8 uat, quia in eas non cogitur impendere, † quia alimenta tenetur præſtare, vt voluit Bar. *in l. 1. §. nec caſtrenſe, in fin. ff. de collatio. bonorum.* vbi dicit, quod pater non tenetur impendere pro filio ſtudente in iure, dum tractat quæſtionem, an hæredes patris teneantur proſequi impenſam, quam cæperat facere defunctus pro ſtudio filij. Eandem diſtinctionem facit Bar. *in l. de bonis, §. non ſolum, ff. de Carbon. edic.* vbi dicit, quod in ſtudiis homo dicitur militare, & ſine eis poteſt honeſte viuere. Hoc etiam voluit Ang. *in auth. res quæ, col. vlt. C. commu. de lega. & in l. 1. C. de Carbon. edic. Rom. in l. ſi donatione, C. de collatio. Cuma. in l. quidam cum filium, vbi etiam Ia. num. 33. in ſi. verſic. non autem tenetur. ff. de verbo. obligat.* Hoc etiam videtur voluiſſe Bartol. *in tracta. de duobus fratribus, numero 17.* vbi dicit quod pater, qui habuit filium ad ſtudium, poteſt illum reuocare, nec tenetur pro illo impendere, vſque ad finem ſtudij, & infert idem eſſe in hæredibus patris, Bald. *in l. omnimodo, §. imputari, numero 7. C. de inoff. teſtam.*

Cordub. tamen *in l. ſi quis à liberis, §. non tantum, numero trigeſimo quinto, ff. de liber. agnoſ. vel alen.* dicit, ſi filius ſit bonæ indolis, & patris conditio, ac ſubſtantia ferat, teneri patrem pro filio impendere non ſolum in ſtudia liberalium, ſed etiam iuris, & medicinę, quia pater tenetur ad inſtitutionem

filiorum, *l. ius alimentorum, §. item ad instructionem. ff. vbi pupil. educ. debe.* & pro eius dicto facit quod voluit glos. *in l. sed & Iulianus. §. quod dicitur, in ver. solebat. ff. ad Macedo.* vbi inquit, † quod pater tenetur 9 soluere pecuniam, quam filius in studio agens mutuam accepit, intelligendo, quatenus pater fuisset expensurus domi, non autem vltra. Mox subdit, quod si filius sit in studio inuito patre, & pecuniam fuerit etiam à sciente mutuata, tenetur 10 pater, quasi cesserit in eius vtilitatem, scientia † enim filij est patris gloria, *c. esto, in fi. 95. distinct.* hoc tamen nõ ita vrgent, vt discedendum sit à cõmuni, & non obstat tex. *in d. l. ius alim. §. itẽ ad instruct.* 11 quia loquitur, quando impenditur † de re pupilli ad ipsius pupilli vtilitatem. Non enim est dubium, quin ea impensa sit vtilis, quæ fit pro institutione pupilli circa studia, secus autem est cum quærimus, an pater, frater, & alij, qui alere tenentur, debeant in disciplinis impendere pro filio, fratre, vel aliis personis, quibus obligantur ad alimenta. Præterea ille tex. loquitur de institutione, quæ conuenit pupillo eiusque ætati, atque ita grammatices, vel artium liberalium, non de aliis scientiis, quibus in ea ætate homines constituti non consueuerunt operam dare, & duci potest 12 argumentum à titulo, & † lex est intelligenda, vt illi conueniat, *l. Imperatores, vbi Bart. not. ff. de in diem adiect. Bartol. in l. fi. in princip. ff. de condic. indeb. Euerar. loco quadragesimo quinto, colum. 5. ver. quarto potest sumi.* Glos. quoque *in d. §. quod dicitur*, intelligi debet in studiis liberalibus, non autem in aliis, in quibus dicitur quis militare, & hoc modo non repugnat opinioni Doctorum, imò nec etiam legibus aliter loquentibus. Stabit ergo conclusio, quod pater, vel alius teneatur solum impendere in magistros liberalium artium, sed Rebuff. *de priuileg. scholar. priuile. 13. num. 2.* intelligit nisi inspectis facultatibus paternis, & filij ingenio aliud videatur dicendum, de quo vide Ascan. Clemen. *in tracta. de patr. potest. effectu decimo septimo, numero trigesimo quarto, & trigesimo octauo, vbi numero trigesimo nono, ponit, an pater teneatur emere libros filio studenti.*

SVMMARIVM.

1 *Lectus ei præstatur, cui alimenta debentur.*
2 *Lectus debetur ei, cui relinquitur victus, vel educatio*
3 *Culcitra præstari debet ei, cui relinquuntur alimenta.*
4 *Lecti appellatione veniunt ornamenta omnia, vt culcitra, lintea mina, & alia.*
5 *Lecto vxori relicto à marito venit culcitra de serico, si qualitas personæ patiatur.*

QVÆSTIO VII.



1 LEctus quoque necessario præstandus † est ei, cui alimenta debentur, *l. instratum. l. quos nos §. verbum viuere. ff. de verb. signific.* venit enim appellatione alimentorum, & debetur alimentis legatis, quia sine eo non potest quis viuere, *Bar. in l. legatis, in fi. ff. de alimen. & cibar. legat. & in tracta. alimento. numero 4.* vbi dicit, idem esse, 2 quando legatur victus, vel educatio, † ex quo sine lecto non potest commode viuere, *glos. & Doctores præcipue Alciat. in d. l. instratum, & d. §. verbum viuere, Alexand. in consil. 178. num. 7. in princip. vol. 6. Capra cons. 87. num. 11. & seq. Bolognin. in consil. 48. num. 8. vbi absolute sequitur Bar. idem voluit Ang. in l. cum hi, §. qui* 3 *transigit, ff. de transact.* vbi subdit, quod etiam † culcitra præstabitur, *sequitur Ias. ibi num. 3. in fi. Picus in l. Titia, §. Titia cum nuberet, num. 161. ver. quarto dubitatur, ff. de legat. 2. Bertran. in consilio centesimo quadragesimo octauo, colum. fin. volu. 1.* Et præter eos dicit Bal. *in l. pen. §. seruus vxoris, colum. 1. in fi. ver. & ideo quarta, ff. solu. matr.* quod lectus venit appellatione alimentorum, & disputat an idem de lecto dicendum inter virum, & vxorem, quod de vestibus. Hoc etiam quod sub nomine alimentorum veniat lectus, ponit Ioan. Lup. *in rub. de donation. inter virum, & vxor. §. 11. numer. 9. ver. hoc idem videtur dicendum, Rolan. in consil. 22. num. 6. vol. 1. Simon de Pret. de interpret. vltim. volun. li. 4. dubitatio. 11. numero 39. & seq. vbi allegat Ang. Aret. & alios, Menoc. in tracta. de arbitr. iudic. casu 170. numero vigesimo octauo, & seq. vbi post Rol. loquitur de lecto, & culcitra, Firmian. in suo repertor. in ver. lectus, num. 5. Ascan. Clemen. de patr. potesta. effect. 17. num. 38.* Et quod dicimus de lecto, non debet stricte intelligi de eo super quo requiescimus, sed large de omnibus ornamentis, quæ 4 omnia accedunt lecto, † vt probat tex. *in l. librorum, §. fin. ff. de leg. 3.* & ibi Bartol. dicit, quod si ma- 5 ritus vxori relinquat † lectum, veniet etiam culcitra de serico, per tex. *in l. fin. §. 1. ff. de aur. & argen. lega.* vbi Bar. idem dicit de lecto festiuo an veniat. Est verum quod Iac. de Aret. quem sequitur Bald. *in l. 1. nu. 12. C. de legat.* tenet contrarium in lecto precioso, & festiuo, quia non conuenit viduæ. Sed quidquid sit in vidua, certum est, quod lecto legato veniunt ornamenta omnia etiam de serico, *vt per prædictos, & ponit Flori. in l. sed & si quid. §. proprietatis, in fi. ff. de vsufruct. & contra Bal. pro Bart. stat Mantica, in. tracta. de coniect. vlt. volun. lib. 6. tit. 11. numero decimo septimo*, vbi tenet, quod etiam viduæ debeantur ornamenta preciosa, quando simpliciter relinquitur lectus, ornamenta autem lecti quæ sint, nemo est qui ignoret ex qualitate personæ, venient culcitræ, & omnia fulcra, *vt inquit tex. in d. l. librorum, §. fin.* Ex quibus inferri potest, quod legatis alimentis veniunt multa alia præter cibum & potum.

Posset tamen secundum ea, quæ supra diximus tractando de habitatione, & aliis restringi hæc sententia, vt procedat quando relinquuntur alimenta, non quando cibaria sunt relicta, quia tunc solum præstantur, quæ potum & cibum respiciunt, vt diximus.

SVMMARIVM.

1 *Equi vectura debetur procuratori, qui excurrit prædia domini.*
2 *Equus est pars alimentorum, quando ei relinquitur, qui non potest ire pedester.*

3 *Testi eunti ad deponendum datur victus, & roncinus.*

4 *Testi vt eat ad deponendum, soluitur vectura nauis.*

5 *Carrocia seu rheda ei debetur, cui dantur alimenta si nobilis sit.*

6 *Aduocato exeunti prouinciam dantur alimenta, & vectura equi.*

7 *Rustico qui non potest ire pedester non datur equus, sed asinus.*

8 *Personæ conditio spectanda est in omnibus.*

9 *Concesso vno venit id omne sine quo consequi non posset quod est concessum.*

10 *Securitas alicui concessa extenditur etiam ad equum.*

QVÆSTIO VIII.

EX eodem fonte oritur, quod si alimentarius nobilis sit, ita quod eum non deceat pro sui qualitate, & conditione pedibus incedere, equus ei est præstãdus, siue percurrat prouinciam, siue ciuitatem perambulet modo aliquo impeditus pedester ambulare, vt probatur *in l. idemque. §. Labeo, ff. mand.* vt procura-
1 tor † qui prædia domini excusat, imputat domino vecturas equorum, quibus vsus est in curandis negotiis domini. Et per illum textum inquit Bal. *in l. solet, §. non vero, num. 1, ver. nota quod à subditis, ff. de offic. proconf. & lega.* quod in eo qui secundum conditionem suæ personæ non potest ire
2 pedes, † equi sunt pars alimentorum, & infert, quod & si officialis non possit à subditis emere domos, vel agros, tamen potest emere equum, quia non debet ire pedes. Et idem Bald. *in l. quoniam liberi, in princ. C. de testib.* dicit, quod testi conducto ad deponendum solui debent vecturæ equorum, si qualitas personæ id exigat, & mouetur per tex. *in d. §. idem Labeo*, & Sali. *in ea l. quoniam liberi, num. 1.* per eundem textum dicit, quod testi
3 non solum victus dandus, sed etiam vectura † rõcini vel nauis, si qualitas personæ exposcat, atque ita quod de equo dicitur, extendit Salic. ad
4 nauem, † & est rationabile, quando iter posset æquè commodè fieri per aquam, vel quando aduersa valetudine impeditus non posset equitare, & eadem ratione hoc ipsum dici posset de rheda
5 seu carrocia, † quibus nunc ferè omnes nobiles vtuntur, vt cum minore incommodo vehantur, & de procuratore quod repetat vecturas ponit Bald. *in l. etiam, C. manda.* per dictum *§. idem Labeo.* subdit tamen, quod ille textus loquitur de modicis vecturis, & Bald. *in l. 1. num. 10. C. de suffrag.* dicit, quod aduocato exeunti prouinciam, dari debet
6 equus. † Et licet dicat exeunti prouinciam, tamen idem est, quandocunque exit ciuitatem, vel locum, quia est eadem ratio Alexand. ad Bar. *in l. super creandis, C. de iure fisci, li. 10. & prædictam decisionem sequitur Marsil. in Rub. C. de probatio. nume. 15. Cordub. in l. si quis à liberis, §. non tantum, num. 26. ff. de liber. agnoscen.* vbi tamen declarat id procedere in nobili, at rustico, vel vili personæ si pedes ire non
7 potest, vult dari. † Allegat glos. *in d. §. item Labeo, in ver. optare. allegat item Bal. Salic. Barba. & Marsil.* qui mihi id non dicunt, sed generaliter loquendo asserunt, nobili cibos delicatos, rustico vero viles & grossos deberi ab eo qui alimenta præstat. Subdit etiam decisionem Baldi non bene desumi, ex eo *§. idem Labeo*, quia ibi ideo debentur vecturæ, quia aliter non potest procurator excurrere; at alimentarius potest non excurrere, sed mox in se reuersus inquit, quod vbi pro dignitate alimentarius equitare debet, tunc debet præstari. Et sanè leuissima fuit Cordub. dubitatio, quia licet possit alimentarius non excurrere, non tamen debet esse semper in domo, puta si laboret articulorum morbo vel atrhitide, vel alio simili, nonne equo vehendus erit? vel si etiam sanus sit, & ex contingentia facti deceat illum exire ciuitatem, vel etiam ambulare, nonne equus erit dandus? semper
8 enim spectanda est personæ † conditio, *l. plenum §. equitij, ff. de vsu & habit. l. si quis filio exhæredato, §. irritũ, ff. de iniuf. rup. testam. l. sed si quid, §. mancipiorum, ff. de vsu. c. solitæ, de maior. & obed. c. cum de beneficio. de*
9 *præben. in 6.* & vno concesso † venit id omne sine quo illud consequi non potest. *c. cum quid, vbi notat. de reg. iur. in 6.* propterea Imola *in cap. innouamus, de treg. & pace*, dicit, quod si alicui conceditur se-
10 curitas, † vt venire possit ad ciuitatẽ, nec ille possit sine equo accedere, extenditur securitas etiam ad equum, *sequitur Felin. ibi in princip. Marsil. ind. rub. C. de probatio. n. 16.* Cum ergo alimenta alicui debẽtur, sine dubio vecturæ, vel equorũ vel nauium, vel aliorum erunt præstandæ, si qualitas negociorum, vel personæ id exigit, in quo plurimum versabitur arbitrium iudicis, qui pro rei qualitate diligenter examinabit negocium sibi propositum.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta de fructibus, & redditibus, non de proprietate præstanda sunt.*

2 *Alimenta non debentur, quando ex fructibus nihil est perceptum.*

3 *Hæres non tenetur integrum legatum alimentorum præstare, quando tot fructus non sunt percepti etiam si taxata sit quantitas.*

4 *Ecclesia vendit vasa omnia aurea & argentea, tempore necessitatis.*

5 *Ecclesia aurum habet, vt pauperibus subueniat.*

6 *Alimenta præstantur de fructibus, etiam si hæres non fecerit inuentarium.*

7 *Alimenta capi non possunt authoritate propria, quia egent liquidatione.*

8 *Filius non vendit proprietatem, vt alat patrem, quia ex ea ipse quoq; alendus est.*

9 *Pater vt alat filium non vendit proprietatem, sed de fructibus proui det.*

10 *Pater alit filium diuitem, si tamen fructus suorum bonorum non sufficiunt, nec filius cogitur vendere.*

11 *Patronus vt alatur ab ecclesia, non debet vendi fundus, sed de redditibus præstantur alimenta.*

12 *Pater non cogitur minuere patrimonium existens in mercibus, & pecuniis, vt alat filium.*

13 *Pecunia non debet consumi vt ex ea alatur is, cui ex illa alimenta relicta sunt, sed poni debet ad lucrum.*

14 *Alimenta ita ex redditibus præstanda sunt, vt non omnes consumantur, sed pars conseruetur pro cautione sequentis anni.*

15 *Cedens bonis cum vult deducere ne egeat, attenduntur redditus, non proprietates bonorum.*

16 *Maritus pro soluenda dote non cogitur vendere rem magni valoris, & redditus, vt ibi, & nu. 19.*

17 *Alimenta præstanda sunt ex proprietate, quando debentur onerato titulo.*

18 *Maritus vxori dotatæ præstare cogitur alimenta, etiam vendendo proprietatem.*

19 *Maritus cogitur rem magni valoris, & modici redditus vendere, quando ex precio potest dotem soluere, & alimenta sibi ipsi prouidere.*

20 *Cedens bonis cogitur proprietatem vendere, vt ex ea alatur si iudici videatur.*

21 *Proprietas vendi debet pro soluendis alimentis necessariis, secus pro iis quæ ad decorem.*

22 *Primogenitus soluit secundogeniro alimenta ex proprietate, quando redditus non sufficiunt.*

23 *Legitima solui debet de proprietate hæreditaria, non de fructibus.*

24 *Alimenta vt præstantur ei, qui futurus est dominus, vendi potest proprietas.*

25 *Grauatus restituere quidquid supererit, potest quartam substituto reseruandam alienare, vt se alat.*

26 *Grauatus alij restituere sub conditione dicitur interim dominus.*

27 *Proprietas vendi potest, quando alicui relictum est quod possit sibi facere expensas.*

28 *Proprietas vendi potest pro alimentis præstandis, quorum quantitas est in relinquente taxata.*

29 *Coniecturæ non est locus, quando sumus in claris.*

30 *Præsumptio cedit veritati.*

31 *Legatum alimentorum videtur taxatum, quando testator reliquit quatia consueuit præstare.*

32 *Certum dicitur, quod ex relatione certificari potest.*

33 *Hæres sine inuentario non præstat alimenta vltra vires hæreditatis. fallit tamen vt ibi.*

34 *Legatum alimentorum quantumuis taxatum non est præstandum vltra quam ferant redditus, quando factum est inuentarium.*

35 *Hæres an teneatur soluere alimenta de proprio, quando legatum est taxatum.*

36 *Hæres tenetur de proprio soluere alimenta etiam facto inuentario, quando est taxatum legatum, & proprietas est aliquando allatura vtilitatem.*

37 *Hæres soluit legatum de proprio, quando testator prohibet bona alienari, & mandat legatum solui.*

38 *Proprietas vendi debet pro præstandis alimentis debitis iure sanguinis.*

39 *Bona subiecta fideicommisso possunt alienari pro alimentis grauati.*

40 *Serui hæreditarij, vt alantur, proprietas venditur, si fructus non sufficiant.*

QVÆSTIO IX.



Ilsum est de rebus, quæ in causam alimentorum prestari debent, nũc agẽdum, ex quib. rebus alimenta præstãda sint. Et hæc est principalis conclusio in hac materia, quod
1 ex redditibus, & accessionibus † ac fructibus patrimonij solui debent alimenta, siue in testamento relicta, siue alia ex causa debita, non tamẽ vendi debet proprietas, vt ex eius pretio quis alatur, *l. ius alimentorum, circa principium, ff. vbi pupil. educa. deb. l. penult. in princip. ff. de alimen. & cibar. legat. l. 1. §. mulier, ff. de vent. in posse. mitten. l. Imperator, in fi. ff. ad Trebell.* vbi Bart. post Iac. de Arct. dicit, leges volentes alimenta moderari secũdum quantitatem patrimonij, debere intelligi respectu fructuum, non respectu valoris ipsius patrimonij. Idem voluit Bart. *in l. penult. in princip. ff. de aliment. & cibar. legat.* vbi loquẽdo in alimentis legatis dicit, quod hæres non debet vendere proprietatem, si fructus minime sufficiunt, sed sat est si præstet pro modo fructuum, *Bal. in cons. 237. num. 1. vol. 1. Ang. in d. l. Imperator*, vbi refert se cum Bal. consuluisse apud Ariminum, quod si in hæreditate extarent prædia magni valoris, & modici redditus, qui non sufficiunt ad alimenta, veluti palatia, & terras, non poterit hæres ponere manum ad illa, vt ex pretio præstet alimenta. Allegat tex. *in l. qui bonis, ff. de cessio. bonor.* & eum textum dicunt singularem Doctores variis in locis, & Ang. *in l. 1. C. de legat.* tenet eandem decisionem repetens se cum Bal. secundum eam consuluisse. Hoc etiam tenuerunt Ang. Imo. & Salic. in locis citatis per Alexand. *in l. Imperator. numero quinto, ad Trebellian. Alexan. consilio 73. numero 5. vol. 5.* & Castr. ibi, *num. 8.* ait illam *l. qui bonis*, esse ad hoc mirabilem. Et subdit, quod si vno
2 anno † ex fructibus nihil perciperetur, nihil esset præstandum pro alimentis. Cuman. *in consilio 30. numero quarto*, vbi loquitur in alimentis legatis Castren. *in cons. 406. in 2. dubio. vol. 1.* vbi fortius loquitur, quando testator pro alimentis reliquit taxatiuè certam quantitatem bladi, frumẽti, hordei, & aliarum rerum, quæ necessaria sunt pro alimentis, quia nihilominus, si deductis oneribus
3 & taleis nihil supersit, hæres † non cogetur legatum eo modo taxatum præstare. De quo tamen dicam paulo infra. Et hanc sententiam procedere ex iuris communis dispositione latè ponit Barbat. *in consilio 63. colum. tertia, ver. & si quispiam dixerit, vol. 2.* vbi post Bal. *in l. voluntatis, C. de fideicommis.* inquit, testator legando alimenta censetur in dubio intelligere, quod præstantur de redditibus patrimonij, per id quod posuit Iac. de Aret. *in d. l. Imperator.* Subdit tamen post Salic. *in l. si quis ad declinandam, C. de episco. & cleric.* quod si in hæreditate sint multa mobilia, vendi debent, & ex eorũ pretio comparari stabilia, ex quorum fructibus soluantur alimenta, & quod immobilia bona hospitalium non possunt vendi pro alendis pauperibus, quod tamen est falsum, quia tempore necessitatis † aurea, & argentea vasa ad ecclesiæ vsum
4 parata vendunt[ur], vt dixi suo loco, & est tex. *in l.*

sanci-

ſancimus. C. de ſacroſ. eccleſ. vbi hoc tenent gloſ. pen. Bart. & Bald. gloſ. in 12. q. 2. in princip. in ver. quæritur. Habet enim eccleſia aurum, vt pauperum neceſſitatibus † ſubueniat, *capitulo, verum. in princ. duodecim. 1, quæſt. 2. Benincaſ. in tracta, pauperta. in ſeptima quæſtione princi. in quarto, ſpecia. num. 19.* vbi firmat hanc concluſionem multos allegando. Quidquid autem ſit in hoſpitali, & in alimentis, quæ per modum eleemoſynę præſtari debent, certum eſt, quod in aliis attenduntur redditus, non valor proprietatis. Et Barbat. *in d. conſilio 63. loquitur in legato factonuribus, & Bald. in d. l. voluntatis. numero quarto, & quinto, C. de fideicom.* inquit, alimenta non eſſe præ- 6 ſtanda ex venditione fundi, etiam ſi hæres † inuentarium non fecerit, *ſequitur 10ã. de Amic. in conſilio 56. in fine, vbi ait, eſſe elegans dictum,* Sed mihi Bal. eo loci hoc non dicit; primum enim vult, quod ex acceſſionibus præſtentur alimenta, mox ad aliam quæſtionem tranſcundo ait, hæredes non teneri vltra vires hæreditatis ad alimenta, licèt inuentarium non fecerit, quę eſt diuerſa quęſtio, & tetegi in titulo *de priuileg. alimento.* Et quod alimenta ex fructibus præſtanda ſint, non de proprietate, ponit Bart. *in tracta. alimento. in ſi. Vital. in tracta. clauſu, in tit. an renuncia. poſſit alimen. colum. vndecima, in ſi. ver. ſed ſi quæratur, & colum. ſequenti,* vbi latè diſtinguendo comprobat eam opinionem, Gozad. *in conſilio 95. numero quarto,* vbi infert, quod 7 ex quo † egent liquidatione, non poſſunt capi authoritate propria, *Papien. in for. libel. quo agit pro lega. rei ſingu. in princ. num. 67.* vbi ſimpliciter dicit non eſſe vendendam proprietatem, *Bertran. in conſilio 268. num. 1. vol. 2. Picus in l. Titia. §. Titia cum nuberet, ff. de leg. 2. vbi allegat Bald. in d. conſil. Rolan. in conſilio 22. numero 21. volum. primo, Cordub. qui alios citat in l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, num. 6. ff. de liber. agnoſcen. & alend. Simon de Pretis de interpretatio. vltim. voluntat. lib. 4. dubitat. 11. num. 70. vbi multos congerit, Lancello. Gallia in conſuetudine Alex. in ver. ſolidos, num. 149. Menoc. de arbitr. iudic. caſu 169. num. 3. & multi alij inferius allegandi.*

Hinc infertur, qnod filius, vt patrem alat, non 8 tenetur vendere proprietatem, ex qua ipſe † quoque alendus eſt, vt probatur *in l. Imperator. ff. ad Trebellia.* qui proprie loquitur.

9 Eodem modo pater, vt alat filium, non † tenetur vendere proprietatem, *Bologn. conſ. 10. numero 3. Aret. alimenta, C. de neg. geſt. Crau.* qui loquitur in filia naturali, *conſ. 199. num. 11. Alcia. in conſ. 24. nu. 4. & plures alij.*

Imò fortius voluit Bal. *in l. ſi. §. ipſum autem. C. de bon. quæ liber.* quod & ſi pater non teneatur alere filium qui habet alimenta, tamen ſi filius bona ha- 10 beat cuius redditus non ſufficiant ad ipſius † alimenta, alendus erit à patre, nec ei opponere poterit quod vendat bona, & alat ſe ex pretio bonorum ſuorum, quia dicitur non habere, cum non aliter poteſt habere, quam ex vẽditione proprietatis. Et ſubdit ibi Bal. hoc eſſe notatu dignum, *ſequitur Bologn. d. conſ. 10. num. 3. Cordub. in d. l. ſi quis à liberis, in princip. num. 41. & 42. addo Aret. in l. alimenta, C. de neg. geſt. Dec. l. Diuus, in ſi ff. de neg. geſt.*

Infertur item, quod, vt patronus alatur, non debet proprietas vendi, ſed ea de fructibus dan- 11 da ſunt, † *vt concludit Lambertin. in tracta. de iure patron. lib. 3. articu. 2. nu. 7. & artic. 6. in. 23. in tertia principali quæſtione, Lancello. in d. ver. ſolidos, num. 151. in ſi.*

Infertur quoq;, quod ſi totum patrimonium conſiſteret ſolum in mercibus, vel pecunia ſeu 12 capitali, non eſt illud † minuendum, vt præſtentur alimenta, vt in patre ponit Alcia. *in conſi. 243. num. 4.* vbi fortius dicit, quod non tenetur illud capitale exercere in negociationibus, vt filium alat, quod tamen eſt durum, & forte non verum, quia imò cogitur pecuniam in emptionem prædiorum conuertere, vt ex fructibus ſoluantur alimenta, *vt dicam infra, hac eadem quæſtione, ſequitur Lancello. d. ver. ſolidos, num. 151.*

Infertur pari modo, quod ſi alimenta relicta ſint ex certa pecunia, non debet illa conſumi in 13 alimenta, ſed poni debet penes mercatores † ad honeſtum lucrum, & legatarius ex lucro ſumit alimenta, *ita Bartol. in l. diui Seuerus, in ſi. ff. ad leg Falcid. mouetur ex tex. in c. per veſtras. de donatio. inter vir. & vxor. cum Bartol. tranſeunt Ang. Caſtr. & Alexand. in d. l. diui Seuerus, Bald. Roma. Salic. Barbat. & alij quos citat Lupus in d. capitulo, per veſtras, in tertio not. ab. ver. ſeptimo infertur, numero primo,* vbi ait, quod hodie pecunia debet penes mercatorem ad honeſtum lucrum deponi omnibus illis caſibus, quibus alias tenebatur quis ponere ad vſuram. Et ſubdit, quod poteſt etiam conuerti in emptionem prædiorum, *Alcia. qui clarius in noſtro propoſito loquitur in conſ. 243. num. 4.* vbi in patre dicit, quod non tenetur filium alere de capitali, *Simon de Pret. in d. tract. lib. 4. dubit. 11. num. 72.* vbi dicit, quod hoc caſu alimenta præſtanda ſunt de lucris traffici ſeu negociationis, non de capitali, *Cordub. in d. l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, num. 11. ff. de liber. agnoſcen. vel alen. Lãcellot. in d. ver. ſolidos, num. 151.*

In tantum autem alimenta ex redditibus ſoluenda ſunt, vt non etiam omnes redditus in eam cauſam erogandi ſint, ſed ita, vt ex eis aliquid ſu- 14 perſit, † vt probat tex. *in l. ius alimentorum, in princ. ff. vbi pupill. educ. debe. & ibi hoc not. Ange. Pariſ. in conſilio 89. num. vigeſimo octauo, vol. 2. Cordub. d. §. ſed ſi filius, numero ſeptimo, Vital. in d. ver. colum. 12. circa principium.*

Infertur etiam quod vbi quis ceſſit bonis, quo caſu ſi veniat ad pinguiorem fortunam, non poteſt exigi vltra quam facere poſſit deducto ne egeat, vt diximus ſuo loco, tali caſu ad cognoſcendum quid facere poſſit, & an poſſit egere vel non, 15 non attenditur proprietas rerum, ſed fructus † & redditus, vt eſt tex. *in l. q. bonis, ff. deceſſio. bono. vbi Bar. hoc notat, & illum textum dicunt ſingularem multi, quos ſupra citaui hac eadem quæſtione, & Bal. in l. ſi maritus. ff. ſoluto matrimonio, prout eum intelligit,* Imo. ibi dicit, quod maritus, qui tenetur ſolum in quantum fa- 16 cere poteſt, ſi habeat poſſeſſionem magni † valoris, & modici redditus, non cogitur illam vendere. Et cum hac ſententia reſidere videtur Dec. *in l. diuus, in ſi. ff. de reg. iur. Aret. in §. item ſi quis, in fin. Inſtitutionib. de actio. & idem voluit ante eos Bar-*

to. in

tol. in d. l. qui bonis, sequitur Boer. in decis. 19. num. 7. Vital. loco prædicto, col. 12. circa principium. Et hęc opinio est verissima, quando in genere quærimus, an qui tenetur in quantum facere potest, retineat sibi bona, habita ratione reddituum, non proprietatis, sed quoad speciales casus mariti, & vxoris, patitur aliqualem difficultatem, vt apparebit infra ex distinctionibus dandis.

Quod autem dictum est, alimenta præstanda esse de fructibus, non autem posse alienari proprietatem, non procedit, quando alimenta debẽ-
17 tur titulo oneroso, † quia tunc proprietas vendi potest, *ita Alexan. in l. marito, in fi. ff. solu. matr.* vbi infert ad maritum, qui tenetur præstare alimenta vxori ex titulo oneroso, respectu vxoris: is enim quamuis exigi non possit vltra, quam facere po-
18 test, tamen cogitur vendere, † vt dotes restituat, vel percipiat sibi alimenta, *sequitur Dec. in d. l. diuus, in fi. ff. de reg. iur. idem Alex. in l. si maritus, num. 4. ver. sed adista, ff. eo. tit.*

Declara etiam non procedere, quando agitur de alienanda proprietate, non vt ex pretio soluãtur alimenta, sed vt pretium conuertatur in emptionem prędiorum, & ex illorum fructibus quis alatur, quia tunc vendi debet proprietas, cum hoc modo satisfiat vtrique parti. Ita declarat Imo. *in l. si maritus, ver. Secundo addo quid iuris, ff. solut. matr.*
19 vbi infert, quod maritus cogitur † rem magni valoris vendere, quando ex pretio potest dotem soluere, & ex residuo emere prædia, quorum fructus sufficiant ad alimenta, quia qui potest facere quod possit, videtur posse, *c. qui potest, de reg. iur. in 6.* & maritus, qui ex venditione potest habere victũ, & soluere, dicitur soluendo, & posse soluere, intellige tamẽ in bonis quæsitis ante cessionem, & secus esse in quæsitis post cessionem, & cum eo transit Ias. *in §. sed & si quis, num. 11. inst. de actio. Aret. in d. §. item si quis, in fi. Inst. eo. tit.*

Intellige etiam, nisi iudici aliter videatur, quia tunc proprietas vendi potest, ita loquendo in eo
20 qui cessit bonis, † voluit Bal. *in l. fi. numero 6. C. qui bon. ced. poss. Petrin. Bell. in tract. de re milita. tit. de saluis conduct. num. 45. sequitur Menoc. in tracta. de arbit. iudic. casu 183. num. 25. & seq.* Nam inquit Bal. quod nimium delicatus debitor non debet audiri, nec creditor nimium onerosus.

Rursus intellige, quando tractatur de alimentis præstandis secundum decorem, & condecentiam, quia tunc proprietas pro eis soluendis non est alienanda: at vbi agimus de necessariis ad vitæ sustentationem, tunc si fructus non sufficiant, est ad alienationem deueniendum, vt loquendo
21 de alimentis patri debitis † à filio, voluit Cordub. *in d. l. si quis à liberis, in princ. nu. 40.* Et mouetur, quia si pater potest filium vendere, vt famis necessitati subtrahat, multo magis compellere poterit filium ad vendendum bona, quæ in comparationem personæ nihil sunt; sed id quidem procedere potest in fauorem patris, sed non haberet locum in aliis, nisi, vbi agitur de alimentis præstandis per modum eleemosynæ, quo casu seruanda est distinctio, quam adduxi in titulo, cui, & à quibus alimenta debeantur, dum de eleemosyna tractaui.

Similiter ex proprietate, non ex fructib. præstanda sunt alimenta secundogenito, quando ex principis concessione cõstituitur maioratus sub conditione, quod secundogenitis præstentur alimenta, & tunc primogenitus non poterit ex
22 † redditibus singulo anno alimenta soluere, *ita declarat Roderic. in l. quoniam in prioribus, in 2. limitat. num. 12. C. de inoffi. testam.* Et ratio est, quia hæc alimenta succedunt loco legitimæ, quæ non ex fructibus, sed ex ipsa hæreditatis substantia solui de-
23 bet, † vt probatur *in l. scimus, §. repletionem, C. de inoffi. testam. latè Menoc. de arbitr. iudic. casu 163.* Et dictam opinionem tenet Lup. *in c. per vestras, in 3. notab. §. 23. num. 7. & alios citaui in titulo, quanto tempore præstent. alimen. in prima quæstione, in 2. limitatio. Cord. in d. l. si quis à liberis, §. idem rescripsit. num. 144. ff. de liber. agnoscen.* Inuenio tamen quod præter alios hãc sententiam impugnat Vasq. *de succesio. creat. lib. 1. §. 10. num. 396. vbi latè agit, vide tamen quæ dixi in loco præcitato, ne idem bis repetatur.*

Limitatur etiam principalis conclusio non procedere, quando alimenta sunt præstanda ei
24 qui futurus est dominus, quia tunc vendi † possunt prædia, vt præstentur alimenta, est textus *in l. 1. §. mulier. ff. de vent. in posses. mitten.* per quem ita voluit Imo. *in l. Imperator, col. 2. ver. adde quod Bar. ff. ad Trebell. & ibi eum sequitur Alex. col. 2. num. 5. ver. addit tamen, & ibi in additio. ad Bar. idem voluit Barb. in conf. 63. colum. 3. ver. & si quispiam diceret, volum. 2. Simon de Pretis, in d. tracta. vltim. volun. lib. quarto, dubitatio. 11. numero 73.*

Item restringitur, vt non procedat, quando quis rogatur restituere, quod superstit: tunc enim licèt regulariter teneatur reseruare quartam hæreditatis, tamen poterit illam alienare, & dimi-
25 nuere, † vt se alat, est textus clarus *in auct. contra vocatus. in fi. C. ad Trebellia. & ibi hoc notat Ang. subdens hoc alibi non haberi ita clare, vt ibi, & in corpore vbi sumitur. Alexan. in d. l. Imperator, num. 5. ver addo aliam limitationem, Barbat. d. conf. 63. col. 3. ver. & adduco ad hoc, vol. 2. Simon d. dubitat. 11. num. 73.* Sed & si nemo quem viderim impugnet limitationem hanc, eaque sit meo iudicio verissima, non tamen probatur in eo textu, quia ibi non fuerunt relicta alimenta, sed proprietas: nam hæres institutus pen-
26 dente conditione † vel die fideicommissi, est interim dominus, vt probaui *in consil. 73.* Et ideo cum ius in proprietate habeat, non est mirum, quod possit illam alienare pro consequendis alimentis. Nam regulare est, quod bona fideicommisso subiecta possint alienari pro alimentis grauati, vt dixi, & declaraui *intit. quæ sint alimento. priuileg.* at secus, quando alicui sunt alimenta relicta, ideo hæc limitatio non conuenit quæstioni nostræ. Sed bene verum est quod grauatus restituere quod supererit, potest alienare etiam de quarta alias substituto reseruanda.

Dicebat ex prædicta decisione Simon *d. dubitatio. 11. numero septimo, & decimo*, quod relinquens
27 alij, quod possit sibi facere expensas, † videtur

alimen-

detur alimẽta relinquere adeo priuilegiata, quod eo casu, si fructus non sufficerent, posset vendi proprietas per text. *in d. auct. contra rogatus*, dicit, quod potest hæres quartam diminuere, si non possit aliter facere expensas, sed ex hoc non infertur, quod vendi possit proprietas, quando mãdat testator, quod alicui fiat expensa, propterea decisio Simonis est falsa iureq;, & ratione destituta. Nam aliud est, quod grauatus possit alienare pro suis expẽsis, aliud vero quod is, cui expensæ debentur, possit alienare proprietatem.

Alio etiam modo declaratur conclusio nostra vt non procedat, quando legatum est à testatore
28 taxatum: puta, † quia relinquit tantum frumenti, vini, olei, lignorum, & aliorum, quæ ad alimẽta sunt necessaria. Nam tunc si fructus hæreditatis non sufficiant ad illa præstandum, vendi poterit proprietas, *ita declarat Bertran. in consilio 268. num. 2. & seq. vol. 2.* quia Doctores omnes supra ad comprobationem regulæ citati loquuntur, quãdo legatum est simplex, & indeterminatum, & liquidatione eget, tunc enim ex coniecturata testatoris voluntate declaratur, & taxatur, & quia testator nõ præsumitur voluisse hæreditatis substantiam minuere, ideo ex quantitate reddituum restringitur, at vbi testator taxauit, resultat clara & expressa voluntas testatoris, quid & quantum
29 præstari voluerit, & quando sumus † in claris non est opus coniecturis, *l. continuus, ff. de verb. oblig.* &
30 præsumptio † veritati cedit, *l. cum de indebito, ff. de probatio.* Et prædictam decisionem videtur tenere quoque Natta, *in consil. 387. numero 7. & seq.* vbi fortius dicit, legatum alimentorum videri taxa-
31 tum, quando testator † relinquit, qualia præstare
32 consueuerat, quia dicitur certum quod ex ea † relatione certificatur, *l. certum, ff. si cer. pet. idem etiam placet Phanuc. in tracta. de inuenta. par. 7. num. 57.* Et prædicti omnes dicunt, quod & si hæres, qui non fecit inuentarium, non teneatur alimenta præstare vltra vires hæreditatis, *secundum Bald. in l. voluntatis, C. de fidei.* tñ quando legatũ est à testatore
33 taxatum ad † certam quantitatem, tunc hæres cõpellitur vltra vires, de hoc tamen dixi *in tit. quæ sint alimentor. priuileg.*

Hæc tamen opinio Bertra. posset esse vera, vbi hæres non fecisset inuentarium, at facto inuentario videtur, quod legatum quantumuis taxatum,
34 non debeatur vltra † quam ferant redditus bonorum, *vt voluit Cas. in consil. 406. in 2. dubio, vol. 1.* vbi fortius vult procedere hoc, etiam si foret relictũ de bonis suis, quia nihilominus si bona non reddant, tantum non debebitur, ego tamen existimo decisionem Bertran. veram, & Castr. in loco præcitato non quærit, an vendi possit proprietas hæ-
35 reditaria, sed an hæres † teneatur de proprio, quod est diuersum à quæstione nostra. Imo vbi proprietas foret hæredi aliquando allatura vtilitatem, innuit Cast. quod teneretur hæres de pro-
36 prio alimenta præstare, † & eam impensam compensare cum proprietate, quam mox est habiturus, *argumento l. filius familias, §. apud Marcellum, ff. de leg. 1.* Hoc tamen vltimum dictum non procederet, quando factum esset inuentarium, item nec quando alimenta sunt indeterminatè relicta: at vbi essent taxata à testatore, & nullum factum inuentarium, non video quomodo teneatur hæres soluere de proprio, cum de bonis testatoris omni casu soluenda sint, & solui possint. In dubio enim testator non præsumitur hęredem grauare in bonis propriis, sed in hæreditariis. Posset autem sustineri opinio Castr. secundum terminos prædi-
37 ctos, quando testator prohibuisset bona † alienari, & legatum solui mandasset, quia tunc hæres soluere de proprio, *argumento eorũ, quæ ponit Crau. in consil. 25. num. 25.* Propterea Phanuc. *d. par. 7. numero 58.* hæsitans super dicto Castr. reliquit cogitandum, & Lancellot. Gal. *in consuetu. Alexan. in ver. solidos, numero 152.* dicit eam repugnare communi opinioni.

Restringitur pariter conclusio nostra, vt non procedat, quando alimenta sunt præstanda iure
38 sanguinis † in casibus, quibus tenetur quis alere, quia tunc vendi possunt bona, vt soluantur alimenta. *ita Simon in d. interpretatio. vndecima, num. 73. ver. quartus casus.* Mouetur, quia etiam subiecta fideicommisso vendi possunt pro alimentis tunc
39 † præstandis, *secundum Cin. Bar. Bald. Castr. Salic. Ias. & alios in authen. res quæ, C. commun. de legat.* quamuis absolutè ipse loquatur, intelligi tamen debet illis in casibus, quibus licet bona alienare in præiudicium fideicommissarij, non etiam in aliis. Et ratio est, quia si tunc possunt vendi bona in præiudicium tertij, id est substituti, multo magis erit licita venditio in præiudicium solius debitoris. Potest & alia ratio allegari, quia & si alimenta à lege debita confundantur cum relictis ab homine, tamẽ ea confusio non extinguit in totum primæuam obligationem, vt dicam suo loco, sed solum quatenus per legatum satisfit primæ obligationi.

Alio demum casu limitatur hæc conclusio, vt
40 non procedat, quando tractatur de alendis seruis hæreditariis, † quia si fructus non sufficiunt, ponenda est manus ad venditionem bonorum, *l. diuus, vbi Ang. ff. de petitio. hared. Simon d. dubitatio. 11. numero 73. ver. secundus est,* & dixi aliquando in hoc tractatu.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus non potest testari de feudo aut de eo disponere ad præiudicium agnatorum vel domini etiam pro anima.*

2 *Feudi æstimatio, seu valor non debetur, quando vasallus legat alicui feudum.*

3 *Feudum. Non potest pater prælegare vni ex filiis in totum.*

4 *Feudum. Non potest pater de feudo plus vni filiorum relinquere quam alij.*

5 *Feudum quando vni ex pluribus agnatis eiusdem gradus relinquitur, cæteri agnati pares in gradu reuocant.*

6 *Vasallus si disponit de fructibus feudi, sustinetur dispositio durante illius vita, non vltra.*

7 *Vasal-*

7 *Vasallus non potest super bonis feudalibus alimēta relinquere.*
8 *Emphiteuta non potest alimenta alicui relinquere super bonis emphiteuticis.*
9 *Vasallus potest filium grauare ad dandum amore Dei singulo anno tot salmas grani de fructibus feudi.*
10 *Vsusfructus vxori relictus quando restringitur ad alimenta, cogitur filius alimenta dare etiam de fructibus feudalium bonorum.*
11 *Hæres non potest venire contra factum defuncti.*
12 *Feudum patris factum circa feudum præiudicat filio hæredi sine inuentario.*
13 *Hæres sine inuētario non impugnat alienationem feudi factam a defuncto.*
14 *Feudum hæreditarium habere non potest, qui non est hæres.*
15 *Hæres etiam cum inuentario tenetur seruare factum defuncti circa feudum hæreditarium*
16 *Inuentarium operatur ne hæres teneatur vltra vires hæreditatis.*
17 *Filius hæres patris tenetur de feudo satisfacere creditoribus paternæ hæreditatis.*
18 *Agnati si non hæredes defuncti, non tenentur legata alimenta soluere de fructibus feudi.*
19 *Filius non potest paternum feudum acceptare repudiata hæreditate.*
20 *Filius repudiata paterna hæreditate potest retinere feudum ex pacto, & prouidentia.*
21 *Agnatus potest repudiata hæreditate retinere feudum.*
22 *Feudum mixtum, non est res hæreditaria, nec pars hæreditatis.*
23 *Feudum mixtum non descendit ad agnatum ex successione hæreditaria, sed ex beneficio inuestiti.*
24 *Hæres cum beneficio inuentarij non tenetur ratione feudi mixti, nisi quatenus suppetunt allodialia.*
25 *Vasallus tenetur alimenta præstare de fructibus feudi, quando debentur ex dispositione legis.*
26 *Fructus bonorum feudalium non sunt feudales.*
27 *Pater habet vsumfructum in bonis feudalibus filij.*
28 *Exequutio fieri potest contra vasallum in fructibus feudi.*
29 *Fructus feudi possunt vendi & obligari.*
30 *Fructus bonorum feudalium possunt alienari sine assensu domini.*
31 *Minor potest fructus immobilium bonorum alienare sine decreto.*
32 *Feudum capi potest pro debito vasalli, vel patris, quando est mere hæreditarium.*
33 *Emphiteutica bona quando capiantur in exequutione iudicati.*
34 *Feudum, & emphiteusis reguntur eisdem regulis.*

QVÆSTIO X.



Onsueuit dubitari an alimenta relinqui possint ex fructibus bonorum feudalium. Et videtur quod non, quia vasallus non potest de feudo testari sine consensu domini & agnatorum, imò nec quicquam ordinare

1 † aut facere per quod ius aliquod in re constituatur, *c.1.de successio. feud. in princ. Bal. in c.1. in prin. col.2. de prohib. feud. alien. per Feder.* Et est communis regula, *vt inquit Socin. iun. in cons.72.num.40.vol.1. Cur. iun. de feud. in 4. par. prin. reg.1.q.penul.* etiam pro anima, *vt probatur in c.§. donare, in tit. qualiter olim feud. poter.*
2 *alien.* & nō † sustinetur æstimatione, *secundum Bal. ibi num.3. Soc.d.cons.72.num.60.* & non potest feudū
3 † totum vni ex filiis prælegare, *Alex. in l. cum seruus, §. si quis alicui, num.4. in fi. ff. de le.1. vbi quod est communis opinio.* & si plures habet filios non potest feudatarius plus vni relinquere †de feudo quam alij, *secūdum communem opinionem de qua testatur Zas. in tracta. de feu. par.8. in 3. particu. ver. & hanc partem.* etsi a-
5 lienatio facta sit in agnatum, pares in gradu † reuocant, quia in parte sibi contingente dicuntur proximiores, *Bald. in cons.38. & cons.309. vol.1. Ruin. in cons.8.num.4. & in cons.37. vol.1. Tiraquel. de retract. consanguin. §.11. gl.6. num.21. Zas. in epito. feud. par.9. §. 25. Burs at. in cons.291. num.122.* eodem modo vasal-
6 lus non potest in re feudali †seruitutē constituere, *vt in c.1. §. quid ergo, de inuest. de re alie. fac. Cur. iun. de feud. par.4. q.14. & seq. Alexand. in cons.18. num.5. vo-*
7 *lum.1.* quia vsusfructus † est seruitus, & ius in re constituit, *l.1. §. incorporales. ff. de rer. diuis. l.1. & 2. ff. de vsufruct. & communem dicit conclusionem Curt. iun. in d. tracta. par.4. q.15. latè probat Bero. in q. familiar. 95. per totam, Clar. de feud. in q.35. in fi. Caualca. in tracta. de vsufruct. mulie. relict. vbi alios citat,* & quando vasallus
8 disponit de fructibus † feudi singulis annis erogandis in opus aliquod, corruit dispositio per mortem vasalli, *Iser. & Præpos. in c.1. an agna. vel fil. idem Iser. in c.1. de prohib. feud. alien. per Feder. Bero. d.q. 95. num.5. Paris. qui multos allegat in consilio nonagesimo octauo, numero 11. in 2. vol.* Et in terminis, quod vasallus non possit alimenta alicui relinquere super bonis feudalibus, tenet Paris. *loco prædicto, numero 8. & seq. Caualca. in d. tracta. num.97.* & per easdem rationes Paris. & Caualc. ibi concludunt, non etiam posse alimenta relinqui de bonis emphyteuticis, quia ea quoq; alienari non possint.

Contrariam tamen partem tenuit Bal. *in c.1. in princ. nu.8. in tit. de succesio. feud.* vbi inquit, quod vasallus potest prauare filium ad prestandum singu-
9 lo † anno amore Dei tot salmas vini ex fructibus vineæ feudalis, quia fructus illi cum sunt à solo separati, non sunt feudales, & vasallus potest de illis disponere, dicuntur enim res hæredis, *sequitur Picus in l. Titia, §. Titia cum nuberet, nu.125. & nu.126. ver. prædicta tamem limitatio, ff. de leg.2.* vbi dicit esse notandum, quia non reperitur alibi in specie decisum, & infert, quod cum legatum vsusfructus
10 †vxori factum restringatur ad alimenta stantibus filiis, hoc casu filij hæredes tenentur alimēta præstare matri etiam de fructibus bonorum feudalium. *Illum sequitur Rol. in cons.74. in fi. vol.2. Cordub. de emphyt. tit. de caus. priuat. ob alien. ampl.49. nu.13.*

Hæc opinio procedit, etiam si feudum sit ex pacto, & prouidentia, dummodo hæres nullum
11 fecerit inuentarium, quia hæres † non potest venire contra factum defuncti, *l. cum à matre, C. de rei vendic. & dicit Bald. in l. qui se patris, numero nono,*

C. vn-

C. vnde lib. quod factum patris in feudo præiudi-
12 cat † filio hæredi, *sequitur Alexan. in consil. 13. num. 7. consil. 19. num. 14. vol. 5. Dec. in consil. 185. nume. 4. & 5. & in cons. 445. num. 56. Paris. in cons. 220. in fin. volum. 1. Paris. in cons. 106. num 27. vol. 1. Zas. in epitom. feud. par. 8. num. 62. Boer. in decis. 23. num. 20. pro hac etiam parte Pinell. in l. 1. par. 3. num. 81. ver. ampliatur quinto ex traditione, C. de bon. matr. allegat Bald. Isern. Afflict. Alexan. Curt. iun. Ruin. Socin. iun. Paris. Crot. Ferdin. Loaz. & plures alios.* Et ratio est, quia hæres repræsentat personam defuncti, & reputatur eiusdem iuris cum illo, *l. hæredem, ff. de reg. iur.* & sicuti defunctus alienans non possit venire contra proprium factum, ita nec eius hæres, qui plus iuris non habet quam defunctus, *l. nemo plus. ff. de reg. iur.* & quod
13 hæres † sine inuentario nō possit impugnare feudi alienationem factam defuncto, vel aliam defuncti dispositionem circa feudum, voluit etiam Menoc. *in cons. 89. nu. 67.* & videtur admittere Rolan. *in tracta. de confectio. inuenta. in 4. par. ver. nunquid hæres, qui cum cautela, num. 19. & 20.* dum inquit in feudo ex pacto, & prouidentia hæredem non obligari facto defuncti, si hæreditatem adiuit cum inuentario, quasi nullo inuentario facto habeat pro absoluto hęredem ligari, & ad hoc plures, qui eodem modo loquuntur.

Procedit multo magis in feudo hæreditario,
14 quia cum ad illud nemo aspirare † possit, qui non fit hæres, *Isern. in c. 1. an agna. vel fil. Alex. qui dicit esse communem in consilio 10. numero 8 volum. 3. Curt. sen. in consilio 50. col. 8 cum aliis apud Didac. lib. 2. varia. resolut. cap. 18. numero 3. ver. idem omnino, Paris. in cons. 23. numero 167. & numer. 171. vol. 1. Zas. in epitom. feud. par. 8. numero 6. Clar. de feud. quæstio. 76. Rolan. in consil. 1. numero 39 volum. 1. Menoc. in consil. 1. numero 314.* cogitur
15 hæres factum defuncti obseruare, & hoc procedit etiam si hæres fecisset † inuentarium. Nam feudum hæreditarium non differt ab allodio, & habetur tamquam pars hæreditatis, & in eo non prodest inuentarium, *vt post multos concludit Alexan. in consilio 28. numero 18. volum. 5. Ias. in cons. 56. col. 5. vol. 3. Socin in consilio 113. num. 14. vol. 2. Dec. in consilio 208. & latè Pinell. qui dicit magis communem in l. 1. par. 3. numero 93. C. de bon. mater. vbi allegat Curt. iun. Ruin. Paris. Rube. Crau. Didac. Silua. & plures alios, & idem probauit Rolan. in d. tracta. de confectio. inuenta. d. §. nunquid hæres, numer. 26. & sequenti, Ioan. Bapt. Surdus, meus affinis, in capitulo primo, numero decimo quarto, an agnat. vel filius.* Et ratio est, quia cum feudum sit pars hæreditatis, inuentarium nō efficit, quod eximatur de hæreditate, vel ab ea separetur. Nam inuentarium non prodest quoad ea, quæ sunt in
16 hæreditate, sed efficit ne hæres † teneatur vltra illius vires, *Dec. in l. ex qua persona, numero secundo, ff. de reg. iur. & communem dicit in l. debitori, numero vigesimo, C. de pact. Socin. iun. in d. consilio 108. numero 42. volum. secundo, Crau. in consilio 225. numero 12. & alios cumulat Pinell. d. par. 3. numero 81. ver. ampliatur septimo, Bursat. in consilio 101. numero 10.* Ideo cum teneatur hæres in quantum hæreditariæ vires suppetunt, & feudum sit pars hæreditatis, & veniat in fideicommisso, & petitione hæreditatis, nihil releuabitur hæres, licèt fecerit inuentarium. Ideo dicit Isern. *in cap. primo, an agnat. vel filius*, quod vbi feu-
17 dum est hæreditarium, filius † qui patris adiuit hæreditatem, tenetur de feudo satisfacere creditoribus hæreditariis, etiā si fecisset inuentarium. *sequitur Ruin. in cons. 17. num. 4. vol. 2. Campeg. cons. 2. num. 13. inter consilia Bruni, vbi allegat Alex. qui tamen eo loci hoc mihi non dicit, alios citat Rolan. d. § nunquid hæres, in fi. folio mihi 154.*

Quæ vero supra in contrarium allegata sunt, procedunt, quando ille agnatus non est hæres, quia tunc in eo non potest pater grauamen inferre filio, vel agnato, qui illius hæreditatem non adiuit. Ius enim, & ratio, qua motus fuit Bald. *in d. cap. 1. num. 8. de succes. feud.* fundatur super aditione. Dicit enim quod testator potest grauamen imponere in re hæredis. Sed hæc ratio cessat, quando ille non adit hæreditatem, ergo cessat quoque decisio. Propterea Picus *in d. §. Titia, num. 126. ver. prædicta.* inquit, quod agnati si non sunt hæredes,
18 † non tenentur alimēta soluere de fructibus feudi, atque ita, vt agnatus vel filius teneatur, atque vt sustineatur relictum, necesse est, quod adeatur hæreditas.

Ex eo vero, quod Picus loquitur in agnato, videtur aliud velle in filio, vt scilicet is etiam repudiata patris hæreditate teneatur alimenta soluere de fructibus feudi, quæ conclusio procedit secūdum illorum opinionem, qui volunt, quod filius
19 † non possit acceptare feudum, & repudiare hæreditatem, *vt dicitur in c. 1. an agnat. vel fil. & in c. 1. §. filius. de capitan. qui cur. vendi. Thom. Marin. in ti. de feud. ex pacto & prouid. num. 30. Rol. in cons. 3. num. 29. vol. 4.* Sed non habet locum hæc conclusio in feu-
20 do ex pacto, & prouidentia, quia filius † repudiata patris hæreditate potest illud retinere, *glos. in c. 1. §. 1. in ver. inuestiri. de succes. feud. post Bulgar. Isern. & Pile. Cyn. in l. qui se patris, in ver. item quæritur, C. vnde libe. Bal. in c. 1. num. 8. an agna. vel filius, vbi Aluaro. nu. 9. Præpos. num. 6. Lauden. Par. de Put. & alij.* Quia secundum gl. *in d. c. 1.* filij habent feudum à primo inuestiente, & iure proprio, non autem à patre, ideo consequitur illud tamquam rem propriam, & separatam ab hęreditate paterna, *gl. in c. 1. de feud. cognitio. & hanc partem tenuerunt Alex. in l. si pat o o, num. 14. ff. ad Trebel. Luc. de Pen. in l. si quis in sacris. C. de comitib. sacri scrin. lib. 11. Capic. in inuestitu. feud. §. ex pacto, & prouidentia, in ver. tertia declaratio, Rub. in l. Gallus. §. quidam rectè, num. 181. ff. de libe. & posthum. Pinel. in l. 1. par. 3. num. 181. C. de bon. mater. Clar. in §. feudum, quæst. 76. Osac. in dec. 162. num. 3. Natta in cons. 130. numero 9.* Est verum, quod multi quoque tenent textum *in d. c. 1.* loqui etiam in feudo ex pacto, & prouidentia, præcipuè Iac. de Ardiz. Bal Aluar. Præpos. Io. And. Aret. & alij citati à Cæpha. *in consilio 224. per totum*, vbi latè sustinet hanc partem. *Cur. in consilio centesimo trigesimo octauo, Brun. in consilio vigesimo quarto, Socin iun. in consil. 95. numero. 114. in princip. volum. 2. Capic. in deci. 97. num. 2. Bursat. consilio tertio, numero 5. & Ioan. Baptista Surd. in d. c. 1. numero 19. ver. sed quod filius.* Sed vbi etiam ageretur de feudo non ex pacto, sed hæreditario, potest conclu-

sio su-

sio sustineri in filio, quia si feudum est hæreditarium, non potest illud habere, nisi sit hæres patris, cum non possit aliter esse hæres primi inuestiti, nisi mediante persona patris; & repudiata hæreditate patris, videtur etiam repudiata hære-
21 ditas antecessorum. At in agnato aliud † est, quia potest quidem esse hæres primi inuestiti, & non vltimi, *ita distinguunt Paris. in cons. 23. num. 180. volu. 1. Siluan. in cons. 30. num. 22. Rol. in cons. 28. num. 12. vol. 3. Martin. Freccia. in tracta. de subfeud. lib. 3. in 10. differen. dixi in cons. 63. num. 25.* necesse enim est, quod volens in eo feudo succedere sit hæres primi, vel vltimi, *vt post Alexand. Cur. sen. Cur. iun. Paris. Alciat. & Brun. ponit Rolan. in cons. 67. num. 24. vol. 2. dixi d. consil. 63. num. 21.*

Et quod dixi supra hæredem etiam cum beneficio inuentarij teneri ad soluendum alimenta de fructibus feudi hæreditarij, locum non habet, quando feudum est mixtum, & non simpliciter
22 hæreditarium, nam non est hæreditaria † nec pars hæreditatis, *secundum Bal. in c. 1. num. 12. an agnat. vel fil.* vbi dicit, quod eo casu agnatus non capit feudum, vt hæres, & quando feudum est mixtum, licet non admittatur, qui non est hæres, tamen nõ
23 capitur feudum ex successione, † *vt inquit idem Bal. in c. 1. de eo. qui sibi, & hæred. probaui in cons. 108. num. 11.* & quod non sit hæreditaria res, voluit Iason. *in vsibus feud. num. 44. Phan. de confectio. inuenta. par. 6. nu. 21. Zancus in l. hæredes mei. §. cum ita, par. 4. numer. 436.* Et hoc casu hæres cum beneficio inuentarij non
24 tenetur ratione feudi, nisi quatenus † extant in hæreditate allodialia, *vt per multa concludit Phanuc. in d. par. 6. num. 17. post Socin. iun. & Paris. quos citat, & idem tenere videtur Io. Baptista Surdus in d. c. 1. nu. 15. & 16. dũ declarat illum textũ procedere in feudo hæreditario.*

Prædicta optime concludunt, quãdo agimus de alimentis præstandis ab hærede ex hominis dispositione, quo casu, an bona feudalia possint eo vinculo ligari, diximus supra. Sed vbi quæritur *an is, qui ex dispositione legis tenetur ad alimenta, cogi possit ea præstare etiam de fructibus feudi si alia bona nõ possideat*, cessant omnes rationes prædictæ, & mihi
25 † videtur non esse excusandum, quod bona sint feudalia: fructus enim feudi non sunt feudales,
26 † *vt inquit Bald. in d. c. 1. num. 8. de succeff. feud. & Picus in d. §. Titia, num. 26. quos supra citaui, Cur. iun. de feud. par. 3. ver. expedito primo, col. fin.* vbi allegando Bald. inquit, quod ideo pater vsumfructum habet in
27 bonis feudalibus filij, † *sequitur Boer. in dec. 199. numero 7. Rol. in cons. 54. num. 30. vol. 3.* Ideo exequutio
28 contra vasallum fieri potest in fructibus † feudi *secundum Spec. in tit. de primo decre. §. restat, num. 8. ver. & idem in vasallo, & in tit. de exequut. senten. §. sequitur, nu. 17.* vbi, quod fructus feudi possunt capi in causam iudicati, *sequuntur alij apud Parid. de Put. in tract. de feu. reinteg. capit. 288. num. 12.* vbi alios citando in-
29 quit, quod fructus feudi possunt † vendi, & obligari; & quod fructus feudi obligari possint, tenuit Ioan. Fab. *in §. item Seruiana, columna quarta, Insti. de actio. Negusan. in tract. de pigno. in 2. mem. 2. par. num. 48.* vbi allegat Ias. & declarat procedere respectu personalis actionis, non autem, vt constituatur ius in re, quia hoc fieri non potest, *secundũ Bar. in l. codicillis. §. instituto, in 2. quæst. ff. de leg. 2.* Et quod fructus feudi capi possint in exequutione iudicati voluit Brun. *in cons. 37. per totum*, vbi multos allegat subdens, quod etiam feudum capitur tenendum, donec viuit vasallus debitor, *Martin. Freccia. in tit. de auth. Baron. erga subfeud. li. 2. §. pluribus autem modu, numero 45. folio mihi 147.* vbi infert,
30 quod fructus feudi † alienẽtur sine assensu, declarando tamen, nisi venditio fiat in longum tempus. Facit in simili, quia minor potest fructus rei
31 immobilis alienare † sine decreto, *l. lex quæ tutores, C. de adminis. tuto. glos. in l. 1. vbi omnes Doctores, C. aduers. ca. Ang. & Imo. in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebell.* Et illam distinctionem, quod valeat actus respectu personalis actionis, tantum sequitur Rodoan. *in tract. de reb. eccles. non alien. in tit. de consti. annu. cens. in rebus eccles. num. 23. Guliel. de Pern. cons. 4. col. 6.* vbi infert valere legatum fructuum feudi, quia debetur actione personali. *Cordub. in tracta. de cauf. ex quib. cau. emphyteu. priuat. in. suo tit. de cau. priuat. propter alienat. num. 6. 13. & seq. ampliat. 49.* Et quod fructus feudi alienari possint, infiniti tenẽt, quos citat Tiraq. *de retract. consang. §. 1. gl. 7. num. 46.* vbi *nu. 48.* subdit, quod possunt etiam capi in causam iudicati, & pro exequutione, & ibi multa adducit similia. Idem dicit Zas. *in tracta. de feud. par. 10. ver. tertia conclusio, folio mihi 181. Camerar. in repet. capituli, imperialem, ver. sexta conclusio principalis, de prohib. feu. aliena. per Feder. folio mihi 120.* vbi *colum. seq. ver. prima igitur*, dicit, fructus feudi separatos à solo allodiales esse, non feudales, & ibi longius cæteris declarat, quando liceat fructus alienare sine assensu, & quando ad vitam vasalli, & pro quanto tempore, *& in ver. tertia conclusio principalis, folio 132.* dicit, quod in fructibus sit exequutio sententiæ latæ in actione personali. Eandem partem, quod fructus feudi possint alienari, ponit Sola *in constit. Pedemon. tit. de feud. super decre. Blanc. gl. vnica, par. 3. num. 8. & nu. 10.* vbi quod capi possunt in exequutione iudicati, tamen vasallo debet tantum reseruari, quantum sufficiat pro eius vita, de quo etiã Camerar. loco prædicto, *ver. hoc itaq; iacto, fol. 148.* Et hęc indistinctè procedunt in quocunque feudo etiam ex pacto, & prouidentia, quia viuente vasallo possunt per eum alienari, & pro illius debito capi in exequutione. At si agamus de feudo
32 hæreditario, non solum fructus † capi poterunt pro debito vasalli possidentis, sed etiam pro debito patris, *vt voluit Iser. in capit. imperialem, in princ. colu. 2. de prohib. feud. aliena. per Fede. Afflict. in dec. 240. num. 9. ver. nec obstat, latius. & apertius in deci. 26. per totam*, vbi tamen loquitur, quando filius, vel agnatus est hæres, & feudum est minus legitima alienatum, puta sine consensu domini, & ponit, quod contra debitorem indistinctè fit exequutio in fructibus, *Par. de Put. in tracta. de reinteg. feud. cap. 254. per totum, Sola in dicto decret. par. 3. nu. 9.* Et hoc casu latè disputat Camerar. *loco prædicto, ver. secundo vero casu, folio mihi 135.* vbi distinguit inter feudum antiquum & nouum, inter hæreditarium & ex pacto. Quare cum aduersus vasallum obligatum

possit

33 possit execuutio fieri in † fructibus bonorũ feudalium, quæ possidet, non video, quare eodem modo compelli non possit de illis fructibus alimenta illis præstare, quibus tenetur ex legis dispositione. Non enim quærendum est, vnde habeat, ex quo alat, sed an habeat. Vbicunq; autem habet, tenetur alimenta soluere. Faciunt, quæ dicam in sequenti quæstione. Hæc autem dicere necessarium mihi visum est, quamuis Doctores hunc casum non tangant.

Et quæ de feudis dicta sunt, procedunt pari ratione in bonis emphyteuticis, ea enim eisdem
34 gubernantur regulis, † *vt in proposito inquit Paris. in consilio nonagesimo octauo, numero vndecimo, volumine secundo, Bero. fami. quæstio. nonagesima quinta, per totum, Caualcan. dicto tracta. de vsufruct. mulie. relic. numero nonagesimo septimo*, nam in ipsa quoque emphyteusi cadit distinctio, an sit hæreditaria, vel ex pacto, an sit noua, vel antiqua, & cum in ea eadem militet ratio, attendi debet eadem decisio.

SVMMARIVM.

1 *Peculium multiplicis generis habere potest filiusfamilias.*
2 *Castrense peculium dicitur, quod filiusfamilias in castru, vel aliter militando acquisiuit, vel quod intuitu militiæ donatum est.*
3 *Pater non habet vsumfructum in castrensibus filij bonis.*
4 *Peculium castrense acquiritur filio insolidum.*
5 *Filiusfamilias in peculio castrense habetur pro patrefamilias.*
6 *Peculium castrense dicitur, quod in naui acquirunt nauarchæ, remiges, milites, nautæ, custodes, & alij similes.*
7 *Peculium castrense dicitur, quod coniunctus donat cõiuncto in castris, licet sit miles.*
8 *Peculium castrense reputatur feudum, quod filiofamilias donatur, vide num. 10.*
9 *Filiusfamilias potest testari de peculio castrense.*
10 *Regalia, quando in feudum conceduntur filiofamilias, dicuntur peculium castrense.*
11 *Peculium castrense dicitur, quod filiusfamilias acquirit de fructibus feudi.*
12 *Peculium castrense dicitur, quod filiusfamilias acquirit ex salario publico, vel liberalitate Principis.*
13 *Peculium quasi castrense dicitur, quod Doctor, vel Aduocatus acquirit ex suo patrocinio.*
14 *Peculium quasi castrense dicitur, quod acquiritur ex publica administratione.*
15 *Doctores actu non legentes, sed aduocantes, an sint immunes à collectis.*
16 *Peculium profectitium patri acquiritur, & ad eum spectat, non ad filium.*
17 *Pater habet vsumfructum in bonis aduentitiis filiorum.*
18 *Pater habet vsumfructum in aduentitiis filiorum etiam, quæ ad eos peruenerunt ex ipsius delicto.*
19 *Pater accipit propria authoritate fructus bonorum filij, vt seipsum alat.*
20 *Alimenta qui debet, tenetur etiam de castrensibus bonis soluere.*
21 *Filiusfamilias, an præsumatur habuisse bona à patre, vel aliunde, vide ibi remissiuè.*

QVÆSTIO XI.

1  Iliusfamilias peculiũ habet † multiplicis generis, paganicum scilicet, quod aduentitium continet, & profectitium, castrense, & quasi castrense, *vt dicitur in l. fi. C. de inoffi. testamen.* Glos. autem *in l. cum oportet, in princip. C. de bonis, quæ libe.* dicit esse quadruplex, profectitium, aduentitium, castrense, & quasi castrense.
2 dicitur autem castrense, † quod filiusfamilias in castris, vel aliter militando quæsiuit, vel quod ei militiæ intuitu donatum est, *l. castrense, ff. de castr. pecu. l. 1. C. eo tit. li. 12.* In eo autem pater † nullum ius
3 habet, nec etiam vsumfructum. *l. 3. C. de castr. pecu.*
4 & filius sibi soli acquirit † castrensia. *§. 1. Instit. per quas perso. nob. acquir.* & in eis bonis habetur
5 pro † patrefamilias, *l. 2. ff. ad Macedon.* & potest de illis testari, *§. 1. Instit. quib. non est permiss. face. testam.* & non solum in castris quæsita iudicantur castrensis peculij, sed etiam, quæ in mari adipiscuntur
6 nauarchæ, remiges, milites, † nautæ, custodes, & similes personæ, *vt voluit Bald. in d. l. cum oportet, col. 3.* & hi possunt testari. *l. vnica, ff. de bon. poss. ex testam. milit. Coras. in l. frater à fratre, num. 99. ff. de condic. indeb. post Crot. ibi, num. 1. & seq.* Imo iudicatur castrẽse
7 peculiũ, quod coniunctus donat † in castris militi coniuncto, & donatio præsumitur potius facta intuitu militiæ, quam sanguinis, *vt inquit Crot. in d. l. frater à fratre, nu. 1.* per textũ notatu dignum, *in l. de hæreditate. in prin. ff. de castren. pecul.* Non enim secundum eum donatio præsumitur facta contemplatione sanguinis, nisi quando id est vtile donatario, quod tamen Coras. *ibi, num. 101.* intelligit verum, quando fit à cõmilitone, secus quãdo donans non commilitaret. Reputatur item
8 castrense † feudum, *vt inquit Bal. in l. cum multa, in prin. C. de bonis, quæ liber. Afflict. in decis. 183. numero 4.*
9 vbi quod in eo reputatur paterfamilias, & † potest testari, *Rolan. in cons. 54. num. 6. vol. 3.* id tamen
10 intelligendum est, quando regalia † conceduntur in feudum, *vt declarat Bald. in l. in vxorem, in fin. C. de condi. insert. & ibi ponit Barbat. in addi.* Hinc infertur, quod bonũ, quod filiusfamilias acquirit
11 de fructib. feudi, non omne est castrense † *secũdum Afflic. & Rol. in locis prædictis.* Quasi castrense autem peculium dicitur quod filiusfamilias acquirit ex
12 publico stipendio, vel salario, & † ex principis liberalitate, *l. fi. C. de inoff. testa. glos. in l. cum oportet, C. de bonis, quæ liber.* & infert Bar. *in l. fi. C. de aduoc. diu,*
13 *iud.* quod acquisitum per Doctores, † vel aduocatum ex suo patrocinio dicitur peculium quasi castrense, & Bald. *in l. fin. C. de inoff. testam.* dicit quasi castrense reputari quidquid acquiritur ex publi-
14 ca administratione. † Crot. *in d. l. frater à fratre. n. 2.* vbi Coras. *num. 103.* qui respectu aduocati, id etiam sequitur reprobata opinione Speculat. qui con-

trarium tenebat, ex quo aduocato non datur ſtipendium de publico. Sed reſpondet quod priuatum honorarium ſuccedit loco ſtipendij publici. Res autem eſſet indubitata in aduocato fiſci, vel pauperum, quibus de publico prouiſum eſt. Quo vero ad alios aduocatos videri poterit pingue conſilium Marci Antonij Vallarij peritiſſimi, tunc aduocato in hac patria, poſitũ inter conſilia Silua. *conſil. 88.* vbi quærit, an Doctores actu
15 non legentes gaudeant † priuilegio Doctorum. Si quærimus, an alimenta ſint præſtanda à filiofamilias ex bonis, quę poſſidet, certe queſtio ſuperflua erit, quo ad peculium profectitium, quia il-
16 lud pertinet † ad patrem, & patri per filiũ acquiritur, *l. cum oportet, §. 1. C. de bonis, quæ liber.* Si agamus
17 de aduentitio, idẽ, qua pater in eo habet † vſumfructum, *l. fin. C. de bonis quæ liber.* etiam ſi bona ad
18 filium peruenerint † ex patris delicto, *Ang. in l. adoptiuum, §. patronum, ff. de in ius vocan. Cæpol. caut. 52. Boer. deciſ. 7. num. 17. & deciſ. 25. num. 7.* & pater pro-
19 pria authoritate percipit fructus, † & ſeipſum alit, *vt inquit gloſ. in l. ſi quis à liberis, §. & ſi impubes. ff. de liber. agnoſcen.* Et quod capiat fructus propria authoritate, probatur *in l. 1. C. de bonis mater. & in l. cum oportet, C. de bonis, quæ liber.* vbi Alber. *in fin. princip.* inquit in hoc vſumfructum paternum differre ab aliis, *alios citat Boer. in deciſ. 199. num. 9. Pinel. in l. 1. par. 2. num. 61. C. de bonis mater.* In caſtrenſibus autem optime cadit quæſtio. Et non eſt dubium, quia vbi tenetur aliquis alimenta ex legis diſpoſitione præſtare, tunc etiam de caſtrenſibus bo-
20 nis † tenetur illa ſoluere, *ita tenet gloſ. in d. l. ſi quis à liberis, §. & ſi impubes. quem ſequuntur ibi Bart. & Alber. nec non Cordub. num. 1.* Cum enim, vt dixi in præcedenti quæſtione, non ſit quærendum ex quibus bonis alimenta ſumantur, non eſt in dubium reuocandum, quod bona ſint caſtrenſia, vel alterius qualitatis, quia cuiuscunque ſint ſpeciei, ſat eſt, quod teneatur filius alere patrem, & habeat bona, ex quibus poſſit alimenta præſtare. Et quamuis ſtante prædicta concluſione nõ opus ſit quærere, an in dubio bona, quæ habet filius, præſumantur à patre proueniſſe, vel aliunde, tamen ſu-
21 per hoc ad omnem bonum finem videri † potuit Rolan. *in conſ. 90. vol. 2.* vbi ponit etiam, quod acquiſita per clericum beneficiatum præſumantur quæſita de fructibus beneficij, nam & talia apud clericum dicuntur peculium quaſi caſtrenſe, *ſecundum Coraſ. in dicto numero. 103. videri item poteſt Rolan. conſ. 54. vol. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Filij prioris matrimonij alendi ſunt de bonis dotalibus matris, quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias.*
2 *Nurus tenetur alere filios mariti ex prima vxore.*
3 *Filij vxoris ex primo viro ſuſcepti alendi ſunt à marito ex dotibus vxoris.*
4 *Victricus non tenetur alere priuignum, licet alat vxorem.*
5 *Dos iuſtè reſtituitur vxori durante matrimonio, vt alat filios ex primo viro ſuſceptos.*
6 *L. mutus, §. manente, ff. de iure dot. quomodo intelligatur.*
7 *Filij prioris matrimonij non ſunt alendi à matre, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, quando habent aliunde.*
8 *Filij prioris matrimonij non ſunt alendi à matre, quãdo bona non ſufficiunt pro ea & ipſis.*

QVÆSTIO XII.

1 FIlij prioris matrimonij alendi ſunt † de bonis dotalibus matris ſuæ, quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias, *ita concludit Cin. in l. vbi adhuc, in 10. q. nu. 14. C. de iure dot.* vbi ait, quod nurus tenetur alere non ſolum maritum, ſed et-
2 iam filios mariti ex † alia vxore. Sed hæc authoritas probat concluſionem noſtram in fortioribus terminis: nos enim loquimur de filiis eiuſdem vxoris ex alio marito, & cum Cino tranſit Bartol. *in l. ſi conſtante, in fin. princip. ff. ſolu. matri.* vbi & ipſe loquitur de alendis filiis mariti ex priori matrimonio, *Alexand. in d. l. ſi conſtante, in ſi. princip.* qui omnes loquuntur, quando dos collocatur in tuto, vt deſeruiat oneribus matrimonij propter vergentiam mariti ad inopiam. Et idem tenet Alber. *in 3. col. in ſi. ver. quærit etiam Cyn. Campeg. de dote, par. 3. q. 63 ſequitur Io. Lup in c. per veſtras, in 1. notab. §. 19. qui incipit, ſed quamuis, num. 1. ver. & non ſolum, de dona. inter vir. & vxo. folio mihi 109.* Et quamuis, vt dixi, prædicti loquantur de filiis primi viri alendis, ſuſceptis tamen ex prima vxore, tamen in filiis v-
3 xoris ex primo viro † ſuſceptis hoc voluit Bald. *in l. hac edictali, in lectura antiqua, in ver. differre, C. de ſecun. nup. quem citat, & ſequitur Bertran. in eadem lege, in §. ſi. vero. nu. 20. & Lancello. Gallia. in conſuetud. Alex. in ver. ſolidos, q. 6. num. 34.* Dicit enim, quod filij primi viri alendi ſunt de bonis, quæ mater ſecundas nuptias contrahendo tradidit ſecundo viro, quia alias eſſet in poteſtate matris tradendo omnia ſecũdo viro, necare filios prioris matrimonij fame.

Hanc tamen ſententiam in filiis vxoris ex alio matrimonio impugnant nonnulla, & primo id, quod voluit Bald. *in l. ſi paterno, num. 2. C. de neg. geſt.*
4 vbi inquit, † quod & ſi maritus teneatur alere vxorem, non tamẽ tenetur alere priuignum, ideſt filium vxoris ex alio marito, imo nec illum recipere in domum ſuam. Et infert ideo, quod ſi impendat in alimenta priuigni, repetit, quia ad id non tenebatur, & eam Baldi deciſionem ſequi videtur Alexand. *in d. l. ſi conſtante. in ſi. princip. & additio. ad Bar. ibi pariter in ſi. Lupus loco prædicto.* Secundo contrarium tenet expreſſe Lancel. Dec. *in l. ſi conſtante, in ſi. prin.* dum reprehendit Bar. ibi, credens illum loqui in filio vxoris, licet loquatur in filio mariti. Tertio facit ratio per eum ibi allegata, quia fructus dotis reſtitutæ, qui ſolutis alimentis pro vxore, & communibus filiis ſuperſunt, ad maritum ſpectant, ideo ex eis non poteſt mulier alere filium ex primo matrimonio, alias maritus efficeretur per reſtitutionem deterioris conditionis, quam eſſet ante reſtitutionem, quando nõ tenebatur priuignos alere. Quarto hoc ipſum voluit expreſſe Lup. in loco prædicto, dum concordat contrarias ſententias, vt ſcilicet vxor teneatur,

neatur quidem de fructibus eorum bonorum alere filios mariti ex prima vxore, sed non suos, quos suscepit ex priore viro, *Cor. in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 273. ff. de lib. agnoscen.*

Sed quidquid prædicti teneant, verior est sententia, quod etiam filij vxoris ex primo viro alēdi sint de fructibus bonorum dotalium, pro qua opinione stat Bal. & Bertran. *in loco supracitato.* Secundo extat textus *in l. quamuis. ff. solu. matr.* vbi dicitur, iustam esse causam restituendi dotem vxori constante matrimonio, † vtex ea vxor alat filios susceptos ex primo viro. Tertio facit, quia certum est, quod mater tenetur alere filios siue prioris, siue secūdi matrimonij, quando non habent aliunde, vt suo loco diximus. Non ergo fuit in eius facultate se eximere ab ea obligatione transeundo ad secunda vota, & dando bona in dotem secundo viro, id quod multo magis procederet, si verū esset illorum opinio, qui voluerunt, quod bona sint obligata pro alimentis, quia tunc transirent in secundum virum cum onere alendi. Et his stantibus non obstat, quod maritus non teneatur priuignum alere, *secundum Bal. in d. l. si paterno*, quia hoc est verum intelligendo ex persona propria, vel de bonis propriis, sed ad id bene tenetur vxor, vel etiā maritus de bonis dotalibus.

Non etiam obstat opinio Lancel. Dec. quia est solitaria, & contra Bal. in loco prædicto, Bertran. & alios. Demum non mouet eius ratio, quod fructus, qui supersunt deductis alimentis vxoris & filiorum, spectent ad maritum, ne sit dote restituta deterioris conditionis, quam esset ante restitutionem, quia eadem est conditio vtroq; tempore, nam vt dixi, iusta est restituendi causa, vt alantur filij ex primo viro, *d. l. quamuis.* ergo nihil minus habet maritus post restitutionem, & cedit marito, quidquid supereſt ex fructibus solutis a-
6 limentis, non solum communibus filiis, sed etiam filii primi viri. Et † *in l. mutus. §. manente. ff. de iure dot.* dum inquit, vt se, & suos alat, intelligi etiam debet de filiis ex primo matrimonio. Præterea si secundum Bal. & Bertran. constante matrimonio, & ante restitutionem dotis alendi sunt ex dotibus filij primi viri, multo magis erunt alendi facta dotis restitutione.

7 Quod autem supradictum est, procedit vbi filij vxoris ex alio marito non habent † aliunde, vti voluerunt Bertran. *in d. §. si vero plus. num 20. & Lancel. Gallia. dicto nu. 38.*

Similiter, quod dictum est de filiis mariti ex alia vxore, locum habet, quando bona sufficiunt
8 pro omnibus, alias secus esset si non sufficerent, † *vt voluerunt Cyn. Bar. Alexand. & alij supra citati.* vbi enim non sufficerent pro omnibus, sine dubio primum soluenda essent communibus filiis, cum dotes ad eum principaliter finem sint ordinatæ, vt deseruiant oneribus matrimonij, *sequitur Campeg. d. tract. dotis, par. 2. q. 63.*

SVMMARIVM.

1 *Pupillus educari debet in loco iudicis arbitrio designando.*
2 *Pupillus educandus est in loco ordinato à patre.*
3 *Pater melius cæteris præsumitur prospicere vtilitati filiorum.*
4 *Pupillus non educatur in loco, quem pater ordinauit, si iudex iudicat illum non esse tutum.*
5 *Adultus educatur in loco, qui sibi magis placet.*
6 *Adultus non educatur in loco à se electo, si iudex existimet illum non esse tutum.*
7 *Iudex, vbi de alimentis agitur, non tenetur sequi voluntatem patris.*
8 *Iudex potest sæpe ex causa contrauenire voluntati testatoris.*
9 *Pupillus educari potest apud tutorem.*
10 *Pupillus potest educari apud matrem.*
11 *Amor parentum superat omnes.*
12 *Mater habet pro se præsumptionem, præcipue vbi agitur de alenda fœmina.*
13 *Debitor pupilli non potest esse tutor, vide nu. seq.*
14 *Mater eligi potest ad tutelam filij, licet debitrix sit.*
15 *Pupillus non debet educari penes matrem, quæ ad secunda vota transiuit, & victricum superinduxit.*
16 *Pupillus non educatur penes matrem, quæ est conuolatura ad secundas nuptias.*
17 *Argumentum non bene sumitur à tutela ad educationem.*
18 *Pupillus educatur apud matrem, quæ secundo nupsit, si non est filio successura, & moribus, & honestate habilis est.*
19 *Pupillus educatur apud matrem, quæ contraxit secundas nuptias, si non est in totum successura filio, vide tamen ibi.*
20 *Pupillus educatur apud victricum, quando non potest æque commode apud alium ali, si tamen non sit creditor.*
21 *Pupillus non educatur apud matrem, quæ est improba, & impudica, vilis, vel imprudens.*
22 *Nuptias secundas contrahere, vel inhoneste viuere paria sunt, quoad filij educationem.*
23 *Pupillus non educatur apud matrem, quæ procurauit impar, & immaturum filio, vel filiæ matrimonium.*
24 *Pupillus educandus auiæ recte committitur. amplia, vt infra.*
25 *Pupillus educari potest apud auiam etiam ab intestato successuram.*
26 *Amor ardentius descendit in nepotes, quàm vigeat in filios.*
27 *Mater in tutela præfertur omnibus aliis.*
28 *Pupillus existens apud auiam remouetur, si illa procurauit inconueniens matrimonium, vel quid aliud.*
29 *Pupillus datur potius educandus auunculo, quam auiæ suspectæ.*
30 *Pupillus non est apud eum educandus, qui est successurus ab intestato, & infertur ad substitutum.*
31 *Pupillus educari potest apud patrem, licet is ex substitutione sit successurus, vide tamen ibi.*
32 *Substitutio includit non solum vniuersale, sed etiam particulare relictum.*
33 *Pupillus an debeat educari potius apud patrem, quam apud matrem.*
34 *Sponsa, an debeat ali apud spōsum, vel sponsi patrem, vel matrem.*

35 *Pupilla, apud quem sit educanda.*
36 *Iudex in educatione filiæ debet facere, quod faceret pater si viueret.*
37 *Iudex est loco patris in educatione filiæ.*
38 *Pupilli de educatione vbi tractatur, iudex considerare debet qualitates, & conditiones personæ, & temporis.*
39 *Pupilla non educanda apud forensem.*

QVÆSTIO XIII.

NON omnibus eodem in loco præstanda sunt alimenta. Ideo cognito, ex quibus bonis capienda sint, non extra rem erit videre, quo in loco debeãtur. Et incipiendo à pupillo, sciendum est, non esse à iure determinatum, vbi educari, & apud quem debeat ali, sed id omne arbitrio iudicis esse commissum, qui pro rei qualitate omnibus recte examinatis statuit, penes quẽ
1 † melius, & securius esse debeat, *l. pen. ff. vbi. & apud quem pupil. educa. deb. l. 1. & 2. C. eod. ti. Bald. in cons. 487. in prin. vol. 5.* vbi ait, pupillum educandum, vbi iudicis æquitati, & religioni videtur causa cognita, *Barbat. in cons. 60. col. 14. vol. 3. Socin. in consil. 194. in 2. dub. vol. 2. Ias. in cons. 53. nu. 31. vol. 3. Cur. iun. in cons. 94. col. fin. Paris. in cons. 56. num. 3. & 4. vol. 1. Crau. in cons. 190. col. 2. vers. & propterea, Duran. de arte testam. tit. 7. caut. 5. num. 1. Corn. cons. 292. col. 4. vol. 1. Menoc. in trac. de arbit. iudic. casu 168. nu. 1. in cons. 62. nu. 12. vers. quarto præsupposita, Caualcan. in tract. de tuto. & curat. nu. 301. Bero. in cons. 180. num. 1. & seq. vol. 2.* D. *Becius ad Iason. in dicto cons. 53.* Hoc tamen iudicis arbitrium debet esse à iure, vel secundum ius regulatum, non autem absolutum, & irrationabile, vt admonet Caualca. loco prædicto, multos allegans contra iudices, qui pro libito voluntatis sub colore arbitrij subuertunt iuris regulas, *Crau. cons. 190. num. 5. Bal. cons. 487. Crau. cons. 18. num. 3.*

In primis autem iudex patris voluntatem spectabit, atq; ibi statuet educandum esse pupillum
2 vbi patrem † voluisse comperiet, *vt probatur in d. l. 1. ff. vbi pupil. educ. deb. Duran. dicto tit. 7. caut. 1. in fi. Caualcan. de tutor. num. 304.* Allegat Socin. qui tamen hoc non dicit. Et est ratio, quia præsumitur sem-
3 per † melius cæteris prospexisse vtilitati filiorum, *l. nec in ea, ff. de adulter.* etiam quando actus primo aspectu videretur filio damnosus, *Bar. in l. 2. col. 5. ff. de pupil. & vulg. substit. Alcia. in tract. præsumpt. reg. 1. præsumpt. 2. num. 1.* Et hanc partem, quod attendatur patris voluntas, probauit Menoc. *d. con. 62. numero 12. vers. primo quia*, & alibi sæpe in eo cons. Si tamen videat iudex locum à patre designatum
4 non esse pupillo tutum, poterit † causa bene cognita discedere à patris voluntate, *vt probatur in l. 1. ff. vbi pupil. educ. debe. Caualcan. dicto nume. 308. Guid. Papæ quæst. 539. numero 2. Grammat. decis. 55. num. 1.*
5 Item si sit adultus, educabitur, vbi ipse † voluerit, *vt post Vbert. de Bobio, quem citat, vult. Alb. de Rosate, in l. fin. C. arbitr. tute.* vbi fortius inquit, procedere, etiam si adultus eligit educari apud victricum, quod tamen non est perpetuum, quia iudex non
6 tenetur sequi voluntatem pupilli, † si arbitretur illum moueri per imprudentiam ex iudicis imbecillitate, *ita Alciat. in tract. præsumpt. reg. 1. præsump. 22. num. 2. arg. l. 1. in fi. ff. de minor.* Intellige si pupilli ætas potest deliberare, *Grammat. decis. 55. nu. 3.* Pro quo dicto facit, quia vbi de alimentis tractatur,
7 iudex non sequitur voluntatem patris, † *vt diximus suo loco per l. cum hi, §. eam transactionem, ff. de transact. & dixi suo loco inter priuileg. alimento.* Et iudex se-
8 pe potest voluntati testatoris contrauenire, † *vt notant Doctores in l. nemo potest, ff. de leg. 1. & in proposito Alcia. declarationem sequitur Caualcan. numer. 308.*

Item decernere potest iudex, quod alatur apud
9 tutorem. Nam † ei commissa est cura non solum rerum, sed personæ quoque pupilli. *l. 1. ff. de tutel. Castren. in cons. 127. num. 1. vol. 1. Cordub. in l. si quis à liberis. §. si mater, nu. 45. ff. de libe. agnos. vel alen.* vbi post Castr. & alios disputat, an tutor priuetur decima, si pupillũ recusetin propria domo alere, & quid, si exhibeat alimẽta, verum in alia, & ego non inuenio Castr. in loco per eum citato. Hæc autem de tutore non procedunt indistinctè, quia non eo ipso, quod tutor quis sit, educabitur pupillus apud eum, *vt infra tractabimus.* Fallit enim, quando tutor esset successurus ab intestato, quia tunc pupillus non debet eum educare. *l. fin. vbi Doctores. C. vbi pupil. educa. debe. Cur. iun. in cons. 94. num. 9. Guido Pap. q. 539. nu. 3.*

10 Item potest decernere iudex, † quod pupillus apud matrẽ educetur. *l. 1. C. vbi pupil. educ. debe. Signo. in cons. 43. nu. 2. Ias. d. cons. 53. nu. 31. vol. 3. Doctores omnes in d. l. 1. Menoc. d. casu 168. nu. 2. Caual. d. num. 301.* Et ra-
11 tio est, quia parentum amor † superat omnes, *l. fi. C. de aurat. furio.* Et dicit tex. *in §. eiusdem quoq; Principus. in Auth. de nup.* quod mater omnium fide dignior eligi debet ad filiorum educationem, & pro
12 matre semper præsumitur maxime † in alenda fœmina, *secundum Bal. in d. cons. 487. col. 1. in fi. ver ex quibus concludo,* vbi loquitur, quando est contentio inter matrem & tutorem, de alẽdo pupillum. Et dicit Caual. loco prędicto, id procedere, etiam si mater esset filiæ successura ab intestato per notata *in d. l. 1. Socin. cons. 193. col. 2. Cur. iun. cons. 94. num. 9. Menoc. casu 168. num. 16.* Confidit enim lex de ma-
13 tre, & ideo licet ad tutelam non eligatur † debitor pupilli, *Auth. vt hi, qui oblig. in prin. glos. in §. tum propter, Insti. de excusa tuto. AZo in summa, C. qui da. tuto. poss. num. 8. in fin. auth. minoris, C. qui da. tuto. poss.* tamen mater quantumuis pupillo debeat, admitti-
14 tur ad tutelam, † *vt in Auth. vt sine prohibi. mat. in prin. Doctores in d. auth. minoris debitor. Aret. in §. actionum, nu. 41. Instit. de actio. cum simili.*

Intellige tamen nisi mater transiuerit ad secundavota, & victricum superinduxerit, quia eo casu
15 † penes eam filius non erit educandus, *l. 1. in princ. C. vbi pupil. educa. debe. vbi Cyn. & Doct. latè agunt*, lex enim tunc de matre non confidit, imò suspicatur, ne insidias paret vitæ filiorum, ideo eam repellit ab eorum tutela, *l. lex quæ tutores, §. fi. C. de adminis. tuto.* & quod mater secundo nubens non possit penes se retinere filios educandos, voluit gl. *in c. fin. de conuersio infidel. Angel. in l. generaliter, C. de*

secun-

secun.nup.Guido.Pap.quæstio. 539. num.2. vbi fortius subdit, quod hoc casu iudex non tenetur sequi voluntatem patris, *Cur.iun.in cons.94.num.9. Crau. in cons.18.num.3. Ioan.de Garron.in rub. C.de secun.nup. num.16. Menoc.d.casu 168. numero 10. Caualcan. d. tract.numero 307.* vbi citant alios plures, imo Menoc.
16 loco prædicto inquit, idem † esse, si subesset suspicio, illam esse conuolaturã ad secundas nuptias, quia non admittitur ad educandum filium in domo sua. Nec obijciatur, quod victricus potest esse tutor, & consequenter, non sit suspectus in educatione priuigni, cum tutor possit illum educare secundum prædicta. Nam respondetur,
17 quod † à tutela ad educationem non rectè sumitur argumentum, vt loquendo in victrico voluit glos. expressa *in l. 1. in ver. victricum, C. vbi pupil. educa.debe. sequuntur Doctores ibi, Gui. Pap. d.q.539. numero 3. ver. item licet victricus, Cur. iun. consilio 94. numero 9. Crau. in cons.190.num.7.* vbi à diuersitate rationis inter tutelam, & educationem pupilli infert ad alia.

Hoc tamen, quod de matre secundò nubente diximus, non habet locum, quando mater non erat successura pupillo ab intestato, & cessat o-
18 mnis alia suspicio, † vt quia sit pudica, bonis moribus ornata, quia tunc poterit iudex apud eam collocare alendum filium, *secundum Alber. in d.l.1. in fi.C.vbi pupil.educa.debe.sequitur Cur.iun. in d.consil. 94.nu.9.* vbi ampliat, id procedere, etiam si mater successura sit ab intestato, sed non in tota hæreditate, puta solum in tertia, sed eius dictum non
19 † placet, quia ea pars hæreditatis suspectam quoq; reddit matrem, licet non in totum.

Vno etiam casu vult Bal. *in l.omnem. col.fin.C.ad Tertullia.* admittendum esse victricum ad educa-
20 tionem priuigni, quando scilicet † æque commode educari non posset apud alium, dummodo non sit creditor pupilli, sequitur Cur.iun. *d. cons. 94.num.9.ver. propterea,* vbi in fine dicit, quod in casibus, quibus victrico non est permissa educatio priuigni, potest tamen iudex præhabita cognitione, illum committere educandum coniũcto victrici, quia in eo cessat suspicio, quæ militat in victrico, & cum Bal. tenet Castren. *in l. si pater. num.3.C.de neg.gest.* vbi limitat etiam, quando qualitas personæ aliud suaderet, vt per eum.

Quæ vero dicta sunt in matre transeunte ad secunda vota, procedunt etiam in ea, quæ & si vidualem seruet vitam, tamen est vilis, improba, impudica, vel imprudens: nam ei quoq; denega-
21 bitur filij educatio, † & alia eligetur persona idonea, *secundum Bal.in d.cons.487. col.2. in prin.vol.5. vbi allegat nonnulla iura in argumentum, Menoc.d.casu 168. num.5.* Paria enim sunt, quod mater secundo nu-
22 bat, vel inhoneste † viuat, per ea, quæ ponit Aret. *in §. fi.in fi.Instit.de legiti.patron.tute. Ripa in l. fœminæ, num. 31. C.de secun.nup. Pinel.in l.4. num.18. C.de bon. mater.* vbi dicunt, quod pœnæ mulieri impositæ secundo nubenti locum habent quoque in muliere impudicam vitam agente, *plures ad nostrum propositum citat Caual.d. nu. 307.*

Eodem modo remouetur mater ab educatione, si ex alia causa suspecta sit: puta, quia pro filia immaturum & inæquale matrimonium procu-
23 rauerit, † *vt considerat Crau.in cons.18.num.11.* vbi, *numero 6.9.& seq.* dicit, ob eam causam licere tutori pupillum authoritate propria eripere de manibus matris, & eandem causam in aliis personis considerat Crau. *in cons.190.num.6. Meno.d.casu.168. numero 6.*

24 Post matrem tuto alendus pupillus † committitur auiæ. *Gram.dec.55.in fi. Menoc.d.casu 168.num.4.* Succedit enim in locum matris, & continetur sub nomine parentum, Caual. *d.num.301.* vbi inquit,
25 hoc casu non attendi, quod † auia sit illi successura ab intestato. Allegat Corn. qui tamen non loquitur in auia. Mouetur etiam ratione affectionis, & ei addi potest, quod auia plus amat, quam
26 mater: ardentius enim descendit amor † in nepotes, quam vigeat erga filios, *l. liberorum, in fi. ff. de ver. signifi. Cur.iun.in cons.169. num.13. Cassan. in cons.67. nu.30.* proinde qua ratione mater in alẽdo filium, præfertur aliis, ea ipsa præferri debet auia post
27 matrem, sicut etiam videmus † in ordine tutelæ, *aut matri & auiæ, C.quan.mul.tute. offic fungi poss.*

Sed eisdem quoque rationibus auia excluditur ab educatione, quibus excluditur mater. Ideo
28 Socin. *in cons.193.nu.2.vol.2.* dicit, quod si auia † voluit pupillam matrimonio collocare ante pubertatem, vel cœpit illius bona dilapidare, remouetur ab educatione, *sequitur Menoc.d. casu 168. num.6.* Et idem dicendum esset, si ad secunda vota transiuisset, per ea quæ supra diximus de matre. Et So-
cin. in loco prædicto vult, auunculum præferri
29 auiæ † suspectæ, *Caualcan.num.307.* vbi idem dicit, quando vel luxuriosè viueret, vel aliter in moribus peccaret.

Debet etiam iudex aduertere, ne pupillum e-
30 ducari statuat apud eum, qui est successurus, † vt probatur *in l.1.§.1.ver. deniq;, ff. vbi pupil. educa. debe.* vbi loquendo in substituto mandat lex iudici, quod inquirat, si ex successione oriri potest aliqua suspicio, & aduerte, quod ibi cadebat etiam iussus patris, nihilominus iudex debet diligenter examinare negotium cum consanguineis. Idem probatur *in l.fin. C.eod.tit.* vbi generaliter loquitur de eo, cuius proxima est successionis spes. Idem voluit Bald. *in cons.487. in princ. versic. secundo debet aduertere, volum.5.* vbi generaliter monet, non esse collocandum pupillum in domo eius, qui illius vitæ insidiaretur. Et ponit exemplum in substituto, *Ias.in cons.53.num.33.vol.3.* vbi loquitur de successione intestati. Hanc partem tenuerunt Afflict. Paris. Gram. & Crau. quos citat & sequitur Menoch. *in d tract.de arbit.iudic.casu 198.num.15.* vbi tamen. *num.16.* subdit, hanc suspicionem considerari contra extraneum substitutum, non etiam
31 contra fratrem, † quæ tamen declaratio mihi non arridet, quia *à lege fin. C. vbi pupil. educa.debe.* indistinctè contra patruum, & quoscunq; successores consideratur suspicio proueniens à spe successionis. Et prædictam sententiam, quod non educetur pupillus apud eum, qui est successurus, tenuit etiam Bero. *in cons.180.num.1.& sequen.vol.2.*

vbi loquitur in tutore, penes quem pater iussit filium educari. Et dicit, procedere eam considerationem, siue ille sit ab intestato, siue ex testamento successurus pupillo in totum, vel pro parte, etiam si illi factum à patre fuisset legatum præstandum post mortem pupilli, quia substitutio-
32 nis† appellatio includit, nedum vniuersalem, sed etiam particularem. Monet itaq; iudicem, quod illum reponat penes personam, non carentem suspicione. Et Aret. *in §. actionum, nu. 56. vers. vnũ tamen tene cordi, Instit. de action.* quod nunquam pupillus est penes illũ educandus, cuius est proximior spes succedendi, ne detur materia delinquendi, & subdit esse cordi tenendum, & de hoc esse textum optimum *in d. l. fin. C. vbi pupil. educa. debe. Bertrand. in cons. 10. num. 4. vol. 5.* vbi loquitur in eo, qui sororem pupilli ab intestato successuram habet in vxorem. Alios citat Menoc. *in cons. 62. numero 12. vers. tertio vero.* vbi tamen, *nu. 18.* videtur aliter tenere, quando sumus in fratre, & quando modicum est patrimonium pupilli. Sed & si stante tenuitate patrimonij pupillaris, & diuitiis substituti, iuncta bona fama, & moribus, facilè iudex possit inclinare in eam sententiam, tamen quo ad primam limitationem de fratre non discederem à communi opinione, quę est magis tuta, & ęqua. Et prædictam partem tenet quoq; Corne. *in cons. 292. vers. item animaduertere, vol. 2.* Caual. *in tracta. de tutore, & curato. num. 301. vers. tertio debet ista.* vbi dicit collocandum fore pupillum potius penes auunculos non successuros, quam apud patruos qui sunt ad successionem vocati, & quod ex vitæ qualitate recedi possit ab hac coniectura, ponit Menoch. post Socin *in d. cons. 168. num. 17.*

An vero frater sit in educatione sororis præ-
33 ferendus matri, latè † disputat Menoch. *d. cons. 62. per totum, & in d. tract. de arbit. iudic. casu 168. nu. 9. & seq.* vbi dicit hoc procedere tribus in casibus, primo, quando magis commodum, & vtile est pupillo, secundo quando mater transiuit ad secunda vota: Tertio quando pro fratre stat dispositio paterna, sed in his etiam casibus versatur officium iudicis.

34 An autem sponsa† ali debeat apud sponsum vel sponsi patrem, aut matrem, & simul cum ipso sponso, ponit latè agendo Bart. *in quæst. 16. incipien. quæritur vtrum iudex*, vbi primo per septem rationes probat, non esse collocandam apud spõsum, & præcipuè, quia ibi non est tuta pudicitia sponsæ, sed subest timor, ne ante tempus defloretur: item impeditur matrimonij libertas, quia nõ erit exinde in libera sponsæ facultate recedere à spõsalibus: item imbuitur malis moribus propter frequentes sponsi amplexus, & oscula. Tandem vero resoluit id totum arbitrio iudicis subiacere, qui circunstantiis omnibus bene perspectis deliberat, quid pupillæ vtilius sit. Cast. autem *in cons. 127. vol. 1. n. 3.* concludit, quod non debet esse apud patrem sponsi, quia non est tuta pudicitia, nec libera est facultas recedendi à sponsalib. Et Bald. nulla facta mentione Bartol. *in d. l. 1. col. 2. ver. extra quæro. ff. vbi pupil. educ. debe.* dicit, quod si pupilla est septennio maior, & non est legitimè sponsi redditа à patre, & aliis consanguineis, non debet educari apud sponsum, præcipuè si sponsalia non sunt conueniẽtia inspecta omnium conditione, & idem si minor sit septennio, quia cum non sint obligatoria, debet alio in loco collocari in quo liber sit aditus discedendi à sponsalibus: atque ita concludit, quod non sit educãda apud sponsum, quando res conueniunt consanguineis, *sequitur Alex. in cons. 161. nu. 9. vol. 5. Ias. in cons. 237. nu. 10. vol. 2.* vbi, quod potest dimitti apud patrem sponsi, quando sponsalia sunt conuenientia, & vtilia, & ibi dicit vnum ad propositum, quod si mater, & tutrix aduersetur sponsalibus, tunc sponsa non erit deponenda penes eam. Corn. quoq; *in consilio 292. col. fin. ver. in persona magistri Ioannis, vol. 1.* dicit, quod rectè educatur apud patrem sponsi, si sponsalia sint condecentia in tantum, quod sponsus potest eam recuperare, si de facto auferatur, sed loquitur, quando nulla extat cõtradictio, vel suspicio pudicitiæ. Crau. *in cons. 190. nu. 5. ver. postremo istam qnæstionem.* vbi, *num. 4.* referendo consilium Cornei, de quo supra, inquit, illud procedere, quando sponsalia sunt legitima, & condecentia, secus quando sunt incongrua, vt quia sit impari desponsata, vel suasionibus extraneorũ seducta, & *nu. 6.* inquit matrem esse suspectam, quæ induxit filiam ad sponsalia, Menoc. vero *in d. casu 168. in fi.* tenet simpliciter cum Bar. *in d. q. 16.* Prædicti tamen omnes præcipuè Bal. Alex. & Ias. concludũt totum negocium committi iudicis arbitrio.

Et hoc non solum procedit, quando est quæstio de sponsa, sed etiam quandocunq; quęrimus
35 apud quem pupilla† sit educanda. Et Bal. *in d. cons.*
36 *487.* inquit, quod iudex† debet facere id, quod verisimiliter faceret pater si viueret, *l. 1. §. si tria luminaria, ver. apud eum ducatur, ff. de ventre inspic.* & iu-
37 dex† est loco patris. *l. tam dementis, C. de episc. audien.* Et facere debet de aliena filia id, quod faceret de propria, *l. 1. ff. de solu.* capiendo melius consilium pro ea. Et subdit, quod iudex debet esse seuerus, & rigorosus, ne matris moueatur lachrimis, nec tutorum blanditiis, sed solius vitæ meritis, & si videat, neque apud matrem, neque apud tutores filiam educandam, eligat matronam notæ pudicitiæ & authoritatis, quæ pupillæ vitam & pudicitiam salubriter conseruet. Et docet Bal. euitandum esse, ne apud eum moretur pupilla, qui infidetur animæ, vel vitæ, vel castitati, vel moribus, vel nuptiis, vel rebus. Et hæc omnia comprobat iuribus per eum adductis. *sequitur absolute Ias. in cõs. 237. in fi. vol. 2.* Et dicit Corne. *cons. 292. col. 4.* quod
38 aduertere debet iudex qualitates, † & conditiones personarum, & temporis, item affectionem, & cognationem, ita quod cesset suspitio nedum vitæ, sed etiam pudicitiæ, & infert non esse edu-
39 candam apud † forensem, *Crau. in cons. 18. nu. 3. cons. 190. num. 5. vbi refert verba Bal. in d. cons. 487. Menoc. in cons. 62. num. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Vxori alimenta præstanda sunt in domo mariti.*

2 *Ali-*

2 *Alimenta præstantur in domo debitoris, non alibi, vide tamen, num. 16.*

3 *Viduæ præstari debent alimenta in domo mariti, quãdo vsusfructus illi restringitur ad alimenta.*

4 *Nouerca præsumitur odio prosequi priuignum.*

5 *Viduæ alimenta ab hæredibus mariti debentur in domo, quando gratia miserationis debentur.*

6 *Viduæ alimenta præstantur extra domum, quando ea debentur propter moram factam in restitutione dotis.*

7 *Alimenta debita ex dispositione hominis præstantur extra domum.*

8 *Pater cogitur alimenta filio præstare in domo.*

9 *Pater non cogitur alere filium extra domum.*

10 *Pater cogit filium ad secum habitandum. limita, numero 26.*

11 *Pater non potest cogere filium ad sibi extra domum dandum alimenta.*

12 *Vxor non potest à viro petere alimenta extra domum.*

13 *Vidua si ex statuto debet ali ab hæredibus viri, intelligitur in domo.*

14 *Mater non cogitur intra triennium lactare filium extra domum propriam.*

15 *Episcopus visitans non alitur nisi in domibus præsbiterorum.*

16 *Alimentarius petere potest alimenta extra domum.*

17 *Pater spurium filium cogitur alere in domo matris, quando tenetur alere intra triennium.*

18 *Pater filiam nuptam cogitur alere in domo mariti.*

19 *Pater non potest filio negare alimenta eo, quod nolit cohabitare.*

20 *Legatarius alimentorum non cogitur alimenta recipere in domo hæredis, licet testator iusserit ea tradi certa in ciuitate.*

21 *Ecclesia alit patronum in domo illius propria.*

22 *Episcopus tenetur ordinatum alere extra domum propriam.*

23 *Alimentarius cogitur habitare in vna ex domibus testatoris si commodè id facere potest.*

24 *Vxor alimentaria non cogitur habitare in domo testatoris si non potest honestè.*

25 *Filius cogere potest patrem, vt se alat in domo propria.*

26 *Pater cogere non potest filium spurium ad secum habitandum.*

27 *Pater cogitur filio alimenta præstare extra domum si inter eos sit lis.*

QVÆSTIO XIIII.

QVi alimenta tenetur præstare, non alibi cogitur dare, quam in domo propria, & ibi cogitur alimentarius habitare, si vult alimenta consequi. Ita voluit Specu. *in tit. qui fil. sint legiti. §. 1. numero 3. ver. quid si viro absente,*
1 vbi dicit, quod mulier † non potest alimenta petere extra domum mariti. Mouetur pluribus rationibus, & præcipuè, quia cum minori incommodo suo vir ea præstat in domo, quam alibi, & viri atque vxoris vnica est domus, & vxor ad domum viri traducenda, & vir potest vxorem cogere ad secum cohabitandum, vbi limitat, quando non posset commode cum filiis mariti habitare. Eandem sententiam probauit Iser. *in consti. Neap. fol. 171. col. 3. prout eum citat, & sequitur Ioan. Lupus in rep. rub. de donatio. inter ui. & vxo. §. 64. num. 7.* vbi generaliter loquendo dicit, quod regulariter
2 alimenta † soluuntur in domo præstare debentis. Et infert, quod maritus non tenetur vxorem alere in carcere, de quo tamen dixi suo loco. Limitat tamen non procedere regulam, quando alendus non potest habitare in domo debitoris culpa ipsius præstare debentis. Hoc etiam voluit Bal. *in auth. hoc locum, num. 3. ver. modo hic quærit. C. de secun. nup.* vbi ait, quod vbi vsusfructus mulieri relictus
3 restringitur ad alimenta propter † existentiam filiorum, tunc in domo præstari debent, vbi ea persoluebat maritus, si tamen vxor potest ibi honeste morari. Et dicit post Iac. de Are. quod nouercæ nõ coguntur stare cum priuignis, quia in-
4 ter eos † præsumitur odium intercedere, *sequitur Barba. in additionib.* Bal. *in l. diuortio, in princ. colum. 2. ver. sed hic quæro, quando vidua. ff. solu. matr.* dicit, quod
5 vidua † petens alimenta ab hæredibus miserationis causa debita, tenetur cum ipsis hæredibus habitare, si tamen id facere potest honestè, & si hæredes velint ibi præstare, alias secus: at si petat alimẽta loco interesse, quod sibi debetur propter moram commissam post annum luctus in re-
6 stitutione † dotis, non tenetur habitare cum hæredibus. Et Castren. *ibi. num. 9.* dicit, quod intra annum luctus recipit alimenta in domo mariti, & non alibi, nisi hæredes alibi velint præstare, vel nisi subsistat iusta causa recedendi à domo, puta si hæredes essent extranei, quia insidiari possint eius pudicitiæ, vel si filij habent vxores rixosas, cum quibus non possit vidua pacifice viuere. Hæc tamen intelligit Castr. quando alimenta debẽtur ex dispositione legis, secus vero, quando ab homine, qui tunc, nisi locus fuerit in relicto adie-
7 ctus, † mulier non tenetur ibi stare, etiamsi commodè possit. Et ampliat id procedere in quocunque, cui alimẽta sint in testamento relicta, & dicit esse de hoc casum *in l. 4. in fi. ff. de alimen. & cibar. lega.* Hanc sententiam tenuit quoque Menoc. *in tract. de arbitr. iud. casu 168. num. 12. & casu 170. num. 8. & 9.* vbi quod grauatus ad dandum alimenta, tenetur ea præstare in domo, allegat multos, qui tamen tenent omnes contrariũ, & loquũtur, quando alimenta fuerunt expresse relicta in domo, non autem, quando nulla loci præfinitione facta relinquitur. Ioseph Ludouic. *deci. Peruf. 46. num. 9.* vbi ita constituit regulam, & idem videtur voluisse Ias. *in l. quidam cum filium, nu. 7. ff. de verb. col lig. dum refert Specu. in loco præcitato.*

Facit pro hac parte, quod voluit in proposito Ang. *in d. l. quidam cum filium, colum. 2. ver. & ex præ-*
8 *dictis infert,* vbi ait, quod pater † tenetur filiũ alere in domo, & si nouercalib. blãditiis seductus velit filiũ expellere de domo, & seorsum à se præstare alimenta, filius poterit querelare, quia tenetur

apud se retinere, & nutrire. *Et dicit Imo. ibi, col. fin. ver. item facit. hoc esse menti tenendum, sequitur Ias. numero 6.* Cum enim non præstat alimenta in domo, non tractat eum vti filium, limitat tamen, quando ex causa filius non posset in domo retineri, *Pinel. in l. 1. par. 1. nu. 54. C. de bon. mater. Ascan. Clemen. in tract. de pat. potestat. effec. 17. num. 32. vbi alios citat.* Et sicuti filius non cogitur alimenta à patre recipere extra domum, ita pater non cogitur filium alere extra domum, † vt dixi in tit. *quibus ex caus. alimen. denegen. & dicit Ang. in cons. 85. num. 3.* quod pater compellere † potest filium, vt secum habitet, *sequitur Boer. in deci. 195. num. 5. Pinel. loco prædicto, numero 53. & Clemen. numero 32.* Et prædictam sententiam, quod pater teneatur filium alere in domo, dicit communiter receptam Cordub. *in l. si quis à liberis, in princip. num. 8.* Eodem modo pater non potest à filio petere † alimenta extra domum, sed ea filius tenetur in domo præstare, *vt voluit Pinel. in loco præallegato.* Vxor item non potest à marito † alimenta petere extra domum, nisi causa subsit, *vt dixi in d. tit. quibus ex cau. alimen. denegen. & ponit Aufrer. ad Capel. Tholosan. deci. 87.* Et ad id, quod diximus de vidua, adde in tantum deberi alimenta in domo viri, quod si à statuto disponatur ipsam alendam, intelligi debet † in domo hæredum, non alibi, *secundum Bal. in cons. 58. num. 6. volum. 2.* Bero. *in cons. 130. num. 10. vol. 3.* vbi dicit, hoc esse regulare, nisi probet causam subesse, propter quam non possit stare in domo, *Card. in cap. per vestras, de dona. inter vir. & vxor.* Sequitur Præpos. *num. 6.* vbi dicit, quod si alibi est morata vidua contra hæredum voluntatem, non petet alimenta pro tempore absentiæ. Bertran. *in cons. 307. vol. 4. circa finem,* vbi dicit, quod tenetur operari ad commodū hęredum.

Infertur ex prædicta ratione, quod mater, quæ intra triennium tenetur filium alere, nō alibi cogitur lactare, quam † in sua domo propria, & potest ideo filium penes se retinere, vt est gl. *in l. primo, §. primo, in ver. iustissima causa. ff. de libe. exhiben.* vbi dicit, iustissimam esse causam retinendi filium, si mater illum lactet, est tex. *in cap. 2. de conuer. fidel. & post Roman. idem voluit Vital. in tract. claus. in tit. an possit renunc. alim. col. 6. ver. duo tamen circa.*

Infertur etiam, quod vbi Episcopus, vel alius visitat diœcesim, vel monasteria, debet alimenta ibi recipere, vbi sunt presbyterorum domus, nō autem alibi, quia alibi præsbyteri non tenentur Episcopo soluere † procurationem. Est tex. *in clemen. ad nostram. de censib.* atque ibi hoc notat Bonifac. de Vitalin. *numero septuagesimo nono,* qui dicit Episcopum audiendum non esse, si aliud petat.

Sed & si vt vides, multi fuerint opinionis prædictæ, contrariā tamen sententiam multo plures tenuerunt, qui volunt, quod alimentarius possit alimenta † petere extra domum debitoris, ne cogatur cum illo habitare. Et hæc opinio probatur ex tex. *in l. cum hi. §. vult igitur neminem transigentem, ff. de transac.* Ad idem est tex. *in l. quarta, in fine, de alimen. & cibar. legat.* Et ibi Bartol. in fine, infert ad vxorem, cui vir alimēta reliquit, & vult, quod possit habitationem eligere vbi placet, atque ibi petere alimenta, *ita tenet Bart. generaliter loquendo in tracta. de alimen, numero 24. Bald. in l. in annalibus, numero quarto, versiculo, item extra quæritur, C. de legat.* vbi inquit Bartol. *in dicta l. 4.* bene dicere, quia de hoc est casus *in d. l. cum hi,* Ang. *in dicta l. cum hi, §. vult igitur, col. 2. versic. sequitur.* vbi dicit, esse ibi casum apertum, quod alimentarius non tenetur morari in domo alere debentis, & hoc esse vtile provxoribus, & filiis naturalibus, quibus consueuerunt relinqui alimenta, & subdit esse quoque casum *in d. l. 4.* limitat autem quando aliud ordinaret testator. Cuma. *in eo. §. vult.* vbi dicit, vidisse in practica communiter, ita obseruari, & quod etsi mulier possit commode morari in domo hæredum, potest tamen petere alimenta extra domum, *Papien. in for. lib. pro leg. rei sing. §. 1. numero 17.* Hoc etiam tenuerunt Ang. & Castren. *in dicta l. 1. C. de legat. sequitur Alexand. ibi in fin. & Ias. numero 6. idem Ias. qui testatur de communi in l. diuortio, in princ. num. 24. & seq ff. soluto matrimonio,* vbi ait, esse communem, & procedere, siue alimenta debeantur ex dispositione legis, siue ex dispositione hominis. Et prædicti fere omnes loquuntur in vidua, cui intra annum luctus præstantur alimenta, *Vital. in tract. clausul. in tit. an possit renuncia. alimen. col. 13. in princip. ver. an autem legatarius,* vbi loquitur de alimentis legatis, *& in fi. vers. ad illam materiam, Bero. in cons. 185. numero 4. volum. 1.* vbi dicit aliud esse, quando promissio alimentorum non esset simplex, sed restricta ad domum, *& in cons. 24. num. 14. volumine secundo,* vbi ita intelligit simplex relictum alimentorum, & subdit, quod sicuti alimentarius non cogitur habitare cum debitore, ita non potest debitorem cogere ad ea præstandum in domo, *Ruin. in consilio quadragesimo quinto, numero quarto, versiculo, & ex quo ista, & numero octauo, versiculo, nec obstat quod illa, volumine....* vbi quod debitor, nec cogit in domo recipere, nec cogitur præstare. Limitat tamen non habere locum in eo, qui tractandus est, vt filius, quia is alibi debet in domo, vt per eum. Pro quo faciunt, quæ diximus supra, *Bertran. in consilio 183. volum. secundo,* vbi dicit ita tenere omnes, esse communem, & ab ea discedendum non fore in iudicando, vel consulendo. Et idem vult *in consilio 336. volum. quarto,* vbi dicit, idem esse, quando relicta essent alimenta in, & super omnibus bonis suis mobilibus, & immobilibus, *Gram. in consilio ciuili 33. numero quarto, ver. & alimentarius,* vbi quod præstantur alimenta, vbi vult alimentarius, *Picus in l. Titia, cum nuberet, §. Titia, numero 161. quæstio. tertia, ff. de legat. secundo, Grat. in consilio 87. numero secundo, volum. 2. Durant. de arte testandi, tit. 6. caut. 56. in princip. Caualcan. in tracta. de vsufruct. mulie. relic. numero 138. ver. quid autem si testator.* vbi loquitur in alimentis relictis à testatore, *& allegat Pract. Pap. Capic. & Pet. Pecch. Cordub. in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, numero ducentesimo primo, vbi reprehendit Isern. & Ang. Aret.* & limitat, quando testator mandat alimenta præstari in domo hæredum, *Ludou. Molin. in tracta. de primogen. Hispan. lib. secundo, cap. decimo quinto, numero 74.*

Michael

Michael Crassus in tracta. sentent. in §. legatum, quæst. 27. num. 3. vbi dicit esse communem, quia alias legatum induceret quandam speciem seruitutis: limitat tamen, quando testator expresse mandat, quod præstentur alimenta in domo hæredũ, quia tunc seruatur eius voluntas, *Simon de Pretis, de interpret. vlt. vol. lib. 4. in 11. dubit. nu. 99.* vbi addit Craue. *in cons. 205.* & post eum reprehendit Alex. contrarium tenentem, quem tamen saluat in aliquibus casibus, vt per eum.

Hinc infert Gram. *in d. consil. ciuili 33. per totum,* quod illis in casibus, quibus pater tenetur filium
17 spurium alere, † licèt minorem triennio, cogi potest id facere in domo matris. Mouetur prædicta ratione, quod alimentarius non tenetur habitare in domo.

Infertur etiam, quod vbi pater tenetur alere filiam nuptam, non potest cogere † eam ad habi-
18 tandum secum, sed debet alimenta dare vbi ipsa degit, *vbi post Ias. & Gram. tenet Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. non tantum, nu. 68.*

Hinc infert Caccialu. *in l. frater à fratre, §. quæsitum. q. 30. num. 109. ver. adde quod non est iusta. ff. de con-*
19 *dic. indeb.* quod pater non potest filio † denegare alimenta, quia recesserit à domo, sed tenetur eum extra domum alere. Mouetur *d. l. quarta,* subdens, quod si hoc procedit, quando ex dispositione hominis debentur alimenta, multo magis locum habebit, quando debentur ex dispositione legis, *Duen. regu. 165. num 16.* Constat igitur ex prædictis communem esse opinionem, quod siue ex legis dispositione, siue ex dispositione hominis alimenta debeantur, semper peti possunt extra domum, propterea non est curandum de Doctoribus supra in principio citatis, qui contrariam partem tenuerunt tam in muliere, quam in aliis.

Sed hęc sententia sic firmata non habet locum in vxore, quæ si diuertit à marito sine iusta causa, non erit alenda, *vt probauimus in titulo, quib. ex caus. denegentur alimenta.* Et ratio est, quia principaliter dantur vxori alimenta propter obsequia, & seruitia, ideo si non facit quod debet, nõ recipit, quod oportet. Et hæc est ratio diuersitatis inter vxorẽ,
20 & alias personas, imo non tenetur legatarius † in domo hæredum habitare, quando testator nomen expressit ciuitatis & non domus, vt si dixit, *dummodo habitet Romæ cum hæredibus,* Bar. *in l. qui cõcubinam, §. vxori. ff. de leg. 3. Picus, d. §. Titia, nu. 159. ver. secundo limita. ff. de leg. 2. Menoc. de arbitr. iudic. casu. 170. numero 19.*

Infertur etiam, quod ecclesia patronum tene-
21 tur alere † in domo propria, non in ipsa ecclesia, *Ioan. And. capitulo, nobis, in ver. ad inopiam, de iure patrõ. Paul. Cit. ad. de iu. patron. par sexta, articulo quarto, numero centesimo sexagesimo sexto, Cordub. in l. si quis à liberis, §. solent, numero vigesimo octauo, ff. de liber. agnoscen. Rebuff. in tract. de congru. portio. num. nonagesimo septimo, Roch. de iure patron. num. 153.* Infert quoque ad Episcopum, qui alit ordinatum, non alimenta
22 præstat † extra domum episcopalem, *Bertran. cons. 55. col. 2. vol. 2. Rebuff. de portio. canon. nu. 98.*

Secundò limitatur non procedere, quando testator plures domos haberet commodas, quia ali-
23 mentarius tenetur in earum vna † habitare, si hæres illam velit assignare pro sua habitatione, & non tenetur hæres eo casu aliam domum locare, ita voluit Bald. *in l. in annalibus. circa fi. C. de legat. vbi eum sequitur Alex. idem voluit Cast. in l. si domus, in prin. ff. de leg. 1.* vbi idem dicit, quãdo testator relinquit habitationem. Et loquantur prædicti omnes in vxore, cui relicta sunt alimenta, *idem Alex. in d. l. si domus, & in l. 4. §. si. ff. de alimen. & cibaria. lega. & in l. diuortio, in princip. ff. solu. matr. Bertran. in cons. 336. col. 2. volum. 4.* vbi ait esse notandum, quia Bald. magna est authoritas, declarat tamen Bal. in loco prædicto id procedere, quando talis est domus in qua
24 vxor possit commode & honeste † morari, alias secus esset, quia non cogitur habitare in domo cæca, vel posita in lupanari. Et dictam decisionem approbat quoque Simon de Pretis, *d. dubitatio. 11. nu. 100.*

Tertiò limitatur, vt non procedat in filio, qui alendus est in domo patris, & cogere potest pa-
25 trẽ, vt se in domo retineat, † *secundũ Ang. in l. quidã cũ filiũ. ff. de ver. obl. c. 3. cũ aliis quos citaui supra hac eadẽ quæstione, in princ. ver. facit pro hac parte,* vbi idem diximus in patre, cui alimenta debentur à filio. Ea enim sunt in domo, non extra præstanda: sed in filio, cui debentur alimenta non procedit, ex vi debiti alimentorum, nec ex alimentorum natura, sed ex ea sanguinis coniunctione, qua inuicem ligatur pater & filius: at pater cogere potest filium ad secum habitandum ex vi patriæ potestatis, vt videtur tenere Gram. *d. cons. ciuili 33. numero 8.* vbi ideo infert, quod pater non potest ad se
26 aduocare filium spurium, quia † illum non habet in potestate. *§. fi. institut. de nup. l. vulgo concepti, de fla. hom. Abb. in c. ex literis. col. 2. de conuer. infidel.* De ea vero patris potestate ponit Pinel. *l. 1. par. 1. num. 54. C. de bon. mater.*

Hoc tamen non procedit, quando inter patrẽ & filium est lis, quia eo casu licet interim teneatur alere filium, *vt dixi in tit. quibus, & à quib. debe. alim.* tamen tunc cogitur pater ea præstare alimenta
27 † filio extra domum, *vt vult Ludeu. Molin. in d. tract. primogen. lib. 2. cap. 15. num. 74.* vbi mouetur ex generali illa limitatione, quæ habet, quod alimenta debentur extra domum, quando alimentarius aliqua causa non posset morari in eadem domo, declaratur item omnib. iis modis, quos infra ponam declarando regulam, quod vbi alimẽta sunt in domo relicta, non possunt alibi peti. Illa enim conueniunt & filio, cui debentur in domo. Et quod diximus filium litigantem cum patre, alendum esse extra domũ, voluit Corne. de quo Mõlin. non meminit *in cons. 281. num. 4. vol. 3. quem citat, & sequitur Ascan. in d. tract. de patr. potest. effect. 17. num. 32. ver. secundo sublimita;* vbi duobus aliis modis declarat hanc necessitatem habitandi cum patre.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas testatoris est lex.*

2 *Onus*

2 *Onus annexum cogitur acceptare quicunq; vult commodum.*

3 *Alimenta non possunt peti extra domum, quando relicta sunt cum onere habitandi.*

4 *Alimentarius non petit alimenta præteriti temporis, si non cohabitauit, quando relicta sunt cum onere habitandi.*

5 *Habitandi onus iniunctum videtur, quando dictum est, relinquo alimenta tali cum filiis meis.*

6 *Habitare in eadem domo non dicitur, qui non comedit cum hærede ad eandem mensam.*

7 *Domus mentio, quando fit à testatore, intelligitur de ea, quam hæres inhabitat.*

8 *Vidua, cui alimenta relicta sunt in domo cum filiis, nõ excusatur si transiuit ad secunda vota.*

9 *Vidua iussa a testatore habitare cum filiabus, nõ consequitur alimenta, si filias nuptas non sequitur ad maritum.*

10 *Vidua iussa habitare cum filia in domo propria non consequitur alimenta, habitandi cum filia in domo mariti.*

11 *Vidua non consequitur alimenta in domo relicta, si secundo nubendo ducat secum filios.*

12 *Alimentarius consequitur alimenta in domo relicta, quando iusta aliqua causa impeditur ibi morari.*

13 *Habitare qui non potest ex iusta causa, consequitur legatum relictum cum onere habitandi.*

14 *Conditio habetur pro impleta, quando non stat per implere debentem.*

15 *Legatarius alimentorum in domo relictorum debet offerre se paratum stare in domo, ne videatur per se stare.*

16 *Hæres cogitur alimenta etiam præteriti temporis soluere extra domum, quando interpellatus recusauit tradere.*

17 *Hæres, an teneatur ad expensas litis, in qua fuit conuentus.*

18 *Vidua, cui relicta sunt alimenta cum onere habitandi cum filiis, consequitur illa habitando cum vno si illi deuenerunt inter se ad diuisionem.*

19 *Hæredes, quãdo veniunt ad diuisionem, tenentur quisque per tempora alimenta præstare.*

20 *Domini plures eiusdem castri, si non conueniunt in exercitio iurisdictionu, fiet diuisio per tempora.*

21 *Hæredes, quando deuenerunt ad diuisionem, cogitur vnus pro alimentis contribuere in domo alterius.*

22 *Alimentarius petit officio iudicis, quod vnus ex hæredibus contribuat alimenta in domo alterius, quando inter eos facta est diuisio.*

23 *Alimentarius cum onere habitandi petit alimenta extra domum, si vigeat odium inter se.*

24 *Priuignus non cogitur habitare cum nouerca, nec è contra.*

25 *Nouerca potest extra domum petere alimenta, licet relicta sint sub conditione, si non diuerteret à priuigno.*

26 *Argumentum à communiter accidentibus, est validum.*

27 *Præsumptio releuat allegantem ab onere probandi.*

28 *Alimenta relicta cum onere habitandi, peti possunt extra domum stante lite inter legatarium, & debitorem.*

29 *Legatarius petit alimenta extra domum, si ob nimiam hæredis sæuitiam non potest habitare in domo.*

30 *Legatarius consequitur alimenta extra domum, quãdo hæres habet vxorem ita rixosam, quod non potest cohabitare.*

31 *Legatarius alimentorum petit ea extra domum, si ita sit iuuenis, quod tute non possit cohabitare.*

32 *Legatarius alimentorum habens vxorem pulchram, non cogitur habitare cum hærede, sed extra domum petit.*

33 *Turpe est habere malam famam, & malum nomen.*

34 *Conditio habitandi cum filiis, expirat omnibus illis mortuis, & alimenta petuntur extra domum.*

35 *Alimenta alicui relicta cum onere habitandi cum filiis, quando videantur relicta fauore filiorum vel legatarij.*

36 *Alimenta relicta in domo peti possunt extra domum, quando vult cum propria vxore, & filiis habitare.*

37 *Vxor non debet à marito separari.*

38 *Hæres quando ex voluptate, non ex necessitate vult domum mutare, legatarius alimentorum non cogitur illum sequi.*

39 *Dispositio intelligitur de præsentibus, non de futuris.*

40 *Dispositio quælibet intelligitur rebus sic stantibus.*

41 *Necessitas ignoscitur, & qui actum facit ex necessitate.*

42 *Legatarius alimentorum non potest mutare habitationem, si id sit grauare hæredibus.*

43 *Legatarius alimentorum cum onere habitandi, excusatur, quandocunq; est impeditus.*

44 *Causa iusta petendi alimenta extra domum, quæ sit, committitur arbitrio iudicis.*

45 *Causam, quare non possit habitare in domo, probat legatarius petens extra domum.*

46 *Negatiuam probare tenetur, qui se fundat in illa.*

47 *Conditionis euentus probari debet, quando debitum est sub conditione.*

48 *Culpa difficile probatur.*

49 *Facta non præsumuntur, sed probantur.*

50 *Casus non præsumitur, sed probari debet ab allegante.*

51 *Culpa non præsumitur, sed probanda est.*

52 *Impedimentum, qui allegat, tenetur probare.*

53 *Causa iniusta, quando excusat, probandum est, quod motus quis fuerit ex ea causa.*

54 *Appellatio cum ex causa conceditur, probari inprimis debet causa.*

55 *Causa probari debet, quando aliquid permittitur solum ex causa.*

56 *Causa est probanda, quando à regula licet ex causa recedere.*

57 *Causa iusta non probatur testibus singularibus, quando aliquid non conceditur nisi ex causa.*

58 *Legatarius alimentorum petit extra domum, quando relictum est, si noluerit, vel non potuerit habitare.*

59 *Alter-*

59 *Alternatiuis ex duabus sufficit alteram esse veram.*
60 *Alternatiuæ obligationis vtrumque est in obligatione.*
61 *Alternatiuæ obligationis non potest alterum peti.*
62 *Alimenta extra domum petuntur, quando relictum est cum clausula, si non habitauerit.*
63 *Conditio, si hæres non erit, intelligatur si noluerit, vel non potuerit.*
64 *Natta in cons.387. in fine reprobatur.*
65 *Substitutio concepta in vnum casum non extenditur ad alium.*
66 *Hæres alimenta in domo relicta, potest extra domum præstare inuito legatario.*
67 *Hæres hæredis est hæres testatoris.*
68 *Hæredis appellatio includit omnes vsque in infinitum.*
69 *Alimentarius cum onere habitandi, non tenetur habitare cum secundo hærede.*
70 *Hæredis mentio facta a testatore includit sequentes, si de hærede tertij loquitur, secus cum de hærede proprio.*
71 *Legatum alimentorum, quod deficit ob non seruatam conditionem habitandi, an reuiuiscat si incipiat habitare.*

QVÆSTIO XV.



testator relinquat alicui alimenta in domo, vel sub conditione, vel cum onere morandi, vel habitandi in domo, vel cum hæredibus, tunc legatum non præstabitur alibi, nec legatarius alibi habitans poterit illud petere, quia voluntas † testatoris est lex. §. *disponat, in Auth. de nup.* & qui vult relictum sibi emolumentum, tenetur acceptare † onus sibi iniunctum. *l. secundum naturam. ff. de reg. iur.* & ita † vult Bar. *in l. Caio. §. Imperator ff. de alim. & cibar. leg.* Alex. *in consil. 100. in princip. volum. 1. & in consilio 178. columna 2. volum. 6.* & probat tex. *in l. quod legatur. ff. de iudic.* Et ita tenet Ang. *in l. cum hi. §. vult igitur ff. de transact.* Castr. *in l. diuortio, numero 9. ff. sol. matri.* Rui. *in consil. 81. num. 3. volum. 2.* vbi dicit, quod hoc casu alimentarius petens alimenta extra domum, dicitur petere plus debito, quia commodius, & cum minori grauamine præstantur in domo, quã extra, *sequitur Rol. in cons. 22. nu. 9. vol. 1. vbi citat Anch. Ang. Corn. Socin. Picum, Iason. Bertran. & Ruin. Cordub. in d. l. si quis a liberis. §. si quis ex his, num. 171. & nu. 203. ff. de lib. agnos.* vbi alios citat, Caual. *in tract. de vsufruct. mulie. relic. num. 138. ver. tertio autem casu, Simon de interpretat. vlt. volunt. lib. 4. dubit. 11. num. 109. & hanc dicit communem Burs. in cons. 90. sequitur Crassus, in tracta. senten. §. legatum. quæstio. 23. num. 4. Duran. de arte testam tit. 6. caut. 56. n. 1.* Et ante hos idem tenuit Barto. *d consil. 211. vol. 1. Bal. in cons. 484. in dub. vol. 4. Bertran. in cons. 67. nu. 1. & 2. vol. 7.* vbi ait id tenuisse Oldr. Ang. de Perus. Ang. Are. & alios, quos citat, allegãs pro hac parte text. *in l. 4. §. fin. ff. de alimen. & ciba. legat.* inducendo illam a contrario sensu, *& in l. qui concubinam, §. vxori. ff. de leg. 3. Bero. in consilio 85. num. 1. & seq. vol. 1.* vbi allegat Specu. Bar. Bal. Salic. Castr. Alex. & alios, Vital. *in tract. clausu. tit. an possit renuncia. alim. col. 13. in princip. & in fi.* Et ideo Bar. *in d. cons. 211. num. 7.* infert, quod alimentarius † qui non est moratus in domo, non potest alimenta præteriti temporis petere, quando relicta fuerunt cum onere morandi, *sequitur Bero. d. cons. 185. num. 3. ver. ex prædictis infertur.* Et dicitur inductum onus habitandi † non solum, quando simpliciter testator dicit, se relinquere alimenta præstanda in domo, sed etiam quando dicit, *relinquo tali alimẽta cum filiis meis*, vel *cum hæredibus meis*, vel *apud hæredes meos*, vel *in domo hæredum*, vel *donec steterit cum filius*, vel *dum habitauerit cum hæredibus*: quandocunque enim vtitur similibus verbis testator, censetur voluisse alimenta præstari in domo, non alibi, vt videri potest apud Doctores prædictos, & declarat Simon *d. dubit. 11. num. 109.*

Imò fortius, non sufficit hoc casu legatarium habitare in eadem domo si non comedit † cum hærede, *secundum Bal. in l. 1. num. 8. C. de lega.* vbi ait, quod nisi sit commensalis non dicitur morari cũ filiis. Et subdit esse notandum, & sequitur Ang. ibi dicens, tunc habitare legatarium cum hærede, quando est commensalis, non si partem inhabitet domus. Et dicit Imo. *in l. si quis ita legauerit, in princ. ver. item nota quod vbi. ff. de cond. & demonstr.* quod, qui tenetur morari cum alio, ita esse debet, vt simul alantur. Et ille tex. loquitur, quando quis grauatur non absolute morari, sed esse cum aliquo, *Io. Mar. Riminal. in cons. 589. vbi eodem modo explicat, sequitur Simon in d. dubitatio. 11. numero 109. vbi alios citat. Picus d. §. Titia. numero 163. vbi dicit notandum, Ruin. cons. 37. num. 2. volum. 2. Bero. cons 32. num. 5. volum. secundo, Caualcan. de vsufruct. numero 138. versic. tertio casu.*

Aduerte etiam, quia si hæredes stent in domo propria, & legatarius velit alimenta consequi in domo testatoris, non auditur, sed cogitur morari in domo, quia testator loquẽdo de domo, † videtur intellexisse de ea quam inhabitat hæres, ex quo censetur ille locus adiectus in gratiam, & fauorem hæredis, *vt notatur in l. Caius. §. Imperator, ff. de alimen. & cibar. leg in d. l. 1. C. de leg. ita declarat Ruin. in cons. 80. nu. 3. vol. 2. quem citat & sequitur Rol. in cons. 22. nu. 14. vol. 1. Cor. d. §. si quis ex his, nu. 205. Menoc. in tracta. de arbit. iud. casu 170. nu. 10.*

Et si hoc legatum fiat vxori cum onere nõ discedendi à filiis, non excusabitur † vxor transeundo ad secunda vota, quia, & si teneatur se qui maritum, & cum eo habitare, potest tamen, & debet secum inducere liberos in domum mariti, est tex. *in l. cum tale, in princ. iuncti ibi glos. ff. de cond. & demonstr. & ibi notant Bart. Imo. & Castr.*

Et per eandem rationem Ruin. *in consilio 37. numero 2. & sequenti, volum. 2.* vult, quod vxor iussa habitare cum filiabus, non consequatur alimenta, nisi sequatur filias, quando nupserunt, quia tenetur cum eis habitare, nisi stet per generum, & ibi latè disputat in contingentia facti, id quod posset procedere, nisi testator restrinxisset se ad domum propriam: eo enim † casu non sat esset habitasse cum filia in domo mariti, *secundum Cor-*

ne. in

ne.in conſ.7.colum.pen.ver. nec obſtat quod tenebatur, vol.1.ſequitur Socin. iun.in conſ.110.num.6.ver.nec obſtat quod non videatur,vol.1. per quam rationem dici etiam poteſt,quod vxor iuſſa cum filiis habitare non excuſetur,ſi tranſeundo ad ſecunda vota velit ſecum filios ducere ad domum mariti, quan-
11 do diſpoſitio teſtatoris eſt limitata † ad domum propriam per prædicta.

Principalis autem concluſio reſtringitur, vt non habeat locum, quando legatarius iuſta aliqua cauſa impeditur, ne morari poſſit cum hære-
12 de,quia tunc, † cum per ipſum non ſtet,percipit alimenta extra domum. Probatur *in l.Caius, §.Imperator,in ſi.ff.de alimen.& cibar. lega. in l.Mæuia, in ſi. ff.de annu.lega.no.* Bar.*in d.§.Imperator,num.2.* dicẽs, quod qui tenetur cum aliquo morari,non perdit
13 legatum,ſi impeditur iuſta † aliqua cauſa, *Alexan. in conſ.178.num.5.ver.circa ſecundum dubium, vol.6.Iaſ. in d.l.diuortio,in princ.num.25.ff.ſolu. matrim.* vbi generaliter loquitur quandocunq; ſubeſt iuſta cauſa,*Salic.in l.1.C.de legat.num.4.& ſeq.* Et ante omnes id voluit Specu.*in tit.qui fil.ſint. legit.§.1.ver.quid ſi dixit in teſtamento,numero 36.* vbi allegat text.*in l.ſi quis ita legauerit,ff. de conditio.& demonſtr.Caſtren.in conſilio centeſimo ſexageſimo ſeptimo, numero 1.volum.1. Natta in conſil.387.numero quinto*, vbi dicit hoc eſſe regulare, quandocunq; non ſtat per legatarium, quominus habitet cum hærede. *Cæphal. in conſilio 429.num.70.& ſeq.* vbi ſubdit, eſſe de hoc perſpicuum textum, *in l.illis libertis,ver.Paulus reſpondit.ff. de condit. & demonſtr.* vbi legatum alimentorum, libertis relictum ſub conditione,*ſi cum filiis morarentur*, debetur, quando non ſtat per libertos quominus morentur cum eis. Et vult ille tex.paria eſſe,quod morentur,vel per eos non ſtet. Et ratio eſt, quia videtur is adimpleuiſſe conditio-
14 nem, † quando per eum non ſtat quominus impleuerit,*ea cum non ſtet,de reg.iur.in 6.l.Labeo ſcribit, la vltima,ff.de contrah.empt.cum aliis apud Cæpha.in loco prædicto.* Et hanc partem tenent omnes inferius allegandi,qui inferunt ad caſus particulares.

Ne autem videatur ſtare per legatarium quominus habitet cum hærede, ſatis eſt quod offerat
15 ſe paratum † ſtare & habitare cum ipſis hæredibus, & ea facere, ad quæ tenetur, quia ſi exinde comperiatur alimenta non eſſe præſtita,non imputabitur legatario,ſed poterit extra domum alimenta petere.Ita docet Alex.*in conſ.158.nu.2.vol.7.* per tex.*in d.l.qui concubinam.§.vxori,in l.in illis libertis,& d.l.ſi quis legauerit*,& per rationem,quod non debet eſſe in facultate hæredis proprio facto ſe exonerare in præiudicium legatarij, *l.cætera, §.ſi. ff.de leg.1.* Idem nulla facta Alex.mentione concludit Natta *in conſilio 387.numero 4.* dicens,quod ſi ſemel interpellatus hæres recuſauit præſtare alimenta,poterit exinde legatarius ea præſtare extra domum.

Imo ſubdit fortius, quod ſi non fuit hæres ab initio interpellatus,ſed ex poſt,& recuſat recipe-
16 re in domo † & alere,tunc cogitur præſtare etiam pro tempore pręterito alimenta,quia ex quo nũc recuſat,pręſumendum eſt quod eodem modo recuſaſſet antea,ſit requiſitus fuiſſet,*per ea quæ ponit*
17 *Rom.ſing.† 401.& alij.per eum citati.* Sed hæc opinio non eſt tuta per id quod inquit Cagno.*in l.qui in alterius,num.20.& 23.ff.de reg.iu.Cæph.in conſil.67.numero 9.Menoc.de retin.poſſeſ.remed.3.num.657.* Et poteſt forte nunc iuſtam habere cauſam recuſandi, quam non habebat prius,vel potuit nunc ex aliis moueri ad recuſandum,quæ tunc eum non mouiſſent.

Ex prædicta vero generali limitatione infertur,quod ſi filij,cum quibus ex forma teſtamenti vxor vel legatarius alimentorum habitare tenebatur,ad diuiſionem bonorum deueniant, & ſe-
18 orſum vnus ab alio habitet,tali caſu vxor † habitando cum vno conſequitur alimenta ab omnibus,perinde, ac ſi cum omnibus habitaſſet, quia per ipſos filios ſtat, qui actum habitandi reduxerunt per ſuam diuiſionem ad impoſſibilitatem. *ita concludit Cuman.in conſil.38.maritus.num.3.ver.& ad hoc me maxime mouet, Ruin.in conſ.80.col.2.conſil.81. col.3.vol.2.Duran.d.caut.56.num.3. Rol.in conſ.22.numero 15.vol.1.& in conſ.89.num.14.vol.3.Menoc. de arbitr.iudic.caſu 170.num.16. Cordub.in d.l.ſi à liberis.§.ſi quis ex his,nu.206.Sim.de Pretis d.dubitatio.11.num.113. vbi allegat etiam Ioſeph.Ludou.in deciſ.Peruſ.92.nu.19.*

Et hoc caſu poteſt prouideri, quod quilibet
19 hæredum alimenta † præſtet per tempora in domo propria, & hoc modo fit præſtationis diuiſio ſecundum Bar.*in l.ſolent,nu.12.ff.de alimen.& cibar. lega.* vbi mouetur per tex.*ibi in 2.reſponſo*, & per l. *cum conſtet, ff.de aqua quotid. & æſti.* ſequitur *Ruin.in conſ.81.num.4.& ſeq.volum.2.Cordub.d.§.ſi quis ex his, numero 206. & Ruin. allegat in ſimili dictum Ang.l.2.*
20 *§.ex his,ff.de verb.oblig.* vbi ſi duo † domini eiuſdem caſtri contẽdunt de iurisdictione, & in eius exercitio non poſſunt conuenire,fiet diuiſio per tempora.

Vel etiam hoc caſu compellitur alimentarius degere apud vnum ex hæredibus, & alter cogitur
21 contribuere pro alimentorum impenſa,† vt probatur *in d.l.ſolet,in princ.Ruin.d.conſ.81.nu.4.Cordub. d.num.156.* qui allegat Corne. qui tamen mihi hoc non dicit. Et ſubdit Ruin.loco præcitato, quod in caſu diuiſionis inter hæredes, & contributionis,vt hoc ſecundo loco dictum eſt, debebit alimentarius habitare potius cum illo hærede, qui remanſit in domo teſtatoris, quam cum alio,atque ibi recipere alimenta, quia hoc modo magis ſatisfit voluntati teſtatoris, quam habitãdi in alia domo.Et ſubdit Ruin.poſt Bar.*in d.l.ſolent,num.9.* quod non ſolum poteſt alimentarius officio iu-
22 dicis hoc petere,† ſed etiam hæredes,quia ſua intereſt vno potius in loco, quam alio præſtare alimenta.

Infertur ſecundo, quod legatarius recipit ali-
23 menta † extra domum,quando non habitat cum hærede propter odium vigens inter ſe,*l.ſi diſceptetur,ff.vbi pupil.educ.debe.Iac.de Are.* quem citat, & ſequitur Bald.*in auth.hoc locum, nu.3. C.ſi ſecun. nupſe. mulie.* vbi infert,quod nouerca non cogitur cum
24 priuigno † habitare,nec è contra propter odium inter ſe præſumptum,Bal.*in l.1.num.9.C.de leg.* vbi

dicit,

verbera. Est enim alenda extra domũ, Bar. & Ang. *in d. l. si disceptetur*, vbi loquuntur in nouerca. fortius dicit idem Bal. *in l. si ea. C. de cond. infer.* quod & si non probetur aliter odium inter nouercam, & priuignum, poterit quisq; ipsorum seorsum habitando recipere alimenta, etiam si testator reliquerit sub conditione, si nouerca † à priuigno
25 non diuerterit, quia odium inter eos semper præsumitur. Ideoque non est necessaria probatio. Sequitur Anch. *moder. familia. q. 1. lib. 2. nu. 27.* vbi addit, quod valet argumentum à communiter accidentibus, vel à † solitis. *vt per Marsil. sing. 1. Euerar. loco 56.* Solent enim nouercæ inimicari priuignis.
26 Rui. tamen *in cons. 34. num. 1. & seq. volum. 2.* vult, quod odium aliter probandum sit, nec ea præsumptio sufficiat, vt alimenta extra domum peti possint contra testatoris voluntatẽ. Et dicit, quod dictum Iac. de Are. minimè placuit Bar. & Bal. & quod Bal. *in d. l. si ea*, intelligit illud dictum, modo odium aliter probetur. Sed opinio est erronea, quia Bar. & Bal. cum opinione Iaco. transeunt, licet Bartol. dicat, eam ibi non probari, atque ita Bar. impugnat rationem, non dictum, & præsumptio odij, quod est consuetum, releuat † allegantem ab onere probandi. *l. fi. in princ. ff. quod met. cau. l. siue possidetis. C. de probatio. l. nuptura, in fin. ff. de iure dot. cum aliis apud Crau. in cons. 50. num. 7.*
27

Infertur tertio, quod si lis agitetur inter alimentarium, & illum, qui tenetur ad alimenta, tũc
28 legatarius ea † consequitur extra domum. Ita voluit per prædicta Ias. *in cons. 44. num. 3. ver. circa aliud quæsitum, volum. 2.* vbi dicit litem esse iustam causam recedendi à domo, *Rolan. in cons. 22. num. 12. vol. primo, Menoc. d. tracta. de arbitr. iudic. casu 170. num. 16. Iosep. Ludou. decis. Perus. 46. num. 10. Anchar. d. quæst. 1. num. 23. Simon de Pretis, d. dubit. 11. num. 113. ver. reputatur quoque Ludou. Molin. de primogen. Hispan. li. 2. cap. 15. num. 74.* & faciunt, quæ diximus de patre, & filio, & in præcedenti quæstione, circa finem. Nam si licet filio propter litem seorsum agenti à patre alimenta petere, multo magis licebit aliis.

Infertur quarto idem esse, quando legatarius
29 propter nimiam hæredis sæuitiam † non potest habitare in domo, quia tunc recipit alimenta extra domum, *Bar. d. cons. 211. num. 6. vol. 1. per l. qui concubinam, §. vxore, ff. de leg. 3. l. annua. in princip. & §. 1. ff. de annu. legat. Salic. idem tenet in l. 1. num. 40. C. de lega. Picus in d. §. Titia, num. 159. ver. tertio limita. vbi intelligat Bal. & Castr. qui tamen de sæuitia non loquuntur, Anchar. Moder. d. q. 1. num. 23. Menoch. d. casu 170. nu. 14.* Et idem est, quando hæredes haberent vxores ri-
30 xosas, † cum quibus legatarius non posset habitare cum pace animi, *vt voluit Castr. in cons. 167. col. 1. in fi. ver. si vero staret per mulierem, vol. 1. vbi alia subnectit quæsita, Bero. in cons. 52. num. 15. vol. 2. Picus d. §. Titia, num. 159. ver. tertio limita, dum loquitur de malis moribus hæredum, sicut etiam facit Menoc. d. casu 170. num. 14. Simon de Pretis, d. dubit. 11. num. 113. Anchar. d. quæst. 1. numero 23.*

Infertur sexto, quod si legatarius sit iuuenis, &
31 non potest honestè † habitare cum hæredibus sine periculo impudicitiæ, poterit extra domum consequi alimenta, *vt probatur argumento l. penul. ff. vbi pupil. educ. debe. per quam ita dixit Bartol. in l. Caio, §. Imperator, num. 2. ff. de alimen. & cibar. lega.* Et idem est, quando legata fuerunt alimenta alicui, qui
32 habet vxorem iuuenem, vel pulchram, † quia tũc non tenetur cohabitare, *Imo. & Castr. in l. si cum dotem. §. transgrediamur, ff. solu. matrim.* vbi dicunt hanc esse iustam causam recedendi à patre. Hæc etiam in legato alimentorum voluit Bal. *in l. 1. nu. 19. C. de lega.* vbi dicit, quod conditio morandi cum hæredibus eo casu est turpis, & tamquam turpis reiici-
33 tur, quia turpe † est habere malum nomen, & malam famam, *l. facta, §. si in danda, ff. ad Trebellia. sequitur Ias. ibi n. 3. Picus d. §. Titia. nu. 199. ver. quarto limita, vbi allegat Ang. Salic. & alios, Rol. in cons. 22. nu. 11. vol. 1. vbi allegat Alexan. Barbat. Anan. Bolognin. & alios, & in cons. 89. nu. 14. ver. sed præmissis, volum. 3. vbi allegat Castren. Bal. Nouel. Ruin. Nattam, Bero. & alios, qui poterunt ab eo videri, Menoc. in d. casu 170. nu. 12. Anch. Mod. d. quæstio. 1. nu. 24. & in filio ponit Bar. in l. quidam cum filium, num. 9. ff. de verb. obligat. vbi Ias. num. 9. qui ponit omnes alias causas supra recitatas, & id quod dictum est de sæuitia, & malis moribus, sequitur etiam Pinel. in l. 1. par. 1. num. 54. C. de bon. mater. Ascan. Clement. in tract. de patr. potesta. effec. 17. nu. 32.* Et quod vigente suspicione læsæ pudicitiæ possit legatarius alimenta consequi extra domum, voluit quoque Bertran. *in cons. 67. num. 2. vol. 7. vbi idem dicit stante hæredum sæuitia, Gram. consilio ciuili 33. num. 7.* Et ratio est, quia non dicitur possibile, quod honestè fieri non potest, vt dicunt prædicti Doctores.

Infertur septimò, stante legato cum onere habitandi cum filiis, quod si filij omnes moriantur,
34 legatarius consequitur † alimenta extra domum, quia per eam non stat, sed per casum fortuitum, vt probat textus *in l. 1. C. de lega. vbi notant omnes Doctores, Bart. in l. illis libertis, ff. de cond. & demõstr. Picus in d. §. Titia, nu. 199. ver. quinto limita, Castr. in cons. 167. col. 2. in princ. ver. si vero staret per mulierem, vol. 1. Dec. cons. 526. & cons. 601. vol. 4. Riminal. sen. in cons. 250. numero 8. Bertran. in cons. 67. num. 2. vol. 7. Durant. de arte testan. d. tit. 6. caut. 65. in fi. Simon d. dubitat. 11. num. 113. Menoc. d. casu 170. num. 17.* Est verum, quod Doctores disputant hoc casu, an extinguatur legatum, cum in dubio fauore, & ad commodum filiorum videatur factum, vt potest videri *in d. l. 1.* sed quia de hoc alibi latè tractauimus, an & quando
35 † alimenta censeantur relicta fauore filiorum, vel potius legatariæ, ideo non expedit hic repetere, sed videri poterunt Bar. *d. cons. 211. vol. 1. Alex. in cons. 100. volum. 1. Bero. consil. 185. num. 1. vol. 1. cons. 24. numero 14. vol. 2. Cordub. d. §. si quis ex his, num. 204. & Caualcan. de vsufruc. mulie. relic. num. 138.* & ex eis cognosci poterit, quando domus designatio videatur fauore hæredum facta.

Infertur octauo, quod erunt quoque extra domum præstanda, quando legatarius vult cũ vxo-
36 re † vel filiis habitare: non enim debet vxor à ma-
37 rito, vel pater † à filio separari, vt inquit textus *in l. possessionum, C. commun. vtriusque iud.* de quo textu gaudet in simili Bald. *in l. 1. §. videamus, C. de rei vxor. actio.* & per illum textum hoc voluit in pro-

posito, Ioan. And. *in conſ.11.num.54.col.2.vbi Bologn. in additio. ſequitur Rol. in d.conſ.22.num.13. Simon d.dubit.11.nu.113.vbi allegat. Crot. Bar. & Thobiam Nonium.* Sed hoc caſu forte hæredes poſſent occurrere patiendo, quod legatarius introducat in eandem domum vxorem, & filios, *vt dixi in præcedenti quæſtione, & facit quod voluit Caſtr. in d.conſ.167.col.fi.ver. quid enim ſi cauſa erat.*

Infertur nono, quod ſi hæredes ex mera voluntate, nulla verò adducti neceſſitate vellẽt mutare domum, atque aliam inhabitare, poteſt legatarius alimenta † petere extra domum, ſecus ſi id 38 ex neceſſitate faciat hæres, *argumento tex. in l.quod ſi quis domum, in 1.reſpon.ff.loca.per quem ita tenet Specu.in tit.qui fil.ſint legit.§.1.num.36.* Et ratio eſt, quia non debet hæres pro ſuæ voluntatis arbitrio domum mutare, & teſtator videtur ſenſiſſe de domo, quam tunc hæres habebat, non de alia, quia 39 verba non debent includere futura, † ſed præſentia, *l.ſi ita, ff.de aur. & argen. lega.l.fin.§.1.ff.de leg.3. Bal.in conſ.284.num.1.volum.2. Capra in conſ.45.num.12. Corne.conſ.14.colum.2. volum.1. Rom.ſing.503. Socin.iun.in conſ.99.per totum, volum.3. Dec.in c.quoniam Abbas, num.16.de off.de leg. Manti.de coniectu. vlt. volũt. lib.3.num.11. Caualcan.in tracta.de vſufruct.mulie. relic. num.85. & ad hoc infinitos allegat Menoc. in conſ.97.numero 70. & ſeq.* & quælibet diſpoſitio intelligitur 40 rebus † ſic ſtantibus, *l.quod Seruius, vbi Iaſ.numero 8. ff.de cond.cau.da. Tiraq.in præfatio.l. ſi vmquam, numero 166. C.de reuoc.donat. Boer. deciſ.204.nu.25. Crau.in conſ.95.num.4.* Ideo in teſtatore, qui loquutus eſt de domo hæredis, intellexiſſe præſumitur de ea, quam tunc inhabitabat, non de alia. Quod vero licita ſit domus mutatio, quando ſit ſine damno legatarij, vel ex neceſſitate, probatur, quia ignoſcendum eſt ei qui actum facit ex † neceſſitate, *vt* 41 *multa cumulat Tiraq.de pæn. temper. cau. 23.per totam, Menoc.conſ.31.nu.9. & ſeq.cum ſimilibus*, & facile concedẽdum eſt quod mihi non nocet, & alteri prodeſt, vt ſunt vulgata iura.

Et qua ratione hæres non poteſt in præiudicium legatarij mutare domum, ea ipſa, legatarius, cui alimenta in ſua domo relicta ſunt, non poteſt alio transferre habitationem in pręiudicium 42 † hæredis, ſi ibi præſtanda alimenta hæres maius ſentiat incommodum, quam in priore domo, vt probatur ex tex. *in l.cum hi, §.cauſa, ff.de tranſactio. ibi, aut ſi domicilium deſtinet transferre alter eorũ, quem ad hoc ponderat Menoc.d.caſu 170. num.18.* Videmus itaq; poſſe alimenta peti extra domum, quando non ſtat per legatarium, quominus ea percipiat in domo, id quod procedit ſiue culpa hęredis, ſiue tertij intercedat, & ſiue id proueniat ex caſu contingente in perſona hęredis, ſiue in perſona legatarij, quomodocunq; autem ſuperueniat impe- 43 dimentum, ſemper † legatarius excuſatur, *vt latè probat Simon de Pret.dicta dubitatio.11.nu.113.*

Et quæ ſit iuſta cauſa petendi extra domum, 44 committitur † arbitrio iudicis, qui, *vt inquit Caſtr. in conſilio 415.colum.fin. vol.2.* examinabit inſpecta perſonarum qualitate, an ſubſit veriſimiliter turpitudinis ſuſpicio, vel hæredis ſæuitia, vel alia ex prænarratis cauſis, *ſequitur Menoc.d.caſ.170.n.15.* Sed Caſtr. in loco à Menoc. allegato id non dicit, ſed bene id aſſeuerat *in d.170.col.fi.ver. & iſta pars, col.1.* vbi ait eſſe in diſcretione & cognitione iudicis, quę ſit iuſta cauſa diſcedẽdi à domo. Mouetur per tex. cũ ibi notat. per Bar. *in l.ſi cum dot. §.ſi eo temp. ff. ſoluto matrim. Simon de Pretis, d.num.113. circa fin.* vbi allegat etiam textum *in l.1. in fi. ff. ex quib. cau. maior.*

Quando autem legatarius, cui alimenta in domo hæredis relicta ſunt, petit illa extra domum ſub prętextu, quod ex iuſta aliqua cauſa non poſ- 45 ſit habitare cum hærede, tenetur † eam probare, *ita Anchar. in conſ.254. ſuper primo quæſito, numer.1. &* 46 *ſeq.* quia fundans ſe in negatiua † tenetur illam probare, *l.in illa. vbi Bartol. ff.de verb.oblig.* Item origo debiti extra domum, conſiſtit in impotentia habitandi, ergo probari debet euentus conditio- 47 nis, † propter quam oritur actio, *l.1.§.item ſi ita, ff. ad leg. Falcid.* Et monet legatarium, quod veniat ad iudicium inſtructus, quia ſi obiiciat culpam hæ- 48 redi, ea † difficile probatur, *Caſtr. in d.conſ.197. vol.1. Alex. in conſ.178.num.5. in fi. vol.6. Iaſ. in d.l. diuortio, in princ. num.25. ff. ſolu. matr. & in l.1.num.4. C. de lega. Picus in d.§. Titia, num.159. ver. vnum nota, Ruin. in conſ.34.n.2. in 2.vol.* vbi qui dicit, non poſſe habitare cũ hærede, vel per ſe non ſtare, tenetur hoc probare, quia in dubio non præſumitur, quod ex iuſta cauſa receſſerit. latè examinat Alex. *in conſ.100. numero 1. & ſeq.vol.1.* vbi vult tria eſſe probanda, primo quod cauſa recedendi ſubeſſet, ſecũdo quod eſſet iuſta, tertio quod durauerit toto illo tempore, quo legatarius à domo hæredis abfuit. Et dicit Bero. *in conſ.185.num.2.vol.1.* id eſſe probandum plenè, & concludenter, *Duran. de arte teſtan. tit.6. caut.56.num.1.* vbi allegat Dec. qui mihi hoc non dicit, *Burſat. in conſ.63.col.3.vol.2. Natta conſ.379. numero 10. Felin. in c.ſuper his, num.19. ver. ex hoc infertur, de accuſatio.* Et hanc partem ſequutus eſt Rol. *in conſ.22.num.18.vol.1. Menoc. in d.tracta. de arbitr. iudic. caſu 170.num.13. Gabriel comm. opin.lib.1. tit. de probationib. concluſ.6.num.33. Simon d.dubit.11. num.114. D. Becius ad Iaſ. in conſ.44.num.4.vol.1. & præter eos Grat. in conſ.69.num.11.vol.2. & conſ.87. num.9. eod. vol. Lupus in c.per veſtras, in 3.not ab. in princip. num.7. de donatio. inter virũ, & vxorem, folio mihi 135. Bertran. in conſilio 17.num.6. vol.2. Picus in d.§. Titia, nu.163. ver. ſeptimo dubitatur, vbi quod non præſumitur cauſa niſi porbetur, Cordub. in d.l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, nu.187. ff.de liber. agnoſcen. vbi dicit eſſe notandum.* Picus autem & Bertran. in locis ſupra adductis ponunt quid iuris ſit, non ſolum, quando teſtator legat, cum onere habitandi, ſed etiam, quando legat caſu, quo non poſſit habitare. Et prædictorum ratio eſt, quia omnis cauſa iuſta conſiſtit, vel ſuper facto tertij, vel ſuper caſu, vel ſuper culpa hæredis. Si agat legatarius de facto tertij, tenetur 49 probare: quia facta † non præſumuntur, *l.in bello, §.factæ, ff.de captiu. & poſtlim.reuer.* ſi de caſu, alle- 50 gans † illum tenetur probare. *l.ſi creditor, C. de pignorat.actio. Dec.in conſ.552. num.7.* ſi de culpa, cer- 51 tum eſt quod illa † non præſumitur, *vt l. quoties. §.qui dolo, ff.de probatio. Bartol.in l.ſi quis ex argentariis.*

riis, §. pen. in fi. ff. de eden. & allegans culpam tenetur probare, *Socin. in conſ. 149. col. 2. vol. 1. Ruin. Bertran. & alij citati a Domino Becio, in conſ. 37. num. 11.* Et in vniuerſo clarum eſt quod legatarius qui dicit nõ potuiſſe morari in hæredis domo ex vna cauſarum prædictarum allegat impedimentum: at impedi-
52 mẽtum allegans † tenetur probare, *l. qui comeatus, vbi Bart. ff. de re milit. l. 2. § quod diximus, vbi Bart. Bald. Ang. & Iaſ. ff. ſi quis caution. Natta in conſil. 258. num. 6. Vantius in tit. de nullit. ex defec. iuriſdict. ordin. num. 166. in fi. Menoch. in tracta. de arbitr. iudic. caſu 118. num. 7. & caſu 153. num. 15. D. Becius, conſ. 104. num. 3. & ſeq.* & vbicunq; aliquid eſt permiſſum ex cauſa, ſine qua alioquin eſt prohibitum, tunc cauſa eſt probanda, ideo quando cauſa iuſta excuſat à relicto, vel à dolo, eſt probanda, imò probandum eſt quoq;
53 † quod motus quis fuerit ex ea cauſa, *Aret. in conſ. 80. num. 2. Alexan. in conſ. 103. num. 13. vol. Dec. in conſilio 452. num. 11.* & quando datur appellatio ſolum ex
54 cauſa, tunc † cauſa eſt probanda, *Innoc. in c. in noſtra, num. 5. & 6. de procurato. Ang. in l. quoniam, numer. 3. C. de appellatio. Imo. in c. bonæ. num. 15. vbi Dec. num. 27. de appellatio.* Et eſt generaliter verum, quod cauſa
55 probari debet, quando † aliquid permittitur ſolum ex cauſa, *§. eandem. vbi Aret. num. 1. Inſtit. ex quib. cauſ. manum. non lic. Dec. in l. 1. num. 7. C. de eden. Cæphal. in conſ. 65. in fi.* Ita ergo in propoſito ſi non licet alimenta petere extra domum, niſi ſubſiſtente iuſta cauſa, legatarius, qui cauſam illam allegat, tenetur probare, & vbicunque à regula iuris recedi-
56 tur ex cauſa, ea eſt exprimenda † & probanda, *Alexan. in l. properandum, §. illud proculdubio, vbi Iacob. de Sancto Georgio, C. de iudic. Felin. in c. 1. num. 7. de re iudic. Dec. in capitulo, conſuluit, num. 4. de appellatio. Crot. in l. filius familias, §. diui, num. 105. ff. de leg. 1. Tiraquel. in tract. de pœnis temper. in præfatio. nu. 54. & ſeq.* Et hoc
57 caſu non ſufficiunt teſtes ſingulares † nec per eos probatur iuſta cauſa, *vt concludit Alexand. in conſilio 100. ferè per totum, vol. 1.* Sed de hoc vide Simon. *d dubitatio. 11. num. 114.* vbi tenet quod & per teſtes ſingulares, & per famam probetur diſcordia, & rixa.

Secundo principaliter limitatur concluſio noſtra, vt non habeat locum, quando legatum eſt factum alternatiuè, ſi cum hærede noluerit, vel non potuerit habitare, quia tunc ſufficit, quod lega-
58 tarius nolit. Collatum eſt enim † onus habitandi in legatarij voluntatem, & ab ea dependet, ideo cum non vult habitare, conſequitur legatum, *Socin. in conſilio vigeſimo ſecundo, colum. 1. vol. 3.* Sufficit
59 enim ex duabus † alternatiuis alteram eſſe veram, *l. ſi quis ita, in fi. vbi Alexan. & alij. ff. de verb. oblig. gl. & Cardin. in clem. 1. in ver. quem etiam de conceſſio. præben. Bal. in l. ea lege, colum. vlt. ver. vltimo quæritur, C. de condictio. ob cauſ. & in c. cum inter, de reſcript.* & vbicunq;
60 obligatio eſt alternatiua, † licet vtrumque ſit in obligatione, *l. ſi duo, vbi Bart. ff. de verbor. oblig.* tamen
61 non poteſt alterum peti, † *Specu. in tit. de conceptio. libel. ver. & nota.* Cum ergo eodem modo alimenta relinquuntur, ſufficit, quod legatarius non velit cum hærede habitare, licet poſſit, quia eo ipſo quod non vult, eſt impleta conditio relicti, *hanc etiam opinionem tenuit Caſt. in d. conſ. 167. col. 1. in fi. vol. 1. Durant. d. tit. 6. caut. 56. num. 3.*

Imò fortius dicit Caſtr. loco prædicto, quod ſi relictum alimentorum factum ſit ſub condi-
62 tione, *ſi non habitauerit cum filius*, tunc † legatarius illud conſequitur, ſi nolit cum illis habitare, etiam ſi potuerit, quia illa conditio intelligitur, ſi non voluerit, vel non potuerit. Facit quod dici-
63 mus de conditione, *ſi talis hæres non erit*, quæ † intelligitur ſiue non potuerit, ſiue non voluerit, *vt Inſtit. de vulg. ſubſtitutio. in fi.*

Eodem modo Natta *in conſ. 387. in fin. poſt Corn. in conſilio 387. col. pen. vol. 1.* vult, quod legatarius ſub conditione, *ſi non poſſet ſtare cum hærede*, poſſit petere alimenta extra domum, ſi non vult habitare cum eo, licet id facere poſſit commodè, quia potentia habitandi collata eſt in fauorem legatarij.
64 Sed hoc eſt falſum, & repugnat † illis quæ ſupra diximus ex communi Doctorum opinione, & diſpoſitio concepta in vnum caſum non extendi-
65 tur ad alium, vt de ſubſtitutione † probat tex. *in l. ex facto, §. item quæro, vbi Bar. ff. de vulga. & pupil. l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum. l. ſi cum dotem, in principio, ff. ſoluto matrimonio.* Et faciunt generales regulę, quod datum ſub vna conditione cenſetur ademptum ſub contraria, & conditio impleri debet in forma ſpecifica, cum ſimilibus.

Tertio principaliter limita concluſionem noſtram, quia, & ſi legatarius non poſſit alimenta petere extra domũ nulla ſubſiſtente cauſa, quando teſtator ea reliquit præſtanda in domo, tamen
66 hæres ipſe bene poteſt ea præſtare † extra domum multo legatario, *vt bene concludit Caſtr. in d. conſ. 167. colum. ſecunda, ver. nec ob. l. 1. ff. de penult. leg. vol. primo*, quia adiectio domus eſt appoſita fauore hæredis, proinde poteſt hæres illi renunciare, *allegat nota. in l. Caio, §. Imperator, ff. de alimen. & cibaria legat. Cordub. qui tamen de Caſtr. non meminit in d. l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his. numero 204.* per generalem regulam, quod poteſt quilibet renunciare fauori ſuo, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. & reprehendit Angel. Are. qui contrarium tenuit.* Tota autem hæc controuerſia dependet ab eo articulo, an domus deſignatio concernat ſolius hæredis fauorem, an vero etiam ipſius legatarij, pro quo videndi erunt Doctores, quos citaui ſupra hac eadem quæſtio.

Quarto principaliter limita non procedere, quando ageretur non de primo hærede, ſed de
67 ſecundo, nam & ſi hæres † hæredis fit etiam hæres teſtatoris, *l. fin. ff. hæred. inſtituen.* & appellatione hę-
68 redis veniunt omnes † in infinitum, *l. hæredis appellatio. & l. ſciendum, ff. de verborum ſignific.* tamen, quando teſtator relinquit alimenta in domo hæredis non tenetur legatarius habitare cum hære-
69 rede † hæredis, vel cum ſecundo hærede. Ita determinat Bertran. *in conſilio 67. numero quarto. vol. 7.* quia vbi teſtator meminit de ſuo hærede, non venit hæres hæredis, ſed primus ſolummodo, li-
70 cet aliud ſit, quando loquitur de hærede † tertij, *vt probat tex. in l. qui liberis, §. hæc verba. ff. de vulg. & pupil. vbi id notant Bartol. Ang. Caſtr. Alex. & Iaſ.* Et id eſt indubitatum, ſecundum Bertran. loco prædicto,

quando testator loquitur de heredibus infrascriptis. Tunc enim restringitur ad nominatos, & ad eos, qui corporalibus oculis legi possunt in testamento.

An vero legatum alimentorum, quod semel defecit ob conditionem habitandi non seruatã,
71 reintegretur si legatarius incipiat † habitare, dixi inter priuileg. alimento. *in quæstio. quando conditio mixta deficiẽs per casum faciat deficere legatum, post Dec. in cons. 620. per totum.*

SVMMARIVM.

1 *Hæres alimenta præstat in loco sui domicilij, non vbi alimentarius degit.*
2 *Debitor non tenetur debitum ferre ad domum creditoris, qui sit diuersi domicilij.*
3 *Debitor soluit in domicilio creditoris, quando constat de tacita testatoris voluntate.*
4 *Filius patri bannito dat alimenta in loco, vbi ille degit.*
5 *Filius tenetur patri soluere alimenta semper in domicilio patris.*
6 *Debitor qui reuerentiam debet creditori, tenetur debitum deferre ad domum debitoru diuersi domicilij.*
7 *Debitor tenetur debitum ferre ad domum creditoris, qui eiusdem sit fori.*
8 *Hæres debitor alimentorum soluit vecturam in deferendis rebus in alimenta necessariis, nisi creditor sit vilis.*
9 *Vecturæ rationem habere debet iudex, quando taxat alimenta.*
10 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
11 *Vectura soluitur ab hærede, quando alias minuerentur alimenta.*
12 *Vsufructuarius tenetur ad collectas.*
13 *Vsufructuarius non soluit collectas, quando illæ absorberent vsumfructum.*
14 *Debitor tenetur debitum ferre ad domum creditoris, quando alias debitum esset inutile.*
15 *Gabella pro rebus, quæ dantur ad alimenta soluitur à debitore.*
16 *Periculum rei pertinet ad dominum, & debitorem ante solutionem.*
17 *Debitor generis non liberatur re perempta.*
18 *Debitor generis liberatur re perempta, quando genus debetur tamquam species.*
19 *Debitor quantitatis respectu speciei, iudicatur debitor speciei.*
20 *Alimenta debita ex fructibus certi fundi eatenus debentur, quatenus se extendunt fructus.*
21 *Debitor, qui cepit vno in loco, cogitur in futurum soluere eodem in loco.*
22 *Hæres, qui vno in loco soluit vnum legatum, cogitur reliqua eo ipso in loco soluere, vide tamen numero 35.*
23 *Consuetudo attenditur, quando agimus de loco vbi soluendum est.*
24 *Consuetudo declarat contractum.*
25 *Hæres videtur quasi contrahere cum legatariis.*
26 *Solitum inducitur per vnum actum.*
27 *Voluntas tacita quæ ex actu colligitur, non extenditur vltra quàm ex actu de necessitate infertur.*
28 *Soluens partem debiti, non cogitur alteram partem soluere.*
29 *Immunis soluens semel, non sibi præiudicat, vt teneatur in futurum soluere.*
30 *Successor beneficij recipiendo pensionem vnius anni non censetur ratificare locationem sequentium annorum.*
31 *Ferias qui vno in actu non seruat, non sibi præiudicat in reliquis.*
32 *Consentiens in vno actu iudicij, non censetur consentire in reliquis.*
33 *Ius singulare facilius tollitur, quam ius commune.*
34 *L. si fideicommissum, §. fin. ff. de iudic. quomodo procedat.*
35 *Angel. in l. 1. C. de fideicommiss. reprobatur à Iasone.*
36 *Hæres cogitur alimenta deferre ad locum legatarij, quando propter ipsius dolum, & potentiam legatarius non potest illum accedere.*
37 *Voluntas testatoris facit totum.*
38 *Voluntas testatoris æquiparatur legi.*
39 *Voluntas colligitur ex personarum conditione.*
40 *Legatum alimentorum factum scholari præstari debet in loco studij.*

QVÆSTIO XVI.



Atis explanauimus supra, quando alimentarius teneatur habitare cũ hærede, vel hæres teneatur extra domum alimenta præstare: nunc videndum est, quo in loco præstari debeant res ad alimenta necessarię, quando hęres, & alimentarius diuersa habent domicilia. Et quo ad domicilium conueniunt omnes, quod
1 hæres † debit in loco, vbi habet domicilium, non autem vbi degit alimentarius, nisi aliud appareat de voluntate testatoris, *l. sed & si susceperit. ff. de iudic. l. Titia, Seio, in princ. ff. de lega. 1. l. 3. ff. de alimen. & cibar. lega.* Et per ea iura ita concludit Bart. *in l. 1. num. 4. ff. de alimen. & cibar. lega. & in l. solent, num. 4. ff. eo. tit.* vbi ait, quod alimenta non debent præstari in loco, vbi degit alimentarius, *ponit gl. in l. cum hi, §. vult igitur, vbi Ang. & Fulgos. notant, ff. de transac. Pract. Papien. in for. libel. quo agit pro re sing. §. 1. num. 70.* qui omnes loquuntur, quando à testatore locus non est specialiter designatus, *Duen. in regu. 161. in princ. Simon de interpretat. vlt. volunt. lib. 4. dubit. 11. nu. 104.* & hoc procedit secundum regulam, quod vbi creditor, & debitor sunt diuersi domicilij, debi-
2 tor † non tenetur debitum portare ad domum creditoris, sed sat est, si paratus sit soluere in suo domicilio, quando in obligatione locus non est expressus, vt probat tex. *in l. item illa verba, in princ. ff. de constit. pecun. vbi gl. in ver. non venit, Bart. & Doctores omnes, ita quoque regulam constituit Alber. in l. 2. nu. 22. C. de iu. emphiteu. Bald. in l. acceptam, num. 22. C. de vsur. Ang. in l. spatium. num. 3. ff. de eden. Bart. in l. cum filius. §. si promissor, num. 2. ff. de verb. oblig. vbi idem tenent Ang. Castr. Alex. Ias. & alij Rom. in l. de die, §. qui mulierem,*

rem, nu. 14. ff qui satisd. cogant. Abb. in c. significante, nu. 9. de pignorib. & in c. licet, il 1. nu. 13. de simo. Ias. d. l. 2. nu. 92. C. de iure emphit. Rol. in cons. 87. num. 14. & seq. vol. 1. Cum igitur hæres & legatarius sint diuersi fori, cogitur legatarius recipere alimenta in foro hæredis, si non est aliter prouisum à testatore, vel conuentum inter partes, & sufficit contrarium
3 apparere ex tacita† testatoris voluntate, *l. fidecommissum, in princ. & d. l. sed & si susceperit, §. libertis, ff. de iudic. l. cum res, in princ. ff. de leg. 1. Simon d. num. 104.* Sed ante eum idem voluit Ang. *in d. l. cum hi, §. vult igitur, ver. & prædicta intellige, ff. de transac.* dicens, quod vbi ex coniecturis apparet, vbi testator voluerit alimenta præstari, erit voluntas illius seruanda.

Limitatur etiam, vt non procedat in filio, qui patrem tenetur alere, nam licèt ille propter exilium non possit esse in eadem prouincia cum fi-
4 lio, tenetur tamen † filius mittere alimenta ad locum, vbi pater habitat, *§. si vero contigerit, in Authen. de incest. nupt. collat. 2. & ibi not at gl. in ver. alia necessaria.* Et fuit hæc quæstio Forliuij, vt refert ibi Nicol. de Neapo. id quod oritur forte ex obligationis natura, qua filius obstringitur.

Sed applicatur limitatio, vt procedat etiam in patre non bannito, quia nihilominus ei tenetur filius extra patriam degenti alimenta præstare
5 † vbi habitat, quemadmodum per tex. *in d. §. si vero contigerit, concludit Bart. in tracta. de alimen. num. 25.* vbi dicit rationem illius textus nõ esse patris deportationem, quia etiam deportatus potest mittere nuntium ad domũ filij, vt ibi capiat alimẽta. Allegat Din. *in l. item illa, ff. de constit. pecun.* Et quãuis Bart. non declarat, dico huius dicti rationem esse, quia filius tenetur patri reuerentiam, & obsequium exhibere, vt dictum est sæpe in hoc tractatu. Quando vero creditor talis est, cui reue-
6 rentia est debita, tunc † debitor etiam diuersi fori tenetur debitum deferre ad domum creditoris, *vt voluit Bald. in l. si. num. 8. C. de condit. insert. per tex. in l. sed & si susceperit, §. libertis, ff. de iudic.* ponit exemplum in vasallo, qui cum vult fidelitatem renouare, tenetur dominum adire extra prouinciam, facit quod ait Bart. *in d. l. item illa, numer. 13. ver. quod semper intelligo, ff. de consti. pecun.* vbi postquam dicit creditorem debere adire debitorem, declaratur non procedere, quando inspecta personarum cõditione æquitas aliud suggeret: ideo infert Im. *in c. significante, col. fi. ver. quid erit si debitor, de pignorib.* quod debitor humilis conditionis habitans in ciuitate, tenetur debitum deferre ad creditorem militem vel Doctorem ruri agentem, facit *l. ad egregias, ff. de iureiur. & latè prosequitur Natta, in consil. 513. num. 4.* vbi loquitur de subsidio agente cum principe, Duen. *in regu. 161. limit. 22.* vbi ponit de vasallo, & aliis. Quantum autem reuerentiæ, & obsequij filius debeat patri, nemo est qui nesciat, propterea quamtumuis sit diuersi fori filius, cogitur ad eum deferre alimenta.

Cum vero hæres, & alimentarius eiusdem sunt fori, & in delatione non cadit impensa, tunc hæres tenetur alimenta portare ad domum alimentarij, quia sic se habet regula, quod vbi debitor, &
7 creditor sunt eiusdem † fori, tunc debitor ire debet ad domum creditoris, *d. l. itẽ illa, vbi Bar. & Doctores, Imo. & Abb. in l. significante, de pigno. Ias. cons. 216. col. pen. vol. 2. addo Bald. in l. accepram, C. de vsur. in l. fin. nu. 7. C. de conditio. insert. Petr. de Vbal. in tracta. de duob. fratr. quæstio. 14. num. 15. Crot. in cons. 114. num. 14. Bero. in cons. 126. num. 20. cons. 151. num. 15. vol. 1. Paris de Puteo, de feud. reintegra. c. 33. per totum, Duen. in reg. 161. limit. 1.* Et quando alimenta, si eiusdem sint fori, & in deferendo non cadat impensa, teneatur debitor præstare alimenta in domo alimentarij, tenet Bart. *in d. l. 1. num. 4. ver. secundo potest intelligi, Ang. in d. l. cum hi, §. vult igitur. ver. in gl. quæ incipit. Pract. Pap. d. §. 1. num. 71. Simon d. dubit. 11. num. 104. Pau. de Citadin. in tracta. de iure patron. in 6. par. artic. 4. c. fi. numero 170. Cas. Lambertinus in eo. tracta. lib. 3. articu. 10. quæst. 3. Brun. in tracta. de reb. dub. in quæst. incipien. nunc dicamus de dub. dispu. loci, numero 7. limit. 11. Duen. reg. 161. limit. 16.* Qui omnes concludunt, quod si in deferendo exigitur impensa, tunc si alimentarius sit
8 vilis persona, † cui non sit turpe humeris propriis portare, non præstabit hæres vecturam, alias hæres illam præstabit. Et licet Bart. *in d. l. 1.* nihil dicat de nobili, vel ignobili, sed indistinctè velit quod hæres non teneatur ad impensam vecturæ, tamen alij concludunt contrarium, & illos sequitur Lancello. Gallia. *in consuetu. Alexand. in ver. solidos, q. 6. num. 113.* & hanc partem indistinctè tenet Bal. *in cons. 224. colum. 1. ver. prima fauore, & col. 2. ver. quinta quia si specialia, vol. 3.*

Et hæc opinio, quod impensa sustineatur ab hærede, procedit sine dubio, quando alimentorum quantitas non est taxata, quia iudex in taxandis alimentis rationem habebit eius, quod
9 pro † vectura impendi necesse est, vt declarat Simon, *d. num. 106.* qui aliam partem sustinet in alimentis taxatis, quia cum testator nihil de vectura loquatur, videtur voluisse quod præstentur, vbi de iure præstanda sunt, *vt per Angel. in l. fidecommissum, in princ. ff. de iudic.* Et facit hoc casu alia ratio, quia vbi extat taxatio, per eam receditur à prouiso-
10 ne iuris communis, quia prouisio † hominis facit cessare prouisionem legis, *l. fi. C. de pact. conuent. l. habet. §. cum quis, ff. de precar. gl. & Doctores in l. 2. C. de iu. emphyteu.*

Cessat etiam in ea opinione omnis dubitatio, quando impensa diminueret legatum alimento-
11 rum, & illud redderet inutile, quia tunc † hæres illam soluit, vt alimentarius integra consequatur alimenta, *secundum Bald. in d. consilio 224. colum. prima, volum. tertio, Imo. in l. cum filius familias, §. fin. ff. de verborum oblig. & in capitulo, indicante, numero decimo nono, de testamen.* Et inquit glos. *in d. l. sed & si susceperit, §. libertis, ff. de iudic.* quod alimentorum legatum præstandum est in loco, vbi est legatarius, ne dum sit vectura, alimentarius pereat, *sequitur Bar. ibi, numero secundo, & comprobat Simon d. dubitatio. vndecima, num. 106.* Et multa conceduntur, ne dispositio sit inutilis, quæ alias non concederentur.
12 Ideo videmus, quod & si vsufructuarius † teneatur ad collectas, *l. quæro, vbi Bar. not at. ff. de vsufruc. lega. Bart. in l. his verbis. §. idem testator, ff. de leg. 3. Socin.*

in conſ.243.colum.1. Bello. in conſ.12.num.7. Caphal.in conſ.290.num.4. tamen hoc fallit, quando ſoluendo collectas vſusfructus remaneret inutilis, quia
13 tunc proprietarius † eas ſoluit, *gl.in l. concubinam, §.qui hortos, ff.de lega.3. & de illa gl. exclamauit Din.& Bart.in d.§.idem teſtator, Roman.in ſing.157.vbi dicit illam gloſ. eſſe vnicam in mundo, & ſe de facto obtinuiſſe in Ciuitate Florentia in ardua quæſtione, & idem voluit Roman.in conſ.230.num.2. & ſequenti, Petraſan.in ſing. 37. Alex. Aret.& Iaſ.in l.quod ſeruus, ff.de leg.1. Afflict. in cap. Imperialem, in §. præterea ducatus, num.57.de prohib.feud.alien. per Feder. Parpa.in l.placet, num.50.C.de ſacroſ.eccleſ. Natta in conſ.415.numer.1.& 2. Pinel.in l.1. & 2.num.72.ver.limitatur ſeptimo, C.de bon.mater. Feſtaſ.in tract.de collect.par.2.cap.4.num.28. Caualcan.de vſufruct.mulie.relic.num.162.* Et magis ad propoſitum facit, quia & ſi debitor non teneatur portare debitum ad domum creditoris, tamen fallit, quãdo debitum eſſet ita modicũ, quod plus incommodi, quam vtilitatis afferret, ſi debitum cogere-
14 tur creditor † accipere in domo debitoris, *Bald. in l.acceptam, num.23.C.de vſur. Iaſ.in l.2.nu.92. C.de iu. emph.Duen. regu.161.in 2. limitatio.*

Et quod dictum eſt de impenſa vecturæ, locum
15 habet quoque in impenſa gabellæ, † quia pro rebus quæ dantur in alimenta tenetur debitor illam ſoluere, *vt concludit Bart. in d.l.1.num.5.*

Et quando alimenta debentur egeno, nulla poſtulat ratio quod ipſe ſoluat impenſam vecturæ, quia eo modo minueretur alimentorum præſtatio, & tanto minus caperet, *vt inquit Lancel. in d. q.6.num.113.*

Aduerte etiam, quia ſi pecunia, quæ defertur ad alimentarium caſu aliquo periret, non tamen
16 ideo debitor eſſet liberatus, quia † ante ſolutionem periculum pertinet ad debitorem, *l. incendium, C.ſi cert.pet.at. Angel.in d. l.cum hi, §. vult igitur.* Et licet loquatur in ſola pecunia, idem tamen eſt in aliis rebus, quia debitor generis non liberatur
17 re perempta: † genus enim perire non poteſt, *l. in ratione, §.incertæ, ff. ad leg.Falcid.* Limitat tamen Angel. quando genus deberetur tamquam ſpe-
18 cies, † quia ſpecie perempta debitor liberatur, *l.ſi ex legati.C.de verbo.obligat.* Et ponit exemplum, quando alimenta deberent præſtari expenſione vnius domus vel maſſaritij. Ea enim pecunia deperdita debitor non tenetur vlterius. Et quod dicit de pecunia, obtinet etiam in frumento, vino, & aliis ſpeciebus in genere debitis, tamquam tamen ſpeciebus, vt ſi alimenta deſtinauit teſtator frumentum, vinũ, & alios fructus vnius maſſaritij, vt retroactis annis in teſtamento contigit auunculi mei magni. Sed Angel. loco prædicto non probat aſſumptum, quod vbi genus debetur tamquã ſpecies, debitor non liberetur re perempta, ſed probat ſolum, quod liberatur ſpecie perempta. Sed dic quod vt per interitum rei libe-
19 retur debitor, idẽ iudicamus de † debitore quantitatis reſpectu certæ ſpeciei, quod dicimus de debitore ſpeciei, *l. electio, §. ſi is quem, ff.de noxal.l. quæſitum, ff.de pact.l. quidam, §.ſi tibi, ff.de leg.1, l.Titia textores, §.ſi.ff.eod.tit.l. in naue Saupheli, ff.loca. ita tenent Bar. & alij, in l.quod te, ff.ſi cer.pet. & hanc dicit eſſe magis communem opinionem Iaſ. in l.prima, num.83. C.de iure emphiteu. Natta in conſ.182.num.4.* Hinc eſt quod ſi alimenta relinquantur, ex fructibus certi
20 fundi, eatenus debentur quatenus † ſe extendunt fructus ex eo fundo percepti, *argumẽto l. maritum, §.1.ff.ad leg. Falci. l. liberto, §. à liberto, ff.de annu. legat. Caſtren. in l. Imperator, num.8.ff. ad Trebellia. Emilia. in conſilio 146. numer.14. dicam ſuo loco.* Firma ergo eſt concluſio quod re perempta liberatur debitor, ſi genus debetur habito reſpectu ad certam ſpeciẽ.

Quod ſi hæres, vel debitor vno in loco cæpit
21 alimenta præſtare, cogitur exinde † eodem in loco perſeuerare in ſolutione, vt probat text. *in l.ſi fideicommiſſum, §.fi.ff.de iud. gl. magna in l. quid legatur, poſt medium, ff.eod.* vbi dicit, quod qui cæpit vno in loco ſoluere, ibi debet conueniri. *Et hoc etiam voluit Iaſ.in l.2.num.9.C.de fideicom. Duen.d.reg 160. in 4. limitatio. Simon d.dubit.11.num.170.* Imo fortius voluit Ang. *in l.1.num.5. C. fideicom.* quod ea præſtatio operetur etiam in fauorem aliorum legatorum, quæ ſunt ſeparata, vt ſi vinum legatum ſol-
22 uit hæres † vno in loco, cogatur eodem in loco alia ſoluere. De eius tamen dicti veritate nolo nunc tractare, ſed redeundo ad noſtram declarationem dico, non eſſe mirum, quia ſemper atten-
23 ditur conſuetudo, † quando quærimus, quo in loco debitor teneatur ſoluere, *ſecundum gl. in l.item illa, vbi Bart.ff.de ver.obl. Bart. in l.ſuo victu, num.1.ff.de ope.libe. Duen.loco.prædicto, num.9.* Facit etiam, quia ſicuti contrahentis conſuetudo attenditur & de-
24 clarat † contractum, *l.vniuerſorum, ff.de pignor.actio. l.qui ſemiſſes, ff.de vſur. l.hæredes palam, §.ſi quid poſt, in fi.ff.de teſtam. l.ſi ſeruus plurium, §.fi.ff.de legat.1.* ita attendi debet cõſuetudo hæredis, qui videtur quaſi
25 contrahere † cum legatariis, *l. qui cum alio, ff. de reg. iur. l. hæres, Inſtitu. de obligat. quæ ex quaſi contrac. naſcun. l.ex maleficio, §.hæres, ff.de actio. & obli.* & in pro-
26 poſito inducitur ſolitum per † vnum actum, *l. Mela, §.quid ergo, ff.de alimen. & cibar. leg. vbi declarat Bart. Alexand. in conſ.5.col.fi.vol.5. Dec. in l.nemo alieno, §.temporalis, num.2.ff. de reg.iur.*

Sed etſi hæc ſint colorata, & non habeant contradicentem, mihi tamen ea gloſ. opinio, *in l.quod legatur*, numquam placuit, nec eam exiſtimo ve-
27 ram eſſe, quandoquidem ſciam, quod † voluntas tacita, quæ ex actu colligitur, non debet vltra extendi quam ex ipſo actu de neceſſitate inferatur, *Bart. in leg.1. §. hoc interdicto, ff.de itin. actuque priua. & in authen. qui rem, circa fin. C. de ſacroſan. eccleſ. Dec. in conſilio 72.col.3. Pariſ. in conſ.79.nu.12. vol.3. Socin. iun. in conſ.122.num.24.vol.1. Natta in conſ.77.num.14. D. Becius in conſ.106.num.46.* Et ideo gratuita ſolutio
28 † vnius partis non grauat in ſolutione alterius, *lege finali, C.ne vx.pro mari.vbi not. Balin ſummar. l. cum de indebito, verſi. ſed ſi pro parte, C.de cond.indeb.* vbi qui partem indebiti ſoluit non cogitur aliam partem ſoluere, *gl. in lege, non dubium, in verbo, agnouerit. vbi Bartol. & alij, C.de teſtam. Aret. conſil.91. colum.fin. verſi. non obſtat, quod commune dicit Natta in conſ.446.*
29 *num.19.* Hinc etiam eſt, quod immmunis † per vnam ſolutionem ſibi minimè præiudicat pro

futuro

futuro tempore, *vt post Petr. inquit Cyn. in l. voluntariæ, numero 7. quæst. 3. C. de excus. tuto. Abb. in consilio nonagesimo quarto, colum. 14. ver. item, & secundo, Alexan. in consilio trigesimo tertio, numero secundo. volum. 5. Caphal. in cons. 58. numero 93. decis. Pedem. 91. numero vigesimo secundo.* Hinc etiam prælatus, qui successit in
30 beneficio, licet pensionem vnius † anni receperit, non tamen censetur locationem pro futuro tempore ratificare, *vt habetur in decis. Rot. 233. in fin. in nouis.* & qui facit vnum actum in tempore feriato, † non sibi præiudicat in sequentibus, *Imp. in capitulo finali, in fin. de feriis, Franc. in capitulo, ex parte, colum. prima, ver. secundo infertur, de appellatio. Alexand. in l. prima, ff. de feriis, Ripa in tracta. de priuileg. iudic. cau. pest. numero decimo quarto, Rolan. in cons. nonagesimo quarto, in fi. vol. 2.* Sic ergo si hæres vno in loco semel præstet alimenta, licet quo ad illam solutionem sibi præiudicauerit, nõ tamen in futurum cogitur eodem in loco præstare, quinimo etiam in iudiciis, qui consentit in vno actu, non
32 videtur consentire † in reliquis, *glos. in Clem. sæpe, in ver. patribus, de verb. signific. sequitur Alexand. & Ripa, in locis mox citatis. & non obstat tex. in d. l. si fideicommissum, §. fi. ff. de iudic.* quia illud procedit, ex quo exceptio illa competebat iure singulari, quod faci-
33 lius † tollitur, *l. eius militis. §. militia missus, ff. de testamen. milit.* secus, quando competeret ex iure com-
34 muni, † *vt declarat Ias. in l. secunda, numero nono, C. de fideicomm.* vbi infert, an qui vnum soluit legatum, possit cogi ad soluendum alia. Et idẽ dicit quando de loco vel tempore est quæstio. Quamuis ergo vno in loco alimenta fuerint aliquando soluta, non per hoc id in futurum peti poterunt, quæ conclusio minori cũ scrupulo procederet, quando legatum alimentorum esset annuum, vt quãdo relinquitur donec, vel quamdiu vixerit, quia cum eo casu plura sint legata, & incipiant deberi singulo quoque anno, solutio vnius anni tamquam vnius legati non præiudicabit ad sequentes annos tamquam legata sint diuersa; Illa enim opinio Ang. *in l. prima. C. de fideicommiss.* quod vnum legatum certo loco soluens teneatur eodem lo-
35 co soluere alia, † reprobatur à Ias. *in d. l. secunda, numero 9. C. de fideicommiss. Bened. in c. Rainutius, in ver. si absque liberis moreretur, il secondo, numero 176. de testam. Natta in consil. 77. num. 6.* Durum tamen esset in practica obtinere contra illam gl. *in l. quod legatur*, secundum quam vidi in hoc Senatu iudicari sedentibus tunc peritissimis iurisconsultis Rolan, à Valle, Marco Antonio Natta, & Francisco Becio.

Tenetur item hæres suis expensis alimenta deferre ad domum legatarij, quando propter ipsius
36 hæredis dolum, vel potentiam † legatarius non posset alimenta consequi in loco, vbi iure communi debentur, *vt inquit Bal. in cons. 224. in fin. vol. 3.* quia dolus nemini debet patrocinari, *l. prætor. §. fi. ff. de eden.*

Generaliter autem, quandocunque constat de voluntate testatoris tacita, vel expressa, ibi præstari debent alimenta, vbi testator vult, *vt diximus supra in quæstio. an legatarius teneatur habitare cum*
37 *hærede*, quia † voluntas testatoris, totum facit, *l. in conditionibus primum locum, ff. de cond. & demonstrat.* &
38 voluntas testatoris † æquiparatur legi, *§. disponat, in Auth. de nupt.* & voluntas colligitur ex persona-
39 rum † conditione, *secundum glos. in l. cum res, in principio, in ver. verisimile. ff. de iudic. facit l. penult. in fi. ff. de cond. & demonstr.* Similiter, quando relinquitur in subsidium studij, debet alimentorum legatum
40 ibi præstari, vbi legatarius † studio incumbit, *Bar. Bald. Ang. Fulgo. & alij in l. sed & si susceperit, §. illis libertis, ff. de iudic. sequitur ibi Lancello. Dec. & Iacobin. Duen. dicta reg. 161. num. 22. Simon d. dubit. 11. num. 108. in fi.* vbi cõsiderat etiam fauorem causæ, & ibi dicit idem, de qualitate personæ. Et in legato scholari relicto ponit Cordub. *in l. si quis à liberis, §. non tantum, ff. de liber. agnoscend. vel alend.*

SVMMARIVM.

1 *Tempus præstandi alimenta cadit singulo mense.*
2 *Tempus præstandi alimenta diuiditur per menses inter plures debitores alimentorum.*
3 *Vestimenta, & calciamenta debita occasione alimentorum præstantur quandocunq; subest necessitas.*
4 *Vestimenta singulo anno præstanda sunt, etiam necessitate non subsistente.*
5 *Vestes pro hieme sunt in calendis Septembris, æstiua autem in calendis Aprilis.*
6 *Annuum debitum præstari debet in principio cuiusque anni.*
7 *Debitum annuum peti potest prima die anni.*
8 *Alimenta in pecunia relicta in singulos annos, peti possunt in principio cuiusq; anni.*
9 *Annuum legatum transit ad hæredes pro toto anno quando legatarius moritur inchoato anno.*
10 *Vidua, cui decem corbes frumenti, singulo anno relicta sunt à marito, consequitur eas integrè, licet decedat cæpto vix anno.*
11 *Limitata causa, limitatum producit effectum.*
12 *Dispositio quælibet per suam causam restringitur ad terminos rationis.*
13 *Viduæ alimenta, in annos singulos relicta, soluuntur in principio anni præstita cautione de restituendo si transierit ad secunda vota.*
14 *L. Hæreditatum, ff. ad leg. Falcid. non habet locũ quando ex euentu constat de veritate.*
15 *Alimenta præstita stando, & habitando &c. non præstantur in principio. sed quando, & quomodo, vide ibi.*
16 *Alimenta debentur singulo anno, quando relinquuntur personis non morituris.*
17 *Militibus alimenta præstantur singulis diebus per rationem de qua ibi.*
18 *Alimentario indigenti alimenta præstantur ante tempus.*
19 *Mora intendente pecunia pro alimentis relicta peti potest in principio anni.*
20 *Tempus præstandi alimentis attenditur, quod à testatore vel conuentione partium est præfinitum.*
21 *Alimenta præstantur in tempore designato etiam tacita testatoris voluntate.*
22 *Alimenta relicta ex fructibus certi fundi, præstantur tempore recollectionis eorum, & ibi ampliatur.*

23 *Glo.in l.Firmio, §.pater annua,in ver.initio.ff. quan. dies lega.ced.non est vera.*

24 *Fructus quando legantur, dicitur esse conditionale legatum, si illi nascantur.*

25 *Genus quando debetur habito respectu ad certam speciem, tunc de genere idem indicamus, quod de specie.*

26 *Testator si legat frumentum ex tali fundo, & certas pecunias, vtrumq; debetur tempore collectionis frumenti.*

27 *Legatum alimentorum factum sine die non debetur nisi sequuta interpellatione.*

28 *Mora non committitur sine interpellatione, vbi dies non est appositа.*

29 *Mora non committitur statim post interpellationem, sed debitor est aliquantisper expectandus.*

30 *Tempus præstandis alimentis declaratur arbitrio iudicis.*

31 *Testi expensa victus præstanda est antequam exeat domum, vt eat ad testificandum.*

32 *Aduocatis soluuntur expensæ antequam pedem moueant de domo.*

QVÆSTIO XVII.

QVo in loco alimenta præstanda sint, cognitum est ex superioribus scriptis, discutiendum nunc, quo tempore præ-
1 standa sint alimenta. Et regulariter singulo † mẽse debentur, est text.*in l.fin.ff. de liber. agnoscen.in l. pecunia, in fi.ff.de alimen.& cibar.legat.* & vbiq; hoc ponit Bartol ponens exemplum in frumento, vino, oleo, & aliis rebus, quæ breui non corrumpuntur, sed in menses seruari possunt, *Bald. in l.1. num.3. C. de fideicom.* vbi tamen distinguit postea inter alimenta præstita ex dispositione legis, & ea, quæ relinquuntur à testatore, volens, quod debita à lege præstentur in singulos menses, sed debita à testatore soluantur in annos, quia legatum alimentorum sit annuũ, cum in annuis legatis fiat solutio singulo anno. Sed eius opinio, quod legatum prædictum sit annuum non caret contradictione, vt dixi in præfatione huius tractatus, & vbi etiam foret annuum, nõ video quare eodem modo dici nõ possit debitum annuum, quando debetur à lege, & valeat argumentum à lege ad testatorem, vt dixi sæpe in hoc opere, ideo non videtur mihi rationabilis differentia inter debitum à lege, & debitum à testatore. Standum est ergo primæ sententiæ, quæ fuit originalis Iacobi de Aret.*in d.l.fin.ff.de liber. agnoscen. & eum in hoc sequitur Angel.in l. cum hi, colum.2. vers. sequitur in textu, ff. de transactio. Pract. Papien. in for. libel. quo agit pro legat. rei sing. in princ. num.69.* vbi subdit, quod si plures sint obligati ad vni præstandum alimenta,
2 fiat inter † eos diuisio, vt vnus præstet vno mense, alius verò alio mense, ne præstatio confundatur, *Soc.in consilio 10. numer.15.& seq.vol.1.* vbi inquit procedere hoc in alimentis, quæ victum, idest cibaria respiciunt, *& in cons.11.num.11. vol.1. idem voluit Grat. in cons.87.in fin.vol.2. Pau.de Citadi.in tract. de iure patron. par. 6.artic.4.nu.107.* vbi ponit exemplum in frumento, vino, & lignis, *Aret.in l.quidam, cum filium, ff.de verb.oblig. Lambert. in tracta.de iure patron.lib.3. quæstio.tertia princip.articu.9.num.3. & articu.6.num.2. Rolan.in cons.22.in fin.volum.primo, Ludou. Molin.in tracta.de primogen. Hispan.lib.secundo, capitulo decimo quinto, num.73.* quia secundum eum alimenta ægre feruntur in creditum, *l.prima, in fi. C.quan.dies lega.ced.& Molin.refert, & sequitur Cord.in d.l.si quis à liberis, §.non tantum, numero septimo, & numero vigesimo, Caccialup.l.frater à fratre, numero centesimo sexto, ff.de cond.indeb.* Sed Molin. loco prædicto non firmat pedes super certo tempore, imo dicit ea præstari debere singulo anno, vel singulo trimestre, aut quadrimestre. Cuius dictum est in practica approbatum in hoc Senatu, qui semper mandat alimenta respectu frumenti, vini, lignorum, olei, & similium tradi singulo trimestre. Et prædictam sententiam Bartol. de menstruis præstandis alimentis tenet etiam Simon, *in tracta. de coniectu.vlti.volunt. lib.quarto, dubit.vndecima, numero nonagesimo septimo, & alibi in discursu sæpe Lancello. Gallia.in consuetud. Alexand.in ver.solidos, quæst.6. numero 112.*

Hæc opinio procedit optimè in his, quæ recipiunt diuisionem per menses, vt frumentum, vinum, oleum, ligna, & alia iis similia, & quorum menstrua præstatio non grauat nimium hæredem: at secus est, quo ad ea, quę non recipiunt diuisionem per menses, vel nimium grauant hæredes, vt sunt vestimenta, & calciamenta: ea enim
3 præstantur, quandocunque † subest necessitas, *vt voluit glos.in l.Firmio, §.fin.ff.quan.dies lega. ced. facit l. semel.§.si in habitatione, ff.eod.titu.ita decidit Practi.Papien.in dicto §.primo. num.69.* vbi ponit exemplum in veste, & lecto. Fuit opinio Bart.*in l.fin ff. de lib. agnoscen.* vbi loquitur in vestimento. Hoc etiam voluit Socin. *in consilio decimo, numero decimo sexto, volum.primo,* dicens illam glos.*in l. Firmio,* esse singularem, & vestes non esse dandas de anno in annũ, nec de mense in mensem, nec de die in diem, sed prout vrget necessitas, *idem ait in consilio vndecimo, numero duodecimo, volum.primo, Rolan.d.consilio vigesimo secundo, num.23.vol.1.* Intellige tamen, vt quandocunque vrgente necessitate debeantur vestimẽta, & alia hæc, vt sine alia necessitate non
4 expectata singulo anno præstari † debent, *vt vult Bartol.in dicta l.pecunia, ff.de alimen.& cibar.legat.* vbi inquit hoc modo declarandum esse quod notat glos.*in dicta lege, Firmio, idem tenet Bald.in lege prima, numero tertio, C.de fideicom.* vbi inquit singulo anno soluendum esse vestimentum, præstita tamen fideiussione de restituendo, & loquitur in vxore, cui debentur alimenta, *idem Bart, in l.prima, §.pater, num.2. ff.quan.dies lega.ced. Ancharan.in capitulo, cum haberet, numero 14. de eo qui dux.in vxor.quam pollu.per per adult. Aret.in l.ita stipulatus, numero 9. ff. de verbo. oblig. Alexand.in l.Imperator, num.13. ff. ad Trebellia. Simon d.dubit.11. numero 94.& num.97. Cordub.d.§. non tantum, num.19.* Et hoc quod dicitur singulo anno intelligi debet suis temporibus, id est, quod pro hieme vestes fiãt in Calendis Septembris du-
5 raturæ vsque in Calendas Aprilis, æstiuæ † autem

è con-

è contra fiant in Calendis Aprilis duraturæ vsque in Calendas Septembris, vt est text. *in l. 1. C. de milita. veste, lib. 12.* vbi Bart. dicit hoc esse notandum pro familiaribus, quibus promittũtur vestes hiemales, & æstiuę, *sequitur Ioan. de Plat. & id tamquam singulare notauit Roman. in singul. 601. Corset. in sing. incip. vestis, Lancello. Gallia. d. ver. solidos, quæstio. 6. numero 114.* stante autem consuetudine de anno in annum renouantur, *secundum Bald. in dicta l. prima, numero quinto, C. de fideicom. Alexand. in l. diuortio, §. primo, numero 8. ff. soluto matrimo. Ioan. de Garzon. Cotta & Tiraquel. quos citat idem Lancello. loco prædicto, numero 116.*

Intellige non procedere, quando pecunia pro alimentis relinquitur in singulos annos; tunc enim in principio cuiusque anni soluenda est: ta-
6 lis enim est natura † annui debiti, iuxta illud, Annua si debeas tunc inspicias caput anni, *l. a nobis, l. in singulos, lege secunda, & l. filiæ meæ, ff. de annu. lega.*
7 & peti potest prima † die anni, *l. habitationem, & l. generali. ff. de vsufruct. lega. Innocen. in capitulo, propter, loca glos. institut. de inutil. stipulat. in principio, l. qui hoc anno. vbi Alexand. Ias. & alij, ff. de verbo. oblig.* & lo-
8 quendo de alimentis hoc † ponit Socin. *in consilio decimo, numero decimo quarto, volu. primo*, vbi distinguit inter legatum alimentorum quod in singulos annos relinquitur, & illud quod simpliciter est relictum, & allegat plures alios Caualcan. *in tracta. de vsufruct. mulier. relicto, numero 166. versicul. nisi fuisset simpliciter, Simon dicta dubitatio. vndecima, numero nonagesimo quinto*, vbi tamen tenet quod omne legatum in causam alimentorum relictum sit annuum, de cuius tamen dicti, & veritate alibi tractabitur, sed sat est quod vbi est annuum, vult illud præstari in principio anni, Lancello. *dicta quæst. 6. num. 112.* vbi inquit hoc indubitanter verum esse, & loquitur de alimentis.

Imo fortius si legatarius alimentorum annuorum post inchoatum annum moriatur debebi-
9 tur legatum pro toto anno † integro, non autem pro eo solo tempore quod dixit, *l. in singulis, ff. de annu. legat. Roman. in singul. septuagesimo primo*, vbi dicit tale legatum pro anno, quo moritur hæres transmitti ad hæredes, & subdit procedere etiam quando certa annua quantitas relinquitur ex fructibus prædij, *secundum Bart. in lege, generali, §. hæredis. ff. de vsufruct. lega.* vbi dicit esse casum singularem, & menti tenendum. Et extat text. in l. *a nobis ff. de annu. lega.* per quam Signorol. *in cons. sexagesimo sexto, numero decimo, quæstio. 10.* dicit, quod si maritus vxori legat decem corbes frumenti, donec vi-
10 xerit vidua, † habebit integrum totius anni legatum, licet nubat post duos menses, sed antea dixit gl. *in dicta lege, generali, §. hæredis*, quod legati annui dies cedit in cuiusque anni initio, & debetur insolidum, licet legatarius in principio anni decesserit, *Ias. in l. diuortio, numero septimo, in principio, ff. soluto matrimonio. & hanc partem tenuere Practic. Papiens. Capic. & Pecch. quos citat Caualcan. in dicto tracta. de vsufruct. mulie. relicto, numero centesimo sexagesimo sexto, alios citaui in consilio 125. numero octauo, versic. & in legato annuo, Lancello. dicta quæst. sexta, numero decimo octauo.* Sed & si neminem viderim, qui huic sententię contradicat, non tamen videtur vera in legato annuo facto in causam alimentorum, quia est per suam causam limitatum, & causa cessante solutum repetitur tamquam datum ex causa quæ
11 non est sequuta, & limitata causa † limitatũ producit effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer. domin.* Et licet præstatio fiat à principio anni, tamen vbi non euenit necessitas, non est locus legato, nam diximus supra legatum prædictum præstari, quandocunque subest necessitas, *lege, nec semel. §. si in habitatione, ff. quan. dies lega. cedit.* & quælibet dispositio
12 restringitur † ad terminos rationis per suam causam, *vt inquit Angel. in l. obligatione, col. 2. circa princip. ff. de pign. Natta in cons. 546. num. 10. dixi in cons. 150. numero 58.* facit quod inquit Bald. *in d. l. 1. num. 3. C. de fideicom.* vbi ait quod alimenta soluuntur vxori in principio anni præstita cautione de illa restitu-
13 endo † si ante finem anni transiuerit ad secunda vota, & sequuntur alij supra citati, & loquuntur, quando legatum est annuum, quia relictum sit donec nupserit. Ad quid autem fideiiubere de restituendo, si inchoato transmitteret totius anni alimenta ad hæredes? cogita igitur quia pro nunc sufficit Lectoris animũ excitasse ad melius considerãdum super ea propositione, facit quod dicimus, *d. l. hæreditatum. ff. ad leg. Falcid.* nam & si à principio fiat taxatio secundum illam, si tamen
14 legatarius plus minus † viuat attenditur veritas declarata ex euentu, *vt post Capol. ponit Gramma. cons. 104. num. 10. Roderic. in l. quoniam in prioribus, ampliat. tertia, num. 10. C. de inoffi. testa.*

Non etiam procedunt prædicta, quando aliquid ex parte legatarij implendum est, vt quando alimenta relinquuntur stãdo, & habitando cum filiis: eo enim casu, quia legatarius tenetur habitare, atque ita ex parte sua implere, alimenta non prestantur in principio anni pro toto anno, neque de trimestre in trimestrem, neq; de mense in mensem, sed de die in diem respectu cibariorũ.
15 Et in principio anni quo ad vestimenta † ita determinat Bal. *in d. l. 1. num. 3. C. de leg. & fideicom. Caualcan. d. num. 166. ver. nisi aliquid prius. vbi allegat Dec. Plot. Ancha. Moder. & Machel. id quod placuit etiam Simoni dicta dubitatio. 11. num. 94.* Et ratio est, quia cum alimenta correspectiuentur ad onus habitationis, eatenus sunt præstanda, quatenus sustinetur onus, atque ita commodum proportionatur ad incommodum, *argumento l. secundum naturam, ff. de reg. iur.*

Similiter non est locus prædictis, quando alimenta relinquuntur personis non morituris, vt
16 hospitali, collegio, † vniuersitati, & similibus, quia tunc debentur annuatim, *l. si quis ad declinandam, C. de episcop. & cler. Iac. de Aret. in l. fin. ff. de lib. agnoscen. Bartol. in l. pecunia, num. 2. ff. de aliment. & cibar. lega. idem Bart. in d. l. fin. Ang. in d. l. cum hi, in principio, colum. secunda, ver. sequitur, Practi. Papien. in for. libel. quo agit pro lega. rei sing. §. 1. num. 69. Simon d. dubit. 11. num. 79.*

Non etiam vendicant sibi locum prædicta in
17 militibus, quia eis alimenta † ministranda sunt

singulis, vel alternis diebus, *l. prima, & l. nulli, C. de erogatio. milit. anno. li. decimo,* & hoc est in eis speciale fauore reipublicæ, quia si menstruum stipendium persolueretur citius consumerent, nec postea haberent, vnde viuerent, vel militiam desererent, *vt inquit Bart. in l. pecunia, num. 3. ff. de alimen. & ciba. lega. Ang. in d. l. cum hi, in princ. Papien. loco prædicto, num. 69. ver. fallit in militibus.*

Quod autem dictum est alimenta certis temporibus præstari, intelligendum nisi interim le-
18 gatarius opprimatur † necessitate, nam eo casu indigenti præstantur ante tempus, *argumento eorum quæ ponit Bart. in l. prima. §. diuus, ff. de var. & extraordin. cognit. ita determinat Franc. March. decis. 797. in prima par. quem ad hoc citat Caualcan. de vsufruc. mulie. relic. num. 166. ver. nisi legatarius indigeret, Lancello. d. quæst. 6. num. 118. in fin.* Item quando per modum promissionis alimenta monacho litiganti decernuntur, tunc medietas datur in principio anni, alia medietas in medio, *ita fuit decisum. concludit Rebuff. Tomo primo de senten. prouis. in præfatio. numero centesimo quinto.*

Rursus in casibus quibus alimenta, vel ex dispositione hominis, vel authoritate legis præstanda sunt certis temporibus, puta singulo mense, bimestre, vel trimestre, eo casu si testatori iubet post moram hæredis certam pecuniam solui, vel inter partes conuentum est eam solui, eueni-
19 ente mora peti potest pecunia in principio † cuiuslibet anni, *vt probat Socin. in cons. 10. num. 16. ver. & prædicta procedunt, vol. 1. & in cons. 11. num. 11. volu. eod. sequitur Lancello. in d. quæst. 6. num. 117.* vbi enim dicit, quod non alimenta, nec res petuntur pro alimentis, sed pecunia sic taxata, vt per eum.

Non etiam attenduntur prædicta, quando vel inter partes est expresse conuentum, qualiter, & quo tempore præstanda sint alimenta, vel testator tempus præstationi designauit, quandoquidem conuentio, vel dispositio testatoris seruabi-
20 tur, siue dietim siue quolibet mense † præstari iusserit, *d. l. nec semel, §. si in habitatione, ff. quando dies lega. ced. facit l. diarius. ff. de alimen. & cibar. legat. Bartol. qui ita declarat in l. fin. ff. de lib. agnoscen. est textus in l. annuam pecuniam, ff. de annu. legat. Pract. dicto §. 1. num. 69. in princip.* vbi inquit, quod alimēta relinquuntur, cum demonstratione temporis, tūc præstanda sunt in tempore designato. *l. fina. quem citat Ang. in l. cum hi, in principio.* dum inquit eo modo præstari, quando non sunt aliter distributa à testatore, *Simon d. dubit. 11. num. 92. Lancel. d. q. 6. num. 112.* Et non solum expressa attenditur voluntas, sed etiam tacita, quæ colligitur ex re legata, vel ex cau-
21 sa, vt quando mandat † præstari ex fructib. *l. 1. in fi. ff. quan. dies leg. ced. ita declarat Bal. in l. 1. num. 3. C. de fideic. Simon d. num. 93. Ludou. Molin. in d. tract. de primogenit. Hispan. li. 2. c. 15. num. 37.*

Ex quo infertur, quod si testator in causam alimentorum relinquat frumētum, vinum, oleum, ligna, & similia ex certis prædiis, ea omnia præ-
22 stabuntur in tempore recollectionis † ipsorum fructuum, vt scilicet frumentum Iulio mense, vinum Septēbri, oleum Octobri, & singula præstentur, *vt probatur in l. Firmio, §. pater annua, ff. quan. dies leg. ced. vbi gl. in ver. initio, ita expresse notat Bar. in l. qui hoc anno, cir. fi. ver. fallit secundo, ff. de verb. oblig. Simon d. dubit. 11. nu. 93. vbi allegat etiam Alcia.* Et quamuis prædicti omnes loquantur, quando relinquuntur fructus ex certo fundo, atque ita quoq; sonent verba *l. Firmio*, tamen glos. ibi *in ver. initio*, ampliat procedere etiam, quando testator nulla fructuum mentione facta relinqueret victum, &
23 vestitum. Verum ego non arbitror eam † gl. bene loqui, quia tunc non est expectanda collectio fructuum, nec alimētorum præstatio differri debet vsq; in tempus recollectionis. Ita enim concludunt Doctores supra citati, & idem existimo, quando testator relinqueret in genere quantitatem vini, frumenti, & olei, non adiecto fundo, ex quo deberent præstari. Et ratio diuersitatis est, quia vbi de certo fundo legantur fructus, illud
24 legatum est conditionale † si fructus nascantur, *interdum, per totam, ff. de verb. oblig. Castr. in l. ex conducto, §. si vis tempestatis, ff. loca. Natta in consil. 86. num. 2.* Expectari itaque debet recollectio, vltra quod, vbi genus debetur habito respectu ad certam spe-
25 ciem, tunc genus † habetur pro specie, *Bar. & alij in l. quod te, ff. si cer. pet. l. quæsitum. ff. de pact. dixi in proxime præcedenti quæstione,* & non potest de alio solui frumēto, vino, vel oleo, perinde, ac si illud ipsum fuisset præcise relictum. Cum vero alimenta sunt simpliciter relicta, vel frumentum, vinum, & oleum non designato fundo, tunc hæres dicit debitor generis, quod semper consistit, & recollectio non est expectanda: erit igitur restringenda decisio ad casum, quando alimenta relinquuntur ex fructibus certi fundi.

Et ampliatur hæc conclusio sic declarata, vt procedat etiam quando cum frumento, vino, oleo, & similibus extat relictum pecuniæ, quia pecunia quoque soluitur tempore recollectionis fructuum sicuti ipsi fructus, *vt voluit Bart. in l. si legatarius. §. 1. ff. de leg. 3.* vbi ait, quod si testator relin-
26 quat omni † anno ex tali fundo decem corbes frumenti, & decem libras, hæres non præstabit libras nisi tempore collectionis frumenti, quia cū pecunia, & frumētum sint in eodem legato connexa, debent æqualiter determinari. *l. iam hoc iure. ff. de vul. & pup.* & eodem tempore præstari, *sequitur Roma. in d. l. qui hoc anno. ff. de verbo. oblig. & in sing. 389. reditus, idem Rom. in cons. 231. las. d. l. qui hoc anno. col. fi. in l. 1. col. 4. ff. de iust. & iu. Fely. in c. 2. colum. 16. in 5. limit. de rescrip Soc. iun. in cons. 160. col. 3. vol. 2. Ripa, d. c. 2. num. 46. Alexand. in l. in testamento, la prima, in princip. C. de testam. milit. Caualcan. de vsufruct. mulie. relic. numero 166. in princip. Simon d. numero 93. Euerar. loco 50. colum. 3. ver. item ex isto.* istud enim operatur coniunctio.

Quod si legatum alimentorum semel tantum præstandum sit, & non habeat diem certam, vti-
27 que non præstabitur nisi † sequuta interpellatione, *ita Aret. in l. ita stipulatus, colum. 13. ver. in alimentis autem. ff. de verb. oblig. sequitur Simon loco supra sæpius memorato, num. 92.* vbi enim non est apposita dies
28 non incurritur mora † sine interpellatione,

Iac. de Are. Bar. Raph. Imola, & Alex. in l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. Bal. Salic. & alij in l. magnam. C. de contrahen. vel committen. stipulat. nunquam enim videtur per debitorem stare nisi interpelletur, *Oldr. in cons. 242. col. 2. Dec. in cons. 516. num. 21.* & non stastim interpellatione sequuta committitur mora,
29 sed debitor alimentorum est aliquantisper † expectandus, *vt inquiunt Aret. & Simon in locis prædictis*, & est regulare, quod promittens aliquid facere, vel dare, intelligitur non statim, sed concesso debito interuallo.

Sed & si prædictis in casibus declaretur, quo tempore alimenta sint præstanda, semper tamen
30 plurimum poterit arbitriũ iudicis, & iudex † ipse sua decisione moderabitur, *Bero. in c. Raynutius, num. 221. de testam. Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. non tantum, num. 22. ff. de lib. agnoscen.*

Ex prædictis etiam infertur, quod testi, qui ad ferendum testimonium ducitur extra patriam, cui ministrari debet impensa victus, debet solu-
31 tio fieri antequam exeat † de domo. *l. pen. C. de testib. l. properandum. §. illo. C. de iud. Salic. qui ita determinat in l. quoniam, num. 1. ver. item dicit, C. de testib.* vbi inquit sic voluisse Pet. & Cy. ibi, & vere Cin. *in fi.*
32 dicit, quod testi, & aduocato solui debent † sumptus omnes antequam pedem moueant de domo, *argumento l. pen. C. de testib.*

SVMMARIVM.

1 *Alimenta soluuntur secundum qualitatem, & dignitatem personæ, cui debentur.*
2 *Qualitas præsentis status est attendenda in soluendis alimentis.*
3 *Consuetudo vltima attendi debet*
4 *Alimenta lautiora ei debentur, qui alias fuit diues, quam ei qui semper fuit pauper.*
5 *Commoda alimenta, quando præstanda, tunc attenditur dignitas alimentarij.*
6 *Alimenta præstãda absq; penuria non debentur secundum dignitatem.*
7 *Verba non debent esse superflua.*
8 *Nobili alimenta debentur delicata, nec vesci debet cibo rusticorum.*
9 *Nobili alimenta debentur etiam pro famulis secundum conditionem suam.*
10 *Famulum alere tenetur quicunque alimenta debet domino, qui sit famulo dignus.*
11 *Gratus in cons. 87. num. 14. vol. 1. reprobatur.*
12 *Rustico non debentur cibi delicati, nec panis albus, sed cæpe, caseus, & panis fabaceus.*
13 *Rustico pauperi tradens cibos delicatos, venialiter peccat.*
14 *Rusticus vesci debet allio, rafano, & similibus cibis, intellige tamen, vt ibi.*
15 *Ecclesia patrono nobili pinguiora præstat alimenta, quam ignobili.*
16 *Patronus alendus est secundum suam dignitatem.*
17 *Patronus, qui plus contulit in fundatione Ecclesiæ pinguiora alimenta consequitur ab Ecclesia, quam is, qui minus contulit.*
18 *Ecclesia alit non solum patronum, sed etiam filios, & familiam.*
19 *Libertus alit patronum, secundum illius dignitatem.*
20 *Libertus non solum alit patronum, sed etiam vxorem, filios, & familiam.*
21 *Pater tenetur æqualitatem seruare inter filios.*
22 *Primogenitus habet præeminentiam quandam inter fratres.*
23 *Primogenitus reputatur dignior inter fratres.*
24 *Primogenitus sedere debet in loco eminentiore.*
25 *Primogenito pinguiora alimenta præstantur à patre, quam cæteris fiat.*
26 *Primogenitus alit secundogenitos secundum eorum dignitatem, & quantitatem.*
27 *Maritus alit vxorem secundum nobilitatem, & dignitatem suam, & quomodo intelligatur.*
28 *Maritus alit non solum vxorem, sed etiam pedisequas, & alias seruientes.*
29 *Aduocato exeunti prouinciam datur equus, & famulus.*
30 *Doctori alimenta dantur cum seruitore.*
31 *Clerico propter delictum suspenso alimenta debentur secundum qualitatem personæ.*
32 *Ordinato Episcopus præstat alimenta secundum illius dignitatem.*
33 *Episcopus tenetur ordinato tradere vestes, lectum, & medicinas.*
34 *Beneficiatus cum est grauandus detrahit primum alimenta secundum suam dignitatem.*
35 *Monacho agenti ad vtilitatem monasterij traduntur alimenta secundum qualitatem personæ.*
36 *Vestimenta sufficientia intelliguntur secundum qualitatem, & dignitatem personarum.*
37 *Vxor accusans matrimonium consequitur alimenta secundum facultates viri, & dignitatem suam.*
38 *Patrono, qui aliquando fuit diues, Ecclesia præstat veberiora alimenta, quam ei, qui semper fuit pauper.*
39 *Vestes inter canonicos præstantur nobiliores secundum dignitatem, & qualitatem.*
40 *Cibaria pinguiora inter canonicos præstantur dignioribus, vide tamen ibi.*
41 *Visitatori alimenta præstantur, secundum eius qualitatem, & dignitatem.*
42 *Mulieri prægnanti alimenta præstantur secundum eius dignitatem.*
43 *Marito cum agitur de exactione dotis relinqui debent alimenta secundum dignitatem, & conditionem suam.*
44 *Debitor antequam soluat æs alienum, potest in foro conscientiæ retinere sibi alimenta moderata, non tamen lauta.*
45 *Hospitale. Qui tenetur ad alimenta satisfacit oneri, si facit illum recipi in hospitale, vide tamen ibi.*
46 *Vsufructuarius non tenetur cauere de vtendo, & fruendo, quando donauit reseruato vsufructu.*
47 *Marito, quando exigitur pro dote relinquuntur alimenta arbitrio iudicis.*
48 *Hospitale. Alendus non debet mitti ad hospitale, quando dignitas, & qualitas eius non patiuntur.*
49 *Spurio alimenta præstantur secundum necessitatem, non secundum dignitatem.*
50 *Spurio non datur tanta dos, quanta dari solet legitimæ, & naturali filiæ.*

51 Pater

51 *Pater si filium remittat ad hospitale perdit patriam potestatem*
52 *Patri alimenta danda sunt, qualia pater præstare debet filio.*
53 *Correlatiuorum eadem est sententia, & dispositum in vno locum habet in alio.*
54 *Parentes eo modo succedunt filiis illegitimis, quo ipsi filij succedunt parentibus.*
55 *Correlatiuorum non est idem iudicium, quando diuersa ratio militat.*
56 *Filius, qui dissipauit legitimam sibi assignatam consequitur alimenta secundum indigentiam, non secundum dignitatem.*
57 *Eleemosyna, quando datur non attenditur dignitas pauperis, sed indigentia, declara, vt ibi.*
58 *Patri bannito, vel hosti alimenta non debentur secundum dignitatem, sed secundum necessitatem.*
59 *Homines criminosi sunt egestate premendi.*
60 *Banniti perdunt iura ciuitatis, à qua sunt banniti.*
61 *Vxor non tenetur alere virum, qui propria culpa incidit in egestatem.*
62 *Vxori pauperi ob luxuriam vel crimen, non debentur alimenta nisi ratione eleemosynæ.*
63 *Digni as præcedens non attenditur, quando est amissa ob culpam propriam.*
64 *Cum de vno disputamus cætera spp onuntur habilia.*
65 *Nemo dat, quod non habet.*
66 *Charitas ordinata incipit à seipso.*
67 *Argumentum à toto, ad partem, est validum, vt scilicet eadem sit ratio partis, quo ad partem, quæ est totius, quo ad totum.*
68 *Alimenta æqualiter omnibus præstanda sunt, quando multis coniunctim relinquuntur.*
69 *Cordub. in l. si quis à liberis. §. sed si filius, num. 55. ff. de lib. agnos. reprobatur.*
70 *Testes de vniuersitate non sunt idonei, quando vtilitas ad eos pertinet, vt singulos, alias secus.*
71 *Episcopus non est suspectus, nec remoueri potest in causa suæ Ecclesiæ.*
72 *Episcopus non est iudex competens, vbi agitur de bonis suæ mensæ.*
73 *Dignitas inter canonicos consideratur respectu Ecclesiæ, non vt quisq; erat in sæculo.*
74 *Eleemosyna, quando est in singulos taxata, non licet variare ex dignitate pauperum.*

QVÆSTIO XVIII.

DIuersimode autem secundum personarum diuersitatem alimenta præstantur regulariter & soluenda sunt secundum
1 dignitatem, & qualitatem † personæ, cui debentur, *vt probatur in l. si cui. ff. de annu. lega. l. Mela, & l. pen. ff. de alim. & ciba. lega. & probat. l. tutor secundum dignitatem, in prin. ff. de adm. tutor. l. 1. §. mulier, & l. habitatio. ff. de vent. in possess. mitten. l. sed & si quid in ædificauerit. §. sufficiēter. ff. de vsufruc. alios citat Tiraq. in tracta. nobilita. c. 20. num. 143. latissimè Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. sed si filius, nu. 43. ff. de lib. agnos. vbi citat Bal. Ang. Rom. Aret. Iason. Dec. Bertran. Roch. de Cur. Virgin. Didac. Paris. Coras. Ripam, Crau. & alios.*

Intelligi tamen debet præsentis status digni-
2 tas, † non quæ alias fuit, *vt per Iac. de Aret. & Bald. in l. si maritus, la seconda, ff. solu. matr.* vbi inferūt, quod ei, qui alias erat diues præstanda sunt alimenta, prout nunc est in paupertate, non prout alias erat. Et dicit Castr. in loco prædicto, quod si solebat alias tenere equos, & famulos, deinde ad paupertatem deueniat, nō est curandum de priori dignitate, sed sufficit tantum illi dimitti, quantum necesse est pro sustinendo præsenti statu, *sequitur Iason in l. cum hi, §. vult igitur, num 2. ff. de transact. idem voluit Cordub. in l. si quis à liberis. §. & non tantum, nu. 17.* & confirmari potest, quia cum in præstandis alimentis seruari debeat consuetudo,
3 prout mox dicam, attendi debet vltima † consuetudo, non quæ alias fuit. *l. Mela, §. quid ergo erit. ff. de alim. & cibar. leg. Alex. in cons. 5. col. fi. vol. 5. cons. 223. col. 2. vol. 2. Felyn. in c. cum accessissent, num. 31. de constitut. Dec. in l semper in stipulationibus, nu. 8. ff. de reg. iu. Natta in cons. 367. num. 18.* Sed contrarium facit gl. fi. *in c. quicunq;. 16. q. 7.* vbi vult lautiora alimenta illi præ-
4 stari, qui aliquādo fuit † diues, quam ei, qui semper fuit pauper. Et per eam gl. Cordub. *in d. l. si quis à liberis. §. solent, num. 35. & seq.* Reprehendit Iason. & alios supra relatos, qui tenebant alimenta non præstari pro antiqua dignitate, sed præsenti rerum inspecto statu, meo tamen iudicio Iason non meruit reprehēdi, nec ipse est illius opinionis author, at eam ante eum tenuerunt Iacob. de Aret. Bald. & Castr. Nam aliud est dicere, quod pinguiora debeantur alimenta ei, qui alias diues fuit, aliud vero, quod is sit pro antiqua dignitate alendus: datur enim medium, vt plus præsens exigat status, & minus, quam requireretur in antiqua dignitate, proinde versabitur plurimum in hoc iudicis arbitrium, & officium. Erit ergo conclusio, quod alimenta debentur secundum dignitatem alimentarij, & licet non attendatur dignitas antiqua, quo ad hoc, vt omnino secundum illam in omnibus alatur, attenditur tamen vt pinguiora dentur, quam si non alias fuisset diues.

Hæc autem conclusio procedit sine controuersia, quando ex dispositione legis, vel etiam
5 hominis commode † præstanda sunt. Hoc enim importat dictio illa commodè, *vt docet Ioan. And. in c. 1. §. sanè, in verbo absq; penuria, de sta. regula. in 6.* vbi tamen aliud dicit, quando relinquerentur absq;
6 penuria, † primum illius dictum notabile inquit Abb. *c. 1. de institut. & in c. postulasti, de rescrip.* Illud quoque singulare attestatur Dec. *in c. peruenit, il secondo, num. 5. de appella. sequitur Cordub. in d. §. sed si filius, num. 81. & seq.* vbi sustinet differentiam, quam Ioan. And. constituit inter verbum commodè, & verbum sine penuria, *pro Rebuff. in tracta. de congr. portio. quæst. 8. num. 78. aduersus Dec. in d. cap peruenit.* Ego tamen existimo in proposito nostro idem importare, quod alimenta dentur sine penuria, vel quod præstentur commodè: nam si verba sine penuria, importarent solum sufficientiam, quæ requiritur ad excludendum necessitatem,
7 essent superflua, & nihil † operarentur contra

l. si

l. si quando. ff. de leg. 1. Bald. in rub. C. de contrahen. emptio. quæst. 9. ne ergo sint otiosa importare debent, vt lautè præstentur, quia etiamsi id non fuisset adiectum, præstanda fuissent secundum egentiam, propterea non est insistendum super vi verborum, vti facit Cordub. dum disputat si idem significent.

Ex ea itaque conclusio infertur, quod nobili debentur secundum suam nobilitatem, nec ille
8 cogitur vesci cibo † rusticorum, *c. non cogantur. 41. dist. ita voluit Bald. in l. 2. in fin. C. quod cum eo, per tex. in l. sed & si quid inædificauerit, in §. sufficienter. ff. de vsufru. Ang. & Imo. in l. Nesennius. §. si. ff. de re iud. Iac. de Aret. Raph. & Alexand. in d. l. si maritus, la seconda, ff. sol. matr. Alios citat Tiraquel. in d. tract. nobilit. c. 20. num. 142. quibus accedunt Guido Papa, Crot. Marsil. Lamber. & Ioan. Cirier. quos omnes refert Cordub. d. §. sed si filius.*

Imo nobili præstanda sunt alimenta non pro
9 sola illius persona, sed etiam pro † famulis, cum non deceat, quod ipse sibi seruiat. *l. habitatio. ff. de ventre in posse. mitten. l. tutor secundum dignitatem, in princip. ff. de admin. tut. l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo. ff. solu. matr.* per quæ iura hoc voluit glos. *in Authen. de non eligen. secun. nuben. §. fin. in ver. orieta, & ibi Bart. dicit eam decisionem perpetuo esse mentitenendam, Imo. & Alexand. in d. l. si maritus, Aret. in cons. 17. in 3. dub. Abb. in c. cum adeo, de rescrip. Tiraquel. d. c. 20. nu. 141. ver. ex quibus etiam, Cordub. in d. §. sed si filius, num. 49. vbi allegat etiam Cæpol. Ioan. Lup. Boer. & Didac.*

Et non mirum, nam vbicunq; conditio alendi fert, quod pro vsu domus famulos habeat, tunc quicunque tenetur alere dominum, tenetur et-
10 iam alere famulum, † *vt voluit glos. in cap. 1. in ver. necessitatem, 21. q. 1. gl. in c. studeat, in glo. fi. 50. dist. Abb. in d. c. cum adeo, num. 5. Roma. in cons. 189. in princ. alios plures congerit Cordub. in d. §. sed si filius, num. 50.* Et comprobabitur hęc regula inferius, prout sigillatim continget tractari de diuersis personis. Et quamuis
11 Grat. *in cons. 87. num. 14. vol. 2.* dicat, hoc † non procedere, quando alimenta relinquuntur in testamento titulo legati, tamen improbatur opinio per Cordub. *in d. loco, per textum in l. si cui. ff. de annu. lega.* qui loquitur indistinctè in materia legatorum. Et licet regulariter in legatis stricta interpretatio fiat, tamen vbi agitur de alimentis, quæ fauorabilia sunt lata fit interpretatio.

Infertur etiam quod rustico non sunt præstan-
12 di delicati cibi, † nec panis albus, sed grossus, ex fabis & siligine, caseus, cæpe, nuces, & similia. *glos. in l. seruis vrbanis, in ver. ex libellis, & rursus in verbo, cibariis. ff. de leg. 3. glos. in c. episcopus, in ver. victus, 10. q. 2. & in c. nobis, in ver. modestè, de iure patro. Lamber. in tracta. de iure patro. lib. 3. in 3. princ. q. artic. 12. num. 2. Paul. de Citad. in eo. tract. par. 6. q. 7. Idem tenuerunt Corset. Afflict. Ias. & Marsil. quos citat Tiraquel. d. c. 20. nu. 142. alios addit Cordub. d. §. sed si filius, num. 46. Lancel. Gal. in consuetud. Alexand. ver. solidos, q. 6. num. 106.*

In tantum autem rustici vti debent cibis gros-
13 sis, quod venialiter peccat, † qui pauperibus sumtuosa & delicata cibaria præparat. *c. criminis, ante finem, dist. 25. Tiraq. loco prædicto, num. 146.* vbi post Iac. Beluis. Cyn. & Bal. inquit, aquam in potum, non
14 vinum dandum, & subdit, rusticos vesci † debere allio, raphano, & similibus, Intelligo tamen de paupere rustico, non de diuite propter supradicta.

Infertur quoq;, quod ecclesia, quæ patronum tenetur alere, qui ad paupertatem deuenit, am-
15 pliora, & pinguiora tenetur præstare † patrono nobili, quàm ignobili, *vt voluit Roch. de Cur. in trac. de iure patro. in ver. & vtile, in 1. princip. q. in 3. q. Pau. de Citad. in eo. tract. in 6. par. art. 7. q. 4. Lamber. in eod. tracta. lib. 3. in 3. princ. artic. quæst. 3. Tiraquel. d. cap. 20. numero 143.* Et ratio est, quia patronus alendus † est secundum dignitatem suam, *glos. fin. in d. c. quicunque, 16. quæstio. 7. Abb. d. c. nobis, num. 6. de iu. patron. in cap. statuimus, num. 1. de maiorit. & obed. Felin. in c. cum omnes, numero 32. de const.* licet regulariter pinguio-
17 ra consequatur alimenta patronus, † qui plus contulit in fundatione, donatione vel constitutione ecclesiæ, *vt post Pet. Gofred. inquit, Bonif. de Vitalin. in Clemen. plures, nu. 34. de iure patronat.*

Tenetur autem ecclesia alere non solum pa-
18 tronum, † sed etiam vxorem, filios & familiam, *vt voluit Lambertin. in d. tracta. lib. 3. in 6. princip. artic. quæst. 3. num. 1. & 3. quem sequitur Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. solent, num. 18.* Id quod facit ad id quod supra dixi de famulo, quem alere tenetur quicunq; domino tenetur alimenta præstare.

Infertur etiam ad libertum, qui patrono suo
19 tenetur alimenta præstare † pro illius dignitate, *Lambertin. in d. tract. lib. 3. in 2. quæstio. princip. articu. 2. num. 68. Cordub. d. §. solent, num. 8. vbi allegat Afflict. qui hoc non dicit.* Sed valet argumentum à patrono ecclesiæ ad patronum liberti, & ideo libertus quo-
20 que alit non modo patronum, sed eius † etiam patrem, matrem, filios, & familiam, *secundum glos. in d. §. solent, & Cordub. num. 11.* Quod addi potest ad supradicta de famulis & familia.

Infertur similiter, quod etsi pater æqualia ali-
21 menta filiis teneatur † præstare, *argument. l. inter filios, C. famil ercis. l. si maior, in fin. C. commu. diuid. l. cum pater, §. euictis, ff. de leg. 2. Ioan. Cirier. in tract. de primogen. lib. 2. q. 3. num. 7.* quia tamen primogenitus in-
22 ter fratres habet † quandam paternalem præeminentiam, *vt inquit Bart. in l. fin. num. 13. ff. de colleg. illicit.* & dignior † reputatur, *secundum glos. in §. aliam, in ver. altiori, Institut. de bono. possess.* quæ ideo infert
24 quod eminentiori loco † sedere debet, *Cassan. in catalogo gloriæ mun. par. 1. considerat. 12. glos. in c. licet, in verbo primatus, vbi not. Abb. de voto, Barbat. in consil. 18. num. 6. volum. 2. Cordub. d. l. si quis à liberis, in princ. num. 21. ff. de libe. agnoscen.* tamen pinguiora & amplio-
25 ra alimenta dat filio primogenito † quam aliis, *ita voluit glos. in cap. quam periculosum, in ver. primatus, 7. quæstio. 1. vbi ait, quod duplicatos cibos recipere debet. Illam glos. sequuntur multi, quos citat Tiraquel. in præfatio. tracta. primogen. num. 12. Ioan. Cirier. in loco proximè citato.* Id tamen ego intelligo, quando ex consuetudine, statuto, vel dispositione maiorum primogenitus est in omnibus bonis, vel maiore eorum parte successurus; Tunc enim ratione spei dicitur quodãmodo dominus viuente patre, & tanquam tali, ampliores expensæ sunt exhibendæ,

aliàs autem non credo primogenito plus cæteris filiis tribuendum esse. Et illam glos. *in cap. quàm periculosum*, reprehendit Luc. *de Pen. in l. 1. numero 15. ver. ad octauum*, C. *de priuil. eor. qui in sacro palat. lib. 12. refert. Tiraquel. in d. præfatio. num. 12. vide tamen Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. c. 15. numero 72. & numero 39.*

Infertur eadem ratione, quod primogenitus qui vt dixi suo loco, tenetur secundogenitum alere, præstabit alimenta secundum dignitatem
26 & † qualitatem fratris, non secundum solam necessitatem, *vt voluerunt Hostien. Ioan. And. & Abb. in c. licet, de voto. Ioan. And. in c. fine culpa, de regu. iur. in 6. in mercuriali, & eandem opinionem tenuerunt Abb. Cardin. Alexand. Guido Pap. Socin. Franch. & Iacobin. de S. Georg. quos citat & sequitur Tiraquel. de iure primogen. quæstio. 4. num. 33. Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, numero 90. ff. de liber. agnos. vel alend. & in §. si mater, numero 54. & seq. Molin. d. cap. 15. numero 39. Menoch. consil. 411. num. 9.* Alij tamen voluerunt, quod alimenta præstentur secundum qualitatem & valorem feudi, cuius contemplatione primogenitus obligatur, vt potest videri apud Parid. de Put. *in tracta. de finib. feud. cap. 40. nu. 28. & seq. Gas. Boacius in tract. de inop. debito. cap. 17. num. 72.* Hoc tamen intelligendum est, quando secundogenitus habet aliunde, aliàs vbi ab omnibus bonis excluditur tenetur primogenitus alere secundum dignitatem. Et hoc non procedit solum in primogenito, sed generaliter in quocunque fratre, qui tenetur fratrem alere. Prædicti etiam Doctores loquuntur indistinctè, sed an locum habeant in fratre spurio, dicemus paulò inf.

Infertur pariter quod maritus vxorem tene-
27 tur alere, secundum dignitatem † & qualitatem personæ: nam etsi dicant aliqui alendam esse pro modo dotis, *Specu. tit. de dote post diuor. relic. §. formalis, num. 15. Bartol. in l. si cum dotem, §. fin autem in sæuissimo, num. 5. ff. solut. matrim. Abb. Alexand. & Campeg. citati à Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. si quis ex his, numero 20.* vbi quod augentur alimenta pro modo dotis: tamen si vel dotem non habeat, vel ea non sufficiat ad congruam sustentationem, supplet maritus de proprio, *Innoc. in cap. per vestras, de donatio. inter vir. & vxor. apertius Salic. in l. quod in vxorem, num. 1. C. de neg. gest. vbi Alexand. num. 8. & Cornel. numero 2. Aret. in §. fuerat, num. 8. Institut. de action. sequitur Cordub. in d. §. si quis ex his, num. 23.* Et ideo non solum vxori, sed etiam pediseq̃is, & aliis seruientibus præstanda † sunt alimenta, *vt voluit glos.*
28 *in Authen. de non eligen. secun. nuben. §. fin. in ver. onera. vbi Bartol. dicit esse perpetuum menti tenendum: sequitur Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 68. num. 6. & in c. per vestras, in 3. not. ab. in princip. col. 3. ver. & ad hoc est text. folio mihi 133. sequuntur Lambertin. Boer. & Aemili. quos citat Cordub. in d. §. si quis ex his, num. 25.* Et quod præstentur alimenta secundum dignitatem, probat gl. *in d. §. fin. dum inquit, alendam esse vt filium. ponit Præpos. in d. cap. per vestras, num. 5.* vbi ponit qualia præstentur viduæ.

Infertur item ad aduocatum, cui si extra provinciam conducitur, præstantur alimenta secundum qualitatem personæ, & consequenter pro
29 equo † & famulo. Ita concludit Bal. *in l. vnica, in fin. C. de suffrag.* vbi dicit, quod exit prouinciam sumptibus clientis eques, & non pedes, secundum qualitatem personæ, *argumento l. idem q̃*, §. *idem Labeo, ff. manda. sequitur Ias. in l. si non sortem. in §. libertus, num. 29. in fi. ff. de cond. indeb.* Et idem est generaliter in quocunque Doctore, quia si ei alimenta
30 † debẽtur, præstabũtur etiam pro seruitore, *Brun. in tract. de cessio. bon. q. 31.* vbi loquitur, quando Doctor cessit bonis, & sibi relinquitur quantum sufficit pro alimentis ne egeat, & vult, quod etiam pro seruitoribus relinquantur debita alimenta, *sequitur Bonacos. in tract. de seru. & famu. quæst. 48.* Et est regulare, quod obligatus alere dominum, tenetur etiam famulo alimenta præstare, *vt dixi supra in ver. imò nobili præstanda.* Et inquit Rebuf. *in tract. de priuileg. scholar. priuileg. 163.* quod famulum alit, quicunque dominum alere tenetur, & ibi, *num. 10.* subdit, quod inuitans dominum tenetur recipere seruitorem, *sequitur Bonacos. in d. tract. quæstio. 120.*

Infertur item, quod clerico suspenso propter
31 delictum exhibentur alimenta, † secundum qualitatem personæ, quia non dantur pro ipso solo, sed etiam pro seruitore, *vt probat textus in c. studeat, ibi, pro se & suis, dis. 50.* Et dicit gl. ibi, quod licet intelligatur de filiis, & aliis coniunctis, tamẽ Arch. intelligit de his omnibus, sine quibus clericus commodè stare non potest, vt sunt seruitores, *sequitur Præpos. in fi.* Et idem dici potest de his omnibus, qui tenentur in quantum facere possunt, deducto ne egeat, de quo tamen fiet sermo paulò inferius, quando tractabimus, hac eadem quæstione, de alimentis debitis gratia miserationis.

Infertur etiam ad clericum pauperem ordina-
32 tum ab Episcopo. Nam ordinarius † tenetur illi prouidere secundum dignitatem, *vt voluit glos. in c. Episcopus in ver. necessaria, de præben.* vbi etsi textus de alimentis necessariis loquuntur, gl. tamen dicit intelligi debere de necessariis secundum redditum beneficij, & qualitatem ac dignitatem ordinati, *Ripa, in cons. 26. num. 7. Menoch. in tracta. de arbit. iudi. casu 169. in fin. & Franch. in d. c. episcopus, sequitur glos. ibi post Anch. n. 5. Bert. in cons. 151. n. 4. vol. 2.* vbi quod tenetur etiam præstare vestes & lectum, &
33 † medicinas *post Imo. in d. c. Episcopus*, & Menoc. loco prędicto dicit iudicis arbitrio committendum esse.

Infertur quoque, quod vbi tractatur de grauando beneficiatum aliquo onere, tunc ante o-
34 nia detrahenda sunt alimenta † necessaria pro eo secundum suam dignitatem & qualitatem, *vt voluit Ripa in d. cõs. 26. n. 7.* vbi loquitur de expensa fabricæ, & dicit quartam reddituum esse in eã causam erogandam, detractis tamen oneribus, id est alimentis necessariis præposito, pro se & seruitoribus taxandis arbitrio iudicis, *allegat glos. in d. cap. Episcopus, & l. alimenta. ff. de alimen. & cibar. lega. sequitur Menoc. d. 169. in fine.*

35 Infertur eadem ratione, quod monacho † agẽti ad vtilitatem monasterij ministrari debent à

mona-

monaſterio vel Abbate alimenta, ſecundum ſuæ perſonæ qualitatem, *vt voluit Rota deci. 335. in nouis*, vbi addit, inſpici debere valorem, & redditũ bonorum monaſterij, *argumento cap. ex parte, de accuſa. & idem dicit additionator ad Capel. Thol. deci. 88. in monacho, qui de licentia Abbatis degit in ſtudio, vel qui cauſam monaſterij defendit, licet non meminerit de Rota.*

Infertur pari modo ad id, quod voluit Bal. in *l. ſed & ſi quid. §. 1. ff. de vſufruc.* vbi ait veſtimenta ſuf-
36 ficientia † ſecundum qualitatem perſonarum, quia honorificè magis veſtiri debet Abbas, quàm monachus, & melius monachus, quàm conuerſus, & honoratius magiſter Theologiæ, quàm alius quiuis ſacerdos inter fratres, & ſubdit eſſe menti tenendum, *ſequitur addition. ad Capel. Tholoſ. 88. in fin.*

Infertur etiam ad vxorem, quæ dum accuſat matrimonium, habere debet expenſas & alimen-
37 ta † ſecundum facultates viri, & ſuam dignitatem, *vt determinat Spec. in tit. de inquiſitio. §. fi. num. 3. per tex. in l. cum alimenta. ff. de alim. & cibar. lega. & per eandem legem idem voluit Hoſtien. in ſum. tit. de accuſatio. in §. admittantur, col. 2. circa principium, ver. quid ergo ſi contingat*, vbi ait, quantitatem & æſtimationem expenſarum taxari ſecundum facultates & dignitatem vxoris.

Infertur etiam, quod vberiora alimenta Ec-
38 cleſia præſtabit patrono, † qui aliquando fuit di- 44 debitor † ſoluendo æs alienum poſſit in foro cõ-
ues, quàm ei, qui ſemper fuit pauper, *gl. in c. nobis, in ver. inopiam, de iure patron. Pau. de Cit. adin. de iure patron. in 6. par. art. 4. num. 157. inſi.* In eo enim remanent reliquiæ aliquæ præcedentis dignitatis, cuius ratione augetur qualitas alimentorum.

Inferri poteſt quoque, quod etſi inter canonicos, vel monachos eiuſdem Eccleſiæ ſeruari de-
39 beat æqualitas in omnibus, tamen reſpectu † veſtium, diſtributio fieri debet ſecundum merita & dignitatem perſonæ, vt inquit Innoc. *in c. cum omnes, inſi. de conſtit.* vbi, quod diſtributio ſit ſecundum merita perſonarum, earumq; locum & ordinem, *& ſequũtur eum alij omnes*, vt dicunt ibi *Abb. Felin. Dec. & alij.* imò dicit Abb. *num. 9.* quod eadem
40 diſtinctio ſeruari debet † in cibariis, per iura, quę 45 ipſe allegat, & cum eo tranſit Felin. *num. 31.* Et licet Dec. *num. 10.* contradicat, tamen ex prædictis conſtat, iuridicam eſſe differentiam, quæ fieri debet inter canonicum ſimplicem, & eum, qui eſt conſtitutus in dignitate.

41 Infertur etiam, quod viſitatori † ſecundũ qualitatem perſonarum præſtanda ſunt alimenta ab Eccleſia viſitata, *gl. in c. cum inſtantia, vbi Abb. in fi. de cenſib.*

Item infertur, quod mulieri prægnanti alimẽ-
42 ta ventris † nomine præſtantur ſecundum dignitatem. *l. 1. §. mulier autem. ff. de vent. in poſſeſſ. mitten.*

Non tamen ſecundum dignitatem præſtanda ſunt alimenta marito, quando vel propter vergentiam ad inopiam, vel ex alia cauſa cogitur dotem reſtituere vxori, deducto tamen ne egeat, ſed tantùm ei relinqui debet quantum pro neceſſa-
43 ria vitæ ſuſtentatione † erit neceſſarium, *ſecundum Iac. de Aret. quem citat & ſequitur Baldus, in l. maritus. ff. ſolu. matr.* & Ang. etiam *in fin.* dicens quod maritus non debet recipere alimenta ſecundum dignitatem, vel ſolitum viuendi modũ, ſed quatenus neceſſitas naturæ requirit ad vitam, quia non eſt marito fauendum, vt delicatè viuat cum pernicia vxoris, licet aliis in caſibus diuerſum ſtatuatur, *idem voluit Cumian. in d. l. ſi maritus, hoc etiam tenent Ang. in l. Neſennius. §. fi. ff. de neg. geſt. Caſtren. in l. maritum, in num. 5. ff. ſol. matrim.* Sed etſi allegatur à multis, tamen reuera id non dicit, affirmans ſolum, quod ſi maritus ex arte poteſt viuere, nihil eſt ſibi relinquendum. Sed hoc nihil eſt, quia intelligitur, ſi poteſt viuere ſecundum ſuam conditionem. *Angel. Aret. in §. item ſi dote, num. 4. Inſti. de actio.* vbi mouetur, quia beneficium non cenſetur inductum cum iniuria cuiuſpiam, *l. 2. §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publi.* Sed hæc ratio eſt nimium generalis, & non concludit, nam etiam quando retinet ſolum pro neceſſitate vitę, non fit ſine damno vxoris, adimitur quidquid marito relinquitur. Hanc etiam ſententiam probare Doctores inquit Hercu. *in l. miles, num. 6. ff. de re iudic.* Hanc item veriorem dicit Alcia. *in conſ. 18. num. 9. lib. 9.* quem tamen ego non vidi, quia in volumine impreſſo ſecundum antiquum ordinem non inuenio, *Ioan. Lup. in rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 65. num. 52.* vbi poſt Archiep. Floren. dicit, quod etſi

scientiæ ſibi retinere quantum ſufficiat pro ſuo victu, tamen non debet lautè ſecundum dignitatem viuere, ſed parcè, ſecundum neceſſitatem & ſufficientiam, *idem probauit Crau. in conſ. 219. col. pen. & Rol. in tract. de lucro dotis. q. 94. num. 3. & ante eos laſ. in §. item ſi de dote, num. 8. Inſti. de actio. Zaſ. in d. l. ſi maritus. num. 3. Tiraq. in tracta. nobilit. c. 20. num. 44.* Et prædicti videntur moueri, quia marito alimenta relinquuntur, non ex aliqua obligatione, ſed miſerationis gratia, ideo ſufficit neceſſitatem & indigentiam tolli, non autem prouideri pro opulentia.

Infertur autem ex hac opinione, quo caſu ſat erit, quod vxor, vel alius, qui tenetur ad alimenta, curet † maritum, vel alium alimentandum recipi in hoſpitale, *Bald. in l. 1. §. ſed ſcimus, num. 2. per illum tex. C. de lati. liber. tollen. Ioan. Anan. in c. vnico, de infant. expoſ. & languid. Præpoſ. in cap. cum haberet, de eo, qui dux. in matrim. quam pollu. per adulter. Alexand. in l. alimenta, num. 7. C. de neg. geſt. Ruin. in conſ. 45. numero 3. vol. 2. Pet. Rauen. ſing. 29. Lup. in repet. cap. per veſtras, in 3. notab. §. 23. numero 9. de donatio. inter vir. & vxor.*

Contra tamen principalem ſententiam, quæ habet, quod maritus, qui ſolum tenetur, in quantum facere poteſt, retineat ſibi tantummodo, quantum ſufficit pro ſuſtentatione vitæ, tenuerunt multi, qui volunt, quod imò habenda ſit ratio conditionis & dignitatis ſuæ; & ſecundum eam dimittenda ſibi ſint bona. *Et ante alios id voluit Cyn. in l. vnica, §. cum autem, in fi. C. de rei vxo. actio. Bal. in l. 2. C. quod cũ eo qui. & in rub. C. qui bon. ced. poſſ. Imo. in l. ſi maritus, num. 3. ff. ſolu. matrim. vbi Alex. num. 5. &*

Hercu.num.3. idem voluit Alexan.in l.maritum,num.2. ff.solu.matri. Aret.in consil.17.col.pen.in 5. dub. Tiraquel. in tracta.nobilit.cap.20.num.142.ver. nobili sanè, Campeg.in tract.dot.in 3.par.quæst.239. Didac. in Epitom. de sponsalib.par.2.cap.8.§.6.numero 7. Et hanc partem dicit communem Alciat.in l.nepos Proculo.ff.de verb.signi. Bertran.in consilio 242. in fi.volum.3.Zas. in §.fuerat, in fi. Instit. de action. & in §.item si de dote, Institut. eod. tit. Rimina.Instit.quib.alien.non licet,in princ.num.362. Gabriel.commun.opi.lib.6.tit.de alimen. conclus.1.nu.31. Cordub.in d.l.si quis à liberis.§.sed si filius, num.74.ff.de liber.agnoscen. Lancel. Gal.in consuetud. Alexand.in ver. solidos,quæst.6.nume.102.& seq. vbi referendo alios dicit, hanc partem esse seruandam in praxi.& nouissimè Peregr. in tract.de iure fisci,lib.3.nu.72.ver.contra tamen. Horum principale est fundamentum super glos.*in d. l.nepos Proculo*, & superiuribus per nos in principio citatis, quæ dicunt, alimenta esse præstanda secundũ dignitatem & qualitatem personæ alimentandæ. Secundo facit, quia honoris & existimationis ratio non minus habenda est, quàm necessitatis, cum vitæ comparetur, imò præferatur, & non satisfacit intellectus, quem Cordub. loco prædicto,*numer.79.ver.vnde opere*, accommodat ad *l.nepos Proculo*, quod scilicet ibi agatur de partium cõuentione, nam conuentio in eo textu concepta erat in casu potentię, & tamen dicit lex, quod intelligi debeat, qnãdo inspecta dignitate potest, atque ita procedit non ex pacto, sed ex legis interpretatione, quæ cadit etiam in casu nostro, vt legem, dicentem maritum exigi in quantum facere potest, intelligamus de potentia secundum dignitatem, vt scilicet, id faciat, quod potest salua dignitate. Posset tamen replicari, quod in casu legis *nepos Proculo*, facilius admittenda est interpretatio, quæ pro eo fit, qui cum non teneretur se obligauit, quo casu mitius est cum illo agendum, vt dicimus de eo, qui donauit reseruato vsufructu, vt non teneatur erga donatarium satisdare † de vtendo & fruendo arbitrio 46 boni viri, quia ex propria liberalitate conuenitur, *secundum Ioan. de Plat. in §.præterea, ver.sed & si quis, Instit.de actio.Socin.in l.omnes.ff.de excep. Corne.in consil.267.vol.4.Dec.in l.diuus,vbi Cagno.ff.de reg.iu.Gozad. in consil.91.num.5.Annib.in l.nemo potest, num.174. ff.de leg.1.Pinel.in l.1.par.2.nu.80.C.de bon.mater.Rolan. in consil.37.nu.8.& 24.in 2.vol.deci.Pedẽ.153.n.2.Caual. de vsufruct.mulie.relic.nu.153.* Sed id sustinetur, quia ibi tractatur de dote filiæ promissa, cui pater ad dotandum, etiam nulla præcedente promissione, tenetur. Ideo stabit firma conclusio, quod alimẽta reseruantur eo casu secundum dignitatem non solam necessitatem. Et non mouet, quod dantur miserationis gratia, quia respondetur non variari modum alimẽtorum ex causa: turpe enim esset vxorem lautè viuere, viro interim ad limites necessitatis victum habente.

In hoc tamen aduertendum censeo aliud esse, quod marito relinquantur condecentia, aliud quod secundum opulentiam & luxum, propterea versabitur iudicis officium in taxatione, † *vt* 47 *innuit Didac.dicto cap.8. §.6.num.8. quem sequitur Peregrin.d.li.3.numero septuagesimo secũdo,in fin.* Admonet proinde Alcia.*in d.l.nepos Proculo*, remouenda esse, quæ ad pompam & mollitiem pertinent, *sequitur Gallia. d.quæst. 6.num.103.*

Infertur ideo, verùm non esse, quod sufficiat alimentarium recipi in hospitale aliquod: nam illud procedit, quando personæ qualitas id pati- 48 tur, fieriq́ue potest salua dignitate, † & existimatione alendi, aliàs non, *vt declarat ipsemet Bald.in d. l.1.§.sed scimus, & sequuntur alij supra citati, Ruin. in consil.45.num.8.volum.2.Lupus d. §.23.num.9.Didac.d. cap.8.§.6. num.9. in fin.* vbi infert ad patrem, qui filium tenetur alere, *Cordub.d.l. si quis à liberis. §.solent,num.18. Peregr. d.lib.3. numero septuagesimo tertio, & Gallia. d. quæstio. 6. numero centesimo octauo*, vbi loquitur in hæredibus mariti post Cuccum. Et infert, quod eo casu vxor non cogitur etiam pedissequam agere, si non conuenit suæ conditioni. Infertur ex prædictis, idem esse in omnibus iis, qui tenentur solum in quantum facere possunt.

Secundo principaliter declaratur nostra conclusio, non procedere in filio spurio, quia ei non 49 secundum dignitatem, sed secundum † meram necessitatem alimenta debentur, *vt dicitur in c. cum haberet, in fin. de eo, qui dux.in vxor. quam pollu. per adulter.* Et in eo ita tenuit Calder. *in consil.60.colum.6.* vbi vult, quod non secundum patris qualitatem, sed secundum educationem de iure naturali necessariam prę̃standa sunt. *eum refert & sequitur Cassan. in consil.39.numero 55. Rot. Bonon.decis.22.num.6.* vbi allegat etiam Cur.iun. *consil.37. in fin.* qui dicit, 50 spuriæ non tantam dotem † esse dandam, quanta debetur legitimæ, *Crau.in consil.219.num.8. volum.2. Aemilia.in consil.146. nu.10. Cordub.in d.l.si quis à liberis.§.idem rescripsit.nu.48.addo Paleot.in tract.de noth. & spur.cap.47.in fi.& cap.49.in fi.* vbi vult necessaria tantum ministrari, *Lancello. Gallia.d.quæst.6.numero 103.Cuccus de legitima.§.potest præterea,nu.8.folio.137.* 51 quia si pater filium poneret in hospitale, † perderet patriam potestatem, *argumento l.2. C. de infan. expo.concludit Pet.Gerar.sing.2.num.9.* vbi ait, quod si filius occidens patrem, non tenetur lege Pompeia. Ascan. Clem. *de patria potest. cap. vltimo, numero nonagesimo sexto, & Didac.d.§.6.nu.9.* dicit, patrem non satisfacere, si filium recipi faciat in hospitali.

Sed etiam spuriis alimenta secundum personæ conditionem deberi, voluerunt Corset. *in singula.incipien.spurios, il secondo, Didac. dicto capitulo octauo,§.sexto,numero octauo*, vbi dicit, hanc partem ex benignitate iuris canonici prouenisse, cum ex iure ciuili alimenta deberentur solum, secundum vitę necessitatem, & in quantum natura exigit, ne quis deficiat, & infert ad legem Regni de quinta parte, alimentorum loco designanda, quam vult augeri posse, si per se non sufficiat. Cum hac etiam sententia transit Ludouic. Molin. *de primogen.Hispan. libro secundo, capitulo decimo quinto,numero quinquagesimo quinto*, vbi dicit, non satisfieri canonicæ æquitati, nisi præstentur secundum dignitatem, *Bonacos. in tracta. de æquita. canon.*

canon. concluſ. ſecunda. Et hanc partem tenent *Pariſ. in conſilio decimo quarto, numero vigeſimo ſeptimo, volumine ſecundo, & Peregrin. dicto lib. 3. numero 72.* qui vna cum Didac. Molina & Bonac. in locis prædictis ſubdunt, alimenta taxari arbitrio iudicis. Addit tamen Molina, quod non tam pinguia ſpurio decernenda ſunt ſicut legitimo, & naturali, & hęc pars verior eſt. Abſurdum enim foret dicere, quod æquè ſtricta alimenta conſequatur ſpurius alicuius Comitis, vel Equitis, vel etiam Principis, ſicut cuiuſuis mercatoris, vel alterius alicuius priuatæ perſonæ. Eſt enim modus in rebus, ſunt certi denique fines. Et hoc etiam innuit textus *in dicto capitulo, cum haberet, in fine*, qui non ſimpliciter dicit, eſſe præſtanda ſecundum naturalem neceſſitatem, ſed ſecundum, quod eis ſuppetit. Et licet dicat neceſſaria, tamen iudicantur neceſſaria, quæ dignitatem alimentarij reſpiciunt, vt ſimilem textum declarat gloſ. *in capitulo, Epiſcopus, in ver. neceſſaria, de præben. & alij, quos citaui, hoc eodem capitulo, dum tractaui, de alimentis præſtandis clerico ab Epiſcopo ordinante.* Circa autem illud Didaci aſſumptum, quod quinta pars filio pro alimentis aſſignata augeri non poſſit, vide latè agentem Cordub. *in dicto §. idem reſcripſit, numero 59. & ſeq.* Et prædicta de ſpurio ſæpe in iudicio contingunt, cum bonis alicuius confiſcatis decernuntur alimenta. Infert autem generaliter Molin. loco prędicto ad illos omnes, quibus miſerationis gratia lex concedit alimenta, quod notandum eſt. Nam idem ſupponunt cæteri omnes, licet non tam explicitè loquantur. Et Cordub. *dicto §. ſed ſi filius, num. 6.* recitat multas perſonas, quibus miſerationis cauſa conceduntur alimenta, & ſupra hoc capitulo in illationibus recitauimus multas perſonas, quibus alimenta præſtanda ſunt, licet concedantur gratia miſerationis, ideo non opus eſt referre denuo.

Ex prædictis infertur, qualia patri alimenta præſtet filius ſpurius, nam Cordub. *in d. l. ſi quis à liberis, §. vtrum, num. 84. ver. hæc autem alimenta, ff. de*
52 *liber. agnoſcen.* inquit, talia patri à filio danda, † qualia filius patri dare tenetur, & facit ratio correla-
53 tiuorum, † vt diſpoſitum in vno, locum habeat in alio, *l. fin. C. de indic. viduit. tollen. l. fin. §. fin. ff. de acceptilat. l. prima, vbi Bartol. ff. de cupreſ. lib. 11.* facit etiam
54 quia parentes illegitimis filiis eo modo † ſuccedunt, quo filij ipſi parentibus. *§. de nepotibus, in Authen. quib. mod. nat. effician. ſui, Azo. in ſumma, C. de legitim. hæred. in fine, Bartol. in l. finali. columna ſecunda, ff. de his, quibus vt indign. cum multis apud Didac. in Epitom. de ſucceſſion. ab inteſt. concluſ. duodecima, numero decimo tertio, Gomeſ. in titu. de ſucceſſio. contra teſtamen. capit. 21. num. 36. ver. confirmatur, quia in eiſdem, Aſcan. Clemen. in tract. de patria poteſta. cap. 5. numero 44. vbi alios citat. Lancello. Gallia. in conſuetu. Alexand. in ver. vxori, quæſtio. 4. num. 32.* In contrarium tamen facere videtur, quia plus debet filius patri, quam pater filio, *vt dixi in tit. quibus debean. alimen.* Ideo non videtur argui poſſe de filio ad patrem, cum
55 diuerſa ſit ratio, quæ facit, † ideo ceſſare argumentum correlatiuorum, *l. curatorem, vbi gloſ. Cyn. & alij, C. de interdic. matrimo. l. ſi. vbi Salice. C. de reſcind. vend. Iaſon in l. tranſigere, columna 1. C. de tranſact. & in dicta l. fin. num. 18. Crot. in l. ſi conſtante, in ſecunda lectura, numero 63. ff. ſolu. matrimo. deciſ. Pedem. 140. numero 7. Euerar. loco 76. colum. 3. ver. præmiſſa tamen limita, Lancello. Gallia. dicta quæſtio. 4. numero quadrageſimo quarto.* Cum ergo diuerſa militet ratio, diuerſum quoque ius eſſet ſtatuendum: & non obſtat, quod dictum eſt de ipſa ſucceſſione, quia alibi diximus, ius & neceſſitatem alendi non regulari ſecundum formam ſucceſſionis, ſed aliter. Quidquid tamen ſit, ego arbitror veram eſſe concluſionem, quod pariformis ſit præſtatio, nam in patre minor eſt ratio conſequendi à filio alimenta, quàm ſit in filio, quandoquidem filius nihil peccauit in ſui generatione, pater autem commodum ſentit ex ſuo peccato, quod eſſe non deberet.

Tertio principaliter limitatur noſtra concluſio, vt procedat in filio, qui profudit & diſſipauit legitimam portionem ſibi aliquando à patre aſſignatam, quia & ſi ille alendus ſit, vt dixi ſuo loco: tamen non ſunt ſecundum dignitatem, & qualitatem perſonæ præſtanda, ſed tantum pro
56 vitæ ſuſtentatione, † & ſubleuanda neceſſitate. *ita determinat Marſil. Antonius Cuccus in tracta de legiti. in §. poteſt præterea, numero 8. Lancello. Gallia in ver. ſolidos, quæſtio. 6. numero centeſimo trigeſimo ſexto.* Et licet præter ſuam opinionem nihil adducat, tamē poteſt confirmari, nam debentur potius tamquam eleemoſyna, quæ præſtatur cuique pauperi & egeno, quàm vti alimenta, & illi dantur tamquam tertio extraneo, non tamquam filio. In eleemo-
57 ſyna autem non attenditur dignitas, † niſi ſecundum diſtinctionem Diui Thom. de qua dixi *in tit. quib. deben. alimen.* Ergo idem erit ſeruandum in prodigo filio. Facit, etiāſi illi pinguia alimenta forent decernēda, daretur occaſio delinquendi, & diſpenſandi portionem aſſignatam, & non eſt tantùm vni filio fauendum, quod cæteris fiat iniuria.

Quarto principaliter declaratur, non procedere in patre criminoſo, vel bānito ex graui crimine, quia quamuis à filio alendus ſit, tamen ſufficit eum à filio ab extrema egeſtate ſubleuari,
58 † nec pro dignitate decernuntur ei alimenta, *ita voluit Cordub. in dicta l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, numero ſeptuageſimo ſecundo, ver. hæc alimenta, allegat le-*
59 *gem Regni*, & facit, quia † criminoſi viri ſunt egeſtate premendi, *l. bona fides, ff. depoſi. Iaſon. in authen. res quæ, numero vigeſimo, vbi Cur. iun. numero trigeſimo primo, C. commun. de lega. late Lancello. Gallia. in ver. ſolidos, quæſtio. ſexta, numero centeſimo trigeſimo quarto, facit l. quisquis, C. ad leg. Iul. maieſt.* cōferunt ad propoſitum rationes in proxima limitatione adductæ, quia alimenta illi tamquam extraneo exhibentur, non tamquam patri, & daretur occaſio peccandi. Et hæc ſententia verior eſſet, ſi neceſſitas patrem alendi proueniret à patria poteſtate, vti aliqui exiſtimant. Nam multis in caſibus propter bannum pater amittit patriam poteſtatem,
60 ſaltem quo ad ciuitatem, à † qua pater eſt banni-

tus, *Salic. & Castren. in l. prima. ff. de hæred. institu. Imo. in l. Gallus. §. ille casus, ff. de libe. & posthum. Alexand. in l. si cum dotem, §. si patri, ff. soluto matrimonio, & de hac quæstione multa ponit Ascan. Clemen. in tracta. de patria potesta. capitu. vltimo, numero vigesimo secundo, & pluribus sequentib.* Cessante enim in iis casib. patria potestate, cessabit necessitas alendi secundum reuerentiam & dignitatem patris: propter delictum enim releuatur filius ab eo onere patrem alendi, quod sibi incumbebat, quia vbi quis sua
61 culpa incidit in egestatem, non est alendus, † vt de vxore erga virum ponit Bald. *in cons. 478. num. 2. vol. 5. Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. bona, num. 5. C. de reuoc. donatio. Crau. in corollar. consily pro genero, nu. 39. & 42.* vbi ait postponendam esse omnem æquitatem. Cum ergo cesset obligatio proueniens à patria potestate, & à reuerentia patri debita, remanet ea sola, qua obstringitur quis, Christiana pietate erga extraneum.

Quinto eisdem fermè rationibus limitatur, vt non habeat locum in vxore, quæ incidit in paupertatem propter luxuriam, delictum, vel aliam
62 culpam, quia ei debentur quidem † alimenta ex pietate per modum eleemosynę, sed non secundum familiæ dignitatem, & sui qualitatem, *vt expresse concludit Lancel. Gallia. in d. quæstio. 6. num. 136.* mouetur ex prędictis omnibus fundamentis, nec non decisione Mar. Anton. Cucchi. *in d. c. ver. legitima.*

Sexto ideo generaliter limitari potest, quandocunque propria culpa quis deuenit ad egestatem: tunc enim non est habenda ratio anterioris
63 dignitatis, † quam proprio delicto perdidit vel obscurauit, & hoc modo intelligi possunt, quæ supra diximus in principio, non attendi antiquã dignitatem, sed prę sentem rei statum, quando sua culpa dignitatem perdidit.

Septimo generaliter quoque intellige, quod 69
præstentur alimenta pro dignitate alimentandi, si is, qui alit ita dives sit, quod pinguia eo modo possit alimenta prabere, secus si eius facultates sufficerent solum pro tollenda necessitate, quia
64 in plus non tenetur. Cum enim de vno † disputamus, cætera præsupponuntur habilia, *§. in extraneis, Instit. de rer. qualit. & differ.* nemo enim dat,
65 † quod non habet, *capitu. quomodo, distinctione quarta, l. si filius, C. de donatio. Dec. in l. nemo plus iuris, numero secundo, ff. de regulis iuris,* & prima charitas incipit
66 à seipso, † *l. præses, C. de serui. & aqua,* & nemo tenetur seipsum spoliare, vt alium vestiat. Et diximus supra *in tit. quibus ex cau. alimen. denega. poss.* quod pater, & alij, qui alere tenentur, ab eo onere eximuntur, si facultates non suppetant pro omnibus: & sicuti eximuntur in totum, quando facultates deficiunt in totum, ita eximuntur in parte, quando pro parte deficiunt. Est enim eadem ra-
67 tio † partis quo ad partem, quæ est totius, quo ad totum, *l. quæ de tota, ff. de rei vend. Euerar. in loco de toto ad partem.*

Octauo non attenditur dignitas alimentarij, quando alimenta plurib. coniunctim relinquun-
68 tur: tunc enim ea sunt æqualiter † singulis præstanda, *vt voluit Inno. in c. omnes, num. 4. de consti. per textum, ibi.* qui loquitur de distributione portionum inter canonicos, *sequitur Host. in ver. coæquetis. Ioan. Andr. in Nouel. in fin. Ancha. num. 4. Imo. numer. 12. But. in fin. Bald. num. 8. Abb. num. 9. Barbat. numero 49. & Felin. num. 32. Bald. Ang. Roma. & Florian. in l. si partem, ff. de serui. rusti. prædio. hanc etiam partem probarunt Cæpol. Bertach. & Lambert. quos omnes citat Cordub. in l. si quis à liberis, §. sed si filius, numero 55. ff. de lib. agnosc.* vbi contrarium tenentes citat Abbas, Florian. Dec. & Cirier, reprobatque distinctionem Bertachi, qui volebat, id procedere, quando omnes alimentandi erant paris gradus, secus autem si inæqualis. Ipse vero Cordub. distinguit, aut alimenta pluribus relinquuntur vnicum corpus repræsentantibus, & tunc omnibus dari debent æqualia alimenta: aut pluribus, vt singulis præstãtur, & tunc habetur ratio conditionis cuiusque ipsorum. Ratio est secundum eum, quia canonici cõiuncti sunt coniunctione ciuili, *l. verũ. in prin. §. & si cũ tres, ff. pro socio.* Pari ergo modo alendi sunt, nõ dispari. Et sic intelligit text. *in d. c. cum omnes.* At textũ, qui prædictis aduersari videbatur *in l. sed etsi quid inædificauerit. §. sufficienter, ff. de vsufructu.* vult, quod loquatur quando alimenta pluribus, vt singulis debentur: loquitur enim in vsufructuario, qui hæreditarios seruos alere tenetur, quemlibet scilicet secundum suam conditionem & dignitatem, atque ita ipse longo sermone, confutatis aliorum opinionibus quæstionem hanc sua proposita distinctione resoluit. Ego autem aduerto, quod Innoc. distinguit inter cibaria, & vestes; vultque, quod etsi æqualitas in cibariis seruanda sit, non tamen seruetur in vestibus, *& sequuntur eum Abb. But. Felin. Dec. & alij:* at vestimentum pars est alimentorum, & non videtur aliqua differentia inter vestes, & cibaria, & ex hoc confundi videtur distinctio † Cordub. quia cum eodem iure
69 omnibus, vt vniuersis debeantur, & cibaria, & vestes, cur tam diuersum ius inducitur, vt in vno dignitas attendatur, in alio non. Ea item distinctio confunditur ex alio, quia, etsi vnicum corpus repræsentetur à pluribus, non subest tamen diuersitatis ratio, quare minus attendatur personarum cõditio, quàm vbi pluribus simul relinquitur, vt singulis, cum in eo, quod agitur de alimentis, non consideretur corpus, aut collegium, sed singulorum persona. Hinc videmus, quod attẽditur vtilitas, ideo si agamus de causa illius collegij, & vtilitas causæ pertineat ad singulos, non attendimus † vniuersitatem collegij, sed singu-
70 los, eaque ratione canonici non erunt testes idonei in causa capitali, *Iacob. Belu. in Authen. de monac. in princ. quæst. 8. Ioan. Andr. in c. cum nuntius, de testib. in Nouel. Bar. in l. in tantum, §. vniuersitatis, ff. de rerum diuis. cum aliis multis, quos citaui in cons. 28. num. 41. & seq.* atque ita erit in causa alimentorum, quia etsi collegio relinquantur, eorum tamen vtilitas pertinet ad omnes, vt singulos, ideo attendi non debet collegium repræsentatum. Eodem modo videmus, quod etsi Episcopus non possit, vti suspectus remoueri à cognitione † causæ, in qua tracte-
71 tur de

tur de intereſſe ſuæ Eccleſiæ, *gloſ. in cap. ſi quis erga, in ver. priuetur, 2. quæſtio. 3. & in cap. cum veniſſent, de iud. cum aliis per me adductis in conſilio 50. in princip.* tamen aliud eſt, quando agitur de bonis † ſuæ menſæ deſtinatis, *Collecta. Butr. Abb. Felin. Dec. & alij in d. c. cum veniſſent.* quia etſi ea bona ſint Eccleſiæ, tamen commodum & incommodum principaliter pertinet ad Epiſcopum. Et hanc ſententiam tenuerunt Hoſtien. Calder. Bald. Alexand. Abb. Aufrer. Riminal. Alcia. Blanc. & Natta, quos adduxi *dicto conſil. 50. num. 11.* Eſt ergo verbalis illa diſtinctio Cordub. deducta à corpore repræſentato. Vt ergo meum interponam iudicium, exiſtimo opinionem Abb. eſſe veriorem, licet Innocen. ſequantur Doctores communiter, & textus *in c. cum omnes*, cum dicit *coæquetis*, intelligi debet ſecundum cuiuſque canonici dignitatem & cõditionem. Non enim erit æqualis alimentorum præſtatio, ſi non habeatur ratio dignitatis. Sic videmus diſpoſitam eſſe cœleſtem gloriam, quam Deus Optimus Maxim. electis ſuis parauit. Erit enim inter beatos omnes æqualitas, quia quisque pro ſua capacitate glorioſus erit. At maior erit vnius, quam alterius gloria, prout plus meruit, neque tamen dicet quiſquam ſubeſſe inæqualitatem. Præterea, quæ differentia poteſt rationabiliter conſtitui inter diſtributionem veſtium, & cibariorum, & magis in veſtiario, quàm in cibariis attenditur dignitas. Benè fateor, quod dum de dignitate loquimur † inter canonicos & monachos, non de ea intelligere debemus, quam quiſque habebat in ſæculo, ſed de ea, quæ attenditur ex religionis inſtituto, puta in lectore, priore, præpoſito, magiſtro, & aliis, qui in cæteros præcellunt.

Nono non attenditur qualitas perſonæ, vel conditio, quando alimentorum qualitas eſt taxata, per ea, quæ ponunt Bal. & Ang. *in l. ſi partem, ff. de ſerui. ruſt. prædio.* vbi deputati ad dandum duas bucellas pro eleemoſyna, † tenentur ita paruis dare ſicut adultis, *Imo. & Felin. cap. cum M. Ferrar. de conſtit. Cæpol. de ſeruit. ruſtic. prædio. tit. de aquæduc. in 3. quæſtio. concluſ. prima, Picus in authen. præterea, nu. 62. C. vnde vir & vxor.*

71 72 73 74

SVMMARIVM.

1 *Hæres talia præſtat alimenta, qualia præſtare ſolebat teſtator.*
2 *Verba intelligi debent ſecundum mentem proferentis.*
3 *Conſuetudo declarat omnem actum.*
4 *Conceſſio videtur facta ſecundum conſuetudinem concedentis.*
5 *Verba intelligi debent ſecundum qualitatem perſonæ loquentis.*
6 *Feudum conceſſum videtur eo modo, quo conſueuerat concedere.*
7 *Habitationis relictum intelligi debet, prout dabat teſtator.*
8 *Conſuetudo patrisfamiliâs eſt ſpectanda.*
9 *Vſus patrisfamiliâs declarat illius voluntatem.*
10 *Conſuetudo vltima attenditur in alimentis.*
11 *Conſuetudo vltima ſeruanda eſt regulariter.*
12 *Conſuetudo regionis attenditur, quando deficit ſpecialis vſus patrisfamilias.*
13 *Conſuetudinem inducere, quando poſſit vna familia inter ſe.*
14 *Hoſpitale nouiter electum præſtat alimenta ſecundum conſuetudinem antiquorum hoſpitalium.*
15 *Alimenta non egent taxatione iudicis, quando relinquuntur prout conſueuit præſtare.*

QVÆSTIO XIX.

POST conditionem & dignitatem alimentarij, inſpicimus, quid facere conſueuiſſet teſtator, qui alimenta reliquit, & talia præſtabit hæres, qualia præſtare † ſolebat teſtator, dum viueret, eſt tex. expreſſus *in l. cum alimenta, in princip. ff. de alimen. & cibar. leg.* & facit, quia verba intelligenda ſunt ſecundum mentem proferentis, † *Caſtren. in conſ. 332. colum. 1. volum. 1. Crau. in conſ. 3. numero 12.* vbi dicit, quod quantumuis ſint præciſa, reſtringi debent ſecundum mentem proferentis. Mens autem colligitur ex eo, quod facere conſueuit, quia conſuetudo † declarat omnem actum. *l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua, ff. de ædili. edicto. l. in ſtipulationibus, ff. de reg. iu. cum infinitis congeſtis à Gabriel. commun. opin. lib. 6. titu. de conſuet. concluſ. prima, per totam,* & inquit Bald. *in l. ſi certis annis, C. de pac.* quod conceſſio cenſetur facta ſecundum morem † & conſuetudinem concedentis, *ſequitur Alexand. in conſ. 107. num. 1. & 2. volum. 1. Felin. in cap. cum Bertoldus, colum. pen. de re iudi. Cur. in tracta. de monet. concluſ. vltima,* & verba intelliguntur ſecundum conditionem & qualitatem † proferentis, *l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebel. Dec. in l. vnica, in vltima lec. num. 1. C. quando non peten. par.* & videtur quis concedere eo modo, quo conſueuerat, vt loquendo de feudo † inquit Bero. *in conſilio ſeptuageſimo ſeptimo, numero 30. volumine 1.* Ita ergo in alimentis dicendum eſt, vt eo modo videatur teſtator reliquiſſe, quo ſolitus erat dare. Et ita dicit Bero. *in conſilio 48. numero 10. volumine. 2.* vbi infert ad relictum habitationis, † quod eſt pars alimentorum, & vult, quod intelligatur prout conſueuerat teſtator. Et dicit textus *in l. ſi ſeruus plurium, §. vltimo, ff. de leg. 1.* quod in explicanda voluntate ſpectanda eſt patrisfamiliâs † conſuetudo, *l. nũmus, ff. de lega. 3.* & qui facit ſecundum teſtatoris conſuetudinem, dicitur facere ſecundum eius voluntatem, & è contra, *Bartol. in l. nomen. §. 1. numero 2. ff. de leg. 3. facit l. prima, & l. ſi quis vinum, ff. de vino tri. oleo leg.* Et dicit Alcia. *in l. 1. n. 47. ff. de iurid. om. iud.* quod vſus patrisfamiliâs † declarat eius voluntatem, *Zaſ. in conſ. 2. numero 2. volum. 1. Simon de Pretis. in tracta. de interpretat. vlti. volun. lib. 1. interpretatio. 2. dubitat. 2. ſolut. 9. num. 2. Mantic. de coniec. vlti. volun. lib. 6. tit. 9. num. 1.*

Quod ſi teſtator diuerſimodè ſeruauit, ea conſuetudo erit attendenda, quam vltimo loco † tenuit, vt eſt textus de alimentis loquens, *in l. Mela. §. 1. ff. de alim. & cib. lega. Simon lib. 4. dubi. 11. num. 48.*

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

Menoc. de præsum. lib. 3. præsump. 6. num. 38. & est regu-
11 lare in omnibus, quod vltima obseruetur, † *Alex. in cons. 5. colum. fi. volum. 5. cons. 223. colum. 2. volum. 2. Dec. in l. semper in stipulationibus, num. 8. vbi Cagno. numero 11. ff. de reg. iu. Felin. in cap. cum acceßissent, num. 31. de constitutio. Cassan. in cons. 10. num. 7. Natta, in consilio 367. num. 18.*

12 Consuetudo item regionis inspicitur, † quãdo deficit patris familias specialis vsus, *d. l. quod si nolit. §. quia assidua, cum multis apud Gabriel. d. conclus. 1. per totam, Mantic. d. libro 6. titu. 8. per totum, Simon de Pretis d. solu. 9. num. 2. Nattam cons. 195. num. 3. Caphal. in cons. 328. num. 43. D. Becium in cons. 101. num. 48.* Et in prædictis locis Mantica & Simon declarãt, quando testatoris, vel etiam regionis consuetudo non sit attendenda.

Posset etiam qualitas alimentorum colligi ex familiæ ipsius testatoris consuetudine: sed quia inter Doctores maxima est controuersia, an, &
13 quibus casibus vna familia possit inducere † consuetudinem, ideo vide latè apud Gabriel. *d. libro 6. tit. de consuetu. conclus. 5. per totam, Mantic. d. titu. 9. num. 8* & quod alimentis præstandis attendatur consuetudo, voluit etiam Castren. *in cons. 437. numero 2. vol. 2.* vbi ait, quod alimenta ab hospitali, nouiter de ordine testatoris erecto, præstanda
14 † sunt secundum consuetudinem aliorum hospitalium; subdens, quod si talis cõsuetudo probari non potest, media via est eligenda, & secundum eam fiet præstatio. Et consuetudinem attendi voluit quoque Cordub. *in l. si quis à liberis, §. non tantum, num. 18. ff. de lib. agnoscen. Natta in cons. 387. nu.*
15 *11.* vbi ait, non taxari à iudice alimenta, † quando relicta sunt eo modo quo solitus erat testator præstare, *Crau. cons. 189. num. 10.*

SVMMARIVM.

1. *Vxori alimenta præstantur secundum quantitatem redditus dotis.*
2. *Alimenta non restringuntur ad reditus dotis.*
3. *Vxor quæ magnam tulit dotem, pinguius alitur quàm ea, quæ paruam habuit.*
4. *Filia dotata interim dum nubit ali debet secundum quantitatem dotis.*
5. *Frater tenetur sororem dotatam alere etiam de proprio, donec nubit, si vires dotis non sufficiunt.*
6. *Vidua intra annum luctus ali debet secundum reditus dotis, & donationis propter nuptias.*
7. *Marito, qui moram passus est in solutione dotis, taxantur alimenta secundum illius quantitatem.*
8. *Maritus moram passus consequitur alimenta habito respectu ad id, quod impendit circa alimenta vxoris.*
9. *Maritus non consequitur interesse dotis non solutæ, si non sustinuit onera matrimonij.*
10. *Maritus interesse dotis non solutæ consequitur, etiam vltra quàm ferant onera matrimonij.*
11. *Cordub. in l. si quis à liberis. §. si quis ex his, nu. 58. ff. de liber. agnos. reprobatur.*

QVÆSTIO XX.

1 VXori alimenta præstanda sunt secũdum quantitatem † reddituum dotis, ita in vxore voluit *l. ex annuo. ff. de donatio. inter vir. & vxor.* vbi immodicum iudicatur, quod est supra vires, *l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo, ff. solu. matr.* vbi vxor à marito destituta ali mandatur secundum dotis quantitatem, *Spec. in tit. de dot. post diuor. restitu. §. formatis, num. 15.* vbi tamen dicit, non solùm secundum dotis quantitatem, sed etiam secundum conditionem alendam esse vxorem, *Bar. in d. §. sin autem in sæuissimo, nu. 5.* vbi post Iacob. de Aret. dicit attendi non quãtitatem dotis, sed reddituum, quæ ex ea percipi potest, *Abb. in c. ex literis, numero 3. de diuor.* vbi loquitur donec pendet accusatio de adulterio, & quãdo alitur extra domum. Et inquit, procedere quando habet dotem, aliàs tenetur alere de proprio, de quo dixi latè *in tit. quibus, & à quibus debeant. alimen.* nam quod dicitur alimenta regulari secundum quantitatem dotis,
2 intelligitur ad commodum vxoris, † non quia ex dote restringi debeant alimenta si vir diues sit, & illius conditio pinguiora exigat alimenta, *idem Abb. in capitulo, salubriter, in ca. 1. de vsur.* vbi ait, quod dicimus vxorem ali secundum quantitatem dotis, intelligi ita, ne capitale consumatur. Et subdit, quod commodius, & honorabilius alenda est
3 vxor, † quæ magnam dotem portauit, quam quæ paruam: id quod repetit *addition. ad Abb. in capitu. accedens, in fi. de procura. Salic. in l. quod in vxorem, numero primo, C. de neg. gest.* vbi declarat alimenta sumi ex eo, quod ex dote redigitur, *Alexan. in d. §. sin autem in sæuissimo, numero septimo, Campeg. de dot. in 2. par. quæstio. 53.* Et dicit Lupus *in rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 11. in fin.* quod vbi fructus dotis multum exuberant, tunc vxor melius & honorabilius est tractanda, *Cordub. in l. si quis à liberis. §. si quis ex his, num. 20. ff. de lib. agnoscen.* Intelligendum est autem, quando sufficiunt dotis fructus, quia tunc pinguius, vel tenuius alitur, sed vbi non sufficiũt, præstanda sunt nihilominus alimenta à marito secundum ea, quæ *in d. titulo posui.*

Secundo idem est in filia, cui relicta fuit dos, nam cum illa interim alenda sit, vt eo loco dixi,
4 alimenta præstanda sunt secundum dotis † quantitatem, vt est præcisus textus *in l. cum vnius. §. fin. ff. de alimen. & cibar. lega.* vbi glos. dicit, procedere hoc ex coniecturata voluntate testatoris, qui videtur filiam eo modo dilexisse circa alimenta, quo dilexit in dote, & loquitur text. ille quando alimenta fuerunt expressè relicta, arbitrio boni viri præstanda. Sequitur Bart. ibi subdens, quod procedit, quando sufficiunt vires dotis, alias fra-
5 ter † supplere tenetur de proprio. Et inquit Roman. *in singu. 538.* quod ibi est casus singularis, in quo statuuntur alimenta secundum qualitatem personæ, & quantitatem patrimonij, *Campeg. in tracta. de dote, in secunda par. quæst. 64.* Et rationem ponit Bald. *in consilio 58. numero 7. volumine 2.* quia quando dos est causa finalis alimentorum, tunc alimenta succedunt loco eiusdem interusurij,

proinde

proinde præstanda sunt pro mensura dotis, non secundum quantitatem patrimonij. Cum hac sententia transit quoque Crauet. *in cons. 189. nu. 9.* vbi dicit non esse conueniens, quod alimenta simpliciter & purè debita, regulentur secundum dotem conditionaliter relicta, etsi cum textum vidisset Capra, *in cons. 72. num. 9.* non dixisset deberi secundum qualitatem personæ, & quantitatem patrimonij.

Tertiò, procedunt præmissa etiam in vidua, cui præstanda sunt alimenta secundum quanti-
6 tatem dotis, & donationis † propter nuptias, intra annũ luctus, dum fit dotis restitutio, *vt probat Bal. in d. cõs. 58. n. 7. vol. 2.* vbi expressè loquitur in vidua, dicens, quod alimẽta debeãtur secundum quantitatem dotis, & donationis propter nuptias. Et de vidua loquitur quoque Crau. *in d. cons. 189.* qui id tenet, quo ad alimenta illi prẽstanda etiam post annum luctus, dum hæredes mariti sunt in mora soluendi dotes.

Quartò, eodem modo alimenta præstanda sunt marito, qui moram passus est in dotis solutione,
7 quia ea secundum quantitatem promissæ † dotis taxantur, vt in vidua dixit Crauet. *dicto consil. 189. secundum notata in l. insulam. §. vsuras. ff. solu. mat. ponit Capra. in cons. 105. num. 3.* vbi tamen dicit aduertendum, quod si fundus inæstimatus fuit in dotem assignatus, non habetur ratio valoris, sed redditus, in quo licet ipse nihil alleget, adduci tamen possunt Doctores supracitati in principio huius quæstionis, qui dicũt non ipsam dotem spectandam, sed dotis redditus. Ideo cum fundus inæstimatus sit dotalis, præstari debent alimenta secundum redditum. Pro quo facit etiam quod dicunt Doctores in ea quæstione, an alimenta ex fructibus, vel proprietate danda sint, dum volunt non attendi valorem palatij, vel turris. Bald. autem *in cons. 94. vol. 1.* dicit post Rayn. de Forlin. Iacob. de Rau. & Pet. quod alimẽta loco interesse marito moram passo præstanda sunt iuxta morem regionis, & respondentiam onerum matrimonij, eatenus, quatenus de dote soluendum est, & sic proportionabiliter, & hanc opinionem subdit esse multam ęquam: concludens ideo quod iudex debebit arbitrari consideratis oneribus matrimonij, quantitate dotis, & regionis consuetudine. Et Cæphal. *in cons. 280. num. 52.* dicit post Alex. quem, citat, quod marito soluuntur alimenta secundum quantitatem dotis promissę.

At alij voluere, quod interesse mariti consideretur non habita ratione ad dotem, nec ad alia,
8 sed quantum ipse circa † alimenta vxoris impendit, *ita voluit Castr. in l. insulam, §. vsuras, ff. solu. matr. quem sequuntur Alex. in cons. 221. nu. 8. vol. 2. Dec. in cons. 119. num. 12. Cagnol. in l. curabit, num. 43. C. de actio. emp. & ibi. Io. Bapt. Lupus commenta. 1. §. 4. num. 77. Plot. in tract. de in lit. iuran. §. 11. num. 18.* vbi dicit esse communem opinionem, quod maritus eatenus exigit vsuras dotales, quatenus impendit in onerib. matrimonij ferẽdis, & non vltra. Est verum, quod multi ex citatis ab eo non loquuntur de taxando interesse, & hoc etiã placuit Cord. *in d. l. si quis à liberis, §. ex his, num. 58. ff. de liber. agnoscen.* vbi allegat Lupum, & Caietan. dicens, interesse in eo consistere, quod sustinuit onera matrimonij, & subdit, non considerari lucrum cessans. Aliter autem mariti interesse considerant Moder. Galli. *in tracta. de vsu. nu. 525. & examinat Lup. in c. per vestras, in 3. notab. §. 8. num. 3. & seq.* Sed eã mihi verior semper visa est opinio, quod alimenta taxentur secundũ quantitatem dotis id est quantum maritus ex dote percepisset, siue exercendo mercaturam, siue emendo prædia, si dos in tempore soluta fuisset, quia vt dicunt Doctores, *cap. salubriter*, nihil noui aut specialis induxit, cum semper interesse peti possit, etiam à non solito negociari, *vt ponunt Doctores, in l. vnica, C. de sent. quæ pro eo quod inter.* Sed intelligi debet eatenus, quatenus ipse impendit in onera matrimonij, id est, ne vltra petat quàm impenderit, aliàs enim si peteret vltra quàm impendisset non deberetur. Hinc gl. Bart. Alex. & alij, *in l. si ab hostib. §. si vir vxorem, ff. solu. matr.* dicunt, quod
9 si † maritus non sustinet onera matrimonij, non potest agere ad fructus dotis, vel ad interesse, *Abb. in cons. 79. num. 2. vol. 2. Marsil. in singul. 264. Plot. in d. tract. de in lit. iurand. §. 11. num. 14. Io. Bapt. Lup. d. commentar. 1. §. 4. num. 78.* Quod est verissimum, quando non sustinet onera matrimonij, at si ea sustinet, non potest vltra onera petere, etiamsi reddit. dotis excedant. Sed hoc vltimum est etiam intelligendum, si petat tamquam alimenta, at si petat tamquam simplex interesse lucri cessantis, vel damni aliunde emergentis, quã ex eo, quod ma-
10 trimonij onera sustinuerit, illud † consequitur, etiamsi matrimonij onera excedat, *Bal. Nou. in tracta. dot. par. 7. in 3. specia. col. 2. ver. sed tunc succedit.* Et hanc dicit communem opinionem Legistarum & Canonistarum, Plot. *in d. §. 11. num. 21. alios citat Io. Bapt. Lup. d. §. 4. num. 79. in fi. ver. put auerim equidẽ.* Atque ita, vt scias modum deducendi tale interesse in actu practico, nota, quod plurimũ refert qualiter petatur. Si enim petat maritus tamquam alimenta vxori præstita, & ratione onerum matrimonialium, non poterit excedere quantitatem onerum. Si verò petat tamquam simplex interesse siue lucri cessantis, siue damni emergentis aliunde, quàm ab ipso matrimonio, datur excessus, in quo cauendum est † à Cordub. *in d. §. si quis, nu. 58.* vbi ait, non attendi in marito lucri cessantis interesse, quod est falsum, & communiter ab omnibus reprobatum.
11

SVMMARIVM.

1 *Testi non debentur expensæ ante discessum, si pars velit pro se successiuè eas soluere.*
2 *Testi alimenta debentur secundum arbitrium iudicis.*
3 *Testi alimenta debentur moderata, non delicata.*
4 *Testi alimenta debentur eo modo quo recipiunt in domo propria.*
5 *Testi alimenta debentur pro accessu, recessu, & pro tempore morę.*
6 *Testi pinguiora dantur alimenta, quando vtraq; pars illum producit.*
7 *Testi datur etiam equi vectura, si conditio illius sic exigat.*

8 Testi

8 *Testis exigit vecturam equi, etiamsi vsus sit proprio, quando consueuerat illum locare.*

9 *Testis exigit vecturam equi, etiam quando vsus est proprio, si pars erat equum conducturæ.*

10 *Testi rustico non datur equus, sed debet pedester incedere.*

11 *Testi rustico infirmo dari debet equus.*

12 *Testis, cui multorum dierum expensa fuit soluta, restituit quidquid recepit vltrà dietas quibus fuit occupatus.*

QVÆSTIO XXI.

TEsti producto fieri debent expensæ *vt dixi in titulo, quib. & à quibus debeantur alim.* & solui debent antequàm testis arripiat iter ad ferendum testimonium, *vt dixi hoc eod. tit. dum tractaui de tempore præstandi alimenta.* Quid
1 tamen intelligendum est, nisi † pars velit per se, vel per suum ministrum successiuè expensas exhibere, *vt inquit Ioan. And. ad Spec. §. qualiter, num. 13. in fi.* Eiusmodi autem expensæ non taxantur, se-
2 cundum testis aut partis † voluntatem sed arbitrio iudicis, *secundum Philip. Franch. in cap. statutum, §. pro ferendo, de rescrip. in 6. quem ad hoc citat Crot. siue Pet. de Moncad. in tracta. de testib. num. 406. vers. & scias.* Sed Franch. hoc non dicit, verum Doctores omnes inquirunt per iudicem taxandas esse, *vt per Cyn. Bald. Salic. & alios, C. de testib. dixi in locis supra citatis.* Debent autem testi ministrari alimẽta † non
3 delicata, sed moderata, *cap. 1. de sequestr. poss. l. inter quos, §. fin. ff. de dam. infec. ita declarat Archidia. in d. cap. statutum, col. antepe. in ver. prouisurus:* vbi subdit, tales
4 esse præstandas, quales in suo domo facere † solet, *l. sed & hæreditas, ff. ad exhiben. l. sed & simile, §. si alium, ff. de petitio. hæred.* & alimenta danda sunt non so-
5 lum pro accessu, sed etiam pro recessu, † & pro tempore quo stat occupatus in loco pro testimonio ferendo, *Franch. in d. §. pro ferendo, in prin.* vbi inquit, intelligi hoc modo textum *in l. quoniam liberi, C. de testib.* allegat etiam id, quod dicimus de securitate alicui concessa, quæ intelligitur eundo, stando, & redeundo, *sequitur Moncad. d. numero 406. ver. secundo verò casu, Graua. ad Practic. Vest. lib. 6. cap. vlt. num. 15.* & quando vtraque pars producit, quia
6 tunc vtraque tenetur contribuere, † danda sunt testi pinguiora alimenta, *argumento l. sed & si lege, §. quod ff. de petitio, hæred. Bald. in l. eos, §. 1. in fi. C. de appellat. Moncad. d. num. 406.* & si fert testis conditio dabitur etiam equi vectura, † *l. idemq;, §. item Labeo,*
7 *ff. mand. ponit Ioan. And. ad Spec. d. §. qualiter, num. 12. sequitur Franch. d. §. pro ferendo, colum. 1. in fin.* Imò Io. Andr. loco prædicto vult hoc procedere etiamsi
8 proprio † equo fuisset vsus, quando illum consueuerat locare, *l. si verò non, §. si mihi, ff. mand.* imo ait idem esse, quando testis non consueuerat lo-
9 care, sed producens † erat omnino conducturus alium, *argumento l. & in contraria, ff. de vsur. sequitur per omnia Franch. & Moncad. locis relatis:* rustico autem testi non est prouidendum de equo, quia suæ conditioni non conuenit, & pedester debet in-
10 cedere † *vt inquit Moncad. num. 407.* & quod equi vectura danda sit testi nobili, voluerunt Bald. & alij *in d. l. quoniam liberi, in princ.* Quod autem de rustico & ignobili, intelligo si sanus sit: quod si sit
11 infirmus, † vel aliter ire non potest quàm equester, tunc equum dandum existimo, *Bald. in l. solent, §. fin. circa principium. ff. de offic. proconf. Salic. qui loquitur in teste, in d. l. quoniam liberi. sequitur Marsil. in rub. C. de probatio. nu. 15.* Attendi enim debet qualitas personę, & non minus conuenit ęgroto equus, quàm nobili.

Eiusmodi autem alimenta consequitur testis pro eo tantùm tempore, quo fuit occupatus inferendo testimoniũ, non vltra: & ideo si pars à prin-
12 cipio conueniendo cum teste soluit expẽsas † decem dierum, & examen breuiori tempore perfectum est, repetit pars quod vltra illud tẽpus persoluit. *secundum Ioan. And. ad Spec. d. §. æqualiter, Moncad. d. num. 410. post Castr. dicta lege, quoniam liberi.* Allegat in simili, quod de dilatione concessa dicunt Doctores, quæ non prodest parti, si actus propter quem fuit concessa breuiore tempore fuit expeditus. Plures quæstiones circa testes ponit Moncad. loco prædicto, sed quia non pertinent ad institutum nostrum eas omitto, eam tantummodo infra examinaturus, an testis deducat quantum domi aliàs impendisset, de quo, tam respectu testis, quàm aliorum seperato capite tractabo.

SVMMARIVM.

1 *Episcopo visitanti ex necessitate officij, non ministrantur alimenta.*

2 *Victualium appellatione venit esus, potus, vestis, & instratum.*

3 *Visitator si soluit vecturas equorum, vel equos pro visitatione, non repetit.*

4 *Visitator debet moderata sumere alimenta in visitatione, & non grauare rectores ecclesiarum.*

5 *Visitator non ita debet rectores ecclesiarum grauare, quod egeant quotidianis alimentis.*

6 *Episcopus visitando tenetur impendere de proprio, quando rector ecclesiæ est pauper, & ecclesia indiget.*

7 *Clerici pauperes non sunt grauandi in procuratione exhibenda.*

8 *Visitator non debet vno in loco morari vltra vnum diem.*

9 *Episcopus visitator in eadem Ciuitate ali debet à rectore ecclesiæ, etiamsi facta visitatione posset recipere se in domum suam.*

10 *Visitatoribus Apostolicis, vel nuntiis, prouidendum est de equis, & eorum vectura.*

11 *Delegato principis prouidendum est de equis & vecturis, quando exit prouinciam.*

12 *Militare nemo cogitur suis stipendiis.*

13 *Munera prohibentur, non autem sumptus necessarij.*

14 *Iudex petere debet sumptus necessarios, non delicatos.*

15 *Iudici alimenta dantur qualia sibi parare consueuit in domo sua.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXII.



1 Visitatoribus deputatis ad ecclesiarum visitationem, vt sunt episcopi, qui ex iuncto sibi munere ad hoc tenentur, alia expensa ab ecclesiis non est ministranda † præter victualia, *vt est text. in c. 1. §. procurationes, de censibus, in 6.* vbi expressè inhibetur episcopo, & archiepiscopo suisque familiaribus, ne quid in pecunia recipiant etiam pro labore ab ecclesia visitata. Prohibet etiam ille tex. donaria, exceptis esculentis & poculentis, secundum Hostien. Ioan. And. ibi, qui etiam disputant, si liceat accipere victualia portanda de loco ad locum, & Ioan. And. loco prædicto, *num. 6. quem sequitur Franch.* dicit quod
2 victualium appellatione † venit esus, potus, vestis, & instratum, quod an verum sit, dixi in titulo, *quæ veniant appellatio. alimentor.* Et quia textus loquitur de victualibus, inferunt Archid. Innocen. & Ioan. And quod si visitator in eundo & redeundo facit aliquas impensas, puta emendo e-
3 quos, † vel soluendo eorum vecturas, non repetit, quia hæc non intelliguntur nomine victualium, *idem volunt Doctores in capitulo, si episcopus. vbi But. num. 7. de offi. ordin. in sexto, Franch. in dicto §. procurationes, col. 1. in princ.* Et dicit But. loco prædicto, quod visitatoribus debentur solum diaria, quæ cibum & potum concernunt, non alia. Aduertat etiam visitator, quod alimenta recipiat moderata secundum facultates ecclesiæ, non autem eam
4 vel rectorem † indebitè grauet, & vult tex. *in c. conquerente, de offi. ordi.* vbi quod non exigit vltra, quàm rectores ecclesiarum pensatis facultatibus poterunt exhibere. *Archidiac. in dicto §. procurationes, colum. 2. in princ.* vbi quod habenda est ratio, ne e-
5 geant, & non debent quotidianis alimētis † fraudari, *argumento l. in condemnatione, de reg. iur. in 6.* & in *c. cum Apostolus, & c. sopitæ, de rēsib. in 6.* dicitur, quod aduertere debent episcopi, ne grauent ecclesias, vltra quam ferre possint earum facultates, *sequitur Ioan. And. in d. §. procurationes.* Quinimo Innocen. Hostien. Archid. Ioan. Andr. & alij, ibi volunt,
6 quod si ecclesia sit pauper, † & rectores non habeant pro seipsis, teneatur episcopus visitando sibi de proprio prouidere, quia habet ad hunc effectum redditus episcopales, & est tex. *in c. cum instantia, de censib.* vbi glos. notat, quod clerici pau-
7 peres non debent † grauari in procuratione exhibenda. Idem voluit gl. *in c. procurationes, eo. tit.* & vtroque in loco ponit Abb. & ad effectum, ne visitatio sit nimis grauis, non debet visitator sine
8 iusta causa moram trahere vno † in loco supra diem vnum, *c. inter cætera, 10. quæst. 3. Abb. in c. procurationes, num. 3. de censib.* In tantum autem necessario præstanda sunt episcopo visitanti alimenta, quod id locum obtinet etiam, quando visitat in propria ciuitate, vel loco suæ residentiæ, quia etsi tūc possit pro prandio & cæna domum se suam
9 recipere, † tamen alendus est ab ecclesia. *c. venerabili, vbi glos. de censib.* vbi Abb. *num. 2.* dicit esse mente tenendum, quia datur expensa procurationis in signum subiectionis, vel etiam ratione officij, proinde non attenditur quod possit expedita visitatione domum redire.

Quod verò dictum est sola victualia deberi visitantib. ecclesias, procedit in Episcopo, vel Archiepiscopo visitante proprias ecclesias, aliud tamen est in Legatis, vel Nuntiis apostolicis, qui mittuntur ad visitandum alienas ecclesias: illis
10 enim † de vecturis equorum, & aliis prouidendum. *Ita Innoc. in d. c. procurationes, de censib.* quem sic intelligit præmissa declarando Abb. *ibi, num. 4.* Ratio autem diuersitatis est in promptu. Nam Episcopus habet redditus proprios, qui sibi fuerūt assignati cum eo onere, ideo visitando exequitur munus sibi ex necessitate officij iunctum, vt Nūtius, vel alius apostolicus Delegatus alienum munus exequitur, ideo officium suum non debet sibi esse damnosum. Et idem tenet Abb. *in c. cum ab omni, num. 13. de vita, & honesta. clerico.* vbi quod delegatus principis missus extra prouinciam cō-
sequitur expensam alimentorum, & vecturarum
11 † ab eis, ad quos mittitur, quia propriis sumptibus non tenetur proficisci extra prouinciam, &
12 nemo cogitur suis stipendiis militare, † *c. iam nūc, in fi. 28. q. 1. c. cū ex officij, de p̄scr. p.* & munera, nō sum-
13 ptus † necessarij prohibentur, *c. iudices. 1. q. 1. l. plebiscito. ff. de offic. præsid.* & in genere dixit Specu. *in tit. de salar. in princ.* quod quilibet iudex debet mode-
14 ratos, non etiam delicatos sumptus † petere, *cap. 1.*
15 *de sequestr. possess.* & quales consueuit facere † in domo sua, *l. sed si hæreditas. §. 1. ff. ad exhiben.* cuius verba nulla illius facta mentione retulit loquendo Archid. *in cap. statutum, de rescrip. in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur alimenta filiis æqualiter præstare, non vni pinguia, alij verò parca.*
2 *Aequalitas seruari debet inter filios.*
3 *Pater præsumitur filiis omnibus æqualiter prouidere.*
4 *Descendentibus quibus debetur legitima, non debet assignari pro alimē. is minor quantitas, quàm importet legitima.*
5 *Dos succedit loco alimentorum.*
6 *Monasterium quando alit filios ingressi, tenetur tradere, quantum importat vsu fructus legitimæ.*
7 *Ventri prægnanti datur victus, vestitus, lectus, & alia omnia ad vitam necessaria.*
8 *Donatori alimenta præstanda, secundum quantitatem fructuum rei donatæ, vide ibi.*
9 *Donatori an pro valore rei donatæ, vel etiam vltra præstanda sint alimenta.*
10 *Donatarius tenetur ad antidora.*
11 *Donatarius præstat alimenta pro valore rei, pro qualitate sua, & donatoris.*
12 *Patrono diuiti, qui nunc est pauper, pinguiora dantur alimenta, quàm ei, qui semper fuit pauper.*
13 *Ecclesia si est diues prouidet patrono de integris alimē-tis, non habito respectu ad iura donata.*
14 *Patronus alendus est secundum suam dignitatem à patrono diuite.*
15 *Ecclesia diues prouidet omnibus patronis de alimentis necessarijs.*

16 *Vniuersitas, quæ habet patronatum in ecclesia, alenda est ab ipsa ecclesia, si diues illa sit, & vniuersitas pauper.*
17 *Iudex ministrare tenetur officiali, quem secum duxit, omnem impensam necessariam in accessu & recessu.*
18 *Salarium consuetum censetur promissum in conductione facta.*
19 *Iudex nõ tenetur de medicinis prouidere officiali, quem secum duxit.*
20 *Iudex officiali, quem secum duxit, alimenta præstat secundum illius dignitatem & conditionem.*
21 *Iudex regulariter non tenetur alere officialem, quem secum duxit circumscripta consuetudine.*
22 *Medicinæ modicæ impensæ præstandæ sunt à iudice officiali, cui debentur alimenta.*
23 *Iudex licet teneatur expensam recessus soluere suo officiali, fallit tamen quando non vult domum redire, sed aliò.*
24 *Obligatio ad interesse succedit loco obligationis facti, quando factum non potest præstari.*
25 *Frumentum qui tenetur vehere ad vnum locum, cogi non potest vehere ad alium.*
26 *Obligatus ad factum non soluit interesse, quando per illum stat, cui erat implendum.*
27 *Obligatus ad factum præstat interesse, quando fuit in mora.*
28 *Implementi defectus opponi non potest ab eo qui nullum sentit damnum.*
29 *Subditus non tenetur domino operas præstare extra locum tacitè conuentum.*
30 *Operæ promissæ an possint cedi.*
31 *Potestas non tenetur, quando suus iudex fuit itinere derobatus.*
32 *Obsidibus alimenta præstantur tamquam liberis, non tamquam seruis.*
33 *Famulo vestimenta non præstantur, sed sola cibaria.*
34 *Medicinæ modici valoris præstantur famulo infirmo à domino, secus in magnis.*
35 *Famulo an debeatur salarium pro tempore quo stat infirmus.*
36 *Seruo etiam commodato cibaria tantum debentur, non vestes.*
37 *Accusanti monasterium dantur moderatè alimenta, & expensæ.*
38 *Vxori accusanti matrimonium alimenta dantur secundum qualitatem vxoris & viri.*
39 *Monacho accusanti monasterium debentur expensæ necessariæ tantum, non vltra.*
40 *Monacho expensæ debentur ad proponendum, & prosequendum litem.*
41 *Alimenta debita lite pendente præstantur arbitrio iudicis.*
42 *Filio dantur alimenta secundum reditum totius patrimonij paterni, licet eius pars iaceat extra prouinciam.*
43 *Portio debita relinquenda est beneficiato, quando fructus primi anni debentur alicui ex priuilegio.*
44 *Portio congrua quando est taxanda, multa sunt considerandà.*
45 *Scholari pinguiora alimenta sunt in studio quàm domi.*
46 *Scholari quando relicta est impensa studij, quid importet, vide ibi.*

QVÆSTIO XXIII.

QVia vero difficile esset & inane, singulis capitulis singulas personas prosequi, nõ abs re futurum duxi, si plures personas vnico capitulo amplectar, & primo filiis ali-
1 menta † sunt æqualiter, non autem differenter præstanda, *vt voluit Cirier. de primogenit. lib. 2. quæst. 3. num. 7. Cordub. in l. si quis à liberis, in princ. numer. 20. de liber. agnoscen. dixi in princ. huius particulæ, vbi limitaui in primogenito.* Et ratio cõclusionis nostræ est, quia
2 † inter filios seruanda est æqualitas, *l. si maior, in fi. C. commun diuid. l. cum pater, §. euictis, ff. de leg. 2. l. inter filios, C. famil. ercis. l. fin. C. commu. vtriusque iudic. l. vt liberis, in princ. C. de collatio. §. illud quoque, in Auth. de nupt. latè Ias. in l. illud, in princ. C. de collatio.* & pater
3 ideo præsumitur filiis † æqualiter prouidere, *d. l. cum pater. §. euictis, Bald. in auth. ex testamento. C. de collatio. gl. in §. non solum, & §. quod autem, in ver. ignorabat, institut. de legat.* Et dicit Ang. *in d. §. illud quoque*, quod pater non debet ex filiis vnum facere legitimum, & alium bastardum, & pro æqualitate seruanda, multa specialia fuerunt à iure inducta.

Secundo, filiis & nepotibus aliisque personis, quibus debetur legitima, non est loco alimento-
4 rum minor † quantitas assignanda, quàm importet legitima, *vt voluisse Dec. in cõs. 180. & seq. dicit Vasq. de succesio. creatio. li. 3. §. 21. limit. 7. numer. 137. sequitur Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. si mater, num. 57. ff. de liber. agnos.* Est verùm quod Dec. non loquitur in alimentis, sed in dote: verùm valet argumen-
5 tum, quia dos † succedit loco alimentorum, *§. prohibemus, in Auth. de trien. & semisse.*

Tertio, quia monasterium tenetur alere filios ingressi, vt dixi suo loco, eo casu monasterium filiis non præstabit minus, quàm sit vsusfructus
6 † legitimæ, *vt voluit Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. item rescriptum, numero 13. ff. de lib. agnoscen.* vbi allegat Dec. *d. consilio 180. & sequenti*, atque ita mouetur ratione, de qua supra dictum est in proximo casu.

Quarto, ventri prægnanti curator datus hæreditati prouidere debet de victu, vestitu, & lecto
7 † atque aliis sine quibus sustineri non potest, vt est tex. *in l. 1. §. mulier autem, ff. de vent. in possess. mitten. & in l. curator. ff. eod. tit.* vbi dicit, procedere, etiamsi dotem habet, vel alimenta consequi possit, quia ea alimenta, non tam mulieri, quàm ei, qui gestat in vtero, præstari videntur.

Quinto, donatori à donatario alimenta ministranda sunt, secundum quantitatem fructuum
8 rei donatæ, † *Salic. in l. fin. ver. opinio huius gl. C. de reuo. donatio.* vbi ait, quod donatarius tenetur vsque ad fructuum rei donatæ concurrentem quantitatem ex æquitate, quia aliàs ingratus esset, *Ripa ibi num. 164. in fin.* vbi dicit, quod si tenetur alere de proprio,

proprio, donatio posset esse damnosa. Inquit tamen habendam esse rationem ætatis, quia si donator senex sit, tenetur donatarius de proprio supplere, si computatis fructibus rei donatæ aliquid deest ad perfectam alimentorum præstationem. Nam supputatis fructibus secundum dispositionem *l. hæreditatum, ff. ad leg. Falc.* non potest 9 dici, quod hæreditas sit damnosa. Hæc tamen † opinio mihi non placet, quia certum est, quod talis donatarius † 10 tenetur ad antidora, *l. sed si lege, §. consuluit, ff. de petitio. hæred.* At ea obligatio non extinguitur, cum donatarius id tantùm reddit, quod à donante recepit: non enim dare videtur, cum acceptum restituit. Tenetur ergo supplere de proprio tantum, quantum importat, quod recepit, & non est curandum, quod hoc modo donatio possit esse damnosa. Id enim tamquam contingens per accidens, & non ordinatum à principio, non est habendum in consideratione. Inspiciendus est enim rerum status, quando actus sit, & secundum illum consideramus, an donatio sit damnosa, non autem attendimus, quod ex post contingit præter hominum spem: ideo non est rationabilis illa consideratio ætatis, quia post Corne. facit Ripa, in loco prædallegato. Benè fateor, quod in hoc versari debet iudicis arbitrium in taxando quantitatem alimentorum, ne fortè pro modica teneatur re donata donatarius in donatoris alimẽta multum impendere vltra rei donatæ fructus & valorem. Ideo Clar. *in tracta. de donatio. quæstio. 21. num. 3.* dicit donatarium teneri ad 11 alimenta † pro modo rei donatæ, & facultatum vtriusque, tam donantis, quàm donatarij. Et hæc opinio est æqua & rationabilis, neq; donatarium remouens à pietate, neq; eum deducens ad paupertatem. cogita ergo, sicut dicit Salic. *d. l. fin.*

12 Sexto patrono alimenta sunt diuersimodè præstanda. Nam si aliâs diues † fuit pinguiora dabuntur, quàm ei qui semper fuit pauper, *c. non cogantur. 14. distinc. glos. in c. nobis, de iure patron. Pau. de Citadin. in tracta. de iure patron. num. 157. circa fin. in 6. par. artic. 3. Et dixi supra hoc eodem titulo.* Et hoc casu 13 si ecclesia sit diues, & suppetant ei facultates † deductis omnibus expensis necessariis prouidebit de integris alimentis, id est de cibo, potu, veste, lecto, habitatione, & aliis omnibus quæ sub alimentorum vocabulo contineri docuimus suo loco. Ita declarat Citadin. loco prædicto, licet dicat hanc quæstionem à Doctoribus minimè tactã se vidisse; subdens, quod etiam præstabit medicinas. Et hoc modo intelligi debet glos. *in c. quicunque, 16. quæstio. 7.* dum inquit, ecclesiam diuitem 14 alere † patronum pro sua dignitate, *sequitur Abb. in c. nobis, num. 6. de iure patron. idem voluerunt Bald. Abb. & Felin. in locis allegatis à Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. solent, num. 24.* Et hoc intelligendum est, siue vnicus sit patronus siue plures, quia ecclesia diues, 15 omnibus prouidebit: † imo si patronatus sit penes vniuersitatem, ecclesia rectores alet, & eos, qui vniuersitatem repræsentant, imo, quia totam 16 etiam vniuersitatem, si ferant † ecclesiæ facultates, *vt concludit Citadin. d. articul. 3. par. 6. numer. 161.* vbi *in fin.* subdit quod simplex Capellanus alit patronum, si abundent capellæ redditus, & eo loci Citadin. multas recitat quęstiones, quæ apud eum videri poterunt.

Septimo Potestas, vel iudex, qui secum duxit aliquem officialem, tenetur prẽter victum neces- 17 sarium ministrare † omnem impensam necessariam in accessu, & recessu, *Bart. in l. super creandis, C. de iure fisci, lib. 10.* vbi tamen mouetur, non quia iuris sit, sed quia sic induxit consuetudo, secundum quam officialis censetur conductus, *argumento l. domini prædiorum, de agric. & cen. lib. 11.* idem 18 enim est in salario, quia conductus quis † censetur sub consueto salario, *secundum Bart. in l. ex empto. ff. loca.* Et quod dictum est de officiali, sequitur Alex. *ibi in addit. ad Bart. idem voluit Ias. in l. si non sortem. §. libertus, num. 29 ff. de cond. indeb. Paris de Puteo, in tracta. de sindica. in ver. potestas, num. 6. folio mihi ducentesimo quadragesimo.* Tenetur autem Potestas iudici sic conducto prouidere si infirmus sit, non 19 de medicina, † sed de cibo, qui conueniat ægrotanti, vt sunt pulli, & similia, quia medicina non datur ad nutriendum, sed ad euacuandum, & Potestas non tenetur simpliciter ad alimenta, sed ad cibaria, ideo non etiam tenetur ad salarium medicorum, *secundum Bart. qui hæc omnia ponit in l. legatis, in fin. ff. de alimen. & ciba. legat. argumento l. diariis, cum ibi notat. ff. de alimen & cibar. lega.* Et quod medicinæ minimè debeantur tenuerunt etiam Imo. & Rom. *in l. si cum dotem. §. fin autem in sæuissimo, ff. solu. matrimonio.* Alimenta autem præstat arbitrio boni viri, secundum conditionem iudicis 20 † seu officialis, cui debentur, *vt ponit Paris de Puteo, in loco supra citato, num. 7.* vbi dicit, quod Potestas non debet eos in cibis tractare, vti berruarios, nec alere cibis rusticorum, sed honorificè, quia dat alimenta expensis communib. non propriis: ideo dantur competenter secundum arbitrium iudicis, quod semper versatur in alimentis.

Intellige autem hæc omnia, quando consuetudo disponit, quod officiali præstentur alimenta à Potestate, nam ea circumscripta non deben- 21 tur, sed officialis † alit seipsum, *secundum Bart. in l. si non sortem, §. libertus, num. 32. ff. de cond. indeb.* vbi ait generaliter quemcunque videri conductum suo victu, & suis expensis, *argumento l. suo victu, ff. de oper. lib.* præcipuè, quando constituitur salarium, *vt ibi sequitur etiam Ang. ibi & Alexand. numero decimo tertio, qui loquitur clarè in officiali, & Ang.* ideo dicit, quod assessor cautius facit si stipulatur alimenta. Eandem sententiam probauit Rapha. *in l. quod in vxorem, C. de neg. gest.* vbi ait, quod si tales officiales præstant officium non gratuitum, tunc potestas non tenetur dare eis victum, vel medicinas, *sequitur Paris de Puteo, loco prædicto, in fi. Alexan. in d. l. si cum dotem, §. fin autem in sæuissimo, num. 6. ver. an autem iudicibus, Ias. in d. §. libertus, num. 29.*

Cum verò vel ex consuetudine vel ex pacto, & stipulatione alimenta iudici debentur, tunc quidquid Bartolus dixerit *in d. l. libertis, ff. de alimen. & cibar. lega.* si infirmatur, præstari debent 22 medicinæ † quæ sint modicæ impensæ, *vt voluit*

Iac. de Aret. in d. l. si cum dotem, §. fin autem in fæuissimo, vbi eum sequitur Bartol. sibi contrarius, sequuntur Bald. Ang. & Castren. ibi, & idem voluerunt Cyn. & Bald. in l. quod in vxorem, C. de negoc. gestis, Angel. in l. si seruum, in principio, ff. de verbo. oblig. Alexan. in d. §. fin autem in fæuissimo, numero 5. & 6. vbi concordando contrarias opiniones dicit, quod debentur ex conuentione partium. Hanc partem probauit Paris de Puteo, in loco supracitato.

Item si iudex vel rector nollet domum redire, sed alium in locum se recipere, tenetur Potestas
23 ei refundere † id, quod pro eo impendisset in reditu, *prout tenet Bart. in cons. inci. rector, quod ego non inueni, sed eum citat, & sequitur Par. de Puteo, d. ver. potestas, numero 6.* quia cum factum promissum non
24 potest præstari, succedit † obligatio ad interesse, *l. si quis ab alio, ff. de re iudic. l. 1. ff. de actio. empt. idem voluit addit. ad Bart. in d. l. super creandis. sed in contrarium facit text. in l. 2. C. de priuileg. dom. Ang. lib. 11.* vbi, qui frumentum vehere vnum ad locum tenen-
25 tur, ad alium cogi non † possunt. Est verum, quod Bart. ibi intelligit de alio longiori. Ratio autem allegata à Bartol. *in d. cons.* & à Par. de Puteo, mihi non concludit, quia licèt obligatus ad factum teneatur ad interesse, tamen hoc procedit, quando per eum stat quominus præstet promissum fa-
26 ctum, secus, quando stat per † eum, cui implendum erat. *l. hac venditio, in fin. princip. ff. de contrah. emptio. l. iure ciuili, ff. de cond. & demon. Bart. in l. si quis arbitratu, numer. 2. ff. de verb. oblig. late Menoch. in tracta. arbitrar. iudi. quæstio. 68. numero trigesimo octauo*, vbi dicitur conditionem haberi pro impleta, quando stat per eum cui implendum est, & tunc obli-
27 gatus ad factum tenetur † ad interesse, quando est in mora, *vt dicitur in l. si quis ab alio, ff. de re iudic. vbi Ias. & Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, num. 30. & sequuntur alij. ff. de verb. oblig.* Non tamen dicitur in mora Potestas, quando iudex non vult domum redire, ideo non tenetur ad interesse, nisi dicamus, quod potestas obiicere non potest rectori, quod domum non redeat, ex quo siue domum repetat, siue ad aliam ciuitatem se conferat, nullum oritur interesse Potestati, qui non grauatur in plus. Pro quo facit, quod voluit Bald. *in consilio*
28 *127. vol. 1.* dicens, ecclesiam † non imputare defectum implementi, ex quo nullum sentit detrimentum, *Dec. in cons. 80. num. 2. Crau. in cons. 59. num. 2. in fin.* In contrarium tamen facit, quia subditus
29 qui tenetur certas operas † facere domino extra locum tacitè conuentum, *Iacobin. in tracta. de Roid. num. 7. argumento l. quod nisi, cum l. seq. ff. de oper. liber.* item facit, quia obligatio Potestatis est limitata ratione personæ & loci, ideo non potest extendi. Videri tamen possunt, quæ ponit Bar. *in l. si non sortem, §. libertus, num. 26. & 30. ff. de cond. indeb. Iacob. in d. tracta. in princip.* vbi ponit, an operæ promissæ
30 † cedi possint alii, & cogatur debitor alii eas præstare: melius est tamen super decisione Bartol. cogitandum, nam penes me est dubia.

31 Non etiam tenetur Potestas si forte rector † in itinere foret à latronibus derobatus vel aliud simile infortunium pateretur, vt ponit additio. ad Bar. *in d. l. super creandis*, vbi allegat Bald. quem tamen ego non inueni.

Octauo obsidibus ministrantur alimenta, 32 non tamquam famulis, & seruis, † sed tanquam liberis personis arbitrio boni viri, *vt inquit Bero. in cons. 160. num. 16. vol. 3. allegat Bald. in l. 2. num. 9. C. de principibus qui filios distrax.* qui tamen nihil loquitur de alimētis, sed dicit quod obsides sunt bene tractandi, & non coguntur seruire. *Allegat etiam Abb. & Imo. in c. 2. de pignor.*

Nono, famulo cibaria tantum præstanda sunt,
33 vt dixi suo loco, non † autem vestimentum, *l. id vestimentum, vbi glos. ff. de pecul. ponit Alexan. in l. si cum dotem, §. fin autem in fæuissimo, numero 6. ff. solu. matr.*
34 Debentur item medicinæ † modici valoris, quādo infirmatur, & tenetur tunc dominus ad modicam impensam, non tamen ad magnam, *Bart. in d. §. fin autem in fæuissimo, in fi.* mouetur ex notatis *in l. diuortio, §. impendia, ff. solu. matr. iuncta l. 1. ff. de impen. in reb. dotal. fact. idem voluit Bart. in l. legatis, num. 2. ff. de alimen. & cibar. lega.* vbi dicit, generaliter esse verum, quod modica impensa fieri debet pro eo qui operatur, & cui debentur alimenta, *sequitur Alexan. in d. §. fin autem in fæuissimo, num. 6. Barbat. in c. 1. de cleri. ægrotan. Aufrer. ad Capel. Tholos. decis. 268. in fi. Ang. de Clau. in Sum. in ver. familia, num. 2.* vbi tamen limitat non procedere, quando tractamus, an dominus teneatur per viam eleemosynæ, quia tunc si concurrant aliæ qualitates, dominus tenetur magnas etiam impensas facere, sed non tamquam dominus. Hanc etiam opinionem tenuit Ioan. de Amic. *in cons. 98. num. 13. vbi alios citat*, dicens idem esse in assessore, *Ferret. in tracta. de milita. iustit. nu. 117. & nouissimè Bonacos. in tracta. de seru. & famul. q. 103. post medium, ver. & dominus famulo, Apost. ad Bar. in d. l. legatis. in fi.* vbi etiam dicūt, quod famulo vestis non est à domino præstanda. Disputant etiam Doctores, an famulo infirmo de-
35 beatur salarium pro tempore infirmitatis. † sed etsi id proximum sit nostro instituto, cum tamen propositum sit nihil omnino diuertendi, videre poteris Ioan. Andr. Butr. Imo. Barbat. & alios *in c. de cler. ægrot. glos. in l. 1. §. diuus. ff. de var. & extraord. cognit. in l. pen. C. de condic. ob caus. Bar. in l. operæ, ff. de vsufruc. lega. Specu. in titu. de loca. §. postquam, ver. quid si mercenarius, Hostien. in Sum. de loca. §. quas actiones, ver. quid autem, Azo in Sum. eod. tit. Salic. in l. licet, C. loca. Barbat. in c. propter sterilitatem, num. 25. de loca Bald. in l. fin. num. 9. C. de cond. in. Portius in §. apum, num. 11. Instit. de rer. diuis. Bald. in l. liberti, num. 16. C. de oper. liber. Butr. Anch. & Imo. in d. c. propter sterilitatem, Alexan. ad Bar. in l. si vno, §. item cum quidam, ff. loca. Dec. in c. significatum, nu. 7. de concess. præben. Caccialup. in l. diem functo, nu. 66. ff. de offic. asser. vbi Cur. iun. n. 7. Cagno. n. 217. Capel. Tholos. q. 339. vbi Aufrer. Idem Aufre. ad q. 268. Gomes. in tit. de loca. nu. 3. ver. quarto infero, Didac. lib. 3. var. resol. c. 13. num. 8. Sylua. cons. 28. nu. 23. Natta in cons. 229. num. 1. Ferret. in tracta. de milit. iustit. num. 116. Bonacos. d. tract. de seru. & famu. q. 103.* Et videtur magis communis opinio, quod pro eo tempore non debeatur salarium, & in prædictis locis Doctores multas similes quæstiones inculcant.

Decimo

Decimo, huic proximum est, quod de seruo
36 †dicimus, cui, etiamsi commodatus sit, non omnia alimenta debentur, sed cibaria tantùm, & medicinæ infirmo, si modicam impensam requirant, *in l. rebus, §. possunt, ff. commod. Alexand. dicto §. sin autem in sæuissimo, num. 6. Apost. ad Bartol. in dicta l. legatis. in fi. ff. de alimen. & cibar. leg. & dixi supra in titulo, quibus debean. alimen.*

Vndecimo etiam accusantibus aliquando ministrantur alimenta, *vt dixi suo loco:* ea verò mode-
37 rata esse debẽt, sicut & cætera † expensæ, vt inquit Specul. *in titulo, de inquisitio. §. vltimo, in principio*, vbi dicit, monacho accusanti Abbatem dandas esse expensas moderatas, si non habet aliunde, & ibi *numero tertio*, dicit idem, quando accusatur matri-
38 monium, quia ministrantur vxori † alimenta secundum facultates viri, & dignitatem. Et glos. *in capitulo, ex parte, de accusat.* dicit, quod monacho
39 †accusanti illæ expensæ ministrandæ sunt, sine quibus causa finiri non potest. Ideo Ioan. Andr. infert ibi, quod etiam litis expensæ debentur, sequitur Butr. *in fine, & Felin. columna finali, versiculo, in glos. finali.* Imo glos. illa vult, quod expensæ
40 †debeantur non solum ad prosequendum litem, sed etiam ad illam prosequendam, est text. *in capitulo olim, de accusat. Lupus, in repet. capituli, per vestras, in ampliat. 10. numer. 2. de donatio. inter virum. & vxorem, folio mihi 120.*

Duodecimo alimenta, quæ pendente lite præ-
41 stantur, iuxta ea quæ supra dixi, † arbitrio iudicis deferuntur, quia neque omnibus eadem debentur, neque potest de singulis statui certa lex, *argumento l. primæ, in fin. ff. de iu. delib. ita tenet Rebuff. in constitut. reg. tomo primo, tit. de senten. prouis. in præfatio. numero trigesimo*, vbi tamen subdit, quod iudex arbitratur pro modo facultatum, *argumento l. fin. C. de alen. lib.* Et secundum qualitatem ac conditionem personarum, *l. cum alimenta, ff. de alimen. & cibar. legat. Didac. practic. quæstio. capitulo sexto, numero septimo, vbi allegat Boer. & Masuer. qui tamen hoc non asserunt, vt infra attingam. Idem tenuit Rebuff. in d. tit. de senten. prouisio. articul. primo, glos. secunda, in fin.* vbi ait, pro alimentis pendente lite præstandum esse quantum moderato iudicis arbitrio fuerit æstimatum, & sunt verba text. *in l. fin. C. de ord. cognitio. quæ re citat etiam Simon de Pretis, de interpretatio. vltim. volun. lib. 6. interpret. secunda, in principio, numero octauo, Molin. in tracta. de primogen. Hispan. lib. secundo, capitulo decimo sexto, numero 47.* vbi quatuor inquit consideranda à iudice, qualitatem scilicet personarum, quantitatem fructuum, dubium litis euentum, & valorem rei in iudicio deductæ, & subdit pluries se vidisse ita seruari. Nouissimè item Menoch. *de præsump. lib. primo, præsumpt. 36. numero 35. Est verum, quod Masuer. in pract. in tit. de posses. numero vigesimo primo*, tenet, quod quarta pars fructuum eius de quo tractatur præstanda sit, *& eum simpliciter sequitur Boer. in decis. 324. colum. secunda.* Aduertendum tamen, quod si filius sit, qui prouisionem petit, & bona extent non solum, quod sub iudice causæ, sed etiamin aliis locis, tunc fieri
42 debet † prouisio habito respectu ad vniuersum patrimonium, quamquam non totum eidem iudici subiicitur secundum Rebuff. *in d. articulo primo, glos. secunda numero 3.* vbi tamen dicit, quod iudices ita exactè non procedunt.

Decimo tertio, cum alicui ex priuilegio, vel consuetudine competunt fructus beneficij, pro primo anno, quod fuit impetratum, tunc debita
43 † portio dimittenda est beneficiato, ex qua possit viuere, eaque per extrauag. *suscepti, de electi. in extrauag. Ioan. vigesimi secundi*, taxatur ad dimidiam. Sequitur Rebuff. *de senten. prouisio. in præfatio. numero centesimo vndecimo*, qui dicit committi arbitrio iudicis, qui pro qualitate personæ & valore beneficij taxat tertiam aut quartam partem. Idem dicit *in tract. de cong. portio. numero 44. & numero sexagesimo primo*, ac sequenti, instruit, quæ
44 consideranda † sint in taxanda congrua portione vicarij, & in primis quidem necessitas victus, secundo qualitas personæ, vt scientia, & nobilitas, & alia quæ ipse prosequitur, *& numero octuagesimo* dicit, quod ea portio taxatur arbitrio iudicis, & aliquando est quarta, aliquando plus, quia certa doctrina dari non potest circa fructus necessarios ad sustentationem beneficiati. Subdit autem post Ioan. de Selua, quod hodie plus dandum est quàm aliâs fiebat, quia carior est victus, & inspici debet regionis consuetudo. Et quæ hîc de qualitate personarum dicta sunt, addi possunt ad ea quæ supra posui, dum dixi alimenta præstari secundum conditionem & dignitatem alimentandi.

Decimo quarto scholari, cui alimenta deben-
45 tur, præstanda sunt aliquando pinguiora † quàm consequeretur domi, quia vt dictum est, qualitas & conditio alimentarij est spectanda, *l. si cui, vbi Doctores, ff. de leg. primo, & dixi supra.* Ita tenet Ascan. Clem. *in tracta. de patr. potest. effect. decimo septimo, numero trigesimo quarto*, vbi ait, minimè sufficere, si pater filio in studio agenti assignet, quantum erat domi expensurus: debet enim considerata qualitate personæ excedere eã quantitatem, ex quo in studio scholaris incedit aliquanto ornatior. Mouetur ex glos. *in l. sed & Iulianus, §. proinde, in ver. quod dicitur, ff. ad Senatusconsl. Macedon.* & subdit, quod attenditur consuetudo personæ, cui relinquitur. Quando autem scholari relinquitur expensa studij, quid hæc impor-
46 tet, † ponit Bartol. *in l. prima, §. primo, ff. de condit. & demonstr.* vbi quod continetur quidquid occasione studij in libris, vel alio simili, impenditur. Et idem Bartol. *in l. his prædiis, §. fin. ff. de leg. tertio*, dicit, id quoque præstandum, quod in matricula impenditur. Et quæ dicantur expensæ studij ponit Alexand. *in consilio 77. numero sexto, volum. quarto, Rebuff. de priuileg. scholar. priuileg. 133. Alcia. in l. si certis annis, in ver. annis, C. de pract. Cordub. in l. si quis à liberis, §. non tantum, numer. 38. ff. de liber. agnoscen.* vbi subdit, quod eo casu alimenta præstabuntur non in rebus, sed in æstimatione, vt per eum. Mihi verò cum à Domino Nicolao Patarolio auunculo magno legati forent libri omnes legales necessarij in studio, & ad studium, essemque scho-

laris Senatus huius patriæ, cui tunc præsidebat Rolan. à Valle, & in quo assidebat, Marcus Ant. Natta, limitauit legatum ad modicos libros, fauorabilem causam studiorum restringendo, ne grauaretur hæres, cui opulenta fuerat hæreditas relicta, non sine graui iniuria mei patris, cui ea hæreditas ex omnium hominum opinione, & testatoris obligatione, patrisque merito debebatur, si beneficiorum ratio quid apud ingratum animum potuisset.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta excipiens, intelligitur non solum pro se, sed etiam pro vxore.*
2 *Stipulans alimenta pro se, censetur etiam stipulari pro vxore.*
3 *Vsus domus si relinquitur marito, poterit etiam vxor habitare.*
4 *Operæ vnius diuersæ sunt ab operis alterius.*
5 *Persona extrinsecus non intelligitur in stipulatione.*
6 *Socer qui filiam promisit & generum alere, tenetur etiam nepotibus alimenta ministrare.*
7 *Maritus tenetur non solum vxorem alere, sed etiam pedissequas & ancillas.*
8 *Seruitorem alere debet, qui dominum alere promisit*
9 *Cedens bonis retinet alimenta pro se, & pro seruitore.*
10 *Nobili cum debentur alimenta, ea præstanda sunt etiam pro seruitore.*
11 *Frater tenetur non solam fratrem, sed fratris vxorem, & filios alere.*
12 *Clerico deposito debentur alimenta, non solum pro se sed etiam pro filiis.*
13 *Aduocato exeunti prouinciam prouidendum est etiam pro seruitore.*
14 *Patrono pauperi tenetur ecclesia prouidere pro vxore, & filiis.*
15 *Hospitale prouidet de alimentis rectori, & eius familiæ.*
16 *Hospitario dantur non solum cibaria, sed etiam vestimenta.*

QVÆSTIO XXIIII.

IN ratione alimentorum veniunt non solum, quæ legatario præstanda sunt, sed etiam, quæ aliis personis, sine quibus legatarius, vel alimentarius esse non potest. Ideo qui excipit sibi alimenta, censetur etiam excipere † ea quæ pro vxore sunt necessaria, *vt voluit glos. in capit. admonere, in ver. partem, 33. quæstio. 2.* mouetur ex eo text. vbi dicitur, quod vxor est pars corporis viri, vir enim & vxor secundum dictum Euangelij dicuntur duo in carne vna, & glos. ibi dicit, idem in filiis, & seruitoribus, pro quibus debentur alimenta. Et quamuis glos. loquatur de eo, qui remittendo bona excipit vel retinet alimenta, Felin. tamen, *in capitulo secundo, numero tertio, de foro compet.* dicit idem, quando quis stipulatur alimenta † pro se, quia etiam in dispositionibus strictis concessa marito videntur concessa vxori. Vnde si vsus † domus relinquatur marito, gaudebit etiam vxor cum illo habitans, *l. cæterum, in §. mulieri, ff. de vsu & habitat. glos. in c. omnino. 31. distinct. glos. autem, in dicto capitulo, admonere.* Mouetur etiam per text. *in cap. studeat, 50. distinct.* sed ego non possum illi glos. assentiri: nam quod dicitur de vsu domus relicto, locum habet, quia aliàs vel legatum esset inutile, vel induceretur separatio thori inter maritum & vxorem, *vt in l. secunda, §. domus, ff. de vsu. & habitat.* vbi etiam cum familia licet habitare, nec aliter potest quis vti habitatione, secus est in alimentis, quæ commodam recipiunt diuisionem & separationem: nam aliud sunt alimenta, quæ vni præstantur, aliud quæ alij, vt dicimus de † operis, in lege, si non sortem, *§. libertus, ff. de condic. ind.* Et quamuis vnum corpus efficiant vir & vxor, id est alio respectu quàm respectu alimentorum, quæ enim à marito sumuntur nihil conferunt ad sustentationem vxoris, nec è contra, sed id intelligitur, quoad dilectionem, & id multo magis procedit, quando maritus stipulatur alimenta pro; nam in stipulatione † non intelligitur persona extrinsecus, lege, quidquid astringendæ, *ff. de verborum obligat.* vbi etiam omissum habetur pro omisso. pro glos. tamen & Felin. facit quod ait Gramma. *in decisio. centesima prima, numero centesimo secundo*, vbi inquit, quod socer, qui promisit filiam † & generum alere, tenetur etiam nepotibus alimenta præstare, *per l. si Stichum, §. primo, vbi glos. ff. de verborum obligat.* sed illum reprehendit Cordub. *in lege, si quis à liberis, §. non tantum, numero sexagesimo sexto, ff. de liber. agnoscen.* quia nemo tenetur præstare vltra quam promisit, *l. si quis in conscribendo, C. de pact.* limitat tamen, quando gener non haberet aliunde, & ipse facultatibus abundaret, tunc etenim non vigore commissionis tenetur, sed legalis dispositionis, de qua alias dixi.

Item ea ratione, qua maritus vxorem alere tenetur, ea ipsa cogitur ancillis † seu pedissequis præstare, sine quibus vxor stare non potest inspecta familiæ & facultatum qualitate. *ita glos. in Authen. de eligen. secun. nub. §. finali, in verbo, onera*, vbi Bart. dicit esse perpetuo menti tenendum, quod vir, qui tenetur vxorem alere, tenetur etiam præstare alimenta seruientibus illi, inspecta qualitate personarum & facultatibus. Et infert ad eos omnes, qui ex quauis causa tenentur alimenta præstare, *Ioan. Lup. in rubrica de donatio. inter vir. & vxor. in §. sexagesimo octauo, numero sexto. & in capitulo, per vestras, in tertio notab. §. primo, columna tertia, versic. in quibus quidem oneribus, folio 133. Cordub. in dicta l. si quis à liberis, §. si quis ex his, numero vigesimo quinto, ff. de lib. agnoscen. vbi addit Lambertin. Boer. & Aemilia. Caualcan. de vsufruct. mulie. relic. num. vigesimo septimo, Gram. decis. 103. numero vigesimo nono.* Intellige tamen secundum quantitatem dotis, *vt diximus paulo supra*, vt scilicet pinguiora habeat alimenta, si maiorem portauit dotem, & plures habeat pedissequas, & seruientes, in summa in omnibus iudex inspecta quantitate dotis & qualitate mariti, existimabit qualia alimenta danda sint.

Simili-

Similiter, qui tenetur aliquem alere, tenetur
8 etiam seruitori alimenta † præstare, si inspecta necessitate vel qualitate personæ non potest sibi seruire, vt de scholari ponit Rebuff. *in tract. de priuileg. scholar. priuileg. 163. Bonacos. in tract. de seru. & famul. quæstio. 120.* sicut etiam ei qui cessit bonis, di-
9 mittenda sunt alimenta non solùm pro † se ipso, sed etiam pro seruitore, *vt inquit Brun. de cessio. bono. quæstio. trigesima prima*, vbi idem dicit in filiis, & familia, loquendo de Doctore, *Bonacos. in dicto tracta. quæstio. 45.* & generaliter in quocunque no-
10 bili † cui alimenta debeantur, *secundum Caualcan. in tracta. de vsufruct. mulie. relic. numero vigesimo septimo, ver. ex quibus potest colligi, Bonacos. dicto tracta. quæstio. 245.* & non video rationem diuersitatis, quare magis equus præstandus sit nobili vel infirmo, quàm seruitor, cum magis sint necessariæ quotidiano vsui operæ seruitoris quàm equi, & melius ac commodius stare possit quis sine equo, quàm sine seruitore.

Eodem modo frater, qui fratrem egenum alere tenetur, *vt dixi in hoc tractatu, & latè ponit Cordub. in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, numero octuagesimo*
11 *tertio*, is non solùm fratrem, † sed fratris vxorem, & filios exhibere debet eisque alimenta præstare, *Hieron. Gabriel. in consilio vigesimo quinto, numero decimo octauo. vol. 1. per glos. in l. si quis à liberis, §. non tantum, in ver. onera, ff. de liber. agnoscen. allegat Aretin. Præpos. & Paleot.* qui tamen non loquuntur in fratre. Sed quidquid sit, hoc est generale, quod qui tenetur ex legis dispositione aliquem alere, is alimenta filiis quoque vxori præstare debet, vt diximus de patre, de vxore, de socero, & de aliis personis *in titu. quibus & à quibus alimen. præstan. sint.* Sed id non habet locum in alimentis testamento relictis, vel ex pacto debitis, quia ea ad filios & vxorem non extenduntur, sed benè ad seruitores & alios sine quibus alimentarius non potest honestè viuere.

Clerico item deposito non solùm ex fructibus beneficii prouidetur de alimentis pro se, sed
12 etiam pro filiis, † *vt in c. studeat. 50. distinct. Felin. in c. cum quidam, numero 11. circa fin. de iureiur. dixi in cod. titu. quib. & à quib. debeant. alimen. est text. in c. omnino vbi glos. & Doctores, distin. 31.*

Et qui aduocatum conducit extra prouinciam
13 nedum ei, sed eius seruitori † prouidet necessaria alimenta, cum sine seruitore esse non possit honestè & commodè, *ita Bald. in l. 1. C. de iussrag. Iaso. in l. si non sortem, in §. libertus, numero vigesimo nono, ff. de condic. indeb.*

Postremo quoque pauperi ecclesiæ diues præ-
14 stat alimenta pro se, vxore, † & filiis, *capit. filius, 16. quæstio. 7. Paul. de Citadin. in tracta. de iure patron. in 6. par. articu. quarto, numero 157. in fine, Lambertin. in eodem tracta. libro tertio, in tertia quæstio. princip. articu. 6. numer. 1. & 3. Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. solent, num. 28. ff. de liber. agnoscen.*

Rector hospitalis alit non solùm se de bonis
15 hospitalis, cui seruit, † sed etiam totam familiam, *clem. quia contingit, §. sin autem, de relig. domibus, Matheus. notab. 191. columna secunda, addit. ad Alexan. in l. 1. num. 23. ff. solu. matr. Cordub. d. l. si quis à liberis, §. & si impubes, num. 34.* Huic autem rectori, seu hospitalario non solùm cibaria, sed etiam vestimenta
16 † danda sunt, *vt probat Roman. in cons. 440. per totum*, vbi *tribus modis probat alimenta deberi.* Possem autem multas alias personas enumerare, quibus cum tota familia & seruitoribus alimenta sunt præstanda: sed quia retuli in *titulo, quibus, & à quibus debean. alimen.* in ampliatione cuiusque capituli, remitto ad ibi dicta, ne idem sæpè repetatur.

SVMMARIVM.

1 *Testi soluuntur alimenta deducto eo quod domi expendisset.*
2 *Expensa quando fieri debet alicui detrahitur quod ille domi erat expensurus.*
3 *Testi non deducitur quod expendisset domi, si ibi erat suis operis lucraturus.*
4 *Victori resici debent sumptus, quos fecit super hospitio.*
5 *Victori quando expensæ hospitij reficiuntur, deducitur quod ille domi impendisset.*
6 *Iudex ordinarius detrahit id quod domi impendisset, quando ei soluuntur alimenta.*
7 *Iudici ordinario iudicanti in Ciuitate nihil omnino datur pro alimentis.*
8 *Delegatus detrahit integra alimenta non habita ratione eius quod impendisset domi.*
9 *Episcopo visitanti integra debentur alimenta, non detracto eo quod domi impendisset.*
10 *Delegatus etiam cui sint pinguia beneficia in computatione alimentorum non detrahit quod domi impendisset.*
11 *Delegatus ad vniuersitatem causarum nihil habet pro alimentis, quando iudicat in ciuitate.*
12 *Delegatus ad vniuersitatem causarum habetur pro ordinario.*
13 *Delegatus ad vniuersitatem causarum potest subdelegare.*
14 *Delegatus, quando consequatur alimenta, & distinguitur inter delegatum à principe, & delegatum ab inferiore.*

QVÆSTIO XXV.



Ntegra alimenta non semper præstantur, sed aliquando fit deductio, & primo licèt fieri debeat expensa, tamen dedu-
1 cendum est, quod ille domi expendisset, † aliàs esset in lucro, *ita Bald. in l. sed etsi, §. quod autem, in principio, ff. ad exhibendum*, per illum textum. Et hoc est generaliter verum in quocunque cui expensæ
2 fieri debent, quia intelligitur semper † eo detracto, quod ille domi consumpsisset, *secundum Ang. in l. sed etsi, §. quod autem, ff. de petitio. hæred. glos. in c. statutum, §. insuper, in ver. moderatas, de rescript. in 6. Iaso. in l. properandum, §. sin autem alterutra, numero decimo quarto, C. de iudic. Alexan. in consilio trigesimo septimo, numero vigesimo octauo, volum. secundo, Marsil. in l. patre, vel marito, num. 64. ff. de quæstio.* & in teste quod fieri debeat deductio, voluit Cyn. *in l. quoniam, circa fin. ver. quarto quæro, C. de testib.* vbi dicit, reficiendos esse testi illos sumptus, quos ipse non fuisset

facturus domi suæ. Mouetur per text. *in d.l.sed etsi,§.quod autem,ff.de petitio.hæred.* sed limitat,quando testis domi stans erat lucraturus expensas†suis
3 operis,quia tunc non fit deductio,*sequitur Angel. ibi & Salic.*qui,*nume.1.in fi.*approbando dicta Cyn. inquit,esse notandum pro ambasciatoribus,quibus debent fieri sumptus.*Grauat. ad Pract. Vestr.libro sexto, capitulo vltimo, numero decimo quinto,* vbi allegat glos.*in dicto capitulo,statutum,§.insuper. Amanel.in singu. decimo quarto,* vbi dicit esse deducendas expensas, quas testis domi suæ fecisset,sed in teste contrarium tenet glos. *in dicto §.insuper, in ver. moderatas,* dicens, nihil esse deducendum. Mouetur ex tex.*in capitulo, venturus,4.quæstio. tertia,*& eam glos.sequitur Ioan. Andr.*ibi Angel.in lege,sed si lege,§.quod autem,il secondo,ff.de petitio. hæred.* vbi generaliter dicit, hoc esse verum,quando expensæ reficiuntur ex dispositione. *Idem probarunt Angel. Imo. Raph. & Roman.in lege, recusare,§.si quis ab alio,ff.ad Trebellia.* vbi Alexand.*in principio,* dicit quod illa glos.reputatur singularis, & cum ea transeunt simpliciter Doctores. Et ad legem, *sed si hæreditas, §.primo, ff.ad exhibend.* respondet, quod ibi reus particeps illius causæ, & ad eum poterat pertinere commodum, & incommodum, *Castren.in dicta lege,quoniam,in principio, C. de testib.Ias.in dicta §. sin autem alterutra, numero decimo quarto,in fine,Franc.dicto §.insuper, columna prima, in fine,vbi quod eam glos.sequuntur Doctores, Pet.Moncad. in tracta.de testibus,post Crot.numero 408. vbi dicit communem.* Et hæc opinio sicuti est magis communis,est etiam magis vera, quia vel testis domi suæ aliquid lucraturus fuisset: vel omni casu rebus suis superfuisset, ex præsentia enim domini res domestica melius agitur, & gubernatur,& ex absentia detrimentum recipit, vt docet experientia. Officium autem suum nemini debet esse damnosum,*vt in proposito dicunt Cyn. & Salic. in dicta lege,quoniam.* Et cum testis in hoc grauatur,quod inuitus cogitur cum incommodo domum exire, & testimonium ferre, debet in alio releuari quod sumptus habeat sine diminutione, & potius tolerandum est, quod aliquid lucretur, quàm quod nimium damnum patiatur pro commodo alterius. Placet ideo mihi magis hæc sententia,quam illa Bald.*in d.§.1.*

Victori, erga quem pars condemnata fuerat
4 in expensis, reficiendi sunt etiam sumptus † cibarij,quos fecit super hospitio *secundum Bartol.in lege,non ignorat.C. de fruct. & lit. expen. cum similibus,*
5 sed hoc casu detrahitur id,quod ipse domi † impendisset, *vt est text. in dicta lege, sed etsi hæreditas, §.primo,ff.ad exhib.*& ita tenet glos.*in dicto §.insuper. in ver.moderata,* vbi ponit pro absoluto quod fiat deductio, *& sequitur ibi Ioan. Andr. & alij,præcipuè Franch.idem voluit Bartol.in lege, eum quem temerè,ff. de iudic. Bald. & Angel. in lege. sed etsi lege, §.quod autem, ff.de petitio.hæredit.vbi allegant Gul. & Cyn in lege properandum,§.etsi quidem, C.de iudic. Butr. in capitulo finem litibus,in vltima columna,de dolo & contum. Angel.in lege reculare, §. si quis alio, vbi etiam Alexand. numero tertio, ver.quid autem in expens.litis, ff. ad Trebell.Alexand. in consilio trigesimo septimo, numero vigesimo octauo,volumine secundo, vbi multos citat Ias. in lege,properandum, §.sin autem alterutra, numero decimo quarto,C.de iudic.Amanel.in sing.decimo quarto, vbi dicit esse de hoc textum in l. si procurator, in fine, ff.rem rat. hab.sed nullum citat ex prædictis Marsil. in dicta lege, patre,vel marito. numero sexagesimo quarto, ff.de quæstio.* ratio autem est, quia expensæ reficiuntur actori tamquam interesse,ipsius autem non interest nisi quatenus pro lite impendit vltra quàm erat domi expensurus, & quando ob causam aliquid conceditur,illud restringitur secundum causam, in eo ergo quod eius non interfuit non potest sequi condemnatio.

6 Iudici ordinario † licet sumptus reficiantur, tamen fit detractio eius quod domi impendisset, *§.illud tamen, in Authen. de mandat. princip.glos. in dicto cap.statutum, §.insuper,in ver. moderatas,sequuntur ibi Io. Andr.& alij,*& Franc. dicit,illam gl.esse notandam, & ponit rationem diuersitatis inter iudicem ordinarium, & alios, *Specu.in titulo de salar. in principio numero tertio,* vbi dicit hoc verum, quando pergit extra ciuitatem; Nam si in ciui-
7 tate iudicet nihil omnino habet pro † sumptibus, *Abb. in capitulo, cum ab omni, numero 12.de vi.& honest.cleric.*

In delegato autem nulla fit detractio, sed in-
8 tegros consequitur sumptus, quos fecit, † *secundum glos. in dicto §. insuper, in ver.moderatas,* quæ
9 dicit idem esse in Episcopo † visitante, & in quocunque alio procurante, *& eam sequuntur ibi Doctores omnes,Specul.in d.loco, numero tertio,Angel.in dicta l.sed & si lege, §.quod autem,Abb.in dicto cap. cum ab omni.numero duodecimo,*qui dicunt idem in Episcopo, & visitatore, *Franch.dicto §.insuper, colum.1. & colum.2.Ias.in d.§.sin autem alterutra, numero decimo quarto.* Et ratio diuersitatis inter ordinarium & testem est, quia testis non habet salarium, ordinarius verò habet salarium, cum quo debet tolerare omnes expensas necessarias in officio, & quod dictum de delegato locum habet, etiamsi
10 delegatus haberet pinguia † beneficia,quia nihilominus non deducit quod domi expendisset, secundum glos.*in dicto §.insuper,* quæ etiam dicit,
11 idem esse de delegato ad † vniuersitatem causarum, quod de iudice ordinario, & idem de conseruatore,quod de ordinario,*sequitur in omni-*
12 *bus Franch.loco prædicto.* Delegatus enim ad † vniuersitatem causarum habetur pro ordinario, *Doctores in lege, à iudice,C. de iudic. glos. in capitulo, cum causam, de appellatio.* licet verè non sit ordinarius, *vt inquit Dec.in lege,solet.in fine,ff.de iurisdict. om. iudic.* & ideo licet delegatus non possit subdelegare,
13 tamen delegatus † ad vniuersitatem causarum subdelegat, *glos.pen.in fin.in dicta lege, à iudice, vbi Alexan. dicit quod communiter ita tenetur. glossa etiam in l.solet,vbi Bart.& alij.*

Glos.autem *in capitulo, cum non ab omni,de vita, & honesta. clericor.* distinguit inter delegatum à
14 principe, † & delegatum ab inferiore, volens quod delegans qui sit inferior principe, teneatur ipse prouidere de expensis suo delegato, sed

melius

melius distinguit glos. *in dicto §. insuper. Abb. d. c. cum non ab omni, numero decimo tertio*, benè verum est, quod in multis est differentia inter delegatum principis, & delegatum inferioris, sed hoc casu cum in vtroque eadem sit ratio idem quoque ius in omnibus est statuendum, vt semper delegatus consequatur expensas sine deductione, etiamsi ditissimus sit.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta relicta ex certo fundo præstantur integra quamuis ex eo fundo minus sit perceptum.*
2 *Locus vbi adiicitur gratia taxationis, tunc alimenta non debentur si nihil ex eo loco est perceptum.*
3 *Fructus nascituri quando deducuntur in obligatione, tunc subest conditio, dummodo nascantur.*
4 *Fructuum nascturorum contemplatione, si aliquid debetur intelligitur si fructus nascantur.*
5 *Locus quando ponitur in eadem oratione tunc restringit.*
6 *Locus adiicitur gratia taxationis, quando ponitur per participium futuri temporis passiuum.*
7 *Locus adiectus per relatiuum, & verbum futuri temporis importat taxationem.*
8 *Fructus fundi sufficere pro alimentis, vel non sufficere, quis probet.*
9 *Negatiuam allegans tenetur probare.*
10 *Reus dicitur actor in probanda exceptione.*
11 *Fructus vnius anni si non sufficiunt, an & quando fiat suppletio de fructibus sequentium annorum, vide ibi.*
12 *Fructus quando ponuntur in conditione tunc si non sufficiunt fit suppletio ex fructibus sequentis anni.*
13 *Fructus sequentium annorum erogantur ad supplendum defectum præcedentis anni quando debitum est annuum.*
14 *Dispositio quælibet verificatur in primo actu.*
15 *Fructus vnius anni quando venduntur veniunt tantùm primi, si fundus producit fructus bis in anno.*
16 *Pater si concedit filio fructus aduentitiorum veniunt non solùm primi, sed etiam alij.*
17 *Fructuum obligatio est in diem, non conditionalis.*
18 *Orationes separatæ quæ dicantur.*

QVÆSTIO XXVI.

CVM alimenta relinquuntur præstanda ex certo fundo, tunc si ex eo fundo non percipiantur fructus, qui sufficiant ad alimenta, ea
1 debentur nihilominus integra † sine diminutione, *secundum Bartol. in lege, Lucius, numero tertio, ver. quæro pone quod testator, ff. de alimen. & cibar. lega.* Mouetur, quia locus adiectus est non ad restringendum legatum, sed ad demonstrandum quomodo fieri debeat solutio. Item mouetur, quia locus fuit adiectus post perfectum legatum. Hoc etiam modo intelligit Bartol. *in lege, inter stipulantem, §. sacram, numero sexto, ff. de verborum obligat.* Sed ante eum hoc voluit Cyn. *in lege, si quis argentum, post medium, ver. breuiter cum promittitur, C. de donat.* vbi ait, quod facta promissione ex certo fundo, tunc quia mentio fundi stat demonstratiuè, suppletur ex alio quidquid deest ex illo. Et ita quoque Ioan. Fabr. *ibi numero decimo quarto*, vbi ait, censeri gratia demonstrationis quando celebrato vno cõtractu, dicitur percipi ex tali vinea, *Gui. Pap. quæstione 8.* vbi dicit, quod fundator monasterij donauerat decem libras annuas, super censa quadam furni, & quia numerus habitantium ita fuerat imminutus quod furnus non reddebat decem libras, iudicatum fuit supplendum esse ex alio loco. Idem etiam probauit Castren. *in consilio trecentesimo trigesimo nono, numero tertio, volumine primo*, quando tamen locus est ad demonstrationem adiectus, Gigas *in tracta. de pensio. quæstione sexagesima secunda, numero vndecimo*, Natta *in consilio ducentesimo vndecimo, numero sexto*, Cordub. *in lege, si quis à liberis, §. sed si filius, numero decimo octauo. ff. de liber. agnoscen.* Caualcan. *in tracta. de vsufruct. mulie. relic. numero centesimo sexagesimo septimo*, sed quando adiicitur
2 locus gratia taxationis, tunc † si fructus fundi non sufficiunt, nihil omnino suppletur, *lege, Firmio, in principio, ff. quan. dies lega. ced. lege, inter stipulantem, §. sacram. ff. de verborum obligat.* ita Cyn. *in dicta lege, si quis argentum*, & *ibi* Ioan. Fabr. *numero decimo quarto*, Bartol. *dicta lege, Lucius, numero tertio*, vbi ita intelligit text. *in lege, cum certus. ff. de vino oleo trit. i. lega.* quem glos. *ibi* allegabat contrarium, idem Bartol. *in dicto §. sacram, numero sexto*, vbi ponit quando fit per relatiuum, vel sine eo, Castren. *dicto consil. 339. numero tertio*, sequitur Dec. *in cons. 324. columna prima, consilio 500. columna finali.* Benintend. Rot. Bonon. *decis. 64.* Caualcan. *dicto numero centesimo sexagesimo septimo*, Gigas *in tracta. pensio. quæstio. sexagesima secunda, numero primo*, & *sequen.* Et prædictorum ratio est quia vbi obli-
3 gatio est restricta ad fructus nascituros, † subest tunc conditio si fructus nascantur, *l. interdum, ff. de verborum obligat.* & videtur relictum corpus, quod non est in rerum natura, *lege, si seruus, §. quicunque, ff. de lega. primo.* Et idem est quando aliquid debetur contemplatione fructuum nascturorum,
4 † quia intelligitur, & debetur solùm quando fructus nascuntur, *vt inquit Castren. in l. ex conducto, §. si vis tempestatis, columna prima, ff. loca.* Et hanc rationem allegat Castren. *in dicto cons. 339. num. 2.* & prædictam conclusionem, quod vbi locus ponitur taxatiuè, extinguatur & non fiat suppletio, ponit multis adductis rationibus Ioan. de Amicis *in cons. 46. per totum. Bero. qui latè agit, in cons. 17. per totum, volumine primo.* Difficultas est cognoscere quando locus dicatur adiectus gratia demonstrationis, & quando gratia taxationis. Et
5 Bartol. *in d. §. sacram, num. 6.* dicit, quod vbi locus in eadem oratione ponitur, tunc † restringit & limitat dispositionem. Vbi verò ponitur in diuersa oratione, tunc demonstrat solùm, ex quibus rebus fieri debeat solutio relicti. Idipsum voluit Bartol. *in dicta lege, Lucius, numero tertio*, dum inquit, quod dicitur gratia demonstrationis appositus locus quando de eo fit mentio post dispositionẽ factam: nam idem est dicere post perfectam ora-

tionem quod in duabus orationibus. Et Castren. *dicto consil.330.numero.3.* idem dicit, ponens exemplum, quando dicit testator, *decem dari volo Titio, quæ capi mando ex fructibus, vel super fructibus talis fundi*, tunc locus apponitur demonstrationis gratia: quando verò dicit, *Titio ex redditibus talis fundi, mando solui decem singulo anno*, tunc locus designatur ad taxandum relictum, & non si non nascantur non debetur, & præstatur solùm, quantum in eis percipitur, *sequitur Felin. in cap. ad audientiam, il secondo, columna septima, ver. sexta conclusio, de rescrip.* vbi ait, hoc esse valdè quotidianum pro his qui soluunt pensiones, *Gigas in dicto tracta. quæstio.62.numero tertio, vbi latè prosequitur.* Hoc ipsum voluit *Ioan.Fabr.in d.lege, si quis argentum, numero 14. in fi.* inquiens, quod fundus taxationis causa præsumitur adiectus, quando ponitur in substantia obligationis, veluti cum dicitur, decem corbes ex tali fundo: sed si celebrato contractu ponitur, stabit demonstratiuè, vt cum dicitur, relinquo decem corbes, quas percipies ex tali vinea, tunc debentur, etiam si non percipiantur, *Bero. in consilio 17.numero 23 volum.1.* Ex istis infertur non benè decisum fuisse à Consilio Gratianopoli, supplendam esse quantitatem, vti refert Guido Pap. *in d.decis.octaua*, quia ibi fundator locum adiecerat in eadem oratione, atque ita taxatiuè, & non demonstratiuè.

Dicitur etiam locus taxationis causa adiectus,
6 quando apponitur participium futuri † temporis passiuum, vt cum dicitur, *lego centum faccos frumenti percipiendos ex tali fundo, vt voluit Ioan.de Amic. in consilio 46.numero 8.* quia secundum eum participium prædictum conditionem importat, & resoluitur in relatiuum, & verbum futuri temporis, *Bartol.in l.1.num.35.ff.de cond.& demonstr. Alexan. in consilio secundo, numero 13.ver. & quod ita sit, vol.4. Rum.in cons.160.num.11.vol.2. Galliau.in l.centurio, numero 358.ff.de vulga.& pupil. Rolan.in cons.43.num.34. vol.4.* Et eo loci Ioan. de Amic. dicit, idem esse,
7 quando adiicitur locus per relatiuum, & † verbum futuri, vt cum dicitur, *frumentum quod nascetur, vel natum erit*, quia hoc quoque casu taxationem inducit, sed vtrumq; dictum caret meo iudicio veritate. Nam etsi verum sit, quod tam relatiuum adiectum verbo futuri temporis, quàm etiam participium futuri temporis importet cõditionem, tamen ex hoc non infertur, quod locus stet taxatiuè, & non demonstratiuè, & possunt simul stare quod sit conditionalis dispositio, & quod stet demonstratiuè: nam conditio est restricta quoad fructus illius prædij, qui non debentur nisi nascantur, sed vbi suppletio fieri debeat, non refert, quod dispositio sit conditionalis vel pura, melius ergo est dicere, quod attendatur solum an in eadem oratione, antequam contractus sit perfectus, adiiciatur conditio, vel in diuersa oratione, perfecto iam contractu, Doctores autem in alio considerant relatiuum, *vt dicam paulò infra.*

Quis autem teneatur probare, quod ex fundo
8 non fuerint percepti fructus † qui sufficiant ad soluendum. Beninten. *dicta decisio. sexagesima quarta, in fine*, dicit, probandi onus incumbere ei qui possidet prædium, & negat tot fructus esse perceptos, quia hoc est suæ intentionis fundamentum. Ideo qui se fundat in aliquo, etiamsi sit ne-
9 gatiua, † tenetur probare, *Bartol. & Doctores præcipuè Ripa in lege, in illa, ff. de verborum oblig.* Hæc opinio est penes me indubitata, quia actor habet intentionem fundatam super legato, vel promissione, quæ continet certam quantitatem præstandam: reus verò, qui opponit se non teneri, quia res non reddiderit fructus sufficientes, pro-
10 bare debet. Dicitur enim actor † cum agitur de probanda exceptione, *lege prima, vbi Bartol. ff. de excep. Corne. consilio 223. columna tertia, volum.2. Paris. in consilio quadragesimo quinto, in principio, volum. primo, Rol. in cons.100.num. 25. volum.2. & eam sententiam Beninteudi sequitur etiam Caualcan. dicto num. 166.*

Solet etiam dubitari, quibus in casibus teneatur debitor supplere ex fructibus sequẽtium annorum, quia aliquando debitor non tenetur vltra, quàm percipiat ex fundo, ex quo tenebatur soluere, sed non per hoc liberatur in totum ab obligatione, verùm deferturin sequentes annos, & ex futuris fructibus supplet, aliquando verò liberatur in totum. In hac quæstione fit distin-
11 ctio: † aut enim promissio est vnica, & tunc si fundus simpliciter fuit adiectus suppletur sequentibus annis, id quod deest fructibus primi anni, *dicta lege, Firmio*, & si fundus sit sub conditione po-
12 situs, † vt quia dictum sit de frumento, vel fructibus, qui nascentur ex tali fundo, tũc non fit supplementum, *l.cum certus, ff. de vino triti. & oleo leg. lege, si debitor §. verisimile, ff. de contrahen emptio. Cyn. in dicta l. si quis argentum, in fine, vbi etiam Ioan.Fabr. numero 15. C. de donatio. Bartol. in l. inter stipulantem, §. sacram, num.6. ff. de verborum obligat. Eam distinctionem tenet Ioan.de Amic. in cons. 46. numero 12. licet non ita perfectè recitet:* quando verò debitum est annuum, tunc siue fundus sit sub conditione positus, siue
13 non, semper † fit suppletio ex fructibus sequentium annorum, *lege, legatum, §. vini Falerni, ff. de annu. lega. lege, ex eo. ff. de vino, triti: & oleo lega.* & fertilitas sequentis anni compensat sterilitatem præcedentis, *vt in dictis iuribus, vt per Cyn. Ioan. Fabr. Bart. Ioan. de Amic. in locis proximè citatis, Castr. in dicto consilio 339. num. 3. volum.1.* vbi dicit, non sic esse, quando fieri debet vnica solutio, & loquitur ibi in pẽsione ecclesiastica, *Gigas in tracta. pensio. dicta quæstio.62.num. septimo, vbi allegat etiam Felin. in ca. ad audientiam, il 2. colum.7. de rescrip. Cordub. in d.l. si quis à liberis, §. & si filius, numero decimo septimo, ff. de libe. agnoscen. Bero. in d. consilio decimo septimo, nnmero vigesimo tertio vol.1.* vbi tractat tam circa primum, quam etiam circa secundum caput distinctionis. In hoc tamen quæreda est diuersitatis ratio, quare potius fiat suppletio in menstruis, vel annuis præstationibus, quàm in simplicibus. Doctores eam non ponunt, nec videtur mihi aliqua apta reddi posse, nam in præstationibus annuis tot sunt præstationes quot anni, proinde in hoc differre non videntur, cum vnaquæque præsta-

tio

tio incipiat deberi in principio cuiusque anni, cogita ergo. Bene verum est quod textus probantes eam distinctionem sunt clari, nec euitari possunt: quærenda item ratio diuersitatis, quare magis fiat suppletio stante vnica præstatione quando fundus est adiectus simpliciter, quam vbi est sub conditione, cum nihilominus promissio, vel quæuis dispositio facta de futuris fructibus conditionalis sit sui natura, & conditio tacita non minus operari debeat quàm expressa, & illa conditio expressa, qui nascentur, non magis possit ad proximum annum referri, quam ad sequentes. Et si dicatur quod vbi dictum est de fru-
14 mento, quod nascetur, intelligi debet † de primo, *secundum l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. significa.* Respondeo, quare non eodem modo restringi debet dispositio fructuum talis fundi, vt intelligatur de primis, sicuti dicimus, quod venditis fructibus certi fundi pro vno anno, veniunt so-
15 lum primi, † si fundus bis in anno reddere consueuit fructus, *vt per Iac. de Rauen. Cyn. Bald. Alexand. Imo. Iason. & alios in l. diuortio, §. quod in anno, ff. solut. matr. Alexan. in cons. 16. num. 6. vol. 4. Socin. Felin. Curt. & Georg. Nat. in locis citatis per Tiraquel. in d. §. hoc sermone, in regula, num. 6.* Cum ergo vtraque dispositio sit conditionalis, vtraque possit verificari in primi anni fructibus, non bene video, quæ assignari possit ratio diuersitatis. Posset forte dici, quod vnum locum habeat in contractibus, vel causis aliis onerosis; alterum verò in vltimis voluntatibus, & lucratiuis, vt in simili dixit Bald. *in authen. excipitur, C. de bonis quæ liber.* vbi si pater con-
16 cedit filio fructus † bonorum aduentitiorum, includuntur non tam primi, quam etiam sequentium annorum fructus. Alexand. ibi distinguit inter causam onerosam, & causam lucratiuam, sed hoc nihil est, nam Alexan. non sibi satisfacit in ea distinctione, *vt benè aduertit Tiraquel. in d. §. hoc sermone, limitatio. 27. numero. 2.* Præterea hic non agitur de discrimine causæ, sed rei seu formæ legandi, cum vno casu fit suppletio, alio vero non. Est igitur melius cogitandum. Et si dicatur, quod obligatio fructuum futurorũ non est conditio-
17 nalis, † sed in diem, *vt inquit Bero. in d. cons. 17. numero 74.* respondetur, procedere id secundum eum, quando promittitur certa quantitas, non quando incerta, & in simili inter contractus & vltimas voluntates differentiã constituit loquẽdo, an vnica sit oratio vel plures, Dec. *in cons. 283. col. 2. in fin. ver. secundo Paulus.* vbi declarat Castren. dictum *in eo. cons. 339.* loqui in vltimis voluntatibus, & ibi etiam, *col. 3. ver. tertio* dictum Pauli de-
18 clarat, quomodo dicantur duæ orationes † separatæ, quando coniunguntur per relatiuum quis, vel qui. Et in prædictis locis Dec. Io. de Amicis, Gigas, Castren. & Bero. multa ponunt ad declarationem prædictæ decisionis, quæ omnino scitu necessaria sunt, & apud eos videri possunt.

SVMMARIVM.

1 *Creditor non potest soluere aliud pro alio inuito debitore.*
2 *Correlatiuorum idem est iudicium.*
3 *Creditor alimentorum, non potest petere pecuniam, vel æstimationem.*
4 *Debitor alimentorum post moram tenetur ad æstimationem.*
5 *Æstimatio succedit loco rei.*
6 *Scholari agenti in studio, alimenta relicta debentur in pecunia. Declara, vt ibi.*
7 *Æstimatio debetur loco alimentorum præteriti temporis, præcipuè quando res non afferrent eandem vtilitatem.*
8 *Pecunia debetur loco alimentorum, quando testator lapso certo tempore mandauit pecuniam solui.*

QVÆSTIO XXVII.

PETI autem debent alimenta in speciebus ipsis non etiam in pecunia, vel æsti-
1 matione, quia sicuti aliud † pro alio solui non debet inuito debitore, *l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. pet.* ita non potest creditor inuito debitore aliud petere pro alio, & correlatiuorum idem
2 sit † iudicium, *l. si. C. de indic. viduit. tollen.* Et probatur hæc opinio *in l. nulli, C. de erogat. milit. anno. lib.*
3 *11. ponit* † *Bartol. in l. libertis, la. 2. §. manumissis, num. 2. ff. de alimen. & cibar. lega.* vbi longa distinctione determinat totam præsentem quæstionem, vbi tamen inquit, ea, quæ non possunt conseruari vltra biduum, vel triduum, vt sunt carnes, pisces, & similia, esse præstanda in æstimatione, non autem in rebus, & hoc ideo quia in singulos menses præstantur. Hoc etiam voluit Pract. Pap. *in form. libel. quo agim. pro lega. rei singul. in princip. numero sexagesimo nono, in fin. Paul. de Citadin. de iure patron. in 4. articul. in fin. Ascan. de patr. potesta. effec. 17. numer. 64. Cornel. cons. 286. in princip. vol. 3. Ruin. consilio trigesimo sexto, numero 13. vol. 3. Simon de interpret. vltima. volunt. lib. 4. dubit. 11. in princip. numero nonagesimo primo, & seq. Alexand. in consilio septuagesimo secundo, num. 3. & 4. vol. 5.* vbi dicit, quod si peteretur pecunia, esset inepta petitio, & nulla sententia, *Rolan. in cons. 22. in fin. vol. 1. Menoch. in cons. 62. num. 7. Lancello. Gall. in consuetud. Alexan. in ver. solidos, quæstio. 6. numero 102. Cordub. in l. si quis à liberis, §. non tantum, numer. 7. ff. de libe. agnoscen. vel alend.* & est communis opinio, *vt inquit Viuius commun. opinio. lib. 1. in ver. alimenta, l'vltimo, in fin. vbi allegat Modern. quosdam in d. l. libertis, §. manumissis.*

Limitantur præmissa non procedere, quando debitor alimentorum esset morosus, quia tunc
4 propter moram † tenetur ad æstimationem, *secundum notata in l. vinum, ff. si certum pet. ita Bartolus in dicta l. libertis, §. manumissis, Viuius in d. ver. alimenta, in fin. Et sequuntur omnes supracitati.* Et hoc est regulare, quia semper æstimatio præstatur, succedit e-
5 nim loco † rei, *vt per Doctores in d. l. vinum, & in l. vnica, C. de senten. quæ pro eo quod inter.*

Secundo limitatur, vt non procedat conclusio prædicta, quando alimenta relinquãtur scholari agenti in studio, quia illi debetur æstimatio
6 † alimentorum, non autem res ipsa, *secundum Rebuff. in tracta. de priuileg. scholar. priuileg. 132. argum. l. 1. in fi. l. cum aurum, l. Titia, ff. de auro & argen. leg. l. cum ij, §. cum in annos, ff. de transac. Cordub. qui eum refert, &*

sequitur

ſequitur in d. §. non tantùm, numero trigeſimo octauo. Id quod ego intelligo quando hæres vel alius, qui tenetur ad alimenta, non degeret in loco ſtudij, quod ſi eo in loco moram traheret, crederem liberari tradendo res, ſicuti dicimus in aliis. Et prædictæ limitationis ratio eſt, quia alimenta cenſentur relicta ſecundum conſuetudinem legatarij, *vt dixi ſupra hoc eodem titul.* at ſcholares non ſolent alimenta eo modo capere, ſed pecuniam in ſingulos menſes ſoluere hoſpitibus, qui ſibi miniſtrant alimenta, & à ſtudio diſtraherẽtur, ſi ſibi in ſingulos dies prouidere deberent de victu vel etiamſi vacare deberent venditioni victualium vini, & aliorum, quæ ſibi præſtantur pro alimentis. Et ſi hæc foret ratio, dicendum eſſet alimenta in pecunia præſtanda eſſe, licet hæres vel debitor ageret in eodem ſtudij loco, quia etiam eo caſu militat, propterea cogitandum eſt.

Item hæc proceduntin alimentis, quæ pro futuro tempore petuntur, ſed pro præterito tempore aliquando debetur æſtimatio, præcipuè quando agimus de iis, quæ ſi nunc præſtarentur nullam afferrent legatario vtilitatem: tunc enim
7 loco præteritorum alimentorum † debetur æſtimatio, *ſecundum Bart. in d. §. manumiſſis*, vbi ponit exemplum in habitatione: ea enim perit tempore. Quia ſi nunc præſtaretur habitatio, ea non ſuppleret pro ea, quam habuit legatarius. Et in hoc eſt ratio, quia poſt moram ſi res debita perit ſuccedit obligatio ad intereſſe, *vt per Doctores in d. l. vinum. definit enim rem poſſe præſtari*, & inquit quod eo caſu æſtimatio eſt in petitione, condemnatione, & exequutione. Idem dicit in medicinis, quia etſi non perierit, non tamen nunc expediunt, id eſt non afferunt eam vtilitatem, pro qua tempore infirmitatis erant præſtandæ.

Limitatur etiam non procedere, quando poſt lapſum certi temporis teſtator mandaret certum
8 quid in pecunia præſtari † quia tunc ſi alimenta in tempore non dantur, pecunia relicta debetur: *ſecundum Socin. in conſilio decimo, in 5. dubio, vol. 1. citatur à Cordub. Gallian. Menoch. & Rolan. in locis prædictis.*

SVMMARIVM.

1 *Eleemoſynæ loco ſi debentur alimenta, conſideranda eſt facultas habentis, & inopia indigentis.*

QVÆSTIO XXVIII.

VBI alimenta danda ſunt non ex forma teſtamenti, vel obligationis voluntariæ, ſed in modum eleemoſynæ, tunc ad dignoſcendum qualiter præſtanda ſint, multa di-
1 ci poſſent, ſed principaliter conſideranda eſt facultas † habentis & inopia indigentis, *ſecundum diuum Thom. 22. quæſtio. 31. articul. 5. & in 4. ſenten. diſtinct. 15. quæſtio. 2. articul. 1.* nam qui habet ſecundum ſuam neceſſitatem & condecentiam tantùm, non tenetur ei contribuere qui habet quãtum ſibi ſufficit pro neceſſitate, & condecentia, ſed ei ſoli, qui extrema laborat inopia, & moriturus eſſet, niſi ſibi ſubueniretur: qui verò ita facultatib. abundat, vt ſuppetant pro tollenda neceſſitate, & condecentia ſuſtinenda, tunc quod ſupereſt vltra prædicta tenetur ei dare, qui etſi laboret extrema egeſtate, non tamen poteſt familiam ſuam, ſecundum decorem cognationis, & decentem ſtatum ſuſtentare. Et ideo latè Cardin. diſputat. *in c. non ſatis, 86. diſtinct. & latius ibi proſequendo Præpoſ. Mediolan. num. 11. & ſeq. vbi octo concluſiones ponit, per quas tota materia declaratur. De ea etiam agit Ang. de Claua. in ſua ſum. in verſ. eleemoſyna, num. 1. vbi multas tractat quæſtiones Tabien. in ſum. in ver. eleemoſyna, num. 5. & ſeq. vbi ſimiliter multas ponit quæſtio.* Sed quia ea tractatio ad Theologos pertinet, ad illos me remitto, à quibus ediſcere poteris, qualis, & quanta fieri debeat eleemoſyna, ne videar falcem ponere in meſſem alienam, non ſine graui erroris periculo.

SVMMARIVM.

1 *Operari tenetur alimentarius ad illius commodum, qui præſtat alimenta.*
2 *Filius recipiens alimenta in domo patris tenetur in ea operari, & ſe exercere.*
3 *Pater iuſtè negat alimenta filio, qui recuſat operari in domo.*
4 *Filius operari tunc ſolùm tenetur, quando id poteſt ſine verecundia.*
5 *Filius emancipatus non tenetur operari ad commodum patris.*
6 *Pater emancipando filium non poteſt ab eo ſtipulari operas.*
7 *Filius operas obſequiales patri tenetur præſtare, non artificiales.*
8 *Operas promittens liber homo non obligatur etiamſi iurauerit.*
9 *Vxor operari debet ad vtilitatem viri, ſi ab eo percipit alimenta.*
10 *Vxor quæ recipit alimenta à viro, dicitur illi quaſi familia.*
11 *Vxor viro ea præſtat obſequia, quæ ſuæ conditioni conueniunt.*
12 *Vxor nobilis, quæ pro viro ſubit vilia ſeruitia, acquirit meritum.*
13 *Vxor quando teneatur vilia præſtare obſequia viro.*
14 *Vxor tenetur viro facere lectum, ſoquinarium, & alia. quod an verum ſit, vide ibi.*
15 *Conſuetudo. Quilibet cenſetur contrahere ſecundum conſuetudinem regionis.*
16 *Promiſſio omnis intelligitur ſecundum qualitatem perſonæ.*
17 *Vxor quæ dotem attulit ſufficientem ad alimenta non tenetur operari in domo.*
18 *Vxor eſt in poteſtate viri, quoad debitum carnis.*
19 *Maritus poteſt vxorem leuiter caſtigare.*
20 *Vxor tenetur marito exhibere reuerentiam.*
21 *Maritus dicitur dominus vxoris, & quomodo.*
22 *Vxor tenetur marito præſtare operas officiales, non artificiales.*
23 *Bar. in l. diuortio, in princip. ff. ſolu. matrim. quomodo intelligatur, dum loquitur de operis ab vxore præſtandis viro.*

24 *Vxor*

24 *Vxor non præsumitur acquisiuisse de bonis viri, quando exercebat aliquam artem.*
25 *Vxor, quæ exercet artificium tenetur recompensare virum, pro tempore laborando quo destitit ab obsequio.*
26 *Vxor acquirens de mariti pecunia sibi quærit.*
27 *Vxor quærit viro, quando de illius pecunia & mandato exercet artem.*
28 *Acquisitum quæritur acquirenti etiamsi sit de aliena pecunia.*
29 *Res empta ab vxore de pecuniis mariti efficitur vxoris, vbi tamen vide.*
30 *Filius quidquid negociando acquirit de patris pecunia, acquirit patri.*
31 *Frater tenetur fratribus communicare lucrum, quod fecit patre viuente negociando de re patris.*
32 *Frater nō communicat fratribus dimidium lucri, quod fecit negociando de re patris, quia ea pertinet ad industriam.*
33 *Res si fuit confecta de alieno, an spectet ad dominum, vel facientem.*
34 *Vxor, an præsumatur lucrum feciſſe de re mariti, vel aliunde.*
35 *Vidua, quæ intra annum luctus alitur ab hæredibus viri, tenetur illis operari.*
36 *Vidua videtur esse in eodem matrimonio præcipuè intra annum luctus.*
37 *Vidua dicitur de familia mariti defuncti.*
38 *Vidua tenetur operari hæredibus viri in omni opere, quod scit facere.*
39 *Viduæ extra domum mariti dantur alimenta ex iusta causa, sed deducto pretio operarum.*
40 *Obligatio non variatur ex persona hæredum.*
41 *Hæres repræsentat personam defuncti.*
42 *Clericus, qui ab Ecclesia recipit alimenta, tenetur operari Ecclesiæ.*
43 *Seruus tenetur operari domino, idem est in homine libero, qui bona fidē seruit.*
44 *Seruire nihil aliud est, quam operas præstare.*
45 *Operari tenetur alimentarius ad commodum alentis quandocunq; alimenta debentur à lege.*
46 *Lex. Mitius agitur cum lege, quam cum homine.*
47 *Voluntas testatoris largè interpretanda est.*
48 *Alienandi facultas à testatore concessa, intelligitur libera, & nullus regulis limitata.*
49 *Verba vniuersalia hominis non restringuntur de habilitate.*
50 *Operandi necessitas remissa videtur, quando testator legat alimenta.*
51 *Legans videtur remittere exceptionem, quæ sibi competebat, vel liberationem ab actione.*
52 *Vxor, cui alimenta relicta sunt, tenetur operari obsequiales operas.*
53 *Operæ obsequiales semper ab alimentario præstantur, quando alimenta relicta sunt in domo.*
54 *Vidua tenetur præstare operas obsequiales, quando alimenta relicta sunt in domo.*
55 *Operari tenetur alimentarius in domo faciendo coquinam, & alia similia.*
56 *Operæ officiales dicuntur adesse, comitari, cantu & sono oblectare, & similes.*
57 *Operæ artificiales sunt pistoriæ, textoriæ, lanificæ, & similes.*
58 *Operarum mentio in dubio intelligitur de officialibus.*
59 *Operæ officiales cedi non possunt.*
60 *Operæ fabriles cedi possunt inuito operario.*
61 *Seruitor conductus cogi potest seruire alij pro tempore conuento.*
62 *Vasallus, aut subditus, an cogi possit fidelitatem domino iurare.*
63 *Operæ officiales quando delegantur, liberatur delegans ope exceptionis.*
64 *Impossibile non deducitur in stipulationem.*
65 *Promittens alium ratum habiturum, an liberetur si fecit quidquid potuit.*
66 *Operarius non tenetur de nocte operari fabriles operas.*
67 *Alimentarius tenetur associare alimentatorem.*
68 *Vicarius Ecclesiæ recipiens alimenta à rectore non tenetur illi operari.*

QVÆSTIO XXIX.

ALimentarius non debet esse otiosus, sed
1 tenetur operari † ad commodum eius, qui præstat alimenta, *c. de lapsis, in fin. 16. quæst. 6. l. fin. §. sanè, il secondo, in fin. C. de his, qui ad eccles. confug.* aliâs enim apud alimentatorem grauius esset, *vt in dicto loco dicitur, quæ ad hoc citat Luc. de Penn. in l. 1. in fi. C. de agric. & municip. lib. 11. & eum sequitur Rebuff. in tract. de congr. portio. numero 99.* Et dicit Bald. *in l. 1. numero septimo, C. de leg.* quod alimentarius non debet in domo stare, sicut corpus mortuum.

Infertur hinc, quod filius dum à patre alimen-
2 ta recipit, operari † debet, *l. qua actione, in princip. ff. ad leg. Aquil. nota in l. eum qui, §. si filius, ff. de fur. d. l. 1. vbi Luc. de Pen. hoc notat. num. 17. C. de agric. & municip. lib. 11. Abb. c. literas. numer. 28. de restit. spol. Rebuff. d. numero 99.* Et ratio est, quia filius patris occupationes & mediocritates tenetur adiuuare. *Rebuff. loco prædicto.*

In tantum autem tenetur operari, quod si re-
3 cuset † id facere, iustè pater denegabit illi alimenta, *l. si quis a liberis, §. si parens, ff. de lib. agnoscen. vel alend. Bald. Angel. & Salic. in l. 1. C. de leg. Caccialup. in l. frater a fratre, §. quæsitum. num. 106. & num. 109. ff. de cond. indeb. Alcia. in consilio ducentesimo quadragesimo tertio, num. 6.* Intelligendo tamen, quando sine de-
4 decore, & verecundia potest operari, † aliâs secus esset, *secundum Bartol. in l. 1. num. 7. C. de mendican. valid. lib. 11. quam citat, & sequitur Caccialup. d. §. quæsitum, num. 106. & dixi suo loco.* Hoc tamen non procedit in filio emancipato, quia is non tenetur
5 † operari ad commodum patris, *vt probatur in l. pen. ff. de obseq. libert. Luc. de Pen. d. l. 1. num. 17.* Hæc tamen limitatio non est ita admittenda sine distinctione, *vt dicam paulò infra,* & videtur, quod eman-
6 cipando † pater non possit etiam stipulari operas à filio, *l. pen. ff. si à paren. quis fuer. manum. Coras. in l. admonendi, num. 22. ff. de iureiur.*

Intellige etiam, quoad operas obsequiales, seu
7 officiales, quia eas filius tenetur præstare, † sed

non ar-

non artificiales, *argumento l. sicut. ff. de ope. li. Bertran. in cons. 310. num. 6. vol. 6.*

Prædicta verò non transeunt sine difficultate, quia operarum materia liberis hominibus non conuenit, sed solis libertis, *vt ponunt Doctores in l. si non fortem, §. libertu. vbi Iason. ff. de cond. indeb.* Ideò
8 liber homo † promittendo operas, non obligatur etiamsi iurauerit, *vt probat text. in l. si quis pro eo, ff. de fideiusso. quem ita intelligit Coras. in l. admonendi, nu. 20. & seq. ff. de iureiur. & in l. frater à fratre. n. 24. ff. de cond. indeb.* Passim tamen admittunt Doctores operas etiam in libero homine cadere, & posse in obligationem venire. Et quidquid Coras. senserit, non ea ratione, mouetur text. *in l. si quis pro eo, sed alia de qua per Bart. & alios ibi.*

9 Infertur secundo, quod vxor † cui præstantur à viro alimenta, tenetur operari ad viri vtilitatem, *l. sed si vir. ff. de donatio. inter vi. & vxo glos. in l. sicut patronus, ff. de ope. liber. in l. si vxorem in glos. 2. C. de cond. inser. in l. assiduis, in ver. corpore, C. qui potio. in pigno. habe. in l. liberta, & in l. quod ex liberta, C. de oper. lib. Specu. in tit. quifil. sint legiti. numero 28. ver. at vxor, Bar. in l. Caio. §. Imperator, in fi. ff. de aliment. leg. & hanc partem tenuerunt, Bald. Castren Cornel. Aret in Rota. Iason, Afflict. Tiraquel. Cassan. Lupus, & alij citati à Cord. qui dicit communem in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 221. ff. de liber. agnoscen.* Ex quo enim recipit à
10 marito † alimenta, dicitur illi esse penè famula, *c. est ordo. cap. satis, & cap. mulierem 33. quæst. 5.* non tamen omnia obsequia præstabit, sed quæ suæ con-
11 ditioni & qualitati † conueniunt, *vt inquit Pet. quem citat. & sequitur Bald. in l. si vxorem, numer. 6. ver. item lex dicit, C. de conditio. inser.* Et dicit Abb. *in cap. literas. num. 27. de restitutio. spolia.* quod etsi secundum Ioan. And. ibi, teneatur vxor erga maritum, ad omnia obsequia, puta custodire res mariti, lauare illius pedes, & caput, comestionem parare, & iis similia facere, id tamen intelligendum est si conditio personæ non repugnat, puta si ita foret nobilis, quam non deceret similia præstare seruitia, *Dec. in cons. 202. num. 6. ver. non obstat, quod.* vbi ideo infert, quod si nobilis vxor vilia seruitia o-
12 beat † ad commodum mariti, acquirit meritum apud eum, & maritum obligat ad antidora, ita quod ratione talium meritorum sustinebitur donatio, *Felin. in cap. illud, colum. 4. de præsumpt. Lup. in rub. de donat. inter vi. & vxo. §. 31. num. 2.* Allegat Romanorum exemplum, qui percusso fœdere sanciuerunt, ne clarissimæ fœminæ vilissimis, & seruilibus ministeriis alligarentur. Id quod tamen limitat ex Franc. Barbaro duplici in casu, quando scilicet aduersa † mariti valetudo præstaret,
13 vel casus honorandi hospitij accideret, exemplo Andromachæ, apud Homerum. Alios quoque in eam citat sententiam Tiraquel. *in tract. nobilita. cap. 20. num. 94.* vbi intelligit dictum Capræ, qui *in*
14 *cons. 72* inquit, vxorem debere † iure facere coquinariam, & lectum, *& num. 101.* limitat duobus modis, de quibus supra. Et quod non teneatur mulier vilia munera obire pro marito, tenet etiam Natta *in consilio 462. numer. 72. Neuiza. Silua nuptia. lib. 4. num. 19.* Est verum, quod Barba. ad Bald. *in d. l. vxorem*, tenet nobilitatem nullam afferre excusationem vxori ab oneribus prædictis, quia ex qualitate debitoris non redditur deterior creditoris conditio, & quia nubendo viro censetur se obligare ad ea omnia, quæ vxor tenetur præstare, vt latè explicat Tiraquel. *loco prædicto, numero 95.* dicens, hoc fortè verius esse per prædictas, & alias rationes. Sed mihi prædicta non concludunt, quia cum lex non præcisè vxorem obliget ad certa seruitia, sed generaliter ad ea, quæ ex conditione personarum, & regionis consuetudine præstari solent, non dicitur mariti conditio effici deterior, si vxor vilia munera non obeat, imò cum duo sint in carne vna, vxor esset marito dedecori, si talia præstaret, & quando nupsit, censetur se obligasse marito secundum consuetudi-
15 nem † regionis, *argumen. l. quod si nolit, §. quia assidua, de ædili. edicto*, vbi contractus interpretationem recipit secundum consuetudinem regionis, & infinitos ad comprobationem huius conclusionis cumulat Gabriel. *commun. opini. lib. 6. tit. de consuetud. concluf. 1. numer 1. Cagn. post Dec. in l. semper in stipulationibus, numero 5. ff. de reg. iu. Natta in consilio centesimo nonagesimo quinto, numero tertio, Cæphal. in cons. 328. numero quadragesimo tertio, D. Becius in consilio 101. num. 48. cum multis similibus*, & omnis pro-
16 missio intelligitur secundum † qualitatem personæ, *l. cum de lanionis, ff. de fun. instruc. cum multis apud Simon. de Pretis, de interpret. vltim. volun. lib. 2. interpretatio. 3. dubitatio. 1. solu. 3. num. 301.* ideo non debet conqueri vir, si vxor ea non præstat, ad quæ non est obligata.

Dubium tamen est, si vxor possit præcisè compelli ad operandum. Et Abbas *in d. cap. literas, num. 28. de restit. spolia.* inquit, quod causatiuè cogitur operari, quia aliàs subtrahuntur sibi alimenta, præcisè vero non potest compelli, quia nemo cogi potest præcisè ad factum, *l. si quis ab alio, ff. de iudic. ca. sacris, quod met. cau.* Intelligit tamen Abb. teneri
17 † vxorem ad operas, quando non habet dotem, quia operæ succedunt loco dotis: at si dotem habet sufficientem, ex cuius redditu viuere possit, non admittit quod teneatur operari, *Lupus, cap. per vestras in 3. notab. §. 2. numero 3. de donat. inter virum & vxor.*

Sed hanc partem non credo veram, quia vxor quantamcunq; attulerit dotem ad domum mariti, tenetur semper operari, non pro eo, quod maritus eam alat, quia vbi est dotata fructus dotis ceduntin recompensationem alimentorum, sed proinde, quod vxor est in potestate viri, quoad
18 † carnis debitum, & operas. *§. 1. vbi Aret. Institut. ad Tertullia. Bart. Imo. Castren. & alij in l. rei iudicatæ. ff. solut. matrimo. Tiraquel. de legib. connubia. l. 1. par. 1. numero 2.* Imo. Bald. *in cap. 1. an mariti succed. vxo.* dicit absolutè, quod canonico iure inspecto vxor est in potestate mariti, *Alber. in l. aduersus, C. de crimi. expila. hæred. & in l. si vxorem, C. de conditio. inser.* & illius potestatis ratione maritus potest il-
19 lam leuiter coërcere, † & moderatè castigare. *glos. in l. si quæcunque. §. fin. in fin. ff. ad leg. Aquil. & in §. quia verò quædam mulieres. in versic. sufficere, in Authen.*

vt li.mat. & auiæ, cum infinitis apud Tiraq. d.l.1.par.1.num.
20 *22.* Et vxor tenetur reuerẽtiam marito † exhibere, *l.1.§.cum autem. C.de rei vxor.actio.l.alta causa, §.fi.vbi Roman. & Aret. ff.solu.matrim.* & maritus dicitur vxoris
21 dominus, licèt non eo dominatu, † quem in seruos exercemus, sed ita, vt vxor dicatur viro subdita, *ita Lup.d.rub.§.50.num.33.* & illius præeminentiæ vigore vxor seruire debet marito, etiam si amplã habeat dotem. Doctores autem alij nõ distinguunt inter dotatam, vel indotatam, inter diuitem, vel pauperem, & dicunt indistinctè, quòd debet marito præstare obsequia, quod etiam repetit Bal. *in l.si inuita, in princ. C.de nupt.* vbi ait, quòd magis debet marito, quam patri. Ad id autem, quod diximus vxorem non cogi præcisè, facit, quod suo loco diximus de liberto, qui præcisè non cogitur alere patronum, sed causatiuè, si non vult redigi in seruitutem.

Declaratur, quod dictum est vxorem debere viro operari, vt procedat nõ in operis fabrilibus, vel artificialibus, sed in officialibus, vel obsequialibus:
22 nam vxor non tenetur fabriles † operas ministrare, vel exercere ad præscriptum viri. Ita voluit Bal. *in l.si vxorem, num.6. C.de cond.inser.* vbi infert, quod si ex artificio vxor aliquid lucri faciat, sibi id, non viro acquirit. Allegat Pet. sic tenere, & multas adducit rationes, seu verius multa exẽpla, quibus ostenditur vxorem quærere sibi posse. Et, vt inquit Fulgos. *in l.si mulier. §.si vir vxori, num.2. ff.de dona.inter vir. & vxor.* non reperitur iure cautum, quod marito quæratur, quod vxor arte acquirit, *Ant.de Prato, consi.133.num.2.volum.4.inter consilia Alexan.* vbi dicit, non legisse vnquam, quòd mulier viro quærat, & sequitur distinctionem Bal. in loco prædicto inter fabriles & officiales. Subdit tamen, quod si conditio vxoris ferat tenetur fœnum secare, triturare messes, & alia facere: sed si chirurgiam, vel aliam exercet artem, non tenetur lucrum illud marito dare, vel communicare, & subdit, quod ita intelligi de-
23 bet † Bar. *in l.diuortio, in princ. ff.solu.matrim. & alij*, qui dicũt, quòd vxor tenetur ad obsequia, & quòd præsumitur acquisiuisse de bonis viri. Idem per omnia dicit Ripa, *in consi.124.num.4.* vbi infert, quòd, etsi ad euitandum turpem quæstum, vxor videatur in du-
24 bio acquisiuisse de bonis † viri, tamen hoc fallit, quando constaret, quòd exercuit licitam aliquam negotiationem, ex qua lucrum fecit, *Alcia. in tracta. præsumptio.reg.3. præsumpt.26. num.10.* vbi tamen aliud dicit, quando negotium exercuisset de rebus mariti, *Lupus in d.rub.de donatio.inter vir. & vxor. §.45.nu.4. & §.62.num.8. & 9. vbi latè agit repetendo prædicta, Neui-Zan.in Sylua nuptiar.lib.4.num.19. & 23. & ante istos idem voluit Iaf. in l.1. in princ. C.de leg.dum sequitur Bal. in d.l.si vxorem, & alios citat Cordub.d.l.si quis à liberis. §.si quis ex his, num. 226. ff. de liber. agnoscen. vel alen. vbi latè agit de intellectu l. sed si vir ex lana, in princ. ff. de don. inter vir. & vxor. in quo me remitto, quia huc locus non exigit, vt discutiamus.*

Quod autem attinet ad principalem nostram limitationem, Cordub. *in d. §.si quis ex his, num. 221.* inquit, multos tenere contrarium, allegatque glo. Specu. Cin. Bar. Bal. Castren. Aret. Corne. Iaf. Afflict. & plures alios, quos suprà citaui, *in princ. huius conclusionis*, eosque omnes intelligit loqui de artificialibus operis: sed si videãtur, certè maior eorum pars non distinguit, & ideò non debet scrupulus iniici, quin limitatio prædicta benè procedat. Beninc as. autem *in tracta. pauper. quæstio.8. in 2 specia. contract. num.23. & seq.* dicit, quòd mulier, quæ se in ar-
25 tificio exercet, tenetur † de quæsitis ex eo viro recompensare pro eo, quod dando operam artificio non præstitit viro obsequia debita, *allegat Capram, Gerard. Afflict. & Ripam, & eum refert Cordub. in loco prædicto, num. 226. in fi.* Sed etsi hæc opinio habeat æquitatẽ, quia mulier, vt artem aliquam exerceat non debet viro subtrahere debita obsequia, tamen Gerardo excepto, nemo ex prædictis declarat hoc modo sententiam. Imò Capra *in cons.72.num.15.* absolutè dicit vxorem viro non obligari ad operas artificiales, sed benè ad obsequiales, Ripa quoque idem dicit, quinetiam videtur, quòd ea sententia non sit vera, quia si vxor non tenetur præcisè operari, sed causatiuè, si vult alimenta, vti paulò suprà admonui, quomodo maritus petet lucrum ex artificialibus operis in recompensationem obsequiorum, certè non video modum: propterea non admitto pro nunc eam distinctionem, sed vlterius cogitandum existimo.

Ampliatur ergo hæc limitatio, vt procedat etiam si vxor proprio nomine artem exercet de mariti pecunia, quia nihilominus sibi quærit, non vi-
26 ro, licèt non teneatur marito pecuniam † reddere. Probatur *in l.si mulier. §. si vir vxori. ff. de donatio. inter virum & vxo. quem ita intelligit Fulgos. vbi Lup. in rub. de donatio. inter vir. & vxo. §. 45. num.3. in fi. Cordub.d. §.si quis ex his, num. 227.* vbi tamen declarat, ne locum vendicet, quando de viri mandato vxor operare-
27 tur de re viri, secundum textum, † quem ita intelligit *in l. sed si vir ex lana, in princ. ff. eo. tit. de dona. inter vir. & vxor.* Id quoque, quod dixit vxorem obligari viro pro reddenda re, vel æstimatione probatur, quoad vendicationem *in l.in rem. §.si quacumque. ff.de rei vendic.* & quoad æstimationem. *§.si tamen alienam. Institut. de rerum diuisio.* Et prædicta ampliatio confirmatur, quia emptum, vel acquisitum proprio
28 † nomine de pecunia alterius cedit acquirenti, non autem pecuniæ domino. *l.multum. C.si quis alte. vel sibi.* Et quamuis prædicti Doctores non allegẽt, est decisio Baldi *in cons.67. punctus, ver. secundo casu, vo-*
29 *lum.5.* vbi dicit, quòd res empta ab vxore † de pecuniis mariti, acquiritur vxori, subdens tamen, rem posse in subsidium vendicari, quando vxor pro restitutione pecuniæ non esset solucdo. Et eam Bal. decisionem refert & sequitur Ripa, *in l. fœminæ, in princ. num.53. C.de secun.nupt. & in cons.124.in fi. & alios congerit Rolan.in cons.90.num.22.volum.2.*

Contra tamen eiusmodi ampliationem facit,
30 quia quidquid filius negotiando ex re patris † acquirit, id omne quæritur patri, non sibi. *l.cum oportet, vbi Doctores, C. de bon. quæ libe. in §.1. & in §.igitur liberi, in ver. sancimus, Institut. per quas perso. nob. acquir. Corn. in cons.235. & cons.258. volum.1. Tiraquel. de retract. consan.*
31 *§.1. gl.9.* in tantum, quod patre mortuo filius † tenetur illud omne lucrum fratribus communicare. *glos. in l.cum oportet. C.de bon. quæ libe. Specu. in titu. de*

iudic. §. sequitur, ver. quod si aliter asserentis, & communem dicit Viuius, lib. 1. opin. 136. intelligendo tamen, quoad partem lucri, quæ sorti solet tribui, nam quoad eam, quæ tribuitur industriæ, quæ est dimi-
32 dia, filio † quæritur, & aliis non communicatur, *Barto in l. 1. §. nec castrense, colum. 3. ff. de colla. bono. in l. bono. in l. 1. num. 1. C. pro socio, in l. illud, vbi Castren. C. de colla. latè Ascan. Clemen. in tract. de patr. potesta. effect. 2. num. 10. & sequen.* sed respondetur, quod id procedit ratione potestatis, vt patri quærat filius, quidquid acquirit: secus autem in vxore, quæ non est sub potestate viri, proinde non illi, sed sibi acquirit: licet de re mariti lucrum faciat. Ad id vero, quod dictũ, dari repetitionem marito rei suæ ex qua vxor mercaturam exercuit, vide tex. *in §. cum ex aliena, & §. seq.* vbi latè glos. & Doctores, *Instit. de rer. diuis.* ibi
33 enim tractatur, quando factum ex † re aliena spectet ad facientem, vel ad dominum, & fit distinctio, quæ ibi videri potest.

Dubitari autem posset, an lucrum factum ab vxore, præsumatur prouenisse ex re mariti vel aliunde, sed hoc nõ pertinet ad tractatum nostrum,
34 ideo † vide *l. Quintus. ff. de don. inter vir. & vxor. l. etiam, C. eo. tit. Innoc. in cap. cum in officiis, extra de testam. cum multis apud Neuizan. in sylua nuptia. lib. 4. num. 20. & seq. Alciat. in d. tracta. præsump. reg. 3. præsump. 26. Ripa, d. cons. 124. per totum.* Et conferunt, quæ de filio negotiante ponunt glos. & Doctores *in d. l. cum oportet. C. de bon. quæ libe. Bal. in cons. 259. in fi. volum. 5. Roma. cons. 159. in fi. cum multis apud Rolan. in d. cons. 90. volum. 2.* vbi per totum latè agit, concludens in hoc attendi possessionem & agentem grauari semper onere grauandi.

Infertur tertio, quòd vidua cui intra annum lu-
35 ctus alimenta præstantur ab hæredibus † viri, tenetur in domo operari ad commodum hæredum. Ita notat glos. *fi. in fi. in l. sicut patronus, ff. de ope. libe.* dicens, viduam ibi operari, vbi vult alimentari. Eam sequitur Bart. *in l. diuortio, in princ. num. 3. ff. solu. matr. idem Bar. in l. Caio. §. Imperator, num. 3. in fi. ff. de alim. & cibar. lega. Alexan. in d. l. diuortio, num. 29. post Castren. numero 10. Salicet. in l. 1. num. 3. C. de lega. Corne. l. de alimentis, num. 2. C. de transact. Ange in tracta. de testam. glos. 45. num. 1. Capic. in decis. 24. num. 10. alios plures congerit Cordub. in d. §. si quis ex his, num. 157.* valet enim argumentum à marito ad hæredes mariti, *l. omnem, C. de bon. matern.* Sicuti ergo tenetur operari marito alenti, ita & illius hæredibus, vidua dum viduitatem ser-
36 uat † durante maximè anno luctus videtur esse in matrimonio, *l. fi. C. de bon. mater. Alexan. in cons. 24. colum. 2. volum. 2.* & dicitur de familia prædefuncti
37 † coniugis. *Bar. in l. fi. C. de verb. signif.* Et quod teneatur in domo hæredum operari, voluit Ang. *in l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habe.* dicens, quòd vidua non potest pro se facere pannos lineos, vel alia, sed operari debet ad commodum hæredum, *sequitur Barba. in cons. 63. num. 14. volum. 2.*

Amplia conclusionẽ, vt procedat in omni opere, quod vidua scit exercere, vt si texere sciat, aut
38 quid aliud: tenetur enim in eo † exuere corpus suum ad vtilitatem hæredum, *Barba. in cons. 63. numero 14. volum. 2. quem ita intelligit Cordub. in dicto §. si quis ex his, num. 158.* Sed Barba. loquitur in vidua, cui alimenta relicta à testatore, nos autem agimus de ea quæ alenda est ex dispositione legis intra annum luctus. Sed benè hoc voluit Castren. *in d. l. diuortio, in princ. num. 10. ff. solu. matrim.* vbi, quod tenetur filare, suere, texere, & alia omnia facere, quæ scit. Mouetur ex glos. *in d. l. sicut patronus,* quæ tamen inter operas non distinguit, sed dicit indefinite, quòd tenetur operari, & subdit Castren. quòd si vidua est iusta aliqua causa non posset stare in domo, tunc alimenta præstanda sunt extra domum de-
39 ducta † æstimatione operarum, vt tanto minus recipiat pro alimentis. Hoc etiam videtur voluisse *Ang. in §. fuerat, num. 8. Institut. de actio. prout illum citat Cordub. loco prædicto,* sed verè non distinguit inter operarum species, sed dicit operari eam debere, vt faciebat tempore viri, benè subdit, quòd si non operatur, tanto minus recipit de alimentis. Et idem ait, quando operatur pro se, & non ad commodum hæredum. Ad hæc autem non aduertit Cordub. licèt separatim agat de alimentis viduæ mulieri præstandis intra annum luctus ex dispositione legis, & de iis, quæ ex mandato testatoris hæres exsoluit, *num. 157. & num. 165.* Verior igitur opinio est, quod etsi vidua operari debeat commodo hæredum, id tamen intelligi debet de operis obsequialibus, non artificialibus, nam ex persona hæ-
40 redum † variari non debet obligatio, *l. 2. §. ex his. ff. verbor. obligat.* At viuente viro vxor non tenetur exercere artificium ad vtilitatem mariti, multò ergo
41 minus id faciet ad hæredum † commodum, qui repræsentant mariti defuncti personam. *§. 1. in Auth. de iureiur. à morien. præst. l. hæredum, vbi glos. Dec. & Cagn. ff. de reg. iur.* Ex hoc autem infertur, quòd etiam vbi alimenta ex legis dispositione præstantur, tunc licet alimentarius debeat operari: tamen non tenetur ad artificiales operas, sed ad solas obsequiales, sed vt meam proferam sententiam, non video, quorsum hæc quæstio de artificialibus operis tendat, vbi agimus, de alimentis vxoris, viduæ, vel alij ex legis dispositione dandis: nam certum est, quod ex lege non debentur ei alimenta, qui ex artificio suo, vel industria potest victum sibi quærere, vel aliunde habet, lex illi non prouidet: ergo frustra tractamus, an teneatur exercere artem. Etsi dicatur, quod tunc sunt præstanda artifici, quando operari non potest sine dedecore. Respondeo, quòd vxor quoque, vel vidua non tenetur marito, vel hæredibus eas præstare operas, quas non potest, sine dedecore, atque ita superflua est quæstio, & sine fructu.

Infertur quarto, quòd multo magis operari te-
42 nebitur Ecclesiæ clericus, † qui recipit alimenta ab
Ecclesia, *c. vos autem, 16. q. 1.* & seruus, qui à domino
43 alitur, † imò etiam liber homo, si bona fide seruit,
l. liber homo, ff. de acqui. rer. dom. quia nihil aliud est ser-
44 uire, † quàm operas præstare. *l. pen. §. pen. ff. de statu lib. l. Thais. §. hærede. ff. de fideicommiss. liber. Luc. de Pen. in d. l. 1. num. 20. C. de agrico. & mancip. lib. 11.*

Procedit autem generaliter supradicta conclusio omnibus in casibus, quibus alimenta debentur
45 à lege, quia in illis alimentarius tenetur operari ad illius † commodum, qui præstat alimẽta, *ita Bar. in l.*

Caio,

Caio. §. Imperator, in fi. ff. de alimen. & cibar. lega. vbi dicit, aliud esse, quando alimenta debentur vxori ex legato. Et ita distinguit loquendo in vxore inter alimenta debita ex dispositione legis, & ea, quæ præstari debent ex ordinatione hominis, vt primo casu teneatur operari, secundo non. Ita quoque distinguit Bar. *in vxore in l. diuortio, in princ. num. 3. ff. solu. matrim. Salic. in l. 1. §. exactio. C. de rei vxor. actio. & hanc sententiam dicit communem Grat. in cons. 87. num. 23. volum. 2. Castren. in d. l. diuortio, in princ. num. 10.* vbi dicit verba Bal. *in l. 1. num. 6. C. de leg.* esse notabilia, sed Bal. in eo loco certè aliter loquitur. *eandem quoque communem dicit Cordub. in d. §. si quis ex his, num. 159. in fi.* Sed rationem diuersitatis nemo allegat, cum tamen sine ratione non sit constituendum discrimen inter vnum & alterum casum. Posset autem dici, mitius
46 † agendũ esse cum lege, quam cum homine, *l. Celsus, in princ. ff. de arbit. Bar. in Lamplius. ff. rem ratam habe.* Sed hæc est magis generalis. potest etiã dici, quòd legis dispositio recipit interpretationẽm ab alia legis dispositione, ideo cum lex mandat alimenta alicui prẽstari, intelligitur, quatenus ille operis suis quærere sibi non potest: secus autem, quando à testatore, vel alio relinquuntur alimẽta. Voluntas
47 enim † testatoris largè interpretatur, *c. dilecti, extra de dona. ideo dicit Ang. in §. nobis igitur, in Authen. de restit. fideic.* quòd qui à testatore facultatem habet alie-
48 nandi † censetur illam habere liberam, & nullis regulis limitatam, *sequitur Soc. in l. Marcellus. §. eásque, colum. fi. ver. tertio ratio ff. ad Trebell. & in cons. 123 num. 3. volum. 3. Crot. in cons. 61. num. 17. Bero. in cons. 93. num. 24. & in cons. 133. num. 3. volum. 2. Natta in cons. 530. num. 7. & 9.* Eadem ratione videmus, quod etsi verba legis generalia declarationem recipiant de habilitate, ta-
49 men aliud est in generali seu † vniuersali hominis dispositione, *Bal. in l. fi. num. 1. ver. doctrina. C. sine cen. vel reliq. Alexan. in l. si patroni, in princ. num. 15. ff. ad Trebellia. cum multis per me citatis in cons. 10. num. 28.* Potest etiam dici, quod testator legando alimenta nulla facta
50 operarum mentione, videtur † necessitatem operandi remittere, *argumento l. apud Iulianum. §. si Titius. ff. de leg. 1. vbi Bal. Ang. Imo. Cast. Alexan. & Ias. inferunt ad alia, & ad propositum etiam multa dicunt Bal. Ang. Imo. Castren. & Alexan. in l. senatus. §. 1. ff. eo. tit.* Et generaliter, quòd legando quis videatur remittere exceptio-
51 nem † quam habebat, vel cõcedere liberationem ab obligatione, qua legatarius illi tenebatur, latè probaui *in cons. 113. num. 19. & seqq.* Ita ergo in proposito licèt alimentarius teneatur operari ad commodum alentis, tamen quando ille legat simpliciter alimenta nulla adiecta obligatione operandi eam necessitatem, & onus remittere videtur.

Quod tamen dictum est supra vxorem, cui alimenta à testatore relicta sunt, non teneri ad aliquas operas, intellige de artificialibus & seruilibus, non autem quoad officiales & obsequiales,
52 quia † illas tenetur exhibere, *secundum Picum in l. Titia. §. Titia cum nuberet, num. 62. ff. de leg. 2. vbi allegat Bar. in l. Caio, in §. Imperator. ff. de alimen. & cibar. lega. & Alex. in cons. 100. colum. 1. volum. 1.* & subdit Picus ita limitari communem opinionem, de qua suprà. Et cum eo videtur transire Cordub. *in d. §. si quis ex his, num. 159. & 161. Cranet. in cons. 25. num. 23.* vbi allegat Ange. arguens, ex eo videri legata alimenta, non vsumfructum, quod illi testator onus operandi adiecit, qui legato alimentorum conuenit. Decipitur tamen Picus meo iudicio, quia Doctores ab eo allegati aliis loquuntur in terminis, quinimo supra ostensum est nunquam eum, cui à lege debẽtur alimenta prætare debere operas artificiales, quia si talis sit, cui operatio illa conueniat, non debentur alimenta, cum ex operis possit viuere. Vxor autem, quod acquisiuit ex artificio, quærit sibi, non marito, cuius commodo non tenetur artem exercere. Proinde ea distinctio inter fabriles, seu artificiales operas, & obsequiales non datur, quando alimenta debentur ex dispositione hominis, ex quo etiam fabriles non debentur, quando ex dispositione legis, cum tamen eo casu maior videatur subesse ratio debendi, *vt suprà declarauí.*

Eam ergo conclusionem, quæ habet, quòd legatarius alimentorum non tenetur operari, intellige, non procedere, quando legantur alimenta præstanda in domo, quia tunc officiales, vel obse-
53 quiales operas, alimentarius exhibet, licèt † non artificiales, aut fabriles, *ita Bal. in l. 1. num. 6. & 7. C. de legat.* vbi inquit, relictis alimentis in domo tene-
54 neri viduam † ad operas obsequiales, vt facere lectum, coquinam, portare aquam, & alia facere, quę tempore viri consueuerat facere, nec debet stare in domo sicut corpus mortuum, ideo enim secundum eum videtur testator reliquisse alimenta in domo, vt ibi commodo hæredum operetur, & hic est verus sensus Bar. *in d. l. Caio, §. Imperator, in fi.* nam dicit, eam, cui à lege debentur alimenta, debere operari de omni opere: eum verò, cui debentur ab homine, nullas præstare operas: eum verò, cui in domo relicta sunt aliqua seruitia præstare secundum conditionẽ personæ suæ, atque ita vult, quod casus relictorum in domo alimentorum, differat ab aliis duobus, & medium locum obtineat inter extrema. Et hanc modificationem probat Barbat. *in d. cons. 62. num. 14. volum. 2.* licèt dilatando postea fimbrias concludat etiam artificiales operas deberi, quando in domo relicta sunt alimenta, *Castren. in d. l. diuortio, in princ. num. 10. ff. solu. matrim.* vbi dicit, quod etsi non teneatur alimentaria texere, & alia similia facere, quæ artem concernunt, etiam si alimenta in domo relicta sint, tamen tenetur ad ser-
55 uitia coæqualia, † quæ faciunt cæteri de domo puta coquinam facere, mensam parare, lectum sternere, & alia similia. Et subdit, hæc esse notabilia Bal. verba, *in d. l. 1. C. de legat.* & dicit Alexan. *in cons. 100. colum. 1. volum. 1.* quod legatarius isto casu debet præstare seruitia, secundum qualitatem personæ suæ. Et licèt confusè loquatur, ita quoque intelligit Picus, *in d. §. Titia, num. 162. atque in ipsis terminis loquitur Cranet. in cons. 25. num. 23.* quando scilicet relicta fuerunt alimenta in domo, *allegat Ang. in l. quamuis, C. de lega.* Et hoc modo loquuntur multi ex iis, quos citat Cordub. *in d. §. si quis ex his, num. 160.* Ratio autem est, quia testator necessitatem morandi in domo adiecisse videtur fauore hæredum non solum, vt eis alimentatio sit minus grauis, sed etiam vt exi-

gant operas prędictas, *vt post Bart. in d. §. Imperator, & Bal. in d. l. 1. C. de legat. inquit Alex. in d. cons. 100. colum. 1. & hoc voluerunt Bar. & alij, in l. illis libertis, ff. de conditio. & demonst. Bar. Bal. Ang. Castr. Salic. & alij, in l. 1. C. de lega. & ita omnes tenere fatetur Bero. in cons. 185. num. 1. volum. 1.*

Sciendum est autem, operas alias officiales esse,
56 alias fabriles, seu artificiales: officiales † sunt, quæ in obsequio consistunt, vt adesse, comitari, cantu, sono, saltuque oblectare, *Alcia. in l. sciendum. §. item in*
57 *lege, ff. de verb. signif.* artificiales † autem sunt fabriles, pistoriæ, textoriæ, lanificæ, & similes, *vt a Coras. in l. admonendi, num. 22. ff. de iuran. declarat glos. Bart. Ang. Castrens. Alex. & Ias. in l. si non sortem, §. libertus, ff. de condictio. indeb. Cordub. in d. § si quis ex his, num. 231.* vbi in proposito obsequiales dicunt, Doctores lectum sternere, aquam haurire, mensam parare: artificiales autem, filum, aut stamina ducere, texere, & similia.

Notandum item, quòd vbi lex de operis men-
58 tionem facit, intelligitur in dubio † de officialibus, quæ in obsequio consistunt, *l. vt iurisiurandi, §. dabitur, l. opere enim, & l. interdum, ff. de oper. liber. Coras. d. l. admonendi, num. 23.* vbi fortius subdit, quod operas promittens, officiales tantum promisisse videtur, *secundum Bart. in d. §. libertus, colum. pen. Cordub. loco prædicto, num. 232.*

Ex quo inferri potest ad quæstionem, an operæ
59 cedi possint. In quo cõclusio est, quòd operæ † officiales cedi nõ possunt, nec delegari, quia cohærent personæ, & ab ea non possunt separari, *l. opere incertum, ff. de oper. liberto.* & quod non possint cedi, probat tex. *in l. si non sortem. §. libertus, in fi. vbi Ias. in 13. not ab. num. 16. ff. de condictio. indebi. & l. pro hærede, §. si quid tamen, ff. de acquir. hæred. Bal. in l. liberti, libertæq;, colum. 4. ver. item dubitatur quidam promisit, C. de bon. liberto.* neque delegari possunt, *l. 1. §. ne autem, C. de caduc. tollen.* & in operibus, quæ cohærent personæ, voluerunt Bar. & alij omnes, *in d. §. libertus, Tiraq. de retract. consang. §. 26. glos. 1. num. 48. Rolan. in cons. 43. num. 7. volum. 2.*

Cum verò agimus de operis fabrilibus, seu artifi-
60 cialibus, tunc aliud est, quia cedi possunt † etiam illo inuito, qui tenetur ea præstare, *vt probant Doctores, in d §. libertus,* vbi Barto. infert ad seruitorem
61 conductum, † qui cogi potest ad seruiendum alteri pro conuento tempore, quia operæ illius non sunt obsequiales, & cum eo transeunt Ang. Fulg. Castren. Alex. & alij. Idem voluit Bal. *in l. liber. colum. vlt. Castren. in l. 2. in princ. ff. solu. matr. Alex. in d. §. libertus, num. 10.* vbi tamen limitat, quando seruientis conditio efficeretur deterior, tunc enim alij non tenetur præstare operas, & ibi etiam ponit, an hoc casu possint delegari. Et infert ad vasallũ, vel sub-
62 ditum, an cogi † possit, vt alteri domino fidelitatem iuret, in quo articulo Doctores variis in locis multa ponunt, quæ tamen omitto, quia non conferunt ad tractatum nostrum, *Tiraquel. d. §. 26. glos. 3. & num. 36.* Et duo ponit Ias. *in d. l. libertus, num. 16. & seq.* primum, quod etsi officiales operæ non possint delegari, tamen si delegatio fiat, delegans libera-
63 bitur ope † exceptionis, *l. 4. ff. de dona. not at Bar.* Secundum est, quod etsi delegatus promittat per stipulationem operas, & cui fit delegatio, ex hoc tamen non tenetur mero iure, *secundum Bal. in d. l. liberti, libertæq;,* quia sunt inseparabiles, & à persona cuelli non possunt cui debentur. Ex quo ergo alij præstari non possunt, frustra promittuntur, sicuti
64 quando actus impossibilis deducitur in † stipulationem, *l. impossibilium, ff. de reg. iur.* Sed hoc casu posset dubitari, si saltem succedat obligatio ad interesse, sed hoc nihil ad nos. Et ponunt Doctores in ea quæstione, an promittens, quod alius ratum habebit contractum, vel actum, teneatur ad interesse, licèt fecerit quidquid potuit, si non sequatur
65 obligatio, seu ratificatio, † de quo apud Dec. *in d. l. impossibilium, Doctores in l. quod te, vbi Purp. & Rip. ff. si cer. pet.* Cagnol. qui multos citat *in d. l. impossibilium, numero 4.* dicentem, quòd si verba stipulationis sunt amplè concepta, tenetur promissor ad pœnam, vel interesse, & ita vidisse iudicari in arduis quæstionibus.

Vbi verò fabriles operæ debentur, operarius
66 † non tenetur operari de nocte, licèt sub vocabulo dierum conductus fuerit, quia promissio intelligi debet de artificiali die, qui concluditur inter summum mane & vesperas, non autem capit viginti quatuor horas, *Azo in summa, C. de oper. liber. est tex. in l. 1. & in l. medicus, ff. de oper. liber. Alber. in l. more, ff. de ferijs, Tiraq. de retract. consang. §. 1. gl. 1. num. 11.*

Possem hic quoque tractare de operis impube-
rum, quę qualesque sint, & quanti æstimentur, sed quia melius cadit quæstio in parte, vbi agimus de repetendis alimentis alicui præstitis, ideo in eum locum reiicio lectorem.

Inter cætera autem obsequia, qui alimenta reci-
67 pit in domo alicuius tenetur illum associare, † vt videtur concludere Isern. *in constitutio. regni. folio 176. colum. 3. quem citat & sequitur Lupus, in cap. per vestras, in 3. not. §. 23. num. 11. folio mihi 155.*

Quod autem dictum est, eum qui alimenta re-
cipit, obligatum esse ad operas, non habet locum
68 in vicario beneficiati, vel rectore † alicuius ecclesiæ, quia etsi is alendus sit, quia tamen alimenta recipit intuitu seruitutis, quam facit ecclesiæ, non tenetur operari, *vt inquit Rebuff. in tracta. de portio. canon. num. 99. sequitur Cordub. in l. si quis à liberũ. §. si quis ex his, num. 164. ff. de libe. agnoscen.* & ratio est, quia etsi alimẽta ifto casu debeantur à lege: tamen æquum non est, quòd clericus ille duobus seruiat, ecclesiæ scilicet, & rectori pro eadem alimentatione, vltra quod clerico indecorum est seruire cuipiam, præcipuè laico.

Finis Tituli Quarti.

TRA-

TRACTATVS DE ALIMENTIS, PRÆCLARISSIMI IVRISCONSVLTI, DOMINI IOAN. PETRI SVRDI CASALENSIS.

TITVLVS V,

Quanto tempore præstanda sint alimenta.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta finiuntur cum morte eius, cui sunt præstanda, & non transeunt ad hæredes.*
2 *Alimenta in persona vnius aliud sunt, quàm in persona alterius, & sunt personalia.*
3 *Alimenta relicta in temporis præfinitione extinguuntur ante tempus euenientemorte alimentarij.*
4 *Dispositio intelligi debet, vt conueniat actui, super quo fit.*
5 *Alimenta debita filiæ dotatæ, quæ excluduntur à statuto, non transeunt ad hæredes.*
6 *Legitima tolli potest in totum à statuto ex causa.*
7 *Dotes differunt à legitima, & ab alimentis.*
8 *Legatum annuum non transmittitur ad hæredes, vbi tamen vide remissiuè.*
9 *Feudum concessum ad alimenta, extinguitur morte, intellige tamen vt ibi.*
10 *Causa, seu ratio restringit quàmcunque dispositionem ad suos limites.*
11 *Alimenta debita alicui durant vsque ad mortem naturalem, non obstante deportatione vel banno.*
12 *Alimenta simpliciter relicta, præstanda sunt vsque ad mortem.*
13 *Indefinita æquipollet vniuersali. & num. 16. & 17.*
14 *Socer si promittat alere filium, & generum, intelligitur durante vita ipsorum, vide tamen ibi.*
15 *Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, & econtra, est valdum.*
16 *Indefinita non solum in testamentis, sed etiam in contractibus æquipollet vniuersali.*
17 *Indefinita fauore alimentorum æquipollet vniuersali etiam in casibus, quibus non æquipolleret.*
18 *Alimenta à testatore relicta, præstanda ab vsufructuario, finiuntur extincto vsufructu, num. 20. 23. & 28.*
19 *Onus quando inungitur legato, finitur cum ipso legato.*
20 *Alimenta præstanda ab vsufructuario, non debentur ab hærede legantis, quando vsus fructus est finitus.*
21 *Legatum alimentorum ab vno relictum, censetur ab alio repetitum.*
22 *Substitutus dicitur hæres impropriè.*
23 *Alimenta præstanda sunt ab hærede vsufructuarij, quando vsufructuarius fuit grauatus simpliciter, & non de vsufructu.*
24 *Acceptans legatum, tenetur onus iniunctum agnoscere.*
25 *Onus annexum legato recusari non potest, etiam si excedat valorem legati.*
26 *Verba intelligi debent secundum subiectam materiam.*
27 *Emphyteuta si ex pacto non potest expelli, intelligitur, dum est emphyteuta, non autem quando est priuatus.*
28 *Vsufructuarij hæres tenetur alimenta præstare legatario, quando testator ita iussit.*
29 *Fructus, quando relinquuntur, vel etiam aliquid præstandum de fructibus, intelligitur si nascantur, non aliter.*
30 *Debitor generis liberatur perempta specie, quando genus debetur contemplatione speciei.*
31 *Alimenta debita loco legitimæ transmittuntur ad hæredes, vide tamen de veritate, num. 32.*
32 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, limita, num. 34.*
33 *Primogenitus mortuo secundogenito liberatur à traditione alimentorum seu vitæ militiæ.*
34 *Subrogatum quando est diuersæ naturæ, non sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
35 *Argumentum de re ad tempus, est valdum.*
36 *Plus soluere dicitur, qui soluit ante tempus, & econtrà.*
37 *Debitum vnum, quando conuertitur in alterum, extinguitur primum, & secundū non assumit illius naturā.*
38 *Actione nouata non repetuntur priuilegia actionis nouantis.*
39 *Alimenta præteriti temporis transeunt ad hæredes, & peti possunt.*
40 *Alimenta præterita peti possunt, quando debentur iure actionis.*
41 *Alimenta præterita peti possunt, etiam si legatarius non sit moratus cum filiis, quādo fuerunt relicta cum onere morandi, si tamen per eum non stetit.*
42 *Relictum pro suis necessitatibus peti potest etiam nulla subsistente necessitate.*
43 *Alimenta præteriti temporis debita solo iudicis officio peti non possunt.*
44 *Filia, cui dos est relicta, non petit alimenta pro tempore præterito.*

45 *Vidua, quæ intra annum luctus seipsam aluit, non petit alimenta præteriti temporis ab hæredibus mariti, sed ibi vide de veritate.*

46 *Alimenta officio iudicis debita petuntur pro tempore præterito, quãdo is cepit mutuam pecuniam, vt se aleret, vbi tamen vide, quomodo detur actio.*

47 *Vidua, quæ vt se aleret intra annum luctus mutuam accepit pecuniam, petit alimenta præteriti temporis.*

48 *Monachus, qui mutuam accepit pecuniam, vt se aleret, petit ab Abbate alimenta præteriti temporis.*

49 *Ordinatus consequitur ab episcopo ordinante alimenta præteriti temporis, quando pro eis accepit pecuniam mutuo.*

50 *Filius, qui mutuo pecuniam accepit, vt se aleret, petit alimenta præsentis temporis à patre.*

51 *Filius, qui pro se alendo accepit mutuam pecuniam, quando pater erat inops, petit alimenta à patre pro tempore præterito.*

52 *Alimentandus, quando mutuam accepit pecuniam pro alimentis, an agat ad alimenta, vel actio potius ei detur, qui mutuauit.*

53 *Officium Iudicis competit, quandocunque suggerit actio.*

54 *Officium iudicis habet æquitatem pro matre.*

55 *Officium Iudicis ei soli competit, cui per actionem non est succursum.*

56 *Emptor, qui ex statuto cogitur reuẽdere, consequi potest à contrahente integrum pretium, & si ipse non persoluerit.*

57 *Filius, qui mutuam accepit pecuniam, vt se alat, potest agere contra patrem, vt se releuet à molestia.*

58 *Damnum dedisse videtur, qui damni causam dat.*

59 *Actio cuicunque competit, cuius interest.*

60 *Temporis tractus non conualescit, quod initio non valet.*

61 *Ius superueniens lite pendente, non prodest actori.*

62 *Tempus non est modus inducendæ, aut tollendæ obligationis.*

63 *Auus dotando neptem ex filio paupere, non imputat dotem in legitimam filij.*

64 *Obligatio semel extincta, non reuiuiscit.*

65 *Factum legitimè, non mutatur ex superuenienti casu.*

66 *Fictio non habet locum, nisi duo extrema sint habilia.*

67 *Alimenta præteriti temporis officio iudicis debita contemplatione alicuius seruitij, peti possunt.*

68 *Pater qui dotes nurus penes se retinuit, tenetur præteriti temporis alimenta soluere.*

69 *Pater, qui dotes nurus retinuit, tenetur illius fructus præteriti temporis reddere.*

70 *Alimenta peti possunt pro tempore præterito, quando ab hærede debentur officio Iudicis.*

QVÆSTIO PRIMA.

VIsis casibus, quibus alimenta relicta sunt, eam ingredi necesse habemus partem, in qua tractatur, quãdo tempore duret alimentorum præstatio, & in primis regulare, id est, quod ali-

1 menta † finiantur cum morte eius, cui debentur. *l. cum hi, §. modus, ff. de transact. l. si. §. dominus. ff. de vsufru. l. Firmio, in fi. ff. quando dies leg. ced. Doctores in l. 1. C. de leg. Bar. in l. si Stichum. §. 1. nu. 2. ver. modo si ponamus. ff. de verbor. oblig. Bal. in l. si ita expressim, ff. de cond. & demonst.* vbi *in fi.* dicit, quòd legatum alimentorum non transmittitur ad hæredes. Refert sic velle Oldrad. quem citat Dec. *in cons. 311. num. 3.* vbi dicit, quòd alimenta finiuntur cũ vita eius, qui est alendus, & non transeunt ad hæredes. Pulchrè Bal. *in Authen. cui relictum, circa fi. ver. quid enim, C. de indi. viduit. tollen.* vbi inquit, quòd alimenta transmitti non possunt ad hæredes, ex quo eorum subiectum est anima & corpus, quod non transit ad hæredes. Et paulo infrà inquit, talia esse alimenta, vt mutentur persona mutata, qui habent se determinato modo ad certam personam, nec transmitti possunt salua propria natura. Hanc etiam conclusionem ponit Bal. *in l. fi. in sexta oppo. C. de hæred. instit. idem voluit Ifern. in constit. Committib. Alexan. in cons. 18. num 17. volum. 5.* vbi ait, quòd alimenta ex parte eius, cui debentur, non transeunt ad hæredes, Bero. *in cons. 165. nu. 25. 35. & 38. vol. 2.* vbi, quod datum ad alimenta finitur morte, & redit ad dantem, vel illius hæredes, *Tiraq. in tract. primogen quæst. 10. 74. num. 6. Rube. in cons. 23. num. 3. Caphal. in cons. 158. num. 3. & in cons 399. num. 12. Cordub. in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, num. 76. ff. de lib agnoscen. vel alen. Simon de Pretis, libro 3. interpret prima, dubit. 5. solut. 4. num. 52.* Et ratio est, quia *vt dicit Bart. in l. cum Ti-*

2 *tio, num. 2. ff. ad legem Falcid.* alia sunt alimenta † in persona vnius, alia in persona alterius: cohærent enim personæ, & sunt merè personalia, ideo transire non possunt in hæredem, ideo videmus, quod etiam non transeunt in fiscum, *vt diximus inter priuilegia alimentorum, priuileg. 55. & 59.*

Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiam si

3 alimenta fuissent promissa, † vel relicta cum certa temporis determinatione, puta ad decem annos, vel quid simile: quia nihilominus si alimentarius interim decedat, finitur obligatio, *vt est textus in l. si cum præfinitione, in princ. ff. quando dies leg. ced. quem Bart. ibi dicit singularem, sequitur Iaf. in l. Stichum. §. stipulatio. num. 4. ff. de verborum obligationib. Caualcan. de vsufruct. mulie. relict. num. 137. in fi.* Et ratio est, quia alimenta habent de sui natura determinationem ex illius persona, cui debentur, ideo relictum etiam temporale habet tacitam conditionem, dummodo viuat legatarius tanto tempore. Et dixi sæpe, quòd omnis dispositio intelligitur rebus sic stantibus, *cap. 2. de renuntiat.* Et dictum est supra, quòd legatum alimẽtorum dicitur annuum, & ideo pro primo anno est purum, sed pro sequentibus est conditionale, si scilicet is vixerit, cui fuit relictũ. Non mirum ergo, si finitur morte, non obstante præfinitione temporis.

Addo, quòd omnis dispositio intelligitur secun-

4 dum subiectam materiam, & vt † conueniat naturæ actus, qui celebratur, *Alexan. in cons. 26. num. 6. volum. 2. Bero. in cons. 105. num. 24. volum. 1. Natta in consilio 416. num. 3. D. Baecius in consilio 101. numero 40.* Et de natura alimentorum est, quòd finiantur cum vita alendi, ergo præfinitio temporis intelligi debet, nisi prius moriatur, qui alendus est, *vide tamen Caphal. num. 81.*

Amplia secundò, vt procedat etiam in alimentis relictis, vel debitis ex statuto, quod excludit filiam stantibus masculis, & mandat illam dotari, quia nihilominus ea non transmittuntur ad hæ-

redes.

5 redes, sed cum filia † extinguuntur tanquam personalia, *secundum Baldum in l.1. §. ius naturale. in fi. ff. de iustit. & iure. Brun. in tracta. de statut. exclus. fœmin. art. 11. num. 89.* Et hoc, inquit, esse admirabile verbum Io. Lup. *in c. per vestras, in tertio notab. §. 24. num. 7. & Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. idem rescripsit, num. 76.* & certè est mirabilis decisio, si vera est; quia cum eo casu alimenta succedant loco legitimæ, quæ transmittitur, videretur dicendum, quòd ipsa quoque debeant transmitti, vt dicam paulo infra, propterea non caret dubio: nisi dicamus, quòd hoc casu non
6 succedant loco legitimæ, nam legitima † ex causa potest in totum tolli à statuto, *vt post Ricar. Malum. voluit Dyn. in cap. indultum, de reg. iur. in sexto, Cin. in l. sancimus, C. de nupt. Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero, colum. pen. ff. de cond. & demonst.* Et quando interuenit causa, communis est hæc opinio, *vt testatur Alex. in l. quod de bonis, §. si. in fi. ff. ad leg. Falcid. Dec. in l. iura sanguinis, ff. de reg. iur. Campeg. de stat. exclus. fœmin. q. 4. num. 33. & hanc dicit communiorem opin. Georg. Natta in eod. tract. q. 1. num. 6. Natta in cons. 201. num. 8. latè Cuccus in tract. de legit. in ver. nec vsufructu defraudari liberi, num. 7. vers. quod enim indistinctè, vbi transit cum prædicta distinctione.* vbi vero subest iusta causa tollendi legitimã, tunc ipsa quoque alimenta tolli possunt. Sed hoc argumentum procedit, quando causa est talis quæ ad exhæredationem sufficiat, *vt dixi in tit. quib. ex cau. alim. denega. poss. Et declarat Cuccus loco prædicto, num. 73.* vbi tenet ideo, quod filia statuto excluſa à legitima pote-
7 rit alimenta consequi. Addo quòd aliud sunt † dotes, aliud legitima, & aliud alimẽta, & de eis diuersimodè disponunt iura, vt potest videri apud Brun. *in d. tract. artic. 9. num. 43. & plurib. seq.* vbi infert, quòd excluſa à successione, & legitima, potest nihilominus petere dotes, vel alimenta, quod non esset, si dotes, vel alimenta loco legitimæ succederent.

Posset tertiò ampliari nostra conclusio, vt procedat etiam in quocunque legato annuo: illud
8 enim ad hæredes † non transmittitur, *l. in singulos annos. ff. de annu. legat. Bart. in l. generali. §. hæredis. ff. de vsufruct. leg.* Sed quia id non ad nostræ materiæ propositum facit, omitto: poterit tamen ad hoc videri Roman. *in sing. 71.* vbi quid si quantitas frumenti vel vini ex certo fundo relinquatur, *Capic. in decisione 203. in primo dub.* vbi de simplici annuo legato, & de eo quod ad vitam relinquitur. Et quid si hæredum mẽtio est facta ex parte promissoris tantum, vel stipulatoris tantum, vel vtriusque, & quando nulla est facta mentio, *Iaco. Nero. in reg. tu per totam, Caualcan. in tract. de vsufruct. mulie. relict. num. 66. col. 2.* in quibus locis videri potest.

Quarto amplia, vt idem sit, quando feudũ con-
9 ceditur in alimenta extinguitur enim morte, † *vt voluit Bal. in rub. de feud. num. 55. vbi latè agit de veritate, Paris de Puteo de feud. reintegr. cap. 103. num. 9. de quo videri potest Ias. de vsib. feud. num. 103. & Guerrin. Piso de feud. in tit. an feud. concess. ad vtend. & fruen. per tot.* vbi disputat de veritate quæstionis, quam Bal. eo loco principaliter disputat, an scilicet feudum concessum ad vtendum & fruendũ, extinguatur morte, vel contineat proprietatem, & transeat ac hæredes. Memini me Baldi opinionem reprobasse *in tit. quando alimenta censeantur relicta, circa princ.* vbi demonstraui proprietatem videri relictam, & transmitti; sed vbi concedens vtatur in feudi concessione verbis, quæ non proprietatem, sed alimenta significant, tunc feudum erit personale sicut alimẽta, propter quæ feudum relictum fuit, quia dispositio quæli-
10 bet † restringitur ad limites rationis per suam causam, *vt post Cin. & Ang. dicebat Natta in cons. 456.*

Amplia quintò, etiam si interim legatarius, vel is cui alimenta debentur capite minuatur, vel mo-
11 riatur † ciuiliter, quando nihilominus alimenta erunt præstanda, & finiuntur sola morte naturali. *l. legatum. ff. de capit. dimin. l. solent. §. debebit. & l. is cui. ff. de alim. & cibar. legat.* In quibus locis dicitur, quòd legatum alimentorum non desinit deberi, licèt legatarius condemnetur, vel deportetur, *Specu. in tit. de exequut. senten. §. senten. §. sequitur, num. 11. Fran. Mar. decis. 833. par. 1. Caualca. de vsufr. mulie. relict. nu. 238. & sequen. Peregrin in tracta. de iure fisci, lib. 5. num. 123. vbi allegat Salic. Nell. Bal. Alber. & alios, & dixi inter priuileg. alimento. dum tractaui, an alimenta in confiscatione bonorum durant.* Ergo alimenta præstanda sunt, donec vita naturalis durat, nec ante desinunt deberi.

Sextò amplia, vt procedat etiam si simpliciter fuerint relicta, quia alimẽta simpliciter relicta debentur ad vitam, & intelliguntur relicta durante
12 vita † legatarij, *vt probatur in l. Caio. in l. 1. ff. de alim. & cibar. lega.* Est etiam tex. qui loquitur de habitatione, *in l. si habitatio. §. vtrum. ff. de vsu & habitatio.* Et dicit glos. *fina. in l. 1. C. de legat.* quòd alimenta simpliciter relicta, intelligantur perpetuo relinqui. Et hãc sequuntur omnes Doctores ibi, dicentes esse speciale fauore alimentorum. Dixi autem *in tit. de priuileg. alimento. dum tractaui, an legatum præsumatur annuum & perpetuum, Corn. in cons. 311. in fine, volum. 1.* vbi
13 mouetur, quia indefinita † æquipollet vniuersali. *si plurib. ff. de lega. 1. c. quia circa, de priuileg. Rum. in cons. 38. num. 4. Simon de coniect. vltim. volunt. libro 4. dubitat. 11. num. 87.* Et hoc procedit non solum in alimentis relictis per vltimam voluntatem, sed etiam in iis, quæ promissa fuerunt per contractum. Et ideo Gramma. *in decis. 101. num. 56. & in decis. 102. num. 112. & 113.* concludit, quòd promissio soceri de alendo
14 filiam & generum, quamuis sit indefinita, † debet tamen intelligi, vt præstentur alimenta pro vita vtriusque. Est verum, quod Gram. *d. decis. 102. num. 112.* inquit, promissionem restringi ad quindecim annos, per *l. si quis argentum, §. sin autem donator, C. de donatio.* subdens, quòd hoc communiter tenent Doctores ibi, de cuius dicti veritate latè discutit Cordub. *in l. si quis à liberis. §. non tantum. num. 62. ff. de libe. agnoscen.* & de intellectu *d. l. si quis argentum,* ponunt Doctores ibi, & Cordub. Reducit dictum Gram. ad terminos *l. hæreditatum. ff. ad leg. Falcid.* qui tamen nonsemper, nec absolutè conueniunt cuicunque relicto, vel promissioni præstandorum alimentorum. Sed quidquid sit cum generale & indefinitum relictum alimentorum extendatur ad vitam, quare idem erit in promissione? valet enim argu-
15 mentum à contractibus ad † vltimas voluntates, & econtra, *l. pactum inter hæredem, vbi notat. ff. de pactis, Euerardus loco 17. columna prima, versiculo, simili-*

ter econtra. Rursus indefinita æquipollet vniuersali
16 non solum in testamentis, † sed etiam in contractibus, *gl. in cap. vt circa de electio. in 6. Alexan. in cons. 26. num. 4. volum. 4. Tiraquel. de retract. §. 1. gl. 13. num. 1.* Imo fauore alimentorum indefinita æquipollet vni-
17 uersali, etiam in casibus, † quibus regulariter non solet æquipollere, *secundum Bart. in l. quidam hæredem, num. . ff. de tritico, vino, oleóque legato.*

Nostra tamen conclusio limitatur non procedere, quando alimenta relicta essent à testatore
18 præstanda per eum, cui testator legauit † vsumfructum: tunc enim si vsufructuarius moriatur ante alimentarium, extinguitur legatum alimentorum ante mortem, *vt est tex in l. Titia, in princ. ff. de annu. lega. in l. Stichus. §. Titia, ff. de alim. & ciba. lega. & post Salic. ponit Alex. in l. 1. num. 3. C. de legat. Caualca. de vsufruct. mulie. relict. num. 238. Peregrin. de iure fisci, lib. 5. num. 123. Simon d. dubit. 11. num. 87. in fi.* Et ratio est, quia legatum alimentorum est onus adiectum legato vsusfru-
19 ctus, ideo finito † legato vsusfructus finitur onus iniunctum, *vt inquit Bart. in d. §. 1.* Et onus prædictum dicitur accessorium, ergo finitur cum ipso principali, *c. accessorium. de reg. iur in 6.* & onus quod contempl. tione commodi iniungitur, non debet durare vltra quàm duret commodum, *argumentum l. secundum naturam, ff. de reg. iur.* & intelligitur præsens limitatio, vt non solum legatum alimentorum non sit præstandum à legatario vsusfructus,
20 sed nec † etiam ab hærede vniuersali, *vt probatur in d. l. Stichus §. 1. & d. l. Titia. in princ.* Id quod videtur contra regulam, quæ habet, quòd legatum alimẽtorum relictum ab vno, censetur speciali fauore
21 † repetitum ab alio. *l. 4. §. Lucius. ff. de alimen. & ciba. lega. vbi glos. Bart. & alij, Roman. in Auth. similiter in 15. §pediali vltim. volunt. & in 20. §peciali, in fi. C. ad leg. Falcid. cum aliis, quos citaui inter priuileg. alimen. priuileg. 15.* vbi dixi id verum esse, quamuis fuerint nominatiuè ab vno relicta: Responderi tamen potest facilius induci repetitionem de instituto ad substitutum, quàm de legatario ad hæredem: facilior enim fit transitus in habentibus symbolum, substitutus et-
22 enim † dicitur quodammodo hæres, *vt per D. Becium in cons. 108. num. 39. & 40.* Ideo quando hæres fuit grauatus, transit grauamen quoque ad substitutum, qui est loco hæredis: at secus quando legatarius est grauatus, quia hæres non succedit loco legatarij. Sed hæc responsio non satisfacit, nam etsi hæres no succedat in omnibus loco legatarij, sat est, quod succedit in re legata, id est, in vsufructu, proinde deberet ad hæredem ille vsusfructus peruenisse cum sua causa, & cum onere præstandi alimenta, præcipuè cum præstanda sint de vsufructu. Respõdeo secundò, quòd in contrarium legatum non est finitum, secundum suam naturam, sed potius per casum, id est, per mortem hæredis. Et ibi relinquitur ab vsufructuario, finitur secundum suam naturam finito vsufructu, *vt respondet in simili Bar. in d. l. Titia, in princ.* Sed hæc quoque responsio non conuenit, quia natura alimentorum est, vt finiatur morte eius, cui debentur, non ante, *vt dixi in principio huius conclusionis.* Ergo non potest dici, quòd mortuo vsufructuario legatum alimentorum secundum suam naturam finiatur. Quòd verò dicit Bart. in loco prædicto finiri secundum voluntatem defuncti, non benè aptatur casui nostro, quia non potest magis dici, quod voluntas defuncti fuerit, legatum alimentorum finiri cum vsufructu, quàm cum vita alimentarij. Melior ergo ratio est meo iudicio, quam primo loco retuli, quia scilicet aliud est relinquere ab hærede, aliud à legatario, qui non est loco hæredis, nec hæres est eius loco.

Intellige hanc limitationem, quando vsufructuarius grauatur alimenta præstare de vsufructu, vel de bonis ad vtendum relictis, aliàs, si simplici-
23 ter forent alimenta † ab eo relicta, teneretur legatarij hæres illa præstare finito vsufructu, *ita declarat Alexan. d. l. 1. num. 3.* Cessat enim hoc casu ratio suprà considerata, quòd onus rei iniunctum extinguatur cum ipsa re, imò cum sit iniunctum personæ transit ad hæredem vsufructuarij, & hoc casu non est curandum, quòd onus alimentorum fortè excedat commodum vsusfructus, quia acceptans le-
24 gatum, † tenetur subire onus adiunctum, *l. cum ab ab vno, in princ. ff. de leg. 2. l. qui tutelam. ff. de testam. tute.*
25 *c. officij, C. de testam.* Etiam si onus excedat † valorem legati, *Castr. & Alex. in l. si cum dotem, §. si pater. ff. soluto matrim. Dec. in cons. 425. num. 8. Ruin. in cons 79. in princ. vol. 2. Natta in cons. 186. num. 1. Cranet. in cons. 174. num 9.*

Fortè etiã dici posset, quòd vsufructuarius non teneatur ad alimenta finito vsufructu, quamuis alimenta ex testatoris dispositione non sint præstãda de fructibus prædiorum relictorum ad vtendum, quia testator videtur vsufructuarium grauare tanquam legatarium, vt verba intelliguntur, se-
26 cundum subiectam † materiam, *Alexan. in cons. 26. num. 6. volum. 5. D. Becius cons. 101. numero 40.* vbi autem cessat qualitas legatarij cessare debet grauamen, per ea quæ ponit Bal. *in l. ex facto, colum. 2. ff. de vulg. & pup.* per quem infert Felin. *in cons. 25. num. 23. & seq.*
27 quod promissiones factæ † emphyteutæ de non expellendo, intelligi debent, quatenus durat emphyteuta, & quatenus soluit canonem: aliàs, si per defectum solutionis finiatur, emphyteutis cessat pactum seu promissio. Facit quod voluit Socin. *in cons. 34. in fi. volum. 3. Abb. in c. veritatis, num. 2. de iureiur. Bosse. in sua praxi, in tit. de princip. num. 344.* Augetur argumentum, quia onus alendi est annuum, & incipit deberi singulo quoque anno, propterea non esset inconueniens, quòd finito vsufructu finiretur præstatio alimentorum; non decido tamen, sed sufficiat difficultatem excitasse, vt melius possit ab aliis considerari.

Intellige secundò, prædicta procedere, nisi cõstet testatorem voluisse, quòd alimenta præstentur ab hærede vsufructuarij, etiam finito vsufructu, quia tunc, si modo, quod vsufructuarius per-
28 cepit, potest sufficere ad alimenta, hæres † tenebitur, *ita declarant text. supracitati.* Ex quo notandum est, *vt dixi suprà*, quòd si alimenta sunt de fructibus præstanda, attenditur, an ex eis fructibus tantum fuerit perceptũ, aliàs verò non. Et ratio est, quando aliquid relinquitur præstandum de fructibus,
29 id censetur sub † conditione relictum, si fructus

nascantur

nascantur, *l. si debitor, §. verisimile. ff. de contrah. emptio. in l. licet, quæstio. 5. C. loca. Castren. in l. ex conducto. §. si vis tempestatis, colum. 1. ff. loca. Abbas, in cap. propter sterilitatem, colum. penult. ff. eod.* Et dicit Abb. *in cap. nisi essent, colum. fina. de præben.* quòd qui tenetur dare aliquid de redditibus beneficij, liberatur ab obligatione eo ipso, quòd non potest dare de illis redditibus. Comprobat Natta *in cons. 86. num. 1.* vbi post Castr. & alios infert, quòd propter sterilitatem fit remissio beneficiato, ne teneatur ad pensionem, quando pensio est constituta super fructibus beneficij. Accedit, quòd etsi vsufructuarius, qui tenetur præstare alimenta, dicatur debitor generis: tamen quia debitum est constitutum contemplatione fructuum percipiendorum ex bonis ad vtendum
30 relictis, perinde est, ac si esset debitor † speciei, proinde perempta specie liberatur, *l. quidam, §. si tibi, & l. Titia textores, §. fina. ff. de lega. 1. Bar. Castren. Alexan. & alij in l. quod te, vbi Dec. num. 25. ff. si certum petat.* secus est autem, quando tenetur in genere alimenta præstare, quia tunc non liberatur, etsi ex prædiis nõ percipiat, quantũ est pro alimentis necessariũ.

Limitatur secundò, vt non procedat, quando alimenta debentur loco legitimæ: illa enim transmittuntur ad hæredes, & non † finiuntur morte,
31 *ita tenet Roder. in l. quoniam in prioribus, in 2. limit. num. 12. ver. infero etiam aliam, C. de inoffic. testamen.* vbi mouetur, quia alimenta loco legitimæ relicta, regulari debent eisdem regulis, quibus legitima, tum ratio-
32 ne subrogationis, † *l. si eum. §. qui muriarum. ff. si quis cautio.* tum etiam quia non benè succederent legitimæ, si non transmitterentur, vti transmittitur legitima. Et ibi reprehendit Bal. qui *in d. l. 1. §. ius naturale, in fine, ff. de iustit. & iure*, dicebat, alimenta, quæ debentur filiæ à statuto exclusæ, non transmitti ad hęredes. Et idem probauit Ioan. Lup. *in d. cap. per vestras, in 3. notab. §. 24. num. 7. & seq. de donat. inter vir. & vxo.* vbi ait, quod per hanc rationem dictum Baldi, in loco præallegato, non est sine scrupulo, quia legitima est patrimonium filij, & transmissibilis ad hæredes. Ergo illud quoque ad hæredes transmittetur, quòd pro alimentis assignatur, relinquit tamen cogitandum. Et prædicti duo loquuntur in alimentis, quę debentur filio in constitutione maioratus. Cum eis transit Didac. *in epito. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 15.* & nouissimè idem in maioratu tenet Ludo. Molin. *de primogen. Hispan. l. 2. capit. 15. numero 10.* vbi idem dicit, id esse regulare, quandocunque alimenta subrogantur loco legitimæ. Allegat Cin. Aretin. & alios, qui loquuntur in dote, & in terminis omnino diuersis. Quinetiam Cuccus *in tract. de legiti. §. incipen. potest præterea non ab re, num. 5. & seq.* tenet, alimenta, quæ filiæ exclusę, vel aliis legitimæ debentur transire ad hæredes.

Contrariam tamen partem in alimentis secundogeniti, tenuit † gl. & Isern. *in const. regni Neap. incip. Comitibus.* Vult enim, quòd alimenta, seu, vt ibi dicitur, vita militia, ad hæredes non transmittatur per secundogenitum, sed cum illius morte extinguatur. Et idipsum placuit Afflict. *in decis. 252. num. 5. & sequen. vbi de plano sequitur, idem tenuit Tiraquel. in dicto. tracta. de iure primogen. quæst. 74. num. 2. mirúmque est, quòd neque Tiraquel. meminerit de Roder. & aliis, neque Molina de afflicto & Tiraq.* Si alimenta in prædictis casibus succederent loco legitimæ. Secunda hæc pars posset esse dubitabilis, sed mihi hæc vltima magis placet, quòd non succedant loco legitimæ: aliud enim est, quòd legitima compensatur cum alimentis, aliud verò, quod loci legitimæ dentur alimenta, & quãdo statutum excludit filiam, vel primogenitum, & mandat ali, non ideo infertur, quod alimenta succedant loco legitimæ, imo si dicerentur subrogata loco legitimæ, idem crederem, quia non assumunt naturam legitimæ, sed sicuti debebatur legitima, debentur alimenta, & regula subrogatorum, non habet locum, quando
34 fit ad rẽ diuersæ † naturæ. *l. si in fundo. §. si fundus. ff. de iure dot. Bart. in l. pater filium, col. pen. ver. non obstat, quod ius agendi. ff. de iniusto, rup. testam. Soc. in c. veniens, num. 15. de accusat. Socin. iun. in cons. 24. num. 22. vol. 3. Rub. in l. pen. §. ad crimen, num. 186. ff. de public. iudic. Cæph. in cons. 20. num. 14.* At diuersa est alimentorum natura, à natura legitimæ, quia ipsa non trãsmittuntur, quòd secus est in legitima. Et Roder. mouetur falsa ratione, quia dicit, quòd legitima non potest in totum tolli, cuius contrarium tenent Doctores communiter. Imo si ponamus posse tolli in partem, vtique in partem facta conuentione legitimæ in alimenta, erit in tantum sublata, vel diminuta legitima, quanto minus in alimẽtis reperitur, quàm esset in legitima, atque ita diminuti erit facta, & in quantitate & in tempore. Valet enim argumentum de
35 read † tempus, *l. miles ita. §. & quia diximus. ibi Bart. & Doctores. ff. de milit. testam. cum aliis apud Euerar. loco 39. in*
36 *prin.* & non dicitur minus soluere, qui † tardius soluit. *§. plus autem. Instit. de actio.* & quando vnum debitum conuertitur in alterum, tunc primum extinguitur, & secundum non assumit illius naturam, *vt*
37 † *ponunt Bar. & alij in l. singularia, in fi. ff. si cert. pet.* & debitum iure naturæ cõuertitur in alimenta, ideo legitimæ debitum extinguitur, & alimẽta non assumunt naturam legitimæ, facit quia videtur debitum legitimæ nouatum per debitum alimẽtorum, ideo priuilegia primæ actionis non censetur repe-
38 tita † in actione nouante, *vt voluerunt Dyn. Bart. & alij, in l. aliam. ff. de nouatio. Ang. in cons. 31. num. 7.* non est ergo mirum, quòd non transmittãtur ad hæredes alimẽta iis debita, quibus debebatur legitima, cum fauor, qui legitimę debebatur, sublatus fuerit cum ipsa legitima, & cum ea extinctus, ita, vt non potest reuiuiscere, *vide tamen. Tiraquel. de primogen. q. 75. num. 5. vsque ad finem.*

Tertio intelligè in alimentis, quę debentur pro tempore post mortem alimentarij: ea enim, quæ debebãtur dum viueret, transmittuntur ad hære-
39 des, † & poterunt hæredes alimentarij petere à debitore. *l. libertis quos. §. 1. ff. de alim. & cibar. leg. l. vti frui. §. fi. ff. de vsufruct. pet. l. fructus. an fi. cum l. seq. ff. de rei vendic. l. qui vsumfructũ. §. fi. l. quæsitũ, & l. defuncta, ff. de vsufr.* Et dicit Alex. *in cons. 18. num. 17. vol. 5.* quod etsi alimenta ex parte eius, cui debentur, non transeunt ad hæredes, tamen ex parte debitoris obligatio transit ad hæredes, *Gigas de pensio. quæstio. 52. num. 9. ver. quarto moueor*, vbi infert ad pensiones ecclesiasticas,

& dicit

& dicit ea pro tempore, quo pensionarius vixit, transmitti ad hæredes, *allegat Pau. de Citadin. in tract. pension. quæst. 8. in ver. primo ecclesiastica pensio.* Mouetur, quia pensio pro alimentis assignatur, ergo assumit eorum naturam. Item, quod petantur alimenta præterita, voluit Corne. *in cons. 212. colum. 2. ver. & licet maritus, volum. 3. Ascan. in tract. de patr. potest. effect. 17. num. 62. vbi multos allegat, qui tamen non dicunt, secundum eum, & multi alij, quos paulo infra citabo.*

Hæc limitatio est plana, quando alimenta debentur iure actionis, quia si non fuerunt præstita à
40 † debitore, peti possunt pro tempore præterito, *vt est tex. in l. de alimentis, vbi omnes Doctores. C. de transact.* Et dicit ibi Bal. esse notandum, quòd ille, cui debentur alimenta, licèt aluerit seipsum, nihilominus petere potest ab obligato, qui eum tenebatur alere, *Bar. in l. libertis quos. §. 1. ff. de alimen. & cibar. lega.* vbi dicit, illum tex. locum habere in alimentis debitis ex testamento, *Bar. in cons. 211. num. 7. volum. 1.* vbi loquitur in alimentis relictis in testamento, *Bal. in cons. 481. num. 5. volum. 4.* vbi quoque in legato, *Rom. in cons. 458. in princ.* vbi pariter in legato, *Bar. qui loquitur in legato, in l. solent, num 9. ff. de alimen & cibar. lega. Bal. cons. 59. num. 4. volum. 4. Corne. cons. 286. in princ. volum. 3.* Et dicit Felyn. *in cap. ex parte, in fi. de accusatio.* quòd vbi debentur iure actionis, peti possunt pro tempore præterito. Et subdit de hoc, esse casum *in l. de alimentis, C. de transactio. Ruin. in cons. 36. num. 13. volum. 3. Purpur. in l. 1. num. 127. ff. de iurisd. omn. iud. alios plures citat Tiraquel. de primogen. quæst 75. num. 3. ver quod autem. vt hanc communem esse sententiam ait Menoch. in cons. 8. num. 22. ver non obstat nunc, Natta in cons. 382. num. 3. Cordub. in l. si quis à liberis. §. si qui ex his, num. 4. ff. de liber. agnoscen. vel alen. Borgnin. in tracta. de vsufruct. mulie. reli. num. 169. Ascan. Clemen. in tracta. de patr. potest. effectu 12. num. 564.*

Et procedit, etiam si fuissent relicta sub condi-
41 tione morandi cum filiis, quia si non statur † per legatarium, quominus ea perceperit, vel cum filiis habitauerit, consequetur præteriti temporis alimenta, *vt declarat Ruin. in cons. 36. num. 13. vol. 5. vbi allegat l. si quis ita, & l. illis libertis, ff. de cond. & demonst. l. Mœuia, §. fi. ff. de annu. lega. eandem probauit sententiam Natta in cons. 387. num. 3. & seq.*

Infertur etiam ex hoc, quòd si alicui relictum sit aliquid pro suis necessitatibus, quæ verba im-
42 portant alimenta, is poterit consequi † alimenta, etiã si nulla subsit necessitas, *vt post Bal. declarat Corn. in cons. 187. colum. pen. ver. his tamen non obstantibus, vol. 3. & eum sequitur Simon de Pret. in tract. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubitatio 8. num. 91. folio mihi 399. vbi citat etiam Ancharan. inter consilia Calder.* quia illa dictio, *pro*, non importat causam finalem, sed impulsiuam, & non importat conditionem, sed modum, quod est notandum pro iis, quæ dixi *in tit. quando causæ relict. alimen.* vbi dixi, quòd alimenta videntur relicta, quando aliquid legatur pro necessitatibus.

Sed quando alimenta debentur solum officio
43 ludicis, tunc præteriti temporis ratio † non habetur, & qui habuit aliunde, vel ex sui industria, vel erogatione aliorum, petere ea non potest. Ita distinguit Bartolus *in l. libertus quos. §. 1. num. 3. ff. de alim. & cibar. lega.* vbi loquendo in patre, dicit, quod si filius se suis operis alimentauit, vel fuit sibi donatum aliquid à tertio, non agit contra patrem pro alimentis præteriti temporis, quia pater tenetur solum quando filius non habet aliunde. *l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de liber. agnoscen. Alexan. in l. de alimentis, in princip. C. de transact. vbi Dec. num. 5. allegat Bart. Roman. & Alexan. idem voluit Curt. ibi, in repet. numero 14.* Ideo Rota *in decis. 305. monachus professus, in nouis,* dicit, quòd etsi monachus possit alimenta petere ab Abbate, tamen non potest petere præterita alimenta, sed solum pro futuro tempore. Mouetur tamen ex regula, *dolo facis, quæ statim es restituturus,* non per rationem prædictam, quod alimenta debeantur solum officio Iudicis. Et illam sequitur Anan. *in cap. ex parte, num. 3. ver. vtrum autem possit, de accusatio. Felin. ibi, in fi. ver. item nota, quod. vbi allegat quoque Imola, in cap. dilectus, de rescrip.* Eadem ratione dicit Dec. *in cap. episcopus, de præbend.* quod etsi episcopus teneatur alere eum, quem ordinauit, si non habet aliunde, tamen si ille ex arte vel operis, vel aliter se aluit, non poterit petere ab episcopo alimenta præteriti temporis. Prædictam autem generalem regulam, quòd alimenta officio Iudicis debita non petantur pro tempore præterito, tenuit Felin. *in d. cap. ex parte, in fi. vbi allegat Bal. in d. l. de alimentis,* qui tamen mihi non dicit, *Socin. iun. in consilio 8. num. 13. volum. 3.* Hanc partem tenuit Alexan. *in cons. 72. num. 8. volum. 5.* vbi loquitur in filio, in monacho, & aliis, *idem in cons. 88. num. 20. volum. 6 Caph. in cons. 280. num. 43. Rota Bonon. decis. 89. num. 5. in fi. ver. item alimenta, Caualca. de tutor. & curato. num. 241. ver. quando alimenta debentur, vbi multos allegat, Ascan. d. tracta de patr. potesta. effect. 17. num. 24.* vbi dicit, quòd ideò pater, qui non alit filium, si non habet pro se, non cogitur eidem præteriti temporis alimenta soluere deueniens ad pinguiorem fortunam, quia nunquam debentur pro tempore præterito, & pater paupertate excusatus à principio, non obligatur ex post facto.

Hinc infert Alex. *in cons. 48. num. 1. ver. & vtrum illa talia, vol. 3.* quòd filia, cui à statuto ob exclusionem
44 debetur dos, & interim alimenta, † non poterit illa petere pro præterito tempore, si habuit aliunde, dicens idem esse pro tẽpore quo stetit nupta, quia potuit ali à marito. Idem Alex. *in cons. 27. num. 2. volum. 4.* dicit, quòd vidua, quæ intra annum luctus
45 non petiit alimenta, † non potest lapso anno illa petere pro tempore præterito. Et ante eum id in vidua tenuit Castren. *in l. diuortio, in princ. num. 6. ff. soluto matrim.* vbi vult, quòd non debeantur alimenta pro tempore præterito, si non petiit, *Alexan. ibi num. 9. vbi Ias. 21. idem in vidua voluit Alex. in l. de alim. C. de transact.* vbi saluat Bal. ibi contrarium tenentem, vt procedat, quando accepisset mutuo pecuniam, de quo dicam infra, *sequitur Dec. num. 6. & Curt. in repetit. num. 14. Felyn. in d. c. ex parte, in fi. ver. & ideo infert, idem voluit Alex. in cons. 72. num. 8. vol. 5. Capic. deci. 24. num. 9.*

Contrariam tamen sententiam probauit Bal. *in d. l. de alimentis, in fine.* dicens, quòd vidua, quæ intra annum luctus aluit seipsam, petit alimenta ab hæredibus viri pro eo tempore, & cum eo transire vidi Dec. *ibi, num. 6. in fi.* dum inquit, quòd videtur generaliter

raliter verum, viduam alendam esse intra annum luctus, etiam si habeat aliunde. *Et transit Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 135. & seq. de libe. agnos.* Resolutio tamen huius quæstionis, pendet ab eo articulo, an officio Iudicis viduæ debeantur alimenta intra annum luctus, de qua tractabimus *in tit. quomodo alimenta petantur.*

Sed vbi, vt se alat, quis coactus fuit mutuo capere pecuniam, vel contrahere æs alienum, & se obligare, tunc licèt haberet officium iudicis, potest
46 † pro alimentis præteriti temporis agere, *Bart. in d. l. libertis quos. §. 1. num. 3. ff. de alim. & cib. leg.* vbi tamen dicit, quod actio datur non ipsi alimentario, sed ei, qui mutuam dedit pecuniam, per *l. fin. t. ff. de in rem verso.* Idem voluit Alexan. *in dicta l. de alimentis, C. de transactio. post Castren. in dicta l. diuortio, in princ. num. 6.*
47 qui loquitur in muliere † vidua, *Dec. in dicta l. de alimentis, num. 6. ver. saluari tamen potest,* & Castren. *loco prædicto,* vbi inquit, mẽti tenendum tanquam quotidianum, quod millies euenit de facto, Curt. *in repet. d. l. de alimentis,* vbi dicit, hanc esse cautelam singularem, per quam petet vidua alimenta præterita, si interpellabit hæredes mariti, exinde mutuo pecuniam capiat, *Alexan. in d. cons. 72. num. 8. in quinto volum. cons. 48. num. 1. in fi. volum. 3.* Eandem limitationem sequitur Ioan. de Ananch. *in d. cap. ex parte, numero 3. in fi. de accusatio.* vbi infert ad monachum, qui
48 etsi secundum supradicta † non petat præteriti temporis alimenta ab Abbate: tamen fallit, quando mutuo accepisset pecuniam. Cum eo transit ibi Felyn. *in fi. ver. item nota, quod monach. Afflict. in decis. 10. num. 4.* qui generaliter loquitur, quando alimenta debentur officio Iudicis, *Dec. in c. episcopus, in*
49 *fi. de præben.* vbi infert ad clericum ordinatum, † qui ab episcopo ordinãte, consequitur præteriti temporis alimenta, si episcopus fuit in mora soluendi, & ipse alij se obligauit, *Bero. in cons. 178. num. 19. volum. 1.* vbi tamen sequendo Barto. *in d. l. libertis quos, §. 1.* inquit, actionem dari non alimentario, sed illis creditoribus qui mutuo dederunt, *Aret. in d. c. ex parte, num. 13. Duen. in reg. 370 ampl. 4.* vbi dicit, generale es-
50 se in filio, † qui vt se alat, se fecit debitorem alterius, *Asca. Clemen. in tract. de patr. potest. effect. 17. num. 24.* vbi infert, quod si pater inops erat, quando filius indigebat, & filius pro se alendo mutuam accepit
51 pecuniam, tenebitur † pater soluere illi creditori, si deuenit ad pinguiorem fortunam. Hæc igitur declaratio communis est, quod is, cui non actionis iure, sed Iudicis officio debentur alimenta, contrahat æs alienum pro se alendo, dabitur actio pro alimentis præteritis.

Hic tamen duo videnda sunt; Primum, *an ipsi alimentario detur actio, an verò illi qui pecuniam mutuo dedit*; Secundum est, *an filius qui patre egente obligauit se alij, possit pro alimentis præteriti temporis patrem effectum diuitem molestare.* Et video ex prædictis vtrumque casum esse decisum: Primum scilicet, quod filius
52 seu alimentarius † non agat, *secundum Bar. in d. l. libertis quos. §. 1. Bero. d. cons. 178. num. 19.* Secundum verò, quòd pater teneatur. Ego verò, si liberum cuique est votum suum, contrariam in vtroque casu amplector sententiam, & quoad primum, teneo dari alimentario actionem contra debitorem qui fuit in mora; officium enim iudicis datur, quan-
53 docunque † suggerit æquitas, *l. planè, & l. fi. ff. de petit. hared. Socin. iun. in cons. 52. num. 2. vol. 2. Natta in cons. 534. num. 6. Rolan. in cons. 1. num. 55. volum. 1.* & officium iu-
54 dicis habet † matrem æquitatem, *l. Quintus, §. Pomponius, ff. de alim. lega. Signor. in cons. 100. num. 13. in fi.* & prouenit ex mera æquitate, *vt per Bal. in l. fi. §. sed cum, num. 1. C. de furt.* at nonne suggerit æquitas, quod alimenta præterita per eum petantur, qui cum à suo debitore consequi ea non potuerit in tempore, necesse habuit vt se à morte redimeret, alij se obligare? Præterea hic alimentarius, qui est omni actione destitutus, nonne officio iudicis iuuandus
55 est, quod ei dari † solet, cui non alia actione potest esse succursum? *glossa in l. & ideo. §. fin. ff. de cond. furt. Bald. d. l. fin. §. sed cum, num. 1. Roland. cons. 1. num. 55. & decis. 1. Pedem. 40. num. 7.* nõ nego, quin mutuans possit agere, *l. fi. ff. de in rem verso, vt etiã voluit Bar. in d. libertus, §. 1.* Sed quid si nolit agere, sed velit cõuenire eum, cui credidit, & cuius fidẽ est sequutus? Quid item, si taceat, alimentarius verò appetat se ab illius obligationis nexu liberare, nonne licebit ipsi filio, vel alij creditori ex causa alimentorum agere? Sua certè interest habere precium, quo possit aduenire die soluere ei à quo mutuo habuit, *argumento l. minus, ff. de reg. iur. & l. si debitor, in fi. ff. de furt. §. furti autem. Institut. de oblig. quæ ex delicto nascun. facit quod voluit Tiraquel. de retract. conjang. §. 1. glos. 18. num. 32. & seq.*
56 vbi dicit, quòd emptor, † qui ex forma statuti cogitur reuendere, potest à retrahente consequi integrum precium, licèt ipse venditori solum partem soluerit, *allegat Capol. causarum ciuilium, cons. 46. colum. 2.* Et licèt ipse contrarium teneat eo, quod reuendendo ex necessitate statuti liberetur: tamen vbi actus non est necessarius, transit cum
57 sententia Cæpollæ, poterit etiam agere filius, † vt liberetur per patrem vel debitorem, & præseruetur indemnis pro eo debito, quod ratione alimentorum contraxit, atque ita triplici iure debitor ex causa alimentorum conueniri poterit; primum à creditore, qui mutuo dedit: secundo ab ipso alimentario, vt sibi soluatur, quod ipse alij promittit; tertio ab eodem, vt releuet ab ea obligatione,
58 quam contraxit, vt se aleret. Damnum enim † dedisse videtur, qui damni causam dat, *cap. damnum, de regulis iuris, in sexto.* Et hoc modo agit tanquam ad interesse, quod passus est per moram sui debito-
59 ris, & cuique datur actio ad id, quod sua † interest. *l. vnica, C. de senten. quæ pro eo, quod inter l. virum, & l. quod te. ff. si certum petat.*

Quod verò attinet ad secundum, teneo, quod pater qui non tenebatur, eo quod non habebat, non teneatur quod deueniat ad meliorem fortunam: quia obligatio cesset, ex quo non est soluendo, non potest oriri, postquã factus est dies: nam quando est dies, iam filius habuerat alimenta
60 aliunde, & quod initio non valet, † tractu temporis non conualescit. *l. quod initio. ff. de reg. iur.* & considerari debet qualitas temporis, in quo filius indiguit alimentis, vt cognoscamus, si pater tenetur: at quando filius indigebat, pater egenus nõ tenebatur,

batur, ergo superuenientes diuitiæ non inducunt
61 obligationem, videmus enim, quòd ius † superueniens non prodest actori, *l. nõ potest videri, vbi Bar. Castr. & alij. ff. de iudic. Pet. Cin. Bal. & alij in l. penult. C. de alien. iud. matan. cau. fac. Socin. in cons. 2. artic. 10. quæst. 10. num. 59. in cons. 16. num. 15. vol. 4. Alexan. in cons. 85. num. 6. volum. 7. Cæphal. in cons. 112. num. 7.* & tempus non est
62 † modus inducendæ obligationis, *l. 2. §. ex his, ff. de verbor. oblig.* & filius non potest dicere, quòd accipiendo mutuum gesserit vtile negotium pro patre, qui non tenebatur alere, stãte paupertate. Pro quo facit quòd voluit Alexan. *in l. in quartam, colum. fina. ver. dum tamen dixi. ff. ad leg. Falcid.* vbi ait, quod etsi auus dotando neptem, videatur soluere debi-
63 tum filij, † atque ideo ea dos imputetur filio in legitimam, tamen fallit, quando filius erat pauper, quia ex tunc non tenebatur suam filiam dotare, auus dotando neptem videtur proprium debitum exsoluisse, *sequitur idem Ruin. num. 61. & Herculan. colum. 45. ver. item dicta opinio, sequitur Picus, num. 246. Aretin. in cons. 17. colum. fina. ver. ad septimum, Corne. in cons. 34. lib. 4. volum. 4. & Natta in cons. 364. num. 6.* Ita in proposito, cum pater inops tempore quo filius indigebat, non teneretur, non potest dici, quòd filius accipiendo mutuam pecuniam in alimẽta obligauit patrem. Accedat, quòd sicuti obligatio se-
64 mel extincta, nõ resurgit, nec † reuiuiscit, *l. eius qui. §. fina. ff. de iure fisci, glos. in l. si eum quis. §. fina. ff. de furt. & in l. qui res. §. ream. ff. de solut. Tiraq. in l. si vnquam. in ver. susceperit liberos, num. 191. in fi. C. de reuocan. donat.* ita ea, quæ non est nata, non debet insurgere ex post fa-
65 cto re non integra: quod enim semel † legitimè constitutum est, non mutatur ex superuenienti casu. *c. factum ex legitimè. de reg. iur. in 6. in l. ambiguis, §. non est nouum. ff. eo. tit.* Et quod obligatio retrahatur in aliud præcedenti tempus, est per fictionem, *vt per Doctores in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap.* fictio autem non præsumitur, nec est passim inducenda, vt ibi dicitur, & tunc superuenientibus diuitiis resurgit debitoris obligatio, quando debitum erat formatũ in persona debitoris, sed suspensa exactio ob paupertatem, vt dicimus de his, qui tenentur solum in quantum facere possunt, & in debitore, qui cessit bonis; at ibi debitum nunquam fuit formatum, non formatur de nouo eo, quod is factus fuerit dives, & quando superuenire diuitiæ, iam non extabat, in filio indigentia, sed cessauerat, & non
66 est locus † fictioni, quando vnum defecit ex duob. extremis, *Doctores in d. l. si is qui pro emptore.* stat ergo in vtroque casu firma decisio cõtra prædictos Doctores: considera ergo, vtram eligat sententiam.

Quod item dictum est, alimenta præteriti temporis non ei deberi, cui solum iudicis officium competit, declaratur alio modo, vt scilicet non procedat, quando debentur non solo iure sanguinis, sed ratione operarum & seruitij, vel contemplatione alterius rei, puta dotis, vel aliter, tunc e-
67 nim alimenta præterita † peti possunt, *ita declarat Bar. in d. l. libertis quos. §. 1. in fi. ff. de alimen. & cibar. lega.* vbi loquendo in vxore, cui vir alimenta præstare tenetur propter seruitia, dicit, quod si fuit in seruitiis viri, consequitur præteriti tẽporis alimenta. Et idem est, quando culpa viri non fuit in seruitiis, quia per eum non stetit. Eam quoque distinctionem tenuit Bero. *in cons. 52. num. 18. volum. 2.* vbi idem dicit, quando alimenta debentur contemplatione dotis, & dicit, quod pater duplici iure tenetur filium nurum, & nepotes alere: primo, iure sanguinis; secundo, propter dotem. Et licèt quoad ius sanguinis teneatur præstare alimenta præterita, tamen conueniri potest pro his, quæ tenetur præstare contemplatione dotis. Et infert ideo notabile, quod pater, qui penes se retinuit dotes
68 † nurus, tenetur ad vsuras, seu alimenta præteriti temporis erga filium, qui seorsum à patre habitando solus sustinuit onera matrimonij, & vxorem aluit de proprio. Et Bero. sententia probatur optimè ex decisione Imolæ, *in l. si cum dotem. §. transgrediamur, in fi. ff. solu. matr.* vbi ait, quòd pater qui reti-
69 nuit penes se dotes nurus, † tenetur illius fructus restituere filio, qui sine culpa seorsum habitauit, & sustinuit onera matrimonij, *eumq; sequuntur Alex. Bal. Nouel. Campeg. & alij, quos citat D. Bectus in cons. 43. in primo dub. per totum.* Et isto casu posset verificari opinio Bal. *in d. l. de alimentis*, quæ vult, quòd vidua, quæ seipsam aluit intra annum luctus, possit post annum præteriti temporis alimenta petere, quia eo casu alimenta non sola ratione sanguinis debentur, sed contemplatione dotis, cuius fructus percepere durante luctu hæredes mariti.

Circa tamen prædictam distinctionem aduerte, quia etsi maritus vxori teneatur alimenta præstare, quæ in suis seruitiis versatur, *vt dixi supra in titulo, quibus debeantur alimen. & in tit. ex quib. caus. alimen. deneg. poss.* tamen ea seruitia non sunt tantæ virtutis, & efficaciæ, vt inducant ius præterita alimenta petendi. Et notata per Cin. & alios *in l. quod in vxorem. C. de neg. gest.* non dicunt, quòd vxor possit alimenta petere pro tempore præterito, nec id dicitur *in §. fin autem in sæuissimo*, quæ iura allegantur per Bart. *in d. l. libertis. §. 1.* sed Doctores prædicti volunt, quòd vxor sit alenda à viro, cui fuit in obsequiis, de præterito autem non loquuntur.

Declaratur quoque, quod dictum est præteriti temporis alimenta peti non posse, cum debentur officio Iudicis, vt procedat, quando alimenta debẽtur à lege, secus est, si debeãtur ab homine: quia
70 † tunc licèt officio Iudicis petantur, tamen datur exactio pro tempore præterito; *ita declarat Dec. in d. l. de alimen. num. 6. C. de transact.* quia secundum eum delegato, quòd officio iudicis petitur, idẽ est, quod de simplici legato alimentorum. Et hoc est notandum, quia ferè semper datur officium iudicis pro legato, *vt dicam in tit. quomodo alimenta petantur.*

SVMMARIVM.

1 *Hæredes mariti non tenentur alere vxorem viduam, si dotem soluat intra annum luctus.*

2 *Alimenta licèt non debeantur, cui debetur legitima, tamen fallit, quando debitor vellet statim legitimam soluere.*

3 *Filia, quæ donec detetur ex forma statuti ali debet, non consequitur alimenta, si hæredes patris statim dotem offerant.*

QVÆ-

QVÆSTIO II.

DIximvs de alimentis, quæ simpliciter relinquuntur, vel promittuntur; sed si contemplatione alicuius rei debeantur, tunc eatenus sunt præstanda, quatenus res penes illum remanet, qui ea præstare tenetur, & non vltra, exempli gratia, hæredes mariti, quando dos in pecunia consistit, vel in bonis mobilibus, tenentur vxorem alere intra annum luctus, *vt per Doctores in l. diuortio. ff. solu. matrim.* Verum, si illi
1 velint statim reddere † dotem, liberantur ab onere alendi, atque onus illud finitur cum ipsa rei restitutione, *ita Bal. in Authen. ei qui iurat, num. 39. C. de bo. autho. iud. posid. Cuman. d. l. diuortio, in princ. vbi Alexan. num. 21. Socin. in cons. 17. ver. confirmo hanc distinctionem, Salicet. in l. vnica. §. sin autem, num. 6. C. de rei vxo. actio.* Et dixi latè *in titu. quibus debeantur alimen. dum tractaui de vidua, in secunda principali limitatio. & per hanc decisionem dixit Gramma. cons. 145. num. 14. ver. quarto facit,* quod etsi alendus sit is, cui debetur legitima, ta-
2 men † liberatur debitor si offerat legitimam, cuius contemplatione alimenta debentur. Facit etiam quod diximus supra *in prima limitatio. præcedentis conclusionis*, quod vsufructuarius, qui fuit grauatus de vsufructu soluere alimenta alij, liberatur finito vsufructu. Inferri etiam potest statutum mãdans filiam dotari, & interim ali, quia si hæredes
3 patris velint statim soluere dotes, † liberabuntur ab onere alendi. *l. Titia, in princ. ff. de annu. lega. l. Stichus, §. Titia. ff. de alim. & cibar. leg.* Et ratio prædictorũ est, quia cessante causa oneris, cessat onus, sicut cessat emolumentum cessante causa emolumenti, per iura vulgata. Posset etiam ex prædicta decisione inferri ad multas alias decisiones, quas omitto, quia per se quisque colligere potest.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas testatoris est lex.*
2 *Alimenta possunt relinqui ad tempus certum.*
3 *Fieri potest in diem, vel sub conditione, quidquid potest fieri pure.*
4 *Legatum potest relinqui in diem, vel sub conditione.*
5 *Alimentorum legatum factum, donec filia nupserit, extinguitur sequutis nuptiis.*
6 *Donatio fieri potest ad tempus.*
7 *Legatum est donatio.*
8 *Legatarius rei ad certum tempus relictæ fideiubere tenetur de restituendo rem finito tempore.*
9 *Permissum ad tempus, censetur post tempus prohibitum.*
10 *Temporis limitati vis operatur, vt lapso tempore concessum, vel denegatum censeatur quod tempus fuerat constitutum.*
11 *Vxor, cui alimenta sunt relicta, potest nihilominus dotes suas petere.*
12 *Vxor, cui alimenta relinquuntur ita, ne dotes petat, perdit legatum, si petit dotes.*
13 *Vxor, cui alimenta relicta sunt sub onere non petendi dotes, legatum non perdit, si dotes recipit à sponte dante, & ibi de veritate.*
14 *Bart. in l. amplius non peti, ff. rem ratam haberi, reprobatur communiter.*
15 *Conditio impleri debet in forma specifica.*
16 *Conditio non potest impleri per æquipollens.*
17 *Conditio non deficit, nisi in forma specifica deficiat id, quod sub conditione positum est.*
18 *Si, dictio, inducit conditionem.*
19 *Modus dicitur, quando onus iniunctum impleri debet post quæsitum emolumentum.*
20 *Conditio quando apponitur resolutioni, tunc actus dicitur purus, resoluendus tamen sub conditione.*
21 *Legatum relictum sub modo negatiuo, efficeretur inutile, si fortiretur effectum solum post mortem grauati.*
22 *Mutiana cautio præstatur à legatario, cui onus est negatiuè iniunctum.*
23 *Acceptilatio extinguit debitum in totum.*
24 *Acceptans legatum censetur agnoscere onus etiam quod excedat legati valorem.*
25 *Vxor, cui alimenta relinquuntur, si dotes non petierit, non perdit alimenta pro tempore, quo non petiit, licèt ex post petierit, vbi vide.*
26 *Compensandi animus in dubio non præsumitur in testatore legante.*
27 *Compensandi animus non præsumitur, quando debitum est voluntarium, non necessarium.*
28 *Implementum oneris iuncti, vel conditionis appositæ, non potest diuidi.*
29 *Legatum factum mulieri, si peruenerit ad viduitatem, locum habet ea facta vidua, licèt exinde nubat.*
30 *Conditio sufficit, quod semel sit impleta, quamuis non duret.*
31 *Conditio, quæ semel defecit, non potest amplius impleri.*
32 *Conditio, si decesserit sine filiis, deficit relicto filio, licèt is exinde pereat.*
33 *Vxor, cui relinquitur, donec steterit vidua, vel donec, vel quoad, &c. non reddit fructus perceptos pro tempore præterito.*
34 *Vxor. Paria sunt quòd instituatur sub conditione, si seruauerit vitam vidualem, vel dummodo seruet vitam vidualem.*
35 *Legatum factum sub modo, ambulat pari passu cum eo, quod factum est sub conditione.*
36 *Debitor interpellatus solum extra iudicium, si in iudicio negauit, condemnatur in expensis.*
37 *Hæres non excusatur ab expensis, quando publicato processu perseuerauit in lite.*
38 *Vxor, cui relictus est vsusfructus, si steterit vidua, & dos cum centum scutis, si nupserit, non consequitur illa scuta centum nubendo, si à principio elegit vsumfructum.*
39 *Electione semel facta, non datur variatio.*
40 *Eligens vnum ex beneficiis incompatibilibus, censetur alterum repudiare.*
41 *Gerundium quãdo iungitur verbo futuri temporis, conditionem significat.*
42 *Gerundium adiectum participio futuri temporis, conditionem significat.*
43 *Gerundium adiectum verbo, vel participio præsentis temporis, importat modum vel qualitatem.*
44 *Vxor, cui alimenta relicta sunt, vel vsusfructus, ducendo vitam vidualem, non restituit fructus præteriti temporis, si postea nubet.*
45 *Pars vna declarat aliam.*
46 *Vxor, cui alimenta ita relicta sunt, quòd sit pro dotibus quitata, non petit dotes, si elegit alimenta.*

47 *Mutiana cautio non habet locum in contractibus.*

48 *Mutiana cautio præstatur, quando alimenta per contractum debentur sub conditione negatiua.*

QVÆSTIO III.

LICET alimentorum legatum, vel promissio regulariter protendatur ad vitam legatarij, vel stipulatoris, *vt dixi in prin. huius partis*, tamen si à testatore, vel partium conuētione in aliud tempus relinquātur, vel promittātur, seruabitur expressa dispositio, & alimenta præstabuntur per tempus statutum, non vltra,
1 quia voluntas † testatoris est lex. *§. disponat, in Auth.*
2 *de nupt.* & quod alimenta possunt relinqui † ad tempus, est tex. *in l. si cum præfinitione, in princ. ff. quando dies leg. ced. vbi Bar. not. Iaf. in l. si Stichum. §. stipulatio, num. 4. ff. de verbor. oblig.* & quidquid fieri potest pure, po-
3 test etiam fieri in diem, † vel sub conditione, *vt in §. emptio, Iustitut. de emptio. & venditio. l. 2. ff. de in diem adiect. §. omnis stipulatio, Insti. de verbor. oblig.* & legata pos-
4 sunt sub cōditione, & ad diem † relinqui. *§. sub conditione, Instit. de lega.* Ideo si testator relinquat alimenta filiabus, donec nupserint, extinguitur legatum, quàm primum matrimonio sunt collocatæ,
5 † *vt inquit Rum. in cons. 86. num. 3. volum. 2.* & sicuti do-
6 natio † fieri potest ad tempus, *vt l. quoties, C. de dona. quæ sub modo*, pari modo sustinebitur legatū, quod
7 dicitur esse donatio, † *vt Instit. de lega. in princ. & est tex. in l. fina. vbi Doctores notant, C. de legat. Duran. de arte testan. cau. 5. tit. de hæred. instit. num. 2.* & quando legatum continet rem mobilem, vel immobilem, & fit ad tempus certum, tenetur legatarius fideiubere
8 † de restituendo non finito tempore, vt inquit tex. *in d. l. fina in fi.* vbi Iaf. *num. 7.* limitat, non procedere, quando est relictum filio, vel descendenti, post Io. Fab. ibi, *argumento l. iubemus. §. 1. ff. ad Trebellia.* vbi remittitur filiis cauendi necessitas, quæ aliis incumbit, & quod legatum deficiat finito tempore, in cp fuit relictū, facit, quia concessum ad tempus, cen-
9 setur † post tempus prohibitum, seu ademptū, *l. si vnus, §. 1. vbi Bal. ff. de pact. l. Sticho. §. Titius. ff. de statu libe. l. Thais. §. intra. ff. de fideicommissa. liber.* & ea est vis tem-
10 poris limitati, vt post tempus contineat expressam abnegationem eius, quod ad tempus fuit concessum, *secundum Bal. in l. edita, colum. 13. C. de eden. alios multos citat Tiraquel. de retract. conuentiona. §. 1. glos. 2. num. 44. dixi in cons. 88. num. 7. & seq.* & multi sunt text. qui probant, quòd legatum ad diem certum, extinguitur lapso die, sed res adeo clara est, vt non egeat demonstratione.

Infertur ideo, quòd etsi vxor, cui alimenta fuerunt à testatore relicta, vel etiam vsusfructus, pos-
11 sit † præter legatum consequi dotes suas, *secundum Castren. in cons. 224. legatum prædictum, volum. 2. Picus in Authen. præterea, num. 60. C. vnde vir & vxor, & in §. Titia, l. Titia, num. 132. ff. de leg. 2. Rolan. in cons. 74. num. 26. volum. 2. & præter eum, Crot. in cons. 67 num. 43. Bero. in famil. q. 92. num. 2. & per totam, Natta in cons. 186. nu. 8. Bello. in cons. 31. nu 4. Caph. in cons. 184. nu. 1.* tamen, si testator
12 alimenta reliquit, ita tamen ne petat † dotes, tunc vxor petēdo dotem, perdit legatum, vt præsupponit Castr. *in d. cons. 224. colum. 1. & in l. amplius non peti, num. 1. ff. rem rat. hab.* vbi ampliat procedere, etiam si extra iudicium mulier petierit dotes, & sequuntur omnes Doctores inferius citandi.

Hoc tamen intelligi debet, nisi mulier recepis-
13 set dotes ab hæredibus viri spōte † solutibus, nulla præcedente petitione, vel instantia, *Bal in l. 1. C. de lega. num. 11.* quia hæres soluendo videtur renunciare conditioni appositæ in suum fauorem, & nō potest imputari mulieri, quia acceperit à sponte soluente, *l. fideicommissa, §. si rem, ver. maximè. ff. de lega. 3.* sequitur Castren. *in dicta l. amplius non peti, num. 1.* limitans, quando præcessit mulieris petitio: ea verò non petente, vult, quòd tute capere possit ab hæredibus sponte soluentibus, etiam si non se obtuliisset liberaturam hæredes. Et subdit, esse menti tenendum hanc quæstionem, tanquam quotidianam, *Picus in dicto §. Titia, num. 132. vbi transit cum Castren.* Et subdit ad euitandam omnem amaritudinem, bonum esse, quòd mulier primum offerat se paratam liberare hæredes à petitione dotis, *sequitur Rolan. dicto cons. 74. num. 28. volum. 2.* sed præter eum Iaf. *in dicta l. 1. num. 8. C. de leg.* Et hoc modo prædicti Doctores distinguunt, & resoluunt contra
14 Bart. *in d. l. amplius non peti.* † qui simpliciter dicit, quod mulier etiam à sponte dante sibi præiudicet, si recipiat non petendo. Mihi autem videtur fundamentum Bartoli inane esse: nam dum dicit deficere conditionem, si vxor recipiat à sponte dante, hoc est falsum, quia conditio est stricti iuris, & loquitur de petente, non de recipiente, & condi-
15 tio sicuti † impleri debet in forma specifica, *l. Mæuia, §. qui hæredi, ff. de cond. & demon.* nec sufficit æqui-
16 pollens, † *Alexan. in cons. 5. num. 3. volum. 7. cum aliis apud D. Becium in cons. 41. num. 27.* ita non dicitur deficere, nisi id ipsum eueniat in specifica forma, quod sub
17 negatiua † conditione fuit positum, vt contrariorum eadem sit disciplina.

Præterea ex alio subuertitur decisio Bartoli, quia illa forma legandi alimenta, si dotes non petierit, non est propriè conditionalis, sed modalis,
18 nam etsi dictio † *si*, regulariter inducat conditionem, *gl. in l. 1. vbi Bart. ff. de cond. & demon. D. Becius, dicto cons. 41. num. 26.* tamen non dicitur conditio, quan-
19 do onus † quod iniungitur, impleri debet post emolumentum quęsitum, sed tunc dicitur modus, *l. cum tale, §. 1. vbi Barto ff. de cond. & demonst. Barto. in l. quibus diebus. §. Termilius, num. 1. ff. eodem tit. sequitur Castren. & Imo ibi Bal. in cons. 219. num. 5. volum. 2. declarat Bero. in cons. 153. num. 2. volum. 3. Crauet. in cons. 19. numero 1. Natta in cons. 373. num. 28.* Propterea non dicitur deficere conditio, quando recipit à sponte dante,
20 & quando conditio apponitur resolutioni, † tunc actus non est conditionalis, sed purus, resoluendus tamen eueniente conditione, *glos. in l. secunda, ff. de in diem adiec. Baldus in l. cum mota, versic. secundo loco soluitur, C. de transact. Castren. in dicta l. quibus diebus. §. qui cum Titio, vbi Socin. Paris. in consilio 11. numero 37. volumine 1. Natta in consilio 372. numero octauo. Bero. in consilio 60. num. 17. volumine primo, Crotus in consilio centesimo trigesimo octauo, num. 7.* ita in præposito, quando reliquuntur alimenta, ita ne petat dotes mulier purè, & statim consequitur alimenta, sed ea amittit, quan-

tit, quando petit dotes, & quia illud implementum non habet tempus determinatum, sed foret expectanda mors grauati, & consequenter, si in illud tempus differatur emolumentum legatum ef-
21 ficeretur inutile, † *vt declarat Socin. in l. Mutianæ, in princ. ff. de cond. & demonst. Bero in cons. 29. num. 17. vol. 2.*
22 Ideo inuenta est cautio Mutiana, † quæ præstatur à legatario, cui onus est negatiuè iniunctum, *dicta l. Mutianæ, l. hæres. §. qui post. ff. de cond. & demonst. l. cum filius. §. qui post Mutianam. ff. de leg. 2. Authen. cui relictum, C. de indicta viduit. tollen.*

Insurgit tamen difficultas, vtrum illa conditio, vel modus, non petendi dotes suspendat exactionem dotium, vsque in tempus finiti legati alimentorum, ita, vt finito legato possit mulier petere dotes suas, an verò eligendo alimenta perdat dotes ita, vt etiam finito legato alimentorum eas non possit petere. Et Bar. *in dicta l. amplius non peti, num. 6. in fi.* videtur innuere, quod mulier nullo tẽpore possit petere dotem, dum dicit, quod debet offerre se paratam liberare hæredes per acceptila-
23 tionem. † Ea enim extinguit debitum in totum, *l. 1. ff. de acceptilatio.* Et hoc casu dos remanet apud hæredes, tanquam data conditionis implendæ. *l. si*
24 *quis omissa, ff. si quis om. causa testam.* & acceptãs † legatum censetur illud acceptare cum onere iuncto etiam si onus excedat valorem legati, *Castren. & Alexan. in l. si cum dotem. §. si pater, ff. de cond. & demonstr. Ruin. in cons. 79. in princ. volum. 2. Crau. in cons. 174. num. 9. Natta in cons. 186. num. 1.* Et licèt regulariter testator non videatur legare animo compensandi, tamen hæc coniectura cessat in præsenti facto, in quo apparet expresè, quòd testator voluit compensare. Præterea, quando alimenta simpliciter legantur, non autem per dinumerationem annorum, vel temporum, legatum est vnicum, & semel tantum cedit dies, *vt dixi in tit. quando alimenta censeantur relicta, in quæst. an legatum vsus fructus relictum vxori stantibus filiis, restringatur ad alimenta.* Ergo eodẽ modo onus semel iniunctum, debet semper excludere mulierem à petitione dotis. Contrariam tamen partem tenuit Alber. *in Authen. quod locum, in 6. colum. ver. item quæro quæst. C. si mul. secun. nup.* vbi dicit, quod testator videtur voluisse differre petitionem, & exactio-
25 nem dotis per tempus, † quo durat præstatio alimentorum, non autem debitum extinguere. Et mouetur, quia non videtur animo compensandi
26 in dubio † legare, *l. creditor, ff. de leg. 2.* præcipuè cum
27 debitum est voluntarium, non † necessarium, & prouenit ab homine, non à lege, *vt per Doctores in Authen. præterea. C. vnde vir & vx.* Eandem sententiam probauit Ang. Aretin. *in tract. de testam. in ver. & dotes suas non petierit, gl. ...* vbi dicit, hoc non fuisse de mente testatoris, quod nunquam possit etiam finito alimentorum legato petere dotes, & reprehendit Bar. *d. l. amplius non peti.*

Verum Picus *in d. §. Titia, num. 133. ff. de leg. 2.* distinguit, aut enim testator alimenta reliquit sub conditione, si dotes non petierit, & tunc intentio est testatoris, quod dotes perdat in totum, & petendo legatum non consequitur dotem, sed ea remanet apud hæredes, aut relinquit alimenta. Mo-

uetur ex *l. fi. C. de indict. viduit. tollen. & in Authen. cui relictum. C. de indict. viduit. tollen.* vbi Doctores dicunt, quod legando testator sub conditione, si non nupserit, videtur prohibuisse in perpetuum viduitatem, quando dicit, donec stetit vidua, videtur velle, quod legatum habeat vsquequo nupserit. Et subdit Picus, hunc casum esse notandum, quia est de pane lucrando & *numero 135.* dicit, notandum esse, quia per alium hæc materia non reperitur benè explanata, & instruit notarios, vt sciant verba exprimere, secundum mentem testatorum. Aduerto ergo, quia ex hoc infertur ad aliam quæstionem, quando testator relinquit vsumfructum, si vxor non nupserit, & vxor per triennium, vel vltra percipit vsumfructum, deinde transit ad secunda vota, an eo casu teneatur restituere fructus perceptos. Et ideo pro declaratione dicit Castren. *in d. l. fi. C. de indict. viduit. tollen.* quod triplex est forma legati. Prima, quando relinquitur sub conditione, si non nupserit, & ista inducit viduitatem, quæ perpetuo debet seruari, & mulier debet in ea perseuerare, alias si aliquo tempore steterit vidua, & postea secundo nubat, tenetur restituere fructus, quos ante percepit. Et ad hoc est tex. *in §. si vero, & in §. sequen. in Authen. de nup. & in d. Authen. cui relictum.*
28 Et ratio est, quia implementum † non debet diuidi, vt notatur *in l. si seruus. §. si plurium. ff. si quis cautio. & in l. si cui fundus. ff. de cond. & demonst.* Et dicit Castren. *ibi, num. 2.* quod si legatum est annuum, & legataria nubat, perdit legatum, & restiuit fructus præcedentium annorum, & quoad fructus idem est, quando relinquitur aliquod prædium sub ea conditione, & monet notarios, quòd cautè cõcipiant verba, quia sub minimo verbo consistit magnus effectus. Quando verò dixit, *si peruenerit ad viduitatem*,
29 tunc † consequitur etiam si non perseueret, ideo, etiam si post viduitatem nubat, perdit rem, nec restituit fructus perceptos per tex. *ibi, in §. fina.* quem dicit esse singularem, cuius vigore subdit se consuluisse Venetiis, & illos Dominos mutauisse propositum, cum prius essent diuersæ sententiæ. Comprobatur præter eum ratione: sufficit enim
30 conditionem † semel impletam fuisse, licèt non duret implementum. *l. si quis hæredum. C. de instit. & substit. l. in substitutione. ff. de vulg. & pupil. l. hæredibus, in princ. ff. ad Trebellia. l. quidam testam. in fi. princip. & l. rogo. ff. de fideicom. lib. 1. Cast. Crot. Ruin. Alciat. Neuizan. & alij, quos citaui in cons. 157. num. 20. in 2. volum.* vbi econtra probaui, quod similiter conditio, quæ semel defe-
31 cit, † non potest amplius impleri. *l. fi. C. de instit. & substit.* Ideo substitutio si decesserit sine filiis, euanescit decedente grauato cum filiis, etiam si illi
32 post mortem patris † pereant. *cum vxori. C. quando dies leg. ced. Oldrad. in cons. 21. Castren. in l. ex facto. §. pen. in fi. ad Trebellia. cum multis apud Rolan. in cons. 56. num. 10. & sequen. volum. 3.* Tertio verò casu, quando dixit testator, quod relinquit vsumfructum, vel alimenta, donec, vel quoad, vel vsquequo steterit vidua, vel vel nupserit, vel duxerit vitam vidualem & honestam, tunc nubendo perdit quidem legatum pro futuro tempore, sed non restituit fructus præteri-
33 ti † temporis. Et dicit Castren. hanc esse differen-

tiam inter dictionem *si*, & *quousque*, quam notarij ignorât, & eum in omnibus sequitur Iaſ. *ibi, num. 30. & sequen.* vbi ait, idem voluiſſe Bal. *ibi, & ponit Corne.* ſed clarius Bal. & Imo. *in l. cum filius. §. qui Mutianam. ff. de leg. 3.* vbi dicit, quod facto legato per verbum, *donec, quousq; aut ſimilia*, mulier nubendo non tenetur reſtituere fructus ante perceptos. Et comprobat proſequendo omnes tres caſus prædictos Pariſ. *in conſ. 95. num. 48. & ſequen.* latè eam diſtinctionem approbat Caualca. *de vſufruct. mulie. relict. numero 114. cum pluribus ſequentibus*, vbi, *num. 115.* ponit poſt Caſtren. & Iaſon. vbi dicit teſtator, ſi vxor permanebit vidua, an tunc requiratur perſeuerantia. Et *num. 117.* vult paria eſſe, quod teſtator dicat, ſi vitam
34 ſeruauerit vidualem, vel dummodo ſeruet † vitam vidualem, quia dictio dummodo, importat modum, ſeu conditionem & cauſam finalem, *ſecundum Bartolum in l. quibus diebus. §. fina. ver. de dictione dummodo. ff. de cond. & demon.* Et ſubdit, legatum fa-
35 ctum ſub modo ambulare pari paſſu cum † eo, quod factum eſt ſub conditione. Et *conſ. 119.* dicit idem, quando vtitur verbo *caſu quo, ita tamen, dum tamen.* Et ſubdit poſt Caſtren. & Iaſon. ideo teneri ad reſtituendum fructus præteriti temporis, quia cum voluntati teſtatoris nubendo contrauenerit cenſetur ab initio habuiſſe animum nubendi, atque ita fuit à principio in mala fide. Addo, quod in ſimili dicit Roma. *in ſing. 101.* vbi ait, quòd debi-
36 tor non interpellatus extra iudicium † ſi negauit in iudicio debitum, condemnatur in expenſis, quia ſicuti negauit poſtea in iudicio præſumitur, quod eodem modo negaſſet extra iudicium, ſi fuiſſet interpellatus. Et per illam deciſionem inquit Dec. *in l. qui in alterius, numero 8. ff. de reg. iur.* quod etſi hæres regulariter, quando conuenitur, excuſetur
37 ab expenſis, † tamen hoc fallit, quando publicato proceſſu deſtitit à lite, ſed ſi productis inſtrumentis perſeuerauit in lite, & ſuccubuit, debet in expenſis condemnari, quia veriſimile eſt, quòd litigaſſet, etiam ſi à principio inſtrumenta fuiſſent producta. *Idem voluit Dec. in cap. ex ratione, colum. antepen. de appella. Cagnol in l. 2. num. 99. C. de pact. inter empto. & vendito. Natta in conſ. 232 num 4. & in conſ. 387. numero 9.* Infert idem Caualca. loco prædicto, *num. 134.* quòd ſi relinquat vxori vſumfructum, ſi ſeruauerit vitam vidualem, & ſi voluerit tranſire ad ſe-
38 cunda vota, † relinquat dotem, & ſcuta centum: vxor, quę à principio eligit vitam vidualem, & percepit per aliquot annos vſumfructum, poſtea nubat, non poteſt conſequi illa ſcuta centum, quia
39 facta vnius electione † non poteſt variare, *l. nemo poteſt mutare. ff. de reg. iur.* præcipuè in vltima voluntate. *l. huiuſmodi. §. Stichum ff. de leg. 1.* vbi Bartolus eli-
40 gens vnum ex duobus beneficiis † incompatibilibus cenſetur alterum repudiare, *l. in delictis. §. detracta. ff. de noxa. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. Bar. in l. eum qui certarum, §. fi. ff. de verbor. oblig. Socin. iun. in conſ. 122. num. 10. volum. 1. Neuiz. conſ. 4. num. 22.*

Poſſet in hoc dubitari, quando teſtator relinqueret alimenta, ſeruando vitam vidualem & honeſtam, an vxor, quæ aliquo temporis ſpatio ſtetit vidua, poſtea nubendo, perdat non ſolum legatum, ſed teneatur etiam fructus reſtituere. Et difficultas oritur ex illo gerundio, an importet conditionem, & quando iungitur verbo futuri tem-
41 poris non eſt dubium, quin † conditionem faciat. *l. ſi tu ex parte, vbi gloſ. in ver. adeundo, & Bar. in ſi. ff. de acquiren. hæred. in l. 1. num. 36. ff. de cond. & demonſt. Corn. in conſ. 90. colum. 2. in fi. volum. 4. & conſ 143. colum. 3 ver. alludenim, eodem volum. Iaſ. in rub. Inſtit. de actio. num. 33. Dec. in conſ. 433. num. 6. & in conſ. 607. num. 6. Pariſ. in conſ. 19. num. 4. volum. 2. Socin. iun. in conſ. 122. num. 20. volum. 2. Betran. in conſ. 99. num. 4. volum. 7. Caſſa. in conſ. 33. num 19.* Et non facio vim, quod apponatur verbo, vel participio, † quia Doctores prædicti volunt omnino
42 idem. Similiter idem eſt, quando importat modum: veluti, quando adiicitur verbo, vel participio præſentis temporis, quo caſu dicunt importa-
43 re † modum vel qualitatem, *Bar. in d. l. ſi ex parte, in ſi. Iaſ. d. rub. num. 33. Dec. in rub. C. de eden. num. 10. Ripa in conſ. 185 num. 7.* nam, vt dictum eſt, quando ſub modo eſt relictum, præſtari debet cautio, & modo non impleto res cum fructibus reſtituitur. Deueniendo ergo ad deciſionem Bal. *in conſ. 267. proponitur, quod Manfredinus, num. 4. volum. 5.* pungit, quod gerundium *obſeruando*, exponatur, id eſt, *ſi obſeruauerit*: deinde ſubdit, quod ſecundum præſumptam teſtatoris voluntatem importat *donec*, vel *quandiu obſeruauerit*. Et in hac ſententia reſidet, & ſecundum hanc opinionem nubendo mulier non te-
44 netur reſtituere † fructus perceptos, vel alimenta. Eſt verum, quod Ruinus *in conſ. 170. num. 5. & 6. volum. 3.* vult contrarium, exponens gerundium illud obſeruando, id eſt, *ſi ſeruauerit*, ſed loquitur ipſe, quando ex ſequentibus conſtat, quod teſtator loquutus eſt ſub conditione, dicendo, *relinquo vſumfructum ſeruando vidualem vitam, & ſi nupſerit, re-*
45 *linquo dotes*: vna enim † pars declarat aliam, ſed vbi ex contextu ſcripturæ non oritur aliqua declaratio, placet mihi ſententia Baldi, quæ eſt minus rigoroſa, & magis conformatur voluntati teſtatoris, & primo anno mei doctoratus, vidi magnam litem ſuper eiuſmodi gerundio, quæ exinde fuit amicabiliter compoſita. Concludendum eſt igitur in principali quæſtione, quòd vbi teſtator relinquit alimenta ſub conditione, *ſi dotes non petierit*, tunc dotes non tranſmittuntur ad hæredes, & hæc ſententia eſt indubitata, quando teſtator diceret,
46 *relinquo alimenta cum hoc quod ea ſit quitata † pro dotibus*, quia tunc nõ datur vlterius petitio dotium, *vt concludit Dec. in conſ. 299. num. 13. ver. decima concluſio*, quia acceptãdo legatum cenſetur dotes remiſiſſe, *l. vnica, §. proſecundo, C. de caduc. tollen. eandem deciſionem ſequitur Caualca. num. 135.*

Et quia ſupra dixi de cautione Mutiana, aduerte, quia etſi regulariter cautio Mutiana non habet locum in contractibus, *ſecundum gloſ. in l. Mutiana, ff. de cond. & demon. & l. 2. C. de pact. & communem dicit Socin. in l. Mutianæ. ff. de cond. & demon. ſequitur Curt. iun. in l. 1. num. 33. C. de pact. vbi Gozadin. num. 17. in fine. & Zuccar. num. 178. idem Curt. iun. in l. ſiue apud acta, num. 23. & 35. C. de tranſact. Stella in l. qui Romæ, §. Augerius, nu. 75. ff. de verb. obli.* tamen, quando alimẽta debentur per
48 contractum, tunc † cautio Mutiana præſtanda eſt

de implendo conditionem negatiuam, quia cum effectus non sit transmissibilis ad hæredes, necessaria est cautio. *ita Bal. in Authen. cui relictum. C. de indicta vidut. tollen. Ripa, in l. ita stipulatus, num. 45. ff. de verb. oblig. Costa, lib. 2. selectar. lectio. c. 5. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Conditionalis actus non habet locum, nisi conditione impleta.*
2 *Conditio. Datū sub vna conditione censetur ademptum sub contraria.*
3 *Cōditione deficiente actus habetur, ac si factus non esset.*
4 *Conditione etiam tacita deficiente actus, habetur pro non facto.*
5 *Conditio adiecta resolutione, facit actum purum, sed resoluendum sub conditione.*
6 *Conditio apposita exequutioni, non dispositioni, non efficit actum conditionalem.*
7 *Conditio exequutioni adiecta non suspendit actum.*
8 *Conditio mixta deficiens per casum extinguit legatum.*
9 *Conditio mixta deficiens per casum fauore alimentorum habetur pro impleta.*
10 *Conditio dicitur mixta, quando pro parte pendet à casu & pro parte à voluntate alterius.*
11 *Vsusfructus vxori relictus dummodo moretur cum filiis debetur, quando propter filiorum mortem mater non potest cum filiis morari.*
12 *Legatum alimentorum matri relictum cum onere habitandi cum filiis, deficit mortuis filiis, quando factum est eorum contemplatione.*
13 *Alimentorum legatum cum onere habitandi cum filiis, dicitur factum contemplatione filiorum, quando sunt infantes.*
14 *Legatum alimentorum cum onere habitandi cum filiis, dicitur fauore legatariæ factum, quando habitatio confertur in eius voluntatem.*
15 *Potest verbum non importat necessitatem.*
16 *Vxor cui alimenta relinquuntur propter affectionem cum onere tamen habitandi cum filiis, consequitur alimenta filiis mortuis, quia censentur relicta contemplatione vtriusque.*
17 *Ordo verborum designat ordinem intellectus.*
18 *Causæ plures, quando concurrunt ad eandem dispositionem, cessante vna, non cessant reliquæ.*
19 *Sententia fundata super pluribus causis, sustinetur ex causa vera, licèt vna extet falsa.*
20 *Actus eo modo resoluitur, quo fuit inesse productus.*
21 *Qualitas adiecta qualificat, & diuersam constituit speciem.*
22 *Onere cessante, ipsum quoque emolumentum cessare debet, propter quod onus fuit iniunctum.*
23 *Conditio deficiens per casum non extinguit legatum quatuor in casibus.*
24 *Vxor relicta alimentaria cum onere habitandi cum filiis, si recedat ab eis, an redeundo recuperet legatum.*
25 *Conditio, quæ semel defecit, non potest reuiuiscere.*
26 *Mulier cui factum est legatum cum onere nubendi Titio, illud perdit, si recusat nubere, licèt postea mutat voluntatem.*
27 *Legato in annuo attenditur conditio personæ secundum principium cuiusque anni.*
28 *Fideicommissum annuum relictum, quandiu administrabit locum habet, quando primum non administrauit recusante filio, postea vero cœpit administrare.*
29 *Donec, quandiu, & similes dictiones, habent virtutem quandam repetitiuam.*
30 *Legatum relictum vxori donec habitabit, sortitur effectum, quando incipit habitare, licet aliquando non habitauerit.*
31 *Conditio legalis annui semel extincta reuiuiscit.*
32 *Legatum cum onere habitandi, quando censeatur factum fauore legatarij, & quando fauore eius cum quo morandum est.*

QVÆSTIO IIII.

QVANDO actus est præcisè conditionalis, tunc certum est, quòd alimenta non
1 debentur, nisi impleatur † conditio, *l. sed si. ff. de verb. oblig. Bal. in l. si quidem, num. 5. C. de excep. Dec. in cons. 585. num. 1. Ruin. in cons. 63. num. 4. vol. 4. in cons. 35. num. 13. volum. 5. Cæphal. in cons. 269. num. 24. Rolan. in cons. 58. num. 20. volum. 3. Menoch. de arbitr. iudic. casu 15. num. 3.* Et datum sub vna conditione, censetur
2 ademptum sub cōtraria, † *l. si legatum purè. ff. de adim. leg. l. aliquando. ff. de cond. & demon. l. quòd purè. ff. quando dies leg. ced. l. si pecuniam. ff. si cert. pet. Ruin. in cons. 33. nu. 3. cons. 170. num. 5. volum. 3. Natta, cons. 200. num. 5. Cæph. in cons. 17. num. 20. decis. Pedem. 166. num. 4.* & conditione deficiente idem est, ac si dispositio non fuisset fa-
3 cta. † *l. necessario. §. quod si pendente. ff. de pericu. & com. rei vend. l. pecuniam, quam. ff. si cert. pet. Socin. iun. in cons. 4. num. 16. in cons. 165. num. 6. volum. 2. Ripa in cons. 81. num. 13.* vbi dicit, quòd paria sunt, quod non fieri, vel sub conditione fieri, quæ nō euenerit, *Paris. cons. 8. nu. 25. volum. 3. Tiraq. in l. si vnquam, in ver. reuertatur, num. 277. C. de reuoc. dona. Crauet. in cons. 170. num. 8. Rolan. cons. 58. num. 15. vol. 3. decis. Pedem. 50. num. 12.* & procedit etiam
4 in conditione tacita, & à iure † subintellecta, *secundum Soc. iun. in cons. 124. num. 17. cons. 172. num. 15. volum. 2.* ideò si alimenta relinquantur sub conditione, quæ actum faciat à principio conditionalem, non erit, quin conditio debeat euenisse antequam legatum præstari debeat, sed id non pertinet ad partem hāc, in qua tractamus, non quādo à principio debeantur alimenta, sed quando eorum præstatio iam inchoata finiatur. Propterea sciendum est, quòd aliquando conditio non apponitur actui, sed illius resolutioni, & tunc non efficitur dispositio condi-
5 tionalis, sed est pura † resoluenda sub conditione, *vt docet gl. in l. 2. ff. de in diem adiec. declarat Bal. in l. cū mota, in ver. secundo loco soluitur, C. de transac. Castr. in l. quibus diebus. §. quidam Titio, vbi etiam Socin. ff. de cond. & demonst. Crot. in cons. 138. num. 7. Paris. in cons. 11. num. 37. volum. 1. Bero. in cons. 60. num. 17. volum. 1. Natta in cons. 372. num. 8. Tiraq. de retract. conuentio. §. 2. gl. 1. num. 74. Cæph. in cons. 52. num. 6. Menoch. in cons. 105. num. 39. decis. Pedem. 145. num. 1. & 11. in fi. Cagnol. in l. lecta, num. 172. ff. si cert. pet. at.* aliquando etiam cōditio non apponitur dis-
6 positioni, sed exequutioni, & tūc dispositio † non dicitur cōditionalis, Bart. ita declarat *in l. ita demum. ff. de arbit.* vbi dicit, quòd ea conditio non suspendit
7 † actum, *Bal. in l. 2. C. eo. tit. Dec. in l. in omnibus obligationibus, num. 7. & ibi Cagnol. num. 23. ff. de reg. iur. idem Dec. in cap. 2. num. 5. in fi. de rescrip. Natta in cons. 452. in fi. decis.*

Pedem. 145. numero 8. Aduersæ autem apponi solent conditiones, in quorum euentum resoluitur legatum alimentorum, & cessat illius præstatio. Et supra quidem diximus de relicto facto, si dotes non petierit, vel si castè & honestè vixerit, & vitam vidualem seruauerit, item, quando relictum est donec, vsquequo, & quoad nupserit, cum alius se offert modus, quando scilicet dicit testator, dummodo habitet cum hærede, vel cum filiis, vel quoad cum filiis habitauerit, vel habitando cum filiis & hæredibus, vel aliis, vtitur similibus formulis, tunc enim finitur legatum, quandocunque desinit habitare, hęc tamen propositio non est intelligenda ita simpliciter, nam si conditio deficiat per casum, vt quia filij mortui sint: tunc, etsi regula sit,
8 quod conditio † mixta per casum deficiens operatur extinctionem legati. *l. legatum. C. de cond. infer. l. in testam. ff. de cond. & demonst.* tamen fallit hoc fauore alimentorum, quia si conditio non extinguitur legatum, sed sustinetur etiam post mortem filio-
9 rum habeturque † pro impleta, *l. illis libertis, secundum Bart. lecturam. ff. de cond. & demonst. l. 1. C. de lega. l. si peculium, §. cui seruus. ff. de statu lib. l. cum ita datur. ff. de cond. & demon. glos. in l. 1. in 2. solu. vbi Bar. num. 1. ver. quidquid dicat, & sequen. Castren. num. 1. colum. 2. ver. & hoc etiam, idem voluit Bart. in d. l. illis libertis, hoc etiam voluerunt Castren. & Ruin. & plures alij, quos citaui in titu. quæ sint priuileg. alimen. priuil. 24.* Conditio autem morandi non est dubium, quin sit mixta, dependet enim non à sola potestate vxoris, cui onus iniunctum est, sed etiam à filiorum voluntate, & à casu, quia si filij moriantur non potest habitare: sicut etiam si filij nolint, quapropter existimatur mixta, *vt vo-*
10 *lunt † Doctores in l. qui concubinam. §. vxori. ff. de leg. 1. in l. Caio. §. Imperator. ff. de alimen lega. in l. in testamento. & in l. illis libertis. ff. de cond. & demon. declarat Soc. in cons. 68. num. 2. ver. quod autem, volum. 1.* Et prædicti Doctores, *vt etiam dixi in loco præcitato,* loquuntur, non solum in puro, & aperto relicto alimentorum, sed etiam
11 in relicto vsusfructus, † quòd ex consuetudine Bulgari stantibus filiis, restringitur ad alimenta, *vt per Abb. in cons. 78. colum. pen. & fina. volum. 2. Socin. in cons. 68.* nihil enim refert, quòd sit ex forma verborum legatum alimẽtorum, vel quod importet per coniecturam, clarè voluntatis, & non minus dicitur voluntas, quæ venit ex iuris interpretatione, quam ea, quæ ex apertis verbis resultat disponentis. Dicunt tamen omnes Doctores, quod etiam legatum alimentorum mortuis filiis desinit deberi, quando constat, quod fuit relictum contem-
12 platione, †& pro vtilitate filiorum, cum quibus tenebatur morari, *l. Seia, in princ. vbi gl. ff. de annu. leg. ita etiam tenet Socin. d. cons. 68. num. 3. ver. tertio probatur.* Et hanc partem tenuerunt Bal. Signor. Anch. & alij, quos citat Dec. *in cons. 601. num. 1. & seq.* loquuntur enim, quando mater fuit constituta alimentaria cum onere habitãdi. Et Bal. dicit, ex qualitate personæ præsumi, quod legatum fuerit sibi relictum contemplatione, vt eos possit educare, & fouere solitis obsequiis, Anch. autem arguit fauorem matris, cum qua habitandum erat, quia erat senex &
13 infirma, & Sig. or. quando vxor † iussa est habitare cum filia infante, quæ indigebat materno auxilio. Easdem coniecturas Decius repetit *in cons. 526. num. 1. & sequen. Ruin. in cons. 46. num. 4. & sequen. volum. secundo.* vbi arguit, alimenta fuisse matri relicta, fauore filiorum, cum quibus iussa est habitare, quia filij erant valetudinarij, & sine spe conualescentię, *alios citat Simon de interpretat. vltim. volunt. dubit. 8. numero 56. & sequen. libro 4. folio mihi 396.* Est ergo conclusio, quòd vbi legatum alimentorum factum est fauore legatarij, & onus prædictum habitationis iniungitur fauore legatarij, tunc si conditio mixta deficiat per casum, non deficit legatum, & vxor perseuerat percipiendo alimenta, etiam post mortem filiorum: si verò apposita est fauor eius, cum quo debet habitare, tunc mortuis filiis, vel aliter, per casum deficiente conditione deficit legatum.

In hoc tamen censeo aduertendum, quia etsi legatum semper, quoad sui substantiam sit in fauorem legatarij, tamen onus prædictum nunquam potest dici factum fauore legatarij, si adiicitur per modum oneris, vt de se patet, præcipuè quando imponitur per verba importantia necessitatem: quomodo enim tunc poterit considerari fauor legatarij in eo onere? Ideo Socin. *in d. cons. 68. colum. 2. volum. 1.* dicit, tunc legatum videri relictum fauore
14 legatariæ, † quando onus habitandi confertur in vtilitatem ipsius, vt quia dictum est, *donec voluerit habitare,* vt ibi, *num. 6.*

Addo idem fore, quando diceret testator, quod vxor possit stare & habitare, quia verbum, *potest,* facultatem importat, non necessitatem, *gl. in l. sæpè auditi à Cæsare. ff. de offic. præsid. Bart. in l. Gallus, in princ. nu. 4. ff. de lib. & posth.* vbi dicit, hoc procedere non solum in legibus, sed etiam in rescriptis & contractibus. Et sequuntur ibi Doctores, præcipuè Fort.
15 Garcias. Aliud est enim posse, † aliud necesse, *vt dicit Bal. in l. non quidquid. ff. de iudic. & dixi late in cons. 98. num. 1. & sequen.* Et non refert, quod testator dicat, quod habeat alimenta, si voluerunt habitare, vel q habet alimẽta, & possit habitare, quia vtroque casu id est collatum in liberam voluntatem legatarij.

Et quia supra diximus, quid iuris sit, quando legatum fuit relictum in fauorem legatarij, & quando id factum fuit contemplatione eius, cum quo debet morari, aduertendum est, quòd aliquando potest relinqui fauore vtriusque scilicet legatarij & eius, cum quo debet habitare, puta, quando dicit testator se relinquere alimenta vxori, propter dilectionem & amorem, & mandat, quod habitet cum filio infante, & hoc casu mortuo filio vxor
16 † consequitur alimenta, ita Dec. *in cons. 601. num. 4. ver. tertius est casus,* vbi dicit, quod ex quo viuente filio mater, cui relictus est vsusfructus patitur damnum hoc, quod restringatur ad alimenta, debet in eo releuari, vt mortuo filio continuet in perceptione alimentorum, allegat Ancha. *in cons. 185. in fi.* qui tamen non loquitur in eisdem terminis, sed in longè diuersis, quando scilicet habitando cum filio alimenta relinquit, etsi noluerit habitare, legat ei frumentum, vinum, & alia, quæ æquant legatum alimentorum. Et hæc ratio Decij, quoad nostrum propositum nihil valet, quia non infertur,

mater

mater viuente filio passa est restrictionem legati, ergo mortuo filio durare debet legatum. Mouetur etiam Decius alia ratione, quia scilicet testator primum expressit rationem matri fauorabilem, antequam apposuerit onus in fauorē filij, sed hoc quoque nihil est, quia ordo scripturæ non
17 semper attenditur, licet regulariter † ordo verborum designet ordinem intellectus, *secundum Bal. in cons. 472. num. 3. volum. 2. in l. vlt. num. 14. C. de hæred. instit. facit l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de lega. 2. l. quoties, in princip. ff. de vsufruct. l. qui soluendo, la seconda, ff. de hæred. instit.* Et inferunt ex hoc ad plures decisiones, Dyn. Bal. Ang. & Imo. *in l. si ita scriptum, ff. de leg. 1. ponit Euerar. in loco 1. colum. 3. ver. tertio istud argumentum*, vbi dicit, quod ab ordine colligi solet, decisio tamen Decij est vera per aliam rationem. Nam
18 cum plures sunt causæ dispositionis, † vna illarum cessante, non cessat dispositio. *l. si non lex AElia sentia. ff. de hæred. instit. vbi Old. ad. Bart. Bal. & Imo. in l. tutor petitus. §. quæ tutorib. ff. de excus. tuto. l. 1. in princip. ff. si quis à paren. fuer. manum. & alios citat Tiraquel. in tract. a. cessan. cau. par. 3. limita. 22. in princip.* Ideo cum testator alimenta legat intuitu vxoris, & rursus contemplatione filij, tūc licet fauor filij cesset per illius mortem, tamen non cessat legatum, quia subsistit adhuc fauor legatariæ. Facit, quod dicimus sententiam ex vera causa sustineri, †
19 licèt simul cum vera causam contineat falsam, vel erroneam. *l. Titianus. ff. quod cum eo, qui. §. si tales, in Authen. vt cum de appellat. cognos. cap. per tuas, il primo, vbi Hostien. Ioan. And. Cardin. Anch. But. & Abb. qui fil. sint legit. Tiraquel l. loco prædicto, num. 6.* Addo, quod legatum non debet dissolui alio
20 iure, quam † eo, quo fuit in esse productum. *l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.* Cum ergo fuerit inductum non solo fauore filij, sed matris, non debet etiam cessare eo, quod fauor filij cesset nisi etiam de medio tollatur fauor matris. Posset tamen vrgeri adhuc, quia, vt dixi, licèt substantia legati facta fuerit matris contemplatione, tamen onus habitandi fuit adiectū fauore filij, onus autem est adeo connexum dispositioni, vt cum ea vnica sit dispositio,
21 & sit inseparabile, quia qualitas † adiecta ita qualificat, vt in diuersa specie reponat, *Bart. in l. si quis posthumo. §. si filium, in fi. vbi Ias. num. 11. ff. de libe. & posthu. Marsi. in sing. 520. Gomes. in §. in personam, num. 16. Instit. de actio. Bero. in cons. 128. num 12. volum. 2. cum similib.* & onus præsumitur tunc causa emolumenti, propterea o-
22 nere † cessante deberet cessare emolumentum. *l. sed si hac lege. §. liberos, vbi Ang. & alij. ff. de in ius vocandi.* Et ideo non videtur mihi vera indagandi via, cum dicimus legatum factum esse vnius, vel alterius contemplatione, sed melius est quærere, an testator foret etiam sine onere relicturus, quia si erat alioquin relicturus, sustinetur legatum etiam post mortem filij.

Retenta autē conclusione, quod conditio mixta deficiens per casum non faciat deficere lega-
23 tum, limitatur quatuor modis: † Primò, quando constat, quod onus fuit iniunctum fauore eorum cum quibus vxor debet morari, quod ego intelligo, quando onus morandi fuit causa legati: secundo, quando constat, quod aliter testator non erat relicturus: tertiò, quando onus iniunctum æquiualet legato: quartò, quando onus iniunctum est sub conditione. Has quatuor limitationes adduxi *in d. priuileg. 24.* dum tractaui, an cōditio mixta deficiens per casum, faciat deficere legatum, & refero me ad ibi dicta, ne sæpius idem repetatur, vbi tractaui etiam de modo iniuncto.

Disputat etiam Ruin. *in cons. 64. per totum*, præcipuè, *num. 7. & sequen. volum. 2.* vtrum vxor iussa mora-
24 ri cum filia, si recedat † primum, deinde reuertatur ad filiam, & cum ea habitet, recuperet legatum amissum. Et respondet, quod non, motus ratione particulari, quæ in suo casu militabat, quia ideo iussa fuit vxor morari cum filia, vt illam tunc nubilem custodiret, corrigeret, & curam illius gereret, hic autem effectus à testatore cōsideratus euanuerat tempore, quo mater reuersa ad filiam, quia tunc filia erat nupta, & indigebat custodia, & regimine matris, sed non ponit, quid iuris in aliis casibus, & videtur idem esse, quia conditio, quæ se-
25 mel defecit, † non potest reuiuiscere, *l. si. C. de instit. & substi.* vbi, quod semel est repudiatum, non conceditur reintegrari. Ad idem est tex. *in l. 1. §. proinde. ff. si quid in fraud. patro. gl. magna, in princ. ver. vel fuit in mora, in l. 1. C. de instit. & substit.* vbi Doctores inferunt, quod si mulier, cui legatum est sub conditione si nupserit Titio, recuset semel nubere, non ha-
26 bebit † legatum, si deinde mutata voluntate dixit velle nubere Titio. Et hoc Castren. ibi, *num. 4.* dicit notabile, quia conditio semel deficiens non reuiuiscit, & dicit ibi Iason, quod in conditionibus implendis non purgatur mora, & Dec. *num. 7. & sequen.* subdit, quod non purgatur etiam in continenti, & comprobaui latè *in cons. 157. num. 19.* ideo quando semel vxor desinit habitare, deficit conditio, & si redeat ad cohabitandum, non resurgit conditio, quæ ob defectum perierat.

Hæc opinio videtur vera, quando legatum est vnicum, & quando dicitur, si habitauerit: at vbi est multiplex & annuum, vt quando dicitur, *donec, quousque, quoad, quamdiu habitauerit*, vel testator similibus dictionibus vsus est importantibus annuum legatum, tunc videtur quod liceat vxori legatum recuperare, vt dixi sæpius. Et attenditur conditio
27 personæ † quę est in principio cuiusque anni, *l. cum in annos, ff. de annu. leg. Bart. in l. Titia, cum nuberet, §. Titia, num. 11. in fi. ff. de leg. 2. vbi sequuntur omnes Doctores, alios citat Paris. in cons. 95. num. 44. volum. 2. Caualcan. de vsufruct. mulie. relict. num. 115.* In quibus locis dicunt, quod tot censeatur legata quot anni, & singulo anno, vnum est legatum, & cedit in principio cuiusque anni, & in principio cuiusque anni inspicitur, an persona sit habilis, & conditio purificetur, propterea inferri videtur, quod etsi anno præcedenti legatum non debeatur, ex quo vxor non habitabat, tamen debeatur pro sequenti, quando incipit habitare. Et ad hoc videtur tex. *in l. pater Seuerinam, §. fi. ff. de cond. & demon.* vbi fideicommissum
28 annuum liberto † relictum, quamdiu administraret res filiæ patroni, debetur liberto cum primum non administrasset recusante filia deinde cœpit administrare. Et dicit Bar. *in d. l. 1. ff. de cond. & demon.*

quod dictiones prædictæ, *quandiu, donec & similes,*
29 habent † quandam virtutem repetitiuam, vt impedimento cessante suum reassumant effectum. Et hanc partem tenere videtur Dec. *in cons. 621. nu. 1. & colum. fi. ver. non obstat quod legatum.* vbi tenet, quòd statibus prædictis dictionibus legatum reassumat
30 vires, quando vxor incipit habitare, † sed declarat non procedere hæc, quando cohabitatio non est eiusdem vtilitatis, & non præstat effectum consideratum à testatore, vt quia dixi, filia iam sit nupta & non egeat custodia, & concordat cum Ruin. *in d. cons. 46. volum. 2.* Sed vbi habitatio præstat eundem effectum, vult, quòd etsi à principio defecerit, tamen reuiuiscat, & ad contraria responderi potest, quòd tunc conditio non reuiuiscit semel extincta, quando adiicitur vni legato, sed quando mul-
31 ta sunt legata, † & ea sunt annua: tunc licèt deficiente conditione pereat legatum illius anni, tamen non perit legatum sequentiũ annorum, quia sicuti plura sunt legata, ita plures sunt cõditiones, quarum vna extincta, remanent alteræ, & vnum quodque legatum suam habet conditionem. Aliqua de his ponit Caualca. *de vsufruct. mulie. relict. num. 117.*

Quando autem legatum videatur factum fauo-
32 re † legatarij, & quando fauore eius, cum quo erat morandum, videri poterit apud eos, quos citaui *in d. priuileg. 24.* & ponit Rot. Bonon. *decis. 98. num. 2. & seq.* vbi ponit tres coniecturas pro muliere legataria, *Socin. iun. cons. 108. volum. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Alimenta relicta aut promissa ob causam aliquam, finiuntur extincta causa.*
2 *Causa legati cessante legatum cessat.*
3 *Onus sicuti determinatur secundum commodum, ita commodum determinatur secundum onus.*
4 *Alimenta debita propter dotem taxantur secundum dotis quantitatem.*
5 *Dispositio quælibet restringitur ad suam causam.*
6 *Onus quando cessat, ipsa quoque cessat præstatio, quæ fit ratione oneris.*
7 *Grauamen vbi est causa commodi, cessante grauamine, cessat commodum.*
8 *Causa impulsiua legati cessante non cessat legatum, secus in causa finali.*
9 *Causa impulsiua cessante non cessat effectus.*
10 *Vsusfructus relictus ad effectum doctoratus extinguitur sequuto doctoratu.*
11 *Causa semper præsumitur impulsiua in dispositione hominis.*
12 *Legatum non extinguitur, si cessat vna ex pluribus eius causis.*
13 *Necessitas. Relictum pro necessitate debetur etiam non subsistente necessitate.*

QVÆSTIO V.

EODEM modo, quando alimenta relicta
1 sunt ob causam, cessant quamprimum cessat † causa propter quam relicta sunt, *l. Seio amico, in princ. ff. de annu. leg.* per quem text. ita legato alimentorum dicit Socin. *in cons. 68. num. 1. volum. 1.* & idem dicit Dec. *in cons. 621. in princ.* Et ratio est, quia legatum factum ob certam aliquam causam, determinatur secũdum illã, *vt in d. l. Seio,* &
2 cessante causa legati cessat † generaliter omne legatum, *l. qui tutelam, in princ. ff. de testam. tuto. l. tutor petitus, §. 1. ff. de excusat. tuto. l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de legatis, 2. Bart. in l. demonstratio falsa, §. quod autem, q. 8. ff. de cond. & demonst. Tiraquel. in tract. cessan. cau. part. 1. num. 121. Bero. in cons. 32. num. 3. volum. 2.* & onus sicuti regulari debet secundum commodum, ita com-
3 modum determinari † debet secũdum onus, propter quod defertur, *argumento l. secundum naturam, ff. de reg. iur. Bal. Ang. Alexan. in l. planè, §. si duobus. ff. de leg. 1.* & in simili dicimus, quod alimenta propter dotem debita taxantur secundum quantitatem do-
4 tis, † vt est text. *in l. cum auus, §. fina. vbi Bar. ff. de alimen. & cib. leg. Rom. in fin. g. 538.* vbi dicit, hunc casum esse singularem, & dixi *in cons. 150. num. 38.* Et est regulare,
5 quòd omnis dispositio restringitur † ad suam causam, *dicto §. dulcissimis,* per quem Ange. *in l. obligatione generali, colum. 2.* dicit, quod dispositio restringitur per rationem secundum causam suam, vbi subdit, textum illum esse meliorem, qui possit allegari. Et dicit Bart. *in dicta l. Seio, in summario,* quod secundum causam annexam determinatur quidquid sit ob aliquam causam, & procedit non solum in testamentis, vt ibi, sed etiam in contractibus, *vt post Alber. ibi tenet decis. Pedem. 98. num. 3.* Præsta-
6 tio quæ fit respectu oneris deficit quandocunque onus ipsum cessat, *l. generaliter. §. 1. C. de sacrosanct. eccles. Roman. in cons. 417. num. 4.* Et quando grauamen
7 est causa † commodi, cessante grauamine, cessat commodum, *l. eum qui, in princip. ff. de iureiur. & ibi ponit Barto. in summario, & Ias. num. 1. qui infert ad alias decisiones.*

Prædictam tamen decisionem intellige, quando causa legati erat finalis, secus si foret solum im-
8 pulsiua, † quia tunc licèt cesset, non tamen extinguitur legatum, *l. cum tale. ff. de cond. & demonst.* & est generaliter verum, quod effectus non cessat causa
9 impulsiua † cessante, *l. 2. §. fina. vbi glos. Bart. & alij, ff. de donat. l. 1. §. sexum, vbi glos. Bart. & alij, ff. de postulan. infinitos ad hoc cumulat Tiraquel. in tracta. de cessan. cau. limit. 1. num. 1. & pluribus sequen. Paris. in cap. cum cessante, in princ. limit. 1. de appellat.* Et per hanc rationem ita dicit in legato vsusfructus relicto ad effectum, vt le-
10 gatarius possit se sustentare † in doctoratu, & aliis occurrẽtiis, Cæph. *in cons. 81. num. 8.* qui subdit, quòd quidquid sit in legis dispositione causa, in dispositione hominis semper † præsumitur impulsiua, *gl. & Bar. in l. cum tale, §. falsum, ff. de cond. & demon. Bal. in l. generaliter, colum. 2. C. de episcop. & cler. Tiraq. d. limit. 1. num. 29. vbi latè agit.*

Alio etiam modo Cæpha. loco prædicto, *nu. 14.* limitat præcedentem conclusionem, vt procedat, quando causa est vnica, at si plures sint causæ & v-
12 nica † cesset, vel non omnes cessent, tunc non cessat legatum, *§. affinitatis, Instit. de nupt. Bal. in d. l. generaliter, num. 2. Zuccard. in l. fi. num. 24. in 4. limit. C. de edicto diui Adria. tollen. Tiraq. in d. tract. in 22. limitatio.* Sufficit enim, *vt Cæph. inquit,* ad legati sustẽtationem, quod supersint aliquæ reliquiæ cessantis causæ, *secundum Barto. & alios, in l. 2. §. fi. ff. de donationib.* & generaliter

hæc

hæc deciſio poteſt limitari omnibus iis modis, quibus limitatur regula quæ vult, quod ceſſante cauſa ceſſet effectus. Inferàs igitur ab illis limitationibus ad cauſam alimentorum, quia niſi expreſsè reperiatur cauſa alimentorum priuilegiata, rectè à regula infertur ad ſpecialem deciſionem. Et licèt Cæpha. in ſuo caſu procedat per regulas, tamen poterat allegare Corne. *in conſ. 187. colum. pen. ver. his tamen non obſtantibus, volum. 2.* quiloquendo de legato alimentorum, dicit, quòd reli-
13 ctum † pro neceſſitatibus ſuis, vel ſua ſuſtentatione debetur, etiam ſi neceſſitas non ſubſit, quia cauſa non eſt finalis, ſed impulſiua, allegat Bal. & dixi in tit. quando cenſeantur relicta alimenta, in quæſtione incipien. dixi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Legatum in dubio cenſetur relictum contemplatione propriæ perſonæ, cui legatur.*
2 *Relictum ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorem in dignitate.*
3 *Epiſcopo relictum tranſit ad ſucceſſorem in epiſcopatu.*
4 *Legatum factum corpori quod non moritur dicitur perpetuum.*
5 *Relictum in dubio videtur factum contemplatione officij, etiam ſi vtrumque nomen exprimatur, vel etiam ſolum nomen proprium.*
6 *Vniuerſitati relictum videtur quidquid ſyndicis vel conſulibus fuit legatum.*
7 *Canonicis ſi quid fuit relictum illud omne debetur eccleſiæ. limita, num. 13.*
8 *Relictum conſanguineo videtur factum contemplatione ſanguinis, non officij.*
9 *Conſanguineo pauperi relictum videtur ſanguinis, non paupertatis intuitu relictum.*
10 *Amicus. Locum habent in valde amico, quæcunq; de conſanguinis in iure dicuntur.*
11 *Amico relictum cenſetur contẽplatione amicitiæ legatũ.*
12 *Alimenta relicta rectori eccleſiæ quoad vixerit, non tenetur ad ſucceſſorem in beneficio.*
13 *Canonico relictum non debetur eccleſiæ, nec cenſetur relictum intuitu eccleſiæ, ſed ipſius legatarij.*
14 *Legatum non cenſetur relictum contemplatione dignitatis, quando legatarius gerit vices alterius.*
15 *Legatum non præſumitur factum intuitu dignitatis, quando ea ſubalternatur alteri.*
16 *Legatum continens certam præſtationem factum ciuitati, finitur centum annis.*
17 *Legatum annuum, & legatum vſusfructus æquiparantur.*
18 *Eccleſiæ vbi relinquitur aliquid annuum, finitur præſtatio centum annorum ſpacio.*
19 *Vſusfructus ciuitati relictus, præſumitur relictus incolis.*
20 *Canonicis relictum acquiritur toti collegio, non ſingulis eorum.*
21 *Legatum annuum eccleſiæ aut ciuitati relictum, extinguitur diſtructa ciuitate vel eccleſia, etiam ante centum annos.*
22 *Ciuitas dicitur mori, quando ſubiicitur aratro vel banno imperiali, vel aliter deſtruitur.*
23 *Perpetuum reſpectu ciuitatis dicitur donec ciuitas remanet.*
24 *Caſtro diruto expirat cenſus promiſſio facta pro defenſione Caſtri.*
25 *Eccleſia deſtructa redditus illius applicantur ſuperiori, vel Papæ.*
26 *Alimenta relicta ab hæredibus infraſcriptis non præſtantur ad vitam legatarij, ſed donec viuit hæres grauatus.*
27 *Infraſcriptus dictio, reſtringitur ad eos qui corporeis oculis legi poſſunt, non ad alios.*
28 *Fructus fundi relinquere, vel aliquid relinquere præſtandum de fructibus fundi, paria ſunt.*
29 *Vſusfructus relictus eccleſiæ vel ciuitati, extinguitur ſpatio centum annorum ne proprietas perpetuo ſit inutilis.*
30 *Alimenta relicta de fructibus fundi, non ſunt perpetua, etiam ſi relinquantur eccleſiæ, vel ciuitati, ſed vide ibi de veritate.*

QVÆSTIO VI.

QVIA diximus, legatum alimentorum finiri cum vita legatarij, an hoc procedat, quando reliquitur rectori alicuius eccleſiæ vel parocho, vel epiſcopo, vel aliis exiſtentibus in dignitate, vel habentibus officium, vt ſcilicet deſinant alimẽta deberi, quando is moritur, vel aliter decedit officio, an vero tranſeat ad ſucceſſorem. Et primo quidem aſpectu videtur, quòd extinguatur cum ipſa perſona, quia in dubio cenſetur quid relictum contemplatione pro-
1 priæ perſonæ, † non autem alterius, vt inquit Bal. *in l ſi. num. 6. C. quib. ad libert. proclama. non licet. ſequitur Manti. in tract. de conject. vlt. volun. lib. 8. tit. 16. num. 2.* Sed in contrarium eſt veritas, quia relictum alicui ſub
2 nomine dignitatis, † tranſit ad ſucceſſorem in dignitate, *l. quod principi, vbi Bar. ff. de leg. 2. vbi loquitur de eo, quòd principi relictum eſt, Iaſ. in l. qui liberis, §. hæc verba, in fi. ff. de vulg. & pup.* Et idem eſt quando relinquitur
3 epiſcopo, quia † venit etiam ſucceſſor, *vt probatur in c. requiſiſti, de teſtam. Bar. in d. l. quod principi, in fi. Mant. in tract. de conject. vlt, volunt. tit. 17. num. 1. lib 8.* & tale relictum tanquam factum dignitati, quæ nunquam
4 moritur, eſt perpetuum, † *l. tutor petitus. §. quæ tutoribus, ff. de excuſ. tuto.* notant Doctores *in c. ſi. de teſtam. in 6.* & in terminis dicit Bal. *in conſ. 126. volum. 5.* quod vbi victus & veſtitus relinquitur rectori eccleſiæ, cenſetur relictum eccleſiæ, & tranſit ad ſucceſſorem, & non extinguitur cum vita rectoris, *ſequitur Duran. de arte teſtan. tit. de leg. caut. 60. num. 3.* & procedit hoc non modo, quando ſolum exprimitur nomen officij & dignitatis, vel quando vtrunque nomen proprium ſcilicet & officij exprimitur, ſed et-
5 iam quando ſola fieret mentio nominis † proprij, *vt voluit gloſ. in d. cap. requiſiſti, in ver. nec eſt, & ibi eam ſequitur Abb. & communem dicit Didac. num. 7. ver. poſtremo ex his deducitur, vbi reprehendit Card. contrarium tenentem.* Qui enim Petro legat quem ſcit præeſſe eccleſiæ, videtur ipſi eccleſiæ legare. Ideò dicũt Cyn. Bal. & alij, *in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ.* quod legatum factum
6 ſyndicis vel conſulibus, cenſetur † factum communitati, *ſequitur Rub. Alexan. in conſ. 138. num. 8. Mantic. dicto titu. 17. numero 4.* & dicit l. *2. ff. de rebus dub.* quod legatum ciuibus relictum, acquiritur ipſi ciuitati,

atque

7 atque ibi infert Bart. quod legatum † canonicis factum, debetur ecclesiæ, non ipsis canonicis, *sequitur Rube. loco prædicto, & ante eum Barb. in cons. 1. nu. 16. volum. 4. Pet. Perus. in tract de quar. canon. c. 4. ver. tertio principaliter.* Sed in hoc casu contrarium est verius, quia ipsis canonicis acquiritur non ecclesiæ, *vt voluit glos. in c. pontifices, 12. quæstio 3. glos. in dicto cap. requisisti. in ver. nec est, vbi Butrig. & Abbas eoque loci, Didacus num. 10. allegando Barbat Soc. & alios testatur de communi.* quando ergo acquiritur ecclesiæ seu intuitu ecclesiæ relinquitur, tunc debetur etiam successori.

Limitatur tamen hæc opinio, vt locum non habeat, quando non fuit relictum intuitu dignitatis, vel officij, sed contemplatione personæ, eo enim casu legatum alimentorum extinguitur cum ipsa persona, cui debetur. Pluribus autem in casibus cessat intuitus dignitatis, & primo, quando is, cui legatum est, remanet affinitate coniunctus, tunc
8 enim videtur relictum contemplatione † consanguinitatis, *glos. in cap. fina de testamen. in sexto.* est text. *in l. penult. ff. de reb. dub.* vbi Barto. dicit, hoc procedere, etiam si expressum sit nomen dignitatis. Ad idem est text. *in cap. quoniam Abb. de offic. deleg.* vbi Abbas, Felin. & Dec. loquuntur de legato relicto Episcopo, *Castren. in d. l. penult. Bal. in dicto cap. quoniam Abbas, Socin. in cons. 34. colum. 2. volum. 3. Baldus in dicto cons. 28. volum. 5. Didac. dicto cap. requisisti, num. 1. ver. prius tamen quam,* & facit quod voluit Baldus *in Authen. similiter, num. 5. C. ad leg. Falcid.* vbi dicit, quod legatum
9 factum consanguineo pauperi, † censetur potius factum intuitu sanguinis, quam paupertatis, *sequitur Roma. num. 3. Dec. in cons. 120. num. 4. Cæph. in cons. 216. num. 23. de hoc tamen vide Tiraquel. in tract. de pia cau. in præfat. colum. nubi 7. ver. quod adeo verum est, vbi latè agit, & Manti. qui etiam declarat, lib. 6. tit. 3. num. 19.* Sed quid quando sit pauperi: certum est, quòd vbi sit rectori ecclesiæ qui sit consanguineus, præsumitur factum contemplatione affinitatis, etiam si solum nomen officij fuerit expressum, *Alcia. in tracta. præsum. reg... præsum. 28. num. 1. quod tamen declara secundum Manti. lib. 6. tit. 12. num. 4.*

Secundo non censetur intuitu officij factum, quando relinquitur valdè amico, quia quæcun-
10 que disposita in consanguineis, locum habent † in valdè amicis, *Cyn. in l. inuitus, colum. 4. ver. ex his pendet, C. de procurat. Alexan. in l. cum alienam, vbi Ias. colum. 2. C. de lega. Ias. in l. exigendi, colum. 2. & colum pen. C. de procu-*
11 *rat. Marsil. in rub. de fideiussor. num. 234.* Et in † specie nostra hoc voluit glos. *in d. c. requisisti, in ver. præsumitur, & eam sequuntur ibi omnes Doctores, Alciat. d. præsum. 28. num. 1. Abb. Socin. Marsil. Tiraq. & Cotta, quos citat Didac. d. c. requisisti, num. 7.* vbi dicit communem, aduertens tamen, quod amicitia non debet esse leuis, sed maxima; non vulgaris, sed singularis, & Doctores prædicti ponunt plures effectus istius amicitiæ, & volunt eam comparari ferè in omnibus consanguinitati, & producere eosdem effectus. Sicuti ergo relictum consanguineo, videtur factum contemplatione sanguinis, ita relictum amico videtur factum contemplatione amicitiæ.

Tertio declara, vt legatum finiatur morte rectoris, quando testator relinquit quoad vixerit,
12 tunc enim non transit † ad successorem. Ita determinat Duran. *d. tit. de lega. caut. 60. num. 3.* vbi allegat Docto. *in l. annua, §. 1. ff. de annu. leg. in d. c. requisisti, Bal. in d. cons. 126. volum. 5.* quorum tamen nemo dicit explicitè. Sed credo hãc decisionem esse veram, quia dum testator mentionem facit de vita, iam non videtur habuisse respectum ad ecclesiam, quia ea semper viuit, & nunquam moritur. Et licèt ecclesia priuata dicatur mori, quando destruitur, vel dissoluitur authoritate Pontificis vel aliter, tamen inspecto communi vsu loquendi non dicitur vere mori, nec viuere.

Quarto limitatur præcedens conclusio, quan-
13 do relictum est canonico, non † canonicis: tunc enim non acquiritur ecclesiæ, nec videtur intuitu ecclesiæ relictum, *vt voluit glos. in d. cap. requisisti, vbi Didac. num. 10.*

Declarat etiam quinto loco Bar. *in d. l. quod principi,* vt non habeat locum, quando relinquitur vi-
14 cario, vel alij qui habet ab alio dignitatem, † & qui alterius gerit vices. Mouetur ex *l. si Augusta, ff. de leg. 2.* & idem in quacunque subalterna dignitate, voluit
15 † Bal. *l. in hac consultissima, num. 2. C. qui testam. face. poss. latè Manti. d. tit. 17. num. 3.*

Cum ergo legatum alimentorum relictum dignitati transeat ad successorem, & non finiatur morte eius, cui est relictum, videndum est quanto tempore finiatur. Et certum est, quòd legatum continens perpetuam præstationem, si relinqua-
16 tur ciuitati, finitur † centum annis *l. pen. ff. de annu. leg. & ibi notat glos. ad idem est tex. & glos. in l. si vsusfructus municipibus. ff. de vsufruct. leg.* & ibi etiam probauit
17 Bart. nam legatum annuum, & † legatum vsusfructus æquiparantur, *l. & in singulis, la 2. ff. de annu. lega.* & procedit etiam, quando relictum fuit vt in perpetuum præstetur, secundum Doctores præcita-
18 tos, imo locum vendicat etiam vbi relinquitur ecclesiæ per glos. Vgon. & Bart. *in d. l. si vsusfructus.* ita etiam tenent Iacob. de Rauen. & And. de Pis. quos citat Nicola. de Neap. *in dicta l. si annuam pecuniam, Anchar. in cap. fina. de testamen. Petrus de Perus. in tract. de quart. canon. in 7. quæstio. princip. colum. 4.* Et hanc opinionem testatur esse magis communem Alexan. *in cons. 60. volum. 1.* dicens, ab ea non esse recedendum in iudicando, *Cardin. Zabarel. in cons. 66. statuto ciuitatis Trigesti, vbi dicit communem, Anan. in cons. 39. præsupposito quod legatum, Barb. d. cap. fina. colum. fi. Alexan. in l. 3. §. fina. ff. ad leg. Falcid. idem Alexan. in l. 2. in princ. ff. solu. matrim. vbi Lancello. Dec. & Hercul.* Est verum, quod contrarium voluit Roger. *in d. l. si vsusfructus,* quod scilicet legatum annuum relictum ciuitati non extinguatur cursu centum annorum, sed producatur in infinitum quousque durabit ciuitas, cum eo transit Alber. ibi, Barbat. *in cons. 20. volum. 4.* vbi contra Alexan. *in d. cons. 60.* in eadem facti contingentia, hanc quoque partem amplectitur Ias. *in d. l. 2. in princ. ff. solu. matrimo.* vbi etiam Taurinens. & Ripa, *num. 3. Socin. in d. l. 3. §. fina. num. 6. ver. & ex his ego infero, ff. ad legem Falcid. Didac. lib. 3. variar. resolutio. cap. 19. num. 10.* vbi latè hanc partem defendit attestando post Alber. quod de consuetudine seruatur, sed Cotta in memor. incipien. perpetuum, dicit, quòd

in pra-

in practica durum esset recedere ab opinione Bartoli, quæ plures habet sectatores. Et verè ea est communis, & minus grauat hæredes. Et ratio est, quia sicut homo præsumitur viuere vsque ad centum annos, ita ius ciuitatis durat centum annis, *secundum Bal. in d. l. an vsusfructus, ff. de vsufruct. sequitur Alexan. in d. cons. 60. circa medium.* Sed hæc ratio meo iudicio est futilis, quia hæc est præsumptio, quæ cedit veritati, propterea quid si ciuitas subsisteret lapsis centum annis, nonne tunc cessaret præsumptio? alia autem ratio est quia vsusfructus & legatum annuum æquiparatur, vt dictum est. Sed huic rationi respondent Bal. Salic. Castren. Ias. & alij, *in l. annalibus, C. de lega.* quia scilicet, nisi legatum vsusfructus extingueretur spatio centum annorum proprietas esset inutilis. Hæc autem ratio cessat in legato annuo, *sequitur Ripa d. l. 2. num. 3.* vbi addit,
19 quod vsusfructus † relictus ciuitati, præsumitur incolis relictus, qui non possunt viuere vltra centum annos. Sed hæc ratio est falsa, quia etiam futuri incolæ veniunt, quando aliud quam vsusfructus relinquitur, imò non est verum, quòd vsusfructus videatur eo casu relictus incolis, nam censetur ciuitati & vniuersitati, vel collegio relictus, licèt aliud sit, quando ciuibus relinquitur, *vt dixi suprà*, facit, quia canonicis relictum acquiritur col-
20 legio, non † autem singulis, *Abb. Cardin. & Barbat. in cap. requisiti, de testam. vbi Didac. in fine, qui citat etiam alios.* Intelligi autem poterit ex prædictis, quando finiatur legatum alimentorum relictum vniuersitati vel ecclesiæ, vel collegio, vel cuicunque alij episcopo rectori, vel aliter habenti dignitatem, quòd si teneamus finiri centum annis, non obstabit decisio Baldi, *in d. cons. 126. volum. 5.* dicentis esse perpetuum, quia dicitur perpetuum quidquid durat centum annis, *vt per Doctores in locis prædictis*, dubia tamen est sententia, quia vt vides multi contrarium tenent.

Sed si ciuitas, vel ecclesia ante cursum centum
21 annorum destrueretur, legatum expiraret, † *vt inquit Rip. d. l. 2. in princ. num. 4. ver. benè fateor, ff. solu. matrimo.* Nam etiam ciuitas moritur, vt quando im-
22 periale bannum patitur † vel aratro subiicitur, vel casmate, aut fluminis impetu perit, secundum Bal. *in tit. de pace, Constan. num. 8.* vbi dixit, quod perpe-
23 tuum perspectu ciuitatis dicitur, † donec vixerit ciuitas, *sequitur Barbat. d. cons. 20. colum. 4. vbi idem dicit in ecclesia, & facit l. formam, §. illam, ff. de censib. & l. 2. C. de alluuionib. & palud.* vbi deficiente re, cui census debetur, extinguitur etiam census. Et dicit Roma.
24 *in cons. 417. per totum*, quod promissio census † facta pro tuitione & defensione castri, expirat diruto castro, per quod facta fuerat, videtur tamen quod in ecclesia sit aliud, & quòd destructa ecclesia alimenta transeant ad superiorem, puta ad Pontifi-
25 cem, ita enim fit de aliis ecclesiæ redditibus, † *vt declarat Bart. in l. fina. num. 22. ff. de colleg. illicit.* sed hoc posset procedere in reddito certo, qui fuit ipsi ecclesiæ relictus, is enim transit ad superiorem: sed aliud est in alimentis, quæ licèt contemplatione ecclesiæ relinquantur, iis tamen debentur, qui seruiunt in ea ecclesia, propterea cessante seruitute cessat relictum, & alimenta vni relicta non sunt alij præstanda: aliud enim sunt in persona vnius, aliud in persona alterius, *vt dixi inter priuileg. alimen. in priuileg. an alimenta cedi possint.*

Si quis tamen probet sententiam Rogerij contra Barto. & Alexan. limitare eam debet, vt non procedat, quando testator alimenta relinqueret
26 præstanda ab infrascriptis † hæredibus, tunc enim legatum extinguitur per mortem hæredum scriptorum, quibus iniunctum fuit onus præstandi illud, *ita declarat Crot. in d. l. 2. in princ. num. 4. ff. solu. matrim.* Mouetur ex eo quod voluit Bart. *in l. liberis, §. hæc verba, in fi. ff. de vulg. & pupil.* vbi inquit dictiones prædictos, vel infrascriptos, referri solum ad eos,
27 qui corporalibus oculis † legi possunt, & propterea non venire hæredem hæredis scripti. Ita adducit Bart. *in cons. 214. volum. 1.* vbi, si testator mandat legata solui per infrascriptos hæredes intra biennium, alias substituit hospitale, vult, quòd hæredibus ante biennium decedentibus, non facta solutione, hospitale nihil omnino prætendere possit, quia onus est iniunctum limitatè hæredibus nominatis. Addo Imo. *in l. si quis filium, §. fi. ff. de acquihæred.* vbi si testator relicta dote filiæ mandet, eam infrascriptis hæredibus restitui, casu quo decedat ante contractum matrimonium, nõ peruenit dos ad hæredes hæredum, qui ante filiam decesserunt, licèt nuptui nõ fuerit tradita, sed remanebit apud hæredes filiæ, quia substitutio restricta est ad hæredes scriptos. Et subdit Imo. se ita consuluisse Faentiæ, sequitur Aret. ibi, dicens, hanc opinionem esse verissimam, & illa relatio operatur idem, ac si hęredes fuissent proprio nomine expressi, *l. Titia, §. fina. l. pluribus, in princ. & ibi Aret in. ff. de verborum obligationib. faciunt etiam quæ ponunt Castren. Alexan. Ias. & alij, in l fina. C. de hæred. instit. u. Ruin. in cons. 29. num. 4. & sequen. volum. 2. Duran. de arte testan tit. 6. de legatis. caut. 60. numero 2. dixi in consilio 123. numero 13.* Cum ergo alimenta relinquuntur limitatè ab hæredibus infrascriptis, extinguitur legatum cum vita hæredum scriptorum, & non transit onus ad secundos hæredes.

Limita secundo, quando alimenta præstanda essent de fructibus alicuius fundi, quia tunc finitur legatum cursu centum annorum, ex ratione,
28 quia paria sunt fructus fundi relinquere, † vel aliud præstandum de fructibus fundi, *l. cum ita legatum, in fine, ff. de vsufruct. lega.* at vbi vsusfructus lega-
29 tur ecclesiæ vel ciuitati, finitur spatio † centum annorum, ne proprietas sit semper inutilis, *l. si vsusfructus municipibus, ff. de vsufruct. lega. & dixi suprà.* ergo idem esse debet, quando aliquid relinquitur
30 præstandum de fructibus fundi, *ita † restringit Crot. in d. l. 2. in princ. num. 3. ver. hæc tamen opinio.*

Hæc limitatio benè procederet, quando fundus alicui fuit singulariter relictus cum onere præstandi certum quid in singulos annos, ex fundi fructibus, vel etiam, quando onus æquat fructus fundi relicti, quia tunc subest ea ratio, ne proprietas sit semper inutilis, sed vbi plures fundi fuissent relicti, & ex fructibus vnius præstandum esset legatum annuum, vel etiam, quando pars

fructuum

fructuum sufficeret præstando oneri, tunc cessaret ratio, & consequenter æquiparatio non procederet, sicuti dicimus non valere rationem æquiparationis inter annuum legatum, & legatū vsusfructus in controuersia, de qua supra mentionem fecimus inter Barto. Roge. & alios: argumentum enim æquiparatorum non habet locum, quando subest diuersa ratio, vt sæpius dictum est, & sunt iura vulgata, quæ non est necesse repetere.

SVMMARIVM.

1 *Spurio relictum in causam alimentorum non transit ad hæredes, sed eo mortuo reuocatur à dante.*
2 *Rube. Alexan. in cons. 23. reprobatur.*
3 *Dos data filiæ spuriæ, reuertitur ad patrem dotantem, vel illius hæredes mortua filia.*
4 *Menoch. in cons. 60. num. 29. quomodo intelligi debeat.*
5 *Spuriæ filiæ dos relinqui potest cum adiectione, quod transeat ad illius hæredes.*
6 *Dos filiæ data à patre, redit ad dotantem mortua.*
7 *Dos filiæ ea mortua non redit ad dotantem inspecta consuetudine Martini.*
8 *Dos filiæ non redit ad dotantem inspecto iure canonico.*
9 *Bart. in l. fi. num. 7. ff. de his, quib. vt indign. quomodo intelligatur.*
10 *Argumentum valet de quantitate ad tempus.*
11 *Dos data filiæ spuriæ non reuocatur marito viuente, licèt excedat modum alimentorum, secus eo mortuo.*
12 *Dos filiæ spuriæ promissa reuocatur statim quatenus excedit alimenta, licèt aliud sit, quando fuit promissa marito.*
13 *Genero datum, censetur filiæ datum contemplatione.*
14 *Dos data filiæ spuriæ non reuocatur à marito qui ignorauit eam esse spuriam, & ibi de veritate.*
15 *Maritus est dominus dotis.*
16 *Vxoris persona non attenditur in dote.*
17 *Compensatio non fit, quando pater dotem promisit genero, & filiæ aliquid pro dote legauit.*
18 *Dotata non excluditur à statuto, quando dos fuit marito promissa, non vxori.*
19 *Spurius cui fundus fuit relictus ad alimenta, tenetur cauere de illum restituendo post mortem.*
20 *Spurio quando fundus relinquitur ad alimenta non venit proprietas, sed solus vsusfructus.*
21 *Spurio datum ad alimenta vel in dotem cum pacto quod transeat ad hæredes, non erit restituendum.*
22 *Spurio licèt legari non possit, tamen potest relinqui nepoti ex eo.*
23 *Dos data filiæ spuriæ cum pacto, quod transeat ad hæredes, non restituitur post mortem filiæ.*
24 *L. fina. C. de natural. liber. locum habet etiam in filiis spuriis.*
25 *Nepos ex spurio filio non potest instituí contemplatione patris.*
26 *Nepoti ex filio spurio relinqui potest contemplatione propria.*
27 *Auus in dubio videtur infanti nepoti relinquere contemplatione patris, non filij.*
28 *Contemplatione patris aut filij an relictum sit, ex coniuncturis iudicatur.*
29 *Auus in dubio censetur relinquere contemplatione nepotis, non filij.*
30 *Aduentitium dicitur id, quod auus tradidit, vel reliquit nepoti.*
31 *Spurio relinqui non potest ab eo, qui filios habet legitimos.*
32 *Legitima proles dicitur extare, quando extant filij legitimi, vel nepoti ex eis.*
33 *Spurio potest vncia relinqui à patre legitima sobole extante.*
34 *Auus potest vnciam relinquere nepoti ex filio spurio etiam stante legitima prole.*
35 *Auus non potest aliquid relinquere nepotibus ex filio incestuoso, & vide ibi de veritate.*
36 *Nepoti ex filio genito per incestas nuptias nihil relinqui potest, secus si nuptiæ non erant incestæ.*
37 *Incestarum nuptiarum pœna non habet locum, quando non nuptiæ, sed sponsalia contracta sunt.*
38 *Incestæ nuptiæ non subiiciuntur pœnis ordinariis, quando contrahuntur cum ea infideli, vel alia.*
39 *Incestus pœna ob nuptias differt ab incestu qui committitur per fornicationem.*
40 *Qualitates statuti probat quicunque vult vti statuto.*
41 *Incestuosus non dicitur, qui non est natus ex matre consanguinea.*
42 *Incestuosi filij, qui verè dicantur, remissiuè.*
43 *Incestus dicitur solum quando coitus est cum muliere sanguine coniuncta.*
44 *Fornicatio simplex committitur quando mulier miscetur cum clerico.*
45 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
46 *Extensio non admittitur in odiosis.*
47 *Dos filiæ spuriæ non redit ad dotantē stante pacto, quod ea sine filiis decedente, vir lucretur dotem.*
48 *Dos filiæ spuriæ non redit ad dotantem, quando statutum disponit, quod maritus lucretur dotem vxore decedente sine filiis.*
49 *Contrahere videtur quilibet secundum formam statuti.*
50 *Antecedens qui vult, censetur velle omne consequens necessarium.*
51 *Maritus ex pacto vel statuto non acquirit fundum, cuius fructus fuerunt filiæ spuriæ dati in dotem.*
52 *Spurius iure Hispanorum transmittit ad hæredes, id quod fuit sibi datum pro alimentis.*
53 *Statutum dicitur ius commune quoad territorium statuentium.*
54 *Alimenta data in vno fundo transmittuntur ad hæredes, quando valor fundi non excedit modum alimentorum.*
55 *Solutio particularis est incommoda, & minus debito continet.*
56 *Plus soluere dicitur, qui ante diem soluit.*
57 *Spurio datum pro alimentis repetitur si filius postea efficiatur diues.*
58 *Legatum pro alimentis euanescens propter diuitias alimentarij resurgit superueniente necessitate.*

QVÆSTIO VII.

SPVRIO alimenta non solum relinqui posse, sed deberi à patre, suo loco expressimus, ob eamque causam diximus sustineri legatum alicuius prædij eidem factum: sed quia alimenta morte finiuntur, ideo si spurio ob eam causam aliquid datum, vel relictum sit, id

sit, id omne mortuo spurio hæredes patris reuo-
1 cant, nec vlterius † apud hęredes spurij permanere permittitur, *ita Bal. in l. eã quam, num. 41. C. de fideicom.* vbi, si aliquod podere relinquatur spurio in alimenta, non transit ad hæredes, non ratione proprietatis, quia quoad eam non valet relictum, non etiam ratione alimentorũ, quia illa finiuntur morte, *l. cum hi. §. si vni, ff. de transactio. l. dominus, §. fina. ff. de vsufruct.* Hoc etiam voluit Azo *in summa, C. de natura. libe.* vbi ait, quòd quidquid à patre peruenit ad spurium, id omne ad patris hæredes reuertitur. & est *in l. 1. C. de natura. libe. vbi Bart. hoc notat, idem Bar in l. fi. num. 7. ff. de his, quib. vt indign. latè Dec. in cons. 111. colum. fina. Caccialup. in l. si qua illustris, num. 92. & sequen. C. ad Orfician. vbi sequitur Bal. in locis prædictis, & præter eos Abbas in cons. 50. & in cons. 115. num. 4. volum. 2.* vbi inquit, quòd legitimi descendentes à filio spurio, nõ possunt ex persona patris, aspirare ad fundum sibi relictum pro alimentis, *Lup in repe. c. per vestras, in 3. not. §. 24. num. 2. in fi. & num. 4. & pluribus sequentib. de donatio. inter virum & vxor. allegat Bal. in quodam consilio Ripa in l. 1. num. 67. ff. solu. matrim. Didac. in epito. sponsa. in secunda par. cap. 8. §. 6. num. 15. Mantica, de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 5. num. 13. Menoch. de arbit. iudic. casu 169. num. 20. Bonacossa in tract. de æquita canonica, in 2. conclu. colum. 31 ver. & nota quod legatum, vbi allegat Cassan. in consuetud. Burgun.* Quæ decisio cum sit clara, & tot habeat au-
2 thores, mirum est, quod Rube. † Alexan. *in cons. 23. per totum,* per extraneas rationes procedendo tam anxiè laboret in demonstrando, quòd legatum alimentorum taxatum ad vitam naturalis filij, non transeat ad illius hæredes, sed extinguatur cũ persona filij, etiam si adiecta sit conditio, quòd post illius mortem transeat ad hæredes testatoris, nam & si hæredes scripti decesserint ante naturalem filium semper legatum finitur morte naturalis, & vadit ad hæredes testatoris siue primos, siue vlteriores, etiam si testator hoc non dixerit, defendi tamen poterit Rubei sententia in filio naturali, secundum ea quæ paulò infra dicam in limitationibus.

Et quia Doctores inferẽdo de alimentis ad dotem dicunt, quòd pater filiam spuriam dotare, sicut alere tenetur, ideo ex præcedenti conclusione colligitur, quòd dos dotatæ spuriæ, etiam mortua
3 reuertitur ad patrem † dotantem, vel illius hæredes, *ita Bart. in d. l. fina. num. 7. ver. idem dico in dote, ff. de his, quib. vt indign.* Et mouetur, quia in dote idem militat idem fauor, & eadem ratio, *Abb. in d. cons. 115. num. 3.* vbi dicit, quòd spuriæ dos datur contemplatione, & loco alimentorum, *Lupus, d. §. 24. num. 4.* vbi arguit ab alimentis ad dotem, *Rip. d. l. 1. num. 67. Cravet. in cons. 186. num. 16. vbi allegat Bal. Nicol. de Vbal. Bal. Nouel. Caualcan. & alios, Menoch. d. casu 169 nu. 10. vbi allegat Dec. Ruin. Rol. & Paleot. idem Menoch. in cons. 60. num. 29. vbi allegat Bar. in l. fina. §. si à socero, ff. de his, quæ in frau. cred. & in l. Mœuius, §. duob. num. 18. ff. de leg. 1.* Et addit multos alios, & erit aduertendum, quòd, etsi Me-
4 noch. † ibi dicat, dotem spuriæ ita non posse relinqui, quod in alium transeat, voluit tamen dicere, quod dos spuriæ relicta non transeat ad illius hæredes, nam vt dicam infra in limitationibus, benè potest relinqui cum ea adiectione, quòd transeat
5 ad hæredes spuriæ, † *Capic. in decis. 181. num. 2. Feminten. Rot. Bonon. decis. 22. num. 6. Alba. in cons. 44. num. 4. Simon de interpret. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 1 dubitat. 3. solu. 2. num. 7. post medium folio mihi 188 & ibi dubitatio. 5. solu. 4. num. 52. folio 216. Cordub in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, num. 30. ff. de libe. agnoscen. & latius ibi, num. 73. vbi infinitos addit, qui videri poterunt, Peregrin. in tract. de iure fisci, lib. 3. tit. 18. num. 80.* Et non est noua hæc opinio, quandoquidem iure communi inspecto idem videmus decidi in dote, quæ data sit filiæ legitimæ &
6 naturali: ea enim † mortua, redit ad patrem dotantem, vel patris hæredes, non etiam ad filiæ liberos, *l. dos à patre profecta, C. solu. matrim. Bart. & alij, in l. post dotem, vbi sequuntur alij, ff. solu. matrim. & ibi prosequitur Ias. num. 99.* Et dicit Pieus *in l. 4. num. 212. ff. ad leg. Falcid.* quod siue superstint filij, siue non, semper mortua filia reuertitur dos ad patrem dotantem. Et subdit, hãc esse communem opinionẽ, de communi quoque testatur Socin. iun. *in cons. 114. num. 18. volum. 3. Neuiza. in cons. 91. num. 1. Bertran. in cons. 158. numie. 3. volum. 4. dixi in cons. 206. num. 2.* Quare ergo non debet idem seruari in dote filiæ spuriæ. Porrò maximũ esset inconueniens, q ei plus fauoris impendatur. Et licèt illi decisioni ex consuetudine Mar-
7 tini † derogatũ fuerit, *vt per Bar. & alios in d. l post dotem,* vbi Ias. *num. 102.* dicit, eam consuetudinem non esse vnius loci specialem, sed generalem & seruari per vniuersum orbem, *vt etiam testantur plures citati à Neuiza. in cons. 45, num. 6. & dixi in d. cons. 206. numero 8.* tamen consuetudo inducta in filiabus legitimis non debet extendi ad spurias, in quibus subest diuersa ratio, & non tanta militat læsio iuris communis, dos ergo reuocatur statim mortua filia, quia per mortem extinguitur ius alimẽtorum.

Sed etsi, vt vides, hæc conclusio sit communis, & cum ea transeant multi sine contradictione, tamen Bero. *in cons. 165. num. 23. ver. quarto posito, volum. 2.* tenet, quòd dos filiæ spuriæ non redeat ad patrem dotantem, sed apud eam perpetuo, & irreuocabiliter permaneat. Mouetur autem, quia non est verum, quòd detur dos loco alimentorum, sed detur ex causa publica, vt inueniat virum. Et subdit, diuersam esse naturam dotis à natura alimentorum, quia est perpetua, sed alimenta finiuntur morte. Sed in hoc errat, quia, vt dixi, etiam dos reuocatur à dotante mortua muliere inspecto iure cõmuni, & non est verum, quòd dos ex alia causa quam alimentorum detur, imo omnes voluntatem dari loco alimentorum, & proinde non deberi in casibus quibus non debentur alimenta, *vt diximus in titu. quibus ex causis alimenta denegari possunt.*
8 Allegat etiam Bart. † *in l. fi. num. 7. ff. de his, quib. vt indign.* sed ibi loquitur, quando pater dotanda cauet expressè, quòd trãseat ad hæredes filię, secus, quando dotat simpliciter. Postremo adducit Bar. *in d. l. fi. §. si à socero, & in d. l. Mœuius, §. duobus,* vbi postquam dixit reuocari posse dotem, postquam ad spurium peruenit, limitat illud non procedere inspecto iure canonico. Verum aduerte, quia loquitur Bart.
9 † viuente filia, nos verò quærimus, an ea mortua dos reuertatur ad patrem. Præterea id quod Bart.

dicit corrigendo ſuperiora, ſecundum ius canonicum, procedit reſpectu quantitatis: poſtquam enim determinauit, quod propinqui reuocare poſſint dotem datam ſpuriæ, poſtquam ad eam eſt reuerſa, ſubdit, quòd ex iure canonico dimittendum eſt mulieri, quantum ſufficiat pro alimentis, nos verò non agimus de exceſſu dotis, ſed de tempore, quo ſtare debet penes filiam, imo doctrina illa Bartoli confundit dictum Bero. quia dum vult dotem filiæ remanere apud ſpuriam pro quantitate alimentorum, inferre etiam videtur, quod ſtare debeat ſolum pro tempore, quo alimenta debentur, quia valet argumentum de quantitate ad
10 † ad tempus, *vt in l. miles ita, §. & quia diximus, vbi Bart. & Doctores, ff. de teſta. milit. Bart. in l. ſi conſtante, colum 5. ff. ſolu matrim. Iaſ. in l. in teſtamento, C. de teſtam. milit. alios citat Euerar. loco 39. in princ.* Sicuti ergo dos ſuccedit loco alimentorum in quantitate, eaque ratione non poteſt excedere alimenta, ita non debet excedere in tempore, vt longius ſit apud filiam, quam forent alimenta.

Cum autem agitur, an conſtante matrimonio dos data filiæ ſpuriæ per hæredes dantis, reuocari poſſit? Concludunt Doctores communiter, quòd à marito viuente reuocari nō poſſit. Sed benè poſſit reuocari, poſtquam mortuo marito peruenit
11 ad vxorem, † nam maritus eam habet onere tituli, & ſine dote nō contraxiſſet matrimonium, proinde non debet decipi. *ita Bart. in l. ſi. §. ſi à ſocero, ff. de his qui in fraud. credit. ſequitur Ang. ibi, idem Ang. in l. ignoti, C. de reuoc. his quæ in fraud. credito Bal. in Auth. ex complexu, C. de inceſt. nupt. Ang. in §. ſi res aliena, colum. 2. Inſtit. de lega. Abb. in d. conſ. 115. num. 2. volum. 2. Alex. in conſ. 54. colum. 3. in fi. volum. 7.* Et hæc opinio eſt magis humana ſecundum Ripam, *in l. 1. num. 68. ff ſolu matrim. Bertran. in conſ. 54. num. 5. volum. 2. Paleot. in tract. de notis & ſpur. cap. 50. num. 3.* vbi dicit, hoc procedere, quando dos ſoluitur, vel promittitur marito, ſecus, quando promittitur vel datur vxori: tunc enim quate-
12 nus excedit legitimum † modum, reuocatur ſtatim, atq; ita declarat procedere, quòd voluit Bart. *in l. fina. ff. de his quæ in fraud. credit.* vbi tenet, quod indiſtinctè reuocetur quidquid datur ſpuriæ ſupra modum alimentorum, *Rolan. in conſ. 74. num 48. & ſequen. volum. 1. & in conſ. 85. num. 13. volum. 3. vbi ſequitur diſtinctionem Paleot. & allegat Ruin. Bal. Nouel. Campeg. Capic. Bened. & alios, affirmando hanc eſſe communem opinionem, & cum eo quoque tranſit Peregrin. in tract. de iure fiſci, lib. 3 tit. 8. num. 79.*

Sed contrarium tenuit Bar. *in d. l. fina. de his, quib. vt indign.* vbi ſimpliciter dicit, quod quid datur vltra modum alimentorum reuocari poteſt, & non valet datio. Ideo Nicol. de Vbal. *in tract. de ſucceſſio. ab inteſta. car. 7. colum. fina.* reprehendit opinionem prædictam, quia ſi à principio non valet conſtitutio dotis in eo exceſſu, non poteſt conualeſcere ex poſt facto. Et ſi dicatur, quòd maritus habet ex titulo oneroſo, & eſſet deceptus, reſpondet quòd debet ſibi imputare, quę duxit ſpuriam in vxorem, cui ſciebat, vel ſcire debebat nō poſſe dotem conſtitui, niſi ad modum alimentorum. Et hoc dicit de iure verius Ioan. Lup. *in d. §. per veſtras, in 3. notab. §. 24. num. 3. & ſequen. folio mihi 156.* vbi addit rationem, quia ſi filij poſſunt mortuo patre reuocare dotem immenſam, quam pater dederat filiæ legitimæ, quanto magis licebit eam reuocare, quæ datur ſpuriæ. Hæc tamen ratio non mouet, quia nos loquimur, quando dos datur marito, non, quando filiæ, quo caſu non etiam reuocatur immenſa dos data filiæ legitimæ. Hanc etiam partem dicit veriorem Ripa, *in dicta l. 1. num. 68. in fi. & ſequi videtur Gram. deciſ. 90. num. 3. alios citat Rolan. in conſ 85 num. 10.* Et non obſtat ratio illa diſtinctionis, quòd aliud ſit dare filiæ, aliud dare marito, quia certum eſt,
13 quidquid datur marito id omne filię †contemplatione aſſignari, *l. dotem dedit, ff. de collatio. bonor.*

Dicunt tamen Nicol. de Vbal. Ripa, & Lup. *in locis prædictis*, & Rolan. *dicto conſ. 85. num. 13.* non reuocari à marito, qui ignorauit vxorem fuiſſe ſpu-
14 riam, † quia tunc ea ignorantia ipſum excuſat, *argumento l. qui contra. C. de inceſt. nup.* Sed id quoq; mihi non placet, quia maritus nō excuſatur à culpa ducendo in vxorem ſpuriam ignorāter, debuit enim perſcrutari conditionem illius, cum qua matrimonium contraxit, *l. cuin qui alio, ff. de reg. iur. cum ſimilibus.*

In hac tamen controuerſia amplector priorem ſententiam, quæ eſt communis & magis æqua, ac rationabilis, ne gener remaneat ſua ſpe, & cōuentione deceptus. Et non obſtat, quod dicitur dotem viro promitti contemplatione filiæ, quia reſpondeo, quod propter hoc tamen non acquiri-
15 tur filiæ, ſed marito † qui eſt dotis dominus, *Inſtitu. quibus alien. licet, in princ. l. quoties, C. de iure dot.* & ipſe
16 ſolus poſſidet, & ſolus vſucapit, nec † attenditur perſona vxoris, *l. 1. ff. de vſucap. pro dot.* Ideo dicit tex. *in l. ſi pater pro filia, ff. de collat. dot.* quod ſi pater dotem promittat genero, deinde aliquid leget filiæ, tale le-
17 gatum nō compēſabitur † cum dote promiſſa genero Et ad propoſitum dicit Iſern. *in cap. 1. colum 7. ver. ſi vero marito, titu. de natu. ſucceſ. feud.* quòd ſi dos
18 fuit marito promiſſa, vxor † non erit excluſa à ſtatuto, quo excluditur filia dotata, *ſequitur Afflict. ibi, num. 88. & 93. Georg. Natta in tract. de ſtatu. excluſ. fœmin. quæſtio 2. num. 59.* Quam ſententiam defendi *in conſilio 45. num. 44.* vbi dixi id procedere, etiam ſi vxor ſciens dotem marito datam tacuiſſet, atque ita erit concluſio, quod vbi dos eſt data marito, tunc etiam ſi excedat debitum modum alimentorum, non poteſt conſtante matrimonio repeti à iure, ſed expectandum erit, quoad per diſſolutionem matrimonij peruenial ad vxorem, & eo caſu dabitur repetitio eius, quod eſt ſupra modum alimentorum.

Id verò quod ſupra diximus fundum aſſignatum ſpurio ad alimenta, repeti poſſe poſt ſpurij
19 mortem, adeo verum eſt, vt cogi poſſit ſpurius †viuens, præſtare cautionem de reſtituendo fundum poſt mortem, *ita voluit Crauetta in conſilio 209. colum. penultima, verſic. ſed obligantur iſti ſpurij, ſequitur Simon de Pretis, dicto libro tertio, ſolu. ſecunda, num. ſeptimo, folio centeſimo octuageſimo octauo, Cordub. in dicta l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, numero 72. vbi allegat ſic voluiſſe Bald. in conſilio 175. volum. tertio,* qui tamen in terminis de

nis de hoc nihil, licet multa regulariter tractet de præstanda fideiussione, & *num. 2.* dicit, quod satisdandum est, quando restitutio ordinatur à lege, vt in casu nostro.

In hoc etiam est aduertendum, quod si relicto fundo ad alimenta veniat proprietas, *vt dixi in tit. quando censeantur relicta alimenta*, tamen hoc non ha-
20 bet locum, quando † fundus relinquitur spurio: tunc enim fallit regula, quia spurius non est capax proprietatis, vt dicit Baldus *in l. eam quam, num. 41. C. de fideicom. & iam dixi in tit. prædicto*, vbi in quinta limitatione post Ang. *in l. cum hi, §. si vni, colum. 1. in fi. ff. de transact.* probaui, tale relictum minime includere proprietatem, quando ei fit, qui incapax est proprietatis.

Regula autem prædicta, quæ habet, quòd fundus datus in dotem filiæ spuriæ, vel filiæ in alimenta reuocari possit mortuo filio, & non transeat ad hæredes, limitatur, quando pater dedisset cum ex-
21 presso pacto, quod transeat ad filios † spurij, nam eo casu seruatur patris voluntas: nam etsi spuriis
22 nihil relinqui possit, tamen nepotibus ex † spuriis potest relinqui, *l. fi. C. de natu. libe.* Ita nostram sententiam limitat & declarat Bar. *in d. l. fi. num. 7. ff. de his, quib. vt indign.* vbi loquitur tam de fundo relicto
23 ad alimẽta, quam etiam de dote † data filiæ spuriæ, *idem tenuit Abb. in cons. 50. num. 3. in cons. 115. num. 4. volum. 2. Cæpol. in cau. 38. incip. nunc videamus, colum. 3. ver. nona cautela est, Caccialup. in l. si qua illustris, num. 9. C. ad Orficia. Lupus in cap. per vestras, in tertio nota. §. 24. num. 7. de dona. inter vir. & vxor. folio mihi 156. Ripa in l. 1. num. 69. ff. solu. matrim. Capic. in decis. 181. num. 4. Rolan. in tract. de lucro dot. quæstio. 94. num. 17. vbi allegat Bal. Nouel. & Bulg. Benint. Rot. Bonon. decis. 22. num. 6. Cordub. in l. si quis à liberis, §. rescripsit, num. 74. ff. de libe. agnoscen. vel alen. vbi tamen in hanc sententiam multos citat, qui id non dicunt, Paleot. in tract. de noth. & spur. c. 51. num. 6. & nouissimè post hæc scripta visus Peregrin. in tracta. nunc edito de iure fisci, lib. 3. num. 81.*

Hæc tamen opinio non est sine cõtradictione, quia multi tenent, quod nepoti etiam legitimo ex filio spurio, non possit auus relinquere. Et ex his Cin. post Odofred. *in l. fi. C. de natu. libe. Bal. in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de libe. & posthu. Fulgos. latè in cons. 23. in 2. dub.* Et sequuntur plures alij moti ea ratione, quia in filiis ex spurio militat ratio prohibitionis, quæ in ipso spurio, vt scilicet reprimatur parẽtum tum libido, cum videant filiis ex eo vitio procreatis nihil posse relinqui, item quia tale relictum super factum videtur spurij filij contẽplatione, cum aliter nepos non coniungãtur auo. Accedat, quod vbi nepotibus relinquitur, tunc patris vsusfructus acquiritur, atque ita vtilitas relicti contra legis intentionem patri spurio acquiritur.

Communis tamen & verior est opinio, quod auus potest nepoti legitimo ex filio spurio relinquere, vt est tex. expressus *in d. l. fina. C. de natural. libe.*
24 quæ † etsi loquatur de filio naturali, tamen locum habet etiam in spurio, vt declarat glos. *ibi, Feder. de de Sen. in consilio 57. in sexto dubio*, vbi mouetur, quia non reperitur iure prohibitum, ergo stare debet. Item potest nepos capere tanquam extraneus. potest capere bona hæredis instituti, quando est à patre substitutus, multo magis capere poterit directè. Eandem tenuit Corn. *cons. 1. colum. 16. ver. circa sextum, volum. 3. cons. 25. volum. 1. & communem dicit Bero famil. quæstio. 127. in princ. Paleot. in d. tract. quæstio. 53. num. 3. Clar. de testam. quæstio. 32. in princ.* Et quia Doctores variè loquuntur in hac materia, vt sciri possit, quibus casibus pater valeat disponere, quòd mortuo filio, vel filia relictũ pro alimentis vel pro dote transeat ad nepotes, decidendi sunt aliqui casus cõmuniter recepti à Doctoribus, & secundum eam decisionem regulabitur quæstio nostra.

In primis illud est indubitatum, quod vbi auus nepotem instituit contemplatione patris, non va-
25 let institutio, † & hanc partem tenuerunt omnes etiam, qui simpliciter admittunt, patrem posse relinquere nepoti, *Rofred. & Odofred. Cin. & alij in d. l. fi. Bart. & alij in locis inferius citatis.* Hæc tamen conclusio nostris terminis applicari non potest, quia dos, vel alimenta nepotibus relinquuntur in tempus, quo nihil potest filio acquiri, id est, post illius mortem, vt suprà in themate dictum est, & eo tempore ratione contemplationis nullum potest effectum producere. Ideo si etiam contemplatione filij relinqueretur, subsisteret dispositio, cum inde nihil contra legem sequatur.

Secunda est conclusio, quod si relinquatur expressè contemplatione nõ patris, sed ipsorum nepotum, sustinetur relictum, quia nihil prohibet
26 † eis vti cæteris extraneis relinqui, Barto. *in cons. 118. Oducius, num. 6. in 1. volum. 1.* vbi dicit, dare institutionem contemplatione ipsius nepotis, quamuis non sit auo notus, nisi per filium, & ponit exemplum, quando mandat auus, quod per patrem nihil nepoti minuatur, vel detrahatur de relicto. Idem voluit Bar. *in l. Gallus. §. quod si is, ff. de lib. & posthum.* & ibi Ias. *num. 19.* dicit, esse communem, & indubitatam conclusionem, & sequuntur alij inferius allegandi. Sed hæc conclusio parum etiam conducit ad casum nostrum, quandoquidem nemo potest videri contemplatione patris, vel alterius, quàm ipsius nepotis factum relictum, ex quo est nepoti acquirendum post mortem patris, quo tempore nihil patri potest acquiri. Et fatentur Doct. tunc filij non dico cõtemplatione relictum, sed nepotis, quando auus disponit, quod patri nihil quæratur, *vt per Bart. d. §. q si is, & d. cons. 118. Ias. d. §. quod si is, Cast. r. d. §. quod si is, num. 6. circa med.* Et licèt filij contemplatione relictum videatur, quando nepos est in-
27 fans, † ita vt aui gratiam, vel affectionem nulla ratione potuerit promereri, *vt per Rofred. quem citat Bart. in d. §. quod si is*, ex quo sufficiunt coniecturæ ad dignoscendum, cuius fuerit contemplatione
28 † relictum, *Socin. iun. cons. 16. in 1. dub. volum. 4. Bero. famil. quæstio. 127.* tamen illud procedit, quando posset in eo relicto aliqua filij vtilitas considerari, ac cessante vtilitate cessat omnis respectus. Accedat q ea ratio meritorum mihi non arridet, quia sat est, quod constet de aui affectione erga nepotem, nec requiruntur nepotis merita. Et videmus cautos senes allici plurimum puerilibus blanditiis ad illorum amorem, & quod videmus immerito ama-

ri & fauoribus ac dignitatibus tolli. Præterea, ea distinctio, si veritati locus est, leuissima est. Quid enim hoc est dicere, quòd contemplatione patris vel filij fuerit relictum. Si volunt Doctores, quòd etsi patris contemplatione fuerit aliquid datum filio ea adiecta lege, ne quid patri quæratur, tunc sustineatur dispositio, & hoc casu quomodo considerari potest legis offensio, quæ ad hoc est limitata, ne filio naturali, vel spurio aliquid relinquatur. Melius igitur est dicere, quod aut patri potest acquiri, & non valet relictum; aut non potest acquiri, & tunc valet. Id verò monuisse volui non, quia arbitris in iudicando & consulendo sit à communi distinctione recedendū, sed vt aliis præbeatur occasio penitus cogitandi de illius veritate.

Tertia est conclusio, quòd vbi sumus in dubio patris ne, vel filij datum fuerit contemplatione, tunc relictum sustinetur, quia præsumitur nepotis
29 † contemplatione reliquisse auus, ex quo aliter actus sustineri non potest, & credendum est. quod viā elegerit per quā actus valeat, & non pereat sicut in dubio ita quoq; interpretari debemus, *l. quoties, ff de reb. dub ita tenent Bar. & alij supra citati: Clarus qui communem dicit in §. testamentum quæstio. 32. num. 2. Paleot. in tract. de noth. & spur. cap. 53. num. 6. vbi latè agit Peregrin. dicto lib 3. num 49.* vbi eam dicit præcipuam esse huius dicti rationem, quia quod ab auo descendit in nepotem, profectitium non iudicatur,
30 sed † aduentitium, *glos. Bartolus, Castren. Alexan. Iason, & alij, in l. qui in alienā, §. interdum, ff de acquiren. hæred. glos. Bart. & alij, in l. quæsitum, ff. de lega 1.* Quamuis nec id sine contradictione pertranseat. Conuertunt enim Doctores, an profectitium vel aduentitium iudicandum sit, verum viderint alij, mihi sanè non conuenit ea indagatio parum ad propositam materiam pertinens.

His vero casibus, quibus diximus legitimo nepoti ex filio illegitimo relinqui posse intelligendum est, quando auus caret legitima sobole, quòd si descendentes habeat legitimos, non permittit
31 lex illos excludi, vt † proles illegitima detetur. *ita loquitur in l. fina. C. de natura. libe. atque omnes Doctores declarant, & intelligunt id quod voluit Barto in dicto §. quod si is, vt per Alexan ibi, num. 7. & communem dicit idem Alexan. in cons. 74. num 5. volum. 3. Iaf. in l. hæreditas, num. 8. C. de his, quib. vt indign. Corne. in cons. 25. colum. 2. volum. 1. Duen regu. 266. limita. 2. vbi allegat Imo. Abb. Aret. Dec. Bermond. Modern. Gal. Gauldens. Boerium, Didac. Benedict. & Roderic.* Et attestatur hanc esse communem opinionem, eandem alios referens communem dicit Clar. *loco prædicto, num. 3. Paleot. d. c. 53. num. 9.*
32 vbi ait, prolem dici legitimam † non modo filios, sed etiam nepotes ex legitimis filiis, secūdum Crauet. *in cons. 200. Peregrin. d. l. 3. num. 53.* vbi dicit verissimam hanc esse declarationem. Et facit concludens ratio. Nam si stante sobole legitima nepos legitimus ex filio naturali non potest instituti, multo minus instituī poterit nepos ex spurio, cui minus fauendū est tanquam legibus magis odioso.

Declarandum item est, vt stante legitima sobole possit vnciam relinquere nepoti ex filio spurio:
33 si enim ex *l. fi. C. de natur. lib.* potest filio spurio † vnciam relinquere, *secundum glos. ibi*, quæ dicta in naturalibus, extendit ad spurios, multo magis poterit ea relinqui nepoti ex filio, qui minus est legibus
34 odiosus. Et glos. ibi videtur expresse † loqui in nepote ex spurio. Et Capic. *in decis. 18. num 4.* expresse vult, quod intra vnciam relinqui possit nepoti, quia Bart. *in l. fina. ff. de his quib. vt indign. & d. l. Gallus, §. quod si is.* extendit *l. fi. C. de natur. liber.* ad legitimos spuriorum, ergo etiam respectu vnciæ illa lex locum habebit in dictis nepotibus, *sequitur Paleot. dicto cap. 53. num 9.* vbicunque ergo dos filiæ spuriæ data, vel fundus ad alimenta spurij assignatus non excederet vnciam substantiæ paternæ, semper transiret ad nepotes post mortem filij, etiam si pater assignando dotem, vel fundum non vteretur cautela Bartoli, de qua nunc principaliter tractamus.

Intellige secundo, quod sustineatur cautela prędicta, dummodo filij non sint incestuosi, nam
35 auus † nepotibus ex eis nihil potest relinquere, vt est tex. *vbi Bal. in l. si quis incesti, num. 2. C. de incest. nupt. quem sequitur Salicet. ibi, vt à pluribus allegatur, sed mihi id non dicit*, & in eo text. est de hoc casus vnicus mēti tenendus, *secundum Baldum in cap. in præsentia, num. 35. de probatio.* Id quod voluit quoque Alexan *in d. l. Gallus, §. quod si is, num. 7. in fi. ver. secundo limita vbi dicit esse menti tenendum, quia non meminit alibi esse tactum, Corne. in cons. 25. volum. 1. eandem sententiam tenuerunt Corset. & Marsil. quos citat & sequitur Didac. in epitom. de sponsa par. 2. num. 8. §. 5. num. 13. Paleot. d cap. 53. vbi dicit, hanc limitationem esse recipiendam omnino contra Iaf. Peregrin. dicto libro 3. num. 54. vbi ait, hanc esse veram, & de iure probatam, quidquid in contrarium Iaf. attentauerit. Et hanc dicit communem Martin. Laud. in tract. de legitimat. num. 73. & alios cumulat Duen. dicta reg. 266. in 2. limitat. ver quæ limitatio.*

Impugnatur tamen hæc limitatio multis mediis à Iaf. *in d. §. quod si is, num. 25.* vbi quatuor considerat fundamēta, sed p æter eam dicit, quòd Dyn. dum quæstionem tractat, an nepos legitimus ex filio illegitimo possit instituī, parificat in hoc spurium & incestuosum, & eodem modo loquuntur multi Doctores, & apud Castren. *in d. §. quod si is*, & rariones per quas licet auo nepotem instituere ex filio spurio, militant etiam in nepote ex filio incestuoso, licèt legibus sit magis odiosus incestuosus, quam spurius.

Concordari tamen possunt, & debent contrariæ sententiæ prædictæ hoc modo, vt prima Baldi
36 procedat in suis terminis † in quibus loquitur, id est, in nepote ex filio nato ex incestis nuptiis; altera verò locum habeat, quando filius non est procreatus ex nuptiis incestis, sed ex incesto coitu, citra tamen nuptias.

Et ratio differētiæ, quia vbi natus est ex nuptiis incestis, lex prohibet patrem testari, vel disponere de bonis alias in personas præter nominatas in ea *l. si quis incesti*, nepos autem ex eo filio non est nominatus, ergo non potest instituī, sicuti nec alius, quātumuis extraneus, qui non sit in ea lege comprehensus, atque ita auus prohibetur, non quia nepos sit ex incestuoso filio, sed quia non est de

personis

personis in ea lege inclusis: vbi verò filius non est susceptus ex matrimonio incestuoso, tunc cessat pœna illa, & auus potest libere testari sicuti quiuis alius, & facultas testandi non est limitata quoad certas personas. Ergo quòd non est correctum quare stare prohibetur? Quod autē ratione prædicta, non alia nepos ex filio procreato ex incestis nuptiis non possit institui, ponit Bal. *loco prædicto, & sequitur Paleot. d. cap. 53.*

Iura enim de nuptiis incestis loquentia non extenduntur, sed restringuntur, ideo non habent locum, vbi sola sponsalia de futuro forent contracta, vel etiam de præsenti, si tamen copula non in-
37 teruenit, † *vt probat tex. in cap. & si necesse, de donat. inter virum & vxo. quem ita intelligunt Butr. Abb. & Præpos. ibi, Bal. Nouel. in tract. dot. par. 11. colum. 11. Didac. in epitom. de sponsa. par. 1. cap. 6. §. 80. num. 29. Clar. in praxi crimina. §. incestus, num. 7.*

Pari modo pœnæ dictæ l. *si quis incesti, & Authen. ibi positæ*, non habet locum, quando nuptiæ non
38 sunt † propriè incestæ, puta quando contrahuntur cum cognata spirituali, vel cum muliere vidua, vel infideli, quia pœnæ sunt molliendæ, non augendæ, *vt per Doctores in Authen. incestas. C. de incest. nup.* vbi Salicet. *num. 4. dicit, hanc esse communem opinionem, Dec. in cons. 158 num. 1. Boer. in decis. 264. num. 13. Clar. dicto §. incestus, num. 4.*

Et sanè alia est incestus pœna, quando commit-
39 titur per matrimonium, vel sponsalia, † alia verò, quando per fornicationem simplicem, *vt potest videri apud Plac. in tract. accusatio. tit. 3. num. 15. Paul. Crillan. in tract. de pœn. omnis ar. coit. quæstio. 3. num. 6. Clar. in dicto §. incestus, num. 1. Caccialup. in Auth. si qua illustris, num. 21. C. ad Orfician. Bos. in tit. de coitu damna. & punib. num. 4.* Cum ergo pœnæ incestis nuptiis iure ciuili impositæ cessent, quando nuptiæ non interueniunt, vtique auus poterit instituere nepotem ex filio incestuoso, quia deficit qualitas requisita à lege puniente: qui enim vult lege, aut statuto vti, tenetur
40 probare omnes qualitates † requisitas à lege, *l. 1. §. quod autem ait prætor, & ibi Bar. ff. ne quid in flumi. publi. Bart. & Bal. in l. in causis, C. de accusatio.* vbi dicunt succumbere eum, qui intentando beneficium statuti non probat qualitates ab eo requisitas, & illorum dictum, inquit singulare, Socin. *in cons. 55. num. 4. volum. 1. Tiraquel. alios citans, de retract. consang. §. 8. glos. 7. num. 1. Natta in cons. 266. num. 5. Rolan. in cons. 67. num. 26. volum. 2. Capha. in cons. 249. num. 16.*

Quod verò dictum est de incestuoso filio, intellige de vero incestu, nam susceptus à clerico, non dicitur incestuosus, † nisi natus sit à matre consan-
41 guinea, vel religiosa, *glos. in cap. per venerabilem. qui fil. sint legiti.* ideo nepos ex filio suscepto per clericum potest institui, *Bal. in d. l. si quis incesti, C. de incest. nupt. Pet. Cin. Salic. & alij, in l. 2. C. de episcop. & cleric. Abb. in c. ex tenore, qui fil. sint legiti. Alexan. in d. §. quod si ita, num. 9. Didac. d. cap. 8. §. 5. num. 14. ver. vnde hæc conclusio, & Duen. d. regu. 366. limitatio. 2. ver. quod in nepote ex filio.* Et qui
42 verè dicantur filij incestuosi, † ponit Paleot. *dicto tracta. de noth. & spur. cap. 16. num. 10.* dicitur enim in-
43 cestus coitus † cum sanguine coniuncta, *Alex. consilio 229. volum. 6. Capol. in cons. crimin. 69. Barbat. in cons. 23. volum. 2.* Et quamuis glos. *in d. l. 2. in ver. filij. C. de episco. & cler.* dicat, mulierem commiscentem se cum clerico sacris ordinibus insignito committere incestum, & eam sequitur Bal. *num. 2.* dicens, ita fuisse iudicatum & communem affirmet Grilland. *de diuers. crimin. lib. 3. quæstio. vltima.* Tamen veritas est in
44 contrarium, & dicitur simplex † fornicatio, *secundum Pet. Cin. & alios in d. l. 2. cum aliis supra citatis, & communem dicit Caccialup. in d. Authen. si qua illustris, num. 31. & seq. Bos. in tit. de coitu damna & punib. num. 15. Vasq. de succes. 10. creat. lib. 3. §. 22. num. 50. Clar. in Pract. crimin. §. fornicatio. num. 18. & in §. incestus, num. 1. ver. sed nunquid committitur, in fi. vbi dicit hanc esse veritatem.*

Secundò principale dictum, quòd filiæ spuriæ assignata redeant ad patrē, vel eius hæredes, quandocunque filia decedit, declara non procedere, quando pacto pater in constitutione dotis cauisset, quod filia in matrimonio sine liberis decedente, vir lucretur dotem, quia eueniente eo casu maritus lucrabitur dotē. Valet enim pactum, ex quo non reperitur iure cautum, quòd pater non possit relinquere, vel donare marito filiæ spuriæ, & quòd
45 lex † non dicit, nec nos dicere debemus, *l. illam. C. de collatio.* Et quod lege disposituum non reperitur, non est superstitiosis inuentionibus præsumendum, *cap. consuluisti, 2. quæstio. 5. D. Becius in cons. 25. num.*
46 *4. cons. 35. num. 4.* & in odiosis non est licita † extensio, *cap. odia. de reg. iur. in 6.* Et in hoc voluit in termi-
47 nis † Bal. Nouel. *in tract. dot part. 6 princip. in priuileg. 16. colum. 2. ver. sed quid si statutum,* vbi dicit, quòd pater non potest donare marito filiæ spuriæ, *sequitur Rolan. in tract. de lucro dot. quæstio. 94. num. 15. & num. 16. Bulgar. in l. 1. num. 37. ver. & adde supradictus, ff. solu. matrim. Lupus in cap. per vestras, in tertio nota. §. 24. num. 8.* ex quo infertur verum esse, quod supra dixi, attendendum non esse, cuius contemplatione factum fuerit relictum, sed cuius commodū concernat, nam dubitari non potest, quin hoc casu pater dotando cum eo pacto, moueatur contemplatione filiæ, tamen sustinetur pactum. Et ratio est, quia ex eo nihil filiæ quæritur, *vt dicunt Bal. Nouel. Bulgar. Lupus & Rolan in locis prædictis.*

Tertio restringitur, vt non procedat, quando extat statutum, quòd vxore sine liberis decedente, maritus lucretur dotem, quoniam tali casu eue-
48 niente, maritus † dotem lucrabitur, *ita voluerunt Bal. Nouel. Bulga. Lup. & Rolan. in locis supracitatis.* Tunc enim non videtur maritus id habere ex liberalitate patris, sed ex necessitate iuris in recompensationem onerum, *Cranet. in cons. 186. num. 16. Simon de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. interpretio. 1. dubitat. 3. solut. 2. num. 7. ver. potest tamen maritus, Rolan. in cons. 74. num. 62. & sequen. volum. 1. Phanuc. in tract. dotis, glos. 10. num. 61. Peregrin. in d. lib. 3. num. 80.* Cum enim pater dat dotem, videtur etiam consentire, quòd maritus illam lucretur, si filia moriatur sine liberis, tum
49 quia contraxisset secundum statuta, † *vt per Doctores in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellia.* tum etiam, quia qui vult vnum consequens, censetur etiam
50 velle id omne, † quod ex eo sequitur, *l. 3. §. Seio, ff. de minoribus, cap. cum quid, de reg. iur. in 6.* Et demum, quia faciens actum, videtur se obligare legibus de illo

actu loquentibus, quæ rationes adductæ passim à Doctoribus suadent quidem lucrum statuti generaliter habere locum in quacunque persona, quæ possit liberè disponere, sed non concludunt in patre filiæ spuriæ, dum in eo dubitatur, si possit ita dare, vt dos non redeat ad dotantem, ideo ea amica est ratio, quia pater prohibetur filiæ dare non alij, & in lucro, quod acquiritur genero cessat ratio prohibitionis. Intelligit tamen Bulg. loco prædicto, & eum sequũtur alij, vt non procedat, quando fundus non esset datus in dotem, sed ius percipiendi fructus † ex eo: tunc enim fundus nõ transit ad maritum. Et ratio est, quia plus non potest acquirere maritus, quam fuerit sibi concessum, at fundus non fuit in dotem datus, ergo maritus non lucrabitur illum, & statutum quod disponit de lucranda dote, non potest extendi ad id, quod non fuit datum in dotem.

Quarto non habet locum prædicta regula iure Regio Hispanorum, quò expresè † sancitum est, quòd spurius ad hæredes transmittat, quod sibi à patre in alimenta est concessum, *vt per Didac. in epitom. de sponsal. par. 2 cap. 8. §. 6. num. 15. Cordub. in dicta l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, num. 75. ff. de libe. agnoscen. vel alen. à parent. vel patron.* Et idipsum dici potest, quandocunque simile extaret statutum disponẽs, quòd datum spurio ad alimenta, transeat ad hæredes. Et loco prædicto, Cordub. tractat, an sicuti Hispanorum legibus spurius testando id transmittit, pari modo intestatus, vel nulla facta dispositione transmittat. Et quando extat statutum, res est sine dubio, quia habetur pro iure † communi in iurisdictione statuentium, *Bart. & alij in l. omnes populi, ff. de iustit. & iur. & derogat iure communi, Alexan. in cons. 134. num. 5. volum. 6. & dicit Bal. in l. Gallus, §. si eius, in 2. notab. ff. de lib. & posthum. Dec. in cons. 563. num. 7.* Est verum, quod declarationem prædictam videtur non ita simpliciter & sine hæsitatione amplecti Lup. *d. cap. per vestras, in 3. notab. §. 24. num. 8. imo plus attentari.*

Quinto non habet locum, quando id, quod relinquitur ad alimenta, vix sufficit pro alimentorum quantitate, & non excedit quantitatem pro alimentis necessariam. Eo enim † casu fundus ad hæredes transmittitur. *ita voluit Roder. in l. fori, 1. tit. 6. lib. 3. quem citat & sequitur Didac. dicto cap. 8. §. 6. num. 15. in fi.* Sed ante eos hoc voluit Bal. *in cons. 448. num. 5. volum. 1.* vbi intelligit, cum proprietas, quæ relinquitur inspecto solo tempore vitæ spurij secundum taxationem, *l. hereditatum, ff. ad leg. Falcid.* non excedit valorem alimentorum, quæ deberent in singulos annos præstari, *citat & sequitur Peregrin. dicto lib. 3. num. 77. Lupus, dicto §. 24. num. 8. ver. alio etiam casu crederem, vbi allegat Caccialup in d. l. si qua illustris, colum. antepen.* Et hoc modo intelligi potest quod voluit Bero. *in cons. 165. num. 20. & seq. volum. 2.* Et facit, quia vncia, quæ stantibus legitimis filiis potest relinqui spurio ex *l. fi. C. de natura. lib.* transit ad hæredes, & potest etiam donari nepoti legitimo ex filio spurio, & dixi supra *in ver. declarandum item.*

Aduertendum tamen quod in calculo æstimationis faciendæ, an fundus ad alimenta relictus, excedat legitimum alimentorum modum, aut valorem, habenda erit ratio commodi, quod sequitur ex repræsentatione debiti, id est, ex anticipata solutione, cum in principio, & in vna vice soluatur, quod singulis annis erat præstandum: sicuti enim minus dicitur soluere † qui particulares facit solutiones, *l. planè. ff. famil. erciscun.* & qui tardius soluit, ita plus dicitur soluere, qui ante tempus soluit, † quod in tempore vel in diem debebatur, *§. plus, Institut. de action. & volunt Doctores,* & sæpè tetigi in hoc tractatu quod æstimetur interusurium medij temporis.

Rursus aduertendum censeo, quod forte dici non poterit fundum, qui non excedat debitum modum alimentorum, transire ad hæredes: Nam si in causam alimentorum datus est, & spurius sine eo vixit ex industria arte, vel operis, videtur, quod datum in causa alimentorum repeti possit tamquam causa non sequuta, *vt in l. 1. & toto tit. ff. de cond. ob causam,* vel etiam condictione indebiti, nam alimenta spurio non debentur qui alere seipsum potest aliunde, *vt dixi suo loco.* Et dicit Caccialup. *in dicta l. si qua illustris, num. 93.* Quod fundus ad alimenta præstitos repetitur † si filius efficiatur dives. Cum ergo mortuo filio supersit fundus datus in alimenta, quomodo erit transmissus ad filios, seu nepotes, si repeti potest. Considera ergo qualiter sustineatur dicta decisio, quia apud me est dubia, & Caccialupus loco prædicto, subdit, esse singulariter notandum, quia legatum euanescit, sicuti secundum eum resurgit † si necessitas superueniret, id, quod sequitur etiam Lup. *d. notab. 3. §. 23. num. 7. ver. & subdit fortius.*

SVMMARIVM.

1 *Alimenta actori debita pendente lite vsque ad diffinitiuam præstentur.*
2 *Lis finitur sequuta sententia.*
3 *Sententia est remedium finem imponens liti.*
4 *Lis propriè dicitur post contestationem.*
5 *Actori vbi lite pendente debentur alimenta ea præstanda sunt vsque ad perfectam exequutionem.*
6 *Lis dicitur finita quando res ei datur qui vicit.*
7 *Lis non dicitur finita pendente appellatione, vel dum licet appellare.*
8 *Verba debent intelligi secundum subiectam materiam.*

QVÆSTIO VIII.

QVÆ alimenta filio, vel vxori, vel monacho decernuntur à iudice per modum prouisionis pendẽte lite secundum terminos, *l. si instituta, §. de inofficioso, ff. de inoffic. testam.* vbi diximus, *in titulo quib. & à quib. alimenta præstanda sint*, ea vsque ad diffinitiuam sententiam sunt præstanda. † Ita probatur *in dicto §. de inofficioso*, vbi dicitur vsque ad finem litis esse decernenda, atque ita determinat Rebuff. *in constitut. Gall. tomo 1. tit. de senten. prouis. artic. 1. glos. 2. num. 17.* Eandem opinionem probauit Ludou. Molin. *in tracta. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 16. num. 39. & Menoch. in tracta. de præsumptio. lib. 1. quæstio. 36. num. 34.* Et ratio est, quia sententia sequuta lis accipit † finem,

vt est

vt est tex. in l. 1. ff. de re iudic. in c. iurgantium, eodem tit. & sententia solet totam quęstionem diffinire, *l. quale, §. dicere, ff. de arbitris, l. eos, in princ. C. de appellatio. l. in hoc iudicio, ff. de famil. erciſc.* Et dicit Bart. *in l. 2. ver. quæro quomodo, ff. de furt.* quod sunt partes in iudicio, principium vsque ad litis contestationem, secunda pars, quæ dicitur medium vsque ad conclusionem in causa, tertia pars, quæ finem continet, id est, sententia diffinitiua. Et dicit glos. *1. in l. 1. ff. de iureiuran.* quod sententia † est remedium litibus finem imponens. Et licèt in eo, quod dicitur litem propriè iudicari post † contestationem, multi teneant eam conclusionem, quæ probatur *in Authen. qui semel, C. quomodo & quando iud. in cap. ex parte vestra, de verborum signif. Bart. in l. causas, & lites, C. de transactio. vbi Castren. num. 3. & Rumin. colum. 1. Roman in cons. 412. num. 108. Ange. in cons. 195. num. 2. Floria. in l. 1. ff. de testam. Lanfranc. in tract. de arbitr. part. vltima, quæstio. 11. num. 27. Ruin. in cons. 150 num. 20. volum. 1.* Tamen quoad finem litis pauci admodum id tractant.

Ego sanè existimo prouisionem alimentorum durare, donec nõ solum sit iudicatum super quæstione, sed etiam, donec facta sit exequutio, † nam semper durat causa, & ratio prouidendi, quod actor consequatur quod suum est. Præterea, si præstanda sunt alimenta ante sententiam, quando non constat plenè de iure agentis, multo magis danda sunt post sententiam, quando constat de illius iure, atque ita subest tunc maior ratio prouidendi quam ante sententiam. Et dicit Bartolus *in l. si fideiussor, §. si satisdatum, in fine. ff. qui satisda. cogan.* quod lis dicitur finita quando res ei datur † qui vicit, *sequitur ibi Iason. num. 24. Bal. in l. fina. circa finem, C. de ordi. cognitio.* Præterea certum est, quod alimenta decernuntur etiam durante appellatione, *vt dixi eodem titu.* Ergo lis non est finita, & quod lis non dicatur finita, donec appellari potest, vel dum pendet appellatio, probat † Ias. post alios quos citat *in dicto §. satisdatum, num. 23.*

Confirmatur hoc, quia quando lis dicatur durare, vt cognoscamus attendi debet subiecta materia, † *vt per Alciat. in l. litis, num. 1. ff. de verborum signif.* At in proposito nulla ratio suadet, quod per sententiam dicitur finita quoad necessitatem prouidendi, si non facta fuit exequutio, vel interposita est appellatio.

Finis Tituli Quinti.

TRACTATVS DE ALIMENTIS, PRÆCLARISSIMI IVRISCONSVLTI, DOMINI IOAN. PETRI SVRDI CASALENSIS.

TITVLVS VI.

Præstitorum alimentorum, quibus & quando concedatur repetitio.

SVMMARIVM.

1 *Animus repetendi præsumitur in eo, qui præstitit alimenta illi, cui non tenebatur.*
2 *Mater repetit impensam, quam fecit pro remouendo tutore suspecto, qui fuerat filio datus.*
3 *Mater licèt teneatur tutorem filij accusare suspectum, non tenetur tamen impendere de suo.*
4 *Donare, est perdere.*
5 *Donatio, est species furoris.*
6 *Donare nemo præsumitur.*
7 *Donationis præsumptio, vt excludatur, omnis præsumptio sumitur.*
8 *Error etiam in proprio facto præsumitur potius quàm donatio.*
9 *Donatio non præsumitur, sed potius fatuitas.*
10 *Donatio minor præsumitur, quando non potest alius sensus capi.*
11 *Mutuans nomine absentis, non videtur donare.*
12 *Donatio non præsumitur, etiam inter sanguine coniunctos.*
13 *Pater emens rem nomine filij, non videtur donare.*
14 *Ascendens emendo nomine descendentis, non censetur donare.*
15 *Pater tenetur soluere impensam filiæ expositæ, quando recusat quod nubat filio altoris.*
16 *Pater tenetur soluere impensam filiæ expositi, si recusat quod ducat vxorem filiam altoris.*
17 *Pauperi præstita alimẽta non censentur animo repetẽdi.*
18 *Donatio præsumitur, quando sit pauperi.*
19 *Personæ qualitas attenditur pro declaratione verborum.*
20 *Annua concessio facta pauperi, censetur in causam alimentorum.*
21 *Dos data ab extraneo, censetur donata.*
22 *Pater dotans, cum non teneretur, videtur donare, idem in patruo.*
23 *Donare præsumitur, quando nulla subest necessitas faciendi eam.*
24 *Donatio præsumitur, quando aliquid datur à sciente se non teneri.*
25 *Animus repetendi non præsumitur, quando dans sciebat indebitum.*
26 *Interpellatio fit contra stipulatorem, qui poterit apertius legem dicere.*
27 *Donatarius soluit alimenta ei, qui aluit donatorem.*
28 *Obsidi præstans alimenta, repetit ab eo.*
29 *Obses videtur pignori datus vel tanquam in seruitutem.*
30 *Seruo præstans alimenta repetit.*
31 *Obsidi, qui alimenta præstitit, repetit à retinente, cui obses inseruiebat.*
32 *Spurius restituit alimenta, quæ sibi indebitè fuerunt præstita.*

QVÆSTIO PRIMA.

QVI ex legis vel hominis dispositione non tenebitur aliquem alere, si præstitit alimenta, poterit illa repetere,
1 quia præsumitur † præstitisse animo repetendi, non donandi, *l. 1. l. alimenta, & l. quod in vxorem, C. de neg. gest. l. Nesennius, ff eo. tit. & in prædictis locis ponunt Doctores, atque ita constituit regulam Pract. Papien. in form. libel. pro lega. rei sing. in princ. num. 86. in fi. Bal. Nouel. in l. 1. num. 46 ff. solu. matrim. facit, quod volunt Iac. Butr. Cin. & Bald. in dicta l. 1. C. de neg. gest.*
2 vbi dicunt, quod mater, † quæ impendit pro remouendo tutore suspecto filiis dato, repetit impensam, ex quo illam non facit coacta necessitate aliqua, sed ex voluntate mera. Et quamuis aliqui dicant, *vt Bart. ibi,* quod tenetur accusare tutorem
3 de suspecto, tamen admittunt, † quod non tenetur impendere de suo, *vt per Bart. in l. 2. C. de neg. gest.* & videbimus passim in discursu huius partis considerari, si quis tenebatur, vel non. Et pro regula
4 supra constituta facit, quia donare, † est perdere, *l. filius familias, in princ. ff. de donatio.* Imo species fu-
5 roris, † *Socin. in cons. 73. num. 18. volum. 1. Castren. in cons. 352. num. 5. volum. 1. D. Becius in cons. 41. num. 19. & cons. 52.*
6 *num. 74.* & in dubio nemo præsumitur † iactare suum,

ſuum, *l. cum de indebito, ff. de probation.* & omnis ſumitur coniectura ad excludendum præſumptionem
7 †donationis, *l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignor. actio. l. ſi cum aurum. ff. de ſolution.* & præſumitur potius error, etiam in facto proprio, quàm donatio, †
8 *l. & ſi me putem, in princ. & ibi gl. de cond. indeb. Bal. in conſ. 189. in fi. volum. 2. Curt. iun. in conſ. 36 num. 5. Crauc. in conſ. 77.*
9 *num. 14.* & fatuitas potius † præſumitur, *ſecundum Bal. in l. generaliter, C. de non num. pecun.* & ſicuti non præſumitur donatio, quando alia cauſa excogitari poteſt, ita ſi actus referri non poteſt ad aliam cauſam, quàm iactationis, debet potius attribui cauſæ, †
10 per quàm inducatur minor iactatio, *Butr. in conſ. 65. Crauet. in conſ. 106. num. 07.* Hinc eſt, quòd qui
11 abſentis nomine mutuam alicui dat † pecuniam, non videtur abſenti donare, *Gul. Cun. Butig. Caſtren. Alex. & alij in l. certi condictio. §. ſi nummos, vbi Socin. num. 6. Dec. num. 8. Purpur. num. 51. ff. ſi certum petat.* Et quòd donatio non præſumatur, exornat latè Menoch. *de arbitr. iudic. caſu 88. in princ.* & procedit præſumptio etiam inter ſanguine coniunctos, quia inter eos
12 non præſumitur † donatio, niſi certis caſibus, ſed non regulariter, *gloſ. in l. liberti quos, §. 1. vbi Bart. ff. de alimen. & cibar. legat. & in l. itemque. §. ſi cui mandauero. ff. de mand. Alexan. Caſ. & alij in l. quæ dotis. ff. ſolu. matrim. Alciat. in tract. præſump. regula 1. præſumpt. 32. num. 5. cuius ſententiam communem inquit Menoch. in caſu 88. num. 9. & ſeq.* Et ideo ſi pater non emat filij nomine, non
13 † videtur illi donare. *l. filiæ, C. famul. erciſcun. vbi Bal. & alij.* Idemque eſt in quocunque aſcendente erga
14 † deſcendentem ſuum, *Corne. in conſ. 15 in fi. volum. 4. Crauet. in conſ. 86. num. 3. Menoch. loco prædicto,* vbi latè agit, inferendo ad alios caſus, ſed latius in patre erga filium, ponit Menoch. *in tract. de præſumptio. lib. 3. præſumpt. 30. num. 7. & pluribus ſequentibus.* Si autem donatio non præſumitur inter patrem & filium, interque aſcendentem & deſcendentem, inter quos tanta eſt coniunctio, vt nulla ſit maior; multo minus præſumitur inter alios.

Ampliat verò ſupradictã concluſionem, vt procedat etiam, ſi præſtitit quis alimenta non animo
15 gerendi alterius † negotium, quia nihilominus datur alimentorum repetitio, vt eſt text. *in l. patrem qui, vbi hoc notat Bart. C. de nupt. & ibi Bart. inquit, illum caſum eſſe ſingularem, illum etiam pro ſingulari ponit Pet. de Rauen. ſingu. 435.* Sed etſi ipſi non explicent; tamen non debet id trahi in conſequentiam, quia eſt contra ius commune, ſed ideo conceditur vt aliquo modo patris odium ergo filiam, & ingratitudo erga altorem puniatur: agitur enim ibi de patre, qui filiam expoſuerat, & ea alita fuit ab alio pietatis & miſerationis gratia, quo caſu repetitio ei non datur præſtitorum alimentorum, cum pietate motus fuerit, ſed cum vellet is eam filio proprio vxorem dare, pater exponens, recuſabat dotem dare, & ideo in pœnam conceditur repetitio præſtitorum alimentorum, quæ alioquin non daretur, ceſſante ingratitudine, & odio patris, *ita inquit Cun. ibi, quem ſequitur Bar. in princ.* Et dicit Salicet. *ibi, in fi.* quod eſt ſpeciale propter ingratitudinem, quæ reſecat pietatis officium. Et eam opinionem probauit Cordub. alios allegans, *in d. l. ſi quis à liber. §. idem iudex. num. 50. ff. de liber. agnoſcen.* vbi ampliat eam procedere etiam in patre, qui filium expoſu-
16 it: † is enim ſi recuſat, ne filius ducat in vxorem altoris filiam, cogetur refundere alimenta, ſed latius dicam infra.

Fallit tamen regula, quando ea alimenta præ-
17 ſtantur alicui pauperi: † tunc enim nõ præſumuntur data repetendi, ſed donandi animo. *l. Neſennius. ff. de neg. geſt. l. alimenta. C. eodem tit. atque ita dicit Bald. Nouel. in l. 1. num. 46. ff. ſoluto matrimonio.* Et de hac limitatione latè agemus infrà. Confirmatur autem, quia etſi non præſumatur donatio, *vt diximus ſuprà,*
18 fallit tamen, quando ſit pauperi, † vt voluit Bar. *in l. cum quid, num 11. ff. ſi certum petat.* vbi ait, quòd ſi dues tradat pauperi pecuniam nulla expreſſa cauſa, aut titulo, præſumetur donatio. Eſt verum, quòd loquitur, quando res & quantitas erat modica, non magna, *& ſequuntur ibi eum communiter Doctores, & Abb. in c. ſi quæſtiones, per illum textũ, num. 3. de ſimon. Caſtr. in l. ſi fundum, la 2 in princ. num. 3. ff. de leg. 1. Ripa in l 2. in princ. num. 24. ff. ſi certum petat. vbi citat gl. in l. ſi filij, C. de donatio. inter virum & vxo. & comprobat Benincaſ. in tract. paupert. quæſtio 8. in prima ſpecia. contract. numero 26.* Et eſt regulare, quod ſumatur interpretatio diſpoſitionis cuiuſcunque ex conditione perſonæ, *vt dicunt Doctores in d. l. cum quid, vbi Dec. num. 23.* Infert ad alia multa, & defendit Bal. ab impugna-
19 tionibus Caſtren. Qualitas enim perſonæ † dat verbis intelligentiam. *l. plenum. §. equitij ff. de vſu & habitat. l. cum filio. ff. de leg. 3. Cagnol. in l. quoties idem ſermo, num. 5. ff. de reg. iur. Felin. in c. cauſam, quæ, colum. 3. de reſcrip. Menoch. de præſumptio. lib. 3. præſumpt. 34. in fi.* Ideò in propoſito conceſſio annua facta pauperi, cen-
20 ſetur in cauſam alimentorum facta, †*l. ſi cui annuum. ff. de annu. legat. l. cum hi, §. ſi in annos. ff. de tranſact. & dixi ſuprà ſuo loco.* Nõ mirum ergo ſi præſtans alimenta pauperi alicui cenſetur non repetendi, ſed donãdi animo præſtitiſſe, remanetque limitatio melius comprobata, quàm fecerit Bal. Nouel. *in loco prædicto,* vbi ſua authoritate nihil allegat.

Sed etſi regula eo modo, vt in principio diximus à Practi. Pap. conſtituatur, videtur tamen verius eſſe, quòd alimẽta in dubio videantur donãdi animo præſtita, pro cuius probatione adduco quòd in ſimili de dote ſcriptum legimus *in l. vnica. §. accedit.*
21 *C. de rei vxor. actio.* vbi † dos data ab extraneo, cenſetur donatio. Idem dicitur *in l. ſi. C. de dot. promiſſ.* Doctores omnes *in l. 2. §. 1. ff. ſoluto matrim.* vbi dicunt eſſe ſpeciale fauore dotis. Bart. *in l. quæ dotis, num. 6. ff. ſoluto matrim.* vbi ſubdit, rationem eſſe, quia dos eſt pia cauſa, *Socin. in conſ. 100. colum. 3. volum. 3. Dec. in conſ. 35. num. 1. Pariſ. in conſ. 12. num. 100. volum. 1.* vbi dicit, eſſe ſpeciale fauore dotis, *Socin. iun. in conſ. 79. numero 74. volum. 3.* Et ſi id procedit in extraneo dotante, multo magis locum habebit in coniuncto, in quo facilius cadet coniectura donationis, *iuxta ea, quæ ponit Alciat. in tract. præſumptio. reg. 1. præſumptio. 32. & dixi ſupra in principio huius quæſtionis,* & in patre loquitur † Socin. *in dicto conſ. 100.* dum tamen non eſſet obligatus, & in patruo loquitur Socinus iun.
22 *dicto conſ. 79. num. 74.* in ſorore Ripa, *in l. 1. num. 9. ſoluto matrim.* Quod ſi ea locum habent in dote, quare pro-

re procedere non debent etiam in alimentis? Valet enim fauorabiliter argumentum à dote ad alimenta, vt sæpe dixi in discursu operis, imò alimenta fauorabiliora sunt dote. Confirmatur hæc sen-
23 tentia, quia donatio præsumitur, † quando nulla subest necessitas, *l. donari. ff. de reg. iur. l. donatio. ff. de donatio.* item cuius per errorem dati repetitio est,
24 eiusdem consulto dati donatio est. *l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. l. 1. ff. de cond. indeb.* & in dubio nõ prę-
25 sumitur, quid datum repetendi animo, † quando dans sciebat indebitum. *l. quod si sciens. ff. de cond. indeb.* & non videtur sine causa datum, quando causa donationis subesse potest, *vt dicunt Doctores in l. 1. ff. de cond. sine cau* Et inquit Bolognet. *in d. l. cum quid. numero 62.* quod si scholaris pecuniam Doctori tradat, videtur donare. Præterea cum sumus in dubio, interpretatio sumi debet contra dantem, qui de-
26 buit in traditione † rei suæ apertius legem dicere, *l. veteribus. ff. de pact. l. Labeo, la 1. ff. de contrahen. emptio. l. quidquid astringendæ, ff. de verb. oblig. c. contra eum, de reg. iur. in 6.* Et his rationibus voluerunt aliqui, quòd titulus donationis semper præsumatur, cum aliquis rem suam tradit, nulla expressa causa, *in l. cum quid*, præcipuè quando accedit consanguinitatis causa, *vt per Bar. in d. l. cum quid, num. 11.* quæ etsi sola forte regulariter non sufficiat, vt supra dixi, iuncta tamen cum aliis præcipuè fauore alimentorum operatur donationem. Et in hoc aduertendum existimo, quòd hæc opinio facilius admitteretur, quando is esset alitus, cuius alendi onus ad alium spectabat: quia tunc etsi detur repetitio contra eum, qui tenebatur alere, tamen quoad eum, cui præstita sunt alimenta, sustinetur donationis titulus, quæ consideratio cadit etiam circa quæstionem paulo supra tactam de alimentis præstitis pauperi: ea enim intelligi debet, quando repeteret quis alimenta à paupere, secus vbi à tertio repeteret alimenta præstita pauperi, quod quando locum habeat, dicemus infra in discursu huius partis.

Infertur ex prædictis, quòd si quis alimẽta præstet alicui, qui erat ex pacto alendus à donatario,
27 † poterit ab illo repetere, *Corneus in cons. 120. colum. 2. ver. & maxime, volum. 1.* vbi dicit hoc procedere, etiam si non fecerit impensam animo repetẽdi. Mouetur ex l. *item eum, & l. si pupilli, §. quid ergo, vbi glos. in ver. ipso gesto. ff. de neg. gesto. Bart. & Doctores in l. alimenta. C. eodem titu.* Et infert, quòd si donator habuit alimenta ab alio, non potest agere contra donatarium quasi ingratum ob alimenta non præstita: & facit, quia dicitur talis gessisse vtile negotium donatarij, atque illum releuasse ab onere, quod incumbebat.

Inferri etiam potest ad eum, qui alimenta præ-
28 stitit obsidi; is † enim repetit ab ipso obside, per tex. *in l. si necessarias, in princ. vbi glos. ff. de pignor. actio.* ob-
29 ses enim dicitur quodammodo † datus pignoris loco, & est species quædam seruitutis, *l. 2. ff. de lib. homine exhibe. l. Titio centum. §. Titio centum, il 2. & ibi not. Bart. ff. de cond. indeb. Bero in cons. 160. num. 15. volum. 3.* &
30 seruo vel alij, qui præstat † alimenta repetit, *d. l. si necessarias, in princip.* Et ita voluit Imola, *in cap. ex rescripto. num. 6. in fi. de iureiuran. & eum sequitur ibi Felin. in fi.* Sed limitatur à prædictis Doctoribus, vt non procedat, quando obses inseruiret ei, à quo retinetur, atque ei præstaret operas: quia tunc ex
31 quo retinens † tenetur alere, alimenta præstita repetenda sunt ab illo, non autem ab ipso obside; gestum est enim illius, non obsides negotium. Et quod attinet ad operas, vide quæ dicam infrà hac eadem parte.

Inferri etiam potest ad alimenta, quæ præstitit
32 aliquis filio spurio, † cui tamen non erit obligatus: puta, quia erat diues, & habebat aliunde: nam tenetur spurius reddere illa, vti vult Cacciclup. *in Authen. si qua illustris, num. 93. C. ad Orphician.* vbi tamen pro hoc nihil allegat, sed intelligi hoc debet cum modificationibus & declarationibus, quæ passim infra addentur: nam etsi talis sit regula, limitatur tamen, quando ex coniecturis constat, quòd habuit animum donandi.

SVMMARIVM.

1 *Maritus repetit à socero morosa alimenta præstita vxori.*
2 *Maritus, qui diu tacuit, nec dotem petiit, an censeatur vsuras dotales remittere.*
3 *Maritus retinens vxorem in suo obsequio, non petit vsuras dotis non solutæ.*
4 *Confessio dotis receptæ non præsumitur simulata, quando facta est erga patrem aut fratrem vxoris.*

QVÆSTIO II.

MARITVS, qui alimenta præstitit vxori,
1 repetit ea à socero, † qui moram fecit circa solutionem dotis, est casus *in l. fi. in §. præterea, C. de iure dot.* quem ad hoc allegat Bal. *in cons. 94. volum. 1.* vbi inquit, esse de hoc casum *in d. §. præterea. idem Bal. in cons. 474. volum. 3.* & est communis opinio Legistarum & Canonistarum, *vt ait Ias. in cons. 92. num. 12. ver. secundo & fortius, volum. 1. Alex. in cons. 41. num. 3. & 4. volum. 5. Corne. in cons. 212. colum. 1. in cons. 240. colum. 1. volum. 3. Ioan. And. Cardin. Butr. & Abb. in c. salubriter, de vsur. Bar. Imola, Castren. Alexan. & alij in l. insulam. §. vsuras. ff. solu. matrim. & multos allegaui in tit. quib. debeantur alimen. in quæst. incipiente, quandoque socer*, vbi hanc quæstionem diffusè tractaui ampliando & limitando pluribus modis, & inter alia dixi procedere solũ contra eos, qui de iure tenebantur alere, ex quo illi fuerunt à marito releuati ab onere legali, & ibi posui quæstionẽ, *an maritus, qui diu tacuit, nec vnquam petiit censeantur alimen-*
2 *ta, seu dotales vsuras* † *remisisse, an verò illas possit petere non obstante diuturna taciturnitate.* Quam quæstionem, vt aliquid addam, pertractat Menoch. postea per me visus *in tracta. de præsumptio. lib. 3. præsump. 25. per totam*, vbi perstringendo negotium, quatuor constituit casus, cum nonnullis declarationibus, sed neque resoluit multas difficultates, quæ cadũt circa quæstionem, neque allegat multos, quos ego loco prędicto adduco, *Caphal. in cons. 280. num. 52. & vnico verbo Mascard. conclus. 77. num. 6. dum allegat decis. Pedem. 32. Vitalin. in tract. clausi. in tit. an renuncia. poss. iuri alimento. colum. 9. vbi latè, sed sparsim agit de hac & aliis quæstionib.* Et quamuis maritus non teneatur vxorem alere, quando sibi dos promissa non soluitur, vt dixi suo loco;

loco; tamen hoc caſu datur alimentorum repetitio aduerſus patrem vel fratres dotis debitores, vt patet in locis prædictis. Poſſet tamẽ hoc caſu quæri, an detur repetitio, cum maritus receperit ſeruitia, quæ videntur compenſanda cum alimentis, ſicut diximus, quando duxit vxorem indotatam, quam nihilominus cum habuerit in ſeruitiis cogitur alere, ſed quia Doctores habent pro abſoluto, non ſunt obſcuranda quæ claram habent determinationem. Hæc concluſio benè procedit, quando vxorem nõ retinuit in ſuo obſequio: at ſi retinuit,
3 † non poteſt vſuras petere, *ſecundum Abb. in conſ. 85. volum. 2. quam ſequuntur alij, quos citaui in dicta quæſtione de marito qui petit alimenta à ſocero, vbi tamen eam reprobaui.* Sed fortè dici poſſet pro concordia, quod aut dos fuit ab vxore promiſſa, quæ poſtea fuit in mora, aut fuit promiſſa à ſocero, vel alio. Et primo caſu maritus non repetit non propter compenſationem ſeruitiorum, ſed propter affectionem ſeruitiorum, ſed propter affectionem maritalem, & quia facilius præſumitur donatio inter virum & vxorem, quàm inter generũ & ſocerum. Secundo verò caſu licet repetere, quia dum præſtat alimenta vxor, nulla poteſt ſumi coniectura, quod voluerit ſocero donare, cum erga eum non tanta præſumatur facilitas. Et pro hac differentia inter vxorem & ſocerum, facit, quod dicunt Do-
4 ctores de confeſſione dotis † receptæ, quæ non ita præſumitur ſimulata, quando emanauit erga patrem & fratrem vxoris, ſicuti quando emittitur in fauorem vxoris. *Dec. in conſ. 536. colum. 3. ver. ad hoc etiam reſpondetur, Ruin. in conſ. 183. num. 4. volum. 1. Alcia. in l. 1. num. 14. ff. ſolu. matrim. Marſil. ſing. 345. Bal. Nouel. in tract. dot. par. 10. num. 14. Lupus in rub. de donatio. inter vir. & vxo. §. 30. num. 12. Rub. conſ. 78. colum fi. Crot. in l. ſi conſtante, num. 150. ff. ſolu. matrim. Didac. lib. 1. variar. reſolutio. c. 7. num. 6. ver. eſt & alia, Rolan. conſ. 93. num. 27. & ſeq. volum. 1. Anchar. Modern. lib. 1. q. 32. num. 15.* Cogita tamen ſuper hac diſtinctione, quia periculoſum eſt nouas interponere ſentẽtias poſt tot peritorum ſcripta, & vide quæ paulò infra dicam.

S V M M A R I V M.

1 *Maritus, qui vxorem habuit in obſequiis, an petat alimenta ratione moræ vxoris in danda dote promiſſa.*
2 *Conſentire non videtur, qui tacet, quando ſcit ius ſuum durare.*
3 *Tacere quis præſumitur in dubio, quia ſciat ius ſuum durare.*
4 *Coniecturis non eſt locus, quando ſumus in claris.*
5 *Hæredes mariti ſi alendo viduam plus impẽderunt, quàm ſint dotis fructus, videntur donare.*
6 *Res eadem non debet cenſeri diuerſo iure.*
7 *Determinatio vna recipiens plura determinabilia debet æqualiter determinare.*
8 *Poſſidere quis præſumitur ex præambulo titulo.*
9 *Confeſſio intelligitur facta ex cauſa præambula.*
10 *Vſuræ. Res obligata pro ſorte, cenſetur etiam obligata pro vſuris.*
11 *Res obligata pro dote, cenſetur etiam obligata pro alimentis dotalibus.*
12 *Maritus recipiendo dotẽ, an videatur remiſiſſe alimenta.*
13 *Dotales fructus & acceſſiones petuntur iure actionis.*
14 *Maritus petens dotem poteſt etiam iure actionis petere fructus & acceſſiones.*
15 *Acceſſiones in vniuerſalibus petuntur iure actionis.*
16 *Correlatiua. Diſpoſitum in vno ex eis locum etiam habet in alio.*
17 *Ratio vbi eſt eadem, ius quoque idem ſtatui debet.*
18 *Fideiuſſor acceptus pro principali, obligatur etiam pro acceſſionibus.*
19 *Vxoris bona obligantur marito non ſolum pro dote, ſed etiam pro alimentis dotalibus.*
20 *Damni vitandi ratio potior eſt, quàm lucri captandi.*
21 *Recipiendo debitum cenſetur remittere pœnam conuentionalem.*
22 *Recipiens debitum non cenſetur remittere pœnam legalem.*
23 *Recipiens ſortem, non videtur remittere vſuras.*
24 *Maritus recipiens ſortem, non cenſetur remittere vſuras dotales.*
25 *Expenſæ litis peti poſſunt de per ſe omiſſæ ſunt in ſententia, quando ſtatutum mandat victum victori condemnari in expenſis.*
26 *Expenſæ non debentur ab eo, qui iuſtam habuit cauſam litigandi.*
27 *Expenſæ debentur ab eo qui iuſtam habuit litigandi cauſam, quando ſtatutum mandat victum victori condemnari in expenſis.*
28 *Expenſæ conuentionales debentur iure actionis, non obſtante iuſta cauſa litigandi.*
29 *Maritus recipiendo ſortem, an præiudicet ſibi in alimentis.*
30 *Officium iudicis inducitur, quando lex noua diſponit ſuper acceſſoriis.*
31 *Officium iudicis non datur, ſed actio, quando lex noua diſponit ſuper principali.*
32 *L. ſi marito. §. ſi ff. ſolu. matrim. locum habet in acceſſionibus & fructibus naturalibus, non ciuilibus.*
33 *Liberatio debitori facta pro ſorte extenditur ad omnia acceſſoria.*
34 *Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio.*
35 *Vidua recipiens dotem ſine reſeruatione non petit interuſuria dotalia.*
36 *Dominus recipiendo canonem remittere videtur pœnam caducitatis iam commiſſam.*
37 *Intereſſe debitum officio iudicis non poteſt peti ſorte remiſſa.*
38 *Intereſſe promiſſum per ſtipulationem, peti poteſt ſorte ſine proteſtatione aut reſeruatione recepta.*
39 *Maritus recipiendo dotem cum proteſtatione, non prohibetur petere alimenta.*
40 *Tacens videtur conſentire, quando proteſtationi non oppoſuit.*
41 *Taciturnitas vbi contradictio eſt neceſſaria, inducit quaſi contractum.*
42 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*
43 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.*
44 *Rationes plures vbi concurrunt, vna ſublata ſuſtinetur diſpoſitio.*
45 *Duo quando obſtant, vno ſublato alterum non tollitur.*
46 *Rationes plures præſumuntur, non vna.*
47 *Proteſtatio non prodeſt in his, quæ non pendent ab animo proteſtantis, ſed à iure.*

48 Offi-

48 *Officium iudicis mercenarium tollitur actione sublata.*
49 *Protestatio contraria facto non releuat.*
50 *Bartoli distinctio in l. fina. ff. de eo quod certo loco, reprobatur.*
51 *Debitum ex vna causa potest de consensu partium transfundi in aliam causam.*
52 *Hæres potest durante tempore inuentarij conueniri pro debito hæreditario, quòd ipse promittit soluere.*
53 *Maritus recipiens sortem, non videtur remittere alimenta pro parte dotis non solutæ.*
54 *Recipiens partem debiti censetur recedere à datione in solutum iam factæ.*
55 *Partis quoad partem eadem est ratio, quæ totius quoad totum.*
56 *Accessorium regulatur secundum naturam principalis.*
57 *Contrariorum eadem est disciplina.*
58 *Oppositum idem operatur in opposito, quod propositum in proposito.*
59 *Voluntas tacita quæ ex actu colligitur non extenditur vltra quam ex actu inferatur.*
60 *Recipiens partem debiti remittit totum interesse in indiuiduis, secus in diuiduis.*
61 *Petens sortem non videtur remittere interesse.*
62 *Petens pretium videtur recedere à pacto caducitatis.*
63 *Appellationi renunciare videtur, qui dilationem petit ad soluendum.*
64 *Dominus petendo fidelitatem à vasallo videtur remittere caducitatem commissam.*
65 *Minor petens pretium rei, nulliter venditæ videtur renunciari nullitati.*
66 *Petens pretium remittit nullitatem contractus.*
67 *Dominus petendo canonem ab emphyteuta remittit caducitatem commissam.*
68 *Petens sortem in iudicio, quando possit postea petere interesse.*
69 *Maritus qui aluit vxorem infirmam, non repetit alimenta.*
70 *Factum quid præsumitur ex causa, propter quam erat faciendum.*
71 *Paria sunt, rem habere, vel actionem ad rem.*
72 *Maritus non tenetur alere vxorem, quæ habet aliunde.*
73 *Maritus non tenetur alere vxorem, quæ patrem habet diuitem.*
74 *Vsufructuarius si soluit magnam impensam in rei refectionem, repetit.*
75 *Argumentum à contrario sensu, est validum.*
76 *Maritus non repetit alimenta præstita vxori infirmæ indotatæ, etiam si fuisset protestatus.*

QVÆSTIO III.

MAXIMA est controuersia, an maritus qui vxorem duxit cum dotis promissione, eamq; aluit, & in obsequiis familiaribus retinuit, possit ratione moræ quam in dotis solutione passus est, consequi ab ipsa vxore alimẽta, seu vsuras retardatæ solutionis. Et Imola *in l. insulam. §. vsuras. ver. & per prædicta. ff. solu. matrim.* 1 inquit, sub dubio fortè, quòd alimenta † repeti possunt, intelligendo tamen, si vxor erat sana, quia si fuisset infirma, videtur vir pietatis intuitu alimẽta præstitisse. Maior enim vrget pietas alendi infirmam quàm sanam. Idem voluit Roman. *in l. si vero. §. de viro, in 44. specia. ff. solu. matrim.* Et hanc partem tenuit etiam Alex. *in l. quod in vxorem, num. 7. C. de neg. gest.* Et prædicti omnes intelligunt, etiam si nulla præcessit protestatio, *idem Alex. in cons. 56. nu. 7. & seq. vol. 4. & in d. §. vsuras, num. 3. ver. si vero mulier erat sana.* vbi ait, hoc esse notandum verbum, quoad illa *l. quod in vxorem*, non habet locum in muliere sana, quia impensum pro ea repetitur, *idem Alex. in cons. 31. num. 10. volum. 6.* quia, vbi mulier est dotata, alimenta censentur præstita animo recuperandi & repetendi. Et ratio est, quia extante dote vxor alenda est de illius fructibus non impensis mariti; item quia vbi maritus est stipulatus dotem sibi dari, iam videtur animum declarare quòd nolit de suo alere vxorem, sed ex dote: & licet non eã eiecerit, vel expulerit, sed in seruitio retinuerit, non per hoc videtur voluisse vsuras dotales remittere, tum quia non præsumitur donatio; tum etiam, quia sciebat 2 durare sibi ius † repetendi, *vt in simili dicitur in l. Seius. §. non videtur. ff. quib. mod. in pign. vel hypoth. sol. gl. in c. imperialis, in ver. permissione, de prohib. feu. alien. per Lothar. Isern. in c. 1. colum. 8. in princ. de successio feud.* vbi subdit, 3 quod in dubio præsumitur ea ratione † tacuisse, quia sciebat ius suum durare, *Ruin. in cons. 161. num. 38. volum. 1. Soc. iun. cons. 106. num. 41. & seq. volum. 3.* & quod videtur repetitio, alios citans tenet Mascar. *concl. 77. num. 5. in 2. limit.* Sed multi ex allegatis ab eo non id dicunt, & contrariam partẽ tenuit Abb. *in d. cons. 85. in 2. vol.* vbi ait, quòd alimenta compensantur cum seruitiis seu operis. Sed hæc ratio benè procedit, quando dos non est promissa, quia benè tunc maritus videtur obsequia loco dotis habere, sed quãdo dos est promissa, atque ita maritus expresè sibi cauit, seruitia non cedunt loco dotis. vbi enim in 4 claris † sumus, non est opus interpretatione, *l. continuus. ff. de verb. oblig.* Præterea vxor etiam dotata tenetur operari viro, intelligendo de operis obsequialibus seu officialibus, non de fabrilibus aut artificialibus, *vt dixi in tit. quomodo alim. sint præst. an.* Ideo ob præstationem operarum, sicuti non excusatur à soluenda dote promissa, ita non debet excusari à soluendis vsuris, seu alimentis debitis occasione promissionis. Eandem tamen opinionem allegant tenuisse Imo. *in l. diuortio, in prin. ver. item aduerte, ff. solu. matrim.* vbi inquit, quòd si dos est in bonis immobilibus, & viro mortuo hæredes intra annum 5 luctus præstiterunt † alimẽta viduæ, lucrãtur quidem fructus bonorũ dotalium: sed si impensa excedit fructuum valorem, videntur fecisse animo non repetendi, *argumẽto l. quod in vxorem.* Sed ea opinio, meo iudicio non potest sustineri, quia vna & eadem alimentorum præstatio non potest videri facta pro parte animo repetendi, & pro parte ani- 6 mo donandi, sed vel in totum repetẽdi, † vel in totum donandi, *argumento l. eum qui ædes. ff. de vsucap.* & vna determinatio debet æqualiter determinare, 7 quando plura † recipit determinabilia, *l. nam hoc iure, ff. de vulga. & pupil.* & animus hæredum circa præstationem alimentorum non debet præsumi diuisus, vt scilicet cogitarent præstare alimẽta de proprio, quatenus fructus rerum dotalium non sufficerent, vel de vsuris dotalibus vbi fructus sufficerent

rent Ias. autem *in l. si donaturus. §. 1. num. 6. ff. de cond. ob cauſ.* inquit, hanc partem videri veriorem, quod fecerit impendia animo repetendi. Eandem partem probauit Corne. *conſ. vlt. colum. 3. volum. 2. Lupus in cap per veſtras, in 3. not ab. §. 1. de donatio. inter virum & vxo. ſolto mihi 135.* ſed vt dixi, mouentur omnes leuibus rationibus, easque impugnaui *in tit. quibus debeantur alimenta, in quæſtione, an gener repetere poſſit alimenta à ſocero.* Et Crauet. *in conſ. 189. num. 7. in quinto caſu, in fi. ver. non omitto in hac materia*, dicit Abba. opinionem eſſe extraneam, ſed nihil allegat. Nūc autem ex prædictis apparet, eam à pluribus reprobari, & ratione deſtitutam; & ſi dicatur, eam ſuſtineri ratione, quam in proxima quæſtione adduxi, quod ſcilicet facilius præſumitur donatio erga vxorem, quàm erga ſocerum. Reſpondeo, quod Imola, Abb. & alij non mouentur ea diſtinctione, ſed quia tenetur eam alere, quæ fuitin obſequio. Secundo reſpondeo, quòd verum eſt magis præſumi donationem erga vxorem, quàm erga ſocerum, quando ex aliis inferri poteſt, quòd maritus habuerit animum donandi, ſed quando ſtipulatus eſt dotem ſibi ſolui, ceſſat præſumptio donationis, facit, quod dicimus, præſumi quod poſſi-
8 deat † ſemper quis ex præambulo titulo, *l. 1. §. 1. ff. de exceptio. rei iudic. l. 2. vbi notant Doctores, C. de acquiren. poſſeſſ. gloſ. in l. quædam mulier, C. de rei vendic. Bart. in l. qui negotiationem. ff. de adminiſtr. tuto. Alciat. in tract. præſumptio. reg. 2. præſumpt. 23. cum multis ſimilibus.* Item facit,
9 quia confeſſio † recepti in dubio intelligitur ex cauſa præambula, *Bart. & Doct. in l. triticum. ff. de verbor. oblig. Alex. ibi, num. 4. Aretin. colum. 2. ver. in gloſ. poſita, & ibi Ias. num. 6. Ias. in conſ. 70. num. 1. volum. 1. cum aliis, quos allegaui in conſ. 119. num. 16.* & ideo cum cauſa præſtandi alimēta ſit promiſſio dotis ſibi facta à principio, præſumitur maritum ex ea, non ex alia præſtitiſſe alimenta. Et dicebam aliquando, quod ſi diceremus eum alimenta præſtitiſſe animo donandi, ſuperflua eſſet quæſtio tam pertinaciter à Doctoribus pertractata, an maritus, qui diu vxori præſtitit alimenta & dotes, vel vſuras dotales non petiit, videatur illas remiſiſſe, quia non cadit remiſſio ſuper eo quod non debetur, & priuatio præſupponit habitum, *l. decem. ff. de verborum obligat.* Accedat, quod vſuræ dicuntur acceſſoriæ ad dotem, & ideo res obligata pro ſorte, cenſetur etiam
10 obligata † pro vſuris *leg. Lucius. ff. quæ potior. in pigno. habeant. vbi gloſ. Bartolus & alij inferunt, ad alias deciſiones.* Et per hanc rationem Barto *in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſauiſſimo. ff. ſoluto matrimo.* dicit, quod res obligata pro dote, dicitur etiam obligata pro ali-
11 mentis † dotalibus. *Et eum ſequuntur Cuman. & Caſtrenſ. ibi, ponit Neguſan. de pignor in 4. membro, 2. par. num. 47. Et dixi inter priuilegia alimentorum.*

Sicuti ergo per taciturnitatem, & alimentorum diuturnam præſtationem maritus non videtur dotem remittere, nec ideo prohibetur illam petere; eodem modo non impeditur alimenta ſibi occaſione dotis promiſſa & debita exigere, nec poteſt magis videri vir donare alimenta quàm dotem, cum dos ipſa ad hunc effectum tradatur, vt ex ea maritus ſuſtineat onera matrimonij, & ſatis dicitur maritus priuari dote quando illius fructus non percipit.

Retenta igitur pro vera ea opinione, quòd liceat marito repetere alimēta, dubiū eſt, ſi poſt præſtita aliquo tempore alimēta maritus dotem recipiat: num videatur ſibi præiudicaſſe reſpectu alimentorum, vt ea mox petere poſſit? Et videtur ea
12 † peti poſſe. Ita determinat Bal. Nouel. *in tract. dot. part. 2. colum. penult. ver. ſequeretur etiam alius effectus.* vbi dicit, quod etſi in ſententia ſuper reſtitutione dotis data, non ſit facta mentio de fructibus dotis ſeu intereſſe, tamen alimenta & alia acceſſoria poſſunt poſtea peti, & ſubdit hoc eſſe notandum, quia ſæpè contingit quòd mariti poſt longam moram vxoris, vel ſoceri, recipiunt dotem nulla mētione facta de damnis, ſeu intereſſe paſſis poſt moram, nullaque facta proteſtatione, aut reſeruatione: nam ideo fit ſibi præiudicium quominus primæua actione petere ea poſſit. Mouetur ex tex. *in l ſi marito, §. finali, ff. ſoluto matrim.* vbi dicitur, quòd
13 fructus & acceſſiones dotales peti poſſunt † iure actionis, quem textus dicit ad hoc eſſe ſingularem, licèt in particularibus regulariter acceſſiones veniant iudicis officio mercenario, *l. 4. C. de bon. quæ liber. l. fina. ff. de eo, quod certo loco.* Et licèt tex. *in d. l. ſi marito. §. fina.* loquatur in dote repetenda, tamen idem videtur in dote petēda. Nam videmus, quòd priuilegium hypothecæ competens pro reſtituenda dote, locum etiam habet in dote petenda ex
14 parte † mariti, *l. vnica, §. & vt plenius, C. de rei vxo. actio. Neguſ. de pignor. in quarto memb. 2. par. num. 25.* facit etiam, quia multi voluerunt, quòd iudicium de do-
15 te ſit vniuerſale etiam ex parte mariti: in † vniuerſalibus autem acceſſoria peti poſſunt iure actionis, *vt per Doctores in rub. ff. ſoluto matrim.* Præterea vbi etiam alimenta & acceſſoria iure actionis peti non poſſent, adhuc tamen recipiendo dotem maritus non ſibi præiudicaret in alimentis, quia ſecundum Bal. Nouel. *in dicta parte ſecunda, colum. antepen.* fructus petuntur ex ſpeciali quodam priuilegio, quod doti tribuitur, *vt in dicta l. ſi marito. §. fina.* Et non mirum, quia priuilegium dotis non minus competit ex parte mariti pro dote petenda, quàm ex parte vxoris pro dote repetenda. Et cum vir &
16 vxor ſint correlatiui, diſpoſitum in vno, † locum habet in alio, *l. fina. C. de indict. viduit. tollen.* Et in ma-
17 rito eſt eadem ratio, ergo idem † quoque ius eſſe debet, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. à Titio ff. de furt.* Et quando iudicium eſt bonæ fidei, tunc acceſſiones licèt veniant non iure actionis, ſed officio iudicis, tamen ſunt fauorabiles, & includuntur fortius quàm in iudicio ſtricti iuris. Iudicium autem dotis eſt bonæ fidei. *§. fuerat, Inſtitut. de actio.* Hinc videmus quòd fideiuſſor acceptus pro principali,
18 obligatur † etiam pro acceſſionibus, quando natura actionis vel iudicij eſt bonæ fidei, *vt in l. quæro, in princ. ff. loc. iuncta l. centum Capuæ, ff. de eo, quod certo loco. ita declarat gloſ. in dicta l. centum, in quinta ſolutione, quam Bart. ibi & cæteri Docto. ſequuntur.* Et hac ratione Neguſant. *in 4. memb. 2. part. num. 55. & 56.* Concludit, quòd bona vxoris ſunt obligata tacitè marito,
19 non minus † pro alimentis & vſuris dotalibus,

quàm pro dote. Ergo eodem modo peti poterunt alimẽta recepta dote, ſicuti ab ipſa vxore fieri poſſet petitio. Et hanc partem, quòd extincto principali per ſolutionem peti poſſint alimenta, tenuit etiam Lup. *in c. per veſtras, in tertio notab. §. 8. num. 6. ver. ex quo infertur, de donat inter vir. & vxo. folio mihi 177.* vbi inquit iſtud eſſe nouum dictum Bal. Nouel. mentitenendum. Sed errat Lupus, quia ante Bal. idem tenuit Bar. *in l ſi marito. §. fi. in fi. ff. ſolu. matrim.* Et in eadem lege Roman. vbi concludit, quòd maritus, qui ſine reſeruatione dotem recepit, petere poteſt alimenta ſeu vſuras dotales. Mouetur ex tex. *in l. fi. §. præterea. C. de iure dot.* vbi maritus petere poteſt incrementa dotis poſt mulierẽ commiſſam, etiam ſi dos non ſit tradita. Illa enim dictio, *etiam*, implicat terminos oppoſitos, atque ita quando res ſit tradita. Mouetur etiam, quia fauore mariti procedũt orationes omnes, per quas in fauorem vxoris inductum eſt, vt dote etiam ſoluta petere poſſit fructus, quia ſcilicet dos ſit quid vniuerſale, & ſit fauorabilis: nam non minus eſt quid vniuerſale ex parte mariti, quàm ex parte vxoris, & non minus fauent iura doti quando maritus eam petit, quàm vbi ea petitur ab vxore. Ergo in marito idem ius eſſe debet. Eſt verum, quod Roman. loco prædicto loqui videtur de fructibus & aliis acceſſionibus, non autem de alimentis & vſuris. Sed idem Roma. *in l. inſulam. §. vir vſuras, num. 17. ff. ſolu. matrim.* idem omnino tenuit, ſubdens, hanc opinionem eſſe æquiorem, per dictum text. quem inducit à fortiori, dicens, ſi vxori datur petitio lucri ceſſantis, multo magis concedi debet marito petitio damni e-
21 mergentis: potior enim † eſſe debet eorum cauſa, qui de damno euitando agunt, quam eorum qui tractant de lucro, *l. fi. §. licentia. C. de iure delib. l. fi. ver. non enim par. C. de iure codicil.* Et facit pro hac parte, quia alimenta hoc caſu debentur à lege, nõ ex diſpoſitione hominis. Ideo difficilius remittuntur, videmus enim quòd etſi recipiendo quis principale debitum, videatur pœnam remittere conuentionalem, *l. de lege. §. fi. & l. poſt diem, ff. de lege commiſſo. l. apud Celſum. §. Labeo. ff. de doli mali & met. except.*
22 tamẽ pœna legalis non videtur † remiſſa, *l. ſi pro fure, ff. de cond. furt. ita diſtinguit gloſ. in l. fi. ff. de eo, quod certo loco. vbi Bar. num. 3. Ang. in fi. Caſtr. num. 5. Iaſ. colum. 8. ver. in ea. gloſ. ibi, l. pen.* quod ſi pœna quæ eſt odioſa, non cenſetur remiſſa, multo minus eſt cogitanda remiſſio alimentorũ, quorũ præſtatio eſt fauorabilis, & magis debita. Confirmatur etiam, quia vi-
23 demus recepta ſorte non cenſeri † remiſſas vſuras, *l. 1. C. de ſolutio. vbi ponunt omnes Doctores, & ſequuntur Bar. Caſtren. Iaſ. & alij in l. fi. ff. de eo, quod certo loco. & in d. l. 1.* Quod ſi vſuræ odioſæ non videntur remiſſæ, longe minus videbunt remiſſæ vſuræ dotales, quæ ſunt fauorabiles, vt dicunt Doct. *in ea quæſt. quam tetigi ſupra, an maritus, qui diu tacuit, videatur interuſuria dotalia remiſiſſe.* dum reſpondent ad tex. *in l. cum quidam, §. diuus. ff. de vſur. & in l. vir vſuras. ff. de donatio. inter*
24 *vir. & vxor.* Volunt enim quòd vſuræ † dotales, vt quæ ex cauſa oneroſa petuntur, difficilius videantur remiſſæ, *præcipuè Aretin. Roman. Alexan. Corne. Dec. & alij citati à Rolan. in conſ. 65. num. 18. ver. ſecundo non obſtat, volum. 4.* Principalis tamen ratio noſtræ concluſionis eſt, quòd pro alimentis dotalibus datur actio marito: ideo licèt recipiendo ſortem non fuerit proteſtatus, neque reſeruauerit ſibi iura, poteſt nihilominus ſepatato iudicio illa petere.

Adduco, quòd in ſimili dicimus de expenſis factis in lite, quæ etſi regulariter lata ſententia, in qua de eis non ſit facta mentio, non poſſunt vlterius peti, tamen quando ſtatutum mandat victum victori condemnari in expenſis, quia tunc iure a-
25 ctionis petuntur, licebit ad eas † agere non obſtante ſententia, Bar. *in l. non ſolum. ff. de rei vend. & in l. 1. ff. de legat. 3. cum ſimilibus.* Ad idem facit, quia licèt iu-
26 ſta litigandi cauſa † excuſet ab expenſis, *l. qui ſolidum, §. etiam. ff. de leg. 1. gloſ. in §. oportet, in Authen. de iudi.* tamen fallit quando pro eis datur actio, vt quando ſtatutum mandat victorem in expenſis conde-
27 mnari, quia eo caſu † iuſta cauſa non excuſat, *gloſ. in §. ſancimus, in Authen. de exhib. reis, quam not. Ang. ibi, Alexan. in conſ. 183. in fi. volum. 5. Cremen. in notab. 129. alios citat Rolan. in conſ. 62. num. 13. volum. 4.* Et idem eſt in conuentionalibus expenſis, à quibus iuſta cauſa
28 non excuſat, † quia pro eis datur actio, *vt voluit gloſ. in §. oportet, in verſic. ſolo, in fine, in Authen. de iudicib. Baldus & Ange. in dicta l. non ſolum, Baldus & Salicetus in l. properandum. §. ſin autem alterutra, vbi Iaſ. num. 3. in fi. ver. iſtam primam, C. de iudic. Alcia. conſi. 140. num. 6. Natta in conſ. 113. in fi. Caph. conſ. 265. num. 21. Caualca. de vſufruct. mulie. relict. num. 205.*

Contrarium tamen in principali noſtra dubi-
29 tatione, & quòd maritus recipiendo ſortem † ſibi præiudicet in alimentis ita, vt de cætero illa petere non poſſit, probauit Bald. *in l. fi. §. præterea, num. 3. & ſeq. C. de iure dot. vbi refert ita tenuiſſe Pet.* Et mouetur, quia alimenta debentur officio iudicis mercenario, quod non competit ſublata principali actione, *l. ſi in iudicio. ff. de except. rei iud.* & ſi dicatur, quod imò peti poſſunt condictione ex ea lege, reſpondet, quod vbi lex noua diſponit ſuper acceſſoriis
30 inducit ſolum officium † iudicis, non autem obligationem, *l. 1. iuncta l. centum Capuæ, ff. de eo quod certo loco*, licèt aliud quando diſponit † ſuper principali.
31 *l. ex placito. C. de rerum permut. l. ſi quis argentum, C. de donat. d. l. præterea. §. fi.* diſponit ſolum de acceſſorio. Et quia huic reſolutioni plurimum obſtat *l. ſi marito. §. fina. ff. ſolu. matrim.* reſpondet Bal. quod loqui-
32 tur in acceſſionibus naturalibus, vt † ſunt fructus rerum, & partus ancillarum; non autem in ciuilibus, vt ſunt alimenta & intereſſe. Et Bal. ſequitur Alexan. ad Bar. *in d. l. fina. in apoſt. magna, ff. de eo quod certo loco, & Iaſ. num. 5. Vincent. Carroc. in cap. cum quid, par. 4. in 5. limitatio. num. 5. de reg. iur. in 6. folio mihi 166. vbi allegat ſic quoque voluiſſe Imo. in l. inſulam. ff. de verb. oblig. & prædictam opinionem tenuit Bart. in conſ. 109. volum. 5.* Et ratio principalis huius concluſionis, vt vides, eſt, quia pro alimentis nõ datur actio, ſed officium iudicis, ſuper quo iudicium ſublato principali ſubſiſtere non poteſt, vt dixi. Et pro hac parte facit,
33 quia liberatio facta debitori pro ſorte, † extenditur ad omnia acceſſoria, *ſecundum gl. in c. accuſatus, §. 1. in ver. iudicari, de hæret. in 6. Bart. in l. Aurelio. §. Caius. in fi. num. 15. ff. de libe. lega. & illam gloſſ. ſequuntur Ang. &*

Imola

Imola in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verbor. oblig. Castr. in l. si certa, in princ. vbi Alexan. in princ. & Ias. C. de transactio. Ias. in l. 1. num. 3. C. de transaction. & in l. fi. in fi. ff. de eo, quod certo loco. Et non minus tollitur principalis
34 obligatio per solutionem, quàm per † liberationem, *vt Instit. quib. mod. tollit. obligat. in princ.* Comprobatur autem ex eo quod inquit Ang. *in d. l. centum Capuæ, colum. fi. in princ. ver. vltimò nota. ff. de eo, quod certo loco.* vbi inquit, quòd mulier, quæ soluto ma-
35 trimonio recipit dotem sine reseruatione, † vel protestatione, non potest petere medij temporis alimenta, *sequitur Ias. in d. l. fi. ff. eo. tit. vbi simpliciter sequitur Ang.* & ideo si non datur petitio vxori, multo minus dabitur marito, cum dotis priuilegia, principaliter mulieri, non viro, sint concessa. Et hanc partem tenendo non obstant fundamenta Romani, & præcipuè tex. *in d. l. fi. §. præterea*, quia loquitur in accessionibus naturalibus, vt sunt fructus prædiorum & fœtus pecudum aut ancillarum: aliud vero est in extraneis accrementis, vt sunt vsuræ, damna & alimenta. Non mouet quod in vxore idem sit, quod in vxore, quia supra ex Ange. & Iaso. dixi, vxorem quoque soluto matrimonio petere non posse alimenta, si dotem sine reseruatione recepit, ideo retorqueri potest argumentum, & per hoc tollitur etiam quod dicebat Roman. facilius dari petitionem marito pro emergente damno, quàm vxori pro cessante lucro. Nec mouet quod dictum est de pœna, quia non licet à pœna arguere ad alimenta, & quia etiam in pœna legali subest aliqualis difficultas. nam dominus directus
36 recipiendo canonem, † videtur pœnam caducitatis iam commissam remittere, *vt post glos. volunt Doctores in l. 2. C. de iure emphyteut. vbi Ias. num. 124. num. 126. dicit communem Paris. in cons. 5. num. 201. volum. 4. Cravet. cons. 106. num. 3. in fine, Siluan. de cognitio. quæstio. 81. colum. 2. Clar. de emphyteut. quæstio. 10.* Remouetur etiam quod de vsuris dictum fuit ex *l. 1. C. de solutio.* Procedit enim illud in vsuris, quia Barto. *in d. l. fina. num. 3. ver. circa quod debes aduertere, ff. de eo quod certo loco*, respondet, quòd procedit, quando interesse peti poterat iure actionis, puta ex conuentione: aliàs autem tenet, quod si officio iudicis debeatur, censeatur remissum. Imo idem vult, quando interesse debetur iure eiusdem actionis arbitrariæ: quia tunc si recipiens sortem potest remittere, censetur remissum. Idem tenet Castren. ibi, sed melius cæteris declarat Ias. *num. 2. in fi.* vbi ait, quod inter-
37 tereſse † debitum officio iudicis, peti non potest recepta sorte: aliud vero est in vsuris, quia illæ debentur iure actionis. Ex quo enim deberi nõ possunt, nisi stipulatæ stant de per se, & non veniunt accessoriè, proinde peti possunt separato iudicio. Eodem modo declarat Ias. *in l. 1. num 3. & 4. C. de iudi.* vbi subdit, quod si eiusmodi accessoria forent
38 promissa per stipulationem, † possent peti etiam ab ea, qui sine protestatione recipit sortem. Et ita quoque declarat Bellon. *in cons. 23. num. 6.* vbi propriè loquitur in vsuris, atque ita constat nullam esse differentiam inter vsuras & alias accessiones. sed id solum spectandum esse, an peti possunt iure actionis, vel solo iudicis officio, & ita quoque dixi supra pro contraria parte. Quare huius quæstionis resolutio ab eo dependet, an pro alimentis detur actio vel officio iudicis, de qua verba faciam *in tit. quomodo petantur alimenta.* Pro nunc autem sufficit aduertere ad doctrinam Ang. *in l. centum Capuæ*, supra dictam, quod ibi absolutè non dicit vxori denegari actionem pro alimentis, quando dotem recepit, sed loquitur sub conditione, & tenendo scilicet opinionem, quod alimenta veniant iudicis officio mercenario, non verò si veniant iure actionis, vel condictione ex lege, vt per eum, ideo fundamentum fieri non potest super eius dicto.

Sed si maritus sortem recipiendo fuerit protestatus nolle sibi præiudicare respectu alimentorum, vel iurium suorum, tunc non prohibetur pe-
39 tere alimenta, *secundum Bartolum in d. l. finali, num. 3. ver. & ex iam dictis, ff. de eo quod certo loco*, vbi consulit, quòd recipiens principale protestatur saluum sibi fore ius respectu damnorum & interesse. *Idem tenuit Castrens. ibi, in fine, Iason numero 4. ver. quid tenendum, Aretin. qui transit simpliciter cum Barto. in cons. 9. colum. 2. ver. circa secundum, Dec. in l. vinum, num. 5. ff. si certum petat.*

Intelligendum est tamen hoc, quando soluens non contradicit protestationi: eo. n. casu, quia ta-
40 cens videtur consentire † protestationi, *Bal. in l. si fideiussor. ff. qui satisda. cogan. Rube. in l. non solum. §. morte, num. 265. ff. de oper. nou. nuntiat. vbi refert Imo. & Cardin. Cravet. de antiquit. temporum, parte prima, §. quæritur,*
41 *num. 29. D. Becius. in cons. 45. num. 45.* resultat † quidam contractus super interesse, *l. pactum. ff. de polucitatio. l. prima, in principio, ff. de pact.* vti declarat Dec. loco prædicto, qui etsi multa dicat aduersus Castren. & alios, tamen hæc fuit quoque mens Castren. *ibi, in fi.* licet non ita clarè se explicet, nec rationem reddat sui dicti. Et hic quoque fuit sensus Ias. *in versic. quid tenendum*, dum dicit, quòd si soluens consentit expresè, vel non contradicit, conseruatur petitio, & allegat in simili, quod dicimus de directo domino, qui recipiendo sortem cum protestatione, non præiudicat in interesse, *Curtius iunior dicta l. vinum, num. 7.* Primi verò dicti Bartoli ratio est, quia remissio ideo inducitur, quia sic voluisse videtur creditor, qui sortem simpliciter recipit, atq; procedit ex tacita voluntate creditoris, vt voluntas tacita cessat, cum ex protestatione constat expressa,
42 quia expressum facit † cessare tacitum, *l. cum ex filio. §. filio. ff. de vulg. vbi glos. Bal. in cons. 472. num. 2. volum. secundo, D. Becius in cons. 39. num. 24.* Et in claris non est opus coniecturis, *l. continuus, ff. de verborum ol ligat.*
43 Est & alia ratio, nam protestatio conseruat † ius protestantis, ne pereat, *l. 4. §. primo, vbi Barto. ff. quibus mod. pign. vel hypothec. soluit. glos. in l. item Labeo, in versic. purè. ff. famil. erciscun. Speculator in titu. de arbitr. §. fina. numero 69. versic. sed pone, Castren. in l. 1. num. 7. ff. ad leg. Falcid. Socin. in cons. 44. num. 4. volum. 4. Ias. in l. si fundum per fideicommissum, num. 17. ff. de leg. 1. Dec. cons. 42. in fi. D. Becius in cons. 45. num. 43.* Propterea cum protestatur, quod sit saluum ius alimentorum, cessat remissio, vt per eum.

Et sanè prædicta benè procedunt, quando petitio alimentorum dote simpliciter recepta pro-

hiberetur sola ea ratione, quod videantur remissa per sortis receptionem. Et videtur aliam quoque subesse rationem, quod scilicet alimenta sint accessoria ad dotem, ideo stare non possint absque principali, & pro eis detur solum iudicis officium, super quo nõ potest subsistere iudicium. Et quan-
44 do plures concurrunt rationes, si vna † tollitur, non destruitur dispositio, sed ex alia sustinetur, *§. affinitatis. Institut. de nupt. Iason in l. cum filio, num. 146.*
45 *ff. de legat. primo.* Et duo quando obstant, vno † sublato, non tollitur alterum, *l. si quando, C. de inoffic. testamen. l. si domus, ff de seruit. vrban. prædior. dixi in cons. 50. num. 27.* & id dubio disponens præsumitur mo-
46 tus non vnica, † sed pluribus rationibus, *Salicetus in secunda, C. de noxal. actio. Iason in Authent. quas actiones, C. de sacrosan. eccles. D. Decius cons. 41. num. 24.* Stante autem secunda illa ratione, infertur quod reseruatio, seu protestatio nihil potest opitulari reci-
47 pienti, quia protestatio † non potest in iis, quæ non pendẽt ab animo protestantis, sed è iure, *l. alimenta, vbi not. Aretin. C. de nego. gest. Abbas in cap. ex tenore, num. 3. de rescript. Felin. in cap. cum super, num. 44. versic. sed hoc intellige, de constitu. vbi Dec. num. 20. & Ripa, num. 77. Iason in §. fuerat, num. 106. Institu. de action. Ripa in cons. 169. num. 6. Neuiza. in cons. 38 num 15. Lupus in cap. per vestras, §. 14. num. 2. de donationib. inter virum & vxor. Caphal. cons. 407. num. 42. decis. Pedem. 39. num. 28.* At petitio alimentorum, sublata iam principali actione per solutionem, pendet non à voluntate creditoris recipientis, sed à necessitate iuris, *vt probatur in l. centum Capuæ, in fine. ff de eo quod certo loco.* Et dicitur *in l. 4. C. depos.* quod iudicis of-
48 ficium mercenarium deseruiens actioni, † tollitur de necessitate iuris, & Petrus, quem refert Bartolus *in dicta l. fina.* inquit, quod remissio interesse, venit ex necessitate iuris. Idem dicunt Castren. & Iason *in dicta l. fina. Dec. & Curt. iun. dicta l. vinum.* Propterea protestatio seu declaratio nihil operatur. Bartolus *in dicta l. fina.* tenuit, quod obligatio non extinguatur per solutionem sortis, quando recipiens est protestatus, sed hoc nemini placet, quia solutio protestatione non obstante inducit extinctionem per illam rationem, quòd protestatio in his, quæ iuris sunt, non releuat; & per aliam, quod
49 contraria facto † non releuat, *vt per Doctores in dicta l. non solum. §. morte, ff. de oper. noui nunt.* Propterea quamuis Bartolus distinguat inter eum, qui non solũ recipit, sed etiam liberat, & illum, qui solum
50 recipit, sed non liberat, tamen eius † distinctio est verbalis, *secundum Castren. Iason. Dec. & alios supracitatos*, quia liberatio tacita idem operatur, quod expressa, & non minus inducitur ex solutione, quàm ex verborum expressione: non minus enim facto loquimur quàm verbis. Et quamuis in alia resolutione Bart. videantur Doctores illum impugnare: tamen is benè loquitur, quia si soluens non contradicit protestationi, potest interesse noua actione peti, tãquam si foret ex noua causa promissum, atque ita tanquam iure actionis debitum. Nam cum recipiens, protestatur velle consequi interesse, & soluens consentit protestationi, non contradicendo, tunc interesse, quod primum erat solum accessorium, & debebatur tantummodo officio iudicis, transfunditur in alium contractum, & incipit ex noua causa deberi, & non est nouum quòd
51 de partium consensu debitum ex vna † causa, vel contractu, transfundatur in alium sublato primo. Nam hoc voluit Bartolus *in l. singularia. ff. si certum peta.* vbi vult, quod non solum per stipulationem, sed etiam solo consensu fieri potest, *sequuntur ibi Doctores omnes, præcipuè Curtius iunior, & Cagnol. num 214. vbi allegat nonnullos textus.* Atque ideo licèt tollatur ea obligatio qua interesse primum debebatur; tamen insurgit alia noua ex nouo consensu. facit quod dicimus, hæredem cum beneficio inuenta-
52 rij posse conueniri ex noua † promissione facta post aditionem, licèt duret tempus conficiendi inuentarium, quia ex noua causa conuenitur, non autem ex hæreditaria, quæ fuit extincta per superuenientem promissionem, *Ang. in cons. 31. colum. penult. Decius cons. 496. num. 12. & in Authen. præterea, numero 12. C. vnde vir & vxor. Phanuc. in tract. de inuentar. par. 6. num. 110. Rolan. in eo. tracta. folio 154. num. 1.*

Vbi autem teneamus alimenta videri remissa per sortis receptionem, id vendicabit sibi locum
53 tantummodò † pro ea parte dotis, quæ soluta fuit, non pro alia quæ non fuit soluta, *Butr. & Abb. in capitulo, suam, num. 4. de pœnis, Natta in cons. 335. in principio*, vbi dicit, rationem esse, quia respectu partis non solutæ, debitor dicitur nihilominus in mora. Sed in contrarium facit tex. *in l. de lege, §. finali, ff. de lege commisso.* vbi recipiens debiti partem, videtur recedere à lege commissoria. Et per illum textum dixit Alexander *in cons. 100. num. 7. volum. 5.* quod re-
54 cipiens † partem pecuniæ, sibi alias debitæ, videtur in totum recedere à datione insolutum sibi facta pro toto debito, & hanc comprobaui conclusionem pluribus *in consilio 104. numero 8. & sequenti.* Sed verior est declaratio prædicta. Nam alimenta eatenus debentur, quatenus est cessatum à solutione dotis, non vltra. Ergo eatenus quoque censentur remissa, quatenus dos est soluta, & non vltra. Et
55 † ea est ratio partis quoad partem, quæ est totius quoad totum, *l. quæ de dota. ff. de rei vendic.* Et facit et-
56 iam, quia accessorium regulatur secundum naturam sui principalis, *cap. accessorium, de regulis iuris, in sexto. l. cum principalis, ff. eodem.* Et obligatio dotis extinguitur solum pro rata quantitatis solutæ, ergo pro eadem rata, & non vltra extingui debet obligatio alimentorum, quæ adhæret obligationi dotis. Sicuti enim sublato principali tollitur accessorium, ita subsistente principali accessorium quo-
57 que durare debet, vt contrariorum eadem † sit disciplina, *l etsi contra, in fine, ff. de vulga. & pupilla. Institu. de his, quæ sunt sui vel alie. iur. in princ. vbi Fab. Ang. & alij, l. penult. vbi Bald. C. de solutio.* & idem operatur oppo-
58 situm in opposito; † quod propositum in proposito, *l. fina. C. de senten pass. Signor. in consilio 68. columna quarta, Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glos. 12. num. 16. Neuiza. in cons. 70. num. 24.*

Addo, quod alimenta ideo peti non possunt, quia recipiens sortem, videtur tacite voluisse ea remittere: at voluntas tacita quæ colligitur ex actu,
59 non vltra extenditur † quam ex ipso actu de necessitate

ceſſitate inferatur, *Bartolus in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itine. actuq. priuato, & in Authen. qui rem in fine, C. de ſacroſan. eccleſ. Decius in conſ. 72. num. 5. Pariſ. in conſ. 79. numero 12. volum. 3. Socinus iunior in conſ. 122. num. 14. volumine 1. Dominus Bezius conſ. 106. numero 46. cum multis ſimilibus.*

Cum ergo ex ipſo actu receptionis ſortis, non ex neceſſitate inferatur ad remiſſionem omnium alimentorum, quando pars tantum ſortis fuit recepta, non poteſt dici, quòd recipiendo partem omnia alimenta videantur: quæ verò ſupra in contrarium adduxi, locum habent, quando obligatio pro qua fit remiſſio, eſt indiuidua: tunc enim ſi pars, ſi totum recipiatur remiſſio fit in totum, non
60 pro parte, ſecus quando eſt diuidua, † quia eatenus fit remiſſio, quatenus fit remiſſio: ſed in caſu noſtro obligatio præſtandi alimenta diuiduæ, & proportionari poteſt ad debitum ſortis, quod eſt diuiſibile, ideo recipiendo partem non remittitur tota. *ita declarau in conſ. 104. in fi.*

Similiter, concluſio prædicta, quod recipiendo ſortem videantur remiſſa alimẽta, procedit quando creditor actualiter ſortem recepit: aliud verò dicendum eſſet, ſi non eam recepiſſet, ſed ſolum
61 petiiſſet, † quia per hoc non videtur alimenta remittere, vt voluit gloſ. *in l. ſi duo, in ver. petat ff. ſi quis caution.* vbi loquitur, etiam ſi petitio facta ſit in iudicio, ſequitur Iaſon *in dicta l. fina. numero 3. ff. de eo quod certo loco.* vbi diuerſitatis rationem eſſe dicit, quia recipiendo ſortem extinguitur acceſſorium cum ipſo principali, ſine quo ſtare non poteſt: ſed petendo ſortem, non extinguitur principalis obligatio, imò ſubſiſtit, ergo eodem modo durat acceſſoria. Iaſon tamen in loco prædicto non reſidet in ea reſolutione, ſed addit, quòd ſi acceſſorium debetur ſolum officio iudicis, tollitur per principalis petitionem, ſicuti per ſolutionem, quamuis non tollatur, quando debetur iuris actionis. Atque hoc modo intelligit *in l. prima, C. de iudic.* vbi *num. tertio, ver. nunc melius,* poſt primam ſolutionem, ita intelligit & diſtinguit, ſubdens data terminorum paritate nullam eſſe differentiam inter ſolutionem & petitionem, quia vbi intereſſe debetur ſolo officio mercenario, tollitur non ſolum recipiendo, ſed etiam petendo ſortem. Et quod ſola petitio inducat remiſſionem, probatur *in l. Mauius, in principio, in verſic. dicebam, ff. de minori-*
62 *bus,* vbi dicitur, quòd pretium petendo, † receſiſſe videtur à lege ſua, & *in l. ad ſolutionem. C. de re iudic.* dicitur, quòd petens dilationem ad ſoluendum,
63 videtur renunciare † appellationi interpoſitæ. Et dicit Ioan. Rainer. *in cap. 1. §. præterea ſi quis, quæſt. 17. de prohiben feu. alien. per Feder.* quod dominus peten-
64 do fidelitatem à vaſallo † videtur remittere caducitatem, & minor, qui petit pretium rei venditæ ſine ſolennitate, videtur renunciare nullitati ſeu
65 iuri dicendi nullam † alienationem, *Guliel. Cun. & Alber. in l. 2. C. ſi maior. fact. alien rat. habue.* Et idem eſt in maiore, qui dum pretium petit, nullitatem re-
66 mittit, *ſecundum* † *Caualcan. in conſ. 23. colum. 3. num. 8. dixi in conſ. 104. num. 2.* Rurſus dominus petendo ca-
67 nonem ab emphyteuta renunciat † caducitati, *ſecundum Alber. in l. 2. colum. 4. in fi. num. 6. C. de iure emphyteut. Salicet. in l. commiſſoriæ, in fine, ff. de pact. inter empto. & vendito. Iaſon in dicta l. 2. num. 128. ver. ſecundò quæro, vbi citat etiam l. poſt diem. ff. de in diem adiect. Tiraquel. de retract. conuentio. §. 1. gloſ. 2. num. 6. vbi ſimiles allegat deciſiones.* Et ratio eſt, quia petendo non minus declarat quis ſuam voluntatem, quam recipiendo, ideo eodem modo inducitur remiſſio.

Verum ſi ratio benè conſideretur, nullo modo qui petit ſortem videtur remittere alimenta, quia tunc ſolum ceſſat alimentorum petitio, quando principalis actio eſt ſublata: at per ſolam petitionem ſortis non extinguitur principalis obligatio, ergo neque acceſſoria. Cum ergo in petitione ceſſet ratio remiſſionis, quæ verſatur in receptione, ceſſare quoque debet diſpoſitio, *cap. cum ceſſante, de appellat.* Contraria verò omnia procedunt, quando actus petitionis non ſe compatitur cum eo, quod remittitur, puta cum dominus directus petit canonem præteriti temporis, ſine dubio admittit, quod duraverit cõtractus emphyteuticus, quia ſi non duraret, non deberentur canones, tunc petendo eos remittit caducitatis pœnam. Idem eſt, quando contractus eſt nullus, ſi quis petit pretium debitum ex eo cõtractu, remittit nullitatem, quia ſi eſſet nullus, non produceret actionem ad pretium. At in caſu noſtro non eſt incompatibile, quod quis petierit, vel etiam receperit penſionem, & mox petat etiam intereſſe, ſed vtrumque poteſt ſimul ſtare. Præterea contraria procedunt, quia ex petitione vel remiſſione colligitur volũtas remittendi: at in caſu noſtro non denegatur petitio alimentorum, quia videantur remiſſa, ſed quia extincta principali obligatione peti non poſſunt, & pro
68 materia plures limitationes, in quibus petens † in iudicio ſortem poteſt nihilominus petere intereſſe, vide apud Iaſonem, *in dicta l. 1. num. 3. & ſequente, C. de iudiciis.*

Stante ea opinione pro vera, quòd maritus, cui facta eſt mora, in ſolutione dotis poſſit alimenta, quæ præſtitit vxori, repetere, videtur limitanda,
69 ne procedat in vxore infirma, quia † tunc maritus videtur illam pietatis intuitu aluiſſe, proinde non datur repetitio, textus eſt *in l. quod in vxorem, C. de negot. geſt. vbi notant omnes Doctores.* Et non eſt dubium, quòd ille textus loquitur in vxore dotata, quia in ſecunda parte mentionem facit de dote, atque ita intelligunt ibi Doctores, Abbas *in conſilio 81. num. 4. volum. 2. Alexan. in conſ. 31. num. 10. volum. 1.* vbi vult, quod procedat etiam in muliere dotata. Doctores tamen ibi multos ponunt caſus, quibus maritus alit vxorem, & repetit, vel non, ſed hunc caſum omittunt, quando ſcilicet vxor eſt ægra, & eſt dotata, ſed dos fuit ſoluta. Iſto caſu mihi videtur, quòd maritus impẽſam repetat, quatenus ſcilicet important alimenta. Nam vbi paſſus eſt moram, non video, quare minus repetantur alimenta præſtita vxori ægræ, quàm ſanæ, cum in vtraque ſit eadem ratio, *l. illud. ff. ad leg. Aquil.* & vtroque caſu extat mora, propter quam eſt locus intereſſe. Et ſi

dicatur, quod ſtante ægritudine præſumũtur præſtita ex affectione maritali: Reſpondeo, procedere hoc, ſi non adeſſet alius titulus, nam donatio non præſumitur, vbi alia ſumi poteſt coniectura, *vt probaui in principio huius tituli.* Et factum præſumi-
70 tur quid ex † præcedenti cauſa, *Bart. in l. triticum. ff. de verbor. oblig.* Cum verò maritus vxorem alere teneatur propter dotem, alimenta præſumentur præſtita dotis intuitu, non pietatis: & ſicuti maritus, qui dotem recepit, non videtur alere pietatis intuitu, ita nec is, cui fuit promiſſa, quia paria ſunt
71 † dotem habere, vel actionem ad eam, *l. qui actionem, ff. de reg. iur.* Addo quod ceſſat cauſa pietatis, quando mulier eſt dotata: verius ergo erit dicere, quod alimenta præſtiterit animo ea repetendi à ſocero vel alio, qui dotem promiſerat. Nec obſtabit *d. l. quod in vxorem*, quia illa loquitur vel in vxore indotata, vel in ea, quæ habet dotem, ſed alimẽta excedunt redditus dotis. Et hoc videtur voluiſſe Vbertus de Bobio, quem citat & ſequitur Cin. *in d. l. quod in vxorem, col. 1.* vbi inquit, quòd ſi mulier non habuit dotem, quæ tamen fuit promiſſa, tunc maritus nõ tenetur ſubuenire ei, quia deceptis & non decipientibus iura ſubueniunt. Atque ita ſentire videtur, quod præſtando alimenta vxori infirmæ repetat. Et ſi dicatur, aduerte: quia ſupra in titulo, *quibus alimenta præſtanda ſint*, dictum eſt, maritum teneri ad alimenta erga vxorem infirmam, ergo præſtita non repetit, quia proprium, non alienum debitum exoluit. Et dicunt Doctores *in l. quod in vxorem*, quod non repetuntur alimẽta præſtita ex debito. Sed reſpondeo, quòd illud procedit, quando mulier non habet aliunde; at cum ha-
72 bet aliunde, maritus † non tenetur alere, *ſecundum Iacob. Butr. Cin. Caſtr. Salic. Alex. & alios, in l. quod in vxorem. Roma. in conſ. 517. num. 2. ver. ſin autem redditus, Ang. in §. fuerat, num. 11. Inſtit. de actio. Bal. & Imola, in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in fauſtiſſimo. ff. ſoluto matrimonio.* Item procedit, quando non habet patrem diuitem, ſed ſi patrem habet idoneum miniſtrandis alimentis,
73 tunc † vir non tenetur, *vt voluit Caſtren. in dicta l. quod in vxorem, num. 3. Salicet. num. 1. Aret. d. §. fuerat, num. 11. & ante eos Bartolus dicta l. quod in vxorem, Ruin. conſ. 139. num. 3. volum. 4. Rolan. de lucro dot. quæſt. 69. num. 6.* nos autem quærimus de repetitione, cui non eſt locus, niſi ſupponamus, vel vxorem habere aliunde, vel habere maritum diuitem, quia alias non datur repetitio.

Secundo reſpondeo, quod non eſt bona conſequẽtia, maritus tenetur alere, ergo non poteſt repetere; vel etiam maritus poterat non alere, ergo aluiſſe videtur animo donandi, vel affectione maritali. Poſſunt enim ſimul ſtare, quod teneatur alere, & quod tamen impenſam poſſit repetere. Videmus enim, quòd fructuarius tenetur & diligentiam ſuam adhibere pro refectione rei etiam, quæ magnam requirat impenſam, & perpetuam afferat vtilitatem. Sed etſi inter Doctores ſit contentio, an de ſuo teneatur reficere, & poſtea repetere, vel proprietarius teneatur ante opus faciendum erogare & miniſtrare pecuniã, tamen omnes con-
74 ueniunt, quod ſi ſoluit fructuarius † de ſuo, id repetit, *Bart. in l. cotem ferro, §. qui maximos, num. 15. ff. de publican. & vectig. in l. Neſennius, num. 7. ff. de neg. geſt. in l. hactenus, circa fi. ff. de vſufructu, Bal. in l. eum ad quem, vbi Salic. num. 3. C. de vſufruct. Imola in c. fi. num. 20. in princ. de pign. Caſtren. d. l. eum ad quem, Cuma. in l. ſi proprietarius. ff. de vſufruct. accreſc. in l. damni, §. 1. ff. de dam. infecto. Aret. in conſ. 110. in princip. & comprobaui multis authoritatibus in conſ. 155. num. 17. vſque ad fi.* Et illi, qui tenent, quòd vſufructuarius teneatur reficere de proprio, concludunt, quod repetet exindè impenſam factam, atque ita oſtenditur, repetitionem non denegari ei, qui tenetur impendere. Præterea, ſi maritus non tenetur alere vltra, quàm fructus dotis ſufficiant, vxorem infirmã, quæ habet aliunde, *ſecundum Butr. Salicet. Alexan. & alios, in d. l. quod in vxorem, & dixi in d. tit. quib. alimenta præſtanda ſint, in quæſtio. quando maritus alere teneatur vxorem infirmam*, quanto magis repetere poterit ab vxore habente, vel à ſocero id, quod impendit in alimenta infirmæ vxoris, cum dos ſibi non eſt ſoluta: nã facilius cogi debet maritus alere vxorem, quando dotem recepit, quàm vbi eam non habuit. Et ea ratio, quòd affectione maritali aluiſſe videatur, nõ ſufficit ad inducendam remiſſionem. nam in hoc continet remiſſionem, quia erogat de ſuo, cũ non teneatur, vt dicimus de vſufructuario, qui erogat ſuam pecuniam in refectionẽ domus. Sed non infertur, quod voluerit donare. Dixi enim, quod vbi actus donationem infert ſui natura, tamen ſemper præſumi debet eo modo quo minus quis videatur donare, *Butr. in conſ. 65. Cranet. in conſ. 106. num. 11.* Cenſetur igitur maritus ex affectione maritali ſuam erogaſſe pecuniam in alimenta infirmæ vxori, cum non teneretur, ex quo eſt dotata, & habet vel de ſuo, vel patrem diuitem, ſed non videtur ideo erogatam pecuniam donaſſe, vt non poſſit repetere ab ea, quæ habet aliunde, vel à patre diuite. Quando autem vxor eſt indotata, tunc ſi habet aliunde maritus repetit, ſecundum ea, quæ ſupra dixi, quia illam alere non tenetur. At ſi non habet aliunde, tunc alendo non repetit, quia videtur maritali affectione præſtitiſſe alimẽta, atque ita procedunt, quæ ſupra in principio huius limitationis adduxi. Et quæ ponit Maſcard. *in tract. de probatio. concluſ. 77. in princ. Et tex. in d. l. quod in vxorem*, loquitur de vxore infirma ad differentiam ſanæ, vt ſcilicet in his caſibus repetitio alimentorum præſtitorum infirmæ vxori non repetantur, quibus repeti poſſunt alimenta præſtita
75 vxori ſanæ. Valet † enim argumentum à contrario ſenſu, *l. 1. §. eius rei. ff. de offic. eius, Bal. in conuenticulam, C. de epiſcop. & cler.* Et ideo Roma. *in l. inſulam. §. vſuras. ff. ſolu. matrim. atque ibi Alex. num. 3.* dicunt colligi ibi argumentũ, quòd alimenta vxori ſanæ præſtita repetuntur, *Ruin. in conſ. 61. num. 6. volum. 4. Grat. conſ. 57. num. 6. volum. 1.*

Et quod dictum eſt, maritum non repetere alimenta præſtita vxori infirmæ, quæ non habet dotem, amplia procedere, etiam ſi proteſtatus fuiſſet, quod alebat eam repetendi animo, quia proteſtatio nihil releuat, quando maritus
76 † tenebatur

alere,

alere, *Bar. in l. quod in vxorem*, & dicã latius in sequenti quæstione, vbi vide, ne pluries idem repetatur.

S V M M A R I V M.

1 *Maritus repetit alimenta præstita vxori sanæ, siue dotata sit, siue indotata.*
2 *Vxor nubendo sine dote, videtur personam suam loco dotis dedisse.*
3 *Reus debendi ex liberalitate obligatus, non repetit à correo, quòd soluit, secus si causa sit onerosa.*
4 *Compensans videtur soluere.*
5 *Solutione eius, quod debetur soluitur obligatio.*
6 *Protestatio conseruat ius protestantis.*
7 *Protestatio nihil operatur, vbi nihil est reseruabile.*
8 *Maritus si tenetur vxorem alere protestatio contraria non releuat.*
9 *Ius metiendum est ex persona actoris.*

QVÆSTIO IIII.

REPETITIO alimentorum, an detur, quando maritus aluit vxorem dotatam, quæ tamen dotem nõ soluit, sed moram fecit, vidimus in proxima quæstione: quid verò si vxor dotem non habet, & nihilominus recipit alimenta à viro? Et videtur dicendum, quòd indistinctè detur repetitio, arguendo à sensu contrario, *l. quod in vxorẽ, C. de neg. gest.* Cum enim ibi indistinctè siue dotata sit, siue indotata, dicatur, quòd alimenta vxori infirmæ præstita non repetuntur, argui potest, quod etiam indistinctè re-
1 peti possunt alimẽta † præstita vxori sanæ, siue dotata, siue non, *secundum Roma. Alexan. Ruin. & Gra quos retuli in fine præcedentis quæstio.* Folgos. autem *in l. quod in vxorem*, dicit, quod si mulier indotata habet aliunde, vel patrem habet diuitem, tũc vir potest alimenta præstita repetere, per *l. quod si nulla, ff. de religios.* secus, si non habet aliunde, nec ei extat pater diues. Veritas tamen est, quod si in obsequio viri, licèt indotata sit, & sit diues, vel patrem habeat diuitem, maritus non repetit alimenta. Et ratio est,
2 quia † personam suam dedisse videtur loco dotis, & maritus alere tenetur vxorem, quæ est in suo obsequio, *vt dixi in tit. quib. deb. alim. in quæst. an marit. teneatur alere vxorem.* Atque ita tenent Cin. Rainer. Bar. Salic. Castr. & Alex. *in d. l. quod in vxorẽ.* Ea enim distinctio, an habeat aliũde, vel pater eius sit diues, fit solum quando mulier est ægra, non quando est sana. Et tex. *in d. l. quod si nulla*, loquitur, quando nõ erat in seruitio mariti, nos vero, quando est in seruitio mariti. Cum igitur maritus eo casu teneatur alere, non repetit, quia videtur proprium, nõ alienum debitum exoluisse, facit, quod dicimus, reum vnum debendi constitutum ex liberalitate, non autem ex causa onerosa à minimè correo repetere
3 † id, quod soluit creditori, quia propriam extinguit obligationem, *l. in leg. Falcidia, hoc obseruandum, ff. ad Bart. in l. reos, in princ. num. 3. ver. quæro, qua actione, & ibi Alexan. in ver. nullo modo. ff. de duob. reis, Alexan. in d. l. in lege Falcidia, num. 3. & 7. Fulgos. in l. vir vxori, §. fina. ff. ad Vellẽian. Castren. in l. si ex toto. §. 1. num. 4. ff. de lega. 1. & ibi Alexan. num. 7. Matthesil. not ab. 119. Ang. in l. Modestinus, colum. 2. versis. & conclude, in fi. ff. de solutio.* Nihil enim promeretur, qui præceptum implet. Potest etiam alia ratio considerari, quia scilicet nihil debetur marito pro alimentis vxori præstitis, ex quo cõpensantur cum operis vxoris: compẽsans enim
4 † soluere dicitur, *l. si debitor. ff. qui potior. in pigno. habe. vbi notat Alber. Bart. in l. aufertur. §. qui compensationem. ff. de iure fisci, Bal. in l. 2. post princ. C. de compensa. alios citat Tiraquel. de retract. consang. §. 3. glos. 3. num. 2.* solutio-
5 ne autem eius † quod debetur, obligatio tollitur, *Instit. quib. mod. oblig. solui. in princ.* ergo maritus non est creditor, ideoque nihil petere potest.

Et per hanc rationem infertur ad ampliationem præsentis conclusionis, quod locum vendicabit, etiam si maritus protestatus fuerit, & declarauerit, se alimenta præstare vxori repetendi animo,
6 nam ea protestatio conseruat † ius, si quod est penes protestantem, *l. si debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. l. debitor, ff. ad Trebel. Bal. in cons. 123. volum. 1. Bal. in l. pen. C. depos. Oldra. in cons. 237. in fi. Tiraquel. de retract. consang. §. 1. gl. 7. num. 71. D. Becius in cons. 45. num. 43.*
7 At si nihil sit reseruabile, nihil † operatur protestatio, *l. si quis legauerit, vbi Ang. ff. de lega. 1. Bal. in consilio 100. volum. 1. Ang. in consilio 290. colum. 2. Dominus Becius in consilio 74. numero 6.* Vbi autem creditum mariti fuit compensatione extinctum, quod est, quod conseruare protestatione potuerit, vltra quod iam dictum est supra, quod protestatio nihil operatur, quando actus non dependet à voluntate protestantis, sed à necessitate iuris, *l. alimenta, vbi notat Aretin. C. de nego. gest.* Et ideo inquit Bartolus *in d. l quod in vxorem.* quod vbi maritus tenetur vxorem
8 alere, † tunc protestatio non releuat, *Alexan. in l. insulam. §. vsuras. ff. soluto matrimonio, & ponunt Doctores in dicta l. quod in vxorem, Mascard. dicta conclusio. 77. limitatio. prima.*

Infertur etiam, quòd etsi pater teneatur alere filiam, quæ non habeat aliunde, & tali casu maritus videatur alendo vxorem indotatam, gessisse vtile negotium soceri, non tamen ab eo repetit, non quidem, quia pater non teneatur filiam alere, nam ad id tenetur; sed quia hæc alimenta non tenetur prestare genero, qui filium retinuit in seruitiis, ex quo non dicitur creditor: & si pater conueniretur actione negotiorum gestorum, quæ regulariter datur marito, posset respondere, quoad se liberas ædes habeo. In primis enim metiendum
9 est ius † ex persona actoris, *Bartolus in Authen. hoc locum, numero 12. versic. tertio. C. si secundo nupser. mul. Baldus in cap. cæterum, num. 12. de iudic. Felinus in cap. 1. colum. 3. de accusatio. Dec. in l. qui accusare, num. 14. C. de eden. Ruin. cons. 48. num. 12. volum. 4. Craue. cons. 6. num. 27. decis. Pedem. 144. num. 15.* Sed actori nullum ius competit ad alimenta, pro quibus sibi est satisfactum ex operis vxoris.

S V M M A R I V M.

1 *Socer qui aluit filiam non repetit à genero, nisi quando gener tenebatur alere vxorem.*
2 *Res mea, quando ad te peruenit, teneris erga me iudicis officio.*

3 *Cum de vno disputamus, cætera supponuntur habilia.*
4 *Gener est loco filij, vide num. 12.*
5 *Donatio facilè præsumitur inter patrem & filium, & inter ascendentem & descendentem.*
6 *Repetitio non datur, quando impensa fit principaliter ad vtilitatem vnius, licet consequenter respiciat alterius commodum.*
7 *Donationis excluditur præsumptio, quando alia coniectura capi potest.*
8 *Donare est perdere.*
9 *Donare est dilapidare.*
10 *Donatio est species furoris.*
11 *Donatio non præsumitur ex sola sanguinis coniunctione.*
12 *L. quia parentis. ff. soluto matrim. quomodo procedat.*
13 *Socer non repetit à genero alimenta filiæ infirmæ præstita, quæ poterat seruire marito.*
14 *Socer non repetit à genero alimenta vxori infirmæ præstita vltra fructus dotis.*
15 *Impendens in alienum negotium, non repetit quando dominus contradixit.*
16 *Socer non repetit à genero alimenta, quæ filiæ præstitit contra voluntatem generi.*
17 *Inuitus nemo obligatur in contractibus.*
18 *Inuitus nemo obligatur in quasi contractibus.*
19 *Vxor discedere potest à viro propter illius sæuitiam.*
20 *Impensa necessaria repeti potest ab inuito & contradicente domino.*
21 *Socius inuito socio reficit rem communem.*
22 *Pater cogitur soluere pecuniam mutuatam filio egenti in studio etiam si denuntiasset ne mutuaret.*
23 *Protestatio quæ non pendet à potestate protestantis non releuat.*
24 *Soluens inuito creditore compensat cum eo, si erat debitor illius pro quo soluit.*

QVÆSTIO V.

EX diuerso videndum, an socer qui filiæ sanæ vel ægræ alimenta aut medicinas præbuit, repetat à genero impensas in eam causam factas? Et communis determinatio est, quod socer repetat in casibus, quibus maritus vxorem alere tenetur. His vero casibus, quibus maritus nullo modo tenebatur, non repe-
1 tat. Ita † resoluit Cin. *in l. quod in vxorem, in fi. C. de negot. gest.* vbi dicit, considerandum esse, vtrum ea impensa pertineat ad maritum, vel non, & loquitur in medicinis & medicis. Et ratio primi dicti est, secundum eum, quia socer vtiliter gessit negotium mariti faciendo id, quod maritus tenebatur facere, ideo repetit. Addo quod idem suggerit æquitas, quia pecunia soceri versa est in vtilitatem generi, propterea tenetur de in rem verso. Rursus maritus locupletaretur cum aliena iactura, si non teneretur restituere, quod socer pro illo impendit. Cum enim maritus teneretur impensa facta erga vxorem, videtur ad maritum peruenisse, &
2 quando res mea † ad te peruenit, teneris erga me, *l. si me & Titium, vbi Doct. ff. si certum petat.* Prædictam autem Cini doctrinam sequitur ibi Ruin. & eam probat Bal. *in fi.* qui & ipse loquitur in medicinis, Alexan. *num. 6.* vbi loquitur in cibariis, & prosequitur Corne. *Idem voluerunt Cin. Bal. & alij in l. alimenta, C. de nego. gest. & in l. Nesennius, ff. eodem tit. Socin. qui hoc modo constituit conclusionem in cons. 286. colum. 1. ver. vnde ex quo hoc casu, volum. 2. Vitalin tract. clausu in tit. an iuri alimento. renuncia. possit, colum. 2. ver. etsi pater expendit pro medicinis. vbi loquitur de impensa medicinarum. & in colum. 11. ver. ex præmissis pater, vbi de impensa non solum in medicinis & medicis, sed etiam in aliis necessariis, Pract. Papien. in form. libel. quo vxor agit ad dot. & vsumfructum, in ver. ac etiam alimentis, num. 1. vbi pariter loquitur de impensa curationis.* Allegat optimum tex. *in l. fi. ff. de dot. promissio.* Natta, qui idem tenet, *in cons. 547. num. 16.* vbi infert, quod si pater potest præstita alimenta repetere, multo magis poterit non soluta retinere, Menoch. *de arbitr. iudic quæst. 88. num. 14.* vbi infert, quòd pater non præsumitur donasse, & quod sola sanguinis coniunctio non facit donationem præsumi, & reprehendit Alciat. *in cons. 233. num. 4. & sequen.* vbi volebat socerum non posse repetere impensam pro genero factam in lite. *idem voluit Cordub. in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 27. ff. de liber. agnosc. en. vbi post Corne. solum allegat Socin.* Et sanè decisio hæc est magna, nam vbi constat, impensam esse factam animo repetendi, res est clara, quòd repetitio datur iis solum casibus, quibus gener tenebatur, quia tunc solum vtile gestum est illius negotium, & Cinus atque alij supracitati supponere videntur, quòd facta fuerit repetendi animo, & cum de vno
3 disputamus, † cætera omnia supponuntur habilia *§. in extraneis, Institut. de hared. qualit. & differ.* at vbi quærimus, an in dubio socer eo animo impenderit, vt à genero repeteret, res videtur magis du-
4 bia, nam † gener est loco filij, *l. quia parentis. ff. soluto matrimonio.* sed coniectura donationis facilè sumi-
5 tur inter patrem & filium, imò iter † ascendentem & descendentem, *l. donationes, §. species. l. fina. §. fina. ff. de donation. Doctores in l. quæ dotis. ff. soluto matrimonio, Baldus in Authen. si quas rumas, C. de sacrosanct. eccles.* & dicam infra, loquendo de patre & matre alente filium, vtrum repetat impensam. Præterea cum pater alit filiam, non videtur principaliter habere respectum ad generum, sed ad filiam, & moueri erga eam naturali affectione & charitate; & quando impensa fit principaliter ad vtilitatem vnius, licèt in consequentiam redundet ad alterius
6 † commodum, non licet ab altero repetere, *l. creditor, §. primo, ff. mand. Bal. in l. prima, in fi. C. de negot. gest. Roman. sing. 651. vbi addit. citat concord. Natta consilio 303. num. 2.* Quidquid tamen sit, Doctores prædicti volunt, quòd censeatur filiam exhibuisse animo repetendi à genero iis casibus, quibus gener tenebatur. Et ratio esse potest, quia donatio non præsu-
7 mitur, imò capi debet omnis alia † coniectura, quàm donationis, *l. cum de indebito. ff. de probatio. Afflict. in decis. 44. num. 24. latè comprobat D. Becius, cons. 52.*
8 *num. 70.* nam donare † est perdere, *l. filius familias, in*
9 *princ. ff. de donatio.* & qui donat, † dicitur dilapidare, *Castren. cons. 352. num. 5. volum. 1.* & donatio dicitur spe-
10 cies † furoris, *Socin. cons. 73. num. 18. volum. 1.* quia alium se plus diligit, iuxta carmen:

Alpibus ille perit, qui se plus diligit vllum.

Et so-

Et sola sanguinis coniunctio, quantacunque illa sit, non sufficit ad inducendum donationis præ-
11 sumptionem, † *secundum glos. Bartolum & alios in l. libertis quos, §. primo, ff. de alimen. & cibar. lega. l. idemq;, §. si cui mandauero, ff. mand. & est communis opinio, secundum Iasonem, in l. quæ dotis, num. 18. ff. soluto matrimonio, Alciat. in tracta. præsumption. regu. 1. præsumpt. 32. num. 5. Menoch. dicto casu 88. num. 9.* & quod gener sit loco filij, non videtur verum, quia *in l. quia parentis,*
12 † *ff. soluto matrim.* dicitur, socerum esse loco patris, intelligendo respectu nurus, non autem respectu generi, vt declarat Iason *in l. sicut autem, numero 1. & 3. ff. de re iud.* vbi dicit, maiorem habere authoritatem socerum respectu nurus, quàm respectu generi. Præterea etiam erga filium non præsumitur in patre donatio, vt dicam suo loco, ideo siue socer respectum habeat ad filiam, siue ad generum, nullo casu videtur donare: quia cum sciat id vergi ad commodum generi, qui tenetur, pater videtur in filiam velle solum conferre medij temporis commodum, & alimentorum repræsentationem, nō autem ei donare quod illi non prodest. Et quia supra declarauimus, quibus casibus maritus teneatur alere vxorem, siue sanam, siue infirmam, facile ex ijs sciri poterit, quibus etiam casibus socero datur aduersus generum repetitio alimentorum præstitorum, vel impensæ in eam causam factæ.

Infert enim Socin. *in d. cons. 286. colum. 1.* quod si
13 vxor, † quamuis ægra, poterat non obstante infirmitate esse in obsequio mariti, non dabitur socero alimentorum, vel expensarum repetitio, quia maritus eam non alit, quæ cum possit, non est in suo obsequio: secus autem, quando tanta est ægritudo quòd seruire non potest.

Infert etiam, quòd ex quo maritus infirmam vxorem alere non tenetur, nisi in quantum dotis
14 fructus suppetunt, ita non tenebitur erga † socerum repetentem vltra quam ex dote percipiat.

Quæstionem tamen mouet Socinus loco prædicto, si vxor infirma sit in domo patris, & maritus protestetur, se nolle teneri erga patrem, ad restituendum alimenta, sed offerat se paratum alere, & patrem interpellet ad sibi remittendum vxorem, vt in domo propria alat: sed pater spreta protestatione aluit, an repetat. Et concludit quòd
15 † non, duplici ratione. Prima, quia impendens in alterius commodum, non dicitur gerere vtile ne-
16 gotium, si id facit † contra illius voluntatem & protestationem, *l. fi. C. de nego. gest. vbi notant omnes,*
17 *l. si pro te, ff. manda.* & sicut in contractibus † nemo inuitus obligatur, *l. sicut, C. de actio. & obligat.* ita nec
18 in quasi † contractibus, *secundum Baldum in dicta l. fi.* Secunda est, quia videtur maritus aluisse, quando per eum non stetit, quominus aleret, *argumento l. 1. C. de institut. & substitut. sub condit. fact. & l. Labeo scribit, ff. de contrahen. emptio.* Et respondet obiectioni, qua dici poterat impensam necessariam repeti etiam ab inuito, quia cum maritus esset paratus alere, impensa facta à socero non erat necessaria.

Prædicta bene procedunt, quando vxor exiuit domum mariti sine illius culpa: sed si culpa mariti abfuit, ea protestatio nihil releuabit, puta si ob vi-
19 ri maximam sæuitiam † secessit, quod facere licet, *cap. si fortè, vbi glos. titu. de pœn. distinctio. prima, cap. ex transmissa, vbi Abbas num. 4. & cap. literas, vbi etiam Abbas num. 7. de restitutione spoliatorum, glos. in cap. de illis, in verfic. fleterit, vbi etiam Præpos. casu 12. de sponsal. §. mitiores, vbi notant omnes, in Authen. de nupt. Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 84. ff. de acquiren. possess. Didac. in Epito. de sponsal. par. 2. cap. 7. §. 5. num. 1. Neuiza. in Sylua nupt. lib. 1. num 37. Lupus in rub. de donation. inter virum & vxo. §. 20. num. 4. Natta in cons. 616. num. 1. Menoch. de recuperan. possess. remed. 1. num. 289.*

Hoc igitur casu licèt maritus protestetur se paratum alere, si tamen non transmittat alimenta ad
20 domum patris, dabitur repetitio, quia † impensa necessaria repeti potest ab inuito & cōtradicente, *Petrus, Cinus & alij, præcipuè Corneus l. quod in vxorem, C. de nego. gest.* facit *l. vt proponis, C. de adific. priuat.* vbi
21 socius inuito socio reficit communem parietem, qui ruinam minabatur, & nihilominus repetit à socio impensam pro parte, *Papien. in form. libel. pro hæred. vel re singu. verfic. & in futurum, colum. 1. Capol. in tracta. de seruit. vrban. prædior. cap. de parie. seu muro.* Hinc etiam est, quòd mutuans filio egenti in stu-
22 dio, repetit à patre etiam † qui prohibuerit, *secundum glos. in l. Iulianus, §. quod dicitur, ff. ad Macedon. Ludouic. Roman. in l. quamuis. ff. soluto matrimonio, Socinus in dicto consilio ducentesimo octuagesimo sexto, numero 4. volumine secundo,* quia cum pater teneretur eam impensam facere, sua protestatio nihil operatur, ex quo non releuat protestatio in iis, quæ non pen-
23 dent à facultate † protestantis, *l. alimenta, C. de nego. gest. Abbas in cap. ex tenore, num. 3. de testib. Felin. in cap. cum Ferrarien sis, num. 44. verfic. sed hoc intellige, de constitutio. vbi Decius num. 20. & Ripa, num. 77.* Et dicit Iason, *in §. fuerat, num. 106. Institut. de action.* quod non releuat protestatio in iis, ad quæ tenetur quis de necessitate iuris, *Ripa in cons. 169. num. 6. Neuzan. in cons. 38. num. 15. Caphal. in cons. 207. num. 42. decis. Pedemon. 39. num. 28.*

Posset etiam meo iudicio limitari conclusio prædicta, quando socer fuisset debitor dotis, vel ex alia causa erga generum, quia etiam tunc posset compensare, si quid in alimenta filiæ exoluit, non obstante generi protestatione, & contradictione: nam soluens inuito debitore licet non repetat, tamen fallit, quando soluens esset debitor eius pro
24 quo soluit, † quia nihilominus compensatur solutio cum debito, *secundum glos. & Doctores in l. Stichum. §. finali, ff. de nouatio. & Doctores in l. fin. C. de negot. gest. Paris. in cons. 107. num. 129. volum. 3.*

Non tamen existimo in præsenti quæstione posse procedere hanc decisionem, quia supradicta loquuntur, quando soluitur debitum eius, pro quo fit solutio: at vbi vxor est sana, vel non ita ægra, quin possit esse in obsequio, tunc maritus non dicitur debitor alimentorum, nisi vxor seruiat in domo, & cum non est debitor, soluens non gerit vtile illius negotium, & consequenter non repetit.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Pater putatiuus non repetit à vero alimẽta filio præstita.*
2 *Repetitio conceditur, quando aliquid per errorem fuit solutum.*
3 *Debitor putatiuus si dotem soluit, illam repetit.*
4 *Institutio facta de aliquo tanquam filio, non valet si constat non esse filium.*
5 *Causa finalis præsumitur qualitas sanguinis.*
6 *Expensæ solutæ pendente lite vigore prouisionis non repetuntur, etiam si ille succubuit.*
7 *Fur non repetit alimenta præstita seruo furato.*
8 *Solutio facta per errorem intuitu pietatis non repetitur.*
9 *Causa factum non dicitur, quando alimenta præstita sunt sub prætextu, quod esset filius si non erat.*
10 *Error non nocet errantiſi agit de damno vitando.*
11 *Repetitio non datur eius, quod quis impendit credens proprium gerere negotium, vide num. seq.*
12 *Repetitio quando datur pro eo, quod quis soluit credens causam propriam agere.*
13 *Expensa necessaria facta per errorem repetitur à vero domino.*
14 *Possessor malæ fidei deduci impensam necessariam.*
15 *Fideicommissarius, an teneatur soluere melioramenta facta in re suppositia fideicommisso.*
16 *Expensa alimentorum dicitur necessaria.*
17 *Pater putatiuus, an repetat à filio alimenta, quæ illi præstitit, credens esse suum filium.*
18 *Gestor negotiorum repetit à vero domino, licèt gesserit credens ad aliud pertinere.*
19 *Errantis nullus est consensus.*
20 *Errantis nulla est voluntas.*
21 *Pater putatiuus repetit à filio alimenta ei præstita per errorem.*
22 *Donatio præsumitur inter ascendentes & descendentes.*
23 *Pater tradens filio videtur committere, non donare.*
24 *Pater stipulando videtur donare filio, quando eius nomine apprehendit possessionem.*
25 *Filius imputat sibi in legitimam quidquid pater sibi simpliciter tradidit.*
26 *Libri simpliciter à patre traditi filio agenti in studio, non videntur donati, nisi voluntas ex aliis colligatur.*
27 *Pater repetit alimenta præstita filio eo casu, quo alere non tenebatur.*

QVÆSTIO VI.

QVI alicui alimenta præstitit, credens suum esse filium, cum non esset, detecto errore, non potest à verò illius patre impensam † repetere, *secundum Barto. in l. 1. §. §. competit. ff. si mulie. ventr. nom.* quia secundum eum, nil fecit pater verus, vt filius suus aleretur ab alio, sequitur simpliciter Castren. *in l. alimenta, num. 4. C. de nego. gest.* vbi Alexan. *num. 3.* dicit, esse singularem decisionem, eam quoque tenet Vital. *in tract. clau. in ver. an iuri alimen. renuncia. poss. circa fi. Cordub. in l. si quis à liberis. §. si vel parens, num. 39. ff. de liber. agnoscen. & in 8. si mater, num. 28.* Subdit tamen Barto. quosdam Theologos contrarium tenuisse, mihi certè illorum opinio contra Bar. verior videtur. 1

2 Quia regulariter datur repetitio † eius, quod per errorem datum est, *l. cuius per errorem, ff. de reg. iur. l. error, C. ad leg. Falcid. l. regula, §. fi. ff. de iur. & fact. ignor.* & est tex. in dote loquens, *in l. qui se debere, in princ. ff. de cond. ob cau.* vbi, qui credens se debitorem, 3 soluit † dotem, rectè illam repetit. Valet autem argumentum à dote ad alimenta, ergo idem est in eo, qui credendo se patrem, & consequenter teneri ad alimenta, illa præstitit.

Secundò, quia illius gestum est vtile negotium, qui de iure tenebatur alere, & res mea versa est in illius vtilitatem, & alias ille fieret cum meo detrimento locupletior, proinde suggerit omnis æquitas, quod impensam restituat.

Tertiò, error seu falsa causa respiciens, sanguinem destruit actum, ideo videmus, quod si quis 4 est institutus † tanquam filius, non valet institutio si constet non esse filium, *l. si pater, & l. nec apud, C. de hæred. instit. Castren. Alexan. & alij in l. eam quam. C. de fideicom. Barba. & Dec. quos citat Paris. in cons. 11. num. 14. volum. 2. Rolan. in cons. 96. num. 15. volum. 3. Ceph. in cons. 440. num. 14. alios citatii in cons.... num. 6.* Et ratio est, quam dixi, quòd qualitas sanguinis præsumitur fi- 5 nalis † causa actus, *gl. in l. nemo. §. 1. vbi Bart. & alij. ff. de hæred. instit. Aret. in §. fi. num. 3. Instit. de vulg. & pupil.*

Quarto videmus, quòd alimenta lite pendente super filiatione præstita non repetuntur, etiam si 6 constet exinde † illum non esse filium, *secundum gl. in l. fi. C. de Carbon. edict. quam sequuntur Doctores communiter, vt dicam suo loco,* & tamen multo facilius concedi debeat eo casu, quia inuitus, & à iudice coactus præstat alimenta, quàm vbi sponte exoluuntur, iuxta regulam, quod ei subueniri debet, qui actum facit ex necessitate.

Quintò, quòd impensam alimentorum repetat, qui aluit, probat tex. *in l. 1. in fi. C. de infant. expos.* 7 vbi excipitur solus fur, † ne lucrum sentiat ex male gestis, *Salic. in l. domum, num. 6. in fi. C. de rei vend. Menoch. de recup. possess. rem. 4. num. 15. & seq.*

Et non obstat argumentum Cordub. quod solutum non repetatur detecto errore, quando pie- 8 tatis intuitu facta † est solutio. *§. fi. Instit. de oblig. quæ ex quasi contract. nascun. l. cum is, §. mulier. ff. de cond. indeb.* ea enim iura loquuntur de causa pia: at secus in eo, quod fit non causa pietatis, sed ex sanguinis charitate & affectione in suos, quod nihil habet commune cum causa pia, imo non dicitur causa 9 pia, quando in eum filium, qui non erat, † vt clarè decidit in simili Castren. *in l. cum is. §. si mulier. num. 2. ff. de cond. indeb.*

Non etiam dicatur, quod impensum principaliter ad vnius vtilitatem non repetatur ab eo, cuius commodo cessit in consequentiam, *l. creditor, §. 1. ff. mand.* & dixi in præcedenti quæstione, quia nos sumus in diuersis terminis propter errorem, qui cadit in eo, qui alimenta præstitit: non enim 10 error debet erranti nocere, vbi præsertim † agitur de damno vitando, *l. error, in fi. de iur. & fact. ign. l. non fatetur. ff. de confess. Dec. Socin. iun. & Crauet. quos citat D. Becius in cons. 90. num. 14.* dempto autem errore non potest alia mens præsumi in soluente, quam vt solutum repeteret, quia aliter non aluisset.

Postremò non mouet, quòd non detur illius repetitio, quod impensum est animo neminem obligan-

11 ligandi, vt quia credidit proprium gerere † negotium, *l. si in area. ff. de cond. ind.* quem textum citat in proposito Bart. *in d. l. 1. §. competit, in fi. ff. si mulier vent. nom. in possess. mittat.* Respondeo enim quod etsi non detur actio vtilis negotiorum gestorum, neque condictio indebiti, per illum textum : datur tamen repetitio ex æquitate, *l. si me & Titium. ff. si cert.*
12 *pet.* vti † declarat Castr. *in d. l. si in area, in fi.* vbi hoc modo inquit, se iuuasse Florentinum quendam, qui empto prædio, multo fecerat impendia, quæ euictione sequuta non poterat aliter repetere.

Respondeo secundo, contrarium procedere in impensa vtili, vel voluptaria : at secus est in neces-
13 saria, nam ea repetita † vero domino, vel eo qui tenebatur, *l. quæratione, in princip. ff. de acquiren. dom. n. §. sed certè illud, Institut. de rerum diuis.* Imo eam deducit
14 quoque possessor malæ † fidei, *l. domum. ff. de rei vend.* Et hanc distinctionem facit Bart. *in l. in fundo, ff. de rei vendic.* vbi, *num. 6.* in possessore bonæ fidei, vult id locum habere etiam re perempta, sequitur Tiraq. *de retract. conuentio. §. 7. glos. 1. num. 10. in fi. latè Menoch. de recuper. possess. remed. 50. num. 500. & pluribus sequentibus.* Et ad eandem quæstionem, præcipuè in fideicom-
15 missario, † videri possunt Negus. *in tract. pignor. in 4. mem. 5. par. princ. num. 12. Paris. in cons. 55. num. 23. volum. 3. Bero. in cons. 79. num. 63. volum. 2. & familiar. quæstio. 22. num. 4. Gomes. de testa. cap. 12. num. 4. Natta cons. 256. num. 3. Cæphal. in cons. 188. num. 37. Marzar. in formul. fideicom. quæstio. 65.* Et non est dubium, quin impen-
16 sa alimentorum † dicatur necessaria, *l. pen. ver. omnia enim hæc, ff. de impens. in reb. dota. fac. Salic. in d. l. domum, num. 6. in fi. Menoch. d. remed. 15. num. 515.*

Prædicta loquuntur, quando alimenta repetũtur à patre vero, sed an ea repeti possint ab ipsomet, cum fuerint præstita. Et Bartolus *in dicta l. 1. §. competit. ff. si mulier. in vent. nom.* dicit, repeti non pos-
17 se, quia † filius non fuit in calumnia, *sequuntur Doctores supra citati, & Natta in cons. 108. num. 8. Cordub. in locis prædictis.* Quæ sententia vera est, quando filius ille patrem habebat, qui alere tenebatur, & erat soluendo ; nam ea impensa non dicitur versa in filij vtilitatem, quem aluisset verus pater, si non aluisset putatiuus, *argumento l. 2. in fi. C. de neg. gest.*

Verum difficultas est, cum pater verus vel non tenetur, vel non est soluendo, puta si filius esset dies, isto casu impensa dicitur versa in eius vtilitatem, & videtur, quod detur repetitio, & non attendatur opinio, sed veritas, vt probatur *in l. item si*
18 *cum putaui, in fi. ff. de nego. gest.* vbi, si gessi † negotia vnius, quæ tamen existimabam ad alium pertinere, datur nihilominus actio mihi aduersus verum dominum ; & ratio est, quia ille factus est ex re mea locupletior, & non obstat, quod ab initio præstando alimenta nõ habuerit animum quempiam obligandi, quia iste animus erat erroneus, &
19 errantis † non est consensus, *l. nihil consensui, §. non videntur. ff. de regulis iur. l. secunda, in princip. ff. de iudic. l. non ideirco, C. de iur. & fact. ignoran.* & nulla est er-
20 rantis † voluntas, *l. sed hoc ita. ff. de aqua pluuia. arcen.* & inquit Dec. *in dicto §. non videntur, in fi.* adeo verum esse errantem non consentire, quod eiusmodi regula nullam habet limitationem : circumscripto autem errore circa filiationem, vel non aluisset, vel repetendi animo aluisset, cum donatio non præsumatur, *l. cum de indebito. ff. de probat. & dixi in præcedenti quæstione.*

21 Concludo igitur repetitionem dari † à filio, & bene Nattam *in d. cons. 108. num. 8.* dubitasse de Bartoli decisione, vt quæ non sit tuta, sicuti etiam non est æqua, & in dubio non fit præiudicium filio, qui tractat de lucro, & pater de damno vitando. Cogita ergo, nam vbi res in facto contingeret, durum esset contra Bartolum tenere ; sed econtra non est iustum, quod propter altoris errorem filius lucretur.

Potest ex prædictis inferri, quid iuris sit, quando pater verus alit filium, quem non tenebatur alere, puta quia esset dies, an ab illo posset repetere impensam. Videretur primo aspectu dicendum, eam non repeti, quando inter ascendentem
22 & descendentes † præsumitur animus donandi, *l. donationes, §. species, l. fina. §. fina. ff. de donatio. cum aliis, quos citaui in quæstione præcedenti.* Quod si verum est in cęteris, multo magis locum vendicabit in alimentis, *argumento l. alimenta, C. de neg. gest.* vbi licèt impensa facta in alias causas, repetatur, non tamen datur repetitio eius quod impensum est in alimenta, facit, quia coniunctio sanguinis facit præsumi donationem, *Doctores in l. quæ dotis, ff. soluto matrimonio, cum similibus.*

Contraria verò sententia videtur verior, nam pater vbi aliquid tradit filio, videtur potius filio
23 committere, quàm † donare, *secundum Baldum, in l. exequutorem, C. de execut. rei iudic. sequitur Marsil. sing. 57, Menoh. de arbitrar. iudic. casu 88. num. 5.* & nunquam præsumitur donatio, sed quicunque alius titulus, imo etiam error, *vt tetigi in d. quæstione præced. facit, quod post Alexan. dicit Alciat. in tract. præsumpt. reg. 1. præsumpt 32. numero 4. versic. quæ decisio.* vbi ait, tunc pa-
24 trem stipulantem donare † filio, quando nomine filij accepit possessionem, aliâs non.

Addo, quod si pater aliquid simpliciter tradit fi-
25 lio, non videtur illud donare, propterea filius illud omne † imputatum in legitimam, *secundum Bartolum in l. 1. §. si parens. ff. si quis à paren. fuer. manum.* Et notandum dicit Alexan. *in cons. 142. numero 18. volum. 2.* vbi citat Imolam, dicentem, hoc esse valde singulare, *Alexan. & alij in l. illud, C. de collatio. alios citat Ripa, in l. in quartam, num. 45. ff. ad leg. Falcidiam.*
26 Quinimo libri simpliciter † filio agenti in studio traditi, non videntur donati nisi ex condictione patris, & qualitate expensarum, aliter voluntas patris arguatur, *l. fina. ff. de pecul. lega. l. quod seruus, ff. de acquiren. possess. Barto. in d. l. in quartam, vbi latè ponunt Doctores, præcipuè Ripa, numero 173. & sequenti, Berenga. dicto cap. tertio, num. 85. Alexander dicto consilio centesimo quadragesimo secundo, numero 22. licèt ex aliis contrarium teneat.*

Quamuis autem in terminis non inueniam de-
27 cisam hanc quæstionem, teneo dari † repetitionem patri, cum iis tamen modificationibus, & declarationibus, quæ in matre considerantur quando repetit à filio alimenta præstita, vt dicam suo loco.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Extraneus, qui præstitit alimenta credens se teneri, cum non teneretur, non repetit. limita num. 13. 14. 15.*
2 *Solutum per errorem, repetitur tanquam indebitum.*
3 *Obligatio non oritur sine consensu.*
4 *Errans non consentit.*
5 *Mulier restituitur propter errorem iuris.*
6 *Mulieri & rustico non succurritur in iis, quæ tendunt ad conseruandum iuris rigorem.*
7 *Ignorantia iuris præsumitur in muliere.*
8 *Mulier reuocare potest erroneam confessionem.*
9 *Mulieri læsæ succurritur ex remedio l. 2. C. de rescind. vend.*
10 *Mulier excusatur à vera contumacia.*
11 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
12 *L. cum is. §. si. ff. de condict. indeb. quomodo procedat.*
13 *Extraneus, qui aluit, credēs se teneri ex alia causa, quam pietatis, repetit.*
14 *Extraneus alimenta, quæ præstitit per errorem, credens illum esse sanguine coniunctum, repetit.*
15 *Extraneus non repetit alimenta, quæ coniuncto præstitit, credens se obligatum ex contractu.*
16 *Extraneus repetit impensam, quam fecit credens se obligatum, cum non esset erga sanguinem coniunctum.*

QVÆSTIO VII.

IN dubium venit aliquando, an extraneus, qui credidit teneri, cum tamē non esset obligatus, præstitit alicui alimenta, possit illa repetere. Et Cordub. *in l. si quis à liberis, §. si mater, num. 26. ff. de liber. agnoscen.* inquit,
1 repetitioni † locum non esse, per textum *in l. cum. §. si mulier. ff. de cond. indeb.* vbi mulier, quæ credens se obligatam dotem dedit, non repetit, quia sublata obligatione remanet causa pietatis, propter quam solutum indebitè non repetitur, & causa alimentorum non minus est pia, quàm dotis, *vt suprà dixi:* sed ante eum idem videtur voluisse Salicet. *in l. alimenta, in fi. C. de neg. gest.* Credo tamen eam conclusionem ita indistinctè intellectam, non esse ve-
2 ram, quia solutum per † errorem repetitur tanquam indebitum, *vt toto tit. ff. de cond. indeb.* & sine
3 consensu † nemo obligatur, *l. obligamur. ff. de actio. &*
4 *obligatio.* & errantis † nullus est consensus, *l. si per errorem. ff. de iurisdict. omn. iud.* & præsertim id locum habet in muliere, quæ solet restitui propter iuris
5 † errorem, *l. error, ff. de iur. & facti ignor. l. fi. C. eod. tit.* Nam, etsi in his quæ tendunt ad conseruandum
6 iuris rigorem, mulieri † & rustico non succurratur. *l. iuris ignorantia, C. qui admitti. Bal. in l. fi. C. de iur. & facti ignoran. Bar. Iaf. & Felin. in locis adductis à decis. Pedem.*
7 *58. num. 38. & decis. 87. num. 4.* tamen † in ea præsumitur iuris ignorantia, *Cuman. in cons. 37. quidam legauit, in fi. Dec. in cons. 351. in fi. Ruin. in cons. 290. num. 11. volum. 1.* Et dicit Bal. *in cons. 450. volum. 4.* quod mulier
8 † potest erroneam confessionem reuocare, quatenus est iuris. Et dicit idem Bal. *in l. 2. quæst. 4. C. de re-*
9 *scind. vend.* quòd mulieri læsæ † succurritur ex remedio d. legis, etiam si sciuerit verum valorem rei. Et inquit Ang. *in l. fina. ff. de eden.* quòd mulier excu-
10 satur à vera † contumacia, *sequitur Alex. in l. 2. num. 2. si quis in ius vocat. non iuer. faciunt, quæ ponit Sfort. Odofr. in tract. de restitutio. in integr. quæstio. 10. artic. 1. per totum.*
Licèt autem alimentorum causa fauorabilis sit, tamen non est descendendum ad ius speciale, nisi
11 in casibus expressis, at vbi lex † non dicit, nec nos dicere debemus, *l. de pretio, ff. de publiciana, & facit l. illam, C. de collation.*

Non obstat igitur tex. *in l. cum is, §. fina. ff. de cond. indeb.* quia non loquitur, quando nulla subest alia pietatis causa, præter dotem: sed quando causa aliqua pietatis mouit dotantem ad credendum se obligatum, vt quia erat mater, soror, frater, vel alia persona sanguinis coniuncta, quo casu pietas &
12 affectio intercedens causam dedit errori, † & ratio est, quia sublato errore, subest adhuc causa pietatis, *& declarat Bart. in dicta l. cum is, §. si in ea, circa fin. ver. opponitur supra, vbi paucis verbis melius declarat quàm se explicet multa verborum serie,* Cordub. *in d. §. si mater, num. 27. qui ex quo non vidit. Bar. nouum credit esse illius tex. intellectum.* Eodem quoque modo intelligit Ang. *ibi, in §. si mulier,* vbi dicit procedere, quando suberat pietatis causa, quia scilicet ea, quam dotauit, erat pauper, vel ipsa erat mater, aut soror. Et in-
13 fert, quod si forte crediderit se teneri † ex contractu, vel alia causa, quæ non continet pietatem, poterit repetere dotem tamquam indebitè solutam, *allegat tex. in. quod seruus. §. & l. 1. qui se debere. ff. de cond. ob caus.* idem tenuit Castrensis ibi dicens aliud esse, quando credidit se teneri ex aliquo contractu: & rationem dicit esse, quia duplici ex causa impeditur repetitio, fauore scilicet dotis & pietatis ratione; sublato autem errore subsistit pietatis ratio, quæ repetitio impedit; Quare si est mere extraneus, qui alimenta præstitit per errorem, credens se obligatum, nullaque cum alita persona intercedat consanguinitas, sustineri non poterit decisio Cordub. quia cessat pietatis ratio, quæ non desumitur, vt ille credidit à solo fauore alimentorum, sed à sanguine; si verò sit sanguine coniunctus, qui alimenta præstitit per errorem, non repetit, quia etiam sublato errore subest pietas exclusiua repetitionis.

Ampliat autem Castrens. *d. §. si mulier.* conclusionem primo loco tactam, vt procedat etiam si
14 præstans alimenta † credidit eum, quem aluit, esse sanguine coniunctum: quia si in hoc quoque errauit, potest repetere, *allegat l. nec apud, & l. si pater, C. de hæred. instit.* Quod est notandum pro opinione, quam supra quæstione ab hinc secunda dixi, repeti posse alimenta, quæ alicui præstita sunt, qui credebatur filius.

Limitatur autem ex prædictis conclusio secundo loco posita, quòd repeti non possint, quando erat sanguine coniunctus, vt non procedat, quan-
15 do credebat se ex † contractu obligatum. Id quod ex dictis Bart. desumitur, *d. §. si in ea, & clarè ponit Ange. in d. §. si mulier, & Castren. ibi.*

Limitatur secundo, ne locum vendicet in alia
16 impensa, † quàm dotis & alimentorum, quia etiam data sanguinis coniunctione posset repeti: sola enim pietas non est causa priuilegij, sed concurrit fauore causæ, & ideo non debet illius textus decisio

decisio extendi ad alium casum. *Ita pulchrè Castren. ibi.* Pro quo facit, quod dicitur *in l. alimenta, C. de neg. gest.* vbi mater repetit impensam factam pro filio, in aliam tamen causam quàm alimentorũ, *& dicam suo loco.* Cum autem cessat fauor causæ, cessare quoque debet dispositio, quæ fauore illius causæ inducta fuit.

Ex prædictis inferri potest ad decisionem eorum, quę in duabus proxime præcedentibus quęstionibus tacta sunt, conferunt enim præcitatæ rationes.

SVMMARIVM.

1 *Mater, quæ filium aluit, repetit à marito, & patre, qui foret obligatus.*
2 *Extraneus dotando, videtur donare.*
3 *Extraneus dotans mulierem, repetit ab eo, qui tenebatur dotare.*
4 *Mater repetit à quocunque obligato alimenta filio præstita.*
5 *Mater repetit ab hærede maritì alimẽta filio præstita.*
6 *Actiones omnes tam actiuæ, quam passiuæ transeunt ad hæredes, & contra hæredes.*
7 *Hæres censetur eadem persona cum defuncto.*
8 *Obligatio non variatur ex persona hæredum.*
9 *Mater repetit a filis hæredibus mariti alimenta, quæ præstitit filiæ dotatæ.*
10 *Hæredes non tenentur alere, quando extant fratres vel mater.*
11 *Bart. in l. si quis à liberis, §. item rescriptum. ff. de liber. agnos. quomodo procedat.*
12 *Duo vincula magis ligant.*
13 *Auus maternus, vel auia materna repetunt à filio alimenta præstita nepoti, quem filius tenebatur alere.*
14 *Matris appellatio includit omnes ascendentes per maternam lineam.*
15 *Matris appellatione venit auia.*
16 *Auus, & quilibet ascendens venit appellatione patris.*
17 *Mater repetit quantum pater erat erogaturus in alimenta filij per eam aliti, non vltra.*
18 *Melioramenta restituuntur, quatenus res tempore restitutionis meliorata reperitur.*
19 *Melioramenta petens tenetur probare, quod res fuerit in tantum meliorata.*
20 *Mutuans in rei conseruationem probare debet, quod pecunia sit mutuata, & versa in eam causam.*
21 *Actio negotiorum gestorum competit eatenus, quatenus negocium est vtiliter gestum.*
22 *Fructus domus intelliguntur quanti condemnatus fuisset conducturus.*
23 *Mater non repetit alimenta præstita filio, quem ipse tenebatur alere.*
24 *Protestatio non releuat matrem, quæ tenebatur filium alere.*
25 *Protestatio non iuuat in dependentibus à iure.*
26 *Fideiussor non repetit, quando fideiusit pro dote danda propriæ filiæ.*
27 *Mater non repetit modicam alimentorum impensam, quam fecit pro filio.*
28 *Cyn. in l. alimenta, col. 1. C. de neg. gest. declaratur.*
29 *Mater non repetit modicam impensam, quam fecit in res filiorum.*
30 *Maritus non repetit modicam impensam factam circa res vxoris.*
31 *Donatio inter virum & vxorem valet si est modica.*
32 *Impensa modica repetitur in casibus, quibus aliàs non daretur repetitio.*
33 *Parum, & nihil æquiparantur.*
34 *Coniecturæ cessant in claris.*
35 *Præsumptio cedit veritati.*
36 *Animus. In his, quæ pẽdent ab animo, standum iuramento illius, qui actum fecit.*
37 *Protestatio declarat animum protestantis.*
38 *Mater non repetit à marito alimenta filio præstita, si constat ex coniecturis quod voluit donare.*
39 *Contrariorum eadem est disciplina.*
40 *Oppositum idem operatur in opposito, quod propositum in proposito.*
41 *Mater non repetit à filio alimenta, quæ illi præstitit, si non extat pater vel alius obligatus.*
42 *Auia materna non repetit à nepote alimenta, quæ illi præstitit.*
43 *Amor ardentius descendit in nepotes, quàm vigeat in filiis.*
44 *Mater non repetit à naturali filio alimenta, quæ illi præstitit.*
45 *Naturalis quoad matrem habetur pro legitimo.*
46 *Mater repetit à filio alimẽta, quæ præstitit si erat administratrix.*
47 *Gestor negotiorum expendere videtur de bonis illius cuius gerit negotia.*
48 *Pater administrator bonorum filiæ, dotare videtur de bonis filiæ, non de propriis.*
49 *Dotare de alieno, non de proprio censetur, qui administrauit aliena negotia.*
50 *Pater censetur dotare filiam de proprio etiamsi dicat dare de bonis propriis & filiæ.*
51 *Soluere quis præsumitur de proprio, etiamsi administret bona aliena, vel pecuniam cum alio communem habeat.*
52 *Frater censetur acquirere de pecunia propria, etiamsi sit in communi cum fratre vel administret illius bona.*
53 *Pater tenetur dotare filiam quantumuis diuitem.*
54 *Solutio semper facta præsumitur in duriorem causam.*
55 *Solutio præsumitur facta de pecunia extranei quando actus sit illius nomine.*
56 *Procurator videtur contrahere nomine domini quando contrahit super re ad dominum pertinente.*
57 *Soluisse de proprio præsumitur. quãdo est vtile soluenti, aliàs non.*
58 *Donatio non præsumitur, quando capi potest alia coniectura.*
59 *Donari videtur, quod nullo iure cogente soluitur.*
60 *Voluntarius actus non dicitur, qui fit ab eo, qui cogi potest.*
61 *Causæ duæ quando præcedunt, actus præsumitur factus, potius ex causa necessaria, quàm ex voluntaria.*
62 *Mater non repetit à filia, quatenus impendit in eius alimenta vltra reditum bonorum, quæ administrat.*
63 *Mater non præsumitur donasse filio alimenta, si illius erat debitrix.*

64 *Mater repetit à filio alimẽta præstita, quando est protestata se alere animo repetendi.*
65 *Voluntas declarari potest absente parte, & quandocunque.*
66 *Protestatio declaratoria animi fieri potest absente parte.*
67 *Declaratio fieri semper potest.*
68 *Declaratio retrahitur, ad tempus actus gesti.*
69 *Declaratio non retrahitur, quando tempore medio quæsitum est ius tertio.*
70 *Declaratio ex interuallo facta non prodest.*
71 *Protestatio non admittitur post factum, quando præsumptio est contra protestantem.*
72 *Mater non repetit à filio impensam paruam, etiamsi protestatus sit velle repetere.*
73 *Mater repetit à filio alimenta, quando de eis scripsit filium debitorem in libro rationum.*
74 *Animus probatur per librum proprium rationum.*
75 *Libro defuncti magis creditur, quam libro viuentis*
76 *Liber administratoris probat in fauorem scribentis, si expensa non sit magna.*
77 *L. Nesennius, ff. de neg. gest. quomodo procedat.*
78 *Scriptura priuata etiam recognita non probat contra tertium respectu temporis.*
79 *Mater vt videatur aluisse filium animo repetẽdi, quomodo concipere debeat scripturam libri.*
80 *Mater repetit à filio alimenta, quando impensa est magna.*
81 *Impensa, quæ magna, vel modica sit, arbitrio iudicis committitur.*
82 *Mater repetit à filio tanquam patris hærede alimenta, quæ ei præstitit viuente patre.*
83 *Mater repetit à filio impensas factas circa res filiorum.*
84 *Persona hominis est cunctis rebus anteferenda.*
85 *Diuitiæ sunt vita hominis.*
86 *Mater non repetit à filio impensam, quam fecit petendo tutorem filio dari.*
87 *Mater non repetit impensam, quam pro filio pupillo fecit ducendo illum ad iudicem pro tutore.*
88 *Mater repetit à filio impensam, quam fecit in scripturis aduocati, & procuratore, quando petiit tutorem filio.*
89 *Mater non repetit impensam, quam fecit pro filio, quando accusauit tutorem suspectum.*
90 *Mater non cogitur præcisè aut causatiuè accusare tutorem filij suspectum.*
91 *Mater non repetit à filio expensas, quas fecit litigando pro eo si succubuit in causa.*
92 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*
93 *Actum, qui facit ex necessitate, ignoscendum est*
94 *Vsufructuarius non cogitur impendere de suo in refectionem rei, licet cogatur ponere diligentiam.*
95 *Minor fideiubendo pro alio dicitur eo ipso circumuentus.*
96 *Mater repetit à filio impensam factam, vt illum redimeret à carcere, vel morte.*
97 *Bona fideicommisso subiecta possunt alienari pro redimendo ab hostibus grauatum.*
98 *Pater vendere potest filium ex causa famis.*
99 *Pater vendere potest filium, vt se redimat ab hostibus.*
100 *Pater expendens pro filio studente, censetur soluere de proprio.*
101 *Pater donat validè filio in causam studiorum.*
102 *Pater pro filio expendens in studio censetur soluere de bonis filij, si eius habeat peculium in manibus.*
103 *Hæres matris repetit à filio omni in casu, quo matri datur repetitio.*
104 *Actiones transeunt ad hæredes & contra hæredes.*
105 *Pater repetit à filio alimenta præstita omnibus in casibus, quibus repetitio datur matri.*
106 *Patris, & matris eadem apud leges reputatur conditio.*

QVÆSTIO VIII.

NON modica est controuersia inter Doctores, *an mater possit repetere alimenta, quæ filiis præstitit?* Et in ea variè loquuntur in distinguendo casus, vnde fit, vt vix veritas haberi possit de eorum dictis: & proinde duo præmittenda sunt; primum est, quòd vbi agimus de repetione alimentorum, supponemus matrem aluisse filium iis casibus, quibus alere non tenebatur; nam vbi tenetur, non est locus repetitioni, ex quo debitum proprium persoluit. Secũdum est, quòd duplici modo intelligi potest quæstio; primò, an repetat à patre, vel alio, qui teneretur ad alimenta filij: secundò, an repetat ab ipso filio. Et licèt multi ex Doctoribus confusè loquantur, & casus prædictos non distinguant, sunt tamen hoc modo concilianda eorum dicta. Cum igitur quærimus, an mater possit à marito petere alimenta, quæ filio præstitit in casibus, quibus maritus vti pater alere tenebatur, communis est
1 opinio, quòd detur repetitio † à patre, vel alio, qui erat obligatus, *ita probat text. in l. Nesennius, ibi finge patrem exisse. ff. de neg. gest. ad idem est text. in l. si quis à liberis, §. si mater, ff. de liber. agnoscen.* Et dicit Bart. *in d. § si mater,* quòd vbi alimentandi onus spectat ad virum, non est verisimile, quòd vxor velit viro donare, ideo repetit, etiamsi non fuerit protestata, *allegat dictam l. Nesennius.* Hoc etiam innuit idem Bart. *in d. l. Nesennius, nu. 3.* dicens, quòd vbi alendi onus non spectat ad matrem, non videtur impendisse sine repetendi animo. Et clarius Castren. *in ea. l. Nesennius, num. 2. versiculo secundus, quando.* dicens, quòd si alendi onus spectabat ad alium, puta patrem, vel auum, quem sciebat vel credebat viuere; tunc sine alia protestatione videtur impendisse repetendi animo, non autem pietatis, quia non subest pietas inter eam, & illum, qui tenebatur alere. Et subdit hoc procedere, etiamsi non fuerit protestata. Idem ponit *in l. alimenta, num. 2. C. de neg. gest.* subdens, quòd quoad patrem non subest in matre pietas, *sequitur Salic. ibi, num. 3. vbi allegat sic voluisse Iacob.* Butr. quia pater tenetur filium alere, *l. fin. §. hoc procul dubio, C. de bon. quæ liber.* Cum ergo mater alit filium, gerit vtile patris negotium, propterea repetit. Et ante eum Cyn. *ibi, col. 1. vers. his præmissis,* vbi eadem ratione vtilis gestionis mouetur, *sequitur Bald. num. 2. in fin. vers. si pater viuit, Alexand. num. 2. Castren. consilio 96. in fin. vol. 2. Socin. in cons. 5. num. 14. vol. 4. Vital. in tracta. claus. in tit. an iuri alimen. renuncia. pos. columna decima, in fin. vbi allegat Cyn. & Angel. in d. l. alimenta.*

Et lo-

Et loquitur etiam nulla facta protestatione, *Ruin. in cons.171.num.2.vol.1.& in cons.145.num.3.volum.4. Bero.in cons.186.per totum, vol.1.& famil.quæstio.11.etiam per totum, Alciat.in cons.153.num.2.Boer.in cons.13. num.8.& seq. Natta in cons.108.num.7. Menoch.in tracta.de arbitr.iudic.casu 88.numero 23.* vbi dicit, quòd hoc casu donandi animus non præsumitur adesse, *Mascard.in tracta. de probat. conclus.76. numero 10. Cordub.in d.l.si quis à liberis.§.si mater. numero 9.* Qui tamen omnes loquuntur, quando pater est diues: quia cum aliàs non teneatur, minimè dici posset matrem gessisse vtile illius negotium, imò cum mater eo casu teneatur, dicitur soluere proprium debitum, & non repetit. Et inferunt Doctores,
2 quod etsi extraneus † dotans videatur donare, *l. vnica.§.accedit, C.de rei vxor.actio.* tamen hoc procedit respectu mulieris, cui datur: at si extet pater, vel alius ad quem spectet onus dotandi, po-
3 test ab illo † repeti, *Castrens.in cons.96.si dicta Cornelia, in fin.vol.2.Socin.in d.cons.5.num.13.vol.3. Ruin.d. cons.171.& consil.145. Alciat.d.consil.153.cum similibus.* Inferunt enim à dote ad alimenta; & principalis decisionis ratio est, quia non possumus intelligere quòd voluerit donare filio, qui cum ad id habeat obligatum patrem, non sentiret aliquid commodum ex eiusmodi donatione, *vt dicemus infra.* Non etiam capi potest coniectura, quòd voluerit donare viro, quia non valet donatio inter virum & vxorem, *vt in toto tit.ff.de donatio.inter vir. & vxor.* & non debet præsumi factum tacitè, quod non potest fieri expressè.

Ampliatur autem hæc conclusio, vt non solùm mater possit repetere à patre, & marito respe-
4 ctiuè, sed etiam à quocunque alio, qui alere † teneretur, *secundum Socin. quem citat Menoch. d. casu 88. num.22.in fin.* est verum, quod Socin. hoc non dicit, sed conclusio est vera per rationem, quæ militat in quocunq; alio, sicut in patre.

Ampliatur secundò, vt detur repetitio non
5 solum à patre, sed etiam † ab hæredibus patris, *Cyn. in d.l.alimen. col.1.in fin.Vital.in d.tit.an possit renuncia.iuri alimen.col.10.in fi.* Et ratio est, quia actiones omnes tam actiuæ, quàm passiuę transeunt in
6 hæredes, & contra † hæredes, *vt toto tit.C. vt action. ab.hæred.& contra hæred.* hæres enim eiusdē est conditionis cum defuncto, *l. hæred.ff. de reg. iur.* & re-
7 putatur eadem † persona. *§.1.in Authen. de iuretur.*
8 *à morien.præsti.* & obligatio † non variatur ex persona hæredum, *l.2.§.ex his, ff.de verb.oblig.* quomodo igitur licebat à defuncto repetere eo ipso datur repetitio aduersus hæredem, qui non debet esse melioris conditionis quàm defunctus.

Ampliatur item, vt procedat, etiamsi alimenta præstiterit mater filiæ post patris mortem, quia si obligatio, quæ erat in patre, descendit ad filios & hæredes, mater repetet ab illis, sicuti repeteret à patre; exemplum ponitur in filia, quæ fuit testamento patris dotata, sed cum esset alenda à fratribus hæredibus, mater illam retinuit pe-
9 nes se: nam † poterit à cæteris filiis institutis petere alimenta quæ præstitit, *secundum Cyn.in d.l.alimenta, num.2.vers.2.quæritur.* quia sicuti tenebatur pater, ita & frater, qui habet omnia patris; tum quia bona transiuerunt cum onere; tum etiam quia ad eum spectant onera, qui sentit commodum, *l.secundum naturam.ff.de reg.iur.* Et ideo cum mater fecerit id, quod frater facere tenebatur, dicitur illius negotiū vtile gessisse, & repetit actione negotiorum gestorum, & subdit se consultū in facto sic respondisse, & cum eo transit Bald. *ibi, nu.3.* qui adducit *l.qui filium.ff.vbi pupil.edu.debe.* vbi probatur, quod filius hæres vniuersalis tenetur sororem educare, quæ opinio placet etiam Fulg. quando filius adiuit hęreditatem patris, innuens, quod eo casu teneatur sororem alere, non ratione sanguinis, sed quia est patris hæres, & sentit commodum hæreditatis paternæ. Et Cast. *in fi.* dicit determinationē Cyni sibi placere, quia si mater non extaret, alere frater teneretur, *Imo. in l Tit. §.Imperat.col.2.ff.de leg.2. Vita.in d.tit.col.11.vēr.secūdo q̄ritur, Lup.in ca.per vestras, in 3.not.§.20.n.4.vbi allegat Ang.in §.fuerat, Instit.de action. Euerar.in loco 29.de alim.ad dot.col.4.in princ.ver.& quod fortius est, Cordub, d.l.si quis à liberis.§.si mater, nu.32.allegat pro hac parte, Anch.Ruin.Franc.Marc.& Cassan.*

Contrariam partem probauit Bart. *in d.l.si quis à liberis.§.item rescrip.ff. de lib.agnos.* vbi ait, quod o-
10 nus alendi non † trāsit ad extraneos hæredes filij, quando extāt fratres, vel mater, quia hæredes extranei tenentur solùm in subsidium, vbi non extant alij, vel vbi datur extrema egestas, Io.And.ad Spec. *in rub.de statu monacho.in fin.* inquit, quòd alēdus est quis à parentibus si extant, non autem à fratribus etiam, qui sint patris hæredes. Alex. *in dicta lege, alimenta,* qui *in fin.* subdit ita tenendum esse, quia onus alendi regulatur ex æquitate & charitate sanguinis: at magis conuenit æquitati & charitati quod alat mater, quàm fratres, & ad *l. qui filium.ff.vbi pupil.educ.debe.* respondet procedere, vbi mater non extat, secus quando extat. Si ergo mater tenetur alere, non repetit à filio hærede mariti, quia non gessit illius negotium. Hāc sententiam dicit veriorē Cord. *in dicto §.si mater, n.23.* mouetur, quia onus alendi transit ad hæredem eo solummodo casu, cum filius summa laborat egestate, & filia dotata non est inops, quia potest seipsam alere ex dote atque ita iure sanguinis frater non tenetur; non etiam tenetur quia sit hæres, ex quo soror est dotata, & ad *d.l.qui filium,* respondet, quod loquitur, quando dos relicta est sub conditione, non autem purè. Hanc partem latè sustinet Bero. *cons.186.per totum, vol.1.& famil.per totum.11.q.*

Placet tamen mihi summoperè Cyni opinio, quæ vti est verior, ita & æquitatē continet, vt hæres, qui paternam possidet hæreditatem, & dotes sororis habet penes se, teneatur alimenta ministrare, aliàs locupletaretur cum aliena iactura. Et non obstat sententia Bar. *in §. item rescriptum,* quia non loquitur in filia dotata à patre, sed simplici-
11 ter in eo, qui habet † matrem, fratres & hæredes filij defuncti, in quibus nulla cadit alendi obligatio, sed solum vinculum sanguinis: nos verò loquimur in filia, cui dos est à patre testamento destinata, & cui alimenta debentur nō solùm ra-

tione sanguinis, sed etiam ratione rerum. Cum enim dotes illi in tempus debitas retineat, alere iterum tenetur, *vt dixi in tit. quibus & à quibus. alim. præstan. sint.* Et hoc modo respondetur ad decisionem Ioan. Andr. Arctiore etenim vinculo tenetur frater hæres patris, & debitor dotium, quàm teneatur alius hæres, qui non sit debitor: duo
12 † enim vincula magis ligant, *c. 1. de treg. & pa. dixi in cons. 31. num. 6.* Imò Bart. *d. §. item rescriptum*, loquitur de hærede extraneo, quasi aliud sit in fratre instituto. Non etiam mouet, quod ordo sanguinis magis obliget matrem quàm fratrem; quia procederet si nulla alia ratio præter sanguinem intercederet: vt in facto Cyni subest ratio successionis bonorū, & quod frater habet penes se dotes sororis. Cordub. verò non intellexit quæstionem Cyni, credidit enim loqui eum, quando filiæ dos est purè relicta, vel etiam tradita, quo casu vera esset eius sententia; sed Cynus loquitur in filia paruula, cui dos fuit destinata, cum non esset nubilis; imò isto casu vbi dos purè, non autem sub conditione est relicta, sentit Cord. cum Cyno, quod mater possit repetere: eius enim rationes tendunt ad demonstrandum, quod filia quæ dotem habet, ex qua potest viuere, non est alenda à fratribus. Ex prædictis quoque satisfactum est rationibus, & argumentis Bero. *d. consil. 186. & quæston. 11.* quia in summa nihil dicit vltra id quod adducitur ab Alex. *in d. l. alimenta.*

Ampliatur quartò, vt locum habeat non solū in matre, sed etiam in auo materno, vel etiam auia materna; qui si nepotem, aut neptem aluerunt,
13 † cum tamen onus ad patrem spectaret, possunt à patre repetere. Et quamuis in præcisis nostris terminis hoc non dicant Doctores, tamen idem est omnino quod in matre, quia appellatio matris
14 includit omnes ascendentes † per maternam lineam, *Innoc. in cap. si verè, de sentent. excomm. in 6. §. illud quoq;, vbi gl. in Authen. vt lice. matri & auiæ, Bald. in sua margarita, in ver. matris appellat.* Et quod auia veniat matris appellatione, tenet † Bar. *in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. Bald. in l. Nesennius, nu. 2. ff. de neg. gest. & in l. quidquid, in princip. C. de bon. mater. Boer. in cons. 17. num. 6. Ascan. Clem. in tracta. de patr. potest. in 1. effect. nu. 22.* sicutecontrà appellatione patris venit auus
16 paternus & quilibet † ascendentium per lineam patris, *l. iusta interpret. ff. de verb. signifi.* vbi gl. inquit in toto corpore iuris intelligendum esse de auo, cum de patre fit mentio, *Cardin. in cap. cum haberet, in fin. de eo qui duxit in matrim. quam pollu. per. adulte. Ascan. d. effect. 1. num. 12.* vbi post Alber. Bald. Rebuf. & Boer. dicit, procedere etiam in statutis, & aliis, dispositionibus, quæ districtè intelliguntur, *idem tenet Boer. d. cons. 17. num. 7.* & facit, quod de expensis repetendis à proprio filio, dicam infra hac eadem quæstione. Et post hæc scripta inueni Bald. *in consil. 137. nu. 3. vol. 5.* vbi dicit quòd auia materna, quæ nepti alimenta præstitit, potest illa repetere ab auia paterna, quæ tenebatur neptem alere. Et dicit Bart. *in l. Nesennius, num. 6. ff. de neg. gest.* quòd in auia idem ius est quod in matre, & quod constitutum in matre extenditur ad auiam. & Cyn. *in d. l. alimenta, l. 1. vers. his præmissis*, loquitur promiscuè de matre & auia.

Limitatur tamen præsens conclusio, vt eatenus repetat, quatenus pater erat in causam alimentorum erogaturus, non autem quod mater
17 plus impendit quàm † deceret, *argumento l. in rebus, §. possent. ff. commoda. l. secunda, & l. si seruum, C. de negot. gest. & ita determinat Salic. in l. alimenta, num. 4. versic. aut alias non erat facturus, C. de negot. gest.* & ratio est, quia quatenus excessit debitum modum, non dicitur vtiliter gessisse negotium, nec pater in eo dicitur factus locupletior. Et pro hoc facit quod dicimus de meliorante rem, quam tenetur restituere: is enim non repetit quicquid impendit, habito respectu ad tempus meliorationis, sed solùm, in quo res meliorata reperitur inspecto
18 tempore † restitutionis, quia id solum dicitur peruenire ad illum, cui res restituitur, *secundum Bald. post Iac. de Aret. in l. domos hæreditarias, ff. de leg. 1. vbi Alex. id comprobat, Castr. seu quiuis alius sit, in consil. 270. volum. 2. Cald. Angel. & Imo in d. l. domos, Corne. in cons. 158. col. fi. vol. 3. Neguſan. Ruin. Bertran. & Boer. quos citat & sequitur Rol. in cons. 28. num. 14. vol. 1. Natta in cons. 13. num. 6. & in cons. 256. nu. 4. Caphal. in cons. 311. num. 92. vbi addit Afflict. Rip. & Paris. hanc item tenuerunt Curt. iun. & Grat. Cap. Boer. & Moder. Paris. quos citat Menoc. de recup. possess. rem. 15. nu. 587. licet ipse contrarium.* Ita ergo in proposito non est curandum quantum impendant, sed an impensa cesserit in patris vtilitatem. Sed magis ad propositum facit textus *in lege, in fundo, vbi gl. ff. de rei vendicatione*, vbi dicitur non sufficere quod tantum fuerit impen-
19 sum circa rem, sed necesse † esse quòd cōstet rem in tantum esse melioratam, *Abb. in capit. 1. num. 4. de restitut. in integ. Felyn. in c. cum causa, col. pen. de re iudic. Neguſ. in tracta. de pignor. in 4. memb. 5. par. num. 11.* vbi monet aduocatum, quòd probet non solùm quātitatem impensæ, sed etiam quod res fuit in tantū facta preciosior, aliàs succumbet. Addo quod voluit Neguſan. *in eod. tracta. in 2. memb. quintæ par. num. 18.* vbi ait ad hoc, vt mutuans in refectionem,
20 vel conseruationem rei, † præferatur anterioribus creditoribus, necessarium esse, quòd probet pecuniam fuisse mutuatam in eam causam, & quòd conuersa sit in illud opus, & quòd fuit necessaria, quia hypotheca cum eo priuilegio eatenus competit, quatenus pecunia erat necessaria; aliàs autem si quicquid plus mutuatum fuit, quàm esset necessarium, non daretur hypotheca, *argumento l. fin. in fi. princ. ff. de exercito.* Accedat quod actio negotiorum gestorum non datur,
21 nisi quatenus † negotium est vtiliter gestum, *vt toto tit. ff. & C. de nego. gest.* sed magis ad propositum facit, quod dicit Bar. *in l. in summa, §. in frumento. ver. sic & ff. de cond. indeb.* vbi si conducta fuit domus,
22 quam tamen inhabitasti, teneris mihi soluere, nō quantum ego locassem alij, sed quantum † fuisset alius similem domum conducturus; & subdit illum textum esse ad hoc tenendum menti, *Alex. in cons. 181. num. 1. vol. 2. quod est repetitum in cons. 118. nu. 1. vol. 4. Ias. d. §. in frumento, num. 2. Cremen. sing. 161. volo docere, Dec. in consil. 62. col. 3. in fin. ver. similiter Iacob.*

Cottæ

Cotta in memor. incip. creditor habitando, vbi ait esse notandum pro formandis capitulis, Natta in consilio quinquagesimo tertio, num. 1. & ratio est, quia inhabitans alienam domum, tantum fructum videtur percipere, quantum esset daturus pro habitatione, *vt inquit Bald. in d. §. in frumento, vbi eum sequitur Ias. numero 2. additio. ad Crem. d. sing. centesimo sexagesimo primo,* mater igitur petat à patre pro alimentis filio præstitis, quantum ille erat in causam alimentorum impensurus, non vltra. Et est notandum, quia non reperitur à Doctoribus ita distinctè declaratum.

Intellige etiam prædicta omnia procedere, quando mater ipsa non tenebatur alere filium, vt dixi: quia vbi onus alendi spectat ad eam, non
23 potest solutum † repetere, quia expendendo soluit debitum, *argumento l. cum is, §. 1. ff. de cond. indeb. l. qui hominem, §. fin. ff. de solutio.* Hoc voluit glos. *in d. l. alimenta, vbi Cyn. colum. prima, ver. his præmissis,* vbi dicit, quod isto casu protestatio non rele-
24 uaret † matrem, *numero primo,* vbi ponit tres casus quibus mater tenetur. Primus est, quando filius est intra triennium: secundus, quando est pauper, & non habet aliunde; tertius, quãdo matrimonium culpa matris est diuortio solutum, quo casu onus filiorum spectat ad matrem. Iis enim casibus post glos. ibi dicit, matri non dari repetitionem, etiãsi fuerit protestata se impendere animo repetendi. Idem tenet Bald. *in fin.* subdens, quòd vbi mater necesse habet alere, non prodest ei protestari super repetitione, quia protestatio declaratoria voluntatis, nullum habet effectum in his, quę sunt per legem decisa, & determinata, & non dependent à voluntate nostra, *Salic. nu. 1. & 4.* vbi duos tantum recitat casus, quibus mater tenetur, scilicet intra triennium: & quando pater & filius sunt inopes: quando verò matrimonium diuortio solutum est culpa vxoris, negat matrem teneri, sed vult, quod filij educentur quidem apud matrem, verum expensis patris: & subdit, quòd in actu necessario & à iure determinato protestatio nihil operatur, & cum mater iis casibus teneatur filium alere, eadem protestatio non debet parere liberationem & repetitionem; *d. l. cum is. §. si fideiussor. ff. de cond. indeb.* Castrens. idem dicit, *numero 3.* & quartum recitat casum vltra prædictos tres, *& numero 2.* dicit protestationem non prodesse, *Alexand. nu. 5.* qui alios casus addit, quibus tenetur filium alere, & præcipuè quando filius est vulgò conceptus; item quando mater est hæretica vel iudæa: quando verò matrimonium est culpa vxoris diuortio solutum, negat matrem teneri, licèt Doctores communiter teneant contrarium *glos. in l. Nesennius. ff. de nego. gest. vbi Bar. nu. 1.* Et rursus *numero 7.* vbi ponit casus, quibus mater obligatur ad alimenta filij. Et quòd protestatio non prosit, probatur ex eo quod dicit Philosophus, quod propter nostrum affirmare, vel negare, nihil in re ponitur. Et regulare est, quòd, in dependentibus
25 à iure, non iuuet protestatio, † *Abb. in c. ex tenore, numero 3. de testibus Felyn. in c. cum M. Ferrariensis, num. 44. ver. sed hoc intellige de constitutio. vbi Dec. num. 20. & Ripa. num. 77. Ias. latè in §. fuerat, num. 106. Instit. de action. Ripa. in cons. 60. num. 2. consil. 169. num. 6. Neuiza. in consil. 38. num. 15. Lupus in c. per vestras, §. 14. num. 2. de dona. inter vir. & vxor. folio mihi 145. Cæphal. in consilio 407. numero quadragesimo secundo, decis. Pedem. 39. numero 28.* Et quod dictum est supra, eandem protestationem non debere parere liberationem, & repetitionem, ac non dari repetitionem eius, quod quis tenebatur impendere, potest cõfirmari ex text. *in l. profectitia, §. si pater non quasi pater. ff. de iure dot.* vbi si fideiussi pro aliquo promit-
26 tente dotem pro filia mea, † & solui pro illo, non datur mihi repetitio aduersus eum pro quo fideiussi, licèt regulariter fideiussor actione mandati repetat solutum à principali debitore, & Roman. *in sing. 169.* dicit esse casum vnicum, & notabilem limitationem ad totum titulum de fideiussoribus, *Bologni. in d. §. si pater, in suis nouis interpretat.* Et dicit Campeg. *in tracta. dot. par. 1. quæstio. quadragesima prima,* quòd tenenda est menti authoritas Romani, licèt fortè textus ab eo allegatus probet contrarium.

Declara item prædictam conclusionem non procedere in modica impensa facta circa filiorum alimenta, quia ea mater non repetit à patre,
27 quia creditur eam idem † facturam, si pater aluisset, vt dicitur in textu, *l si quis à liberis, §. si mater, in fin. ff. de liber. agnoscen.* vbi glos. id ponit in *ver. materno affectu. ibi, idem in modica. sequitur Bar. ibi, hoc etiam tenet glos. in l. Nesennius, in ver. conueniret, ff. de neg gest.* vbi fortius vult quòd procedat hæc limitatio, etiam quando fuisset protestata se facere animo repetendi, *sequitur Castren. ibi. numer. 3. in fin. Cyn. in l. alimenta, col. 1. in fin. ver. nec opus protestari.* & licèt dum subdit, *nisi tamen modica, &c.* videatur innuere quod sit necessaria protestatio, quando impensa est modica: tamen verè hic non fuit in-
28 tellectus Cyni, † quia illa exceptio, *nisi tamen modica, &c.* non refertur ad id quod supra immediatè de protestatione dixerat, sed ad illud quod supra expresserat, repetitionem dari aduersus patrem, vt sit sensus, alimenta repeti posse, nisi sint modica; & cum repetitio conceditur, non requiritur protestatio, *Salic. num. 2. in fin. Castren. numer. 3. Alexan. num. 8. & 9.* Et confirmatur hæc opinio: quia licèt regulariter mater repetat impensam factam circa res filiorum, tamen fallit quando im-
29 pensa † est modica, quia tunc censetur facta animo donandi, *vt voluit glos. Cyn. Bar. Bald. Castren. Salic. & Alex. in d. l. alimenta, glos. Bar. Castren. & alij, in d. l. Nesennius,* ergo multò magis id debet locum habere in impensa facta circa alimenta, in quibus facilius admittitur præsumptio donationis. Et ratio est, quia vbi modica est impensa, facilius præsumitur donatio inter coniunctos sanguine.
30 Simile videmus quod maritus non repetit † modicam impensam factam circa res vxoris, *l. omnino. ff. de impens. in reb. dot. fact.* hoc enim inducit personarum affectio, *secundum Castr. in d. l. alimenta, nu. 3. in fi.* Et videmus, quòd inter virum & vxorem va-
31 let † donatio rei modicæ, *argumento l. quod autem. §. primo, ff. de donatio. inter vir. & vxo. ponit Duen. in*
32 *reg. 221. limi. 5.* & regulariter modica impendia † re-

petuntur etiam in casibus, quibus aliàs nõ solent repeti, *l. in rebus. §. possunt. ff. de cond.* vbi gl. dicit non esse curandum de modicis impensis. Alia iura ad id citat Tiraquel. *in tracta. de iudic. in reb. exigu. feren. in princip. numero sexagesimo sexto*, vbi allegat etiam glos. *in d. §. si mater.* & regula est quòd parum &
33 † nihil æquiparantur, *Bald. in authen. præterea, C. vnde vir, & vxor. Socin. consilio 108. colum. 3. vol. 1. Corne. consilio 63. col. fin. vol. 1. Tiraquel. loco prædicto, ver. octauo dicit.*

Hanc verò limitationem in facto veram existimo, sed non placet, quod dictum est procedere, etiamsi mater fuerit protestata: nam vbi sumus in dubio, cadere potest coniectura donatio-
34 nis: at in claris † coniecturæ cess. nt, *l. continuus,*
35 *ff. de verb. obligat.* & præsumptio cedit † veritati, *in princip. ff. quod met, cau. l. nuptura, in fin. ff. de iure dot. l. cum de indebito. §. 1. ff. de probatio. Neuiz. a. cons. 81. num. 24.* & in his, quæ pendent à potestate, & voluntate alicuius, standum est illius dicto, quo † animo
36 fecerit, *§. aliæ, vbi glos. Instit. de action.* & protestatio
37 † declarat animum protestantis, *l. sed etsi quis. ff. de religio. l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquir. hæred. l. Nesennius. ff. de neg gest.* & nemo cogitur suum donare, siue in magna, siue in modica quantitate: ideo si protestatio interuenisset à principio, crederem dari etiam modicæ impensæ repetitionem. Nam cessat ratio, quæ impedit repetitionem, idest præsumptio donationis descendens à charitate, & sanguinis coniunctione.

38 Rursus limita non procedere, quando ex † aliquibus constaret matrem eam fecisse impensam animo donandi, non autem repetendi. Hic casus est penes me indubitatus, licèt Doctores non ponant *in d l alimenta*, nam si id totum pendet à voluntate matris, quare non est standum eius declarationi, quod impensam fecerit animo donandi? Doctores enim *in d. l. alimenta*, loquuntur semper in casu dubio: at si ex coniecturis, vel aliter constet de contraria matris voluntate, aliud erit, facit, quia vbi mater in dubio censetur impendere animo donandi, si constet ex coniecturis eam habuisse animum repetendi, dabitur sine dubio repetitio, *vt dicam hac ipsa quæstione, ex l. Nesennius, vbi Doctores. ff. de neg. gest.* ergo in casu contrario idẽ erit, vt cesset repetitio, quando constat habuisse
39 illam donandi animum: contrariorum enim † eadem est disciplina, *l. etsi contra, in fin. ff. de vulg. Instit. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. in princip. vbi Ioan. Fab. Angel. & alij §. illud, vbi glos. Instit. de societ.* & idem o-
40 peratur oppositum in opposito, † quod propositum in proposito, *l. fin. §. fi. ff. de leg. 3. plus autem, Instit. de actio. late Euerar. in loco à contra. sensu appos. qui est 75. Neuiz. consilio trigesimo octauo, numero 12. Natta consil. 442. num. 8.*

Quando verò pater, vel alius non extat, qui filium teneatur alere, sed onus ad ipsum filium spectat, qui est diues, tunc regula est, quòd mater in dubio videtur intuitu pietatis aluisse, proinde
41 † non repetit ab ipso filio, quòd in causam alimentorum impendit, textus est *in l. Nesennius, vbi glos. hoc ponit, ff. de neg. gest. sequuntur Bar. Castrens. & alij ibi, ad idem est textus clarior in l. alimenta, C. de neg. gest.* vbi præsumit impensam factam materna pietate, ideo denegat repetitionem, *& hoc ibi notat gl. & ibi Salic. num. 1. ver. si verò pertinet ad filium, vbi allegat l. 1. C. de neg. gest. & d. l. Nesennius*, Bald. *num. 2. in fi. Salic. num. 4. Castren. num. 3. dicens, quòd alimenta esse in dubio videtur ex materna pietate, Alexan. in princip. Castren. in consil. 96. in fin. volum. 2. Ruin. consil. 145. numero 3. volum. 4. Hanc partem tenuerunt Bar. Fulgos. Corne. & Riminal. senior, quos citat, & sequitur Mascard. in tracta. de probatio. conclus. 76. num. 1. hanc item probarunt Alber. & Aret. citati à Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. si mater, num. 29. ff. de liber. agnoscen. Bero. in consi. 186. volum. primo, & famil. quæstio. 11. numero 3. Abb. & alij, in cap. vnico, de infan' & langui. Boer. in d. consil. 17. numero 10. Natta in consilio 108. numero 7. Menoch. de arbitr. iudic. casu 88. num. 20. Vital. in d. tit. an possit renunt. iuri alimento. colum. 1. ver. si verò pertinet.* Et id permissum est à iure duplici ratione, scilicet ratione sanguinis, & fauore alimentorum: subest enim æquitas, & consideratur parentum studium erga filios, *l. si quis à liberis, §. vtrum, & §. si mater. ff. de libe. agnoscen. vt exponunt Menoch. & Mascard. in locis supracitatis.*

Ampliatur autem dicta conclusio, vt procedat etiam in auia † materna, quia omnia dicta in
42 matre, locum habent in auia, *vt expresè voluit glos. in l. alimenta, C. de neg. gest. Bald. ibi num. 2. in fin. Salic. num. 5.* & in auia est textus expressus, *in l. Nesennius*, vbi glos. notat, & Bar. *num. 6.* dicit, quod constitutum in matre locum habet in auia, *Boer. d. consil. 17. num. 12. & seq.* Et dixi supra hac eadem quæstione, quod iura loquentia in matre locum vendicant in ascendentibus per lineam maternam, imò maior videtur donandi ratio in auo materno, vel auia, quàm in matre, quandoquidem ardentius
43 descendit amor in nepotes, † quàm vigeat in filiis, *l. liberorum, in fin. ff. verbor. signif. Curt. iu. in consil. 169. num. 13. Cassan. in cons. 67. nu. 30.* quod si donandi animus præsumitur in matre alente filiũ, multò magis præsumi debet in auo, & auia, si ardentius amant, ex quo præsumptio ista prouenit à ratione charitatis, & pietatis. Vbi enim maior præsumitur amor, ibi & maior pietas, atq; id difficultatem habere non potest ex prædictis, & id post alios voluit Mascard. *d. conclus. 76. nu. 3.*

Amplia secundo, vt idipsum seruari debeat in filio naturali, quia si mater illum aluit, videtur il-
44 li donasse † alimenta, & repetere non potest, *ita tenet Mascard. d. conclus. 76. num. 4. vbi allegat Hostien. Bal. Butr. Abb. Anchar. Præpos. Socin. & Caccialup.* Quorum tamen nemo hoc dicit in repetitione, licèt omnes dicant, quod filius spurius est alendus, existimo tamen ampliationem esse veram, quia quæ in matre dicuntur de filiis legitimis, idipsum locum habet etiam in spuriis, ex quo respectu ma-
45 tris habentur † pro legitimis, *Alexand. in l. ex facto, §. si quis rogatus, il. 1. ff. ad Trebellian. vbi dicit communem, Boer. decis. 240. num. 14. Paleot. in tract. de noth. & spur. cap. 38. num. 6. vbi quod nihil prorsus differunt à legitimis, alios citat Ascan. Clem. in tracta. de patr. potest. cap. quinto, numero quarto.* Et ideo sicuti alendo legitimum

mum non repetit, ita nec alendo spurium, & posset hæc sententia multis confirmari, quæ sciens omitto.

Restringitur autem conclusio prædicta, quando mater administrabat bona filij, tunc enim impendendo in illius alimenta, minimè illi videtur
46 donare, † sed potius filij negotium gerere, *l. Nesennius, ver. ex contrario. ibi, verisimile esse auiam,* quæ negotia administrabat de re ipsius nepotis aluisse. *ff. de negotiis gestis*, vbi not. glos. & ponit Bartol. *numero quarto & quinto*, dicens, quod negotiorum
47 gestor videtur expendere de bonis illius, † cuius negotia gerit, subdens adeo violentam esse hanc præsumptionem, quod tollit præsumptionem pietatis, quæ aliàs suberat, quod inquit esse multum notandum. Et dicit Bald. *num. 3.* quod in dubio impendisse præsumitur de patrimonio filij, & talis præsumitur intentio, quando administrat eius negotia, & subdit esse benè notandum, quia cum aliàs præsumatur alimenta donare, ratione tamen administrationis cessat donatio, & idem vult procedere in auia, fratre, patruo, auunculo, & aliis personis. Et dicit Ang. *ibi columna secunda*, quod ascendens nunquam videtur alere descendentem de proprio patrimonio, quando illius negotia administrat, & ait hoc esse benè notandum Castren. *num. 2.* vbi dicit hoc casu, protestationem non requiri. Hanc sententiam probarunt multi apud Menoch. *d. casu 88. num. 23. nec non Mascard. concluf. 571. num. 9. & 10. Corne. Dec. & Ruin. quos citat, & sequitur idem Mascard. d. concluf. 76. nu. 5. Boer. d. conf. 17. num. 10.*

Inferunt ex hoc Doctores, quod etsi pater, vel alius dotando videatur in dubio dare de proprio, *l. finali. C. de dot. promissio.* tamen fallit, quando is ad-
48 ministrabat, † quia videtur dotare de pecuniis illius, cuius bona administrat. *ita gl. in d. l. fin. in princ. in ver. intelligitur.* Et ita notant Bar. Bald. & Angel. ibi dicens, quòd nunquam intelligitur dotare de proprio, quando bona administrat, *Castren. nu. 3.* Et dicit Bald. *in d. l. fin. in fi. C. de dot. promiss.* quod dos intelligitur data de patrimonio mulieris, quando is administrabat negotia, & dicit esse multum notandum, & menti tenendum pro fratribus, qui dotant sorores existentes in eadem familia. Et dicit Anchar. *in conf. 300. num. 3.* esse gene-
49 rale, quod vt administrator † videatur dotare de alieno, non de proprio. Et de hac quæstione poterunt videri Barbar. *in consilio sexagesimo nono, colum. 2. volum. 3. Corne. conf. 111. colum. 1. volum. 2. Bald. Nouel. in tract. dot par. 6. quæstio. 45. & in l. 1. numero septuagesimo nono, & seq. ff. solu. matr. Campeg. in eod. tract. quæstio. 24. Coras. in l. qui liberos, numer. 120. ff. de ritu. nuptia. Brun. de statut. exclus. fœmina. art. 6. numero 240. Alciat. in consilio 153. numero 3. Lup. in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 66. nu 13. Alba in conf. 12. nu. 1. & seq. Io. Bosch. in tract. de legib. nuptia lib. 5. in fine.*

Sed non videtur præcedens opinio respectu alimentorum subsistere, ex duobus: primo, quia quidquid sit in aliis personis, hoc videtur certum esse in patre, quod si filiam dotat, videatur id facere de proprio, etiamsi bona filiæ administret, *d. l. fin. C. de dot. promiss.* imò etiam si dando dicat, se dare de bonis propriis, & filiæ, quia nihilominus
50 † videtur dare de proprio, *vt ibi dicitur*, Doctores *in l. 1. vbi Ias. & Socin. ff. solu. matr. & idem Ias. in d. l. 1. nu. 23. ac Bal. Nouel. in tract. dot. par. 6. priuileg. 6.* dicunt, quod si dotando dicat se dare computato omni eò, quod filiæ debetur de bonis, tam maternis, quàm suis, nihilominus videtur dotasse de proprio, *sequitur Alcia. in tract. præsumpt. reg. 1 præsumpt. 26. num. 1. de quo dixi in conf. 112. num. 50. & videri possunt Crot. in conf. 95. num. 7. Ancha. Moder. familia. q. lib. 1. quæst. 33.* Et dicit Anchar. *d. conf. 300. num. 3.* quod est speciale in patre, quod non obstante administratione videatur dare de proprio. Ita ergo in proposito videretur in matre dicendum, quòd etsi filij bona administret, videatur tamen alimenta præstitisse de proprio, atq; ita videatur donare.

Secundo regulariter soluere quilibet præsu-
51 mitur de proprio etiam, quando aliena † negotia administrat, vel penes se habet pecuniam cum alio communem, *Bart. in l. cum proponas, C. pro socio, vbi hoc tenent Bald. Ang. Fulgos. Castren. & Salic. Bar. in l. si patruus col 2. C. com. vtriusq; iud. Bald. & Salic. in l. pen. C. si quis alteri, vel sibi, Roma. in cõs. 3. Abb. in conf. 46. in 3. dub. volum. 1. Cardin. in conf. 140. colum. fin. Alex. in conf. 78. in fin. vol. 2. Barbat. in conf 22. col. 1. vol. 1. Dec. in conf. 21. col. pen. in fine, Curt. iun. in l. 1. C. de furt. Ripa in consilio centesimo vigesimo primo, numero nono, Natta conf. 358. num. 1.* vbi dicunt, quod frater existens in
52 communione cum fratre, censetur acquisiuisse de propria pecunia, non de communi, † & in administratione alieni. Roman. *in consil. 247.* vbi tenet, quòd bona aliena administrans præsumitur acquisiuisse de pecunia propria si est industriosus, vel habet bona propria, *idem voluit in conf. 3. & in conf. 346. num. 13. Alexand. in consilio 134. in fin. vol. 5. Corne. consil. 122. colum. 3. volum. 2. consilio 98. colum. 4. volum. 4. Dec. in consil. 121. num. 10. & in conf. 628. num. ero 2. Curt. iun. d. l. 1. numer. 10. C. de furt. Ioan. de Amic. in conf. 124. num. 7. Crau. in conf. 129. num. 2. & in conf. 131. num. 12.* licet aliud sit, quando administrator est pauper, *vt post alios docet Crau. dicto conf. 129. num. 3.*

Verùm nostra conclusio nedum communis est, sed etiam vera, & non obstat, quod pater dotare in dubio videatur de proprio etiam, quando bona filiæ administrat, quia id procedit pro-
53 pter obligationem, qua tenetur erga filiam ad dotandum etiam si filia † dives sit. *l. fi. ibi notant omnes, C. de dot. promissio. Doctores omnes in l. 1. ff. solu. matr. Socin. in conf. 57. volum. 3. Paris. consilio 29. num. 61. volum. 3. cum similib.* Proinde licèt administret bona filiæ, videtur in dubio dare de proprio, quia so-
54 lutio semper facta † præsumitur in duriorem causam, *l. 1. & l. 2. ff. de solu.* Et videtur quis semper exoluere proprium debitum: at vbi pater, vel mater alunt filium, cuius bona administrant, non possunt videri soluere de proprio, ex quo non tenentur alere filium diuitem, atque ita cessat obligatio, & præsumptionis ratio, quæ tamen militat in patre dotante.

Similiter non obstat, quòd in dubio etiam
55 habens communem cum alio pecuniam † videa-

tur de proprio soluere, nam hoc potest locum habere, quando actus, qui fit, potest æquè agenti conuenire sicut alij, alias verò si actus fiat nomine extranei, præsumitur solutio facta † de pecunia extranei, vt probat text. *in l. super hypothecis. C. de pigno. per quem ita dicit Rom. in cons. 3. viso themate, sequitur Natta cons. 358. nu. 2. quod est consilium 86. inter consilia Sylua. Curt. iun. in l. 1. num. 11. C. de furt.* quamuis id non placeat Crau. *in cons. 129. num. 4. in fin.* In casu autem nostro actus conuenit administratori. Respondeo etiam aliter, nam vbi actus potest ad duplicem personam referri, agentis scilicet, & alterius, tunc illi attribuitur, cui magis conuenit. Ideo licet regulariter procurator contrahens nō censeatur procuratorio nomine facere, tamen
56 fallit, quando † contrahit super negotio ad dominum pertinente, quia tunc videtur non suo nomine, sed domini contrahere, *l. fi. ff. quan. ex fac. tuto. l. post mortem, §. 1. vbi Bar. notat, ff. eo. tit. Bald. in l. fi. colum. 2. circa fin. ff. si quis caution. Roman. in l. post dotem, num 17. ver. ego vero, ff. solu. matri. alios plures citat in cons. 19. num. 33.* Ita in proposito, quando mater administrat bona filij, tenetur filio alimenta ministrare, ergo cum alit, cēsetur id facere, ad quod tenetur ratione administrationis, & contrahere super eo, quod pertinet ad filium, atq; ideo præstitisse alimenta de bonis filij, & non de bonis propriis. Non omitto, quod Bal. *in l. Nesennius, col. fin. ver. in glos. hæredibus, ff. de neg. gest.* inquit, præsumi
57 solutionem factam de proprio, † quando id est vtile soluenti, aliâs autem solutio præsumitur facta de alieno, quando soluenti id est vtilius, id quod plurimum cōfert ad nostrum propositum, quia cum sit vtilius matri alimenta filio præstitisse de bonis filij, ita factum præsumi debet, non autem quod soluerit de bonis filij. Remanet ergo firma conlusio, quod vbi mater bona filij administrat, tunc repetit à filio alimenta, quia præsumitur de bonis filij præstitisse, & probatur ra-
58 tione, quia tunc donationis coniectura † capitur, quando alia sumi non potest, *l. cum de indebito. ff. de probatio. Afflict. decis. 44. numer. 24. D. Becius in cons. 52. num. 70.* At vbi filij bona administrat, sumi potest alia coniectura, quam donationis, id est quod soluerit de bonis filij. Item donari tunc videtur ali-
59 quid quando nullo † cogente iure soluitur, *l. donari, ff. de donatio. l. donari. ff. de reg. iur.* at præstando alimenta filio, cuius gerit administrationem, videtur id soluere, ad quod cogi poterat, ergo non videtur donare, quia paria sūt, quod cogatur, vel quod cogi possit. Nam non dicitur voluntarius
60 † actus, cum ab eo fit, qui compelli potest, *Io. And. in c. præterea in ver. extorquentes. de iure patron. Bald. in l. nouissimè, ff. quod falsò tuto. author. Dec. in cons. 22, numero 2. & in l. velle non creditur, num. 2. ff. de reg. iu. Iaf. in l. 2. C. de transactio. Felyn. in c. cum M. Ferrarien sis, col. 11. de constitut.* & quando aliquis scit se cogitasse, dicitur actum facere coactè, *vt latè probat Marsil. in l. quæstionis, numero 20. ff. de quæstio.* & quando duæ causæ præcedunt, actus videtur potius factus ex necessaria causa, quàm † ex voluntaria, *argumen-*
61 *to. l. fin. C. de aliment. pupil. præstan. vbi Bar. alios citat, Crau. in cons. 106. centesimo sexto, numero octauo, & in consilio centesimo quadragesimo nono, numero duodecimo.* Cum ergo mater posset cogi ad dandum pecuniam pro alimentis filij, præstatio præsumi debet facta in eam causam, intellige tamen, quod mater præsumatur de bonis filij cuius negocia gerit, aluisse, quatenus tamen filij reditus sufficiunt, nam quod supra reditum erogat, donare
62 † videtur, *vt ponit Bald. in l. Nesennius, colum. 2. numero 3. ver. aut dubitatur vtrum id.* Quod mihi non concludit, quia cum pro alimentis etiam vendi possit proprietas, vt filius alatur secundum ea, quæ dixi *in tit. qualit. alimen. sint præstan.* non video rationem diuersitatis inter illud, quod est supra reditus, & illud quod est intra, cum vtroque casu mater cogi possit. Cogita tamen, quia magna est Baldi authoritas. Intellige etiam idē esse, quando
63 mater esset debitrix filij, † quia nō præsumeretur animus donandi, *argum Ruin. cons. 145. n. 3. vol. 4.*

Limitatur secundo non procedere, quando mater protestata fuisset alere se filium repeten-
64 di, non dandi animo, quia etiam tunc à † filio repetit, vt dicit expressè text. *in l. Nesennius, ver. quid enim si etiam protestata, ff. de neg. gest. Bartol. ibi in fin. ver. aut non gerebat Bald. numero tertio, & numero quarto,* vbi dicit, quod vbi constat voluisse matrem alere de bonis filij, non præsumitur donatio, sed datur repetitio, *vt ibi Angel. columna secunda, ver. similiter protestatio, Castren. numero secundo, ver. primus, quando fuit protestata, Cyn. in l. alimenta, columna secunda, ver. si verò pertinet, C. de neg. gest. Bartol. ibi, numero secundo, dicens ita fore intelligendam eam materiam Bald. numero secundo, ver. si verò pater decesserit,* vbi ait repetere posse eam, quando fecit impensam animo repetendi, Castren. *numero secundo, ver. item si fuisset protestata, Salic. numero quarto, ver. aut vltra quam deceret non impendit, Alexand. in l. prima, numero tertio, C. de alimen. Tiraquel. de retract. consang. §. 36. glos. secunda. numero quinquagesimo secundo, vbi leuiter transit, Menoch. d. casu octuagesimo octauo, numero vigesimo sexto, Mascard. d. conclus. 76. num. 7. & hi duo allegant Dec. in duobus consiliis, in quibus tamen nullum verbum de protestatione, Boer. d. consilio decimo septimo, numero decimo, Bero. d. famil. quæstio. 11. numero 3. & in consilio 186. volum. primo, vbi latè agit. admittit etiam Cordub. d. l. si quis à liberis, §. si mater, numero vigesimo nono, ff. de lib. agnos. licet explicitè non dicat.* Prædictorum ratio est, quia protestatio declarat animum protestantis qualis fuerit, *l. sed, & si quis, ff. de religio. & sumpt. fun. l. qui in aliena, §. Celsus, ff. de acquir. hæred. & dixi supra.* Et in iis, quæ pendent ab alicuius animo, statur illius simplici declarationi, *glos. in §. alia, Institut. de actio.* Et dicit Bald. *in d. l. Nesennius, numero quarto,* quod protestatio rem dubiam facit certam, & excludit præsumptionem donationis, & subdit esse menti tenendum, sumique posse cautelam, quod pro aliis soluentes protestentur, se facere animo repetendi. Addit sufficere, quod tabellio de tali protestatione rogetur à protestante, & licet non dicat, ratio est, quia talis protestatio fit ad declarationem vo-
65 luntatis, at voluntas † declarari potest, quandocunq;

eumque absente parte, *Abb. in cap.fin. colum.5. de confessio. Alexan.in cons.130.volum.primo, Dec in consilio 35.colum.2.Crau.in consilio 148.numero 11. Rolan. in consilio secundo,numero 173. volum.primo*, & protestatio animi declaratoria fieri potest absente † patre,*secundum Bartol. in l.non solum, §.morte.nume. 14. vbi Ias. numero 12. & Rube. consilio centesimo octuagesimotertio,ff.de oper.noui nuntiat. Dec.in consilio 229, num.3.Ripa.in c.cum M.Ferrarienſis, num.107.de constitut.* Et prædicti omnes mouentur ex d. *l. Nesennius,Coras.in rub.ff.de seruit.numero nono,ver.porrò,folio mihi 249.Cæphal.in consilio 110.numero 18.Menoch.in consil.28.num.21.*Et dicit Ang.*in d.l.Nesennius*, quod protestatio est declaratoria animi soluentis,& ibi Castr. eandem reddit rationem, & idem faciunt Doctores *in d.l. alimenta.*

66

Hæc tamen limitatio intelligi debet, quando protestatio facta fuisset à principio, at si facta esset post alimenta, iam filio præstita, non valeret, quia etsi declaratio † possit semper fieri, *Ang. in l. cum proponas,colum.prima,ver.quid autem si non appelletur,C.de bon.author.iudi.possid. Dec.in c.pastoralis, in fin.de exceptio. & in l.semper qui, numero 14.ff.de reg.iu. Natta in consil. 474. numero 20.* & soleat retrahi ad dispositionis † tempus, *Bart.in l.omnes populi,num. 44. vbi Caccial. numero centesimo quinquagesimo primo.ff.de iustit.& iu.glos.& Doctores, in c.cum tu,de vsur. Socin.in cons.23.num. 19.vol.4.Ruin.in cons.22. num.6. volum.1.Crot.in cons. 77. numer. 20.* tamen illud non habet locum,quando agitur de prejudicio tertij; cui † medio tempore ius quæsitum fuit, *Castren. in l.hæredes palam.§.si quis post, nu.4.in fin.ff.de testam. Dec.d.c.pastoralis,in fin.& in l.in ambiguis, numero 4.ff. de reg.iur.Tiraquel.in l.si vnquam, in ver.libertis,numero 15. C. de reuoc. donatio. Rolan. in consilio 46. numero 38.vol.2.D.Becius latè, & pulchrè in consilio 3.num.44.*

67

68

69

Et declaratio fieri debet ab initio, facta autem ex interuallo † non prodest,*secundum Ang.in cons.209. quem sequitur Crau.in consilio 112.numer. 12. Neuiza.in cons.12.num. 50. inter consil.Bruni.Menoch. d.consil.28. num.36.* vbi post alios, quos citat, infert ad feudi alienationem, qui etsi protestando de consensu domini à principio non incurrat pœnam, tamen si differat protestationem post perfectam venditionem perdit feudum, & tanto minus admittitur protestatio † post actum perfectum, quando præsumptio est contra ipsum, *vt post Angel. in loco præcitato voluit Crau.in cons.106. numero decimo tertio.* In casu autem nostro in matre præsumitur animus donandi erga filium, vt dixi: ergo standum nō est declarationi suæ;pro quo facit etiam,quia etsi in dependentibus ab animo alicuius standum sit illius dicto, tamen hoc non vendicat locum, quando contra illum stat præsumptio, ideo non placet,quod contrarium dixit Butr. *cons.38. num. 5.ver.Par.ad Bar.*

70

71

Intellige dictam limitationem, quando impensa est magna, nam si sit parua, † non prodest protestatio, *vt concludit Cyn.in d.l.alimenta, nume. 1. in fin.allegat l.si quis à liberis, §.si mater, & subdit ita intelligenda esse notata in l.1. C.de neg. gest.* vbi & ipse *in fi.* dicit,quod mater impendēdo circa res filij voluntariè, non repetit modicam impensam, etiam si fuerit protestata. Hāc partem tenuit etiam Raine.*in d.l.1. & in l. alimenta, prout eum refert Alex. in l.prima,num.3.*sed ante eos hæc fuit opinio glos. *in l.Nesennius,in ver.conueniret,vbi eam sequitur Guliel Cun. & ita tenet Gram. con.ciuili 146. in fin. vbi ait si voluisse Bar. & Bald.in l.Nesennius, & in l.alimenta.* Et ad eos, quibus placuit contraria sententia, respondet,quod loquuntur,quando alimenta fuerunt legata.

72

Diuersam tamen sententiam probauit Castr. *in d.l.alimenta,num.3.in fin.* Et mouetur per text.*in d.§,si mater,*qui pro alia parte allegatur à Cyno, limitat tamen,quando impensa ita est parua,quod esset cluſoria.Et Alexan. *in d.l.1.num.3.*dicit, primam opinionem esse indistinctè veram, & respondet ad *§.si mater*,procedere, scilicet, quando dubius est matris animus, & non apparet de protestatione.Et idem tenet *in d.l.alimenta nu. 8.in fin. Menoc.d.casu 88.nu.26. & Mascar. conclu.76.nu.3.ver. ab hac.* Et hæc mihi verior videtur, pro qua stat text.*in l.Nesennius*, qui dum loquitur de protestatione, non distinguit inter magnam, vel paruam impensam, ergo nec nos distinguere debemus, *l. de pretio.ff. de Publicia.* & cum mater à iure nihil cogatur inuita filio donare, quantumcumque minimum adsit,ac tota vis donationis descendat à præsumpta matris voluntate,non minus cessat ea præsumptio ex protestatione, quando impensa est modica,quàm vbi est magna, & cum vtroque casu eadem sit ratio, debet idem quoque ius statui,*l.illud.ff.ad leg. Aquil.*

73

Tertio principaliter limitatur præscripta conclusio, non habere locum, quando mater super libro rationum familiarum scripsisset filium debitorem pro alimentis † quæ illi præstabat, nam ex hoc videtur animum declarare, quod velit repetere,non donare,est text. *in d.l. Nesennius, in fin. ver.maximè si esset in ratione*, & ibi notat Bar. *num. 4.* dicens, quod liber nostrarum rationum probat in iis, quæ pendent à voluntate nostra. Et dicit Bal.*num.5.*quod per librum priuatum rationum, & expensarum probatur animus, † quia faciens scripturam de expensis videtur habuisse animum repetendi. Et dicit Ang. *col.2.*quod scribens exexpensas probat per eam scripturam intentionem suam, quod velit repetere, & subdit esse ibi casum in quo statur scripturæ in fauorem scribentis, quia scriptura continet id,quod pendet à mera voluntate scribentis,secus autem si non dependeret à sola illius voluntate, *l. exemplo, C. de probat.*Castr.*num.3.*qui loquitur, quando impensa alimentorum scribitur inter alias ipsius impēsas,quas intendebat repetere, *Soc.in cons. 161.nu.2. ver.secundo quia,vol.2.idem voluit Bar.post.gl.in l.si patrono,C.de neg.gest.Dec.in cons.21.nu.7.*vbi dicit, hoc casu ita claram esse voluntatem, vt non sit opus coniecturis,*& in cons.616. num. 4.addo Bar. in l. admonendi, num.26.vbi Caccialup.num.71.Cur.sen. num. 124.& Ripa.num.122.Boer.cons.17.num.13. Bero. d. q.11. num.3.& cons. 196. vol.1.*

74

Non tamē transit res hæc sine scrupulo,nā tex.

in l.

in l. Nesennius, loquitur in libro auiæ defunctæ, cui
75 † magis creditur, quàm libro viuentis, *Bartol. d.l. admonendi, num. 27. Castren. cons. 301. num. 4. vol. 1. Soc. d. cons. 161. num. 3. vol. 2. Ruin. cons. 160. n. 17. vol. 1. Crau. de antiqui. tempor. in 1. par. section. incip. quarto limitatur, num. 48. folio mihi 166.* Item textus ille loquitur, quando in dubio præsumitur animus repetendi, vt quando alendi onus spectabat ad patrē, qui erat peregrè profectus, *vt ibi dicitur*: faciliùs enim inducimur ad credendum, quod non voluerit donare, & dictio illa, *maximè*, implicat casum minus dubitabilem, & duo vincula magis ligant, quod scilicet onus alendi spectaret ad patrem, & quod auia scripserit impensam factam in alimentis. Et Ang. *in d.l. Nesennius, col. 2. ver. item nota ex eodem*, loquitur, quando scribens librū erat etiam administrator, atque ita, quando duæ concurrunt coniecturæ: administratoris enim liber
76 † probat regulariter in fauorem scribentis, si expensa non est magna, *Bar. in l. 1. §. offic. in 1. lect. in fi. & in 2. lect. in princ. ff. de tutel. & ratio. distrah. Cyn. Bald. & Salic. in l. id quod pauperibus, C. de Episc. & cler. Ang. in §. actionum, num. 45. Instit. de actio. Ioan. de Amic. in cons. 105. num. 10. Ruin. in cons. 54. num. 10. ver. nec etiam, vol. 1. & Castren. num. 3.* loquitur, quando nota impensarum est posita inter alias impensas repetendas.

Sed quicquid sit, conclusio est vera, si non ex textu, & authoritatibus prædictis, saltem ex ratione, quod animus matris probatur ex quacunque declaratione per eam facta, & quod declaratio eius plenè probat animum, quia quod fecerit repetendi, non donandi animo, dependet à sola eius voluntate.

Sublimita tamen principalem limitationem, vt non procedat, quando non constaret, quod liber foret scriptus à principio, sed probaretur scriptus post factam impensam, nam hoc casu nō probaret animum repetendi, quia protestatio, seu declaratio fieri debet re integra, & à principio, non post consummatum actum, *vt dixi supra,*
77 *hac eadem quæstione.* Et ideo *in l. Nesennius*, † consideratur scriptura auiæ iam defunctæ, in qua non potest cadere dubitatio, quod facta fuerit pendente lite, cum ibi exorta sit lis, post illius mortem, *vt aduertit Ripa d.l. admonendi, num. 122.* & non sufficeret probari, quod liber fuerit scriptus per talem, nisi etiam probaretur tempus scriptionis,
78 quia scriptura priuata † etiam recognita non probat contra tertium, quoad diem in ea contentum, *Ioan. And. ad Spec. in tit. de cessio actio, §. 1. in addit. incip. Guido de Suza.* vbi ait, cedentis recognitionem non probare respectu temporis contra cessionarium, aliâs posset mater post motam litem scribere in libro, apposita die, iamdiu ante litem lapsa, in præiudicium filii, quod tamen non debet licere, *secundum Bal. in cons. 198. vol. 1. & consilio 466. vol. 5. col. 2. Castren. in cons. 134. in princip. vol. 1. & plures Tiraquel. citat de retract. conuentio. §. 1. glos. 7. num. 43.* vbi ait se consuluisse, quod scriptura priuata, quantumuis recognita, non probat respectu temporis, ne possit debitor prælata die ius anterioris tollere, *Bertr. in cons. 219. vol. 2. Rip. in d. l. admonendi, numer. 103. Alcia. in cons. 694. num. 1.* Quare hoc casu mater curabit, librum fuisse antea scriptum. Et licet in terminis nemo tangat quem viderim, tamen ex prædictis decisio est vera, & dum hæc scriberem, contigit in Mantuano hoc Senatu casus, in quo reiecta fuit matris petitio ob illius probationis defectum, licet ex post facta probatione admissa fuerit. Posset etiam dubitari, qualiter scriptura libri concedi debeat, vt probet matrem habere animum repetendi, & an sufficiat scribere
79 † sicuti præstat filio alimenta, an verò necesse sit scribendo facere filium debitorem de alimentis. Et sanè res est dubia, & nemo explicitè tangit quæstionem, & Doctores ponendo factum *in l. Nesennius*, diuersimodè loquuntur, mihi tamen placet dicere, quod sufficiat, si in libro, in quo seruatur memoria debitorum, & creditorum, scriptum inueniatur, sicuti præstat filio alimenta, quia non potest verisimiliter scriptum videri ad alium finem, quàm repetendi, quod si fortè in eo libro consueuisset mater scribere res gestas non pertinentes ad rei familiaris administrationem, aliud omnino esset: in iis tamen plurimū versatur arbitriū iudicis, cuius erit religio examinare libri, & parcellæ, & scribētis qualitates, atq; ex eis iudicare quanta sit fides adhibēda.

Quarto conclusio principalis restringitur, ne
80 procedat, quando impensa est magna, † quia tūc præsumitur animus repetendi, non autem donandi. *ita decidit Alexan. in l. alimenta, num. 8. in fi. ver. sed in matre, vbi allegat Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. Corne. in cons. 28. in fi. vol. 4. vbi ait ita tenere glos. & Doctores in d.l. alimenta, Menoc. d. casu 88. nu. 21. & Mascard. d. conclus. 76. in fin.* Sed ante eos hoc voluit Salic. *in d. l. alimenta, num. 2.* vbi dicit recurrendum esse ad coniecturas, quia mater inops non videtur donare filio diuiti, sed econtra mater diues censetur pauperi filio donare, & vbi vterque dives est, considerari debet, si tanta est impensa, quam præsumatur mater donare filio.

Prædicti tamen non faciunt mentionem de Cyno, qui *in d.l. alimenta, col. 2. ver. si verò pertinet ad filium*, dicit, quod vbi impensa est magna, mater illam non repetit, nisi sit protestata, atq; ita vult, quod non repetat magnam impensam, *Vital. d. tit. colum. 11.* Addo, quod si sola modica impensa posset repeti, non autem magna, nulla esset differentia inter impensam, quæ fit circa personam filij, & eam, quæ fit circa res: nam etiam modica circa res præsumitur facta animo donandi, & non repetitur, *vt volunt Doctores in l. 1. C. de neg. gest. & dicam infra.* & tamen eo loco Doctores constituunt discrimen inter dictas impensas, & non sine ratione, nam est fauorabilior, & magis pia impensa, quæ fit in alimenta, quàm ea, quæ in res filij conuertitur, in quo articulo rei summam omnem religioni iudicantis committerem, qui inspectis facultatibus vtriusque arbitretur.

81 Quæ autem dicatur magna, † vel modica impensa in proposita controuersia, conueniunt omnes, standum esse iudicis arbitrio, *Purpur. in l. cum quid, num. 124. ff. si. cer. pet. Menoc. d. casu 83. nu. 26. & seq.*

& seq. Mascard. dicta conclus. 76. num. 9. & 10. & non mirum, nam ad iudicem spectat arbitrium, quanta, & qualia sint alimenta declaranda, *l. 2. ff. vbi pupil. educ. debe. & dixi in tit. qualit. alimen. sint præstan.*

Limitatur quinto nostra conclusio, mater à fi-
82 lio repeteret alimenta † tanquam hærede patris, quia cum alendi onus ad patrem spectaret, transiit ad filium, & ab eo mater repetit, *vt ponit Cyn. in dicta l. alimenta, num. 1. circa finem, Vital. dicto titulo, an lice. iur. aliment. renun. col. 10. in fine, & dixi supra in prima par. huius quæstionis.*

Sexta dari potest limitatio in impensa, quam mater fecit circa res filij, quia illam repetit, quãuis protestata non fuerit, nam in talibus non ca-
83 dit materna pietas, † est text. *in l. alimenta, C. de negotiis gestis, vbi ponit glos. final. columna secunda, Salicet. numero quarto, in fine*, vbi tamen subdit repetitionem dari, quando alius erat gratis facturus, nam eo casu mater non dicitur gessisse vtile filij negotium, *Castren. numero tertio, in fine, versiculo, si autem expendit in emendo*, vbi limitat non procedere in expensa modica, *Alexander numero nono, vbi allegat Petr. Cyn. Iacob. Butr. Baldum, & Fulgos.* dicens, quod expensa facta res filij semper repetitur nisi inspecta personarum qualitate sit modica. Et in hoc differt impensa in alimenta ab impensa in alias res, quia, quoad alias res, præsumitur animus repetendi, quod secus est, quoad alimenta, Baldus *in l. Nesennius, in fine*, vbi dicit, aliud esse expendere circa personam, aliud verò circa res, nam circa res non cadit consideratio pietatis, sicut circa personam, excipit tamen modicas impensas, Castrens. *numero tertio, versiculo, sed circa bona*, vbi ait, quod repetuntur indistinctè, nisi sint valdè paruæ, quia tunc in eis præsumitur causa pietatis, Castrens. *in l. prima, in fine, C. de negotiis gestis.* vbi tamen dicit, idem esse, quando est parua impensa.

Aduerte tamen quod, etsi Bald. dicat, pietatem non considerari circa res filij, id intelligi debet non simpliciter, sed comparatiuè ad alimenta, quia subest quidem pietas in conseruandis rebus pupilli, sed non tanta, quanta in conseruan-
84 da persona, quæ est cunctis † rebus anteferenda, *l. in pecudum. ff. de vsufruct. l. iustissimè, ff. de ædilit. edicto.* at si simpliciter intelligamus, certum est, pietatem quoque versari in conseruandis rebus. Dicit enim glos. *in l. aduocati, in ver. vitam, C. de aduoca.*
85 *diuer. iudic.* diuitias esse † vitam hominis, *sequitur Bartol. in l. receptitia, C. de constitut. pecun. id quod placuit etiam Areti. ibi*, idem tenuit Bald. *in l. si suis nummis, C. de operis liber. alios citat Tiraquellus, in tracta. nobili. capitulo trigesimo primo, numero trecentesimo sexagesimo quarto, & sequen.* vbi addit Salicet. *in l. admonendi, columna penultima, ff. de iureiur. an.* dicere, quod pecunia est alter sanguis, & in summa probat parum admodum differre facultates à vita, aut sanguine hominis. Quare sicuti pietas consideratur in vitæ defensione, ita & in defensione rerum, etsi non tanta.

Aduerte etiam, quia non sine misterio supra dictum est de impensa circa res, quia aliquando contingit matrem impendere non circa ipsas res, sed circa negotia filij, puta quando mater petit dari tutorem filio non habenti. Nam Iacob. But. quem citat Bald. *in l. prima, numero 4. C. de neg. gest.*
86 dicit, quod impensa non † repetit etiamsi fuerit protestata, quia cum tutorem petere teneatur, intelligit lex, quod faciat suis impensis, & protestatio non iuuat in actu necessario. Et hanc partem sequitur per omnia, Cyn. *ibi in fin.* quod tamen est verũ, quoad impensam, quæ fit in persona ipsius matris, puta alendo seipsam dum vadit ad ciuitatem pro iudice, vel pro aduocato ad effectum prædictum, quia si fuisset domi, easdem esset factura, vel si quid plus impendisset, non esset in consideratione illud modicum, *Bald. d. l. 1. numero 5. Salic. in fin. Castren. numero 5. & Alexand. num. 41. quem tamen vide, quia benè loquitur:* Si verò loquamur de impensa circa pupillum, puta ducendo
87 cum per hospitia ciuitatum ad iudicem, & † non repetit, quia idem de eis disponitur, quod de alimentis pupillo præstitis, *Bartol. in l. 2. numero 2. C. de neg. gest. Castren. d. l. 1. num. 5. ver. quædam sunt.* vbi tamen limitat, quando essent magnæ, *Salic. in fin. Alexan. num. 4.* Cum autem tractamus de impensa, quæ fit in scripturis, veluti pro solutione notarij, actorum, procuratoris, & aduocati, & Bar. *d. l. 2.*
88 *num. 2.* dicit eas † repeti posse, quia etsi mater teneatur tutorem petere intelligitur hæc, quoad curam, & solicitudinem, non autem suo sumptu, & ponit exemplum in vsufructuario, in hærede, & in aliis, qui tenentur quidem curam refectionis suscipere, sed non impendere de suo, sequitur Bald. *in d. l. 1. num. 4. Salic. circa fin. Castren. numero 4. & Alexan. numero 4.* vbi limitat non procedere, quando impensa est modica, & quando mater non est protestata, in quo tamen alij videntur contradicere, volentes repetitionem dari absque protestatione.

Quod si quæstio sit de impensa, quæ fit in accusando tutorem suspectum, ea non repetitur
89 regulariter, quia mater † non cogitur præcisè accusare, *l. 2. §. si mater, & §. seq. ff. ad Tertul. glos. in d. l. 1. C. de neg. gest.* ita voluit glos. *in d. l. 1.* vbi Bart. *in fin.* qui tamen dicit aliud esse, quando esset protestata, quod faciebat animo repetendi, & ante eum Cyn. *ibi in fin.* qui dicit, quod si impensa sit modica, protestatio nihil operatur, *argumento l. alimenta, C. eod. tit. Hoc etiam voluerunt glos. & Iacob. Butr. quos refert, & sequitur Bald. d. l. 1. numero 4. Salic. numero 3. qui & ipse distinguit inter magnas, & modicas, Castren. numero 4. Alexan. numer. 3. vbi dicit Doctores ita communiter tenere.* Rationem autem diuersitatis inter expensas factas pro remouendo tutore, & eas, quæ fiunt pro petendo, difficile est assignare: tamen communiter ea reddi solet, quod mater, tutorem filio non habenti, petere cogitur si non præcisa, saltem causatiua necessitate, ne scilicet priuetur successione filij, suspectum autem accu-
90 sare nulla necessitas cogit præcisa, † aut causatiua, *secundum glos. in d. l. 1. ver. vel verius, sequitur Cyn. ibi circa fin. qui refert alios, & Bar. ibi, numero 3. inquit glos. ibi verum dicere, Bald. numero tertio, Salicet. in 3. oppos.*

dicens

dicens hanc glos. solutionem tenere Doctores communiter, Castr. nu. 4. Et subdunt prædicti Doctores, quod accusare tutorē de suspecto reputatur ciuile officium, licet mater possit id facere si velit, imò teneatur secundum aliquos, quando suspicio est notoria, & quod dictum est dari repetitionē expensarum, quas mater facit petendo, tutorem remoueri intellige, quando mater obtinuit, quod
91 si in iudicio succubuit, vtique non repetit illa, & idem est, quando petit dari tutorem, *Bart. in l. 2. nu. 5. C. de neg. gest.* argumento eius, quod de defensore dicitur, *in l. tam tamen, §. in hac, ff. iud. sol. & per Doctores in l. etiam, C. mand.* Subdit tamen Innoc. videri contrarium voluisse, sed respondet loqui eum in illo, qui petiit confirmari Abbatem, vel Episcopum: sibi enim debet mater imputare, si iniustam actionem proposuit, & non tenetur filius pro eo, quod non est vtiliter gestum. *Sequitur Bald. num. 4. in fin. ver. sed hic quæro, in l. 1. C. de neg gest. Sequitur Salic. num. 3. ver. sed hic latius, vbi tamen inquit aliud esse in procuratore.* Hæc tamen decisio, si liberum
92 est, meo vt iarbitrio, mihi non placet, quando agimus de petendo tutorem, quia si mater ad id cogitur à lege, debet posse repetere omnem impensam, cum nihil imputari sibi possit, & cum lege imperante egerit, non debet † officium suum esse sibi damnosum, *l. sed etsi quis, ff. quem. testam. aper. l. videlicet, ff. ex quib. cau. maio. l. si seruus, §. quod vero, ff. de fur. faciunt, quæ ponit Tiraquel. de retract. consang. § 1. glos. 9. num. 266.* Et ei est ignoscendum, qui actum
93 facit † ex necessitate, *l. si fideiussor, §. si necessario, ff. qui satisd. cogan. vbi glos. allegat concord. facit Tiraquel. loco prædicto*, nisi dicamus, quod etsi mater cogatur à lege tutorem petere, tamen non cogitur impendere de suo, sed potest à principio agere, vt sibi
94 ministrentur expensæ, vt de fructuario † dicunt iura allegata à Bart. *in d. l. 2. & hoc voluit Bar. in l. cotem ferro. §. qui maximos, numer. decimo quinto, ff. de publica. Angel. in l. hactenus, circa fin. ff. de vsufruct. dixi in cons. 155. num. 18.* proinde pecuniam sponte erogauit, ex quo ad impendendum non poterat cogi, nam nulla ad repetendum datur actio nisi negotiorum gestorum, quæ tamen non competit si negotium non est gestum vtiliter, & sæpe impensa iustè retinetur, quæ tamen non repetitur, vt dicunt Doctores de melioramentis bona fide factis in re aliena.

Notandum tamen circa præmissa, quod vbi agitur de repetenda impensa facta circa res filij, videtur matrem grauatam eam onere probandi, quod eam fecerit animo repetendi, nam ita dicit expressè text. *in l. alimenta, 2. respon. vbi.* probationem requirit per verba conditionalia si ostenderit, &c. sed glos. ibi dicit eo ipso probari, cum non demonstratur contrarium. Addit glos. *ibi id*, quod in simili dicitur *in l. 2. C. qui testam. facere poss.* addo glos. *in l. ait prator. §. non solum, in ver. docet. ff. de minor.* vbi cum textus dicit, minori succurri aduer-
95 sus fideiussionem, si doceat † se circumuentum, subdit id doceri eo ipso, quod contrarium non probatur. Simile etiam ponit Barbat. *in consil. 69. colum. 5. volum. 3.*

Aduertendum item, quod impensa, quæ fit pro redimendo filium à carcere, vel morte, non dicitur respicere res illius, sed personam, propterea quæ, vbi agitur de illius repetitione, ser-
96 uanda † sunt ea omnia, quæ circa repetitionem alimentorum exposita sunt, text. est *in l. liber captus. C. de Captiu. quem ad hoc notandum dicit Bald. in d. l. Nesennius, numero 3. in fin. Castren. in d. l. alimenta, numer. 3. ver. eodem modo, vbi subdit, quod ea impensa respicit personam, alios citat Menoch. d. casu 88. num. 29.* Imò vt eis aliquid addatur, adeo fauorabilis reputatur impensa, quæ fit in redemptione homi-
97 nis ab hostibus, quod ea licet fideicommissi bona alienare † *secundum Bar. in authen. res quæ num. 10. C. de fideicom. vbi eum sequitur Castr. nu. 31. Corn. col. fin. Ias. num. 32. ver. sexto extende, & Cur. iun. num. 31. qui attestantur de communi, Io. Lup. in rub. de dona. inter vi. & vxo. §. 16. num. 6. & §. 17. num. 17. Marzat. in formu. fideicom. in quæstio. 4. Padil. in d. auct. res, quæ. num. 94. Sola in constitu. Pedem. in constitut. de feud. glos. 1. 2. par. numero septimo*, & sicuti pro causa famis pater potest vendere † filium, *l. 2. C. de patrib. qui fili. distrax.*
99 ita videtur licere pro se redimendo ab hostibus, † *vt per Dd. ibi, & per Cagno. in l. non debet. ff. de reg. iur.*

Nota etiam quod etsi pater imprudens erga filium agentem in studio videatur de proprio
100 † soluere, *l. quæ pater. ff. famil. ercis.* & ideo quærant Doctores, an ea impensa imputetur in legitimā, *vt per Doctores in l. in quartam, vbi præcipue Ripa, & Bereng. ff. ad leg. Falc.* potest enim pater validè † donare filio in causam studiorum, *Bald. in l. 1. colum. pen. ver. quia gl. æquiparat. ff. solu. matr. Ang. num. 12. Cuma. in fin. Ias. num. 52. vbi dicit communem.* Cum tamen
101 non teneatur impendere in eam causam, *secundum Bar. in l. de bonis. §. non solum. ff. de Carbon. edic.* vbi
102 tamen subdit aliud esse, quoad studium humanarum literarum, *sequitur Rebuff. de priuileg. 53.* tamen quando filius habet peculium castrense penes patrem, tunc pater videtur soluere † de bonis peculij, & consequenter repetit *Bar. dicta l. Nesennius, numer. 5. in fin. per text. in l. 1. in fin. ff. de petit. hæred. Dec. cons. 916. numero 4. post Alexan. d. l. alimenta, numero 10. facit l. Stichum, & quod ibi Iaco. de Aret. ff. de pecu. leg.* vbi dicitur, quod dominus non videtur donare, quando seruus, vel vasallus habet aliquid in peculio, *sequitur Bald. in dicta l. Nesennius, num. 3. in fine.*

Rursus pro prædictorum omnium declaratione notandum, quod quæcunque dicuntur supra
103 de matre, locum habent quoque in hærede † matris, vt probat text. *in dicta l. Nesennius, vbi glos. in ver. aluisse, & sequuntur Doctores ibi, Socin. in cons. 161. colu. fin. ver. ex quibus omnibus, volum. 2.* quia secundum
104 eum actiones omnes transeunt † ad hæredes, & contra hæredes, *l. pacto successorum, C. de pact. l. prima, C. si cer. pet. & l. 1. C. vt ab hæred. & cont. hæred.* nam regulariter omnis actio competens defuncto transmittitur ad hæredes.

Postremò nota, quod, quæcunque supradicta sunt de matre alēte filium, qui dies erat, procedunt & locum habent quoque in patre, quoad repetitionem, atque ita dabitur patri repetitio

illis

105 illis in casibus, quibus † diximus dari matri, & econtrà eis in casibus denegabitur, quibus matri non conceditur alimenta præstita repetere, & ad præpositum est glos. *in d.l. Nesennius, in ver. exhibuisse, & ponit Dec. in cons. 616. col. 2. vbi considerat, an scripserit in libro rationum, & an administret bona filij. Præpos. in capitulo, per vestras, num. quinto, de donationib. inter virum & vxorem, faciũt, quæ de patre dixi paulo supra ex Bar. in dicta. l. Nesennius, numero nono,* & vbi authoritas deficeret, ratio non deesset, quia non
106 debet inter ipsos parentes discrimen constitui, cum lex eos æquales fermè † in omnibus faciat, videlicet in reuerentia exhibenda. *l. filia, C. de patr. potesta. & in aliis, quæ ponit Ascan. Clem. in tracta. de patr. potest. capitulo quarto, num. decimo nono,* & in patre militant rationes, quæ considerantur in matre vltra, quod dispositum in vno correlatiuorum locum habere debet in alio, *l. finali, C. de indic. vidui. tollen.* & non magis obligatur pater ad alimenta filij diuitis, quàm mater.

De auo, atque auia dixi supra, & text. hoc ponit *in dicta l. Nesennius, vbi glos. Bartol. Bald. & alij, Boer. dicto cons. 17. per totum, præcipuè num. 11. & seq. Cæphal. in cons. 280. num. 48.*

SVMMARIVM.

1 *Filius, an repetat alimenta patri, aut matri præstita, stat ur eius declarationi.*
2 *Donandi animus non præsumitur.*
3 *Pietas impendit alimentorum repetitionem.*
4 *Expendens pro alio præsumitur facere animo repetẽdi.*
5 *Filius repetit alimenta, quæ parentibus præstitit.*
6 *Lex noua corrigens antiquam in vno correlatiuorum censetur etiam corrigere in alio.*
7 *Filius præsumitur donare, quando incipit à traditione, non à promissione.*
8 *Filius repetit alimenta patri præstita, quando administrabat bona patris.*
9 *Filius repetit alimenta patri præstita, quando scripsit se ea de causa creditorem in libro.*
10 *Filius repetit impensam, quam facit circa rem patris, aut matris.*
11 *Donans tenetur de euictione, quando incipit à promissione, non si à traditione.*
12 *Filius miles repetit alimenta præstita patri, aut matri.*
13 *Filius repetit à patre, quidquid patri pro eo soluit vti fideiussor.*
14 *Necessitas quam sibi quis imposuit, non excusat.*
15 *Filius non repetit à patre modicam impensam, quam pro eo fecit, & quid si fuisset protestatus.*
16 *Filius non repetit à patre, quod pro eo impendit de peculio profectitio.*
17 *Intestatus non dicitur infans, vel alius, qui testari non poterat.*
18 *Meum quod est, non potest amplius meum fieri.*
19 *Donari nemini potest res propria.*
20 *Legatum est donatio.*
21 *Filius repetit ab hæredibus patris, quidquid pro patre soluit de peculio aduentitio.*

QVÆSTIO IX.

STantibus deductis in præcedenti quæstione, posset superfluum videri quæstum, si econtrà filius possit repetere alimenta, quæ patri, aut matri præstitit, sed ex infra dicendis apparebit non esse omnino planam decisionem, nec à supra expositis certam desumi posse præsentis controuersiæ decisionem. In primis autem præsciendum est non versari quæstionem in casu claro, aut certò, quando constat apertè, quod filius impenderit repetendi, vel donandi animo,
1 quia iis casibus voluntas, & † arbitrium filij seruandum est, *vti dicunt Cyn. Bald. Ang. Castren. Salic. & Alexand. in l. si filius. C. de neg. gest Corne. cons. 199. col. fin. vol. 5. Dec. in cons. 21. nu. 7.* Intelligendo tamen, quod repetat in casibus, quibus filius non tenetur alere patrem, quia in istis terminis versatur quæstio nostra. Diximus enim in superiore quæstione, quod vbi cogitur quis impẽdere, tunc animi declaratio non inducit repetitionem, ex quo protestatio non prodest in iis, quæ non pendent ab animo, & propter nostrum affirmare, vel negare, nihil in re ponitur. Videndum erit igitur num concedatur repetitio in casu dubio, quando scilicet constat alimenta fuisse præstita, sed non apparet, qua intentione, & fortè diceret aliquis non censeri donata primo, quia non præsumitur ani-
2 mus † donandi. *l. si. ff. de probatio. l. si cum aurum. ff. de solutio.* etiam in filio, *Aret. cons. 48. in fi.* Secundo videtur text. *in l. ex duobus, in si ff. de neg. gest.* vbi dicitur, alimenta non repeti, si pietatis intuitu facta
3 † sunt. Ergo àcontrario sensu vult, quod si non intuitu pietatis aluit, detur repetitio. Tertio dicit
4 gl. *in l. si paterno. C. de neg. gest.* quod quicunq; † pro alio impendit, facere id videtur animo repetendi, *sequitur ibi Bar. & Bal.* Quarto Doctores omnes *in l. si filius. C. de neg. gest.* dicunt filium impendentem pro patre posse repetere impensam. Postre-
5 mo in terminis nostris, quod filius † repetere possit alimenta, quæ præstitit. Voluit Corne. *in cons. 199. col. si. ver. circa secundum vol. 3.* vbi mouetur rationibus prædictis, & quia reperitur solùm dispositum in ascendente, quod præsumatur habere animum donandi, sed non est idem animus, & votum liberorum erga parentes, sicut est parentum erga liberos, *l. nam etsi parentibus, in princ. ff. de inoff. testam.* & loquitur de nepote, qui sumptum fecerat pro auia, & simpliciter sequitur Mascard. *in tracta. de probat. conclus. 76. num. 2.* Et licet Corne. absolutè teneat dictam sententiam, tamen subdit esse maximè veram, si nepos administrabat bona auiæ, vti est verisimile.

Verùm hæc opinio est erronea, & miror, quod neque Corne. neque Mascard. melius veritatem perquisiuerint. In primis enim repugnat correlatiuorum natura, quæ operatur, quod dispositum in vno locum habeat & in alio, *l. si. C. de indic.*
6 *viduit. tollen.* & procedit etiam in materia † correctoria, quia si lex noua corrigat antiquam in vno correlatiuorum, habebit etiam locum in alio, *vt notant Bar. Ang. & Ias. in d. l. si. Bald. Castren. & Doctores in authen. quas actiones. C. de sacros. eccles. Euerar. in loco 76. à correlatiuis col. mihi 3. ver. & quod vno correlatiuorum.* Secundo dicit Bart. *in l. 2. §. 1. num. 4. ver. tertio quæro nunquid in dubio ff. de donat.* quod in fi-

7 lio præsumitur donandi animus, † quando incipit à traditione, non à promissione. Tertio non eundo per argumenta ibi voluit expressè Cyn. *in d.l.si filius. circa fi. C. de negot. gest.* vbi tenet, quod vbi filius impendit circa personam patris, aut matris, videatur in dubio donare, motus ea distinctione, quam communiter faciunt Doctores *in l. 1. C. de neg. gest.* inter impensam, quæ fit circa personam, & eam, quæ fit circa res, *vt latè prosequutus sum in præcedenti quæstione.* Idem ponit Bar. *ibi circa med. Alexan. num. 2. in fi. & in d.l. alimenta, num. 10. Castren. in l. si negotium, in princip. C. de neg. gest. Paris. ad Bar. in l. 2. §. 1. nu. 4. ff. de donatio.* sicuti matri datur repetitio si quid impendit circa personam filij, ita filio concedi debet, quando propriam erogauit pecuniam in alimenta matris, & prædicti Doctores distinguunt inter alimenta, & alios casus.

Et non obstat, quod in dubio non præsumatur donatio, quia illud locum habet, quãdo sanguinis coniunctio, vel pietas non intercedit: secus, quando potest considerari pietas ex maxima affectione, *vt dixi quæstione præcedenti.* Textus autẽ *in l. ex duobus, in fi.* probat contrarium, quia vult repetitionem non dari si pietatis intuitu alimenta sint præstita, at in dubio censentur ob pietatem præstita, vt dictum est, & facit intellectus glos. *in l. alimenta. C. de negotiis gestis*, vbi etsi text. loquatur sub conditione si probauerit, subdit tamen probari eo ipso, quod non ostenditur contrarium. Alia citaui in dicta quæstione præcedenti circa fi. *ver. notandum tamen.* Idem quod dicit glos. *in l. si paterno*, locum habet, quando impensa fit circa res, secus quando circa personas, vt dictum est sæpius. Et hoc etiam modo respondetur ad notata *in l. si filius, vt infra declarabo*; & pro hac parte facit doctrina Bart. *in l. 2. §. 1. num. 4. ff. de donatio.* vbi dicit, quod si filius impendendo circa res patris incipiat à traditione non repetit, licet aliud sit, quãdo incipit à promissione, sed si verum fas est fateri, ea doctrina nõ est vera, & eam impugnat Imola *in dicta l. 2. & dicam infra.* Vera igitur, & communis est opinio, quod filius impendens in patris, vel matris alimenta, in dubio habeat donandi animum.

Declara tamen non procedere, quando ex coniecturis appareret de animo repetendi, pu-
8 ta, quando filius administraret † bona paterna, *vt per Corne. d. cons. 199. colum. fi.* vel quando in codice rationum scripsisset se creditorem pro ea impen-
9 sa, *secundum Dec. d. cons. 21. num. 7.* comprobaui † in præcedenti quæstione, loquendo de matre, quæ aluit filium.

Potest item, & debet declarari his omnib. modis, quos supra posuimus respectu matris, ideo remitto ad ibi dicta, quia cum eadem sit ratio, idẽ ius est statuendum, nec potest diuersitatis ratio apparere. Et licet Corne. loco prædicto dicat non esse eundem animum liberorum erga parentes, sicut est parentum erga liberos, tamẽ de iure maior esse debet, cum parentes filiis plus debeant, & qui plus recipit plus debet, & lex præsumit, quod esse debet, licet ex casu id non sit.

Prædicta verò omnia circa alimenta limitan-
10 tur non procedere in impensa, † quæ fit à filio circa res patris, aut matris, puta, quando eorum debitum exolueret, nam tunc solutum repetit indistinctè, vt est text. *in d.l. si filius. C. de negot. gest. vbi hoc notarunt Martin. Silim. Pet. & Cyn. in fi. & num. 3. idem voluit ibi Bart. Bald. num. 1. Castren. in princip. & Alexan. num. 2. Castren. in l. si negotium. C. de neg. gest.* & mouẽtur omnes ex distinctione, quæ facta est *in l. alimenta. C. de neg. gest. id etiam placuit Imo. in l. 2. §. 1. ff. de donatio.* vbi notat Barto. contrarietatem, & reprehendit distinctionem inter id, quod filius impedit incipiendo à traditione, & illud quod impendit incipiendo à promissione, dicens, quod melius loquutus est Bar. *in d.l. si filius. eandem probauit sententiam Rom. in l. quæ dotis. ff. solut. matrimon. & hanc dicit communem Alexand. in d.l. si filius, num. 2. Dec. cons. 21. num. 7. in fi. Menoch. de arbitr. iudic. casu 88. num. 12.* Et sanè non video, quid interfit, quod filius à traditione, vel à promissione incipiat. Hæc enim distinctio fit à Doctoribus quando quæritur, an donans teneatur de euictione, quia si mentis incipiat sensum explicare à promissione euictionẽ
11 præstabit, non etiamsi à traditione, † *secundum Bar. in l. Aristot. §. fin. ff. de donatio. Bald. & Salic. in l. 2. C. de euictio. Abb. in cap. fi. numer. 10. de empt. & vend. Corne. in cons. 141. volum. 2. Ias. in l. si domus. §. de euictione, nu. 10. ff. de leg. 1. Gozad. in consil. sexagesimo, Alcia. in cons. 340. & plures citat concordantes Cabalin. in tracta. de euic. §. 4. num. 2. & seq.*

Et procedit hæc conclusio etiam in filio † mi-
12 lite, *l. si dubitetur. §. fi. ff. de fideius.* vbi solutum repetit, licet pro eo maior sit præsumptio, *l. filius. ff. de donat. ponit Cyn. in d.l. si filius, num. 3.*

Et multò magis dabitur repetitio, quando fi-
13 lius soluisset ex † necessitate, vt quando fideiusserat pro patre, quia tunc facilius repetit, *d.l. si dubitetur. §. fi. Ioan. d.l. si filius*, vbi eum sequitur Cyn. *nume. 3.* intelligens hoc modo textum *in d. §. fi. & Bar. in d.l. si filius.* facit, quod fideiussor soluens pro alio non videtur habere animum dandi, sequitur Castren. *num. 4.* rationem addens, quod in necessitatibus non præsumitur liberalitas, *l. rem legatam. ff. de adim. leg.* ea tamen ratio necessitatis mihi non concludit, quia etiam solutio, quæ fit ab ipso fideiussore est voluntaria, ex qua originem ducit ab eis de voluntate, & Doctores *in l. alimen.* volunt repetitionem dari, vel non dari propter necessitatem, non intelligunt de ea necessitate in quam sponte quis se coniecit, sed quamille nullo modo euitare poterat, aliâs volũtarium diciturid, quod
14 fit ex necessitate, † quam sibi quis imposuit. *l. si fideiussor. §. 1. ff. qui satisd. cogan. l. si mulier, in princip. ff. quod met. cau. l. interdum, in fi. ff. de iud. l. veteres, in fi. ff. de itin. actuq; priua. c. quicunque, il secondo, 12. q. 2.* vbi inuitus non dicitur, qui ad soluendũ vrgetur, quod sua sponte promiserat, & pluribus hanc comprobat conclusionem Crau. *in respon. pro genero, nu. 44. & seq. num. 386. ver. ratione, & alia*, vbi addit authoritates aliorum, inferens decretum Pedemontani, quo permittitur feudi alienatio pro exoluendo debito necessario minimè locum habere,

quan-

quando debitum originem duxit à voluntate, *decis. Pedem. 167. per totam, præcipuè, num 29. Ioan. Bapt. Surd, consanguineus meus, in §. toties, num. 33. si de feud. defunc. fuer. controuer. Sola in constit. Pedemon. constit. de feud. in 1. glos. 2. par. numer. 6. & 7.* Non ergo iudicari debet necessaria solutio ad effectum repetendi ea, quæ fit à fideiussore, cui liberum erat à principio non se obligare, sed abstinere, & cum origo obligationis spectanda sit, non est curandum, quid inde sequatur.

Intellige tamen si expensa est magna, quia si parua sit non dabitur repetitio, sed facta præsu-
15 metur animo † donandi, *secundum Cyn. in d. l. si filius, in fi.* quia tamen, vbi subesset filij protestatio vult quod liceat repetere, & fuit originalis distinctio Petri, quam sequitur etiam Salic. ibi dicens, satis sibi placere, *argumento l. cum de indebit. ff. de probatio. & l. sed vtrumque, ff. de dona. inter vi. & vxo. Alex. numer. 2. vbi eiusdem opinionis, citat Pet. Cyn. Iac. Butr. Rain. Bald. & Salic. allegat glos. in l. sed si de sua, ff. de dona. inter vi. & vxo.* Et non caret ratione, quia stante sanguinis coniunctione, facilius inducitur donationis præsumptio in modica, quam in magna quantitate, vt patet ad sensum, & eadem distinctio supra facta est, vbi tractauimus de matre, quæ præstitit alimenta filio.

Intellige etiam prædicta non procedere, quando filius impendisset de profectitio peculio, quia
16 repetendi animus eo casu † considerari non potest, quia peculium profectitium est in dominio patris, *l. certum, C. fami. ercis.* ergo filius non potest à patre repetere id, quod de illius pecunia soluit in eius vtilitatem. ita gl. *in d. l. si filius*, quæ ideo textum intelligit in peculio profectitio, Cyn. *nu. 1.* qui tenet quidem conclusionem, sed negat textum ita intelligendum, quia animus repetendi, vel non repetendi in eo consideratur in cuius potestate est petere, vel non petere, *argumento l. eius est velle, ff. de reg. iur.* facit quod dicimus intestatum
17 non † iudicari eum, qui erat intestabilis, *l. 1. in 2. respon. ff. de suis, & legi. glo. in l. antiquioribus, in ver. fuisse, vbi Fulg. & Castren. C. de iure delib. dixi in cons. 257. num. 20.* Et cum Cy. transit Bar. *d. l. si filius.* dicens, quod in peculio profectitio non est locus distinctioni, an filius impenderet donandi, aut repetendi animo, intelligit autem illum textū, quando vel filius est emancipatus, vel si est in potestate soluit de peculio castrensi, vel de aduentitio: in castrensi enim peculio habetur pro patrefamiliâs, *l. 2. ff. ad Macedon. Salic. in princ.* vbi dicit textum esse intelligendum in solutione facta de peculio profectitio, quod etiã hodie patri quæritur, Castren. *num. 2.* dicens, quod solutione facta de profectitio peculio nihil abest filio, ex quo mortuo patre conferendum est inter omnes cohæredes, *d. l. certum, C. famil. erciscun. Alexan. num. 1.* vbi dicit, quod profectitium peculium pleno iure spectat ad patrem, *l. filia licet. C. de collation.* Et quamuis dissideant prædicti Doctores in ea. *l. si filius*, intelligi debeat de profectitio, vel alio peculio, tamen omnes conueniunt, quod vbi impensum est de profectitio, cessetrepititio etiam ijs, qui gl. impugnant, quia in profectitio considerari non possit
18 animus donandi, ex quo meum quod est, † non potest amplius meum fieri, *§. sic itaq;. instit. de actio. §. si cui fundus, ver. sed si rem legatarij, Instit. de lega. l. si rem meam, vbi not. ff. de verbo. oblig. facit l. non vt ex pluribus, vbi Dec. & Cagno. ff. de reg. iu.* & donari alicui
19 † non potest res propria, *l. sed si rem legatarij, Instit. de lega. l. proprias, C. de lega. l. cæteras. §. 1. l. huiusmodi. §. si Titio, vbi Ias. num. 2. in 2. not. ff. de leg. 1.* Et licet prædicta iura loquantur in legatis, tamen idem est in
20 donatione, quia † legatum est donatio. *l. legatum, ff. de leg. 1. §. legatum, Instit. de legat.*

Intellige quoque, vt non repetat filius viuo
21 patre, sed eo † defuncto ab hæredibus, *secundum Bald. & Castren. in d. l. si filius.* Sed hoc locum habet, quando soluisset de peculio aduentitio, quia cũ hodie illius vsusfructus pertineat ad patrem, non potest eo viuente petere, vt notant ibi omnes Doctores. At si soluisset de peculio castrensi, vel etiam aduentitio, illis tamen in casibus, quibus patri vsusfructus non quæritur, vel etiam si esset emancipatus, his omnibus in casibus repetit à patre viuente, *vt declarant Bart. d. l. si filius, Bald. Castren. Salic. Alexand.* & quid vbi neque dominium, neque vsusfructus erogatæ pecuniæ pertinet ad patrem, cessat ratio propter quam repetitio denegatur viuente patre, proinde illi sit locus.

Volui autem prædicta latius fortè, quam expostularet locus iste, pertractare, quia in practica melius contingunt, & notanda sunt: sæpe enim viuente patre vnus ex filiis impendit pro patre, eo verò mortuo, vult aduersus fratres, & cohæredes repetere, vel retinere, quod soluit, atque ita in diuisione necesse est excutere, & ego sæpius vidi, & habui in facto, & dicit ideo Castren. *in d. l. si filius, in princip.* illam esse bonam, & notandam legem pro isto casu.

SVMMARIVM.

1 *Mulier vidua, quæ seipsam aluit extra domum mariti intra annum luctus, an repetat ab hæredibus viri.*
2 *Emptor, qui pretium soluit, restituit fructus perceptos etiamsi non sit in mora.*
3 *Mulier vidua, quæ vt se aleret accepit mutuam pecuniam intra annum luctus, repetit ab hæredibus mariti.*
4 *Mulier vidua repetit ab hæredibus viri alimenta post annum luctus, si non habet aliunde, & fecit quidquid potuit, vt dotes exigeret.*
5 *Maritus non alit vxorem sine causa degentem extra domum.*
6 *Maritus tenetur alere vxorem, qua postquam sine causa discessit, vult redire, & ipse recusat admittere.*

QVÆSTIO X.

QVI seipsum aluit cum alimenta essent sibi præstanda à tertio, an repetat impensam. In hac quæstione generalis videtur distinctio, quod aut alimenta debentur iure actionis, aut officio iudicis. Primo casu repetuntur ab eo, qui tenebatur alere, secundo verò

non,& ratio est, quia officium iudicis non datur nisi in subsidium, & videtur eādem esse quæstionem cum illa, an peti possint alimenta præteriti temporis, quam tractaui supra, sed vt etiā ad specialia descendamus videndum, si mulier vidua, quæ seipsam aluit extra domum mariti intra annum luctus repetere possit alimenta ab hæredi-
1 bus viri, † & Bald. *in l. de alimentis. C. de transac.* inquit ex eo text. *in 1. respon.* notandum esse, quod licet ille cui ab aliquo debentur alimenta seipsum alat, tamen repetere potest ab obligato, & subdit facere pro viduis se alentibus, quia nihilominus possunt petere alimenta suarum dotium, Bal. *in cons. 58. num. 7. vol. 2.* ait, quod hæredes viri non liberantur ex eo, quod mulier vidua fuerit alita à fratre, quia non est eorum nomine satisfactum, *l. 1. C. de vsufruct. Castren. in l si cum dotem, §. sin autem in sæuissimo, num. 3. ff. solu. matrim.* vbi dicit obtinuisse se per tres sentētias conformes, & mouetur, quia sicuti bona mariti sunt obligata pro dote, ita & pro alimentis, proinde hæredes mariti possunt conueniri pro alimentis non præstitis, *Alexand. in cons. 26. num. 6. vol. 6. vbi simpliciter sequitur Bald. in loco prædicto, Anan. cons. 54.* vbi etsi loquatur, quando mulieri fuerunt relicta in testamento, tamen sequitur Bald. in loco prædicto D. *d. l. de alimentis, num. 6.* quia alimenta debentur propter dotem, ergo dum hæredes retinent dotem, præstare debent alimenta, item hæredes sunt loco mariti, & mulier intra annum luctus videtur esse in eodem matrimonio, & hæredes non debent esse melioris conditionis, quàm maritus, *l. maritum, ff. solut. matrimon.* ergo sicuti maritus cogitur alere dum dotes retinet, ita & hæredes, hæ autem rationes ita militant quando vidua alimenta aliunde habuit, sicuti quando non habuit, *Campeg. in tract. de dote, par. 2. quæst. 56. vers. si quid mulier.* vbi loquendo de vestibus lugubribus dicit quod vbi hæredes tenentur viduam vestire his calibus si sua impensa mulier vestiat se, poterit repetere.

Contrarium tamen voluit *Castren. in l. diuortio, in princip. num 6 ff. solu. matrimon.* vbi ait quod mulier, quæ non petiit intra annum se alimentari, nō potest præteriti temporis alimenta elapso anno petere, & mouetur quia viduæ intra annum alimenta debentur solùm in subsidium, quando nō habet aliunde, *l. pen. ibi, nec suum quicquam habeat, ff. vt in poss. leg. glos. in d. l. diuortio. in princip. vbi Cyn. Bart. Bald. Aret. Socin. & alij communiter:* cum verò ab alio recipit alimenta cessat ratio illa consequendi, *& tetigi in titulo, quib. & à quib. debe. alimen. in quæstio. de alimen. viduæ præstan. à mari. hæredib.* Et principalem decisionem sequutus est Alexan. *in d. l. diuortio, in princip. num. 20. vbi etiam Ias. num. 21. idem tenuit Alexand. in d. l. alimentis, num... & ibi Ias. num. 6.* vbi ideo distinguit inter alimenta iure actionis debita, & ea quæ iudicis officio præstantur, *Cordub in l. si quis à liberis, §. si quis hu, numer. 156. ff. de liber. agnosc.* mouentur omnes ex prædicta distinctione, quam signandam dicit Alexan. *d. l. diuortio. numero 29.* In hac autem quæstione mirandum de Castren. varietate, tantoque magis cum non sine præfatione vtroque in loco sententiam suam deprompserit, dicens in *in d. l. diuortio. in princ. num. 6.* menti esse tenendum, quia quotidianum, & millies habetur in facto, *in d. ver. §. sin autem in sæuissimo*, dicit obtinuisse per tres sententias conformes, id quod repetit etiam *in consil. 8. secundum antiquum ordinem.* Hanc posteriorem probauit Alcia. *in d. l. de alimentis*, & communem dicunt additio. ad Dec. ibi.

Quod si integrum est cuique suum iudicium mihi videtur veriorem esse Baldi sententiam, & æquiorem, quandoquidem hæredes mariti alimenta vxori præstare tenentur propter dotem, quam penes se retinent, & alimenta ratione cuiusdam interusurij præstantur, *vt inquit Bald. in d. cons. 88. circa fi.* Et hæredes non debent effici locupletiores cum iactura vxoris viduæ, suadetque æquitas, vt quod ex re mea ad te peruenit mihi restituas, *l. si me & Titium, ff. si cer. pet.* facit etiam ratio, *l. curabit. C. de actionib. emp.* nam etsi hæredibus mariti indulgeatur annus ad restituendum dotes, tamen ea commoditas debet esse sine damno vxoris. Item facit, quia si maritus viuens non lucratur fructus dotis nisi matrimonij onera sustineat, quomodo eos lucrabuntur hæredes, in quibus etiam non cadit titulus dotis? sine dubio essent melioris conditionis, quàm maritus, quod non est dicendum. Præterea curandum non est, quod hæredes habeant à lege dilationem, quod durante anno non sint in mora, quia vbi aliquid debetur cōtemplatione fructuum, quos percipit quis ex re mea, non attenditur venditoris mora, vti videmus in lege, curabit, cuius in dispositione
2 fructus † debentur venditori non soluto pretio etiam, quando emptor non fuit in mora, *Bald. in l. 2. numer. 4. ver. denuo quæritur, C. de vsur. vbi Castren. Anan. in cap. conquestus, col. 2. ver. quærit etiam ibi, de vsur. dixi in cons. 101. num. 23. & in cons. 290. num. 22.* In consulendo tamen, & iudicando non est discedendum ab opinione, quæ habet, quod alimenta non debentur viduæ habenti aliunde vt se alat, & quod non datur ei repetitio alimentorum præteriti temporis.

Limitant tamen omnes eam minimè procedere, quando vidua interpellasset hæredes mariti ad soluendum alimenta, & ob defectum illorum ac-
3 cepisset pecuniam mutuo pro se alendo: tunc † enim daretur repetitio, *secundum Castren. in d. l. diuortio., in princip. numer. 6. sequitur Alexand. in l. de alimentis, & ibi etiam Ias. num. 6. & Dec. nu. 6.* qui dicunt hoc casu saluari, & sustineri, doctrinam, Bald. *in d. l. de alimentis, Capic. decis. 24. nu. 9. Cordub. d. §. si quis ex his, num. 136.* Faciunt quæ Bursa. *cons. 83. nu. 7.* qui casus non habet dubium, quia vt dixi suo loco semper repetuntur alimenta præterita, quando vt se aleret quis coactus fuit mutuam capere pecuniam, intelligi tamen debet intra annū luctus, & quando vidua non habet aliunde: at si haberet aliunde non daretur sibi repetitio ex eo quod hęredes sint in mora, quia vt dixi non debentur alimenta intra annum luctus viduæ habenti aliunde, & est communis opinio, & eo casu non attendimus,

dimus, quod mutuo acceperit pecuniam, quia paria sunt quod potuerit se alere de proprio, vel quod se aluerit, & non dicitur coactè accepisse mutuam pecuniam, qui poterat se alere de proprio. Proinde dicunt Doctores quod post annũ luctus viduæ non debentur alimenta, nisi pluribus concurrentibus, quia scilicet interpellauerit hæredes ad restitutionem dotis, & non solùm eos constituerit in mora, sed etiam fecerit quidquid potuit, vt ab eis exigeret. Tertiò quod aliunde non haberet: iis enim tribus concurren-
4 tibus † interusuria non solutarum dotium debẽtur mulieri viduæ, *secundum Doctores in cap. salubriter, de vsur. Paris. in cons. 64. numer. 1. vol. 4. Crau. in cons. 189. per totum, & num. 7. Didac. lib. 3. variar. resolut. cap. 4. ver. sexto hinc etiam, Plot. in tract. de in lit. iuran. §. 11. num. 27. & dixi hoc eodem tractatu suo loco.* Cum ergo habet aliunde non sufficit, quod debitum contraxerit pro se alenda, quia facilè posset quælibet vidua quantumuis dives impostu ram facere legi, capiendo mutuo etiam nulla subsistente necessitate, proinde limitatio Castren. restringi debet ad viduam, quæ non habet aliunde: item restringi debet ad ea, quæ petit pro anno luctus, nam lapso anno non sufficeret, vt dixi, petiisse alimenta, nisi etiam fecisset omnem conatum pro exactione dotis, nec sola mora prodesset.

Ex generali autem regula supra posita infertur ad quæstionem, an mulier quæ secessit à viro possit ab illo petere alimenta præteriti temporis? Et vbi sine viri culpa diuertit res est clara quod nõ datur repetitio, quia vt dixi in titulo, *ex quib. caus.*
5 *alimen. poss. denega.* maritus non tenetur vxorem alere degentem extra domum sine causa. Et hoc voluit expresse in repetitione, gl. prima, *in fine capitulo, significasti, de diuort. Specul. in tit. de sponsal. §. fin. ver. quid de expens. Ioan. Lup. in rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 64. num. 10.* Sed vbi vxor recessit à viro culpa viri, tunc videntur glos. & Doctores prædicti admittere, quod detur repetitio, & idem est quando vxor, quæ sine causa discessit à domo viri
6 vult redire, sed maritus recusat illam † admittere, *vt post Ioan. de Cane. mortuo ponit Vital. in tract. clausul. in titu. an iuri alimento. renuncia. poss. columna decima, vers. sed nunquid poterit repetere.* Sed si vera esset opinio supra posita, quod non detur repetitio præteritorum alimentorum, quando debentur non iure actionis, sed officio iudicis, ea sententia sustineri non posset, præterea non infertur, maritus tenetur vxorem alere, quæ diuertit culpa viri, ergo eo casu vxor poterit repete præterita alimenta, possunt enim simul stare quod teneatur alere, sed non possunt peti pro tempore præterito, etsi dicatur, ergo inducatur vir ad prolatandum litem, respondetur quod lite pendente soluet alimenta, & ea non iudicantur præterita, quæ debentur post contestatam litem, atque ita consultum erit vxori si cæptum iudicium prosequendo non deseret.

SVMMARIVM.

1 *Victricus est loco patris priuigno.*
2 *Argumentum à contrario sensu, est validum in iure*
3 *Argumentum à contrario sensu, est validum etiam quando verba legis sunt conditionalia.*
4 *Victricus in dubio præsumitur aluisse priuignum animo repetendi.*
5 *Sociorum rusticorum si vnus alit totam familiam, repetit à socio pro sua portione.*
6 *Frater non repetit à fratre socio vniuersali quod pro eo impendit in alimentis familiæ.*
7 *Priuignus tenetur victrico soluere alimenta, etiam quando sunt fratres socij, non tamen societate vniuersali.*
8 *Victricus præsumitur odio priuignum habere.*
9 *Priuignus non debet educari apud victricum.*
10 *Mater non educat filium, quando superinduxit victricum.*
11 *Tutela aliquando victrico decernitur.*
12 *Mater non potest secundo viro plus relinquere, quam vni ex filiis cui minus reliquit.*
13 *Maritus non tenetur de fructibus dotium alere filios vxoris ex primo matrimonio.*
14 *Victricus repetit à priuigno quidquid impendit circa res illius.*
15 *Victricus repetit à priuigno quidquid pro eo soluit magistro, qui illum docuit grammaticam, vel artem.*
16 *Victricus non repetit a priuigno alimenta, quando ille erat alendus à matre.*
17 *Salic. in l. si paterno, nu. 3. C. de neg. gest. quomodo intelligatur.*
18 *Victricus non repetit alimenta à priuigno, quem habuit in suis seruitiis, & obsequiis.*
19 *Victricus non repetit à priuigno alimenta, etiam quãdo erat illius administrator si eum habuit in obsequiis.*
20 *Alere quisque illum tenetur, cuius operis vtitur.*
21 *Donatio non præsumitur quando sumi potest alia coniectura.*
22 *Causæ duæ quando concurrunt, semper actus infertur ad causam necessariam.*
23 *Antidoralis obligatio, nullam parit obligationem.*
24 *Antidoralis obligatio non potest deduci in compensationem.*
25 *Frater non repetit à fratre alimenta, quæ familiæ fratris præstitit si ab ea seruitia recepit.*
26 *Antidoralis obligatio plurimos operatur effectus.*
27 *Solutio magis refertur ad recompensationem quàm ad extinctionem debiti.*
28 *Compensatio non fit specie ad quantitatem.*
29 *Compensatio in antidorali obligatione non fit secundum communes regulas.*
30 *Antidoralis obligatio deducitur in obligationem volente debitore.*
31 *Compensatio alimentorum cum obsequiis fit non pro rata, sed in totum, & ibi vide de veritate.*
32 *Compensatio inducitur in totum, licet res, quæ datur in compensationem, non æquiualeat debito.*
33 *Res eadem non debet diuerso iure censeri.*
34 *Compensatio alimentorum cum obsequiis fit pro rata.*
35 *Donatio ob merita dicitur simplex, quatenus re donata excedit merita.*
36 *Acceptans legatum factum cum onere non tenetur vltra vires legati.*

37 *Acceptãs legatum censetur agnoscere onus iniunctum, etiamsi excedat valorem legati quando dictum est pro omni, & toto, &c.*

38 *Res eadem potest diuersis respectibus diuerso iure censeri.*

39 *Operæ æstimantur quanti victricus fuisset conducturus illas operas.*

40 *Fructus domus soluere, qui tenetur, non soluit quantum domus potuisset locari, sed quanti esset conducturus.*

41 *Melioramenta æstimantur quanti res fuit meliorata, non quantum fuit impensum.*

42 *Operæ an æquiualeant alimentis, committitur arbitrio iudicis.*

43 *Operæ artificis plus æstimantur quam alterius personæ.*

44 *Operas fuisse præstitas, an probet priuignus.*

45 *Victricus non repetit à priuigno modicam impensam alimentorum.*

46 *Victricus nobilis, & diues, non repetit à priuigno paupere alimenta.*

47 *Donatio præsumitur in diuite.*

48 *Donatio est quid proprium principis, & magnatum.*

49 *Tutor principis potest donare.*

50 *Victricus non repetit à priuigno alimenta, quando extant coniecturæ donationis.*

51 *Animus declaratur per scripturam priuatam.*

52 *Animus probatur per testes singulares.*

53 *Victricus an donandi, vel repetendi animo præstiterit alimenta, iudicis arbitrio committitur.*

54 *Victricus ex quibus præsumatur habuisse animum donandi.*

QVÆSTIO XI.

1 VIctricus est priuigno loco † patris, & ei debetur affectus quasi paternus, *l. si paterno, C. de neg. gest. l. fi. C. de obseq. patr. præst. Crau. cons. 490. num. 3.* at si priuigno alimẽta præstet, quæritum est si possit repetere in casu dubio, quia vbi clarum est vel donandi, vel repetendi animo aluisse, non datur repetitio, & text. *in l. si paterno, C. de neg. gest.* Videtur probare, quod denegetur repetitio, dum in secundo responso concedit repetitionem sub conditione, si præstitit animo repe-

2 tendi: à contrario enim sensu quod † argumentum valet, *lege prima, §. eius rei, ff. de offi. eius, l. qui testamen. §. mulie. ff. de testam. capitulo, cum Apostolica, de his quæ fiunt à prælat.* etiam quando verba legis sunt

3 † conditionalia, *Pet. Cyn. & Bald. in l. conueniculam, C. de episcop. & cler. Bald. & Castren. in dicta l. qui testamento, Euerar. loco quarto, à contrar. sensu,* si non præstitit alimenta repetiturus, ea non recuperat. Et ita intelligunt illum textum ibi Pet. & Cyn. volentes quod videatur impensam fecisse paterno affectu, & consequenter donasse, nisi consuetudo regionis aliud suadeat, *sequitur Bartol. & Aretin. in secundo notab. eodem modo intellexit Gramm. decis. 103. num. 27. & Equinar. Bartol. in dicta lege, Nesennius, ff. de neg. gest. quem infert Cordub. in l. si quis à liberis, §. si mater num. 61. in fine, ff. de libe. agnoscen.* Et concurrunt affectio ac fauor alimentorum, quæ duæ rationes plurimum possunt, vti fuit supra consideratum in aliis casibus, contraria tamen sententia verior est, & magis communiter à Doctoribus approbata, quod in dubio victricus præsumatur aluisse

4 animo † repetendi, & consequenter possit repetere si aliud à priuigno probatum non sit, quod iudicem detorqueat in contrariam partem. Et hoc voluit glos. *in dicta l. si. paterno*, vbi distinguit an priuignum habuerit in obsequio vel non: vbi enim non constat illum fuisse vsum ministerio priuigni, vult quod detur repetitio, quam ita intelligit Bald. ibi dicens, quod in dubio præsumitur animus repetendi, non quicunque in rem alterius impendit, videtur habere animum repetendi, facit *lex, cum de indebito, ff. de probatio.* eodem modo intelligit Castren. *num. 1. idem probauit Salic. num. 1. & Alexan. num. 2.* imò ex eo quod conceditur victrico alimentorum repetitio, infert Bald. ex eo textu, quod licet quis teneatur alere vxorẽ, non tamen tenetur alere priuignum, nec eum recipere in domum, si non vult, quia si teneretur, non posset repetere, *argumento eorum, quæ notantur in lege, alimenta, C. de negot. gest.* Et idem dicunt Salic. *num. 1. & Alexan. num. 2.* vbi dicit hoc fuisse decisum nisi in ea lege, quæ ideo non est de indubitabili, vt credebat Fulgos. Capra *in cons. 105. num. 1.* vbi tres casus distinguit, quando scilicet constet, quod animo repetendi, item quando certum est animo donandi, tertio quando est dubium: In duobus enim primis casibus seruatur victrici voluntas, in dubio autem præsumitur animus repetendi, nisi ex coniecturis aliud appareat, *Corn. in cons. 265. columna penultim., in quinto dubio, volum. 1.* vbi tamen tenet contrarium, sed ex coniecturis, quæ in suo facto concurrebant, *Ruin. in consilio nonagesimo quarto, numero septimo, volum. quinto.* vbi tamen in facto propter alia accidentia contrarium tenet, sed sat est quod alio non concurrente sequitur glos. & alios *in dicta l. si paterno.* Et hanc partem quidquid alij sentiant, probauit Aret. *in dicta l. si paterno*, dum notat quod victricus non tenetur alere priuignum, quia aliâs non repeteret. & licèt paulò infra quod præsumitur impendisse animo donandi, tamen refert se ad distinctionem glos. ibi quæ tenet contrarium *vt supra dixi.* Hanc quoque tenuit Menoch. *de arbitr. iudic. casu octuagesimo octauo, numero decimo tertio, Cordub. in l. si quis à liberis, §. si mater, num. sexagesimo secundo, ff. de liber. agnoscen.* Infert ex hoc Bald. *in dicta lege, si pa-*

5 *terno, in fine*, quod si plures rustici † simul habitantes alunt de communi totam familiam, tenebitur is, qui habet alimenta eorum fratri refundere, qui nullos habebat filios, si illi filij non erãt in obsequio communi, mouetur ex textu illo, & ex notatis, *in lege, alimenta, C. eodem titu. sequitur Castren. numero secundo.* Nam dicit se ita consuluisse Castren. *in consilio 304. numero quinto, ver. ad quintum, volumine secundo*, vbi ait quod quidquid repetitum fuerit à priiuigna, cedet commodo totius societatis, quia non tenebantur socij alere, imo fortius dicit, quod non potuisset expresse donare, & prædicta vera sunt, quando non sunt socij

omnium

omnium bonorum, at si sint omnium bonorum
socij, tunc licèt vnius familia, maior sit & maiore sumptu alatur, tamen in diuisione nulla ratio habebitur eius quod pro ea impensum fuit vltra sumptum erogatum pro familia alterius, quia in
6 vniuersali societate † omnia sunt æqualiter pertinentia, & diuidenda, *l. si socius pro filia, ff. pro socio, Bald in lege, si patruus, columna finali, C. commu. diuid. in lege finali, C. de collat, Ancharan. in cons. 298. Roman. in cons. 172. num. 4. Barbat. in cons. 22. numer. 4. volum. 1. Socin. in consil. 40. numer. 5. volum. 4. Ias. qui multos citat in cons. 5. num. 7. volum. 1.* vbi facit differentiam inter societatem omnium bonorum, & ea quæ non est vniuersalis, atque ita ex prædictis colligitur
7 ampliatio, quod etiam inter fratres socios † detur repetitio alimentorum priuigno præstitorum, si societas non est vniuersalis, *secundum Castren. dicto consil. 304. quam sequitur in proposito Crau. cons. 159. num. 10.*

Nostra tamen conclusio vera non probatur, *in l. si paterno*, quia tam in primo, quàm in secundo responso nihil certi ponit, & vtroque in loco sub conditione loquitur: primo scilicet si paterno affectu, secundo verò si repeturus impendit. Sed
8 melior est ratio, quia priuignos victricus † in dubio præsumitur odio habere, *lege prima, vbi glos. C. vbi pupil. educ. debe. lege quarta, ff. de inoffic. testam.* ideo
9 prohibitum reperitur, ne priuignus † apud eum educetur, quia suspectus ne vitæ priuigni insidietur, *dicta l. prima, Crau. cons. 142. num. 18.* vbi quod victricus præsumitur odio habere priuignum, *Mascard. in tract. de probatio. conclus. 531. nu. 62.* imo mater ipsa redditur suspecta eo quod superinduxit
10 victricum, proinde priuatur educatione filij † *lege prima, in princip. ver. si non victricum eis induxerit, ff. vbi pupil. educ. debe. Cur. iun. in cons 94. columna fin. Menoch. de arbitr. iudic. casu 168. num. 10.* Et licet aliquan-
11 do tutela † victrico decernatur, *vt in l. fin. in principio, ff. de contra. iud. tute. l. nonnunquam, ff. de adoptio.* tamen illud fit quando victrici fides & opinio est probatissima, & omnibus testata, & propter eandem suspicionem inductum est, quod mater non
12 possit vltra marito † relinquere, quam vni ex filiis prioris matrimonij, cui minus dedit, *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* donatio verò non solet fieri nisi in personam gratam, & procedit à sola beneuolentia, ergo non debet præsumi in victrico, in quo non præsumitur beneuolentia, & cui priuigni non sunt grati. Et hoc est quod voluit dicere Cordub. *in d. l. si mater, num. 64. & sequen.* vbi ad impertinentia dilabitur considerando, an standum, sit dicto victrici, quod alimenta præstiterit animo donandi, vel repetendi, ex quo contra eum est præsumptio, quorsum enim id quærere: cũ in proposito nunquam stetur declarationi eius, qui præstitit alimenta, nisi facta sit à principio, nec prosit quæ ex post manauerit, *vt in præcedentibus quæstionibus dixi loquendo de declaratione.*

Ampliatur secundò conclusio prædicta, vt locum habeat etiamsi victricus penes se dotes vxoris, eiusque fructus vltra sumptum in matrimonij onera necessarium sufficerent etiam pro alimentis priuigni, nihilominus enim poterit victricus alimenta præstita repetere à priuigno:
13 non enim maritus † tenetur de fructibus dotium alere vxoris filios ex primo marito, *Lancello. Dec. in l. si constante, in fi. princip. ff. soluto matrimonio*, vbi fortius dicit quod id procedit etiam quando dos ob vergentiam mariti ad inopiam fuit collocata in tuto, quia etiam eo casu, si fructus supersint vltra id quod pro oneribus matrimonij erat necessarium, spectant ad maritum, & eius lucro cedũt, *sequitur Ioan Lup. in capitulo, per vestras, ante notabil. §. 19. num. 1. & sequen. allegat text. in l. quamuis, ff. soluto matrimonio, & reprehendit Cyn. qui in l. vbi adhuc, C. de iure dot. tenebat contrarium, & hanc partem probauit quoque Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. si quis ex his, numero 274.* Atque ita dabitur repetitio non solùm quando de propris bonis aluisset, sed etiam quando de fructibus dotium, quia vtroque casu de suo dicantur aluisse, ex quo fructus ad se spectant.

Quod si prædicta locum habent quoad expensas factas in alimenta priuigni, multò magis vendicabunt, vbi victricus aliquid erogauit in res
14 priuigni: † nam facilius repetitur impensa facta circa res, quàm ea quæ fit circa personas, *vt probatur in l. alimenta, C. de negot. gest. & dixi supra, & hanc distinctionem facit in proposito Cyn. post Petr. in d. l. si paterno.*

Et quod supra dictum est de alimentis locum habet quoque in impensa, quæ fit in conducen-
15 dis magistris, † qui artem docent, nam hos casus vnico verbo determinat textus *in dicta l. si paterno, in principio*, quod tamen Bald. *ibi in principio.* intelligit de arte, quæ conuenit sexui, subdens quod olim puellæ addiscebant etiam artem grammaticæs, *vt in l. qui filium, ff. vbi pupil. educ. debe. sequitur Salic. num. 5.* vbi ait vidisse Bononię multas mulieres scribentes, textus cum glossis, & refert Doctorem suum vidisse vltra centum Aret. vbi dicens expensam magistri admittendam tamquam vtilem, imò æquiparari expensæ alimentorum, & laudandum tutorem, qui prouidebat pupillo de magistro, & quamuis Bald. nihil alleget ad probandum quod intelligi debeat de arte congruente, tamen ipse adducit text. *in l. Stichus, ff. de leg. 3.*

Intellige tamen quod victricus repetat expensas prædictas, quando priuignus seipsum alere tenebatur, at si erat alendus à matre, tunc victri-
16 cus non repetit ab illo, † quia non est gestum illius negotium, nec versum est in illius vtilitatem ex quo mater vel alius alere tenebatur *vt probatur in l. secunda, C. de neg. gest. vbi ponunt omnes Doctores*, & dixi supra loquendo de matre, quæ filium aluit, *ita Cyn. in dicta l. si paterno*, vbi tamen dicit, quod hoc casu repetit à matre, quæ tenebatur, nam illius negotium fuit vtiliter gestum, & pecunia est versa in illius vtilitatẽ, fecitq; victricus quod matri incũbebat, & quod illa facere necesse habuisset, quæ cũ fuerit ab eo onere releuata à victrico, debet illi restituere, & dicit nõ solũ à matre repeti posse, sed etiam à quocunque alio, qui teneretur alere. Quod etiam voluit Pet. ibi & idem tenet

Bald. *circa fi. ver. & hæc vera sunt*, *Alexand. numero secundo, ver. quod est verum.* Sed Salic. hoc casu, *numero tertio*, dicit quod vbi mater tenebatur alere, tunc eligere potest victricus, à quo malit exigere, à matre, vel ab ipso priuigno, quia vtriusque negotium gessit, allegat quæ supra dixerat, *in l. si mãdatum, C. de negot. gest.* vbi tamen in eo iudicio † nihil est quod ad præsentem quæstionem deduci possit nisi consideret, *l. nam & seruus, §. fin. ff. de neg. gest.* vbi si maritus mandauit geri negotium aliquod vxoris, datur vxori actio contra maritum vel etiam contra mandatarium, prout ei magis placet. Sed illa lex nihil facit, quia ibi vterq; gessit tam maritus mandans, quam mandatarius, *vt declarat glos. in d. l. si mandatum, vbi etiam Salic. num. 4. in quinta oppos.* at in facto nostro aliud est, quia nõ agimus de actione danda contra duos gestores, sed de actione vni gestori dãda contra duos. Prętera non est vera ratio Salic. dum dixit, quod victricus alendo priuignum gesserit negotium tam priuigni, quàm etiam matris, quæ alere tenebatur, nam priuigni negotium non fuit vtiliter gestum, ex quo alius gratis facere tenebatur *vt in d. l. 2. C. de neg. gest.* & vbi non est vtiliter gestum negotium, non datur actio illa.

Intellige secundo, quando priuignus non erat
18 in seruitio victrici, quoniam † si erat in illius obsequio non debetur alimentorum repetitio, *secundum glos. in dicta l. si paterno, in secunda solutio.* nam cum recipit seruitia videtur impendere in illorum recompensationem, *l. sed si vir ex sana, §. fin. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. sicut. ff. de oper. liberto. sequitur Bal. in dicta l. si paterno, num. 3.* Sed ante eum Bar. ibi, qui dicit hanc distinctionem, an sit in seruitio, vel non esse valdè notabilem, & menti tenendam, quia ex qualitate personæ, pro qua fit impensa iudicamus, an habeat animum repetendi, vel donandi. Salic. idem tenet *numero secundo*, dicens quod tali casu videtur impendere propter seruitia, & operas, *Alexan. num. 2. Corne. in cons. 265. col. pen. ver. indubio autem. vol. 1. Ruin. in cons. 94. nu. 7.*
19 *volumi. 5.* vbi ampliat, etiamsi victricus † administraret bona priuigni, quia nihilominus, cũ vtitur opera illius, censetur donare, non autem impendere de bonis victrici, quia cessat præsumptio. Et dicam paulò infra, & Aret. *in d. l. si paterno*, dicit distinctionem supracitatæ glos. singularem esse, latè hanc limitationem tenet Cordub. *in dicto §. si mater, numero 69. Burs. at. consilio octuagesimo tertio,*
20 *numero nono.* Et ratio est, quia alere † quis tenetur eum, cuius operis vtitur, *l. in rebus. §. possunt. ff. commoda. & dixi in titulo, quib. & à quib. alimen. debean. & pro ea regula multos allegat Cordub. d. §. si mater, numero sexagesimo nono.* Ideo fit similis distinctio inter fratres, quando alunt etiam filios alterius fratris. Cum ergo teneatur alere, non repetit quod impendit, *argumento l. alimenta, C. de neg gest.* vbi fortius Doctores dicunt, quòd protestatio non prodest, quando tenetur alere; & quod attinet ad ampliationem, de qua agit Ruin *in d. cons. 94. vol. 5.* quãdo scilicet victricus administrabat, quod nihilominus videatur aluisse in recompẽsationem seruitiorum, ea videtur dubitabilis, quia vbi sumi potest alia coniectura quàm donationis, nun-
21 quam præsumitur donatio, † *vt ponit latè D. Becius in cons. 52. numer.... & Cordub. in d. §. si mater, numer. 68.* Cum ergo possit protestatio referri ad causam administrationis, non debet trahi ad solam causam seruitiorum præstitorum, & sicuti actus, cui duplex causa potest ascribi, scilicet necessaria, &
22 voluntaria, in dubio referri † debet ad causam necessariam, vt in proposito in materia alimentorum est textus *in l. fina. C. de alimen. pupil. præstan. per quem ita eam regulam constituit Abb. in cons. 100. fol. vol. 2. dixi in cons. 19. num. 27.* ita quando duæ causæ necessariæ præcedunt, referri debet actus ad magis necessariam, vt dicimus de solutione, quæ censeri debet facta in debitum grauius, *l. prima. & l. 2. ff. de solut.* magis necessaria autem est causa admini-
23 strationis, quàm seruitiorum, quia obligatio † antidoralis non producit actionem, *Dec. & Cagnol. in l. donari, ff. de reg. iu.* & ratione administrationis dari poterat actio ad alimenta, proinde actus censeri debet factus ex ea causa, ad quam cogi poterat, *Ioan. Andr. in c. præterea. in ver. extorquentes, de iure patron. dixi in cons. 164. numero 27.* Imò obligatio an-
24 tidoralis † deduci non potest in compensationem, *vt voluit Ang. in Authen. de non eligen. secundo nup. in principio, numero primo, Ias. in l. ex hoc iure, numero septuagesimo tertio, ff. de iustit. & iure, & ego in dicto cons. 164. numero 28.* vbi infero, quòd donatio vxori facta censetur potius ex causa matrimonij, quæ erat necessaria, quàm ex antidorali obligatione.

Existimo tamen Ruini decisionem veram esse, quòd etsi administret, tamen videatur alere ob causam seruitiorum: nam videmus idem esse in prætore, qui alimenta pupillo præstita tenetur compensare cum seruitiis, *vt dicam infra suo loco*, idem videmus in fratre, qui alimenta non re-
25 petit, quæ præstitit fraternæ familiæ, si ab ea † recepit seruitia, *vt ponunt Doctores, præcipuè Aret. in l. si negotium, C. de negot. gest. & dicam suo loco.* Et non obstat quòd coniectura donationis sumi non debeat, quia vbi etiam censerentur præstita alimenta intuitu seruitiorum, adhuc non diceretur victricus donare, sed debitum soluere, nam antidoralis obligatio plurimum potest, & multos
26 † operatur effectus, quos recitat Ias. *in lege, ex hoc iure, ff. de iustitia & iure, latè Tiraquel. in lege, si vnquam, in ver. donatione largitus, numero quadragesimo quarto, & sequen. C. de reuoc. donat.* Et licèt datum in causam remunerationis dicatur donatum, ta-
27 men, vbi præcedebat alia causa, semper † actus qui sequitur, cõtinet præsumptam donationem, licèt posset referri ad aliam causam, *vt est text. in l. si vero non remunerandi, §. idem Papinianus, vbi glos. Bar. & alij, ff. mand. glos. in l. vtrum, ff. de donat. inter vir. & vxor. infinitos ad hoc citat Tiraquel. in dicto ver. donatione largitus, num. 50.* Atque ita actus, qui trahi potest ad solutionem debiti, & ad compensationem seruitutis, refertur ad recompensationem, idquod meo iudicio plurimum facit ad propositum nostræ quæstionis.

Non

Non etiam mouet, quod causa administrationis videatur fortior & magis necessaria, quia imò non est necessaria: nam administrator bonorum non cogitur præcisè alere, licèt cogi possit ad subministrandum pecuniam de bonis, quæ ipse administrat ad effectum, vt dominus alimenta sibi quærat, sed ea compensatio non fit ita facilè de alimentis ad pecuniam, ideſt de specie ad
28 quantitatem, *secundum ea*, † *quæ ponunt Doctores in lege, si conuenerit, ff. de pigno. actio. lege, si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb. lege, si ex pecunia. C. de rei vend. lege, quod dicitur, C. de compens. Corne. in cons. 130. colum. 2. vol. 4.* sicuti fieret de alimentis ad seruitia, quia
29 in antidorali obligatione compensatio † non fit, secundum regulas de quantitate ad quantitatem, sed quocunque modo seruitium recompensari potest, siue in pecunia, siue in aliis rebus, siue etiam in obsequiis, & seruitiis, & per hæc sublata est quoque difficultas, quæ fiebat, quia obligatio antidoralis non possit deduci in compensatione: nam illud verum est eo inuito, qui tenebatur ad antidora, ita loquuntur iura supra in contrarium
30 allegata, sed eo volente † deduci potest, *sicuti diximus supra*, quòd actus præsumitur donatio, potius quàm alius contractus, quando merita præcedebant. Addo Corne. *in cons. 265. colum, finalt, ver. ratione enim consanguinitatu, vol. 1.* vbi considerat antidoralem obligationem, ad præsumendum donationem, *& cons. 257. col. 3. eodem vol.*

An autem compensatio alimentorum cum seruitiis fiat proportionabiliter, id est quatenus capiunt, seu quanti valent seruitia, & non vltra, an verò in totum, etiamsi seruitia non sint æquialentia. Et Bursat. *in consilio nonagesimo quarto, numero vndecimo*, tenet, quòd etsi seruitia non æqui-
31 ualeant alimentis, fiat † totius debiti alimentorum extinctio, *allegat Aret. in consilio quadragesimo octauo, in fine, Riminal. sen. in consilio nonagesimo quarto, volumine secundo, & Corne. in consilio 257. volumine primo.* Et pro confirmatione facit, quia vbi quid fit animo compensandi, tunc licèt res quæ datur, sit minoris valoris quàm debitum, fit totalis ex-
32 tinctio debiti, † *ita dicunt Castren. & Alexan. in lege. si cum dotem, §. si pater. ff. soluto. matrimonio, Dec. in consilio 245. numero octauo, Ruin. in consilio septuagesimo nono, in principio, volumine secundo, Craue. in consilio 174. numero nono, Natta in consilio 186. numero primo, Simon de interpretatio. vltima. voluntа. libro quinto, interpretatio. prima, dubitatio. tertia, nnmero centesimo sexto.* Addo quod si compensatio inducetur solùm pro rata seruitiorum, vnus actus diuerso iure censeretur, & eadem præstatio pro parte præsumeretur facta animo donandi, &
33 pro parte animo repetendi, contra † *l. eum qui ædes, ff. de vsucapio.* & idem animus diuidi non debet.

Contraria tamen sententia verior & iustior mihi videtur, quòd scilicet compensatio fiat tantummodo pro rata seruitiorum, & hoc ponit
34 † expresè Corne. *in dicto consilio 265. columna penultima, & fin. volum. 1.* & dicit, conclusionem procedere si operæ sint æquiualentes alimentis præstitis. Idem probauit Aret. *in dicto consilio 148. circa fin.* dicens, quòd alimenta compensantur ad minus pro rata operarum præstitarum, & facit, quia vbi aliquid conceditur propter merita, intelligitur quatenus merita ipsa respondent, non vltra. Ideo quando dicimus, donationem remuneratoriam non insinuari, intelligimus nisi excedat merito: item & donationem excedentem merita reuocari ob filiorum superuenientiã, quia non dicitur
35 ob merita, † sed simpliciter, quatenus excedit, *cap. relatum, il. secondo, de testam. Oldra. consilio 226. columna penult. Ioan. Andr. Gul. Cun. Bart. Bald. Salic. Angel. Imola, Roman. Ias. & plures alij citati à Tiraquel. in dicta l. si vnquam, in ver. donatione largitus, numero 8. C. de reuoc. donatio.* & est regulare, quòd concessum ob causam aliquam non vltra extenditur quàm duret causa, *Tiraquel. in tracta. cessan. causa, in principio*, & quod dictum est compensationem fieri in totum, non est verum, quinimo contrarium voluit Imola *in lege, creditorem, ff. de lega. secundo*, vbi
36 vult quòd acceptans relictum factum † cum onere, non teneatur ad onus, nisi in quantum valet res relicta, *Ruin in consil. 92. num. 9. volum. 5.* Et distinguunt in proposito Doctores, quòd aut simpliciter relinquitur aliquid animo compensandi, & tunc compensatio inducitur solùm pro ra-
37 ta: aut verò ita relinquitur, vt sit pro omni & † toto eo, ad quod tenebatur, & tunc fiat compensatio in totum, *ita Castren. in lege. si compensandi. C. de hæredib. instituen. vbi Alexand. num. 2. idem Castren. in consil. 193. numer. 3. volum. 2. Alexand. in dicto §. si pater, num. 2. Rolan. in consil. 65. num. 23. volum. 2. Phanuc. in tracta. dot. glos. 8. num. 72.* In casu autem nostro tacita est ea compensatio, ideo non operatur vltra id, quod operaretur expressa. Et quod dictum est, vnam rem non censeri diuerso iure, multis modis à Doctoribus limitatur, & præcipuè, quod di-
38 uersis † respectibus potest diuerso iure considerari, *lege, miles. §. pro parte, ff. de leg. secundo, Abb. in capit. cum in tua, in fi. de decim. & alios citaui in consil. 127. numero sexagesimo nono, & in cons. 150. num. 101.* potest, quatenus consistunt merita, habuisse animum compensandi: quatenus verò alimenta excedunt merita habuisse animum repetendi, *vide infra in quæstione de tutore.*

In æstimandis autem operis dubium sæpe oritur, an fiat æstimatio habito respectu, quanti potuissent locari ab eo, qui obsequia præstitit, an
39 verò quanti fuisset conducturus † victricus, *argumento l. si non sortem, §. libertus. ff. de cond. indeb.* Et per illum text. ita in terminis loquendo de tutore tenet Cuman. *in consilio octuagesimo octauo, in fin. sequitur Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. si mater, numero octuagesimo primo, ff. de liber. agnoscen.* addo id, quod Bart. *in l. in summa, §. in frumento, ver. sic &, ff. de cond. indeb.* vbi dicit, contra eum, qui domum meam in
40 habitauit, formandum esse libellum, † vt fructus soluat habito respectu ad pensionem, qua ipse conducturus fuisset conuentus, non qua agens erat locaturus, *sequitur ibi Bald. Alexan. in cons. 118. volum. quarto, Dec. in consil. 62. colum. tertia, in fi. Cotta in memor. incip. creditor habitando, Natta in consilio 58.*

numero

num.1. Et ratio est, quia eas tantum operas videtur recepisse, quas coactus fuisset aliunde conducere, si ab alimentario non fuissent præstitæ, non eas, sine quibus potuisset nihilominus vitam ducere, & repetitio datur tantum modo in eo, quod factus est locupletior. Idem videmus in æstimatione, quæ fit de melioramentis in casu restitutionis rei, vel fideicommissi, vel ob restitutionem feudi, quia attenditur quanti res meliorata fuit,
41 † non quantum fuerit in meliorando erogatum, *l. domos hæreditarias, vbi Bart. Angel. Castren. & Ias. ff. de leg. primo, cum infinitis citatis à Menoch. in tracta. de recuper. possess. rem. 15. num. 557. Natta cons. 13. numero 6. consilio 256. numer. 4. Anchar. moder. famil. quæstio. lib. primo, quæst. 46. nu. 6. decis. Perus. 24. nu. 25.* Fiat ergo æstimatio operarum habito respectu ad commodum, quod victricus ex eis perceperit nulla habita ratione quanti fortè victricus, eas potuisset aliis locare. Haberi etiam debet ratio personarum in æstimandis seruitiis, & iudex isto casu †
42 super æquiualentia vtetur suo arbitrio, vt docet Bursat. *in consilio octuagesimo octauo, numero decimo, ver. & quæ seruitia, & voluit glos. in l. fin. ff. de oper. seruo. Corne. consilio 265. numero vigesimo octauo, volum. 1. Cordub. d. §. si mater, num. 80.* vbi addit, quod arbitrio iudicis decidenda committuntur, quæ à lege certam non habent determinationem, *Bald. in l. certum, num. 11. C. famil. ercis.*

In æstimandis etiam operis habenda est ratio personæ, quæ alimenta percepit; alia etenim fiet calculatio, si artifex sit, alia verò si nudus sit mi-
43 nister, quia plus æstimantur artificis operæ, † quã alterius personæ ministerium simplex. *l. fin. §. in eũ ff. de lib. cau. l. vt iurisiurandi, in §. dabitur. ff. de oper. libe.* Et pulchram refert distinctionem Cordub. *in dicto §. si mater, numero septuagesimo sexto*, adducendo ad id Anto. Augustin. & Forcatulum, vbi in impubere, qui sit artifex, vult decernendum esse salarium, non etiamsi simplex sit minister. In summa, certa non potest dari regula, nam tam sagax, tamque potest esse industrius quis, quantumuis impubes & nudus minister, quod nedum alimẽta, sed etiam salarium poterit operis suis mereri, & docet experientia infinitos nunc in nobilium domibus agere impuberes constituto in menses salario, nec minus videmus seruari inter rusticos qui in custodiendis pecudibus, & armentis vtuntur impuberum operis, & salario conducũt, propterea benè pensanda est impuberis qualitas, sicuti & puberis; multi enim adeo desides, & inertes sunt, quibus ne alimenta quidem in operarum compensationem dari possunt, quamuis prouectam ætatem agant. Hæc verò docet experientia, & naturalis ratio, vt legis comprobatione non egeant. Cum verò constat priuignum fuisse continuè in domo victrici, videtur eo ipso constare, quod præstiterit obsequia, & operas, *vt post Bar. Cyn. Abb. & Ruin. concludit Bursat. d. consil. 83. numer. 10.* sed ex prædictis nemo id affirmat, & o-
44 mnino tenetur priuignus probare † obsequia, tum quia cum in facto consistant non præsumũtur, *l. in bello. §. factæ, ff. de captiu.* tum etiam, quia sunt fundamentum suæ intentionis, *l. eum qui. ff. de probatio.* & sola residentia in domo non infert necessariam operarum præstationem, cum non etiam constet illius operas alicuius esse valoris, & earum quoq; qualitas probanda sit.

Tertiò principaliter declara conclusionem prædictam, ne locum habeat, quando impensa esset modica, quia non præsumitur eam factam
45 fuisse animo repetendi, sed donãdi, † *ita Bald. in d. l. si paterno, ver. item & quantitas*, vbi dicit facilius concedi, & præsumi donationem quantitatis modicæ, quam magnæ, *l. vtrum. ff. de donatio. inter vir. & vxo. facit etiam l. prima, & l. alimenta, C. de neg. gest.* vbi præsumuntur donata alimenta modica etiam inter personas, in quibus regulariter datur repetitio, *Corne. in dicto consilio ducentesimo sexagesimo quinto, in fin. volum. 1.* vbi quod si expensæ non sint magnæ, videtur victricus eas fecisse animo donandi. Mihi autem non placet hæc limitatio, nam etsi facilius donetur quid modicum, quàm magnum, tamen nec res modica præsumitur donari, *vt dixi in præcedentibus quæstionibus.* Et prædicti Doctores inter alias donationis coniecturas referunt quidem modicitatem impensæ, sed non dicunt eam solam arguere animũ donandi, propterea necesse erit quod concurrat aliud quid, vt quæ singula non prosunt, multa iuuent, *l. patre furioso, vbi Doctores, præcipuè Ias. ff. de his, qui sui, vel alieni iur.*

Quartò non præsumitur animus repetendi,
46 quando victricus † erat nobilis, & diues, priuignus verò pauper, nam & tunc insurgit coniectura satis valida donationis, Bald. *in dicta l. si paterno, versiculo, & licet glossa*, vbi ait, quòd nobilis miles, & diues, facilius præsumitur donare quàm faciat ignobilis & pauper, *l. filius, ff. de donatio. Salic. numero quarto*, vbi non tam considerat nobilitatem in victrico, quàm paupertatem in priuigno, quæ ideo facit abesse à victrico repetendi animum; qui enim pauperem alit, non videtur sperare repetitionem. Videtur etiam voluisse Castr. *numero primo*, dum ad præsumendum animum repetendi considerat victricum non fuisse valdè diuitem, innuens, quod si diues esset, præsumeretur animus donandi, *Syluan. in consil. 2. numero vigesimo tertio.* Et ratio prædictorum est, quia nobi-
47 litas facit præsumi † donationem, *glos. in l. vxori suæ, §. fin. vbi Bart. ff. de leg. 3. Bald. in l. 2. colum. 2. C. de iure dot. infinitos ad hoc citat Tiraquel. in tracta. nobilit. cap. 37. numero quadragesimo septimo, vbi allegat etiam Bald. in d. l. si paterno.* Et addit quod parum etiam eis videtur dare, quando multa donant, exemplo Comissiæ Matildæ, quæ aliquantulum terræ dicebat in ecclesiam contulisse, cum donasset triginta milliaria terræ, *vt refert glos. in l. sed etsi susceperit, §. 1. in ver. modica. ff. de iudic. Menoch. d. casu 88. numero quadragesimo nono, & sequenti.* Ratio autem rationis est, quia ipsorum magnatum, & Principum proprium est & peculiare, † donationem,
48 & liberalitatem exercere, *Alexand. Ias. & alij in l. pactum curatoris, C. de pac. Neuiza. in consilio duodecimo,*
49 *in 3. ratione.* Infertur hinc quòd tutor † principis

potest

potest donare, *glos. in cap. grandi, de supplen. neglig. prælat. Ale. & alij supracitati.* Et id quidem intellige non in quocunque nobili, sed in eo qui magna fulgeat nobilitate, & opibus abūdet, ita enim intelligunt prædicti, item intellige, quando priuignus non est æquè diues, sed potius ad paupertatem vergit: quia vt aduertit Salic. *in d. l. si paterno*, non tam ipsum victricum attendimus, quàm & priuigni qualitatem.

Quintò generaliter declara, vt non præsumatur animus repetendi, quando coniecturæ aliquę
50 & præsumptiones donādi subsisterent, † desumptæ ex qualitate priuigni, vel victrici, *vt declarat Bar. in d. l. si paterno, vbi etiam Bald. Salic. Castren. Aret. & Alexan. Capra in cons. 105. num. 5. Corne. dicto consilio 265. in fi. vol. 1.* Et ratio est, quia quod voluerit donare, vel repetere, dependet ab animo; ea vero, quę in animo cōsistunt, occulta sunt & ideo indiciis, & cōiecturis probāda sunt. Hinc videmus
15 declarari animum † priuatā scriptura, *d. l. Nesennius, vbi Doctores, ff. de neg. gest. Crau. in consilio 125. numer. 3.* & testes singulares admitti ad probationem
52 † animi, *Castren. consilio 395. colum. tertia, volum. secundo, Crau. in consilio 73. numero 33. dixi in consilio 94. numero 47.* & in his, quæ sunt difficilis probationis, contentatur lex iis probationibus, quę ex natura rei haberi possunt, vt sunt iura vulgata.

Et quia ex diuersitate accidentium, & factorum ius variatur, ideo iudicis arbitrio committitur, quæ sufficiens sit coniectura ad præsumen-
53 dum, vel donationem, vel repetitionem, † ex quo in iure non est determinatum, *capitulo, de causis, de offic. deleg. l. prima, ff. de iure delib. Corne. dicto cons. 265. in fi. Capra dicto cons. 105. in fin.*

Hæc omnia optimè procedunt retenta communi opinione, quòd victricus in dubio habuerit animum repetendi; quod si vnus contrarium teneret, illum scilicet habuisse animum donandi, intelligere tamen debet non procedere, quando ex coniecturis aliud appareret, puta quia protestatus fuisset se alere animo repetendi, *argumento d. l. Nesennius, ff. de neg. gest.* vel quando scriberet super libro impensas, quas faciebat, *d. l. Nesennius, gl. in d. l. si paterno*, vbi dicit quod prædictis, & aliis etiam modis probari potest animus repetēdi: idem est, quando administrat patrimonium priuigni, *Roman. in cons. 255. num. 2.*

54 Imò econtrà animus donandi † colligitur, quando non administrabat, quando non est protestatus, quando non tenebat librum rationum, *vt latè ponit Bursat. in cons. 83. num. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Frater non repetit alimenta, quæ fratri præstitit quem alere non tenebatur.*
2 *Donatio præsumitur ex sanguinis coniunctione.*
3 *Frater in dubio præsumitur dotasse sororē de bonis propriis.*
4 *Frater repetit alimenta, quæ præstitit familiæ alterius fratris si non est vsus operis.*
5 *Frater repetit à fratre quod impendit vt illum captiuū redimeret.*
6 *Frater in dubio impendere videtur animo repetendi.*
7 *Donatio ex coniunctione sanguinis non inducitur nisi in casibus expressis.*
8 *Donatio præsumitur, quando frater redimit fratrem si non protestatur.*
9 *Impensa in redimendo, æquiparatur impensæ alimentorum.*
10 *Impensa in redimendo iudicatur etiam, quando quis est corporali pœna plectendus, si non soluat pecuniam.*
11 *Bona fideicommisso subiecta alienari possunt pro eximendo grauatum de carceribus. contra nu. 17.*
12 *Ecclesiæ bona alienantur pro redemptione carceratorum.*
13 *Ecclesiæ bona alienantur pro redimendo grauatum apud hostes captiuum.*
14 *Legatum pro liberandis carceratis dicitur pium.*
15 *Legatum pro redimendis captiuis est pium.*
16 *Exequutores deputati ad liberandum captiuos possunt distribuere in liberandis carceratis.*
17 *Bona fideicommisso subiecta alienari non possunt vt grauatus liberetur à carcere, in quo positus est propter delictum.*
18 *Frater administrans bona fratris censetur impendere de alieno, non autem donare de proprio.*
19 *Frater dotans sororem, non præsumitur velle donare si sororis bona administrabat.*
20 *Dotans mulierem non videtur donare, quando est illius debitor.*
21 *Dotans si est extraneus ei debitor non præsumitur velle donare, secus in consanguineo.*
22 *Debitor quando soluit præsumitur velle extinguere debitum.*
23 *Frater si quid soluit sorori, præsumitur soluisse in causam dotis, quam debebat.*
24 *Confessio subsequens censetur facta ex causa promissionis, quæ præcessit.*
25 *Frater & mater administratores bonorum filiæ censentur donare quando docent.*
26 *Frater alens sororem potest retinere penes se fructus legitimæ spectantis ad filium.*
27 *Frater, qui præstitit alimēta repetit, si fuit protestatus.*
28 *Frater, qui aluit familiam fratris seruando frumentum maioris præcij, repetit impensam.*
29 *Frater repetit à fratre impensam magnam, quam fecit pro eo.*
30 *Frater repetit à fratre impensam magnam quam fecit pro familia fratris sustinenda.*
31 *Frater an repetat magnam impensam pro alimentis, quæ præstitit fratri.*
32 *Impensa an sit magna, vel parua, attenditur qualitas personarum.*
33 *Frater repetit à fratre impensam factā circa res illius.*
34 *Animus repetendi præsumitur in fratre, qui impendit pro fratre.*
35 *Frater maior repetit à fratribus impensam quam fecit pro communi familia in emendis bobus, vel reficiendis domibus.*
36 *Frater repetit à fratre, quæ impēdit in rebus communibus, & in exoluendo communi debito.*

QVÆ-

QVÆSTIO XII.

NOn minus dubia est quæst. an frater, qui fratri alimēta prēstitit, possit ea repetere. Sed in hac quoq; cōcontrouersia termini quæstionis sunt constituendi, quando frater non tenebatur fratrem alere: nam vbi tenebatur, nusquam conceditur repetitio eius, quod præstare cogi poterat: in hac itaque controuersia videtur vera concluſio, quòd frater non repetat,
1 quia videatur impendisse † animo dandi, *ita Bald. in l. filius cuius, in 3. nota. num. 3. C. famil. ercis. argumento l. Nesennius, §. 1. ff. de neg. gest. idem voluit Bald. in l. certum. num. 10, ver. Vlterius quæri potest, C. eo. tit.* vbi post Nicol. Matar. dicit quòd frater, qui de pecunia propria aluit fratrem, & fratris familiam, videtur intuitu pietatis, & ratione naturalis obsequij impendisse, atq; ideo non repetit, *argumento d. l. Nesennius. hoc item tenuit Dec. in cons. 628. num. 8.* vbi distinguit inter expensam alimentorum, & aliam. Idem tenuit Bald. *in l. fi. C. de collatio.* vbi ait, quòd si ex duobus fratribus simul viuentibus vnus in expensam alimentorum familiæ plus contribuit, quàm alter, demum non poterit repetere, quia illud videtur communicatum, & subdit ēsse casum expressum *in capitulo primo, §. si duo fratres, in tit. de fratribus de nouo benef. inuest.* Mouetur tamen non fauore alimentorum, nec quia impensa facta fuerit intuitu pietatis, sed ob vim, & naturam societatis, de quo dicam suo loco paulò infra. *Dec. in d. l. fin. num. 4.* vbi distinguit inter impensam factam pro alimentis, & eam quæ fit in aliam causam. Et licet ipse latè agat, multosq; Doctores alleget; tamen quia loquuntur de fratribus sociis, non videtur mihi id pertractandum hoc loco, *Natta in cons. 264. num. 4. circa principium, Mascard. in conclus. 186. nu. 7.* etsi rectè consideretur, hęc fuit quoque intentio Alexand. *in l. si negotium, in fi. C. de neg. gest.* vbi reprehendendo ibi Castren. vult quod sicut in ascendentibus, ita etiam in trāsuersalibus prę sumatur animus donandi, *allegat Rom. in l. quæ dotis ff. soluto matrimonio.* Et licet non loquatur explicitè in alimētis, debet tamen in eis intelligi, quia animus donandi in ascendentibus, & descendentibus non præsumitur, nisi vbi agitur de expensa circa personam facta, *vt dixi supra in quæstione*, vbi tracto an mater repetat impensam factam pro filio, & in quæstione sequenti. Cum ergo dicta Alexan. non possint verificari, nisi in alimentis, fatendum est eum loqui de alimentis, non de aliis impensis. Cum prædictis quoq; transit Benincas. *in tracta. paupert. in 7. quæst. princ. in 2. specia. iudic. nu. 3.* dicens, quod frater quidquid impendit in alimēta fratris, videtur donare, & intuitu pietatis facere, *Crau. in cons. 159. num. 10.* Et prædictorum ratio esse potest fauor alimentorum, & sanguinis con-
2 iunctio, quæ solet inducere † præsumptionem donationis, vt probat text. *in l. si seruus communis, ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi ob sanguinitatem, si frater consentiat fratrem donare vxori rem communem, præsumitur donare; & de eo text. ponit Bald. *in l. 2. col. 2. C. de iure dot. Iaf. in l. quæ dotis, num. 18. ff. solut. matrim. Menoch. de arbitr. iudic. casu 88. num. 15.* vbi agit de illius intellectu, vt per eum, & pro hoc facit quod voluerunt Bald. & Salic. *in l. fin. C. de dot. promiss.*
3 vbi dicunt, quod frater in dubio † videtur sororem dotasse de bonis propriis, atque ita donasse, tum quia extraneus dando dotem videtur donare, *l. vnica, §. accedit, C. de rei vxor. actio.* & frater dicitur extraneus, ex quo sororem non habet in potestate, *d. l. vnica, §. extraneum.* tum verò, quia sanguinis cōiunctio facit præsumi donationem, *l. Procula. ff. de probatio.* Et illam decisionem probauit *Ripa. in l. 1. num. 94. ff. soluto. matrim.* dicens quod frater censetur sororem dotare de proprio, *Menoch. d. casu. 88. num. 40. Mascard. in conclus. 76. num. 6. vbi alios citat.* Cum autem valeat argumentum de dote ad alimēta, si in dotante præsumitur animus donandi, idem erit in alente.

Non tamen contradictione caret ea propositio. Nam Castren. *in dicta l. si negotium, in principio, C. de negot. gest.* contrarium videtur tenere dum dicit, quòd inter fratres, & sorores non præsumitur animus donandi, & eum sequitur Ruin. *in consilio 101. num. 1. vol. 4. Natta in cons. 264. numero quarto,* vbi allegat glos. *in l. si paterno, C. de neg. gest.* quæ etsi loqui videatur in expensa facta circa res: tamen, quia textus loquitur de alimentis, debet de eis intelligi. Et dicit Corne. *in consilio centesimo nonagesimo nono, columna fin. ver. circa secundum, volum. tertio,* quod reperitur solùm dispositum in ascendentibus, quod præsumatur in eis animus donandi, nō autem in aliis. Et hanc partem, quòd in fratre non præsumatur animus donandi, tenuit etiam Menoch. *in tracta. de arbitr. iudic. casu centesimo vigesimo septimo, numero nono, facit quod voluit Bald. in l. si paterno, in fi. C. de neg. gest.* vbi ait, quod si frater im-
4 pendit in alimenta † familiæ alterius fratris, poterit repetere, si modò ipsius familiæ operis non est vsus, *& eum sequuntur multi, quos referam in quæstione, vbi tractabo, an socius repetat a socio.* Addo Bald. *in l. liber captus, num. 4. C. de captiu. & postlim. reuers.* vbi dicit, quòd frater repetit à fratre id, quod im-
5 pendit, vt illum redimeret † à captiuitate, & tamen talis impensa æquiparatur impensæ, quæ fit pro alimentis, vt supra dixi de matre, & dicitur ea impensa facta circa personam. Quo casu apud Doctores *in l. si paterno*, eadem est determinatio, & facit generalis regula desumpta à glos. *in d. l. si paterno*, quod frater in dubio videtur impendere
6 † animo repetendi, *Dec. dicto consil. 628. colum. penult. in fi.* Confirmari etiam potest, quia dispositio facta de liberis & parentibus, non habet locum in fratribus, *l. tertia. §. liberis. ff. de leg. præstan. facit §. inter eas, Instit. de nupt. Dec. dicto consilio ducentesimo vigesimo secundo, colum. fin.* & in fratre non cadit pietas, aut affectio, quanta in parentibus, & filiis, ergo non debet cadere prę sumptio donationis. Et non obstant, quæ supra in oppositum considerantur, & præcipuè Bald. *in l. certam, numero decimo, C. famil. ercis.* quia loquitur, quando pater viuebat, & filij omnes sub eo degebant, & ratio est, quia cum pater teneretur filios alere si vnus ex eis aluit

alterum

alterum non gerit vtile illius negotium, & consequenter à fratre non repetit sicuti dicimus de matre, quæ filium aluit, cui alimenta debebantur à patre: non etiam repetit à patre, quia videtur patri donasse, secundum ea, quæ supra dixi in quæstione, an filius alimenta patri præstita repetere possit. Rursus Bald. loco prædicto *in fi.* nihil dicit quando est dubium, qua intentione frater alimenta præstiterit, sed solùm loquitur duobus in casibus, quando administrabat, & quando fecit intuitu pietatis, non autem quærimus si in casu dubio videatur donare.

Quæ verò dicta sunt de fratribus simul habitantibus, quorum vnus alat totam familiam, vel in alimenta plus impendat alio, procedunt non à fraterna charitate, & affectione, aut pietatis cõtemplatione, sed ratione communionis, vti dicunt multi ex eis: Quinimo illud etiam absolutum non est, & multi tenent, repetitionem dari, vt dicam infra, dum tractabitur quæstio, an socius repetat impensam factam pro socio. Similiter alimentorum fauor non sufficit ad inducendam donationis præsumptionem, si solùm sit affectio aut sanguinis † coniunctio nõ inducit donationem, nisi in casibus expressis, vt declarando textum *in dicta l. si seruus communis, ff. de donat. inter vir. & vxor.* ponit Menoch. *dicto casu 88. num. 15.* & argumentum deductũ à dote ad alimenta, vt sæpè dixi, non est semper validum. Arbitror tamen eam sentẽtiam nedum communem, sed etiam veram, quod fratri repetitio non concedatur, ex quo præsumitur donandi animo impendisse.

Limita tamen in impensa, quam frater fecerit pro redimendo fratre ab hostibus, vel etiam à carcere, quia illam frater repetit, ita Bald. *in l. liber captus, num. 4. C. de captiu. & post lim. reuers.* vbi dicit quod datur repetitio, si frater redemptus est dives: aliàs verò si pauper sit, non tenetur, quia videtur impendisse intuitu pietatis, *argumento l. Nesennius, ff. de neg. gest. sequitur Dec. in consilio 628. in fi.* Sed Bald. *in authen. si captiui. numero 8. C. de Episcop. & cler.* dicit, quòd impensa in redimendo † videtur facta animo donandi, nisi sit protestatus, *allegat d. l. liber captus.* Et hæc pars est meo iudicio verior, quia redemptionis impensa † æquiparatur impensæ alimentorum, vt inquit Bald. *d. authen. si captiui, num. 8.* & dixi supra loquendo de matre, quæ vult repetere impensam alimentorum filio præstitorũ. At impensa alimentorum repetitur à fratre, ergo & ea quæ fit in redemptionem, *& in dicta, quæstio.* posui expressè, an mater repetat expensam redemptionis, & confirmaui ex eo quod dicunt Doctores *in authen. res quæ, C. commun. de legat.* vbi dicunt quod bona restitutioni subiecta non minus alienari possunt pro redemptione captiui, quàm pro alimentis grauati.

Quod autem dicitur de redemptione, intelligi non solùm, quando erat captiuus hostium, sed etiam quando esset in carceribus communis, & esset suppositus corporali pœnæ, vbi non solueret pecuniariam intra † certum tempus, quia hic habetur pro captiuo, secundum Bald. *in d. l. liber captus. num. 2.* vbi loquitur in matre, & limitat, quando protestatio præcessisset, & confirmari potest illius sententia ex mente Fulgos. *in authen. res, quæ, num. 7. C. commun. de legat.* vbi ait quod sicuti bona fideicommissi alienantur pro redimendo grauatum à manibus hostium, ita etiam pro eximendo † illum à carceribus, quibus mancipatus fuerat propter delictum, & Fulgos. opinionem dicit veriorem Alexan. *in l. Marcellus. §. res quæ, num. 3. ff. ad Trebellia.* facit etiam, quia bona ecclesiæ non minus alienantur pro redimendis carceratis, † *glos. vltima in c. sacrorum. 12. quæst. 2. quam sequũtur ibi Doctores,* & Bald. *in l. illud, numero primo, C. de sacros. eccles.* Campeg. *in tracta. dot. par. prima, quæstio. 12.* Gomes. *in §. item si quis in fraudem, numero 32. Institut. de actio.* Didac. *lib. secundo variar. resolut. capitulo decimo sexto, num. 9.* Lupus *in rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 78. num. 3. & Boer. in decis. 128. nu. 3.* quàm alienari possint pro † redemptione captiuorum, *l. sancimus, C. de sacros. eccles.* & legatum factũ pro exemptione carceratorum non minus † pium iudicatur, *secundum Bald. in l. illud, num. 1. C. de sacros. eccles. vbi castrens. numero 3.* Tiraquel. *in præfatio. tracta. de pia causa, ver. item relictum,* quàm sit quando fit pro redimendis † captiuis, *l si quis pro redemptione, C. de donatio.* & dicunt Bald. & Imola *in l. quamuis. ff. soluto matrimonio,* quod exequutores à testatore deputati ad distribuendum pecunias in redemptionem captiuorum, possunt eas erogare in eximendo † delinquentes carceratos.

Cum verò in toto iure nihil sit pacificum, posset de prædicta Bal. decisione dubitari, quia communis videtur opinio, quòd carcerati propter delictum grauati onere fideicommissi non possint bona alienare, vt se à carceribus † vendicent. Atque ita tenent Ang. *in d. auth, res quæ, num.... vbi Salic. num. 4. Castrens. num. 13. Ias. num. 20. & 33. & Curiun. num. 32. idem etiam tenuit Ang. in d. l. Marcellus, §. res quæ, numero 2. vbi Imola, num. 9. Roman. nume. 7. Socin. communem dicens, num. 4. Claud. Aquen. numero 2. Alexand. in cons. 23. numer. 14. volum. 1. Crot. in l. filius familiãs. §. diui, num. 71. ff. de leg. 1. Felyn in c. quæ in ecclesiarum, num. 67. de constitut. Didac. d. cap. 16. num. 9. Boer. decis. 128. num. 2.* Sed etsi hæc vltima sententia vera sit in suis terminis, tamen in proposita quæstione qua agimus, an liceat fratri repetere impensam, quam fecit pro eximendo fratre carcerato ob delictum; placet mihi prima, quòd scilicet nõ repetat pietas enim, quæ facit præsumi animum donãdi, non minus versatur, quando de aliquem excarcerando, quàm vbi agimus de redimendo captiuum ab hostibus; nec in exercenda pietate attendi debẽt illius merita, in quem beneficium confertur, sed inspicimus personam expendentem, pro quo sufficiat allegare Philosophi illius factum, qui suadendi cuipiam, ne eleemosynam daret viro infami, & ganeas frequẽtanti, respondit: demus ei aliquid tanquam homines, non tanquam homini. Vbi verò agitur de euersione fideicommissi, tunc tum propter interesse tertij, tum etiam, quia tractatur de facienda impensa, durius agendum est. At in facto nostro expensa

est facta, & solùm quærimus, qua intentione sit facta. Proinde nihil est quod pietati repugnet, sicuti cum agitur de facienda impensa, & facilius concedi, quòd impensa iam facta referatur ad pietatem, quàm quod concedatur illam posse fieri in causam piam.

Declara secundo loco principalem decisionem, ne procedat quando frater administrabat bona fratris, quia tunc censetur erogasse de pe-
18 cuniis † fratris, non de propriis. Et ratio est, quia non est præsumenda donatio, quando considerari potest alia causa impendendi. Ita determinat Bald. *in l. filia cuius, numero 3. C. famil. ercis.* vbi dicit, quod frater non repetit impensam alimentorum, nisi esset administrator, *Natta in consilio ducentesimo sexagesimo quarto, num. 4. & post Pet. de Vbal. quem citat, ita tenet Menoch. in d. tracta. de arbitr. iudic. casu 88. num. 25. addo Ruin. consil. 101. numer. 1. vol. 4. vide Mascard. conclus. 571. num. 8. & 11. vbi latè.* Et confirmatur hæc sententia ex iis, quæ dixi supra, loquendo de alimentis à matre repetendis, & facit quòd voluit Ripa *in d. l. 1. num. 94. ff. soluto matrim.* vbi ait, quòd etsi frater in dubio videatur fororē dotare
19 animo † donandi, ex quo habetur pro extraneo: tamen si administrabat bona sororis præsumitur habuisse animum repetendi, *argumēto l. Nesennius. ff. de negot. gest.* Et quod dicimus de fratre administrante, locum habet etiam in fratre, qui sit fratris debitor, quia præsumitur in extinctionem debiti soluere propter rationem supra dictam, quòd non præsumitur donandi animus, quando sumi potest alia coniectura, vt in simili dicit Bar. *in l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. 3.* quòd dotans
20 mulierem non præsumitur velle donare, † quando est illius debitor, sed potius censetur debitum proprium extinguere, sequitur Ruin. *in cons. 223. num. 1. vol. 1.* vbi loquitur in fratre, licèt Bar. loco præcitato loquatur generaliter, & indistinctè in quocunque, & idem Ruin. dicit in fratre, *in consilio 152. num. 9. volum. 5.* vbi tenet, quòd frater debebitor videtur habere animum compensandi, & gerendi vtile negotium mulieris, propterea repetit, seu imputat, & idem in quocunque extraneo debitore voluit Bald. *in l. fin. in fi. C. de iure dot.* vbi glos. ibi volentem quod extraneus dotans mulierem repetere possit, intelligit in extraneo
21 † administratore, vel debitore mulieris. Et ratio
22 est, quia datum à debitore in dubio † præsumitur datum in causam debiti. *l. si cum dotem, §. si pater. ff. soluto matr. Brun. de statut. exclus. fœmin. art. 6. nu. 243.* vbi infert, quod si appareat fratrem aliquid dedisse sorori, nec appareat in quam causam, iudi-
23 cabitur in causam † dotis, quæ debebatur, & generalius ita constituit regulam Bar. *in l. triticum, numero 4. ff. de verb. oblig.* dicens, quod confessio, vel
24 numeratio † subsequens facta censetur vigore præcedentis promissionis, & prædictam decisionem, quod frater debitor dare videatur animo compensandi, sequitur Lupus *in rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 66. num. 13. Alciat. in cons. 153. num. 3. Ruin. in cons. 65. numero 7. vol. 3. Campeg. de dote, par. 1. quæstio. 24. Bald. in l. Nesennius, numer. 3. ver. ex hoc. ff. de negot. gest. vbi tamen declarat. Menoch. d. casu 88. numero quadragesimo tertio.*

Sed in hoc, quod dictum est, dotem datam à debitore posse repeti, non desunt, qui contra dicant. Nam oppositum tenuit Bald. Nouel. *in tracta. dot. in 6. par. priuileg. 45. post med.* vbi etiam si extraneus sit debitor, vult tamē dotis fauore, quod præsumatur donare, ex quo non declarat quo animo. Imò Cyn. *in l fin. in tertia quæstio. C. de dot. promissio.* tenet indistinctè, quod frater, vel mater et-
25 iam administrantes † bona filiæ vel sororis censeantur dotare animo donandi. Id quod voluerunt etiam Martin. de Fano. Iac. de Aret. & Salyc. Bald. *in d. l. Nesennius, colum. 2. Imola in l. prima, colum. secunda, ff. soluto matrimonio, & latè comprobat Alba. in cons. 12. per totum.* mihi verò in ea quæstione non displicet distinctio Ruini *in consilio 65. numero 7. volumna 3.* dicentis, quod aut dos datur à patre, vel hærede patris, vel alio qui tenebatur dotare; & tunc licèt ille administret bona mulieris, vel sit illius debitor, semper dotādo videtur de suo dotare: aut dos ab eo datur, qui dotare non tenebatur, & tunc si erat debitor, aut administrator videtur debitum exoluere, quandoquidem si quis tenetur dotare, non est dubium quòd videtur extinguere debitum dotis, quod sibi incumbebat, quando dotem soluit, nec potest in aliam causam trahi, nam si duplex erat eius debitum, dotis scilicet, & mutui, vel commodati, vel alterius causæ, si soluit in causam dotis, extinguere videtur debitum, quod ex causa dotis proueniebat, non quod ex alia causa. At si non tenebatur ad dotem, videtur soluere in extinctionem eius debiti quod solùm extabat, non autem voluisse donare. Subsistit ergo conclusio, quòd si frater erat debitor fratris ex aliqua causa soluendi pro eo in causam alimentorum, non videtur donare, sed se ab onere eximere quo tenebatur.

Et pro confirmatione prædictorum facit, quia
26 si frater debitor sororis pro legitima † alat sororem, poterit legitimè fructus penes se retinere, & cum eis compensare quidquid soluit pro alimentis, *secundum Crau. in cons. 189. Gram. consilio ciuili 146. quos allegat Caphal. in consil. 85. num. 1. & sequenti. Cordub. in l. si quis à liberis, §. si mater, num. 35. ff. de liber. agnoscen. sed mihi Crau. & Gram. hoc non dicunt;* Quidquid tamē sit arbitror decisionem esse veram per rationem prædictam, quòd debitor soluens alimenta videtur habere compensandi animum, non autem donandi.

Restringe tertiò, quando frater præstando ali-
27 menta fuisset protestatus, † quòd intendebat repetere: nam cessat tunc omne dubium, cum declaretur animus eius per protestationem, *ita Bald. in d. l. filiæ cuius, num. 3. & aly quos supra citauimus circa præcedentem limitationem, & faciunt quoque dicta supra in quæstione de matre.* Et nostra quæstio est quando dubia est fratris alentis intentio, at præstatio remouet dubium, & reddit voluntatis eius certum testimonium.

Et idem est omnino, quando alia coniectura posset considerari ad excludendum donationem, se-

nem, secundum Bald. *in l. filiæ cuius, num. 3.* vbi ponit exemplum, quando vnus fratrum rector domus vellet frumentum seruare † in tempus, quo
28 sit maioris valoris, interim verò familiæ onera sustinet de proprio; tunc enim non censetur velle impensam donare, & quam naturali charitate inspecta non tenebatur alere, *argumento l. fin. ff. de petitio. hæred.*

Quartò intellige, vt non videatur donare frater, quando impensa erat magna, & immoderata, sed potius colligitur animus repetendi. Ita Roman. *in l. quæ soluto matrimonio*, vbi dicit fratrem re-
29 petere † posse, quod impendit pro fratre, quando impensa est magna, *sequitur Alexand. in l. si negotium, in fi. C. de neg. gest.* Et hoc videtur voluisse Bald. *in l. si paterno. C. de neg. gest.* dum primò loquēdo inter victricum, & priuignum, vult quod quantitas impensarum consideretur, exinde verò infert ad impensas, quæ fiunt à fratribus existentibus in communione. Et ita tenet Angel. *in l. fin. C. de collatio.* dum inquit fratrem, qui in communis familiæ sustentationem impendit, repete-
30 re posse † si fructus erant magnæ quātitatis, secus si erant modici. Et ibi Castren. *numero tertio*, dicit limitationem istam sibi satisfacere, *idem tenuit Ruin. in consilio centesimo primo, numero primo, & in consilio centesimo quadragesimo quinto, numero nono, volumine quarto, Natta in consilio ducentesimo sexagesimo quarto, numero quarto, Menoch. de arbitr. iudic. casu 127. numero nono.*

Contra verò Castren. *in d. l. si negotium, in princip. C. de neg gest.* dicit, quòd distinctio inter modicam, & magnam impensam, fit solùm inter ascēdentes & descendentes, non inter collaterales, & infert, quod ideo frater etiam modicam impensam repetit à fratre, id quod tamen est contra cōmunē opinionē, *vt dixi supra.* Et Dec. *in l. fi. C. de coll.*
31 dicit etiam magnam impensam non repeti, † quādo facta est pro alimentis, & ita constituit differentiam inter impensam alimentorum, & aliam, vt primo casu semper videatur facta animo donandi, etiamsi grauis sit, secundo verò liceat magnam impensam repetere, sed modica intelligatur donata, *sequitur Crau. in cons. 159. num. 10.* Sed prior opinio est verior. Vidimus enim similem distinctionem fieri in matre, cuius maior est charitas & affectio erga filium, quàm fratris erga fratrem. Ideo reprehendit illum Menoch. *d. casu 127. num. 9.* Posset tamen Decij dictum sustineri inter fratres socios, alia tamen ratione, sed de hoc dicam infra in quæstione de socio, an repetat impensam factam pro socio.

In hac tamen limitatione considerabitur im-
32 pensa, an sit magna † vel parua ex qualitate personarum, puta si nobiles sint, vel ignobiles, & ex quantitate patrimonij, cuiusq; ipsorum, vt considerat Bald. *in dicta l. si paterno.* Et dixi de matre, vbi poterit videri, ne omnia repetantur.

Restringi debet quintò principalis nostra cōclusio, vt non vendicet sibi locum in impensa, quæ facta est non in alimenta aut circa personam
33 fratris, sed circa res † & bona, quia illa poterit semper repeti, & in ea non præsumitur animus
34 donandi: Et ratio est, quia in dubio expēsa, † quę fit pro fratre, videtur fieri animo repetendi, *glos. in l. si paterno, C. de negotiis gestis*, & est textus expressus *in dicta l. negotium, C. eod. titu.* vbi frater qui tributa soluit pro bonis sororis, repetit, & ibi Castr. notat, quod inter fratres, & sorores non præsumitur animus donandi, imò nec inter ascēdentes & descendentes quoad impensam, quæ non respicit personam. *Et hoc etiam notant ibi Bald. Ang. Castren. & Alexan. idem tenuit Dec. in cons. 628. col. penul. in fi. idem Dec, in l. fin. C. de collatio. vbi ante eum, Angel. Castr. & alij.* Et dicit Bald. *in l. filiæ cuius, num.*
35 *3. C. famil. ercis.* quod si ex fratribus maior † natu ponit propriam pecuniam in refectionem communis patrimonij, vel boues emit pro colendis communibus terris, recuperabit à fratribus eam impensam pro cuiusque ipsorum portione, per text. *in lege, ex duobus. §. Titium, ff. de negot. gest.* Hanc quoque partem probauit Alexand. *in lege, si filius, in fi. C. de neg. gest. vbi citat Bald. idem Alexand. in consil. 99. in fi, vol. secundo.* vbi tamen loquitur de impensa facta in redemptionem fratris, qui casus, secūdum prædicta, est magis dubius, & dicit Aretin. *in dicta lege, si negotium, in principio*, quod frater expendens pro fratre vel sorore in rebus eorum, videtur habere animum repetendi. Et dicit Dec. *in l. fin. C. de collatio.* quod extra causam victus impensa, quam frater fecit pro fratre, censetur semper facta animo repetendi. Et dicit Alexand. *in cons. 168. num. 11. volum. 2.* quod expensa facta ab vno ex fratribus pro recuperatione Castri communis, repeti potest, quia vbi capi potest aliqua alia coniectura, nunquam præsumitur donatio, *sequitur Ruin. in cons. 100. num. 3. vol 4. Et prædictum Alexan. consilium repetitur etiam in consilio vigesimo, volumine quinto.* Et dicit Ruin. *in consilio centesimo primo, in principio. eodem volumine quarto*, quod frater repetit
36 expensas factas † pro fratre, siue in rebus communibus, *lege, si communes, vbi glossa, ff. de neg. gest.* siue in communi lite, *lege qui aliena, §. fin. ff. de neg. gest. lege ex parte, in principio. ff. famil. ercis.* siue in exoluēdo communi debito, *lege, siue pro fratre, C. de neg. gest.* Et inquit Dec. *in consilio vigesimo primo, numero septimo, in fi.* quod expensa quę fit pro fratre, in dubio videtur fieri animo repetendi, *& idem dicit alibi, vti citat Menoch. in d. tracta. de arbitr. iudic. casu 88. numero 10. vbi citat etiam Ruin. Crau. & alios, idem tenuit Benincasius in tracta. pauperta. in septima principa. quæstione, in secundo specia. iudic. numero trigesimo Natta consilio ducentesimo sexagesimo quarto, num. 4. Ioseph. Ludouicus, conclus. quinquagesima tertia, versiculo, & ideo si ex bonis.*: Quia si mater, quæ maiorem affectionem habet erga filium, quàm habeat frater erga fratrem, repetit impensas factas in res filiorum, *vt diximus suo loco*: multò magis repetet frater, in quo non cadit tanta pietatis & amoris ratio. Habes igitur absolutam hanc quæstionem, quādo frater repetat alimenta & impensam factam pro fratre.

SVMMARIVM.

1 *Frater socius non repetit impensam alimentorũ quam fecit pro fratre socio.*
2 *Duo vincula magis ligant.*
3 *Socius non repetit quod impendit in alimenta socij, quando societas est vniuersalis, secus si particularis.*
4 *Dos vxoris vnius ex sociis vniuersalibus acquiritur omnibus sociis.*
5 *Societati acquiritur quidquid vnus ex sociis acquirit si societas est vniuersalis.*
6 *Societas vniuersalis vbi extat, nihil dici vel esse potest particulare inter socios.*
7 *Socius particularis finita societate repetit quidquid vltra suam portionem soluit pro socio.*
8 *Socius non repetit impensam factã de fructibus si fructus consumpti sunt.*
9 *Socius quando repetat impensam quam fecit pro societate.*
10 *Societate tacitè contracta actum videtur quod quis ferat virilem omnium sumptuum.*
11 *Socius particularis repetit quidquid vltra suam portionem soluit pro societate.*
12 *Dos per vnum ex sociis data filiæ alterius socij quando repetatur, & quando non.*
13 *Dos de bonis communibus per vnum ex sociis data filiis propriis alio sciente, & patiente imputatur societati.*
14 *Socius repetit à socio quod pro eo impendit extra causam alimentorum si societas non est vniuersalis, aliàs secus.*
15 *Socius repetit alimenta socio præstita viuenti extra domum si societas est particularis.*
16 *Habitatio & conuictus non præsumitur, sed probari debet.*
17 *Duo quando obstant, vno sublato alterum subsistit.*
18 *Familia. Non dicuntur de eadem familia, qui habitant sub eadem claui, nisi etiam simul viuant in mensa.*
19 *Socius non repetit à socio alimenta quando impensa est modica.*
20 *Impensa magna vel modica, iudicis officio æstimatur.*
21 *Socius minor repetit modicam impensam factam in alimenta socij.*
22 *Prælatus potest quid modicum donare, & ibi quid in minore.*
23 *Alienatione per statutum prohibita non censetur prohibita alienatio rei modicæ.*
24 *Societas potest contrahi cum pupillo.*
25 *Socius non repetit à socio impensam quando ipse quoq; socius solus sustinuit onus commune.*
26 *Frater non impendit à fratre impensam factam circa illius familiam, quando filius socij habuit in obsequio.*

QVÆSTIO XIII.

SIfrater possit repetere quod impendit pro fratre, diximus in superioribus, nũc dicẽdum, si vnus ex pluribus sociis impenuit in alimenta socij, possit ne id totum à socio repetere. Et Bald. *in l. filiæ cuius, num. 3. C. famil. ercis.* dicit quòd frater habitans in communione
1 cum fratribus, non eis imputat † expensas alimẽtorum, quas fecit, *argumento l. Nesennius. §. 1. ff. de negest.* & est text. *in cap. 1. §. duo fratres, ibi, fructus tamen, de duob. fratr. de no. inuestit. de benef.* & ibi Bald. *num. 2.* inquit, quod viuentes ad vnum panem & vnum vinum, debent inuitem cõicare reditus omnes, & prouentus suorum bonorum vsque ad necessitatem victus; id verò quod deductis alimẽtis supereſt, ad dominum spectat. Et Ang. *in l. ex duobus, in princip. ff. de negest.* vbi dicit, quod si vnus fratrum pro communi victu de fructibus bonorum plus contulit, quàm alter, non poterit repetere, quia censentur consumpti ex necessitate cuiusdam societatis. Allegat text. *in d. §. duo fratres.* Idem voluit Bald. *in l. fin. C. de collatio.* inquiens, quòd si ex pluribus fratribus habitãtibus in communione, vnus de fructibus aduentitiorum & laborum suorum, plus quàm alter contulit in conuictu, non repetit, quia fructus consumpti censentur tacitè communicati iure societatis, conuiuendo, & facti videntur de societate vitę, allegat tex. prędictum *in §. duo fratres,* sequitur ibi Ang. qui tamen subdit, quod ille textus non probat, quia loquitur de emptis ex communi pecunia, atq; ibi Fulgos. & Roman. dicunt esse menti tenendum. Et cum hac decisione transit Anch. *in cons. 302. col. fin. vers. secundum dubium.* vbi tamen allegat solum Bal. *in d. l. fin. Roman. in cons. 172. col. fin. vers. quoad tertium.* vbi allegat Bald. *in l. si patruus, C. com. vtriusque iud.* dicens quòd si de communi pecunia vnus ex fratribus familia grauatus plus impẽdit quàm alius, illud non venit in diuisione, præcipuè si longo tempore in communi vixerunt, quia facilius præsumitur donatio ratione consanguinitatis in iis consumptis. Et addit etiam casum singularem *in d. §. duo fratres, Barbat. in cons. 37. num. 20. col. pen. vers. circa vltimam dubitationem, vol. 2.* vbi latè agit defendendo hanc partem, *Angel. in §. fin. col. fin. ver. & prædicta sunt vera, Instit. de societa.* Ale. qui de communi testatur, *in l. vt nemini, num. 3. C. de collatio.* vbi in fine, ait, quod fratres commixtim vtentes suo patrimonio, videntur cõmunicasse fructus omnes, ideo si plus vnus contulit, quàm alius, illud non est refundendum, *Pet. de Vbald. in tracta. de societa. in 6. par. quæstio. 23. ver. quæro, sunt fratres, col. 5. Dec. in d. l. vt nemini, col. fin. vbi allegat Corne. & alios pro eadem parte, hanc dicit veram, & communem conclusionẽ Corn. in cons. 40. num. 26. in fi.* quia fructus iure societatis communicandi censentur communicati, *Aret. in l. si negotium, C. de neg. gest. in 1. quæstio. Socin. in cons. 40. num. 5. vol. 4. Bar. allegat Angel. Fulgos. & Rom. in d. l. ex duobus. §. Titium. ff. de neg. gest. Natta cons. 264. num. 4. Menoch. de arbitr. iudic. casu 127. num. 9. Ruin. in consilio 101, vol. 4.*

Contrarium tamen tenere videtur Bald, *in d. l. si patrono, in fine, C. de negot. gest.* vbi dicit, quod si vnus ex fratribus aluit filios fratris, potest ab illorum patre repetere, *sequitur Aret. in d. §. fin. co. fin. Instit. de societa. Ias. cons. 5. num. 5. vol. 1. Bertran. in cons. 62. num. 14. vol. 1. Rol. cons. 91. num. 6. & num. 51. vbi etiam alios citat, vol. 1. Ruin. d. cons. 101. num. 2. vers. istud autem probatur, vol. 4.*

Pro veritate tamen sciendum est, quòd si loqua-

quamur in fratribus, prima opinio est indubitata: quia si circumscripta societate non potest vnus repetere, quod impēdit in alimenta alterius, vti probaui in præcedenti quæstione, multò minus petet accedente societate: duæ† enim vincula strictius ligant, *c.1.de treg.& pace.l.penul.§.si verò. C.de adoptio.alios citaui in cons.61.num.6.* Et ideo responsio, quam adduxit Rolan. *in d.cons.91.num.50. vol.1.* non potest sustineri, dum considerat societatem generalem, vel particularem; nam eo ipso quod sunt fratres, non possunt impensam repetere, quę facta est pro alimentis, ex quo ratio sanguinis & fauor alimentorum præsumi facit donationem. Si verò non agimus de fratribus, sed de aliis, in quibus tanta non cadit sanguinis cōiunctio, & consideremus solam vim societatis, tunc ea videtur communis distinctio, quod aut est inter illos societas omnium† bonorum, aut est particularis: si est vniuersalis, vnus ex sociis non repetit, quod impendit in alimenta socij, sicut nec in aliam causam pro vtilitate socij. Ita Doctores supra in principio huius quæstionis citatos intelligit Ias. *in cons.5.num.5. vol.1.* vbi *num.7.* dicit, quod in societate vniuersali non attenditur, quod vnus conferat vel impendat plus altero, *l.si socius pro filia.ff.pro socio.* Idem Ias. *in l. vt nemini, num.4. C.de collatio.* dicens, quòd in societate vniuersali omnia sunt communia, & in diuisione omnia æqualiter diuiduntur. Allegat Bald. *in tracta.de duob.fratr.col.7.in fi.* subdens, quod in consulendo recurrit semper ad hanc distinctionem, & quòd Bald. *ibi*, & alij, qui videntur contrarium tenere, non loquuntur in fratribus qui sunt socij omnium bonorum. Ita etiam Dec. *ibi, num.4.* vbi allegat Butr. & Barbat. & ante eum idem placuit Alexan. *ibi, col.fi.* qui limitat dictum Baldi procedere in fratribus sociis quidem, sed non vniuersalibus, quanquam nec eo casu saluari potest Bal. loquens de impensa alimentorum, quia etiam remota omni societate frater alens fratrem, non repetit; potest autem saluari solùm, quando alimēta sunt modica, non magna. Menoch. ita distinguit de arbitr. iudic. *casu 127.num.2.* vbi addit Purpur. & Crau. & dicit Bald. *in l.cum duobus, §.si fratres, ff.pro socio, prout eum refert Pet.de Vbald. in tracta.de societa.par.6.quæst.18.* quod si socius omnium bonorum habet familiam, illa debet ali de communi.

Sicuti enim dos vnius ex† sociis est communis, & acquiritur societati, quando est vniuersalis, *l. actione. §.fin.ff. pro socio*, ita ad societatem quoque pertinebit onus alimentorum, ex quo ibi esse debent onera matrimonij, vbi est dos, & sicuti societati† omnium bonorum acquiritur quidquid per familiam vnius ex sociis quæritur, *l.cum duobus, §.socium, ff.pro socio, l.sicut, ff.de oper.liber.* ita communibus expensis tota familia alenda est. Quæ verba, meo iudicio sunt rationabilia, & notanda, & cum prædictis transit Ruin. *in consilio 104.num.2.col.4.vers.quartò hanc sententiam, vol.1.Rol. in cons.91.num.42.vol.1.* Et est alia ratio, quia in vniuersali societate non est, dare expensas, quæ non dicantur contractæ occasione† societatis, & quæ non imputentur societati, nisi proueniant ex delicto vel culpa socij, *l.cum duobus, §.socium vniuersa, l.quod autem, & l.seq.ff.pro socio.*

Vbi verò societas non est vniuersalis, sed particularis, tunc si quis plus alio impendit, illud oē repetit in dissolutione† societatis. *ita Angel.in d. l.fi.C. de collatio.* Et hanc partem multis rationibus & fundamentis comprobat Pet. de Vbald. *in d.tracta.in 6.princip.par.quæstio.23.vers. circa secundum principale dubium.* vbi quatuordecim mouetur fundamentis. Et hoc voluerunt Alexan. Iac. Dec. *in d.l.fin.quos supra allegaui*, Menoch. *d. casu 27.num.4.* vbi citat Barbat. Corne. Ias. Dec. Ruin. & alios, & tres addunt rationes. Prima quod donatio non præsumitur, quando alia capi potest coniectura; secunda, quod societati non imputatur impensa, quæ non cedit in vtilitatem societatis; tertia, quia vnusquisquam sociorum proportionabiliter debet onera sustinere, & commoda societatis sentire. Sed diuersitatis ratio inter vniuersalem & particularem societatem illa est, quia vbi est vniuersalis, omnis impensa præterquàm delicti, & culpa imputatur societati. Ideo quidquid erogatum est in alimenta vnius ex sociis seu illius familiæ, id omne cedit in commoda societatis atque illi imputatur, *vt dixi supra.d.l.cum duobus, §.socium.* vbi verò societas est particularis, illi non imputatur expensa, quæ non cedit in communem societatis vtilitatem, *d.l.cum duobus.§. per contrarium, & l.adeo, in fine, ff.pro socio.* at alimenta vni ex sociis præstita, vel eius familiæ, nō respiciunt communem vtilitatem, ergo non est imputanda ea impensa.

Sed in hoc quoque secundo casu videtur quod impensa non repetatur, si facta est de fructibus bonorum, quia vbi fructus sunt consumpti, faciè eorum inducitur donatio,† *vt voluit Bald. in l.fi. C.de collation. & ibi hoc tenet Decius fi. Alexand. in cons. 49.numer.6. vol.1.* Et hanc dicit communem esse opinionem Crot. *in consil.40.num.26.* secus tamen esset, si impensa facta esset sine consumptione fructuum, puta quia socius erogasset pecuniam propriam in alimenta socij, ex qua pecunia cessat ratio communicationis. Et ea distinctio mihi videtur rationabilis, quia sanguinis coniunctione cessante, si quis alat alium, potest repetere. Nec obstat ius societatis, quia aut est in fructibus, & tunc si de eis ministrata sunt alimenta, socio non repetuntur, quia est erogatum, quod est commune; si verò de alia pecunia & datur repetitio, quod si vniuersalis societas intercedit non repetitur, quia omnia sunt communia, nihil potuit erogari in alimenta, quod non esset commune.

Et hæc distinctio verior est, & magis æqua quā ea adducta per Alexand. *in d.l.fin.C.de collation.* vbi dicit, aut socius† repetit, quia dicat, quòd socius habens maiorem familiam, debebat subire maiorem impensam, & non auditur; aut agit, quia dicat, se impendisse vltra dimidiam, ad quam tenebatur ratione societatis, & tunc repetit. Et ratio diuersitatis est, quia vbi societas contrahi-

10 tur, tacitè agi videtur quod sociorum † quisque ferat virilem, *l.si non fuerit, ff. pro socio, Bartol. in l. Titium, & Mæuium. §. altero. ff. de administr. tutor.* Secundo verò casu, quia in societate particulari id re-
11 petitur quod vltra † portionem contingentem fuit erogatum, *l. socius quod in eo. §. fin. & l. seq. ff. pro socio.* Et hanc distinctionem fundat super dicto Bart. *in consil. 168. quidam habens bona communia. num. 1. & seq. vol. 1, sequitur Socin. in cons. 40. num. 5. versic. secundo respondetur. vol. 4,* Sed hæc distinctio non placet, vt dixi: est enim verbalis, non fundamentalis, & primum membrum destruitur ex ratione secundi: semper enim militat ratio, quod socius repetat quidquid impendit vltra suam portionem. Et quamuis velit Bartol. quòd vnus sociorum ratione minoris familiæ plus exponere in societate non cogatur, quando verba significantia communionem, referuntur ad plures habentes patrimonium, commune tamen, ratio per eum allegata destruit dictum. Non enim æqualiter aut communiter dicitur fieri collatio, si vnus plus absorbebat de re communi quàm alius, & non dicitur æqualitas inter eos, quando vnus habet maiorem familiam, propterea non arridet ea distinctio.

Ex prædictis determinari videtur ea quæstio, quæ Doctores diu torsit, an imputari debeat societati dos per vnum ex sociis data filiæ, vel potius in diuisione repeti debeat à socio, ita vt tantundem percipiat, nam magis communis videtur opinio, quòd si societas est omnium bono-
12 rum, imputetur societati; † si verò est particularis, non imputetur. *ita Bald. in tracta. de duob. fratrib. vers. primo quæro. num. 28. & seq. & in l. si patruus, col. 3. num. 11. versic. & prædicta. C. commun. vtriusque iudic. Angel. in l. ex duobus, in fin. ff de neg. gest. in consilio 60. in 3. dub. Butr. in cons. 7. Castren. in l. si societatem vniuersorum. ff. pro socio, & in consil. 358. col. 1. in fin. vol. 2. Socin. latè agens in cons. 291. num. 3. col. 3. ver. sed suppositа, vol. 2. Cec. in consil. 66, col. 4. in cons. 123. num. 13. consil. 159. num. 9. Natta in consilio 91. per totum, & consil. 264. num. 3. Rolan. in cons. 91. per totum, vol. 1. vbi comprobat rationibus, & authoritatibus, Crot. d. consilio 40. numero vigesimo octauo. Menoch. de arbitr. iudic. casu 127. num. 2.* Quę opinio procedit sine scrupulo, quando dos
13 est data † de bonis communibus altero socio sciente & patiente, *Castren. in consilio 211. num. 2. vol. 2. Socin. in consilio ducentesimo nonagesimo primo, num. 7. vol. 2. idem Socin. in cons. 5. num. 11. vol. 4. Cas. in cons. 96. num. 2. ver. verius tamen, vol. 2. Decius, qui allegat Imol. d. consilio sexagesimo octauo, col. pen. ver. quibus stantib. conclusio, Cotta memor, incip. expensa facta, & sequuntur ibi multi.*

Et eadem distinctio fit, cum quærimus si socius possit à socio repetere, quod pro eo impendit extra causam alimentorum; nam si societas
14 sit vniuersalis, † datur repetitio, *vt per Bald. in d. tracta. de duob. fratr. in 1. quæstion. col. pen.* vbi infert ad impensam, quam facit vnus fratrum, quando ducit vxorem, *Bald. in l. 3. §. fi. ff. de mun. & honor.* vbi loquitur de impensa doctoratus, vel assumptæ militiæ, & glos. *in d. l. 3. §. fin.* loquitur etiam in expensis nuptialibus. Est verum quòd eorum omnium dicta procecere videntur, quando facta sunt patre viuente, prout etiam loquitur Aret. *in §. fin. numer. 5. Institut. de societa. ver. quid si vnus ex fratribus,* & idem in expensis, quæ fiunt ratione infirmitatis, dicit Bald. *in l. cum duobus. §. si fratres. ff. pro socio.* limitando tamen, nisi fuisset sequuta infirmitas ex causa societatis, quia tunc imputaretur societati, etiamsi esset particularis, *vt per eum quem citat Barb. in cons. 37. num. 15. ver. capio alium articulum, vol. 2.* vbi infert ad impensam ducendæ vxoris, *Ruin in cons. 29. num. 13. in fi. ver. & Dux Henricus, vol. 5.* vbi loquitur de impensa ducēdę vxoris, *& multos allegat Dd. & hoc etiā placuit Bert. in cōs. 30. viso casu, vol. 2.* vbi agit de nuptialib. expensis & latè pro expēsa librorū, item doctoratus, & aliarum quoq; rerum, ponit Cotta *d. memor. incip. expensa facta per fratres, circa fin.*

Prædicta autem principalis conclusio multò magis locum habet, quando alimēta fuissent vni ex sociis præstita, qui non viuebat in eadem do-
15 mo, † nec promiscuè vtebatur patrimonio, quia tunc non potest attendi illa communis conuersatio, *vt per Ang. considerat Ale. in d. l. fin. in fi. C. de collation.* vbi tamen videtur distinguere inter magnam vel paruā impensam. Et ratio est, quia in eo quod modo prædicto consumptum est, cessat ratio societatis, & communis victus, proinde cessat quoque decisio. Et idem omnino videtur placuisse Socino, *d. cons. 40. num. 5. in fin. & rursus num. 6. vol. 4.* vbi dicit, circumscripto communi victu, agendum esse de simplici donatione, quæ ex quo non præsumitur, datur repetitio. Et subdit, non præ-
16 sumi † simultaneam vitam, sed probandum esse, ne duplici fictioni locus sit, vel ne succedat vna fictio & vna præsumptio, contra doctrinam Bald. *in l. si rem aliquam. ff. de acquir. poss.* Et hoc quoque amplectitur Ruin. *in cons. 102. num. 5. vol. 2.* vbi dicit, quòd si frater existens in communione, non repetat impensam factam in alimenta familiæ alterius fratris, tamen dicit, id procedere propterea, quòd viuebant in societate ad vnum panem & vinum, sed aliud esse quando cessaret societas & conuiuendi ratio, atque ita duo requirit; primo societatem, secundo conuictum, ita vt licèt socij sint, si tamen cesset cōuictus, datur repetitio, quia
17 vbi duo obstant, † sublato vno non tollitur alterum, *l. si quando, C. de inoffic. testam. l. si domus. ff. de seruit. vrban. prædio. dixi in cons. 50. num. 27.* Est verum, quòd quatenus Ruin. loquitur in fratribus, dictū eius non potest sustineri, quia vt dixi, frater non repetit, quod impendit in alimenta fratris.

In hoc tamen aduertendum, quòd frater prætendens, se non teneri ad soluendum impensam, factam à fratre pro suis alimentis, erit tutus, nisi frater probet non solùm habitationem factam in eadem domo, & sub eadem claui, sed etiam quòd fuit ad eandem mensam, & cibum retentus, vt est text. *in l. si quis sit fugitiuus. §. apud Celsum. ff. de ædilit. edic.* vbi Ang. qui legit *sub lege, quod. §. apud Celsum.*
18 dicit, quòd habitantes † sub eadem claui, non dicuntur de eadem familia, nisi constet de conuictu, & infert ad fratres subdens, quod etsi frater

impe

impendens in alimenta fratris cohabitantis non repetat, tamen hoc fallit, quando non constat, quod simul viuerent, quia non sequitur, habitant in eadem domo & sub eadem claui, ergo simul viuebant. Et subdit textum illum esse singularem, multum notandum & menti tenendum, ac à nemine vnquam fuisse notatum, *sequitur Barbat. ad Bald. in l. fi. C. de collation.* Aduertat igitur aduocatus, vt sciat, cautè capitulare.

Quod dictum est, dari socio repetitionem eius, quod impendit in alimenta socij, quando societas non est vniuersalis, intelligi debet, ne locum vendicet, quando impensa esset modica, quia
19 tunc censetur facta animo † donandi, non repetendi, *secundum Angel. in d. l. fin. C. de collation. vbi eum sequitur Alexan. in fi.* Et ratio est, quia in rebus modicis facilè præsumitur donatio, vt dixi in quæstione de matte, quæ repetit alimenta præstita filio. *Et idem voluit Castren. ibi, num. 3. qui dicit sibi satis hoc placere, & idem tenuit Socin. in consil. 41. num. 5. ver. primo, nam. vol. 4. Corne. in cons. 301. col. pen. in fine, vers. si plures fratres, vol. 1. & in alijs locis citatis à Dec. in d. l. fin. in fi. quod etiam tenuit Pet. de Vbald. in tracta. societa. in 6. par. quæstio. 23. versic. si verò ambo non administrabant, Paris. in consilio 100. numero vigesimo tertio, vol. 2.* Menoch. *d. casu 127. num. 10.* vbi subdit, quòd ratione societatis communis victus, & modicitatis impensæ præsumitur donatio, & ibi dicit arbi-
20 trio iudicis committendum, quæ magna, † quæue modica dicatur impensa, post Riminald. *in d. l. fin. C. de collation.* vbi dicit, qualitatem personarum inspiciendam esse, videlicet an inter nobiles & diuites, vel ignobiles & pauperes agatur, & prædictam differentiam inter magnam & paruam quantitatem, laudat Barbat. *in cons. 37. col. fin. vol. 2.* vbi subdit decisionem elegantem esse, sed illam limitat non procedere, quando inter illos esset omnium bonorum societas, quod tamen non pertinet ad casum nostrum, quia diximus iam omnia imputari in vniuersali societate, & nos loquimur de particulari, negat Dec. *in d. l. fin. in fi.* fieri debere distinctionem inter magnam & paruam impensam, quando est quæstio de alimentis, *sequutus est Crau. d. cons. 159. num. 10.* Sed Menoch. loco præallegato, *num. 9.* illum reprobat, addendo Ruin. *in cons. 101. num. 1. vol. 4.* Sed quod pertinet ad terminos nostræ quæstionis, ea Decij contradictio non debet nos turbare. Tum quia loquitur quando facta fuit impensa in fructibus, quia tunc cum fructus in communes vsus consumpti videantur communicati, non datur repetitio, siue impensa sit magna, siue modica. Tum etiam, quia loquitur in fratribus, qui impendendo in alimenta videntur donare etiamsi non sint socij, *vt dixi supra.* Veruntamen vtraque ratio tolli potest, nam etiam frater repetit impensam magnam, vt dixi in quæstione de fratre, & vbi etiam fructus sunt consumpti in alimenta socij vltra quàm ferat æqualitas, datur repetitio, si societas non est vniuersalis. Proinde attendi non debet opinio Decij: sed alia, quæ est communis: si tamen socius, qui impendit, minor sit, nõ censetur donare
21 † modicam impensam, *secundum Pet. de Vbald. quem citat, & sequitur Menoch. d. casu 127. num. 13.* duplici ratione quarum neutra est vera, quia minor quoque donare potest quid modicum, vt de prælato
22 † dicunt Butr. & Abb. *in c. cæterum, de donatio. Tiraquel. de iud. in reb. exig. feren. num. 24.* & statutum prohibens immobilium alienationem, non habet
23 locum in re modica, † *vt post Opizon. & Ferdin. dicit Tiraquel. loco prædicto, num. 94.* & societas potest cum
24 pupillo † contrahi, *Bald. de duob. fratr. num. 17. in fi. Dec. cons. 21. vol. 1. Paris. cons. 82. numero 35. vol. 1. Iaf. l. 1. num. 6. C. qui testam. face. poss. Cephal. cons. 248. num. 1. & 6. cum. similibus.*

Intellige etiam non dari repetitionem inter socios, quando alius ex sociis sustinet solus aliquod aliud onus, vel impendit etiam ipse pro so-
25 cio † circa id, ad quod non tenebatur, *ita voluit Pet. de Vbald. in tracta. de duob. fratr. in 6. par. princip. quæstio. 23. quem sequitur Ruin. in consil. 101. numer. 2. & num. 4. vers. nunc. supereſt. vol. 4.* vbi infert, quòd si vnus ex sociis aliquid de proprio impendit in communem vtilitatem sociorum, & is idem pro assumenda militia multum erogauerit de communi pecunia, non poterit cogi ad refectionem illius impensæ, quia fit compensatio inter ipsos. Mouetur etiam ex eo, quod dicit Bald. *in l. si paterno, C. de negot. gest.* vbi vult, quòd vnus ex fratribus
26 impendens pro familia alterius, non † repetat, si habuit in obsequiis filios, vel alios de familia fratris, quia fit compensatio, non enim attendi debet, quod pro recompensatione receperit, non obsequia, sed alias impensas.

SVMMARIVM.

1 *Tutor repetit alimenta, quæ præstitit pupillo.*
2 *Tutor alit pupillum ex necessitate officij.*
3 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*
4 *Tutor in dicio tutelæ repetit quidquid impendit in rem pupilli.*
5 *Coactè facere dicitur, qui poterat cogi actum facere.*
6 *Necessitas. Nemo in necessitatibus liberalis existit.*
7 *Actus referri debet ad causam necessariam.*
8 *Procurator præsumitur actum facere procuratorio nomine.*
9 *Actus si pertinet ad dominum præsumitur factus tamquam à procuratore.*
10 *Tutor repetit alimenta præstita pupillo, etiamsi sit coniunctus.*
11 *Pater administrator filiæ censetur dotare de bonis filiæ, licet aliàs præsumatur de proprio.*
12 *Frater tutor fratris censetur impendere pro fratre animo repetendi, non donandi.*
13 *Alba. in cons. 12. reprobatur communiter.*
14 *Tutor repetit alimenta, quæ præstitit non solùm pupillo, sed etiam illius sorori.*
15 *Operari tenetur quicunq; ab aliquo recipit alimenta.*
16 *Tutor gratis exercet officium, nec habere potest salarium.*
17 *Tutori salarium potest iudex constituere, quando æquum sibi videtur.*
18 *Tutori quando sint operæ pupilli compensandæ cum alimentis receptis.*

19 *Tutelæ officium est necessarium, & nemo potest ab ea se excusare.*

20 *Meritum non consequitur ex eo, quod quis facere tenetur.*

21 *Beneficium non præstat, qui debitum impendit.*

22 *Partis quoad partem ratio eadem est, quæ totius quoad totum.*

QVÆSTIO XIIII.

1 TVtor, qui pupillo alimenta ministrauit, potest illa repetere, † *vt voluit Cuman. in cons. 88. ver. circa secundũ.* vbi mouetur pluribus rationibus, primo, quia tutor alit pupillum ex
2 † necessitate officij, *l. cum plures, §. cum tutor, ff. de administr. tutor.* ergo licet sibi repetere, quia officium
3 suum nemini debet esse damnosum, *l. si quis ex assignatorib. ff. quemad. testam. aper.* Secundò, quia etsi consulat text. *in l. fin. C. de alimen. pupil. præstan.* quòd curet tutor alimenta pupillo taxari, ne exinde contingat eum controuersiam pati super quantite alimentorum, non tamen negat repeti posse, quando non sunt taxata, & non est ferendus pupillus, qui maior factus recusat sumptus sibi factos restituere. Addo hanc conclusionem probari *in l. 1. §. præterea, & §. penult. ff. de contrar. & vtili*
4 *actio. tute.* vbi dicitur quòd tutor † repetit iudicio tutelæ, quidquid impendit circa personam. Tertiò moueor, quia cum tutor cogatur alimẽta pupillo præstare, non potest in eo præsumi donatio, quia tunc solùm donatio præsumitur, quando soluit quis quod non tenebatur, *l. donari. ſi. de reg. iur.* at qui cogi potest, si facit actum, dicitur
5 coactè † facere, *Ioan. Andr. in c. præterea, in ver. extorquentes, de iure patron. Bald. in l. nouissimè. ff. quod falsò tutor. auth. Felin. c. cum Ferrarienſis, col. 11. de constitut. Iaſ. in l. 2. C. de transactio. Marſil. in l. quæstionis, num. 20.*
6 *ff. de quæstio.* & in necessitatibus † nemo liberalis existit, *l. rem legatam, ff. de alimen. legat. Iaſ. in l. ſi fundum, num. 19. ff. de leg. 1.* Rursus cum præcesserit causa necessaria, alendi scilicet pupillum, censendum est tutorem aluisse, vt impleret munus suũ,
7 non vt donaret, quia actus † referri semper debet ad necessariam causam quæ præcessit, vt probat text. *in d. l. fin. C. de alim. pupillo præstan.* per quem dixit Abb. *in cons. 116. col. 2. in fin. vol. 2.* quod si quis ex laude tenebatur donare, præsumetur ex ea causa fecisse si appareat exinde donationem esse factam. Hinc est quod habens mandatum ad fa-
8 ciendum, censetur deinde † actum fecisse procuratoris nomine, licet non dicat glos. *in lege. qui in aliena. §. ſi is, qui putabat. ff. de acquiren. hæred.* & ibi Bart. ponit hanc conclusionem glos. *in l. ſi pupilli, §. 1. vbi Bart. & alij, ff. de neg. gest. l. ſeruus communis, § ſi. ff. de ſtipulat. ſeruo. l. fin. verſic. quod enim. C. per quas perſonas nob. acquir.* Et licèt inter Doctores sit dubium, an faciẽs actum videatur illum facere nomine proprio vel alieno, quando habebat man-
9 datum: tamen quando actus † fit in re pertinente ad dominum, censetur semper fieri nomine domini, *l. ſi. ff. quando ex facto. l. post mortẽ. §. 1. vbi Bart. num. 1. & 2. ff. eod. Bald. in l. ſi. col. 1. in fi. ſi quis cautio. probaui in consilio decimo nono, numero trigesimo octauo.* Et text. *in d. l. post mortem. §. 1.* loquitur expressè in tutore, qui actum in dubio censetur facere tutorio nomine, & in terminis, quod tutor in ratione reddenda repetat alimenta, quæ pupillo præstitit, est text. *in l. sumptus. C. de administr. tuto.* qui etsi indistinctè loquatur de expensa facta in pupillum, glos. tamen ibi ponit exemplum in alimentis. Ad idem est text. *in l. 2. C. de aliment. pupil. præstan.* vbi dicit, quod etsi tutor taxari non fecerit ab initio alimenta pupilli, tamen fiet postea taxatio & solutio, & illos text. allegauit Gramman. *in decis. 103. num. 204.* vbi dicit, quod tutor repetit alimenta quæ præstitit pupillo.

Confirmatur hæc sententia, nam tutor administrat bona pupilli; at vidimus in matre, fratre, & aliis, qui regulariter alendo videntur donare, si tamen administrent bona filij vel fratris, datur repetitio alimentorum, quæ præstiterunt, multò ergo magis dabitur tutori qui nulla, vel modica sanguinis coniunctione sit pupillo alligatus. Et hanc partem tenuit etiam Cordub. *in l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, num. 90. & ſeq. ff. de liber. agnoſc. vel alen.* vbi tamen transit simpliciter sola authoritate Cumani contentus,

Extenditur propositio ista, vt locum habeat,
10 etiamsi tutor sit sanguine coniunctus, † puta patruus, quia nihilominus conceditur repetitio eius, quod impendit in alimenta pupilli: nam etsi sanguinis coniunctio faciat præsumi donationem, tamen propter administrationem, quam gerit, cessat præsumptio, vt dicimus in matre, fratre & aliis personis, *ita arguit Cuman. d. cons. 88. col. ſi.* qui loquitur in casu magis dubio, quando scilicet pupillus aliquid etiam operabitur ad commodum tutoris, & pro hac sententia facit, quia videmus in patre qui censetur non de proprio, sed de bonis filiæ impendere, quando est administrator, & filiam dotat; licèt in dubio regulariter
11 videatur animo donandi facere, † *Bartol. d. l. Neſennius, nu. 3. ff. de neg. geſt. Bar. & Bald. in l. fin. C. de dot. promiſſ. Socin. in conſ. 121. num. 13. & ſeq. vol. 1. alios citat Maſcard. in tracta. de probatio. concluſ. 571. num. 8.* vbi idem dicit in matre & tractaui supra, vbi tetigi de matre & fratre. Et quamuis in patre & aliis, qui tenentur de suo dotare, possit aliquod dubium subesse, tamen in aliis, qui non tenentur dotare, res videtur expedita, quia impendere videntur animo repetendi, secundum distinctionem Ruini supra locis prædictis per me allegati. Et licèt etiam extraneus dotando videatur donare, tamen hoc est verùm, quando non subest alia causa, vel coniectura, at si alia coniectura capi potest, cessat donatio.

Extenditur etiam vt procedat in fratre tutore, quia etsi frater in dubio non repetat impensam, quam facit circa personam fratris, tamen vbi
12 est tutor non videtur fecisse animo † donandi, sed repetendi. Et ratio est quia administrat bona fratris, vel sororis, & loquendo de fratre quando repetat alimenta fratri præstita, dixi quod cessat animus donandi, quando administrat. Et quamuis.

13 uis. Alba. *in cons. 12.* reprobet in fratre dotante † sororem, & doceat communem opinionem esse in contrarium, & reprobet Bald. tamen errat, quia imò communis opinio est pro Baldo & eum sequuntur multi citati à Menoch. *de arbitr. iudic. casu 88. num. 46. & seq. Mascard. d. conclus. 571. num. 11.* vbi citatis Doctoribus inuicem aduersantibus non audet suum interponere iudicium, sed relinquit cogitandum, vt ibi.

Ampliatur quoque à Cuma. *d. cons. 88. col. fin. ver. quid plus etiamsi*, vt non solùm repetat tutor alimenta, quæ præstitit pupillo, sed ea etiam quæ
14 dedit sorori † ipsius pupilli, *l. qui filium, ff. vbi pupil. educ. debe.* vbi pupillus postquam adoleuit, potest repetere à sororeid, quod tutor impendit pro illius alimentis, nam tenetur tutor alere sororem pupilli, *vt dixi in tit. quib. & à quibus aliment. debeant. in quæstio. de tuto.* Et facit ratio, quia si tutor repetit à pupillo, quod pro eo impēdit, poterit etiam repetere alimenta, quæ præstitit sorori, quia ea fuerunt contemplatione pupilli præstita, qui ad id tenebatur, *d. l. qui filium.* Videntur enim alimenta illi præstita, qui tenebatur alere, vt diximus in matre, quæ repetit à viro alimenta quæ præstitit filiis.

Dubitari potest, si pupillus operatus sit tutori, an adhuc tutor possit alimenta præstita repetere, & videtur, quòd nihilominus tutor repetat: primò, quia alendus tenetur operari ad commodum
15 eius † qui alit, *glos. in l. sicut, ff. de oper. liber.* secundò, quia tutor & ipse operatur pro pupillo atq; onus omne administrationis sustinet sine solario, quia
16 tutoris officium † gratis est præstandum *glo. in lege prima, & l. in eos, ff. de tuto.* licèt iudex possit cer-
17 tum constituere † salarium si æquum. sibi videtur. *l. à tutoribus. §. finali, vbi glos. & Bartol. ff. de administr. tuto. cum aliis, quos citaui in consilio 159. in fine.* proinde si quæ sunt pupilli operæ, compensantur cum labore tutoris, & non merentur recompensationem super alimentis. Per has rationes, Cordub. *in dicto §. si mater, numero septuagesimo tertio*, post mul-
18 ta concludit, quod vbi tutori † nullum est statutum salarium, & vbi ex tutela nullum illi commodum prouenire potest, tunc non prohibentur repetere, sed operæ pupilli compensentur cum laboribus tutoris: vbi verò tutori datur salarium, tūc tutor soluet operarum nomine commodum, quod à pupillo percepit. Rationes prædictæ nullius momenti sunt. Prima enim non subsistit, quia cum tutor nomine tutorio alimenta præstat & de bonis pupilli, certè illi non tenetur operari. textus enim in *lege, sicut*, loquitur, quando alit quis de proprio, non quando de alieno. Secunda item non mouet, quia cum tutor laborem illum sustinere nec recusare possit, ex quo
19 tutelæ † officium est necessarium, non acquirit aliquod meritum. Ea enim seruitia, ad quæ tenetur aliquis ratione officij, vel naturali aliqua ra-
20 tione, non dicuntur merita, † *vt voluit Ripa in lege, si vnquam, quæstio. decima quarta*, & non dicitur be-
21 neficium præstare, † qui debitum impendit. *l. si seruo, ff. de hæred. iustituen. l. vnum ex familia. §. primo, ff. de lega. secundo, & latissimè comprobat Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. donatione largitus, num. 106. C. de reuoc. donatio.* Et dicunt Theologi, quòd non cadit votum supra præceptum: obligatio enim præcedens impedit, ne operando quis possit mereri: proinde si tutor pupilli res, & personam curando laborat, non ideò acquirit meritum, quod remuneratione, aut compensatione dignum sit Cuman. autem *in dicto cons. 88. colum. 2. ver. ac etiam, quia ver. fateor tamen*, dicit quod si pupilli operæ æquiualerent alimentis, fieret compensatio, innuens quòd vbi minoris sint valoris, non fiat pro *rata*, de quo dixi supra *in quæstio. de priuigno.* Ego tamen inhærendo nedum rationi, sed etiam communi Doctorum opinioni, teneo compensationem fieri pro rata operarum, posito quod operæ non sint modici momenti, quia non credo rationabile, quod qualecunque seruitium induci debeat ad extinctionem alimentorum: at si considerabilis sit operarum vtilitas, poterunt illæ rationari pro recompensatione alimentorum. Et ratio est, quia tutor, qui seruitia recipit, dicitur tanto minus impēdisse de suo, & non curo quod æquiualeant alimentis in toto vel in parte, quan-
22 do eadem sit datio † partis quoad partem, quæ est totius quoad totum, *l. quæ de tota. ff. de rei vendicat.*

Annectenda sunt huic quæstioni quæ supra posui inter victricum, & priuignum ratione operarum, ne idem sæpius inculcetur, cum lectorum nausea, ideo vide ibi, quia eadem omnino est determinatio.

SVMMARIVM.

1 *Negotiorum gestor præsumitur impendere de pecunia domini.*
2 *Administrator præsumitur alimenta præstare de bonis, quæ administrat.*
3 *Pater præsumitur soluisse de castrensi peculio filij studentis, non de proprio erga filium.*
4 *Frater maior præsumitur bona minorum administrare, quando simul habitant. declara tamen, vt ibi.*
5 *Negotia alterius gerens non præsumitur donare voluisse.*
6 *Animus donandi non colligitur ex factis negatiuis, vt ibi.*
7 *Argumentum à sensu contrario, non benè sumitur à dispositione negatiua.*
8 *Extraneus dotando non videtur donare, quando bona mulieris administrat, licèt alias secus sit.*
9 *Pater dotando videtur dare de suo etiamsi filiæ bona habeat penes se.*
10 *Dos censetur data de bonis patris, etiamsi dotando dixerit pro omni, & toto eo quod cōsequi posset ex paternis & maternis bonis.*
11 *Pater tenetur dotare filiam quamuis diuitem.*
12 *Compensatio non inducitur de vno debito quantitatis cum alio consistente in specie.*
13 *Administrator non cōpensat alimenta in pecunia præstita cum debito speciei.*
14 *Compensatio non fit de specie ad speciem.*
15 *Compēsatio de specie ad speciem fit ex præsumpta mente partis.*

16 *Expreſſum dicitur, quod ex diſponentis mente colligitur.*

QVÆSTIO XV.

QVÆ ſuperioribus quæſtionibus attigimus de victrico, matre, fratre, tutore, & aliis adminiſtrantibus aliena bona, inducì poſſunt ad generalis quęſtionis deciſionem, an adminiſtrans aliena negotia repetere poſſit, ſi quid impendit in illius alimenta, cuius bona, aut negotia adminiſtrat. Planum namque id videtur,
1 quod geſtor † negotiorum impendere videtur de pecunia illius, cuius negotia gerit. Ita regulam conſtituit Bart. *in l. Neſennius, num. 5. ff. de negot. geſt.* mouetur ex eo text. *in ver. ex contrario.* Et dicit Bal. *ibi, col. 2. ver. aut dubitatur, vtrum,* quòd alimentantis intentio, & mens præſumitur eſſe, quod im-
2 penſa fiat de bonis † alimentandi, quando adminiſtrat illius bona. Allegat tex. ibi *& in l. ſi. ff. de petitio. hæred.* & alia iura, per quæ inquit eſſe benè notandum, quod etſi alimentator aliquando præſumatur donare, ſi tamen adminiſtret bona alimẽtandi, non erit locus præſumptioni. Ideò Bartol. loco prędicto inquit, quòd tam violẽta eiuſmodi præſumptio, vt tollat præſumptionem pietatis quæ ſuberat aliàs. Et dicit multum notandum infertque ad patrem, & fratrem, qui etſi dotare filiam, velſororem in dubio præſumantur de bonis propriis, *vt in lege finali, C. de dot. promiſ.* tamen vbi gerunt eorum negotia, videntur dotem dediſſe non de proprio, ſed de bonis illius, cuius negotia gerunt. Infert etiam Bartol. quod pater
3 † videtur nõ de ſuo, ſed de caſtrenſi peculio impendiſſe in ſtudio pro filio, quando habebat peculium illius penes ſe. Hoc etiam probauit Bart. *in l. quæ dotis, numer. 7. ff. ſoluto matrim.* vbi dicit quòd non præſumitur donatio, quando ex modo, ideſt ex geſtu negotij aliud colligitur. *Sequuntur ibi omnes Doctores, & Rom. in conſil. 255. numero ſecundo, ait textum in d. l. Neſennius, eſſe ad hoc notabilem.* Et Bald. *in d. l. Neſennius, num. 2. ver. & hoc eſt benè,* dicit, procedere prædicta in auia, matre, fratre, patruo, auunculo & aliis perſonis per textum *in l. ex duobus. §. Titium. ff. de neg. geſt. Angel. in conſil. 60. numer. 4.* vbi fortius dicit probari geſtionem, quando ſimul habitant & bona communia habẽt. Id quod
4 poteſt procedere † in ſuis terminis quando ſcilicet vnus eſt infans, vel impubes, alter verò prouectæ ætatis, aliàs non crederem communionem ſolam bonorum & cohabitationẽ probari, quod maior adminiſtret. Cum enim ea adminiſtratio ſit facti, probari debet ab allegante, *l. in bello. §. facta. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* Et dicit Menoch. *in tracta. præſumpt. lib. 3. præſumpt. 71. numero 3.* quod gerens aliena negotia minimè præſumitur donare.
5 Et Alba. *in conſil. 12. num. 6.* inquit, quod vbi geſtor negotiorum præſtat alimenta, vel pecunias, vel quid aliud, tũc ſi poſſibile eſt, quod pecunia proueniat ex bonis illius, cuius negotia gerit, fingit lex ab illis proueniſſe, *l. 2. in principio, ff. ſi cer. pet at.* occultato ſcilicet vno actu & alio oſtenſo, *argumento l. 3. §. pen. & ſi. ff. de donatio. inter vir. & vxor.* Et dicit Cuman. *in conſilio octuageſimo octauo, columnæ ſecunda,* quod adminiſtrans bona aliorum præſumitur voluiſſe alimenta præſtare de illorum bonis potius, quàm de propriis. Et infert prout fecit Bart. *in dicta lege, Neſennius,* ad patrem, matrem, auiam, patruum & alios. Et reſpondet ad leg. Neſennius, *in fine,* quæ videtur requirere, quòd expenſa fit poſita in libro rationum, quod loquitur per illam dictionem, maximè, quæ eſt implicatiua, *l. qui ſtatus. ff. de re milit.* per quæ verba mihi non probatur argumentum, quod negatiuè ſumunt multi ad probandum, quod alimẽta fuerint prę-ſtita animo donandi: dicunt enim, non ſcripſit in libro rationum, non eſt proteſtatus, *vt apud Burſat. in conſil. 83. nu. 13.* nam etſi illi actus affirma-
6 tiui oſtendant † animum repetendi, tamen quando non extant non poteſt ex eorum omiſſione principaliter argui donãdi animus, pro qua conſideratione facit, quia argumentum à contrario
7 ſenſu, † non poteſt ſumi à diſpoſitione negatiua, *Bald. in l. 2. in ſi. C. de condit. inſert. Alexand. in conſil. 250. num. 26. volum. 5. Iaſ. in l. 1. col. 9. ver. ſecundo limita, & col. 12. ver. quarto limita. ff. de officio eius, Natta in conſilio 551. num. 12. deciſ. Pedem. 178. num. 6.* Et quod in adminiſtrante non præſumatur animus donandi, tenuerunt Socin. ſen. Ruin. Alciat. Bald. Nouel. Socin. iun. & alij citati à Menoch. *in tracta. de arbitr. iudic. caſu 88. numero quadrageſimo ſexto, & ſeq.* vbi
8 dicit, quod etſi extraneus dotando † videatur donare, *l. vnica, §. extraneus, C. de rei vxor. actio.* tamen fallit, quando is adminiſtrat bona mulieris, *Maſcard. in tracta. de probationib. concluſ. 76. & 571. num. 8. & ſeq.* Et loquendo præcisè in alimentorum præſtatione, diximus ſuo loco, & ſuis diſtinctis quæſtionibus ſupra in matre, auia, victrico, fratre, & tutore, ita vt ex particularibus multis ſupra deciſis poſſit fieri vniuerſalis quædam inductio, vt quicunq; adminiſtrator videatur alendo habere animum repetendi. Quam concluſionem ponit etiam Corne. *in conſ. 265. col. 3. vol. 1. Bal. Nouel. de dot. in 6. par. princip. priuileg. 6. Benicaſ. in tracta. pauper quæſt. 8. in 3. ſpecia. contractu. nu. 10.* Quod ego ex Rui. *in cõſ. 65. nu. 7. vol. 3.* limitaui in ſuperioribus reſpe-
9 ctu dotis nõ procedere in patre, † qui cum teneatur etiam diuitem filiam dotare, videtur in dubio dare de ſuo, quando dotat, licèt habeat penes ſe bona filiæ, *& ſequitur Menoch. d. caſu 88. nu. 47.* Et idẽ dicit in fratre hærede patris, Ruin. *in conſ. 200. in ſi. vol. 1.* Et facit, quia ſi dotando dicat pater dare ſe
10 pro omni, & toto eo, quod conſequi poſſet ex bonis paternis, & maternis, nihilominus dos cenſebitur data de paternis, *ſecundum Bald. Nouel. in tract. dot. in 6. par. prin. priuileg. 6. Crot. in conſ. 65. nu. 2. Anch. Moder. lib. 1. q. 33. nu. 3.* Et videri poteſt Alcia. *in tract. præſump. reg. 1. præſump. 26. nu. 1. & ſeq.* Sed nunc venit in mentem id, quod de patre dicitur, dotẽ nihil omnino obeſſe quoad alimẽta: Ideò enim admitti poteſt patrem dotantẽ videri hoc facere de bonis propriis, licèt adminiſtret bona filiæ, quia
11 ſi filia ſit diues, † pater tenetur dotare, *Corn. in conſ. 242. vol. 3. Boer. deciſ. 130. n. 8. Aſca. Clẽ. in trac. patriæ poteſta. effec. 11. nu. 13. & 14.* vbi idem tenet, qñ filia eſſet

nupta

nupta. Sed hæc ratio cessat in alimentis, quia vbi filia est diues, vel habet aliunde pater non videtur habere animum donandi, ex quo non tenetur alere, & vbi agimus de dote, vtraque causa in patre est necessaria, & vtroque nomine cogi potest ad dandum siue de suo, siue de bonis filiæ. At si agimus de alimentis, vnica est causa necessaria, quia cogi potest solum tanquam administrator, non tanquam pater: non mirum ergo, si dotan-
12 do pater† videtur dare de proprio, quamuis administret bona filiæ. Quæ autem supra dicta sunt de patre, intelligi debent, quando impensa est magna, quia cum eo solùm casu detur repetitio non potest præsens disputatio ad aliud referri, ne fortè existimet quis velle me intelligere quòd pater indistinctè videatur alere animo repetendi.

Prædictam conclusionem intellige procedere, quando præstatio alimentorum, & id quod quis administrat, recipiũt inuicem functionem, vt quia vtrumque consistat in quantitate: quod si fortè vnum esset in quantitate, & alterum in specie, non daretur compensatio, sed alimenta censerentur præstita animo donãdi, ex quo inuicem non recipiunt functionem, *argumento l. planè, §. 1. ff. de leg. 1. l. si alij. §. vtrum. ff. de vsufr. l. 2. §. Mela ff. de dote præleg. l. si. cum dotem. §. si cum pater. ff. solu. matrimo.* Ita
13 in proposito † declarat Bald. *in d. l. Nesennius, numero 2. ver. & hoc verum, quando dos. ff. de neg. gest. Alb. d. cons. 12. numer. 6.* vbi dicit quòd hoc casu idem est quod impensa prouenerit de bonis administratis, vel de bonis propriis, quæ vbi recipiunt functionem, fingitur prouenisse de bonis administratis. Et prædictorum ratio est, quia de specie ad quantitatem non fit compensatio, vt dixi su-
14 pra ex Baldo, imò non fit etiam de specie† ad speciem, *l. si conuenerit, ff. de pignor. actio. l. si non sortem. §. centum. ff. de condictio. indeb. l. si ex pecunia, C. de rei vendic. dixi in cons. 112. num. 38. & 55.* nam quantitas cum specie, vel etiam species cum specie non recipiunt inuicem functionem, ideo qui soluit, vel præstat aliud, quàm id quod debebat, non videtur habere animum compensandi.

Posset tamen attentari contrarium, quia etsi non detur compensatio de specie ad quantitatem, vel de specie ad speciem regulariter, tamen hoc procedit, quando non constat de animo cõpensandi: at vbi animus compensandi apparet, & quando agitur de compensatione, quæ fit ex præsumpta disponentis mente, tunc fit compen-
15 satio de specie ad speciem, † & de specie ad quantitatem, vt distinguit Imola, *in l. si cum dotem, §. pater. colum. fi. ff. soluto matrim.* vbi ponit exemplum in compensatione, quæ fit ex vltima voluntate, vt quando legat testator aliquid in compensationem debiti. Et idem Imo. hoc tenet *in l. huiusmodi, §. cum pater, col. fin. ff. de leg. 1. Rom. in authen. præterea, col. pen. C. vnde vir. & vxor, vbi Alexan. num. 13. Ias. numero 26. & Dec. num. 10. & comprobaui in consil. 112. numero 38. & seq.* Nos autem agimus de compensatione, quæ prouenit à præsumpta voluntate disponentis, ergo fiet etiam contra solitas iuris regulas de specie ad quantitatem. Et licet prædicta sententia habeat multos contradicentes, & fortè non sit communis, vt probaui loco prædicto, *numero 55. & 59.* tamen procedit sine dubio, cum apparet de voluntate disponentis, vel expressa, secundum Riminal. *in dicta authen. præterea, vel æquipollẽte, vt dixi dicto cons. 112. nu. 101.* Et satis est expressa in casu nostro, quia lex ita præsumit: dicitur
16 enim expressum quod ex mente † disponentis colligitur, *l. prætor. §. 1. vbi gl. Bart. Bal. Ang. Imo. Castr. Alex. & Ias. ff. de oper. noui nunt. dixi in cons. 143. nu. 19.*

Item vbi subsisteret difficultas compensandi, non tamen minus alimenta possent repeti per illum, qui erat debitor ex causa administrationis, licèt non per viam compensationis: Sat enim est quòd non videatur donasse, sed præstitisse animo repetendi. Nihil enim quoad effectum refert quòd compensentur in debitum, vel quod repetantur. Propterea ea Baldi declaratio videtur non esse vera, cogitandum tamen relinquo, quia magna est authoritas Baldi, quando præcipuè non habet contradicentem.

Hæc omnia dicta de negotiorum gestore, amplia, limita, & declara prout dictum est in præcedentibus quæstionibus, quia non est operæpretium quæcunq; repetere.

SVMMARIVM.

1 *Vxorem alterius qui alit, repetit à marito, qui tenebatur alere.*
2 *Socer repetit à genero alimenta, quæ præstitit filiæ.*
3 *Alimenta quicunque præstitit, repetere potest ab eo qui alere tenebatur.*
4 *Ratio generalis extendit dictum.*
5 *Frater qui aluit sororem, repetit à socero sororis, qui recusauit alere, intellige tamen vt ibi.*
6 *Hæredes mariti repetunt alimenta vxori viduæ in debita præstita intra annum luctus.*
7 *Impensa alimentorum semper dicitur modica, quia paulatim. intellige tamen vt ibi.*
8 *Villa quæ stetit per menses quòd non denunciauit malefactorem, punitur vnica pœna.*
9 *Interpellatio nõ dicitur trina quando continuato sermone ter instat quis debitorem ad soluendum.*
10 *Appellasse semel tantum dicitur qui eodem tempore ter dicit appello.*
11 *Hæredes mariti non repetunt alimenta intra annum luctus præstita viduæ.*
12 *Vidua fingitur à iure esse in eodem matrimonio.*
13 *Vidua gaudet priuilegiis viri dum seruat viduitatem.*
14 *Hæredes viri non repetunt à viduæ, quod in eius alimenta impenderunt vltra redditus dotis.*

QVÆSTIO XVI.

1 VXori alterius, qui prouidit de alimentis, repetit † à marito, qui tenebatur alere, *l. alimenta, & l. si patrono, C. de negot. gest. l. Nesennius, ff. eod. tit.* Ideo Cyn. *in lege, quod in vxo. C. de neg. gest.* dicit quòd pater, qui filiam aluit eo casu,
2 quo non ipse, sed maritus tenebatur, repetit à genero, *sequuntur Ruin. Bald. & Alexand. ibi.* Et est generale, quòd quicunque præstat alimenta ei, cui

ab alio

3 ab alio debebantur, repetere potest ab illo, † *d. l. Nesennius, Pet. Cyn. & alij in dicta lege, quòd in vxorem.* Ita regulam constituit Socin. *in cons. 64. col. 2. vol. 4.* vbi *in ver. ex qua conclusione*, dicit, quòd si pater, frater, vel alius quilibet præstat vxori alimenta, quæ erant præstanda à viro, repetit ab illo, quia videtur vtiliter gessisse negocium illius. Allegat Cornel. *in dicta lege, alimenta, & Cyn. in dicta lege, quod in vxorem, & idem omnino dicit Natta in cons. 547. nu. 16. & sequen.* vbi ponit de patre, & de fratre, qui repetūt à genero, & sororio, & quia ratio vtilis gestionis est generalis, potest dictum extendi ad quemcunque alium, secundum regulam Socin. *in dicto cons. 64.* Decisio enim quamuis stricta, extenditur ad limites rationis, & ratio generalis extendit
4 † dictum, *l. regula. §. fin. vbi Bart. & alij, ff. de iur. & facti ignor, lege secunda, §. si maritos, ver. quid si curatores, & versic. quid si decesserint, ff. ad Tertullian. l. nomen debitoris. §. fin. ff. de lega. tertio, Euerar, loco 35. col. 1.* & possent allegari multi concordantes, & hęc vera sunt durante matrimonio. Nam eo dissoluto aliud est. Si enim dissoluantur sponsalia, & socer interpellatus recuset alere, mulier autem nihil aliūde ha-
5 beat, † tunc frater si præstitit alimenta repetit à socero, imò ipsamet mulier repetit, vt voluit Ioā. de Cane. mortuo, quem citat & sequitur Vital. *in tracta. clausula. iu titulo, quando alimen, renuncia. possit, col. 10. in principio*, vbi tamen dicit, quòd si socer obtulerit, se paratum alere eam in domo propria, & frater voluit illam recipere, & alere in sua domo, non tenetur socer restituere alimenta.

Hinc finitima est quæstio, an hæredes mariti, qui intra annum luctus aluerunt viduam, possint ab ea repetere alimenta præstita. Et vbi nullæ cōcurrunt coniecturæ, Corne. *cons. 252. in primo dubio, vol. 1.* loquendo in fratre mariti, videtur præ-
6 supponere, quòd concedatur † repetitio, quia in dubio nemo præsumitur donare, *l. cum de indebito, ff. de probation.* At eam alere quam non tenebatur dicitur donatio. Item in dubio alimenta, videtur quis præstare animo repetendi, non dandi, secundum gl. *in dicta l. si paterno.* At in suo casu propter multas coniecturas tenet non dari repetitionem. Coniecturæ autem erant, quia dotes in domo dimisit, operas, & seruitia præstabat, erat relicta vsufructuaria, domina & massaria, hęres erat diues, & sine filiis. Subdit tamen vnum verbum notandum, quod si verùm esset, posset ferè semper præstari, vbi tractatur de alimentorum repe-
7 titione. Dicit enim, quod quantitas præstitorum † alimentorum videtur parua, quia paulatim ministratur. Et licèt cursu temporis augeatur, non tamen fit magna, & considerat primam, secundā, & tertiam præstationem. Ego autem non intelligo multiplicitatem præstationum: vnica enim iudicatur præstatio, ea, quæ fit continuato aliquo tempore, puta per annum vel menses, facit dictū Bart. *in l. inficiando, §. infans. ff. de furt.* vbi dicit, quòd si villæ cōsul sub pœna tenetur denūciare quem-
8 cunque malefactorem, punietur † vnica pœna, quando stetit per menses, quòd nullum denunciauit delictum. Et subdit Bart. ibi vnicum delictum iudicari, quando aliquis tota die, vel nocte lusit ad azardum, etiam si luserit cum diuersis personis. Et dicit gl. *in lege, si conuenerit, ff. de pignor. actio.*
9 quòd si quis continuato sermone ter † dicat alicui, *solue*, non dicitur ille fuisse ter interpellatus, sed semel tantum. Idem de eo qui condemnatus
10 dixit sæpius, *appello*, † vt semel tantum dicatur appellasse, voluit gl. *in capitulo, ab eo, de appellatio. in sexto. prædicta, & alia congerit Marsil. in dicta lege finali, num. 16. ff. de ficar.* Ita qui continuato aliquo tempore alit aliquem, non dicitur pluries alimenta præstitisse, cum verbi *alere*, proprietas æquè referatur ad alimenta vnius mensis vel anni, sicut ad alimenta vnius diei, *Benintend. decis. 43. num. 11.* Et alimentorum distributio fit per tempora, non per vices, proinde in cognoscendo si sit magna vel modica impensa, non est attendendum quid fuerit in singulas cœnas, vel prandia erogatum, sed quid intra totum vnum tempus continuatum fuerit impensum.

Principalem tamen Cornei decisionem, non
11 credo † veram, imò existimo, non esse locum repetitioni, quando hæredes aluerunt intra annum luctus, nam aut non habebat aliunde, & tūc vxor ali debet ab hæredibus, ne cogatur mendicare in opprobrium præcedentis matrimonij, *vt in simili dicitur in authē. præterea, C. vnde vir & vxor*, & in corpore vnde sumitur: si verò habebat aliunde, & habebat dotem, tenebantur quoq; hæredes alere, *vt in lege, diuortio, in principio, ff. soluto matrimonio*, & vtrumque casum posui in titulo, *quibus & à quibus præstan. sint aliment. vbi dixi de alimen. an sit alenda ab hæredibus.* Cum ergo tenerentur, non repetunt quod ex necessitate legis & obligatione soluerūt, quia vt dixi, & probatur *in lege, alimenta, & in lege, quod in vxorem, C. de negot. gest.* qui proprium debitum soluit, non repetit: si verò dotem non habebat, idem est, quia cum non tenerentur alere, nec ad id cogi possent, videntur donare, *argumento le-*
12 *gis, donari, ff. de regulis iuris*, & vidua † videtur esse in eodem matrimonio, *lege finalis, C. de bon. matern.*
13 *Alex. in cons. 22. col. 2. vol. 2.* & gaudet priuilegiis † viri, *capitulo, ex tenore, de foro compet. Barbat. cons. 56. columna finali, vol. 3. Roland. cons. 86. num. 3. & 6. vol. 2. Tiraquel. in tracta. cessan. cau. limitatio. 15.* & probatur, quia videmus, quod vbi mulier habet dotes, licèt hæredes viri teneantur ad alimenta illius solùm vsque ad ipsarum dotium redditus, tamen si in alimenta aliquid impendunt vltra dotis red-
14 ditum, non † repetunt vt voluit Imola *in d. l. diuortio, in prin. col. 2. ff. soluto matrimonio.* Sicuti itaque non repetit quod impendit vltra redditum dotis, ita etiam non repetit, quando vidua carebat dote, & eadem sit ratio partis quoad partem, quæ est totius quoad totum. Vide tamen quæ dixi in *titulo, quibus & à quibus debean. alimen. dum tracto de vidua alenda ab hæredibus viri.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio non præsumitur etiam inter patrem, & filiū.*
2 *Vxor repetit à viro quidquid impendit in alimenta illius.*

3 *Dona-*

3 *Donatio inter virum & vxorem est prohibita.*
4 *Vxor repetit à viro quidquid in illius vtilitatem impendit animo donandi.*
5 *Maritus restituit vxori fructus industriales paraphernalium, quos consumpsit de voluntate vxoris, & vertit in proprios vsus.*
6 *Maritus dicitur in vsus proprios conuertisse fructus paraphernalium, quando vertit in propria alimenta.*
7 *Maritus restituit vxori fructus paraphernalium naturales, etiam de voluntate vxoris consumptos.*
8 *Vxor non repetit alimenta à marito præstita, si illum tenebatur alere.*
9 *Donatio inter virum & vxorem sustinetur de re modica.*
10 *Maritus non restituit vxori fructus naturales extradotalium, quos consumpsit si modici sint.*
11 *Animus donandi, vel repetendi, colligitur ex qualitate impensæ.*
12 *Vxor repetit à viro alimenta quæ præstitit, etiamsi concurrat aliqua donationis coniectura.*
13 *Voluntas & potestas debent copulatiuè concurrere in quocunque actu.*
14 *Vxor repetit à viro alimenta, quæ communibus filiis præstitit.*
15 *Vxor repetit à viro dotem, quam soluit pro communi filia ad quam se obligauerat simul cum marito.*
16 *Pater & patruus si simul se obligent ad dotandum, patruus repetit à patre, qui solus tenebatur.*
17 *Rei plures debendi censentur inter se fideiussores, quando negotium insolutum spectabat ad vnum.*
18 *Rei plures debendi quando sunt, an vnus ab alio repetat solutum, distinguitur inter causam onerosam, & causam lucratiuam, vt ibi.*

QVÆSTIO XVII.

VXOR, quæ de propriis bonis maritum aluit, cum nõ teneretur, an repetat à marito? Et videtur repetitionem dari, quia nemo præsumitur animo donandi dare, *l. cum de indebito. ff. de probatio.* & præsumptio dona-
1 tionis † cessat etiam inter patrem & filium, *secundum Salic. in l. alimenta, C. de nego. gest. Bologn in cons. 27. num. 16.* vbi expressè dicit, quòd mulier repetit à
2 marito, † quidquid impendit in illius alimenta. Et dicit Bal. *in cons. 50. num. 6. volum 5.* quòd vxor, quæ impendit pro sustinenda re familiari, quæ consumebatur, præsumitur magis negotiũ gerere, quam donare. Ideo repetit super bonis viri non subiectis restitutioni: imò videtur, quod volens non possit marito donare alimenta. Est enim prohibita do-
3 natio † inter virum & vxorem, *l. 1. 2. & 3. ff. de donatio. inter vir. & vxor. Iaf. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. indeb. cum similib.* Et dicit gl. *in l. si stipulata. §. 1. ff. de donatio. inter vir. & vxo.* quod inconueniens est & incongruũ, vxorẽ donare marito pro sustentatione illius. Et per illum textum cũ gl. & Bart. *in cons. 478. num. 2. vol. 5.* dicit, quod vxor repetit etiam, quãdo
4 † animo donandi aliquid in viri vtilitatem impendit. Et ratio est, quia vxori concedi non debet per indirectum id, quòd directo non concederetur. Dicit tamen Baldus, loco prædicto, quod donatio prædicta confirmetur morte, & mortuo viro vxor nihil possit petere pro eo, quod impendit in alimenta illius. Prædicta autem opinio confirmatur, quia licèt inter Doctores sit contentio, an maritus teneatur vxori restituere fructus paraphernalium bonorum, quos consumpsit, tamen videtur in hoc communis opinio, quòd si fructus sint industria-
5 les, & consumpti † de voluntate vxoris in solam viri vtilitatem, tunc maritus teneatur illos restituere vxori, licèt aliud sit, quando consumpti forent in vsus promiscuos ipsorum coniugum, *ita declarat Bal. in l. vina matre, in fi. C. de bon. matern. & in cons. 276. in fi. volum. 3. Aug. in l. pen. ff. ad leg. Falcid. Castren. in cons. 99. colum. 3. num. 2. in fi. ver. quinta fuit opinio, volum. 2. Corne. in cons. 229. per totum. præcipuè colum. 1. ver. Bal. autem. & colum. 3. ver. ex quibus patet, volum. 4. Aret. in cons. 160. longa est, colum. 2. ver. illud tamen indubitanter, Socin. in cons. 82. num. 9. ver. secunda fuit opinio, vol. 4. Ruin. in cons. 222. num. 5. ver. & licèt in hoc, volum. 1.* Et dicitur in pro-
6 prios vsus † conuertisse illos fructus, quando ex eis comparauit sibi alimenta, *secundum Aret. d. cons. 160. colum. 2. ver. nec ex tacita, quod etiam voluit Franc. Alberg. quem citat & sequitur Socin. d. cons. 82. num. 10. & Ruin. d. cons. 222. num. 5. ver nec secundum Franciscum,* & quando fructus sunt naturales, tunc licèt fuerint percepti de voluntate vxoris, si tamen fuerunt consumpti
7 in communes vsus, † restituuntur, intelligendo de bonis nõ paraphernalibus, sed extradotalibus, *secundum Aretin. Corn. Soc. in locis prædictis, Alex. in cons. 63. num. 10. volum 2. Afflict. in decis. 44. num. 7. Cravet. in cons. 193. num. 15.* Sicuti igitur maritus restituit vxori fructus, in propria alimẽta consumpsit, & qui ad vxorem pertinebant tanquam percepti ex illius bonis, ita necesse habebit, restituere id quod vxor in illius alimenta impendit, cum eadem omnino sit ratio: nec referat, quod vxor ipsa impenderit, vel maritus de voluntate vxoris. Et Bal. *in dicto cons. 478. num. 1.* loquitur præcisè, quando vxor fructus extradotalium bonorum consumpsit in alimenta viri, atque ita licèt vir & vxor dicantur duo in carne vna, & socij diuinæ & humanæ domus, *vt inquit Baldus loco prædicto,* non tamen inter eos præsumitur donatio.

Intellige tamen prædictam conclusionẽ, quando vxor non tenebatur virum alere, quia vbi erat
8 obligata ad alimenta, † non repetit solutum, *secundum Bal. cons. 478.* & præfatus sum multoties, nullum omnino includi casum in hac parte seu titulo, quando quis tenebatur alere, quandoquidem non datur repetitio eius, quod quis impendere tenebatur.

Secundo declara minimè procedere, quando modica esset impensa, quam vxor fecit pro alimẽtis viri, quia censetur facta animo donandi, *vt dixi supra in patre, matre, fratre, & aliis personis,* accedente tam maximè tam arcta sanguinis necessitudine. Nec obstat generalis legum prohibitio, quæ excludit donationem inter virum & vxorem, atque
9 eam improbat, quia vbi donatur † quid modicum, lex non annulat donationem. *l. quod autem, §. 1. ff. de donatio. inter vir. & vxo. Duen. regula 221. limitat. 5.* Et facit, quia maritus non tenetur vxori restituere fructus naturales perceptos ex bonis extradotalibus
10 vxoris, quos consumpsit † in vsus proprios, quando mo-

do modici sunt valoris, *vt per Aretinum, Alexan. Corn. Socin. Afflict. & Craue. supra relatos*, qui ita distinguunt inter fructus modici & magni valoris. Facit *lex vtrum. ff. de donat. inter virum & vxor.* vbi dicitur, quòd ex modo & genere impensæ cognoscitur, si mari-
11 tus habuit animum donandi, † vel repetendi. Ecce ergo quòd magna impensa differt à modica in proposito inter virum & vxorem, & illum textum ad hoc adducit Bologni. *dicto cons. 27. num. 16. ver. nec obstat l. vtrum.*

Ex eo autem, quod dictum est, vxorem non posse donare marito, nec præsumi id facere, quando impensa est magna, infertur, quòd etiam si aliquæ donationis coniecturæ concurrerent, adhuc
12 † daretur repetitio: cum enim deficiat in vxore facultas donandi parum releuat illius voluntas, cum
13 in vnoquoque actu copulatiuè † requirantur, & potestas, *cap. cum super, de offic. deleg. l. cum te, vbi Bal. C. de donatio. ante nupt. l. multum. C. si quis alte. vel sibi, Bal. cons. 326. num. 2. volum. 1. Natta cons. 402. num. 28. Rolan in cons. 39. num. 20. volum. 1.* Posset autem haberi dictarum coniecturarum ratio, vbi vxor decessisset, quia ex quo tunc donatio fortitur effectum, potest considerari, an mulier animum habuerit donandi: at vbi viuens vxor repeteret, frustra allegaret maritus impensam fuisse factam animo donandi.

Et non solum vxor repetit à viro impensam fa-
14 ctam pro eo alimentando, † sed etiam, quam fecit pro alendis filiis, quando onus illud ad maritum spectabat, vt dicitur *in l. Nesennius. ff. de negot. gest. & dixi latè supra in quæstione, an mater repetat alimenta filio præstita.* Imò in fortiorib. terminis dicit Bal. Nouel. *in tract. dot. part. 6. priuileg. 3. in fi. ver. vidi etiam in facto consultum*, quòd si vir & vxor simul dotem filiæ, aut genero promittant, & cogatur mater vigore illius promissionis soluere, licebit exinde sibi repetere
15 solutum, † quia videtur magis ad cautionem filiæ, aut generi interessisse pro marito, quam quod voluerit donare, ex quo negotium integrè spectabat ad virum, *argumento l. vir vxori. §. si ff. ad Velleian.* Id quod extendit Corne. *cons. 316. colum. 1. ver. tamen his non obstantibus, volum. 4.* vt procedat, quando pater
16 & † patruus simul obligarũt se pro dote, quùm solus pater tenebatur dotare, *sequitur Crauet. in cons. 77. num. 3.* Et ratio est, quia vbi plures se obligant in solidum pro facto ad alterum ipsorum pertinente, tunc licèt quoad creditorem dicantur plures rei debendi, tamen inter se habentur pro fideiussore,
17 & † principali. Proinde si is, ad quem negotium non spectat, totum debitum, vel partem soluat, repetit à principali per tex. *in d. l. vir vxori. §. fi. est doctrina Bart. in l. reos, ff. de duobus reis, vbi Ang. & Imo. idem probarunt Fulgo. & Castren. in d. §. fina. Bal. in Authen hoc amplius, num. 21. C. de fideicom. Alexan. in cons. 66. num. 5. volum. 4. Natta in cons. 51. num. 8. Rolan in cons. 64. num. 5. volum. 1. Caphal. in cons. 220. num. 15. vbi latè agit, decis. Pedemon. 44. num 7. D. Beetius in cons. 45. num. 49.* In quo tamen, vt vel obiter dicam, solet etiam considerari,
18 an sint rei † ex causa lucratiua, vel onerosa, ad effectum, vt soluti detur repetitio, *vt per Bar. d. l. reos, numero 3. ver. quæro, qua actione, & ibi Alexan. ver. nullo modo, Afflict. decis. 319. in fi. Ruin. in cons. 76. num. 6. volum. 1.* Sed quia id nihil ad nos, non curo.

SVMMARIVM.

1 Pietatis intuitu præstita alimenta non repetuntur.
2 Argumentum a dote ad piam causam, est validum.
3 Donatio præsumitur fauore dotis.
4 Animæ fauore sumitur semper interpretatio, qua sit illi vtilior.
5 Ingratitudo operatur alimentorum repetitione aduersus eum, qui diu alitus fuit ex affectione.
6 Factum legitimè à principio non retractatur, quando deuenit ad casum à quo non potuisset incipere.
7 Alumnus æquiparatur coniuncto.
8 Alumnus dicitur de familia.
9 Ingratitudo maximum est vitium, & reprobatur legum & canonum authoritate.
10 Donatio inter viuos reuocatur propter ingratitudinem.
11 Libertus ingratus redigitur ad pristinam seruitutem.
12 Doctor propter ingratitudinem priuatur doctoratu. Miles propter ingratitudinem priuatur cingulo.
13 Ingratitudo operatur, vt detur alimentorum repetitio etiam in casibus, quibus alioquin denegatur.
14 Pater non restituit alimenta, quæ fuerunt præstita infanti exposito.
15 Pater alimenta infanti exposito præstita soluit alteri, quando restitit ne filio alteris nubat.
16 Pater dotem dare recusans filiæ expositæ, quando nupsit filio alteris, dicitur impedire matrimonium.
17 Posse non dicimur, quæ commodè facere non possumus.
18 Posse non dicimur, quod sine difficultate non possumus facere.
19 Pater exponens filium perdit patriam potestatem.
20 Dotandi necessitas descendit à patria potestate.
21 Bannitus non perdit iura ciuitatis, quæ ei sunt allatura in commodum, secus quoad vtilia.
22 Pœna non debet esse causa præmij.
22 Nobilitatem perdens ob delictum, sustinet tamen onera nobilibus imposita.
Dignitatem qui perdit, non excusatur ab onere iniuncto habenti dignitatem.
24 Falsi pœna damnatus licèt ex lege aut statuto desinat esse nobilis, tenetur tamen ad onera nobilium & maioritatem pœnæ.
25 Hæres qui desiit esse sua culpa, remanet tamen hæres, quoad incommoda.
26 Priuilegium prodest, ne teneatur quis ad incommoda sed non offendit quominus commoda consequatur.
27 Ingressus religionem eximitur à potestate patris.
28 Filius familias si episcopus fiat exit patris potestatem.
29 Filius familias factus sacerdos efficitur sui iuris.
30 Filius exemptus à patria potestate per sacerdotium, religionem, vel Episcopatum, non perdit iura legitimorum.
31 Filius factus sui iuris sacerdotio, religione vel episcopatu retinet iura suitatis.
32 Pater reddit alimenta filio exposito præstita si recusat illum ducere filiam alteris in vxorem.
33 Extensio ex identitate rationis ad casus similes admittitur etiam in lege pœnali.
34 Masculinum nunquam concipitur à fœminino, licet aliud econtra.

35 Ma-

35 *Masculinum concipitur à fœminino, quando eadem subest ratio.*

QVÆSTIO XVIII.

1 GENERALITER alimenta, quæ † pietatis intuitu præstita sunt, non repetuntur, ex tex. *in l. cum is, §. penult. ff. de cond. ponunt Doctores in d. l. alimenta, in l. quod in vxorem, C. de neg. gest. est tex. in l. Nesennius, ff. eo. tit. §. fi. Inst. de obligat. quæ ex quasi contra. nascunt. Cordub. in l. si quis à liberis. §. si parens, num. 39. ff. de liber. agnoscen.* Et per tex. *in d. §. pen.* dicit Tiraq. *in tract. de priuileg. piæ causæ, priuileg. 7. col. 3.* quod pietas excludit repetitionem, *l. fi. C. de infan.*
2 *expos.* facit, quia valet argumẽtum à dote † ad piam
3 causam, & fauore dotis † præsumitur donatio, *l. fi. C. de iure dot. Doctores in l. 2. §. 1. ff. solu. matrim. Bar. in l. quæ dotis, num. 6 ff. eod. hoc tenuit Socin. Dec. Paris. & Socin. iun. quos citat & sequitur Menoch. in d. tract. de arbitr. iud. casu 88. num. 36.* Ergo eodem modo præsumi debet donatio, quando aliquid fit ob pietatem. Accedat, quòd vbi agimus de fauore animæ, sumi semper
4 † debet interpretatio, quæ illi sit vtilior *c. consilium, de obseru. ieiun. glos. in cap. 1. de scrutin. Innoc. in cap. ad audientiam, de homicid. Felin. in cap. fina. de præsumpt. Marsi. in sing. 151. Alciat. in tract. præsump. reg. 3. præsump. 1. num. 13. & sequen.* Vtilius verò est animæ, quòd sit donata illa impensa, quàm quòd repetatur, ergo debemus ita præsumere.

Fallit tamen hæc conclusio in eo, qui aliquem aluit, affectione ductis teneris ab annis: is enim repetit omnem impensam præteriti temporis, si alu-
5 mnus ingratus † sit. Ita tenet glos. *in l. iniquam, C. de his, qui accus. non poss.* & ibi Salicet. *num. 2.* dicit, quòd expensæ alimentorum repetuntur propter ingratitudinem, cum tamen à principio peti non possent. Mouetur ex *l. patrem, C. de nupt.* Et dicit Bal. *in d. l. iniquam*, quod non debet quis malum reddere pro bono recepto. Et illam glos. dicit auream. Ioan. de Amic. *in cons. 114. num. 21.* & legem prædictam adducit etiam Tiraq. *in l. si vnquam, in ver. fuscepcrit liberos, num. 53. C. de reuoc. donatio. Cordub. in l. si quis à liberis, §. idem iudex, num. 48. ff. de liber. agnoscen.*

Contra tamen hanc sententiam facere videtur, quia quod initio legitimè constitutum est, non re-
6 tractatur, † licèt ad eum casum deueniat, à quo non potuisset incipere, *cap. factum legitimè, de reg. iur. in 6. l. in ambiguis, §. non est nouum. ff. de reg. iur. vbi Dec. & Cagnol.* Sed respondetur, esse hoc in pœnã ingratitudinis: quanto enim maius beneficium recepit alumnus ex alimentatione diutina, ex tractatione & cohabitatione, tanto plus peccat actorem suum offendendo, aut accusando: qui enim plus rece-
7 pit, plus debet: & sicuti alumnus † æquiparatur sanguine coniunctis. *§. eadem lege ver iustè autem, Instit. quib. manum. non licet, & ibi not. Aretin.* & dicitur
8 † de familia, *l. Nesennius. C. de nupt. quem text. Aretin. loco præcitato, dicit esse singularem, & multa alia de alumno ponit Tiraquel. d. ver. fuscepcrit liberos, num. 53.* ita maiorem debet altori suo reuerentiam & obseruantiam, quam si non præstat, grauius punitur, & cum
9 ingratitudo maximum sit vitium, † reprobatũ authoritate legum & canonum, *vt per Dec. in cons. 686. num. 13.* reddit ingratum, beneficio accepto indi-
10 gnum: hinc donatio inter viuos reuocatur † propter ingratitudinem, *l. generaliter, vbi glos. & Doctores.*
11 *C. de reuoc. donat.* libertus ingratus † redigit vt ad pristinum seruitutis statum, *l. 2. C. de lib. & eorum lib. Ripa dicta l. generaliter, colum. 1.* vbi infert ad Doctorem &
12 militem, qui ob † ingratitudinem priuantur Doctoratu, & cingulo militiæ. Si ergo ingratus perdit ea, quæ sibi fuerunt inter viuos donata, cur mirum videri debebit, quòd altori reddat alimenta, quæ in eum donandi intentione fuerant collata, cum & illa saperent donationem.

Et ex hoc inferri potest generalis limitatio, & decisio, vt omnibus in casibus quibus dictum est supra, alimenta animo donandi præstita, non re-
13 peti, intelligatur id, nisi qui † recepit alimenta, ingratitudinem committat, quia per eam ita efficitur indignus, vt reddere teneatur impensam, eadem enim videtur ratio, nisi dicamus grauiori pœna dignum illum, qui ab ineunte ætate receptus, & seruatus in domo alicuius, tandem altori efficitur ingratus, quam is sit, qui simpliciter alimenta recepit in domo alicuius.

Fallit secundo regula, quam suprà constituimus, vt nõ procedat in patre, qui filiam infantem
14 exposuit: † nã etsi is regulariter non teneatur alimenta reddere, quę alius præstitit, *l. 1. C. de infant. expos.* si tamen non patiatur, aut consentiat, sed impediat, quominus illa nubat filio altoris, cogitur
15 refundere alimenta † omnia præteriti temporis, textus est expressus *in l. patre, C. de nupt.* vbi inquit Cin. quòd propter odium & ingratitudinem patris, limitatur per illum textum regula generalis, quæ vult, quòd alimenta præstita intuitu pietatis, non repetantur. Et dicit Salicet. quòd propter ingratitudinem cõceditur ius repetendi, quod prius non competebat, & subdit esse speciale, quia ingratitudo resecat ad officiũ pietatis. Et inquit Bar. esse ibi casum singularem, quòd repetatur id, quod fuit erogatum citra animum gerendi aliena negotia, *sequitur Fulgos. num. 1. Cordub. qui alios citat, d. §. idem iudex, num. 50.* & pater satis dicitur prohibere, vel
16 impedire, quando negat † dotem dare, sine qua filius altoris non vult ita ducere in vxorem, *secundum Cin. & Bal. ibi.* Et licet Salic. dicat hanc declarationem esse diuinatiuam, tamen rationabilis videtur, qua non dicitur posse fieri id, quod commodè
17 † non potest fieri, *l. nepos Proculo. ff. de verborum signif. l. si seruus, ff. de noxal. l. si peculium. §. fin. ff. de statu libe.* & idem est, quando non potest fieri † sine difficulta-
18 te, *gl. in §. pœnales, Instit. de actio. Bal. in cons. 101. colum. 1. vol. 1. Cranet. in cons. 199. num. 2.* Cum ergo non commodè, nec sine difficultate mulieres inueniãt maritos, pater, qui recusat filiæ dotem dare, videtur impedire ne matrimonio collocetur. Benè fateor, quod illa expositio non erat necessaria, quia etsi filia exposita possit sine consensu patris nubere, atque eo inuito matrimonium contrahere cum filio altoris, *vt ibi dicunt Cin. & alij*: tamen adhuc puniendus est in aliquo pater, qui immemor recepti filiam beneficij contradicit matrimonio, vel alio modo impedit. Ex alio autem videtur quod expo-

sitio Cini non possit subsistere, quatenus, inquit, satis patrem recusare, quãdo dotem non dat: nam
19 vbi pater filium exposuit, videtur perdere † patriam potestatem, *iuxta text. in l. 2. C. de infant. exposi.* *quem in filio intelligit Petr. Gerard. sing. 2. num. 9. Ascan. Clem. in tract. de patr. potest. cap. vltim num. 96. & ita dicit Abb in cap. 1. num. 1. de infan. & languid.* Imo est tex. *ibi.* Cessante autem patria potestate cessat necessitas
20 dotandi, quæ ab illa † descendit, *l. fina. C. de dot. promis. glos. in l. cum post. §. gener, in ver. placuit. ff. de iure dot. cum alijs apud Ascan. in d. tract. effect. 11. in princ.* Sed sustinendo dictum Cin. responderi potest duplici modo. Primò, quòd opinio Gerard. non est tuta, quod pater ob expositionem filij perdat ius patriæ potestatis, nam gl. *in d. l. patrem*, videtur tenere contrarium dicens, *l. 2.* procedere in seruo, & liberto, non filio, & est communis, *secundum Salicet in l. fina. num. 3. C. de infan. expos.* ideo tenetur dotare.

Secundò respondeo, quòd etsi pater perderet patriam potestatem ob contradictionem, & impedimentum, nõ tamen per hoc eximitur ab onere dotandi, quia illam perdit, quoad ea, quæ sibi erant vtilia: non quoad ea quæ erant onerosa & damnosa: Vbi enim aliquis propter odium consideratur vt alius, tunc id locum habet, quoad honores, & vtilia, non quoad incommoda & damna, *l. si seruus plurium. §. 1. ff. de leg. 1. l. in actione. §. item qui societatem. ff. pro socio.* Propterea Bart. *in quæst. 15. statuto Lucanæ ciuitatis, tamen prout eum citat Nellus in tract. bannito. in prima par. secun. tempo. quæstio. 5.* dicit, quòd etsi
21 bannitus † perdat iura ciuitatis, tamen hoc non est verum, quoad iura, quæ sunt damnosa bannito, quia quoad ea remanet ciuis, *ita quoque tenet Bal. & alij in l. 1. C. de hared. instit. Socin. in cons. 58. num. 10. vol. 1. vbi post Nellum testatur de communi*, & ratio est, quia
22 pœna non debet esse causa præmij. *l. sive hæreditaria. ff. de nego. gest. l. si quis solidum ff. de hared. instit.* Sed pater exponendo filiam consequeretur præmium, quia eximeret se ab onere dotandi, quod ante incumbebat. Et per hanc rationem Bartolus *in l. 1. num. 92. C. de dignit. lib. 12.* inquit, quòd vbi propter delí-
23 ctum priuatur aliquis nobilitate † & dignitate, sustinere debet nihilominus onera omnia & incommoda, quæ nobilibus iniunguntur, licèt honores & vtilia perdat. *Et in l. 1. C. de infant. lib. 10.* dicit, quod
24 etsi condemnatus de falso desinat esse nobilis † ex lege aliqua, vel statuto, tamen remanet nobilis, quantum ad maioritatem pœnarum, & quantum ad ea, in quibus nobiles plus cæteris grauantur: facit etiam, quia vbi aliquis desinit esse hæres sine
25 culpa, remanet tamen † quoad incommoda, *cap. intelleximus, vbi notatur de iudic.* & idem est econuerso, quando propter priuilegium liberatur, quia id in-
26 telligitur, quoad incommoda, † non autem quoad commoda, *l. 1. §. fi. vbi glos. ff. ad Macedon. glos. in l. 2. ff. de iur. aureor. annul. l. falsa. §. sed si cui. ff. de cond. & demonst. l. ad inuidiam, C. de his, quæ vi, metusve cau.* Ideo nemini consuluisse, quod priuilegium immunitatis alicui concessum, non adimit facultatem participandi de redditibus communis, licèt statutum extet, quod non sustinens onera, non sit particeps eorum; Item videmus, quòd etsi filius ingrediens
27 † monasterium, exeat de potestate patris, *secundum glos. in l. si ex causa, §. penult. de minor. c. Iudæorum, de ætate &*
28 *qualit. & similiter factus Episcopus*, † *Authen. presbyteros. C. de episcop. & cler. imo factus sacerdos*, † *Hostien. d. cap. indecorum.* tamen id intelligitur, quoad onera,
30 non quoad honores, & ideo non perdit iura † legitimorum, *§. illud, in Authen. constit. quæ de dignit nec*
31 *perdit suitatem*, † *glos. in l. si ex causa. §. Papinianus, vbi Bar. ff. de minor. Bar. in l. item in potestate, ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. Bal. in l. apud hostes. C. de suis & legitim. ponit Ias. in l. qui se patris, num. 18. C. vnde liberi.* Ita ergo in proposito licèt pater filiam exponens, perdat potestatem patriam, tamen hoc est verum, quoad ea in quibus patria potestas erat sibi vtilis, non autem quoad ea, in quibus est damnosa; remanet enim obligatus ad dotandum illam, quemadmodum si non exposuisset, & hoc modo sustinetur & defenditur opinio Cini, qui vult, quòd si recusset dare dotem, videatur prohibere, vel impedire ne filiæ nubat.

An autem procedat conclusio in contrario casu, quando pater exposuit filium, & alter vult ei filiã dare in vxorem, pater autem impedit, aut prohibet, Cordub. *dicto §. item iudex, num. 50. & seq.* dicit,
32 hoc quoque casu † locum esse decisioni, per quam pater cogitur alimenta omnia præteriti temporis restituere, quia lex est pœnalis, extenditur exiden-
33 titate rationis ad casum similes, † *cap. vnico, §. sed quia natura, tit. quæ fuit prima cau. benef. amitten. & ibi notat Bal. & infinitos cumulat Cordub. loco prædicto.* sed in contrarium facit, quia etsi masculinum aliquando concipiat fœmininum, tamen econtrà fœmini-
34 num † nunquam concipit masculinum, *l. si ita scriptum. ff. de leg. 2. glos. in §. fina. Institut. qui dari tutor. poss. & in l. 1. ff. de verborum signif.* & repugnat natura, ne fœmininum concipiat masculinum, *secundum Dec. qui citat Cardin. in l. 1. num. 127. ff. de reg. iur.* posset tamen responderi, quòd vbi in eadem militat ratio,
35 etiam tunc † fœmininum concipit masculinum, *secundum Butr. in cap. fina. car. 9 consuet ud. quem citat subdens esse diligenter notandum, Ias. in l. si quis id quid, num. 24. ff. de iurisdict. omnium iudic.* At indifferens est vtrobique ratio in facto nostro, quia semper dicitur pater ingratitudinem admittere, quando prohibet, ne filius alimentatus ducat in vxorem filium alimentatoris, sicuti quando prohibet ne filia nubat filio, & quamuis Dec. *in l. fœmina, num. 127. & in cap. cum in cunctis, numero 26. de electio.* impugnet eam declarationem, tamen non potest obsistere authoritati Butr. & Iason. Præterea sublimitatio, quam ipse addit, confirmat limitationem Butrij: excipit enim, quando de filia mentio fieret gratia maioris frequentiæ, vel ob facti contingentiam, sequuntur additio. *ibi:* at vbi eadem est ratio in masculo, quæ in fœmina, semper expressio fœminæ censetur facta gratia frequentioris vsus & contingentiæ facti, vt in exemplo posito per Dec. in locis prædictis statuti, scilicet ne quis teneat capras in villa, & sanè durum est euitare pœnã, vbi vtroque casu par est ratio, & tex. *in l. fi. §. sed neque. C. de infant. expos.* non constituit differentiam inter masculum & fœminam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dominus reddit alimenta præstita seruo ipso inuito, vel ignorante exposito.*
2 *Pater restituit alimenta præstita filio, quæ tertius ipso ignorante, vel inuito expossuit.*
3 *Pater non restituit alimenta præstita filio, quæ ipse exposuit.*
4 *Lex generaliter loquens, debet generaliter intelligi.*
5 *Doctoris dictum intelligi debet secundum legem, quam allegat.*
6 *Filium vel seruum expositum alens, repetit si protestatur se alere repetendi animo.*
7 *Pater reddere tenetur impensam à tertio factam pro filio erudiendo.*
8 *Impensa, quæ fit in erudiendo aliquem, æquiparatur alimentationi.*
9 *Studiorum fauore multa conceduntur.*
10 *Alere qui tenetur ratione sanguinis, tenetur etiam erudire, & in bonis artibus instruere.*
11 *Alere qui tenetur ratione sanguinis, tenetur etiam impendere in quæcunque studia.*
12 *Theologiæ studiosi quod datum est, dicitur in piam causam versum.*
13 *Infantem expositum si ecclesia, vel hospitale aluit, non repetit.*
14 *Infantem consanguineum expositum qui aluit, non repetit à patre.*
15 *Duo vincula magistris stringunt.*
16 *Singula, quæ non prosunt, multa iuuant.*
17 *Infantem expositum alens, si dives sit & liberalis, non repetit.*
18 *Monachum qui aluit, repetit à monasterio, vel Abbate.*

QVÆSTIO XIX.

QVI aluit infantem expositum à patre, an repetat alimenta, quæ illi præstitit, intelligendo tamen de eo, qui non tenebatur alere, sed sponte susceptt. Et in primis sciendum est, quòd aliquando exponitur aliquis à tertio patre ignorante, vel inuito. Et tunc quia pater potest quandocunque recuperare filium, sine dubio † tenetur reddere quidquid impensum
1 fuit pro eo alendo, vel arte aliqua instruendo. Et dicit textus expressus *in l. 1. C. de infantib. exposit.* & licèt loquatur in seruo, idem tamen est in filio, quia
2 in eo maior cadit ratio, † quàm in seruo. Et ita intelligit Abbas *in cap. 1. de infant. & languid.* sed ante eum ita quoque intelligit glos. *in cap. fina. 87. distinct.* & dum glos. *in dicta l. 1.* allegat *l. fina.* quæ de filio loquitur, videtur & ipsa intelligere in filio, sicut in seruo, & in prædictis iuribus datur repetitio, vt dixi, non solum alimentorum, sed etiam impensæ factæ circa artem.

Quod si pater volens, ac nemine impellente filium exponat, tunc est dubium si repetantur ab eo alimenta: & videtur non dari repetitionem per text. *in l. patrem, C. de nupt.* vbi datur repetitio, quando pater prohibet ne filia exposita nubat filio eius qui aluit, & text. ibi ait repetitionem concedi, eo solummodo casu, atque ita excludit omnes alios casus. Et dicit Salicet. ibi, quòd casus specialis propter odium & ingratitudinem patris, ergo in contrariũ est regula, imo Cin. ibi dicit, quod per illum textum limitantur iura violentia, quòd non repetantur alimenta intuitu pietatis præstita, & præsupponit quòd suscipiens expositum videatur in dubio id facere pietatis intuitu, alias non induceretur limitatio per eum allegata. Et hanc opinio-
3 nem tenet † glos. *in cap. fi. 87. distinct. in ver. intra decem dies*, vbi ait, quòd impensa facta in alimenta filij expositi, non repetitur nisi duobus in casibus, vt per eum sequitur Ioan. And. *in cap. 1. de infant. & languid.* Hæc autem opinio multum habet rationis, quoniam in suscipiente filium expositum, non potest ferè alius considerari impulsus, quam pietatis, vbi non est affinis.

Contra verò videtur, quòd repeti possint indistinctè, nam non præsumitur donatio in dubio, *l. cum de indebito. ff. de probatio.* Secundò, si non expositũ quis aluisset, repeteret sine dubio à patre, quia alimenta non censentur præstita donandi animo, *vt dixi supra*, ergo idem dici debet de filij expositi alimentis, ne melioris sit cõditionis pater iniquus, & de filio malè meritus, quàm bonus & pius. Tertiò, hanc partem probauit glos. *in cap. 1. de infant. & languid.* quæ etsi dicat in genere, de expensis nul-
4 la facta distinctione, tamen debet † generaliter in-
5 telligi, *l. de pretio, ff. de publicia.* & intelligi debet † secundum legem quam allegat. Bart. *in l. non solum, §. liberationis. ff. de liberat. lega. & l. 1. C. de infan. expos.* mentionem facit de restitutione non solum aliarum impensarum, sed etiam alimentorum, ideo hoc quoque censetur glos. voluisse.

Prima opinio mihi magis placet, quam limita non procedere, quãdo suscipiens infantem filium
6 aut seruum expositum protestaretur se † animo repetendi impensurum: tunc enim quia intentio est certa, detur repetitio. *glos. in d. c. fi. 87. distinct. Abb. hoc ponit in c. 1. de infant. & languid.* Et faciunt quæ in superioribus sæpe dicta sunt, protestationem declarare dubium protestantis animum.

Secundo restringitur, vt non habeat locum, quando pater impedit, aut prohibet, ne filia exposita nubat filio susceptoris, *vt dixi in proxima præcedenti quæstione.*

Tertio limitari debet, quoad eas impensas, quæ
7 factę sunt pro filio erudiendo † in aliqua arte, quia illas repetit, *secundum gl. in d. c. fi 87. dist. Abb. d. c. 1. in fi. de infant. & languid.*

Etsi teneamus alimentorum impensam non posse repeti, difficilè poterit sustineri hęc declaratio, quia ea impensa, quæ fit pro filio bonis artibus erudiendo, non est minus fauorabilis, quàm ea,
8 quæ † fit pro alimentis, vt probat text. *in l. si paterno, C. de nego gest. in princ.* vbi eodem modo determinat de expensa alimentorum, & ea, quæ fit in conducendis magistris. Et Aret. ibi dicit expressè, quòd æquiparatur expensæ alimentorum, & dixi suprà in quæstione, an victricus repetat impẽsam, quam fecit pro priuigno. Sed dici posset illud procedere in artibus liberalibus, secus in aliis artibus. Vide-
9 mus enim studiorum fauore † multa concedi, *vt per Doctores in l. 1. ff. solu. matrim. latè Tiraq. in præfat. tract.*

pia causæ, in ver. item relictum causa studij, vbi ponit, an causa studij pia dici possit. Et subdit, quòd causa studij, æquiparatur causæ dotis, & pro supradicta distinctione facit Bart. *in l. de bonis, §. non solum, ff. de*
10 *Carbo. edicto*, vbi ait, quòd alere † qui tenetur ratione sanguinis, tenetur etiam impensam facere necessariam pro addiscendis artibus liberalibus, licèt non pro studio iuris, vel medicinæ, *tas. in l. cum hi. §. qui transigit, num. 2. ff. de transact. sequuntur Ang. Aret. Alciat. Cassan. Cravet. & alij citati à Cordub. in l. si quis à libe. §. non tantum, num. 4.* Imò Bart. *in l. legatis, num. 1. ff. de alimen. & cibar. leg.* dicit, quòd alere, qui tenetur iure
11 † sanguinis, is debet etiam impendere in quæcunque studia, per *l. qui filium. ff. vbi pupil. educ. debe.* De hoc tamen dixi *in tit. quæ veniant appellatione alimentorum*, & posset fortè idem dici in studio Theologiæ, per id quod voluit Bal. *in rep. l. 1. col. 12. ff. de leg 2. Cuman. in cons. 28. Tiraq. d. præfat. ver. item relictum causa*
12 *studij circa fi.* dicit enim, quòd datum in causam † studij Theologiæ, dicitur in piam causam.

Si verò magis placeat opinio, quæ habet repetitionem concedi, intelligo non habere locũ, quando is, qui expositum infantem suscepit, tenebatur alere, puta quando susceptus est ab hospitali, vel Ecclesia, *vt dixi in tit. quib. debe. alimen.* tunc enim is non repetit, etiam si protestatus fuerit, per generalem regulam supra à nobis sæpius traditam, quòd non conceditur ei repetitio qui aliquo iure erat obligatus, & quòd protestatio non releuat in iis, qui non pendent à voluntate protestantis, & vbi prædicit obligatio, Doctores *in l. alimenta, C. de*
13 *neg. gest.* Et hoc voluit in † terminis Abb. *d. c. 1. colum. fi. de insant. & languid.*

Secundo limita, ne procedat quando susceptus fuisset à consanguineo, nam & tunc videtur habere animum repetendi, quia coniunctio sanguinis inducit præsumptionem donationis, *vt dixi in superioribus, & ponit Menoch. d tract. de arbitr. iud. casu 88.*
14 *num.... ita* † *declarat in specie Abb. d. c.* Id quod intelligi debet verum nõ obstante, quod sola sanguinis coniunctio non sit sufficiens ad inducendam do-
15 nationem, quia duo † vincula magis ligant, *can. 1 de treg & pace, dixi in cons. 31. num. 6.* & quæ non prosunt
16 † singula, multa iuuãt, *l. patre furioso, vbi Doctores, præcipuè de hu, quæ sunt sui vel alien. iur.*

Tertiò limita, ne procedat, quando suscipiens
17 erat dives † & liberalis, quia eo casu animus donandi præsumitur, *secundum Abb. loco prædicto*, cuius decisio probatur ex eo, quod dicunt Doctores, *in alimenta, in l. si paterno, & in l. si negotium, C. de neg. gest.* vbi in præsumendo animum donandi vel repetendi, volunt attendendam esse quantitatem impensæ, item conditionem personæ donantis si sit dives, & supra etiam considerauimus nobilitatem eo, quòd nobiles sint admodum procliues ad donandum, ideo, quod de diuite dictum est, locum habebit quoque in nobili, nec ideo excluduntur cæteræ coniecturæ, quæ multæ induci possunt ad hoc propositum, & desumi ab iis, quæ sparsim hac eadem in parte posuimus, nec enim vno in loco congeri possunt.

Ex prædictis videtur inferri posse ad monachum expulsum de monasterio iniustè, & sine causa, an scilicet repetitio ab Abbate seu monasterio
18 detur ei, qui illi præstitit alimenta. Et sanè † videtur esse concedendam, quia cum teneretur Abbas illum alere absentem, & redeuntem recipere, qui aluit, dicitur gessisse vtile negotium monasterij, proinde repetit, si ex aliis non apparet, quod habuerit animum donandi. Videri autem poterit super hoc Rebuf. *in constit. Galli. tomo 1. num. 108. fol. 240.*

SVMMARIVM.

1 *Repetitio non datur alimentorum, quæ lite pendente soluta fuere, etiam si succubuisset, qui illa recepit.*

QVÆSTIO XX.

ALIMENTA, quæ maritus præstitit vxori contra se litiganti, & quæ postea succubuit, & quæ data sunt ventri prægnanti, qui postea compertus est non prægnans, quæ pater filio litiganti, quæ hæredes patris filio prætendenti se filium, & generaliter quæcunque
1 lite pendente traduntur, minimè † possunt repeti, si is succubuit cui data sunt, *l. 1. §. interesse, ff. si mulie. ventr. nom. in possess. mitta. gl. in l. si. ff. de Carbon. edicto, dixi latè in tit. quib. & à quib. alimen. debeant. in quæst. incip. dubium est, ideo vide ibi.* Non enim duobus in locis eadem quæstio est tractanda.

SVMMARIVM.

1 *Amicus non repetit alimenta, quæ amico suo, vel intuitu amici præstitit.*
2 *Amicitia impedit actionem negotiorum gestorum.*
3 *Amicitia facit præsumi animum donandi, vide num. 9. & 10.*
4 *Amicitia æquiparatur coniunctioni sanguinis, imo pluris æstimatur.*
5 *Amicitia non æquiparatur sanguinis coniunctioni, nec operatur effectus singulares, nisi magna sit.*
6 *Amicitia nõ repellit testem à testificando fallit, vt infrà.*
7 *Amicitia magna repellit testem à testimonio reddendo.*
8 *Amicitia si ex causa quod ego impendam ne amici negotia pereant possum repetere.*
9 *Amicitia simplex non facit animum donandi, supra, num. 3.*
10 *Amicitia non facit præsumi donationem, quando impensa est magna secus cum est modica.*
11 *Donatio ob superuenientiam liberorum non reuocatur, si facta est amico de re modica. dic tamen, vt ibi.*
12 *Amicitia non inducit donationem quando impensa non fit circa alimenta, sed circa res amici.*

QVÆSTIO XXI.

SÆPE dixi, sanguinis coniunctionem facere præsumi, quòd præstans alimenta haberet animum donandi: quid verò in amicitia, an eũdem operetur effectum? & tex. *in l. is qui amicitia. ff. de neg. gest.* probat, non da-
1 ri † repetitionem, & loquitur quando vni fuerunt præstita propter amicitiam alterius, puta filio propter eã amicitiam patris, & glos. *in l. ex duobus. §. fina. in ver. pietatis, ff. eod.* parificat alimenta præstita intuitu pietatis, vel amicitiæ: ideo sicuti non repetuntur, quę causa data sunt, *vt dixi supra*, ita nec quæ

gratia

gratia amicitiæ, Et dicit Bal. *in d.l. is qui amicitia*, im-
2 pedit † actionem negotiorum gestorum. Et di-
cit Castr. ibi, quod propter amicitiam præsumitur
3 animus † donandi. Et ratio est, quia amicitia ne-
dum comparatur sanguinis coniunctioni, sed et-
4 iam pluris æstimatur, † vt probat tex. *in l. cum allegas, C. de Castren. pecu. lib. 12. l. pen. in princ. ff. eo. tit.* Et dicit Alber. *in l. sed & hæ personæ. ff. de in ius vocan.* amicitiam plus habere ponderis, quam fraternitatem. Et hæc cõclusio multis decisionibus cõfirmatur à Tiraq. *in l. si vnquam in ver. libertu, num. 98. & seq. C. de reuoc. donatio.* vbi, *num. 102.* dicit, quod locum habent in amico quæcunque à iure statuto sunt inter coniunctos, *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 124. num. 28. & de arbitr. iudic. casu 88. num. 59. & seq.*

Intellige tamen in amicitia nõ leui, sed magna,
5 † secundum Bal *in d. l. is qui amicitia.* Ideo videmus,
6 quod etsi amicitia regulariter testem † non repel-
lat, *Doctores in l. sciendum. ff. de vsur. Bal. in l. eos. C. de testib. Alexan. in cons. 78 volum. 1.* tamen fallit, quando ma-
7 gna est, † *Spec in tit. de teste. §. 1 in princ. Doctores in cap. quoties, de testib. & communem dicit Crot. in tract. de testib. num. 193.*

Intellige secundò, quando amicitia inducit affectum paternum, seu charitatiuum erga eum, pro quo facta est expensa, aliàs daretur repetitio, veluti si quis propter amorem quem gerit erga patrem, facit alimenta filio. Ita distinguit tex. *in l. si pupilli. ver sed si ego, vbi gl. clara, in ver. amicitia. ff. de neg gest.*
8 vbi dicit, quod si propter amicitiam moueor † ad impendẽdum, ne pereant illius negotia, datur repetitio. Idẽ voluit Ang. *in d. l. si is qui amicitia*, dicens,
9 quòd simplex amicitia † non inducit animum donandi, *& sequitur Castren. vbi latius explicando.* Sed ego non benè percipio quid illi intelligant, dum inter amicitiam distinguunt, & paternalem affectum, aut charitatem: nam amicitia cum patre inducit illam charitatem erga filium, melius autem fuisset dicere, quòd propter solam amicitiam non videtur voluisse donare, sed sustinere negotium, quod fortè erat periturum.

Tertiò intellige procedere, quando impensa est modica, nam ea videtur donari non si cum est
10 magna, quæ tunc † præsumitur animus repetendi. Ita distinguit Castren. *in d. l. is qui amicitia*, quia in magnis non ita præsumitur animus donandi, vbi tamen vult hoc procedere, quando negotium erat filij. Et hæc differentia inter magnam & modicam sit etiam in aliis personis sanguine coniunctis, de quibus egimus supra: ergo idem esse debet inter amicos.

Addo, quod eandem distinctionem sentiunt in amico, Baldus & Ang. *in l. si vnquam. C. de reuocan. do-*
11 *nat.* dum dicunt, quòd si amicus † donat quid modicum amico suo maxima coniuncto amicitia, non reuocabitur donatio propter superuenientiam filiorum *sequitur Tiraquel. loco prædicto, in ver. libertu, num. 107.* Sed, vt id quoque obiter dicam, non video, quid in eo casu operetur amicitia, quando etiam illa non intercedente non reuocetur donatio ob superuenientiam filiorum, nisi sit magna. Nihil ergo singulare tribuitur amicitiæ, cum regulariter & indistinctè omnibus concedatur, vide tamen quia ad institutum nostrum non pertinet.

Quartò intellige in impensa, quæ fit circa personam filij amici, id est, in alimenta: secus in ea,
12 quæ † fit circa res illius. Ita Castren. *in d. l. is qui amicitia*, vbi ponit exemplum in petitione tutoris, qui principaliter datur personæ, & inquit, quòd donandi animus non præsumitur, quando impensa non est pia, nec fit circa personam. Et hæc limitatio est vera, quia vidimus sæpè in præcedentibus quæstionibus distingui inter impensam, quæ fit circa personam, & eam, quæ fit circa res, præcipuè quando egimus de matre, an repetat à filio. Possunt etiam huic quæstioni accommodari omnes limitationes, quas supra adduximus ad decisiones, quibus in dubio conceditur repetitio, præsumitur animus donandi, veluti si amicus, hic erat administrator bonorum eius, cui præstitit alimenta, si est protestatus, quòd volebat repetere, si scribebat in libro rationum, vel si aliter colligi poterat, quòd intenderet repetere, non donare.

SVMMARIVM.

1 *Actiones transeunt ad hæredes, & contra hæredes.*
2 *Hæres repræsentat personam defuncti.*
3 *Hæres est eiusdem potestatis cum defuncto.*
4 *Pactum transit ad hæredem, etiam si non sit instrumento nominatus.*
5 *Contractus omnis transit ad hæredes, quamuis non nominatos.*
Obligatio omnis transit ad hæredes, licèt de eis non fit dictum.
6 *Hæres includitur in quacunque dispositione, etiam in iure descendente ab vltima voluntate.*
7 *Repetitio alimẽtorum præstitorum per defunctum conceditur etiam hæredi.*
8 *Correlatiuorum idem est iudicium.*

QVÆSTIO XXII.

REpetitio alimentorum præstitorum fieri potest non solum per eum, qui impendit, & ab eo, in cuius vtilitatem impensum est, sed etiam per hęredem & ab
1 hærede ipsorum, quia iura & actiones † tam actiuæ, quã passiuæ, transeunt ad hęredes & contra hęredes, vti toto titulo, *C. vt ab hæred. & contra hæred l. 1. C. si cert. petat. l pacto successorum. C. de pact.* & hæres re-
2 præsentat † personã defuncti. *§. 1. in Auth. de iureiur. à morien. præsti. glos. in l. cum à matre. C. de reiuend. Paris. cons 109. num. 25. volum. 3.* & hæres est eiusdem † potestatis, cuius est defunctus, *l. hæres in omne ius. ff. de acquir. hæred. l. cum hæres. ff. de acquir. poss. l. nihil aliud. ff. de verb. signif. l. hæredum. ff. de reg. iur.* Hinc est pactum fa-
4 ctum cum aliquo, † transit ad illius hæredem, *l. si pactum, ff. de probatio. l. iurisgentium, §. pactorum, Bal. in l. 1. C. de constitu pecun.* Et dicit Abb. *in cap. fina. in 1. not. de arbitr.* quòd omnis † contractus, & omnis obligatio transit regulariter ad hæredes, licet de eis non sit facta mentio, & procedit non solum in iure descendente à pacto, sed etiam in eo quod pro-
6 uenit ab vltima voluntate † *secundum Corn. in cons. 30. col. 2. ver. probatur, volum. 1. Ias. latè in cons. 217. per tot. vol. 2.*

Tiraq. multos citans in tract. de retract. conuentio. §. 1. gl. 6. num. 1. & multis seqq. Ruin. in cons. 72. num. 1. volum. 1. Cravet. in cons. 102. num. 3. dixi in 3. cons. 133. num. 15. & in no-
8 stris terminis, quòd facultas † repetẽdi transeat ad hæredes voluit Soc. *in cons. 161. num. 3. volum. 2. Cordub. in l. si quis à liberis. §. si mater. num. 84. ff. de lib. agnosc.* facit, quia omne ius regulariter transmittitur ad hæredes, ergo idem dicendum est contra hæredes, quia
9 † correlatiuorum idem est iudicium, *l. fina. C. de indict. viduit. tollen.* & sicuti transeunt iura actiua, ita & passiua. Hinc videmus disputari à Doctoribus, an is, qui diu tacuit, & non petiit vsuras dotales, transmittat post mortem in hæredes suos ius petendi.

SVMMARIVM.

1 *Probare debet qui dicit.*
2 *Fundamentum suæ actionis & intentionis probare quilibet tenetur.*
3 *Priuatio præsupponit habitum.*
4 *Restituere verbum præsupponit rem fuisse traditam.*
5 *Præsuppositum à lege vel dispositione probare debet, alias lex non habet locum.*
6 *Qualitas, quæ est causa actionis probari debet.*
7 *Expensam probare debet quicunq; dicit se illam fecisse.*
8 *Expensam allegans probat duo, id est, illam esse factam, & se fecisse illam.*
9 *Alimenta se præstitisse alicui difficile probatur.*
10 *Coniecturæ sufficiunt ad probandum quod alicui præstiterit quis alimenta.*
11 *Pupillus præsumitur alimentatus fuisse à tutore.*
12 *Factum ab eo quid præsumitur à quo fieri debebat, si factum requirit impensam.*
13 *Alimenta præsumitur præstita secundum qualitatem & conditionem personæ cui præstita sunt.*
14 *Factum præsumitur semper ab eo qui facere tenebatur.*
15 *Pupillus non præsumitur alimentatus à tutore, quando seorsum ab illo degebat. vide tamen num. 17.*
16 *Hospitale præsumitur ædificatum ab eo qui tenebatur ædificare.*
17 *Animal alienum vagabundum, si quis recepit in suum stabulum, repetit sine probatione quod aluerit.*
18 *Animal alienum, qui tenuit penes se, non probat præstitisse, quando repetit expensas.*
19 *Vxor non præsumitur alimentata à viro, qui seorsum habitauit.*
20 *Vxor si cum fratre seorsum à viro habitauit, præsumitur alita à fratre, si non habebat bona.*
21 *Habitantes in eadem domo, & sub eadem claui, non dicuntur de eadem familia nisi simul comedant.*
22 *Medium probatur extremis probatis.*
23 *Possessio præsumitur continuata, quando constat de principio in fine.*
24 *Alimenta præstita fuisse per certum tempus, probatur quando constat de principio, & fine temporis.*
25 *Coniecturæ leues sufficiunt, quando agitur de modica alimentorum præstatione.*
26 *Alimenta quæ dicantur magna, quæ modica committitur arbitrio iudicis.*
27 *Pluries verbum verificatur in duabus vicibus.*
28 *Collegium. Facta in collegio vel capitulo probantur per testes de collegio vel capitulo.*
29 *Domestici magis probant facta in domo, quam extranei.*

QVÆSTIO XXIII.

VBI de repetendis alimentis agitur, necesse habes qui agit probare, quod præ-
1 stitit alimenta. Qui enim † aliquid dicit, probare debet, *l. eum qui, ff. de probatio.* & quilibet probare debet id, quod est fundamentum
2 suæ † intentionis, etiam si consistat in negatiua, *l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipul. in l. illa, vbi Bart. & Docto. ff. de verbor. oblig.* Præterea repeti non
3 potest quod datum non constat, quia † priuatio præsupponit habitum, *l. decem. ff. de verbor. oblig. l. Titio vsufructu. ff. de cond. & demonst.* & carentiæ sunt habentium, *Bal. in l. licèt, in 3. oppos. C. loca.* Idem videmus
4 in verbo restituere, quod præsupponit † rem esse datam, alias restitui non potest, quòd non fuit datum, *Ange. in cons. 158. & idem voluit Salic. in l. si constante, num. 6. C. de donat. ante nupt.* vbi secundum eum, non dicitur restitui dos quæ non fuit, *Ias. in l. si donaturus, §. 1. num. 14. ff. de donatio. ob cau. Rolan. in tract. de lucro dot. quæst. 11. num. 12. D. Becius cons. 53. num. 8.* Quomodo ergo poterit quis repetere alimenta, si non probat ea præstitisse? Dispositio etenim, quæ aliquid præ-
5 supponit, † nunquam locum habet, nisi præsuppositio probato. *gl. in l. mancipia, vbi Bart. C. de seruit. fugit. Rom. sing. 495. Dec. in cons. 90. num. 2. alios citaui in cons. 150. num. 78.* Accedat quod alimentorum præstatio est
6 causæ † actionis, proinde probari debet, *l. ait prætor. §. decem. ff. de vi bono. rapt.* vbi probare debet qualitas, quæ est causa, vt quis audiatur, *Ange. & Castren. in l. liberorum. ff. de his, qui no. infam. Butr. in c. peruenit, colum. 2. qui fil. sint legiti. Dec. in cons. 471. colum. 1.* Et qui dicit se
7 fecisse expensam, tenetur probare, † *vt dicit Bal. in l. si. §. in computatione, num. 2. C. de iure delib. Socin. iun. in cons. 62. num. 3. volum. 1. Bertran. in cons. 22. num. 3. volum. 1. citat & sequitur Mascard. in tract. de probatio. conclus. 715. num. 1.* Sed præter eum dicit Bar. *in l. qui sub conditione, ff. de cond. & demonstr.* quod allegans expensam, pro-
8 bare † debet illam esse factam & se fecisse illam, *idem Bar. in l. cum seruus. ff. de verbor. oblig. sequitur Imo. in d. l. qui sub conditione, & Alex. in d. l. cum seruus. Natta in cons. 547. num. 29. & seq.* & sicuti allegans præstitisse alimenta, quando agitur de reuocanda donatione propter ingratitudinem, tenetur probare, *secundum Corne. in cons. 120. num. 1. & 13. volum. 1. Cordub. in l. si quis à liberis, §. item rescriptum, num. 65. ff. de lib. agnosc. & dixi inter alimentorum priuilegia*, ita probanda sunt quando agitur de repetendo præstita.

Qualiter autem probetur alimentorum præstatio, hoc opus, hic labor. Hunc autem admit-
9 tunt omnes † difficilem esse probationem, *Corn. in cons. 113. colum. 2. ver. item præmitto, volum. 1.* vbi dicit, quod continua alimentorum præstatio inter habitantes in eadem domo difficilè probatur, ex quo non solent adhiberi testes, quando fiunt singulę illæ impensæ, *idem dicit Corne. in cons. 110, col. 3. eo. vol. & in cons. 171. colum. 1. in princ. & colum. 2. ver. sic etiam, vol. 2.* vbi dicit, quòd esset impossibile inuenire testes, qui possint deponere, se vidisse singulis horis & diebus alimenta præstari, *Cordub. in d. §. item rescriptũ. Mascard. in d. tract. probation. conclus. 77. num. 8. Beninten. decis. Bonon. 43. num. 1.*

Infertur ideo, quòd cõiecturæ, & leuiores etiam probationes

10 probationes † admittuntur, vt voluit in proposito Corn. *d. cons. 113. colum. 2. ver. & in his, & in d. cons. 171. colum. 1. ver. vnde in his.* vbi inquit, satis esse probare aliqua media, per quæ surgat verisimilitudo in mente cuiuslibet sensati iudicis rem ipsam ita fuisse: Et hanc conclusionem multis comprobat similibus, & præcipuè ponit exemplum in adulterio, in filiatione, in facto antiquo, in simonia, in vsura, & in iis, quę fiunt in domo, *Mascar. d. conclus. 77. num. 8. Cordub. d. §. item rescriptum, nu. 66.* vbi dicit, præsumptiones attendi debere, *Benintend. d. decis. 43. num. 3.*

In primis verò magna est coniectura, quando quis tenebatur, quia si ille vixit, præsumitur ab eo
11 recepisse alimenta, † qui tenebatur illa præstare, *argumento l. fin. C. de alim. pupil. præstan.* vbi pupillus præsumitur alimentatus fuisse à tutore, *Alciat. in tracta. præsumptio. reg. 1. præsum. 50. num. 1. Menoch. de præsumptio. lib. 1. præsum. 18. num. 8. Mascar. de probat. conclus. 715. num. 4. & conclus. 716. num. 1.* non enim pupillus præsumitur vixisse de vento, vt in dictis locis dicitur, & illum textum ad hoc notant Bal. & Salicet. *Cordub. in d. §. item rescriptum, num. 67.*

Inferuntque ex hoc Doctores, quòd si quid non potest sine sumptu expediri, & factum reperiatur,
12 † præsumetur ab eo factum, qui tenebatur facere, *Bart. in l. cum seruus, num. 4. ff. de verbor. obligat. Bal. in d. l. fina.* vbi post Bart. dicit, quòd si testator iussit arma vel imagines aliquo in loco pingi, eáque picta reperiantur, sed ignoretur à quo, sine dubio iudicabimus id factum ab hærede, qui iussus fuerat. Et Barbat. ad Bal. *in d. l. fina.* ponit, an facto præsumatur in tempore præfixo, pro quo facit, quòd ponit
13 Menoch. *d. præsum. 18.* vbi inquit, quòd † alimenta præsumuntur præstita, secundum qualitatem & conditionem personæ, & ad illationem, de qua supra, plura cumulat Alexan. *in d. l. cum seruus, num. 4.* vbi idem dicit, quando testator iussit construi capellam in ecclesia, & disputat, an præsumatur constructa in tempore, & idem in hospitali dicit Bal. *in cons. 378. volum. 1. Abb. in cons. 54. num. 2. & 3. volumine 1. & in consilio 116. in fine, versic. suadet, volum. 2.* Et prædicti omnes dicunt, quòd factum quid præsumi-
14 tur ab eo, † qui tenebatur facere, *Roman. in l. ciuitas, num. 8. ff. si cert. pet. vbi Iaf. num. 18. ver. istam communem, Butigel. num. 40. Stracca in tracta. de nauib. par. 3. num. 23. Capic. decis. 68, num. 11. Rum. in cons. 67. num. 7. vol. 5. Crot. in l. sciendum, num. 19. ff. de verb. oblig. Io. Lup. in repet. c. per vestras, in 3. not. ab. num. 3. de donat. inter vir. & vx. folio mihi 123. Natta in cons. 231. num. 3. cons. 547. num. 29. Caphal. in cons. 272. num. 114. Ascan. Clem. in tracta. de patr. potest. 17. effect. num. 65. Rimin. in cons. 9. num. 42.*

Intelligetamen, quando constat quod pupillus moram traxit cum tutore, & cum eo habitabat se-
15 cus, si appareret, quòd seorsum egit, vti † declarat Imola, *in d. l. qui sub conditione. ff. de cond. & demonstr.* vbi concordando contrarias Bartoli sententias, dicit *l. fi.* locum habere, quia vltra obligationem alendi, qua tutor tenebatur, aliæ quoque concurrebant coniecturæ, & ea quidem, quòd fuit pupillus semper apud eum, ideo præsumitur alitus ab eo, præcipuè cum pupillus propter ætatis imbecillitatem nõ esset habilis ad se alendum. Et subdit, quòd vbi constat aliquem stetisse in domo, tunc expensa præsumitur facta ab eo, qui tenebatur, alias non sufficit probari, quod sit facta expensa, sed necesse est etiam probare, quòd talis illam fecit. Idem ponit Alexan. *d. l. cum seruus, num. 4. in fi. ff. de verb. obliga.* Natta, qui plurimum insistit, *dicta cons. 547. num. 29. & sequen.* Hanc etiam qualitatem, quòd moratus sit pupillus in domo tutoris, necessariam dicit Cordub. qui tamen prædictis neminem allegat *in d. §. item rescriptum, num. 67. ff. de libe. agnoscen. vel alen.* sed Mascar. *in tracta. de probation. conclus. 715. num. 15.* dicit, nullam aliam requiri coniecturam, vel præsumptionem, sed solum iuris dispositionem sufficere. Allegat Bal. *in cons. 378. num. 2. volum. 1.* qui dicit hospitale præsumi ædificatum ab eo, qui tenebatur
16 ædificare, † sed pro resolutione tres sunt casus constituendi: Primus, quando constat, quòd pupillus moratus est cum tutore, & hic nullam patitur controuersiam: secundus est, quando constat, quod egit seorsum à tutore, & tunc res videtur dubia, per ea quę ponit Natta *d. cons. 547. num. 29.* sed in pupillo idem est dicẽdum per aliam rationem, quia scilicet, cum per ætatem inhabilis esset ad se alendum, præsumitur, quòd tutor extra domum aluerit, *dicta l. fina. ver. si ea per alium non probet.* Secus tamen esset, vbi res esset de persona, quæ esset habilis ad quærendum victum, *l. excellentiæ. C. de erogatio. milit. anno. lib. 12.* vbi non præsumitur facta impensa ab eo, qui tenebatur, quia miles poterat sibi prouidere. Ita illum textum intelligit Imo. *in d. l. qui sub conditione, & Natta d. cons. 547. num. 29.* Tertius est casus, quando ignoratur, an pupillus moratus fuerit cum tutore, vel alibi, & nihilominus præsumitur habuisse alimenta à tutore propter illam inhabilitatem. Concludo itaque, quod vbi quis esset habilis ad se alendum, non præsumetur alitus ab alio, nisi constet quòd in eadem domo cum illo est moratus, sed in pupillo natura nos impellit fateri, quod receperit alimenta à tutore.

Et secundum prædictam distinctionem verificatur decisio Guido. Papæ, *in tracta. præsumpt. car. 4.* vbi ait, si quis alienum pecus vagabundum reti-
17 nuit in suo † stabulo, stabitur dicto suo, si asserat se fecisse impensam, *sequitur Alciat. in d. tract. præsump. regu. 1. præsumpt. 50.* nam ideo procedit, quia retinuit equum, vel animal penes se, secus si non constaret quod fuerit apud eum. Hoc etiam modo intelligi debet, quod Bar. tradit *in d. l cũ seruus, nu. 4. ff. de verb.*
18 *oblig.* vbi ait, q̃ creditor † retinens penes se equum, vel animal pignoratum, cũ repetit expensas, non tenetur probare, quod illas fecerit, quia habet pro se præsumptionem. Et eandem sequuntur decisionem Mascard. *d. conclu 715. num. 4. & conclu. 716. num. 1. additio ad Alcia. loco prædicto, in fi. Natta d. cons. 547. nu. 32.* Ex hac verò conclusione infert Natta, *d. cons. 547. num. 29.* quod etsi regulariter vxor præsumatur ali-
19 ta à viro, tamen hoc non habet † locum quando constat, quòd vir non habitauit cum ea, & erat pauper, aut stabilia non possidebat, quia præsumptio prædicta locum habet solum modo stante cohabitatione.

Infert etiam, quòd si vxor seorsum à marito habitando

bitando est morata cum fratre, satis ex hoc probatur, quòd alimenta receperit à fratre, qui propterea poterit à marito repetere, id quod ratione illius
20 cohabitationis ego † intelligerem, quando constaret, quod vxor non habuisset bona, ex quibus posset vna habitando cum fratre sibi prouidere de alimentis.

Intellige etiam, quando non solum probatur cohabitatio respectu eiusdem domus, sed etiam quòd viuebant ad eandem mensam, per id quod voluit Ang. *in l. si quis sit fugitiuus, §. apud Celsum. ff. de edilit. edicto. ipse verò legit sub l. quod. §. apud Celsum.* inquit enim, quòd habitantes in eadem domo, & sub
21 eadem claui, non dicuntur de eadem familia, † nisi etiam constet de conuictu, & dicit, quòd si frater repetat à fratre alimẽta, quæ dicit præstitisse, non probat præstationem ex eo solo, quòd illum retinuerit in eadem domo, & sub eadem claui, nisi etiam probet, quòd secum viuebat ad eandem mensam, & subdit, textum illum esse ad hoc singularem, & valde notandum, ac menti tenendum, ac neminem antea notasse, *sequitur Barbat. ad Bal. in l. fi. C. de collatio. & dixi supra, hac eadem parte, dum tractaui, an socius repetat à socio, quod de pluri impendit pro alimentatione familiæ.*

Continua itaque alimentorum præstatio probari poterit, probando extrema, *id est*, quod tali tempore recipiebat alimẽta in domo talis, & quod idem faciebat sequuto tempore, quia mediũ pro-
22 batur extremis † probatis, *Bal. in l. indicia, colum. fina. ver. quinto quæritur, C. de rei vend. Barbat. in cons. 37. colum. 10. volum. 2. Butr. Abb. Felin. & alij in cap. inter dilectos, de*
23 *fide instrum.* Bart. qui loquitur de † continuatione possessionis, *in l sicut, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. di-*
24 *xi in cons. 73. num. 46.* & in proposito † alimentorum tradit Benintend. *decis. 43. num. 8.* Similiter vbi de
25 expensis modici valoris agitur, † coniecturæ leues sufficiunt, *secundum Feder. de Sen. in cons. 119. nihil dubium, Mascard. dicto tract. de probation. num. 5.* quam decisionem trahit ad alimenta Benintend. loco prędicto, *num. 10. vbi, num. 1. & 2.* dicit determinari præcisè non posse quod dicantur modica, seu magna
26 alimenta, sed iudicãtis arbitrio relinqui. † Allegat nonnullos, qui non loquuntur in nostris terminis, sed alios ego adduxi suprà hac ipsa parte.

Aduertit etiam Benintend. *nu. 6.* testem non benè concludere, qui dixit vidisse pluries in eadẽ domo comedentem, vel inuenisse in ea comedẽtem, quoties ingressus est domum illam, quia verbum
27 *pluries*, † verificari potest in duabus vicibus, & aduerbium *quoties*, nihil ponit certi. Veruntamen dicit, quòd mihi nequaquã probatur, quod scilicet hic actus alimentandi in domo, non est de his, in quibus testes actu vel habitu non habentur, prẽter domesticos, nã certum est, quod hic actus comedẽdi ad eandẽ mensam cũ tali, nemini potest probabiliter innotescere, nisi domesticis, quia fit in domo, tẽpore quo extranei omnes excludũtur, & multis in locis clausis forib. ipsius domus. Et ideo, sicuti dicimus, quòd facta in collegio, probantur
28 per eos † de collegio, & facta in capitulo per testes capitulares, *vt in cap. conueniens, de testib.* ita facta in domo probantur à domesticis, & ita debet intelligi dictum Specul. *in tit. de testib §. 1. ver. item quod est domesticus, & Ioan. And. in eod. §. ver. quid si olim.* Quinimò hoc casu domestici videntur maiorem habe-
29 re notitiam eorum, quæ in domo gesta † sunt, quàm extranei, erga maiorem facerent fidem, *l. quoties. C. de naufrag. lib. 10. vbi notab. Bar. sequitur Crot. in tract. de testib. num. 126.*

Finis Tituli Sexti.

TRA-

TRACTATVS DE ALIMENTIS, PRÆCLARISSIMI IVRISCONSVLTI, DOMINI IOAN. PETRI SVRDI CASALENSIS.

TITVLVS VII.

Quibus ex causis denegari possint alimenta debita.

SVMMARIVM.

1 Filius priuatur alimentis ex eisdem causis, quibus potest exhæredari.
2 Parricidium pater nõ committit, quando occidit filium, quem ex causa poterat exhæredare.
3 Legitimatus efficitur denuò spurius, quando causam iustam exhæredationis incurrit.
4 Filius, ex quibus causis possit exhæredari.
5 Filius exhæredari potest ex aliis causis nõ expressis, dum tamen similibus.
6 Vasallus feudo priuatur, non solum ex causis expressis, sed etiam ex similibus.
7 Extensio fit etiam in materia pœnali, quando ratio est expressa.
8 Extensio fit, quando ratio non est expressa, sed vnica potest assignari.
9 Taxatiua non excludit casus similes.
10 Filius, qui vxorem duxerat ignominiosam, poterat exhæredari de iure antiquo.
11 Filius exhæredari hodie non potest, licèt duxerit vxorem ignominiosam.
12 Filius non potest exhæredari, licèt contraxerit amicitiam cum inimicis paternis.
13 Filius exhæredari non potest eo quod sit male morigeratus.
14 Pater corrigere & castigare potest filium inobedientem.
15 Pater potest domo expellere filium inobedientem.
16 Societas dissolui potest, si alter socius sit rixosus.
17 Filius spernens præcepta patris, exhæredari potest, secundum honestatem.
18 Filio denegari non possunt alimenta, eo quod seorsum agat a patre.
19 Ingratitudinem filio remittere potest pater, non solum expressè, sed etiam tacitè.
20 Probare quilibet debet fundamentum suæ intentionis.
21 Culpam probare debet, qui obtulit illam.
22 Reus in probanda exceptione dicitur actor.
23 Ingratitudo non præsumitur.
24 Regulam qui impugnat, probare debet fallentiam.
25 Donator qui vult donationem reuocare propter ingratitudinem, tenetur probare.
26 Exhæredationis causæ sunt probandæ.
27 Pater tenetur probare causam, quando vult filium ab alimentis excludere.
28 Filius exhæredari non potest ob ingratitudinem, quando fecit pœnitentiam.
29 Homo nouus videtur, qui dereliquit viam malam.
30 Morbo liberatus, habetur ac si nunquam fuisset morbosus.
31 Mora non purgatur in delictis.
32 Pœnitentia non tollit ius tertio quæsitum, si operatur quo ad Deum.
33 Pœnitentia non impedit quo minus quis possit accusari in foro contentioso.
34 Pœnitentia etiam publica in foro conscientiæ non purgat crimen.
35 Frater querelat fratris testamentum, in quo fuit instituta turpis persona.
36 Pœnitentia non tollit ingratitudinem, quæ concernit offensam patris.
37 Ingratitudo non excludit filium ab alimentis, secuta pœnitentia.
38 Filius non potest exhæredari, eo quod ingressus sit monasterium.
39 Ingratitudo extinguitur & remittitur propter ingressum monasterij.
40 Religionis ingressus est actus super omnes meritorius.
41 Infamia tollitur per ordinem clericatus.
42 Legitimatio inducitur per ingressum religionis.
43 Legitima. Filius clericus non imputat sibi in legitimam libros à patre emptos in studio.
44 Filius Iudæi si fidem amplectatur catholicam, exhæredari non poterit ob ingratitudinem præcedentem.
45 Baptismus abolet omnia delicta, etiam in exteriore foro, secundum aliquos.
46 Filius ingratus non potest exhæredari post reconciliationem, licèt exhæredatio sustineatur quæ iam facta erat.
47 Filia impudica, quæ fecit pœnitentiam, non potest exhæredari.
48 Exhæredatio iam facta tollitur, quando pater expressè ingratitudinem remisit.

49 Exhæ-

49 *Exhæredatio præcedens tollitur per reconciliationem ſequutam poſt teſtamentum.*
50 *Exhæredatio ſit ſolum in teſtamento.*
51 *Remiſsio, quæ ſit in confeßione pœnitentiali, reſpicit ſolum animi rancorem.*
52 *Remiſsio facta in confeßione pœnitentiali, continet etiam damna exteriora, quando ſit verbis prægnantibus.*
53 *Ingratitudo non remittitur, eo quòd filius accedat ad viſitandum patrem infirmum, ſi non fuit admiſſus.*
54 *Ingratitudo cenſetur remiſſa, quando pater retinet filium in domo ad eandem menſam conuerſando cũ illo.*
55 *Reconciliatio probatur per coniecturas.*
56 *Reconciliatio inducitur per ſalutationem.*
57 *Iniuria remittitur per ſequutam reconciliationem.*
58 *Iniuria remitti poteſt abſente parte.*
59 *Iniuriam qui in teſtamento remittit, reconualeſcens, non agit iniuriarum.*

QVÆSTIO PRIMA.

POSSEM generales quaſdam regulas tradere, quibus multi caſus includuntur denegandi alimenta: ſed quia ſpeciales deciſiones magis delectant legentem, & ſuo loco facilius quoque deciſio inueniri poteſt, ſtatui diſcurrere per perſonas, eum ſequendo ordinem in docendo cauſas priuationis, quem propoſui mihi in explicando perſonas, quibus alimenta debentur. Sumam ergo initium à filio, in quo generale eſt axioma, quòd ex
1 iis cauſis priuari poſſit alimentis, † per quas poſſit exhæredari. Sic ſtatuit gloſ. *in l. ſi quis à liberis, §. idem iudex, in ver. detulerat. ff. de liber. agnoſcen. gl. 1. in l. ſi. C. de alen. lib. gloſ. in §. ſi igitur. in Authen. vt cum de appellat. cognoſc. Bar. in l. duus, ff. ad leg. Pompe. de parricid.* vbi, cum negare alimenta ſit necare, *l. necare. ff. de lib. agnoſcen.* infert, quod pater non punitur pœna parricidij, quando occidit filium, qui cauſam aliquam com-
2 miſerat ex iis, quę † ſufficiunt ad exhęredationem, quod ego non admitto, ſed nunc nõ expedit quærere. Idem Bart. *in tracta. de alimen. num. 11.* conſtituit regulam, ſecundum prædicta. Idem voluit Bar. *in d. l. fina. & in d. l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, ver. idem iudex, Butr. & Abb. in c. cum haberet, de eo qui duxit in vxo. quam pollu. per adulte. Ang. in tract. de teſtam. gloſ. 45. num. 12. Corſet. in tract. de mone. in 2. par. ver. 27. num. 13. Gerard. ſing. 1. num. 1. Crem. ſing. 20. Iaſ. in l. ius autem ciuile, num. 25. ff. de iuſtit. & iu.* vbi poſt Bart. infert, non eſſe locum pœnæ parricidij, quando huiuſmodi filium pater necaret quod dicit perpetuo notandum, quia non meminit alibi legiſſe, *Vital. in tracta clau in tit an alimen. renunc. poſſ. colum. 3. in fi. Iaſ. in l ſed ſi poſt, num. 3. C. de inoffic. teſtam.* vbi, quòd ex eiſdem cauſis poteſt filiæ denegare dotem, *id quod dixerat in d. l. ius autem ciuile, nu. 26. Caccialup. in l frater à fratre, nu. 108. ff. de cond. indeb.* vbi ſubdit, quòd hoc admittunt omnes, *Crot. in l. ſi conſtante. in 2. lectu. num. 160. ff. ſolu. matrim. vbi dicit gl. in d. §. idem iudex eſſe ſingularem, Ruin. in conſ. 114. num. 18. volum. 5.* vbi infert, quòd alimenta negari nõ poſſunt ex cauſis, quæ non ſufficiunt ad exhæredationem filij, *Alcia. in conſ. 249. num. 5.* vbi infert ad graues iniurias patri illatas, *Bero. in c. Rainutius, num. 196. de teſtam. Bal. Nouel. in l. 1. num. 149. ff. ſolu. matrim. vbi illam gloſ. dicit notandam Euerar. in loco 29 de alimen. ad dot. colum. 1. ver. & gratia exempli, Dida. in epitom. de ſponſ. par. 2. cap. 8. §. ſexto, num. 17. Lup. in cap per veſtras, in 3. nota. 85. num. 2. & §. 11. in fi.* & in primo loco loquitur de ingratitudine, quæ vna eſt ex cauſis, *Aquen. in l. 1. §. ius naturale, ff. de iuſtit. & iur. ſequitur Cagnol. in l. iura ſanguinis, num. 4. ff. de reg. iur. Vaſq. in tracta. de ſucceßio. creatio. §. 10. num. 625.* vbi infert, ſecundum ius ciuile denegari poſſe alimẽta filiæ, quæ inſcio patre nupſit etiam digno viro, quidquid ſit inſpecto iure canonico, *& ſubdit cõcluſionem gl. in d. §. idem iudex, eſſe commu. & indubitatam, Gomeſ. in tract. d. teſtam. c. 11. num. 13. vbi gl. illam eſſe ordinariam & commu. & approbatam communiter à Doctor. Rebuff. in Gal. conſtit. tomo 1. de ſenten prouiſio. artic. 1. gl. 2. num. 24.* vbi ampliat procedere etiam lite pẽdente, quia ſicuti nõ eſt alendus principaliter, ſi aliquã commiſit ex dictis cauſis, ita & lite pendente non eſt prouidendum. Et addit, quòd filius le-
3 gitimatus, † ſi cauſam vnam ex prædictis committat, reuocatur ad ſpurietatem, & efficitur ſpurius, allegat Bal. *in c. filij nati, tit. ſi de feud defunct. fuerit controuerſ. allegat etiam Roman. & Cremen. Benincaſ. de pauper. in 7. quæſt. in 2. princ. ſpecia. nu. 15. Aſca. Clem. in tract. de de patr. poteſt. effect. 17. num. 18. deciſ. Pedem. 134. num. 1. Vnius commu. opin. lib. 1. opin. 22. colum 1. Ema. Suarez in ſuo theſau. recept. ſenten. in ver. alimenta, num. 164. Cordub. in d. l. ſi quis à liberis, §. idem iudex, num. 1. ff. de libe. agnoſcen. Ludou. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 2. cap. 16. num. 1.* Quæ
4 autem ſint cauſæ † quibus filius poteſt exhæredari, vide tex. *in §. cauſas, in Authen. vt cum de appell. cognoſc.* & eas proſequitur Didac. *cap. Rainutius, in princip. num. 9. & ſequen. de teſtam.* Quæſtionis tamen eſt, an præter illas dari poſſit alia? Et Hoſtien. *in ſumma de teſtam. §. qualiter inſirmentur. ver. ſed ſi alia,* dicit quod non. Mouetur tex. *in §. aliud quoque capitulum, in Auth. vt cum de appellat. cognoſcen.* vbi dicitur, nemini licere cauſam exhæredationis opponere præter ibi expreſſas. Et hanc opinionem veriorem dicit Alber. *in Authen. ex cauſa. num. 19. C. de liber. præter. vbi ſubdit, ſe vidiſſe ita iudicatum, Alexan. in Authen. non licet, num. 4. Curt. iun. num. 24. & ſeq. C. de lib. præter. Martin. Laud. in l. 1. §. 1. ff. de iuſtit. & iur. & hanc partẽ videtur ſequi Salic. in l. ſi vt proponis. C. de nupt.* Contra tamen, quòd ex ſi-
5 mili † vel grauiori concedatur exhæredatio, voluit Gul. Cum. *in Authen. non licet, C. de liber. præter. Ang. in l. lex Cornelia. ff. de iniur. Alexan. in d. Auth. non licet, num. 4.* vbi dicit, non eſſe diſcedendum ab hac ſententia in iudicando & conſulendo, *Iaſ. num. 6. & Curt. iun. num. 23. idem Alex. in l. ſi quis id quod, num. 18. ff. de iuriſd. omn. iud. & in conſ. 203. volum. 2. Curt. iun. in conſ. 182. numero 10. Crot. in conſ. 115. num. 119. Ripa in l. fi. num. 138. C. de reuoc. donatio. Felin. in cap. paſtoralis, colum. 2. de reſcript. Afflict. in c. 1. §. ſed quia. quæ fuit priu. cau. benefic. amitten. Marſil. in ſing. 38. Bened. in c. Rainutius, in ver. in eodem teſtamento, num. 19. de teſtam. & ibi Didac. in princ. num. 16. vbi dicit communem. Caccialup. licet titubanter in l frater à fratre, num. 109. ff. de cond. indeb. Io. Lup. in cap. per veſtras, d. 3. not ab. num. 20. num. 15. Viglius in §. mater vel auus, nu. 8. Inſtitut. de exhæred. liber. & in §. igitur, num. 6. Inſtit. de inoffic. teſtam. Gomeſ de teſtam. c. 11. num. 12. vbi dicit communem, Eman. à Coſta in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in tertia par. num. 175. ff. de lib. & poſthum.* Clar. *de teſtam. q. 41. in princ.*

in princ. vbi inquit, quod etsi multa dici possint, tamen in practica non est discedendum ab hac opinione. Viuius *commun. opin. lib. 1. conclus. 128.* Pro hac parte allegatur tex. *in c. 1. §. prædictis, vers. sed quia natura, quæ fuit prima cau. benef. amitten.* vbi vasallus priua-
6 tur feudo † non solum ex causis expressis, sed etiam ex maioribus, vel similibus. Et licèt Rip. *d. l. si. num. 138.* dicat illum text. non facere ad propositum quia ibi extensio est in ipsa lege, tamen hoc nihil est, cum ibi textus non ita extendat disponendo de nouo, sed declarando antiquam. Præterea vbi ra-
7 tio est expressa, fit † extensio etiam in materia pœnali, *vt voluit Bal. in Authen. quas actiones, colum. 2. vbi Doctores præcipuè Iaf. C. de sacrosan. eccles. Castren. in l. quamuis, C. de fideicom. Euerar. in loco à ratione leg. larg. vel ampl.* Et idem est, quãdo vnica potest assignari. Eo enim
8 casu inducitur extẽsio † perinde ac si esset expressa. *glos. in dicta l. quamuis, ponit Iason, dicta Authen. quas actiones, & Euerar. loco prædicto.* Et licet tex. *in dicto §. aliud quoque capitulum,* loquatur taxatiuè, tamen di-
9 ctio taxatiua † non excludit casus similes. *l. 1. vbi communiter Doctores, C. de bonorum possessione contra tab. glos. & Doctores in l. ob æs. C. de præd. minor.* Præterea dicit Gomes. *d. num. 12. in fi.* nullam posse excogitari causam, quæ non sit inclusa in secunda, de qua *in d. §. causas,* & ad tex. *in d. §. causas,* respondet aliter Emanuel Costa *in d. §. & quid si tantum, num. 176.* quòd ille text. corrigit & remouet causas, quæ in antiquioribus legibus fuerant approbatæ ad validitatem exhæredationis, non tamen prohibet, ne ex aliis similibus vel grauioribus liceat filium exhæredare. Et infert quod etsi alias exhæredari posset
10 filius † qui sine patris voluntate vxorem duxerat ignominiosam, *l. 3. §. emancipatus. ff. de bonor. possess. contra tab.* tamen ob prædictam correctionem id ho-
11 die † non licebit secundum glos. & Bart. *in dicto §. si emancipatus.* Allegat etiam Dec. & Ioan. Lup. & nos de hoc diximus suprà. Infert quoque, non esse iustam exhæredationis causam, si filius amicitiam
12 copulauerit † cum inimicis paternis, quia cum hęc causa foret antiquis legibus approbata, *vt l. liberi. C. de inoffic. testam.* remanet noua dispositione sublata *in d. §. causas,* quidquid tenuerint Bald. & Iacobin: de Santo Georg. per eum citati. Hinc infert Cordub. *in d. §. si iudex, num. 2.* quod ex quo filius male
13 morigeratus non potest exhæredari, † cum hæc causa non legatur cum aliis expressa, non etiam poterit alimentis priuari, & male morigeratũ appellat, qui luxuriosus est in scortis, atque aleæ dat operam, & reprehendit Mantuam, qui contrarium determinauit *in sing. 683.* Hinc inferri potest ad filium, qui non sit audiens patris dicto; nam, quod coerceri possit, non est dubium, quia pater
14 castigare † & corrigere potest filium inobedientẽ. *l. 3. cum ibi nota. C. de patr. potest. a. l. 1. & ibi Doctores, C. de obseq. à liber. præst. patro.* præcipuè quando contra patrem insurgit. *l. fina. §. filius autem. C. de bon. quæ libe.* &
15 & potest † illum expellere domo, vt vidisse consultum, inquit Caccialup. *in l. frater à fratre, num. 110. & seq. ff. de cond. indeb.* cum etiam socio † permissa sit se-
16 paratio cum est rixosus. *l. si conuenerit, circa fi. vbi Doctores, ff. pro socio.* Sed Doctores quoad deneganda alimenta non admittunt hanc causam pro suffi-
17 cienti, sed honestum foret, quod filius † spernens honesta patris præcepta, posset excludi ab alimentis, *vt inquit Caccialup d. l. frater à fratre, num. 109.* vbi tamen non audet firmare, quia nõ inuenit decisum. Infert tamen loco præcitato, quòd non erit iusta causa denegandi alimenta si filius seorsum agat à
18 patre, † allegat tex. *in l. libertis, libertatumq; meis, §. fi. ff. de alimen. legat.* qui etsi loquatur in alimentis debitis ex dispositione hominis, procedat tamen multo magis in iis, quæ legis dispositione debentur, *argumento l. cum hi, §. in causæ, ff. de transactio.*

Sicuti in genere causas negandi alimenta expressimus, ita nonnulla sunt ad prædictorum restrictionem adnotanda. Et primò, quòd pater potest ingratitudinem à filio commissam remit-
19 tere, non solum expresè, sed etiam tacitè, *Ange. in l. 1. C. de pact. vbi Lancello. & Purpur. num. 145. Alciat. super glos. in vers. adhuc superstite, Eman. Costa, dicto §. & quid si tantum, num. 181. Vasq. de succes. creatio. lib. 3. §. 30. num. 194. Didac. in cap. Rainutius, in princip. num. 17. de testamentis.*

Secundo sciendum est, quòd onus probandi ingratitudinem spectet ad patrem, qui vult filium
20 priuare alimentis, qui enim † dicit probare debet *l. verius, ff. de probat.* & quilibet probat id, quod est fundamentum suæ intentionis, *glos. in l. eum actum, ff. de nego. gest. Bart. in l. is potest, ff. de acquiren. hæred. Paris. in cons. 13. num. 58. volum. 1.* & qui alij obiicit culpam,
21 † debet illam probare, quia non præsumitur, *l. quoties, §. qui dolo. ff. de probat. Bart. in l. si quis ex argentariis, §. penult. ff. de eden. latè D. Becius, in cons. 37. num. 11.* & reus
22 in exceptione probanda † dicitur actor. *l. in exceptionibus, ff. de probatio. Corne. in cons. 223. colum. 3. volum. 2. Rolan. in cons. 13. num. 65. volum. 3.* item nemo præsu-
23 mitur ingratus, † *l. omnimodo, C. de inoffic. testam. dicto §. causas, in Authen. vt cum de appellat. cognosc.* & ingratitudo est causa per quam liceat contra iuris communis regulas, priuare filium hæreditate & alimentis, ergo probanda est ab eo, qui fundat se in
24 fallentia † contra regulam, *secundum Bal. in l. si tutor, C. de seru. pigno. da. manum. & in capitulo primo, de alien. iudic. mutan. cau. fact.* Et prædicta iura post Dec. inquit Ripa, *in l. fina. numero 185. C. de reuocan. donatio.* quod donator, qui reuocare vult donationem
25 propter † ingratitudinem, tenetur illam probare, & quod causæ exhæredationis sunt probandæ. Ar-
26 guitur ex † tex. *in §. siue igitur ibi monstrauerit, & in Authen. vt dum de appellat. cognosca. & ibi notant Barto. & Ange. Hoc etiam volut glos. in dicto §. aliud quoque, in vers. nominatim. & in Authen. ex causa, in ver. irritus, C. de lib. præte. & l. nam & his, §. fina. ff. de inoffic. testamen. & in §. fina. Institut. de inoffic. testamen. Fulgos. in dicta Authen. ex causa, num. 3. vbi Ignc. nu. 3. Cagnol. in l. hoc. num. 3. ff. de inoffic. testamen. Viglius in rub. Institut. de inoffic. testamen post princ. Paris. in cons. 1. num. 136. volum. 1. Duran. de arte testan. caut. 11. num. 2. Alcia. in tract. præsumpt. reg. 1. præsum. 16. Didac. practi. quæst. cap. 6. num. 6. ver. secundum. quod Doctores, Gomes. de testamen. cap. 11. num. 10.* vbi dicit, hodie communem esse opinionem, licet alias ad filium pertineret onus probandi, quod fuisset semper gratus & obediens patri. *Id, quod dixit quoque*

Didac. loco præcitato, Cordub. in l. si quis à liberis, §. si vel parens, num. 43. ff. de liber. agnoscen. Menoch. in tract. præsump. lib. 1. quæstio. 35. num. 4. & 5. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. quarto, titu. 11. numero 33. Clar. de testamen. quæst. 40. num. 5. Simon de Pretis, de interpretat. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 1. dubitat. 6. solu. 3. num. 2. Mascar. in tract. de probationib. conclus. 714. num. 9. Ascan. Clemen. in tracta. de patr. potest. in effect. 17. num. 55. In proposito igitur pater, qui filium dicit alimentis indignum, probabit causas indignitatis, cum idem sit in patre exhæredante, & in terminis, quod onus probandi incumbat patri, qui vult filium exhæredare ab ali-
27 mentis,† tenuit glos. *in l fina. in ver. promeruerit, C. de alen. liber. eam citat & sequitur Ascan. in loco prædicto, num. 52. vbi alia iura citat ad comprobationem.*

Restringitur tertio conclusio generalis supra firmata, vt non procedat, quando filius post commissam ingratitudinem aliquam ex contentis, *in dicto §. causas*, rediisset ad meliorem frugem, & egis-
28 set† pœnitentiam, quia tunc non poterit exhæredari, *ita concludit Alexan. in l. 1. numero 33. ff. soluto matrimonio, sed ante eum id voluit per eandem rationem Ioan. Fabr. in Authen. sed si post, C. de inoffic. testamen. & hanc decisionem singularem dicit Iason, in l. in arenam, colum. fin. C. de inoffic. testamen. in Authen. non licet, columna 1. C. de liber. prater. & in l filio, quem pater, num. 10. ff. de liber. & posthum. Fabian. in Authen. nouissima, numero centesimo trigesimo quarto, C. de inoffic. testamen. Alcia. in l fin. C. de pact.* Et est communiter approbata hæc decisio, *vt inquit Cotta in memor. incip. filius familias, qui a patre, columna 2. Corset. in tract. de minim. parte 2. in ver. vigesimo octauo, num. 13. hanc quoque nouam & singularem decisionem dicit Ascan. in d. effect. 17. num. 60. Cordub. in d. §. idem iudex, num. 60.* In quibus locis ferè omnes inferunt, quòd sequuta pœnitentia pater non poterit filio negare alimenta, de quo latè dicam infra in quæstione, an filiæ neganda sint alimenta, si peccauit in corpus. Ratio autem prędictorum est, quia
29 nouus homo videtur, quia viam† malã dereliquit, quam prius tenuit, *cap. ferrum, 50. distinct.* & abolita turpitudinis macula primis natalibus videtur quis restitutus. *l. Imperialis, C. de nupt.* & perinde est ha-
30 bendus, ac si nunquam fuisset morbosus † qui à morbo liberatus pristinæ sanitati est restitutus, *l quod ita, ff. de ædilit. edict. Rolandus de lucro dot. quæst 70. num. 3.*

Contrariam tamen opinionem tenet Felyn. *in cap. Rudolphus, num. 6. ver. ex prædictis, de rescript.* vbi dicit, quod filius, qui commisit causam aliquam ingratitudinis, potest exhæredari etiam, si pœnitentia ductus, ad meliorem frugem redierit. Et de illo Alexandri dicto dubitat Aretin. *in l. tertia, §. filius, colum. 3. ver. & aduerte, quia licèt, ff. de liber. & posthum.*
31 quia in delictis non † purgatur mora, *l. 1. §. si rem, ff. de depos. l. qui ea mente, cum ibi notat. ff. de furt.* & dicit Felyn. loco prædicto, quòd si ea decisio esset vera, reddetur elusoria dispositio legis dicentis, quod per ingratitudinem liceat exhæredare filium, *Curtius iunior in Authen. non licet. num. 6. C. de libe. prater. Cagnol. in l fina. num. 147. C. de pact.* Et Duran. *de arte testan. titu. 3. cau. 17. num. 2.* dicit, quod etsi dictum sit aureum, quod protulit Alexan. *in dicta l. 1.* & nunquam obliuioni tradendum, tamen in iudicando non facilè sequeretur illam opinionem,
32 quia pœnitentia † operatur quoad Deum, sed non tollit ius alteri quæsitum, *vt notat glos. in cap. gaudemus, de diuort.* & operatur quoad forum animæ pœ-
33 nitentia, non tamen impedit, quominus † actus possit in exteriore foro accusari. *Glos. in cap. de his, de accusatio. quæ est communiter approbata secundum Didac. in capit. Ramutius, in principio, num. 18. de testamen.* vbi etiam dicit, quòd pœna & pœnitentia tendunt ad diuersos effectus, *cap. vt famæ, de senten. excommun. l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publican.* etiam si pœniten-
34 tia in foro conscientiæ † sit publica, *Abb. Aretin. Socin. & Felyn. in dicto cap. de his, Didac. variar. resolut. lib. 2. tit. 10. num. 3.* vbi dicit, quod pœnitentia fit ad satisfactionem diuinæ offensæ; pœna autem temporalis irrogatur ad publicam vindictam & satisfactionem reipublicæ. Idem ponit Didac. *in constitut. alma mater, par. 1. §. 11. num. 16.* vbi fortius dicit, etiam absolutionem impetratam, in foro animę non prodesse, quoad iudicium exterius: Et prædictam partem sequitur Vasq. *de succession. creatio. parte 3. libro 3. §. 30. limitatio. 34. num. 170.* vbi reprehendit Alexan. & Iason. in locis supracitatis, quia pœnitentia non tollit ius patri quæsitum, *argumento §. fina. Institut de iniur.* eo quod non prosit pœnitentia in delictis consummatis. facit ratio, quia pater non cogitur sibi factam iniuriam dimittere. Sed prima sententia verior est, quia indignus, qui postea venit ad meliorem frugem efficitur dignus. Ideo in simili inquit Bal. *in l. fratres, colum. 1. num. 5. C. de inoffic. testamen. vbi Iaf. colum. penult. in quinta fallen. Ioan. Fabr. in §. soror. Institut. de inoffic. testamen.* quod si instituta tur-
35 pi persona † frater possit fratris testamentum querelare, si tamen hæres desinit turpiter viuere, & ad honestatem redeat, sustinebitur testamentum, nec querelæ locus erit, *sequitur Simon dicta interpret. 1. dubitat. 3 solut. 4. numero 22. in fi. lib. 3.* Et non obstat, quod dispositio legis esset elusoria, quia respondeo, quòd non, quia præter facultatem exhæredandi filium pro delictis enumeratis *in dicto §. causas*, extant aliæ pœnæ à lege statutæ, vt inquit text. *in eodem titulo, vt cum de appellat. cognoscen. §. sin autem, hæc obseruata non fuerint, in ver. & hæc quidem, & cap. atque ita respondet Curtius ium. in dicta Authen. non licet, numero 6. & ad omnia respondet Pau. Pich. in dicta Auth. non licet, in tertia chart. quem citat Cotta in memor. incip filius, qui à patre, columna 2.* Sed quia verè non potest his vltimis rationibus respondere, sicuti etiam vix tolli possunt rationes allegatæ per Ripam *in l. fina. numero 125. & sequenti, C. de reuocan. donat.* ideo distinctione tota hæc controuersia dirimitur: aut enim ingratitudo, seu causa exhæredationis tangit solum ingratum, & non lædit famam, personam, vel bona alterius, quando filia meretricatur, vel filius exercet arenariam, aut aliter est infamis, & tunc pœnitentia acta extinguit delictum, ita quod exhæredari de cætero non potest: si verò causa tangit patrem, vt quia in eum violentas manus iniecit, concubuit cum eius vxore, iniuriis illum affecit, vel simile quid admisit, & tunc ingratitudo non diluitur pœnitentia, sed opus est paterna remissione,

36 missione, *ita † distinguit Bart. in l. qui ea mente. ff. de furt. & in specie ita distinguit glo. Gu. Cun. Cin. Bal. & aly, in l. si quis non dicam rapere, C. de epis. & cler.* Itaque conciliat contrarias sententias Ripa, *in l. fina. num 225. & sequenti, C. de reuoc. donat. Didac. in cap. Rainutius, num. 19. in fine, de testamen. Curtius iunior in dicta Authen. non licet, num. 6. in fi. C. de lib. præter.* Et hoc videtur voluisse Aretin. *in d. §. filius, colum. fi.* dum se refert ad notata *in l. qui ea mente.* Hanc quoque distinctionem approbat Eman. Costa, *in dicta l. Gallus, §. & quid si tantum, in 3. par. num. 188. & sequenti,* licèt postea subdistinguat volens, quod etiam in his, quæ consequenter respiciunt patris personam pœnitentia non possit, nisi, vbi offensio inducitur ex permanentia facti, & perseuerantia in malis moribus, aliàs si pater momentaneo facta consequutiuè offendatur, non sufficiat pœnitentia, qua ratione, si filia peccauerit in corpus, vult, quod per quamcunque pœnitentiam non purget causam exhæredandi. Et cum eo transit Cordub. *in dicta l. si quis à liberis, §. idem iudex, numero 60. & sequentibus, ff. de libe. agnoscen. Simon tamen dicta solut. quarta, numero duodecimo, tenet simpliciter prædictam decisionem, & Vasq. dicto numero 170.*

Et aduertendum est, quod quidquid sit quoad facultatem exhæredandi res est sine dubio, quoad facultatem priuandi alimentis, quia siue offensa respiciat personam patris siue filij, indistinctè
37 propter pœnitentiam filius recuperat † ius petendi alimenta: Ita Speculat. & Alexan. saluat Felyn. *in dicto cap. Rudolphus,* rationem assignans diuersitatis inter alimenta & hæreditatem, quia quoad alimenta dispositio per pœnitentiam non reddetur cluforia, ex quo durante nequitia, & deplorata vita priuatur alimentis, & non caret pœna, sed quoad exhæredationem nullã omnino pœnam pateretur pro anteacta mala viuendi ratione, Costa *dicto num. 189.* Horumque opinio confirmatur eorum authoritate quos infra congeram, quando tractabo de filia priuanda ob suæ vitæ inhonestatem.

Dubium tamen est, quid iuris sit, quando filius post commissas causas, quibus posset exhæredari, ingressus est monasterium, & textus *in l. Deo nobis, §. 1. ff. de episcop. & cleric.* innuit, non esse sublatam facultatem exhæredandi. Prohibet enim, ne ob eam
38 solam † causam exhæredetur filius, quod factus sit monachus. Et hoc notant ibi Oldrad. Ricar. Malum. & Alber. *num. penult. Salic. in §. 1. num. 5. glos. in Authen. de monach. in princ. in ver. maculam, Castren. in l. filius familias, circa finem, ff. de libe. & posthum. Alexan. in dicta Authen. non licet, num. 8. vbi Las. num. 4. C. de lib. præter. atque ita fuisse iudicatum refert Ioan. Lupus, in prætorio Valisoleti, prout eum citat Ema. Costa, in dicto §. & quid si tantum num. 200. sequi videtur Ripa in dicta l. fina. numero 225.* vbi post glos. dicit, quod non recipitur in foro Cæsaris contraria opinio, *Bal. in l. Deo nobis,* vbi tamen intelligit, quãdo filius non commisit principaliter in patrem, & videtur admittere Las. *in dicta Authen. non licet, num. 4.*

Sed aduersam sententiam ponit expresè text. *in cap. fina. 19. quæstio. 3.* per quem ita voluit Lac. de Aret. *in dicta l. Deo nobis, vbi etiam Cin. in versic. secundo quæritur, Abb. in cons. 27 num. 2. volum 2.* vbi tenet indi-
39 stinctè religionis ingressum extinguere † omnem ingratitudinem etiam, quæ tenderet principaliter contra patrem. Mouetur etiam ex tex. *in dicto capit. fina.* & per textum *in Authen. de monach. in principio,* vbi dicitur, quod ingressus religionis, detergit omnem humanam maculam, & subdit, inductum hoc esse fauore religionis, *l. sunt personæ, ff. de religios.* & illius fauore, maiora etiã specialia sunt inducta in præiudicium tertij, *vt per eum, Rom. sing. 485. vbi dicit dictum capitulum, non licere, esse singularem & notandum, Felyn. in cap. Rudolphus, colum. 4. ver. si tamen filius,*
40 *de rescript.* quia ingressus religionis actus † est suprà omnes meritorius, *capitulo, scripturæ, de voto,* & in ingrediente cessat suspicio ne sit simulata pœnitentia, *& Campeg. in tract. de dot. prima. quæstio. 47. colum. 1. vbi dicit esse casum singularẽ, Marsil. in rub. ff. de fideiussor. num. 116. Bened. in cap. Rainutius, in versic. eodem testamento relinquens. ii secondo, numero 37. de testamen. Cassan. de consuetud. Burgund. rub. prima, §. quinto, in ver. Archidiaconus, num. 102. Ripa dicta l. fina numero 225. C. de reuocan donat.* vbi tamen tranire videtur cum distinctione suprà citata Et dicit Fulgos. *in l. fi. §. hoc etiam, C. de episcop. & cleric.* quòd postquam habemus iuris canonici decisionem, non debemus curare de authoritate horum, qui contrarium tenent Didac. *in cap. Rainutius, in principio, numero 20. de testamen.* vbi aduersus Alcia. & Franc. Balduin. probat nouellam illam *capituli fina. 19. quæstio. tertia,* adductam à Gratiano, extare in antiquis codicibus, & apud Constant. Armenopulum, *lib. quinto epitom. titu. nono, Eman. à Costa in dicto §. & quid si tantum, parte 3. num. 195.* vbi, *numero 197. & sequenti,* probat, ex antiquis authoritatibus nouellam illam extare in codicibus vetustis, & dicit distinctionem prædictam offendere verba dictæ nouellæ, quia parum prodesset ingressus religionis, si solum abstergeret ingratitudinem, quæ offenderet personam filij, non eam quæ respicit patrem, *& numero 200.* reprobat sententiam latam Vallisoleti, tanquam contra expressum ius ciuile, saluans eam, quatenus Hispaniarum reges subiecti non sunt legibus Cæsarum. Et ostendit, quod ea dispositio procedit ex iure ciuili, & comprobat Marsil. *in dicta rub. de fideiussio. numero 116.* quatenus hoc dictum extendit quoque ad clericum. In quo tamen militat ratio, quanta in monacho, *Marquar. de Iudæis, par. tertia, capitu. 6. num 6. Coras. in l. qui liberos, numero 10. de ritu nupt. Vasq. de succes. creatio. libro 3. §. 10. num. 640.* vbi inquit, præcitatam Hispanorum iudicum sententiam sustineri non posse, inspectis etiam illius regni legibus, & relatis multis Doctoribus resoluit communem esse opinionem, quod monachatus annullat ingratitudinem solam, quæ principaliter respicit filium, non eam, quæ principaliter patrem lædit, *Simon de Pretis, dicta interpretat. prima. dubitat. 3. solutio. 4. num. 12. & sequenti, lib. 3.* vbi videtur & ipse inclinare in eam distinctionem, sed mihi placet indistincta sententia: cum enim quæcunque pœnitentia sufficiat ad eam tollendum ingratitudinem, quæ filij personam respicit, nihil omnino

ſpecialitatis induceret fauor religionis, cum tamen ſoleat multum operari: nam ſola ordinatio
41 ad clericatum tollit infamiam † præcedentem, *Innocen. & alij in capitulo, cum te, de re iudic. & ibi Felin. columna ſecunda, multa congerit, ſequitur Marſil. in rub. ff. de fideiuſſor. num. 125.* & per ingreſſum religionis fi-
42 lius ſpurius, † & conſequenter infamis fit legitimus, *vt voluit Guliel. Cun. in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. vbi Bald. eum refert & ſequitur, idem voluit Roman. in Authen. ſimiliter, in ſecundo ſpecia. C. ad legem Falcid. Felin. in cap. ex tua, colum. 1. circa medium, de ſimon. cum aliis citatis à Marſil. loco prædicto, num. 123.* & priuilegium hoc clericis conceſſum redundat, quandocunque in præiudicium laicorum, ideo inquit laſon *in l. filia licet,*
43 *colum. 2. C. de collat.* quod filius † clericus non imputat libros ſibi à patre emptos in ſtudio, ſequitur Marſil loco prædicto, *numero 125.* Et quod diximus de filio orthodoxo ingrediēte religionem, procedit etiam in filio iudæo, ſi fidem amplecta-
44 tur catholicam: is enim † non poterit inde à patre exhæredari propter ingratitudinem, quam ante ſuſceptam Chriſti fidem commiſiſſet, *vt volunt Hoſtien. & alij omnes, in cap. Iudæi, ſi ſecondo, vbi Felin. colum. 1. de iudæis.* Arguit enim Felyn. per maioritatem rationis ab eo, quod dicitur *in dicto cap. fina. 19. quæſtio. 3. idem voluit Campeg. in tract. dot. part. 1. quæſtio. 47. colum 1. Marſil. in rub. de fideiuſſo. num. 16. Simon de Pretis, dicta ſolutio. 4. num. 11. Marquar. in tracta. de Iudæis, par. 3. cap. 6. num. 4.* & non mirum, quia multi tenent per bapti-
45 ſmum aboleri omnia † delicta, etiam in foro exteriori, *vt per Calder. Butr. & Felyn. in cap. de his, de accuſat.* Hoc tamen non pono pro conſtanti, quia communis opinio videtur vrgere in contrarium, *vt per Hoſtien. Butr. & Abb. c. gaudemus, de diuort. Alb. Aret. Socin. in dicto cap. de his, vbi Ananch. dicit communem, Dec. in conſ. 30. Marquard. in d. tract. par. 3. c. 5. num. 1. & 6. Didac. variar. reſolut. lib. 2. c. 10. num. 4.*

Quarto limitatur noſtra concluſio, vt non procedat, quando filius eſſet patri reconciliatus, quia tunc exhæredari non poteſt, & aduertatur, quia non dico, quod ſi exhæredatus iam fuerit exhæredatio annulletur, ſed dico, quòd poſt reconcilia-
46 tionem † non poteſt exhæredari, *ita laſon in l. filio quem pater, num. 10. ff. de liber. & poſthum.* vbi mouetur ex eo, quod de impudica filia pœnitentiam agen-
47 te, † dixit Speculator *in tit. qui fil. ſint legit.* Videtur enim pater remiſiſſe ingratitudinem, *in l. ipſius, C. famil. erciſcun. leg. Lucius Titius, §. Lucius, iuncta gloſ. ff. de lega. 2. Lancello. Dec. qui hanc quoque probauit ſententiam in l. fina. C. de Pact. vbi Purpur. num. 145. Roder. Suarez in l. 2. de matrim. in lib. foro. Curtius iunior in dicta Authen. non licet, num. 8.* Et videtur hoc voluiſſe Aretin. *in dicta l. filium quem pater, colum. 2.* dum vult rationem eſſe, ne ſublata exhæredatione filius remanet præteritus, & annulletur teſtamentum, nam vbi non præceſſit exhæredatio, ceſſat ratio, ergo ceſſare quoque debet deciſio, *Ripa in dicta l. fina. num. 205. C. de reuocan. donatio. Didac. in dicto cap. Rainutius, in princ. num. 17. Cagnol. in l. fina. num. 145. C. de pact. Eman. Coſta in dicto §. & quid ſi tantum, num. 180.* Et hoc quoque admittere videtur Alexan. *in l. 1. num. 33. in fi. ff. ſoluto matrimonio,* dum inquit, quòd filiam poſt commiſſam ingratitudinem, ſi agat pœnitentiam ante teſtamentum conditum, non poteſt inde exhæredari, *ſequitur Cotta in memor. incipit, filius, qui à patre, colum 2. in princ.*

48 Idem eſſet, quando pater expreſsè cauſam † ingratitudinis remitteret, quia tunc iam facta exhæredatio tollitur, *vt voluit Alciat. in l. fina. in verſic. adhuc, in fi. C. de pact. quam citat, & ſequitur Coſta, in dicto §. & quid ſi tantum, num. 181.* quia cauſa ingratitudinis exheredationem confirmat, ſed per remiſſionem deſtituitur exhæredatio, & habetur pro non facta. Idem non relato Alciato admittit Didac. *in d. cap. Rainutius, in princ. num. 17. in fi.* vbi dicit poſſe hoc modo procedere dictum Bart. *de quo infra tractabimus, Vaſq. d. lib. 3. §. 30. num. 194. Clar. de teſtam. q. 41. num. 7. Viuius, opin. 131. lib. 1.*

Quod ſi neque ſit expreſſa remiſſio neque ante exhæredationem facta ſit reconciliatio, ſed poſt teſtamentum, tunc voluit Bartolus ſuperuenien-
49 tem reconciliationem tollere † exhæredationem præcedentem. Ita dicit *in l. 3. §. fina ff. de alimen. lega.* inquiens, quod exhæredatio videtur adempta, *ſequitur Cuma. in l. filio, quem pater, ff. de libe. & poſthum. laſon in Authen. non licet, circa fi. C. de liber. præter. & videtur cum eo tranſire Bal. in conſ. 112. in fi. volum. 5.* Hanc opinionem dicit communem & receptiſſimam Vaſq. *dicto lib. 3. de ſucceſſio. §. 30. num. 191. & 198.* vbi eam de plano admittit, eam quoque defendit Ripa *in dicta l. fina. num. 205.* dicens, quod etſi exhæredatio non tollatur, poteſt tamen dici nulla, quia ſublata ingratitudine remanet deſtituta, & ſine cauſa: Et hoc etiam tenet Caſtren. *in l. fina. colum. penult. verſic. vltim. Bartolus, C. de pact.* vbi dicit, quod ſublata, vel remiſſa cauſa exhæredationis teſtamentum rumpitur per querelam: Et hoc modo Eman. Coſta *in dicto §. & quid ſi tantum, num. 181. ver. ego in diuerſa,* ſaluat Bart. vt ſcilicet non remaneat nulla exhæredatio, ſed detur querela. Et ita quoque declarat Vaſq. *dicto §. 30. num. 99.* vbi dicit, hanc eſſe nouiſſimam & inauditam concordiam, cum tamen Caſtren. & Coſta in locis prædictis illam attulerint ante eum, *Pariſ. conſ. 1. num. 139. volum. 1. Marſil. in rub. de fideiuſſ. num. 220. Socin. iun. conſ. 59. num. 19, volum. 3. Simon d. ſolut. 4. num. 15. Alexan. conſ. 59. num. 11. volum. 7. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 37. num. 38.* Contrariam amplexus eſt Aretin. *in d. l. filius quem pater, ff. de lib. & poſthum. poſt Bal. ibi,* & mouetur ex textu illo, vbi ſi teſtator qui filium exhæredauerat reconcilietur arrogando eum, non per hoc cenſetur ademiſſe exhæredationem, & affert quinque rationes, & eam præcipuè, quam ibi poſuit Imola,
50 quod cum exhæredatio actus ſit ſolennis, qui † fieri ſolum poteſt in teſtamento, *vt Inſtit. de exhæred liber. in princ.* non poteſt etiam tolli ſine teſtamento, cum eadem requiratur forma in diſſoluendo, quæ interuenit in legato, *argumento l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. Dyn. & Bart. in l. hæredes palam, §. ſi quis poſt. ff. de teſtam.* Et hanc opinionem ſequi videntur Alexan. & Iaſ. *ibi num. 10. & Alciat. in d. l. ſi. Cagnol. num. 145. poſt Curt. iun. num. 8. Gerar. ſing. 3. in princ. vbi expreſſe reprehendit Bar. Suarez, d. l. 2. Didac. d. cap. Rainutius, in prin. num. 17. Coſta d. §. quid ſi tantum, num. 180. & ſequen.* Sed

vtex

vt ex supra notatis apparet, conueniunt omnes filio non nocere exhæredationem, intentio autem est circa modum practicandi: si enim per viam querelæ agatur, licet excipiat hæres de exhæredatione, tamen replicabit filius de nullitate causæ, atque ita obtinebit, *vti docet Costa, loco prædicto, & Vasq. dicto §. 30 num. 199. & 201.* In quo tamen contradicit Ripa *dicta l. fina.* dum vult impugnari non posse exhæredationem, sed posse allegari nullam, at sat est nobis, exhæredationem non obesse filio, quando per reconciliationem causa fuit sublata.

Et quando expressa est reconciliatio, & remissio ingratitudinis, res est clara: rerum difficultas est scire, quando & per quos actus reconciliatio inducatur. Et primo quidem non inducitur ex eo, quòd confitendo pater peccata sua, iniuriam filio remiserit in foro animæ, nam per hoc non censetur filius reconciliatus per id quod ponit Bartolus *in l. non solum, §. 1. num. 3. ff. de iniur.* vbi post Gul. Cun. *in l. si tibi, §. 1. ff. de pact.* vult, quòd remissio, quæ fit
51 in confitendo peccata † respiciat solum rancorem animi, nam ad salutem nemo cogitur remittere actionem iniuriarum. Idem voluit Bartolus *d. l. si tibi, 1.* vbi Alexan. dicit esse communem, *Felyn. in c. de his, colum. fina. de accusat. Iason in l. huiusmodi, §. æques, ff. de leg. 1. Didac. lib. 2. variarum resolut. cap. 10. versic. tertium constat satis aperte,* vbi post Alexan. Iason. & Felyn. dicit, hoc non procedere, quando remissio esset
52 plenaria, † & facta prægnantibus verbis: Id, quod etiam voluit Alexan. ad Barto. *in d. l non solum, §. 1. sub num. 3.* vbi dicit, quod si fit plenè remissio prodest etiam in exteriore foro, quia sacerdos potest pro absente acceptare, *allegat, l. 1. §. ius publicum, & ibi Bar. ff. de iustit. & iur. Menoch. de præsump. lib. 3. in præsumpt. 114. num. 6.* quamuis in proposito talem remissionem consideret Paris. *in cons. 138. volum. 1. & Simon de Pretu, d. solut. 4. num. 14.*

Secundò, si filius audita patris ægritudine accedat ad eum visitandum, & non possit eum alloqui,
53 non per hoc remissa † censetur ingratitudo, imò præsumitur pater continuasse in eodem voto: non enim sumus certi, an esset remissurus iniuriam, *ita Bal. in dicto cons. 112. in fi. volum. 5. Cotta in memoral. incip. filius, qui à patre, circa fi. & dixi in cons. 94. num. 81.* vbi declaro procedere, quando non fuit admissus ad visitandum, secus si pater admisit eum, quia tunc sumus in claris, *vide tamen Ruinum, in cons. 131. num. 2. & 7. volum. 4.*

Tertiò, inducitur reconciliatio, quando pater post exhæredationem & commissam ingratitudinem, recipit filium in domum, eumque retinuit
54 † comedendo ad eandem mensam, & cum eo conuersando familiariter, *ita glos. in §. fina. Institut. de iniur. Bal. in Authen. si testis productus. alias incipit, si dicatur, num. 4. C. de testib. & est tex. in l. in ipsius, vbi Bal. C. famil. erciscun. Alexan. in cons. 159. num. 11. volum. 7. alios citat Simon de Pretu, d. solutio. 4. nu. 14 & 15. dixi d. cons. 94. nu. 80. & seq.* Et generaliter reconciliatio probatur per
55 coniecturas, † *vt inquit Bal. in l. in ipsius. num. 2. sequitur ibi Ang. & Salicet. Simon, d. num. 5.* inducitur item re-
56 conciliatio per † salutationem, *Bal. in l. filio, circa fin. ff. de libe. & posthum. & ibi Alexan. num. 12. post Innocen. & Anan. in cap. cum oporteat, de accusatio. dixi in eod cons. 94.* Et inquit Bal. *in dicto cons. 112. num. 4.* quòd per re-
57 conciliationem † remittuntur præcedentes omnes iniuriæ, non quæ sequuntur: Et cum eo transeunt Ang. Imo. Castren. & alij, quos citaui *d. cons 94 num.*
58 *82.* Et remissio † iniuriarum fieri potest absente parte, secundum glos. *in §. fina. Instit. de iniur.* vbi ait, quòd si quis in testamento remisit, conualescens,
59 non agit † amplius actione iniuriarum. Sequitur Barto. *in l. non solum. §. 1. num. 2. ff. de iniur.* vbi addit, quod tollitur hæc actio à principio per dissimulationem, quando pater non reuocauit iniuriam ad animum.

Prædicta omnia videntur limitanda, quoad alimenta ordinaria, sed aliud est, quando agimus de
60 alimentis necessariis † ad sustentationem vitæ, *vt per Didac. de sponsa. par. 2. c. 8. §. 6 num 17. Ludou. Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 16. num. 2. & 3. vbi vide.*

SVMMARIVM.

1 *Correlatiuorum idem est iudicium.*
2 *Pater tenetur naturali iure alere filium.*
3 *Naturales obligationes non possunt tolli.*
4 *Naturam solam attendimus, quando de alimentis tractamus.*
5 *Pater non potest filio hæretico denegare alimenta.*
6 *Pater filio denegare alimenta ex eis causis, ex quibus potest exhæredare.*
7 *Pater exhæredare potest filium hæreticum.*
8 *Filius negare potest alimenta patri hæretico.*
9 *Pater non tenetur dotare filiam hæreticam.*
10 *Pater grauatus onere fideicommissi, non potest ea bona alienare pro dotanda filia hæretica.*
11 *Ingratitudo tollit id, quod est iure naturali debitum.*
12 *Excommunicato denegatur alimenta.*
13 *Clerico suspenso denegantur alimenta.*
14 *Pater non repetit à filia hæretica dotem, quam ei dedit.*
15 *Iudæus nihil opponit Iudæo.*
16 *Infamis non obicit testi infamiam.*
17 *Meretrix non potest filiam exhæredare ob meretricium.*
18 *Pater Iudæus potest vendere bona fideicommisso subiecta pro dotanda filia Iudæa.*

QVÆSTIO II.

QVÆRO, an pater fidelis teneatur alere filium hæreticum: Videtur eum teneri, quia certum est, quòd filius teneatur alere etiam patrem hæreticum, *vt dixi supra suo loco.* ergo à patre ali debet, ne impari regantur
1 regula contra † naturam correlatiuorum. *l. si. C. de indict. vidui tollen.* imò maior ratio est alendi filium,
2 quàm patrem, quia pater erga † filium tenetur naturali iure, *vt Institut. de natu. gent & ciuili, in princ. & in §. ius naturale, distinct. 1. l. §. penult. ff. de iu. natu. gent. & ciuili.* Pater autem erga filium tenetur ratione quidem naturali sed de iure ciuili, vti declaraui suprà, & non attendi debet professio fidei, quia id, quod à iure naturali descedit, commune est omnibus animantibus etiam brutis, *vt Instit. de iure natur.* ergo non est curandum, quòd sit fidelis, vel infidelis, sat enim est, quòd qualiscunque sit, filius sit, vt de patre alendo, à filio dixi per tex. *in §. si vero contigerit,*

gerit, in Authen. de inceſt. nupt. Addo, quòd obligatio-
3 nes † naturales tolli non poſſunt, *§. ſed naturalia, Inſtitut. de iur. natur. gent. & ciuili*, & ſola natura vide-
4 tur attendi, quando tractamus † de alimentis præſtandis, *vt per Bal. in l. fina. num. 6. C. de dot. promiſſ.* vbi loquitur de naturali filio. Et dixi ſupra ex Paleoto, dum agebam de alimentis præſtandis ſpurio. Garzias, *l. veluti, num. 10. ff. de iuſt. & iur.* vbi quod inſpicimus naturam generationis, non peccatum, & in terminis, quòd filio hæretico denegari non poſ-
5 ſint alimenta, † *ita voluêre Specu. & Alciat. quos citat & ſequitur Bonac. of. in tract. de æquit. canon. in 2. concluſ. colum 2 ſolto mihi 9.*

Sed hanc ego ſententiam arbitror falſam eſſe, nam ſupra dixi ex eiſdem cauſis alimenta filio poſ-
6 ſe denegari, ex quibus † exhæredatio iure eſt permiſſa, *gloſ. in l. fi. C. de alen. liber. & in l. ſi quis à liberis, §. idem iudex, ff. de liber agnoſcen.* at filius hæreticus pri-
7 uari † poteſt hæreditate, *§. ſi quis de prædictis, in Auth. vt cum de appella. cognoſcen. Abb. & alij omnes in c. Quintauallis. num. 5. de iureiur. ponit Aſcan. Clem. in tract. de patr. poteſta. effect. 7. num. 7.* ergo eadem ratione alimentis erit priuandus. Præterea talis filius necandus potius quam alendus videtur, *vt dicitur in ſimili in c. legi. 24. quæſtio. 8.* per quem text. Specu. *in tit. qui fil. ſint legit. §. 1. num. 13.* dicebat, patri ea ipſa ratione
8 poſſe † alimenta denegari. Et in terminis, quòd filio hæretico negari poſſint alimenta, tenent Doctores omnes *in d. cap. Quintauallis, de iureiur. vbi Abb. nu. 5.* Et inferunt hoc ex generali illa ratione, quod hæreſis ſit iuſta cauſa exhæredandi filium. Ergo & priuandi ſubſidio alimentorum, *ita quoque tenuit Caccialup. in l. frater à fratre, num. 108. ff. de cond. indeb.* Confirmatur hæc opinio, quia videmus, quod pa-
9 ter non tenetur filiam hæreticam † dotare, *gloſ. in l. ſi vero, ff. de in rem verſo, per tex. in l. cognouimus, in ver. cæterùm liberis, C. de hæret.* vbi dicitur, quod ad paterna beneficia admittendi ſunt filij orthodoxi, excluſis aliis, *Roman. in l. 1. ff. ſolu. matrim. & ibi Ripa, num. 72. Soc. in tract fallent. reg. 281. in 2 fallent. Iaſ. in §. fuerat, num. 112. Inſtit. de action. Bal. Nouel. in tract. dot. par. 6. Specia. 6. colum. 1. Coraſ. in l. qui liberos, num. 102. ff. de ritu nupt. Iacob. Nou. in reg 139 vlt. lim. Aſcan. Clem. in tract de patr. poteſt. effect. 7. num. 7.* vbi ad noſtrum propoſitum ſubdit, quod propter hæreſim filij pater à multis obligationib. liberatur ad quas tenebatur. *Ideo Bal. in Auth. res quæ num. 24. in fi. C. comm. de leg.* inquit quod pater
10 pro † dotãda filia hæretica non poteſt bona fideicommiſſo ſubiecta alienare, quemadmodum poſſet ſi eſſet catholica, ſequitur ibi Iaſ. *num. 32. octauo limita.* Valet autem argumentum à dote ad legitimam, vt ſæpè dixi. Non obſtat igitur quod patri quamtumuis hæretico præſtanda ſint alimenta, quia reſpõdeo, maiorem ſubeſſe rationem alendi patrem quam filium, quia ſtrictius tenetur filius, tanquam is qui plura recepit beneficia, vt demonſtrauit tractando, cui potius debeant alimenta miniſtrari patrine, an filio. Item in patre ſubeſt ratio reuerentiæ propter quam exiſtimari ſemper debet ſancta & honeſta eius perſona, quamtumuis male ſit morigerata, ſecundum tex. *in d. l. liberto. ff. de obſeq. lib.* quæ ratio ceſſat in filio. Et ideo quamuis obligatione naturali teneatur pater erga filium, arctior tamen, & magis obligatoria eſt ea neceſſitas ciuilis, qua filius obſtringitur erga patrem, nam dici poſſet obligationem patris erga filium deſcendere iure naturali ratione inuentionis, ſed fortius eſt obligari ciuiliter, quã naturaliter, quia ex ciuili obligatione oritur actio, ſed non ita ex naturali.

Non etiam mouet, quod in præſtandis alimentis ſola attendatur natura, quia reſpondeo, quod
11 ingratitudo † tollit id quod naturali lege debitũ erat, *ſecundum Bal. in l. fi. num. 11. C. de dot. promiſſ. eſt tex. in §. optime, ibi, ne forte, &c. in Auth. de nupt.* vbi ponitur ratio ne iniurientur leges naturæ, & ne ſub hac ſpe filij proterui ſint contra fidem, vt in eo textu dicitur de patre, *Io. Lup. in cap. per veſtras, §. 4. in 3. not. ab. num 6.* & non aduerſatur, quod ius naturæ mutari non poteſt, quia ad hoc multis modis reſponderi poteſt ex gl. & Doct. *in d. l. ſed naturalia, & in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtit.* vbi dicunt, quod etſi ius naturale in totum tolli non poſſit, ex cauſa tamen mutari, vel modificari poteſt. Item licet in genere deſtrui non poſſint, in aliqua tamen ſpecie corrigitur, & pro hac parte facit, quod dicimus
12 de excommunicato, † cui denegantur alimenta. ne ſubſidio alimentorum fretus negligat redire ad pœnitentiã, & ſi perſeueret in contemptu eccleſiæ, *gl. in l. fi. in fi. in c. paſtoralis, §. verum & de appellat.* poteſt enim quandocunque eum pœnituerit habere alimenta, ideo ante pœnitentiam deneganda
13 ſunt, ut in clerico † inquit Abb. *d. §. verum, num. 16. poſt Ioan. Andr. ibi.* facit etiam, quia ſicuti filio ob crimen læſæ maieſtatis humanæ denegantur alimenta, ut dicam ſuo loco, ita & multo magis denegari debẽt ob læſam diuinam maieſtatem, quæ grauius delictum continet. Adde tamen, quod iam præſti-
14 ta alimenta non poſſet repetere, vt de data † dote *tenet Bal. in l. fin. num. 11. C. de dot promiſſ. Apoſt. ad Ab. cap. Quintauallis, num. 5.* licet dubitet loco prædicto, *num. 5. & num. 6.* Ego limitarem prædictam opinionem, vt non procedat, quando pater quoque eſſet hæreticus, quia tunc tenetur filium alere, nec opponere poteſt, quòd ſit hæreticus, quia nihil ludæus
15 † ludæo, nihil Catilina Cethego. *l. ſi quanquam, in fi. C. de epiſcop. & cleric. l. viro, ff. ſolu. matrim. l. ſi filium, C. de lib. cau. l. in arenam, C. de inoffic. teſtam. gl in l. quoniam, in ver. introduci, C. de hæret. & in c. contra Chriſtianos, de hæ-*
16 *retic. in 6.* & infamis † non poteſt teſti infami obiicere, *ſecundum gl in l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſtib. Iaſ. in d. l. in arenam, num. 3.* Et in hanc rationem dicunt Bar. Bal. Fulgoſ. & alij *in d. l. in arenam*, quòd mater meretrix
17 non poteſt filiam † ob meretricium exhæredare, *vt dicam quæſtio. ab hinc ſecunda.* Et dicit Bal. *in Authen. res quæ, num. 24. C. comm. de leg.* quòd ſi pater & filius ludęi ſunt, poterit pater vendere bona fideicommiſſo ſubiecta pro dotanda filia, & dicit ſe hoc modo intelligere gl. ſupra allegatam *in l. ſi vero, ff. de in rem verſo*, quæ vult, quòd vendi non poſſint pro dotanda filia hęretica, vt procedat, quando pater erat fidelis, ſecus, ſi & ipſe foret hæreticus, *ſequitur Iaſ. ibi num. 32. limitat. 8. Et hoc voluit præcisè Coraſ. in l. qui liberos, num. 102. ff. de ritu nupt.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Patriæ obedire docet ius gentium.*
2 *Principi inobediens morte plectebatur lege antiqua.*
3 *Princips. qui non obedit, contrauenit ordinationi diuinæ.*
4 *Patriæ non minus nascimur, quam parentibus.*
5 *Patriæ potius quàm parentibus est parendum.*
6 *Pater negare potest alimenta filio, qui est hostis patriæ.*
7 *Delictum proprium puniri debet potius quam alienum.*
8 *Argumentum à maiori ad minus, est validum.*
9 *Filius ingratus desinit esse filius.*
10 *Filius factus hostis patriæ potest à patre impunè occidi.*
11 *Princeps habet omnia iura Reipublicæ.*
12 *Patriæ hostis dicitur, qui actu venit contra ciuitatem, non autem simpliciter.*

QVÆSTIO III.

DVSTA quoque causa denegandi filio alimenta deducitur ex eo, quod sit hostis publicus, & contra patriam venerit, nam
1 patriæ † obedire iure gentium docemur, *vt l. veluti, ff. de iust. & iur.* & qui non obedierit Prin-
2 cipi morte † moriatur, dicebat lex antiqua in libro regiſtri, & probatur *in cap. si quis. de maior. & obedien.* & qui reſiſtit poteſtati ſuperioris reſiſtit †ordinationi Dei, *cap. Iultanus, & cap reſiſtit, 11. quæſtio. 3.* & eſt generale pactum humanæ ſocietatis obtemperare ſuis regibus, vt ex Auguſt. dicitur *in cap. quæ contra mores, diſtinctio. 8.* & dicit Barba. *in conſ. 34. columna 18. volum. 2.* quod eſt iuriſgentium præceptum vt patriæ pareamus, *alios citat Tiraq. de legib. connub. l. 7. num. 17. Garzi. in l. veluti, num. 12. & ſeq. ff. de iuſtit. & iure*, vbi probat deſcendere hunc ordinem etiam à vi religionis, non tam enim naſcitur quis parenti,
4 † quam Reipublicæ, vt dicit tex. *in l. 1. §. & generaliter ex quib. cau. ff. de ventre in poſſeſſ. mitten. & idem dicit Cicero, libro 1. offic.* eſt etiam tex. *in l. penult. vbi Bartolus. Ang. & Fulgoſ. ff. de poſtul.* & potius patriæ, quam pa-
5 rentibus † obediendum eſt, quando vtrique non poteſt ſatisfieri, *l. poſtliminium, § ſi filius, ff. de exceptio.* & eſt communis opinio, *vt inquit Iaſon in §. huius ſtudij, l. prima, num. 13. ff. de iuſtit. & iur. & ibi Clau. colum. fina. Cordub. in l. ſi quis à libero, num. 17. in §. ſed vtrum, ff. de liber. agnoſcen.* Et in terminis, quod hoſti publico, qui venit contra patriam pater poſſit alimen-
6 ta negare † voluit Ang. *in §. ſi verò contigerit, in Auth. de inceſt. nupt.* & ad id allegari poſſunt illi omnes, qui tenent filium poſſe alimenta negare patri, qui fecit contra patriam, *vt ſuo loco dicam.* Nam ſi ex ea cauſa excluditur pater, cui magis debẽtur alimenta ſecundum ſupradicta, multo magis excludetur filius, cui leuiori titulo debentur alimenta, at in filio tenet Caccialup. *in l. frater à fratre, num. 108. ff. de cond. indeb.* vbi loquitur in eo, qui venit contra patriam, & qui rupit publicam pacem, mouetur ex tex. *in cap. 1. §. ſi quis hominem, vbi Bal. ponit, de pace tenen. de quo ego latè aſſerui in titulo, quibus debeantur alimenta, in quæſtio. an pater alat filium bannitum.* Addo, quòd ſi filio negantur alimenta, quando pater cõmittit crimen læſæ maieſtatis, *vt probatur in l. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſt.* multo magis denegabuntur ei, qui principaliter deliquit, cum magis ſit quis pu-
7 niendus pro delicto proprio, † quam pro alieno, *vt in ſimili arguit Ioan. Annib. in l. poſt cõtractum, num. 266. ff. de donatio.* Confirmatur hæc opinio, quia certum eſt, quòd pater poteſt priuare filium, qui iniecit in eum violentas manus, vel contra eum ingratitudinis cauſam aliquam commiſit ex enumeratis, *in §. cauſas, in Authen. vt cum de appellat. cognoſ. & dixi ſupra in princ. huius tituli:* at plus peccat, qui patriam offendit, quanquam qui offendit patrem, cum plus patriæ debeamus, quàm parentibus, *d. l. poſtliminium, §. ſi filius. & dixi paulo ſupra:* ergo multo magis priuabitur alimentis filius, qui patriam offendit, quam
8 qui patrem, quia ſi id, de quo minus videtur †ineſſe, ineſt, ergo & de quo magis *Authen. multo magis, C.*
9 *de ſacroſ. eccleſ.* & ſi filius perdit † filiationem, quando ingratitudinem committit contra patrem, vt inquit Barto. *in l. diuus. ff. ad leg. Pomp. de parricid.* vbi infert, quòd ſi pater occidit eum, non tenetur lege illa, *Pet. Gerar. ſing. 2. num. 8. Iaſon in l. ius autem ciuile, num. 27. ff. de iuſtit & iur. vbi dicit, ſe non legiſſe alibi Apoſt. ad Abba. in cap. Quintauallis, num. 4. de iureiuran. Aſcan. Clem. in tract. de patr. poteſta. cap. 5. num. 70.* ita debet filiationem perdere, quando lædit patriam, & contra eam committit. Concluduntideo Doctores, quod vbi filius committit in patriam, & ea ratione
10 factus eſt hoſtis, poteſt impunè † occidi, vt probatur *in l. minimè. ff. de relig. & ſumpt. fune.* quam legem ita declarat Ange. *in dicto §. ſi verò contigerit, Nellus in tracta. bannito, in prima parte, ſecundi tempor. quæſtio. 48. numero 48. Alber. Cæpol. Igne. Socinus iunior & alij, quos citaui in dicta quæſtione, an pater alat filium bannitum:* Et quod dico de patria, locum etiam habet in Principe, vt quando contra Principem committit quis crimen læſæ maieſtatis, non enim vim facio, quod patriam vel Principem læſerit.
11 Iura † enim omnia Reipublicæ in Principem ſunt translata, *§. ſed & quod Principi, Inſtitut. de iure natur. gentium & ciu.* & is dicitur pater patriæ. Hæc autem quæ dixi de hoſte Reipublicæ, vel ciuitatis, intelligenda ſunt non in ſimplici bannito, qui
12 non peruenit, ſed in eo, qui † actu commiſit in ciuitatem, *vt declarat Nellus in dicta quæſtione quadrageſima octaua.* ſi enim aliquod delictum commiſiſſet contra tertium, propter quod ſit iudicatus hoſtis, tali caſu non denegabuntur alimenta, ſicuti non poſſet impunè occidi.

SVMMARIVM.

1 *Filia, quæ peccauit in corpus ſuum, poteſt exhæredari.*
2 *Pater non tenetur alere filiam, quæ peccauit in corpus ſuum.*
3 *Pater etiam meretricius & luxurioſus priuare poteſt alimentis filium inhoneſtam.*
4 *Fœmina debet eſſe magis caſta, quàm maſculus.*
5 *Patris perſona videri ſemper debet filio ſancta atque honeſta.*
6 *Filius accuſans patrem dicitur improbus.*
7 *Vxor non poteſt maritum criminaliter accuſare.*
8 *Vxor accuſata à marito de adulterio, poteſt excipere de adulterio mariti.*
9 *Exceptio dilatoria non opponitur poſt conteſtationem litis.*

10 *Maritus cogitur admittere vxorem adulteram, quando vxor iam condemnata probat maritum esse fornicarium.*
11 *Rei fauorabiliores sunt, quam actores.*
12 *Iudæus nihil obicit Iudæo.*
13 *Mater meretrix non potest denegare alimenta filiæ ob malam illius vitam.*
14 *Infamis non opponit testi infamiam.*
15 *Mater meretrix, sed correcta potest denegare alimenta filiæ meretrici.*
16 *Consuetudo vltima attenditur.*
17 *Periurus potest esse testis si fecit pœnitentiam.*
18 *Vsurarius si quis sit post testamentum, decedit intestatus.*
19 *Filiusfamilias, si de castrensi peculio fecit testamentum habebit hæredem in aliis bonis, si postea efficiatur sui iuris.*
20 *Vsurarij testamentum conualescit, si postea caueat de vsuris restituendis.*
21 *Filiifamilias testamentum non validatur si postea fiat sui iuris.*
22 *Vxor meretrix, quæ tamen post matrimonium honestè vixit, non accusatur de adulterio.*
23 *Maritus cognoscendo vxorem adulteram, videtur eius mores approbare.*
24 *Pœnitentia abstergit maculam, & restituit ad pristinum statum.*
25 *Mutatio morum non præsumitur.*
26 *Hæreticus qui semel fuit, præsumitur hæreticus.*
27 *Pater non denegat alimenta filiæ impudicæ, quæ tamen fecit pœnitentiam, & ibi latè.*
28 *Peccator non dicitur is, quem pœnitet.*
29 *Periurus non dicitur, qui post diei lapsum soluit, quod promiserat.*
30 *Ingressus monasterij purgat infamiam anteactæ vitæ.*
31 *Pœnitentiam fecisse dicitur mulier, quæ etsi multas habuerit occasiones peccandi abstinuit.*
32 *Pater non denegat alimenta filiæ, quæ vni tantum se prostituit.*
33 *Meretrix non dicitur, quæ sui corporis non facit questū.*
34 *Mulier non dicitur infamis nisi palam sui corporis questum faciat.*
35 *Mulier, quæ vni tantum se prostituit, vel quæ sine questu id facit, dicitur turpis, licet non infamis.*
36 *Filia ob stuprum non potest alimentis priuari nisi præcedat monitio.*
37 *Filia, quæ post vigesimumquintum annum peccauit in corpus suum, non potest exhæredari.*
38 *Filiæ quæ sine consensu patris nupsit, an denegari possint alimenta.*

QVÆSTIO IIII.

NOn videtur etiam dubitari posse, quin alimenta iustè denegentur filiæ, quæ peccauit in corpus suum, cum ex ea causa † exhæredari, 1 *l. si pater, & Authen ibi posita, C. de inofficioso testamento,* & potest pater alimenta negare his de causis, quibus potest filium exhæredare, 2 *vt probauimus in principio huius tituli, atque ita † determinat Specu. in titulo, qui filij sint legit. §. 1. num. 16. ver. quid si filia. allegat l. si quis à liberis. §. si quis ex his, ff. de libe. agnoscen. & l. fi. C. de alen. liber. & eum sequitur Io. And. ibi, sequitur Coras. in l. qui liberos, num. 101. ff. de ritu nupt.* vbi subdit, manifestum pœnitentiæ signum esse, quando filia ingreditur monasterium, *& præter eum hoc voluit Bal. in l. fina. C. de dot. promiss. Bal. Nouel. in tract. dot. parte sexta specia. decimosexto, colum. 4. versus si. Campeg. in eodem tract. par. 1. quæstio. 13. in fine, Iason in l. in arenam, numero 6. C. de inofficioso testamento, Marsil. in rub. ff. de fideiusso. numero 230. Ruinus in consilio 131. num. 3. volum. 4.* Et per eandem rationem concludunt Doctores, quòd propter meretricium filiæ potest pater denegare dotem.

Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiam si pater luxuriosus sit, meretricator, & scortis dans operam, quia nihilominus poterit filiæ alimenta 3 denegare ob inhonestam vitam, *fuit opinio † Fulgos. in Authen. sed si post, C. de inoffic. testamen.* quia fœminas magis decet esse castas & pudicas, quam mares, *leg. penultima, C. ad Orfician. & dicit glos. in l. palam, §. quæ in adulterio, ff. de ritu nupt.* quod etiam secundum ho- 4 minum mores † maior exigitur castitas in fœminis, quam in masculis: Et hanc quoque opinionem tenuisse videtur Cyn. *in l. si filia, C. de inofficioso testamento, Iason in dicta l. in arenam. num. 10. Vasq. de succesio. creat. libro 3. §. 30. parte tertia, numero 179. Viuius commun. opin. libro primo, opin. centesima trigesima. & idem Vasq. libro primo, §. 10. num. 610.* Ego credo non tam ratione maioris castitatis repelli filiam, quam ratione reuerentiæ, quam tenetur patri exhibere, 5 nam filia semper sancta atque honesta videri † debet persona patris, *l. liberto, ff. de obseq. liber.* etiam si inhonesta sit, *vt ibi inquit glos. in versic. honesta.* & im- 6 proba est filij vox † cum patrem accusat, *l. fina. C. de bon. matern. l. cum oportet. §. non autem. C. de bon. quæ liber.* qua ratione vxor, etsi possit criminaliter accusari de adulterio, tamen vxori non permittitur 7 criminali via † accusare maritum, *vt probat l. 1. C. de adult. vbi notant glos. & Salicet. Marsil. in l. patre, vel matre, numero vndecimo, ff. de quæstionib. Ioan. Lupus in rubrica, de donationibus inter virum & vxorem. §. 20. num. 5. vbi dicit communem esse,* quia per vxorem fit iniuria viro, non econtra, & per vxorem violatur thorus, non per maritum, *& sequitur Didac. in epitom. de sponsa. in secunda parte, capitulo septimo, §. sexto, numero quinto.* Et prima ratio optimè conuenit nostræ quæstioni, quia inhonesta vita filiæ offendit patrem. atque ei infert iniuriam, sed non sic in mala vita patris, quia per illam nulla filiæ irrogatur infamia, vel iniuria.

Videretur tamen, quod saltem excipiendo posset filia allegare meretricium paternum, cum ciuiliter agitur de alimentis denegandis, sicuti cum maritus agit ad perditionem dotis propter vxoris 8 adulterium, potest vxor † excipere de adulterio mariti, *capitulo, intelligimus, de adult. capitulo 1. vt lite non contest. vbi hoc notat Abb. Castren. in consilio 402. volumine primo, Marsil. in dicta l. patre, vel marito, numero decimo quarto, Lupus in dicto §. vigesimo, numero 2. & Didac. dicto §. 6.* intelligendo tamen, prout prædicti omnes declarant, quando ante litis contestationem vxor excipitur de mariti adulterio, quia cum sit 9 dilatoria exceptio † non admittitur lite contestata, *l. si vxor, §. iudex, ff. de adulter. l. ita nobis pudor, C.*

eodem titulo. quinimo fortius vir, qui iam in causa obtinuit sententiam diuortij propter vxoris adulterium, cogitur admittere vxorem in coniugale
10 consortium † si probet virum esse fornicarium, *vt est text. in cap. ex literis, de diuort. qui secundum Abb. est singularis, idem voluit glos. Anchar. Butr. & Anan. in cap. fi. vbi etiam Abb. de adulte. Didac. dicto cap. 7. §. 6. num. 4.* nisi dicamus permitti vxori conuenræ, sic excipere, & idipsum non æque conuenire filiæ agenti cum fa-
11 uorabiliores † sint rei, quam actores, *l. fauorabiliores, ff. de regulis iuris.* vel melius, quod sicuti plus obligatur patri, quam marito, *vt dixi supra in quæstione, cui magis sit subueniendum patri, an vxori,* ita maior reuerentia exhibenda est patri, quam marito, & consequenter magis occultanda eius peccata & vitia quam mariti.

Limitatur tamen, vt non procedat in matre meretrice, quæ ob impudicos mores, & inhonestam filiæ vitam non potest illam priuare alimentis,
12 quia nil Iudæus † Iudæo, & nil Catilina Cetego, *l. in arenam. in fi. C. de inoffic. to. testamento, glos. in l. quoniam, in versic. introduci, C. de hæretic.* vbi multos citat textus
13 concordantes, & † in terminis hoc voluit Bartolus *in dicta l. in arenam, in fi.* vbi dicit, esse bene notandum, & mouetur ex illo textu: Et licèt loquatur de exhæredatione, tamen ex ea benè infertur ad priuationem alimentorum per generalem regulam, præcipuè cum facilius denegentur alimenta, quam exhæredetur filius, *vt probat Ruinus, in consilio 131. numero 6. volumine 4.* Et idem, quòd filia exhæredari non possit, tenet Baldus *in d. l. in arenam, vbi sequuntur communiter Doctores, vt inquit Iaf. num. 5. Curtius iunior in Authen. non licet, num. 12. C. de liber. prater.* vbi tamen loquitur indistinctè de patre non animaduertens ad limitationem, de qua supra: *Hanc quoque communem dicit Vasq. de successione creat. libro 3 §. 30. parte tertia, limitatio. 34. numero 172. in fine, & de communi attestatur quoque Vinius commun. opin. lib 1. opin. 130.* Ideo
14 glos. *in l. 3. §. Iulia. ff. de testib.* vult, quòd infamis † non possit testi obiicere infamiam, *sequitur Gul. Cuneus, & Bartolus in l. arenam, vbi etiam Baldus & Salicetus, de quo tamen videndi sunt Doctores in cap. testimonium. extra de testib. & Iason in dicta l. in arenam, numero 4. vbi recitat contradicentes.*

Procedit autem hæc limitatio, nisi mater tempore mortis fuisset correcta, & deuenisset ad meliorem frugem, & vitam duceret honestam, quia
15 tunc desinit esse infamis, † vel turpis persona, & filia non ei opponet de inhonestis moribus anteactæ vitæ, *secundum Baldum, in l. si filiam, in fine, C. de inofficioso testamento.* vltima enim hominis consuetu-
16 do † secundum eum attenditur, *l. Mela, §. primo, ff. de admen. legat. sequitur Salicet. post Gul. Cun. in eadem l. si filiam, in fine, Ruinus in consilio 131. numero 3. in fi. volumine 4. Rolandus de lucro dot. quæstio. 71. numero 7. Vasq. de succes. creatio. libro primo, §. decimo, numero 611.* Hoc etiam de Baldo nulla facta mentione, tenuit Fulg. *in l. in arenam, & eum ibi sequitur Iason num. 5.* vbi confirmat ex eo, quod notant Bartolus & Baldus *in l. imperialis, C. de nupt.* vbi dicunt, quod delinquens postquam peregit pœnitentiam, perinde habetur,
17 ac si non deliquisset, & inferunt ad testem † perirum, qui post pœnitentiam admittitur ad testificandum: Sed quæ dicuntur de pœnitentia explicabuntur latius in sequenti limitatione, quandoquidem non faciunt ad propositum huius declarationis, quam tractamus: non enim requiritur pœnitentia, vt mater alias meretrix possit filiam impudicam exhæredare, vel alimentis priuare, sed sat est, quod desierit meretricari, & honestam ducat vitam, quia consuetudo vltima attenditur, & aliud est pœnitentiam egisse præteritorum delictorum, aliud honestam vitam ducere, & pœnitentia respicit anteactæ vitæ rationem, honestas autem sat est, si de præsenti matrem comitetur, quia status personæ attenditur, qui est tempore mortis, non qui fuit ante. Ideo Gemin. *in cap. quanquam, de vsur. in sexto.* dicit, quòd si quis post condi-
18 tum testamentum cœpit † publicè exercere vsuras, testamentum est nullum, quia mortis tempus attenditur ad dignoscendum, an sit habilis ad testandum, *sequuntur multi relati à Socin. in consilio 127. columna prima, volumine primo, Caphalus in consilio 402. numero 14.*

19 Similiter, si filiusfamilias † condat testamentum de peculio castrensi, deinde tempore efficiatur sui iuris, testamentum illud continebit quæcunque alia bona, quia etsi testamenti tempore non possit de aliis bonis testari, tamen inspicitur habilitas tempore mortis, *Caphalus, in consilio 406. numero 22.* facit etiam quod voluit Bartolus, *in l. filio præterito, colum. finali, ff. de iniusto, rup. testamen.* vbi, etsi testamentum vsurarij non valeat, qui non præstitit cautionem de restituendis vsuris, secundum dispositionem *dicti capituli, quanquam,* tamen si post
20 testamentum caueat, † reconualescit, *sequitur Alexander in l. posthumo, columna antepenult. C. de contrat. tab. & est communis opinio, vt inquit Felin. in capit. cum dilectus, columna secunda, de accusat. Dec. in l. quod initio, num. 12. vbi additio. ff. de regu. iur.*

Benè verum est, quod si testamentum tempore, quo fuit conditum, fuisset omnino nullum ex defectu potestatis, non conualidaretur superueniente habilitate ante mortem, vt de testamento
21 filij † familias dicitur. *Institut. qui testamentum facere poss. in princ. vbi glos. idem dicit in seruo, sequuntur Doctores ibi, præcipuè Bauer. numero 30.* Redeundo ergo ad propositum, non est necessaria pœnitentia in matre, sed sat est, quod vita ducat honestam, pro quo adduco, quod voluit Bartolus, *in l. si vxor, in fi. princip. numero 3. ff. de adulte.* vbi inquit, maritum pos-
22 se accusare adulterij vxorem, † quæ etsi foret meretrix, quando eam duxit, tamen honestè semper vixit post matrimonium, licet aliud sit quando duxisset vulgarem vxorem, quæ post matrimonium meretricabatur, *l. qui adulterium, & l. si ea. C. de adulte.* quia coeundo cum ea, quam sciuit adulteram esse,
23 videtur illius mores † approbare secundum glossam communiter receptam, *in capitulo fina. de adult.* quod tamen, an intelligatur, quoad commissa crimina, vel etiam quoad committenda, vide apud Salicetum, *in l. quoniam Alexandrum, C. de adult. & melius Didac. in epitom. de sponsa. par. secunda, capitulo 7. §. 6. numero 7.*

Limita-

Limitatur denuò, vt non vendicet locum nostra conclusio principalis, quando filia egisset pœ-
24 nitentiam, quia pœnitentia † abstergit maculam, & ad pristinum statum restituit, *capitu. ferrum. 50. distinct. 19.* & nouus homo videtur quis post peractam pœnitentiam, *vt dicitur ibi, & in l. Imperialis. C. de nupt. & probatur in dicta l. si filiam. C. de inoffic. testamen. ibi, turpiter & cum flagitiosa fœtidate.* non enim considerat, qualis antea fuerit filia, sed qualis foret eo tempore: Et hunc textum adducit ad hoc probandum Ripa, *in l. fina. num. 224. C. de reuocan. donat.* sed non probat conclusionem firmatam, quia si aliquando fuit filia infamis ob impudicos mores, præsu-
25 mitur etiam nunc impudica, ex quo † non præsumitur morum mutatio, *cap. semel malus, de regu. iur. in sexto. Marsil. in sing. 74. Natta in cons. 59. num. 18.* vbi post Bar. *in l. si prius, in quinta oppos. 3. par. ff. de oper. noui nunt.* dicit, quod si quis existat in possessione alicuius militiæ, onus probandi transfertur in eum, qui contra dicit: Et dicit Felin. *in cap. scribam, colum. 2. de*
26 *de præsumpt.* quod semel hæreticus † semper præsumitur hæreticus, quidquid tamẽ sit, nostram limitationem tenet Specu. *in tit. qui fil. sint legit. §. fi. num.*
27 *16.* vbi, quod † neque exhæredari, neque alimentis priuari potest: mouetur per *dictum cap. ferrum, & & per §. aliud si potest, in Authen, vt cum de appel. cogno. & cap. inter opera, extra de sponsa. But. & Abb. in cap. Quintauallis, colum. 3. de iureiuran. Alexan. in l. 1. num. 33. ff. solu. matrim.* vbi ait, quod talis filia ali debet, & dotari, allegat Bal. *in dicta l. filiam,* qui tamen nihil ponit de emendatione filiæ, sed loquitur de matre, & infert Alexan. ad filium ingratum, qui acta pœnitentia non poterit exhæredari, *vt diximus supra in princ. huius tituli.* Idem voluit Ias. *in dicta l. in arenam, num. 6. & seq.* vbi tamen pungit nonnulla in contrarium de vsurario, qui apud eum videri possunt, *Bal. Nouel. in tract. dot. par. specia. 16. colum. 14. in fine, versic. sed posset improbabiliter,* vbi ait, quod etsi dotanda non sit, nec alenda filia, quę meretricatur, si tamen vellet redire ad meliorem frugem, cogendus esse pater dotem illi dare ad effectum, vt nubendo retrahatur à meretric : id, quod magnificat ius canonicum, vt probatur *cap. inter opera, de sponsa.* nihil tamen allegat ex prædictis, Campeg. *in eodem tracta. par. 1. quæstio. 13. in fine.* vbi dicit esse perpetuo notandum, quòd neque exhæredari, neque dote, aut alimentis priuari potest, infert idem esse in filio ingrato, quem pœnituerit, qualis autem requiratur pœnitentia remittit se ad not. *in dicta l. imperialis, C. de nupt.* Hãc declarationem probauit quoque Ruinus *in consilio 131. volumine 3.* vbi primo innuit, quòd filia sufficientem videtur egisse pœnitentiam, si nupsit stupratori, sed numero octauo dicit, ex eo actu non solum non videri, quòd egerit pœnitentiam, sed magis patrem offendisse per text. *in l. 3. §. si emancipatus, ff. de bonorum possess. contra tab.* sed loquitur Ruinus, quando gener esset indignus ea vxore, vt quia foret vilis, *Coras. in l. qui liberos, numero 101. ver. quod ex eiusdem, ff. de ritu nuptiarum,* vbi inquit, manifestum esse pœnitentiæ signum, quando filia ingreditur monasterium, *Marsil. in rubrica, ff. de fideiusso. num. 220.* vbi dicit rationem, quia cessante causa cessat effectus, *Ripa in dicta l. fi. num. 224. & sequen. C. de reuocan. donat. Petr. Rauen. in suo Alphab. in versic. filius, Rolan. in tracta. de lucro dot. quæstio. 30. numero 6.* vbi tamen malè refert Ripa, in loco prædicto, attestari de communi, & hoc, inquit, esse in practica mirabile, *Iason in dicta Authen. non licet, numero 3. C. de liber. præter. vbi Curtius iunior, numero 6. & ante eos Aretin. in l. 3. filius, columna penultima, versic. sed remanet dubium. ff. de liber. & posthum. Felin. in cap. Rudolphus, columna 4. versic. dixi alias, de rescript.* vbi, etsi quoad alia non sentiat cum Alexan. *in dicta l. 1. soluto matrimonio,* tamen quoad alimenta tenet cum eo, quia respectu alimentorum pœnitentia non reddit eluforiam dispositionem cum satis fuerit punita filia, quæ fuit alimentis priuata, dum operam dederit meretricio. Cum eadem opinione transit Tiraquel. *de pœn. tempe. casu 28. numero secundo, Vasq. de succesio. creatio. 5. decimo, num. 6 & 2. Ascan. Clemen. in tracta. de patr. potesta. effect. 17. num. 61. Simon de Pretis, in tracta. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. interpret. prima, dubit. 3. solu. 4. num. 12. & sequen. Bonacos. in tracta. de æquit. canon. conclus. 2. columna 2. & nouissimè Ioan. de Amic. cons. 91. in fi. latè Viuius, commun. opin. lib. 1. opin. 130. in fi. distinguit, Faber Instrut. de inoffic. testamen. ver. sortis,* & confirmari potest, quia non dicitur pec-
28 cator, † is quem constat pœnituisse, *cap. 2. de consecrat. distinctione 3.* Et dicit Baldus *in l. prima, in fine, C. locat.* quòd macula præterita, quæ non extat, non operatur, quod quis dici possit maculatus. Et inquit Afflict. *in decis. 36. numero 4.* quod non dicitur
29 periurus, † qui post lapsum diei soluit, quod iurauerat in diem soluere, & subdit illum ex voto concilij admissum fuisse ad iurandum in supplementum. Et dicit Felinus *in dicto capitulo, Rudolphus, colum, quarta,* quòd pater impiè & crudeliter faceret, si post pœnitentiam perseueraret in exclusione filiæ ab alimentis.

Qualis autem requiratur pœnitentia, vt filia dicatur emendata, non datur certa doctrina, sed pro absoluto ponitur, quod ingressus monaste-
30 rii, purgat infamiam † anteactæ vitæ, vt dixi in declaratione generalis regulæ, *in principio huius tituli,* & ponit Coras. *in dicta l. qui liberos, numero 101. idem dicit Alciat. in tract. præsumptio. regu. 2. præsumpt. 7. num. 3.* vbi dicit magnam requiri pœnitentiam, vt quis non præsumatur talis, qualis fuerat, & ponit exemplum in ingressu religionis, & quando probare-
31 tur, quòd, etsi sæpè oblata fuerit † peccandi similis occasio tamen abstinuit, allegat Iacob. Beluis. *in disputa. quam posuit post l. omnimodo, C. de inofficioso testamento, quam refert Alberic. de Rosa. ibi.* & Alciat. *in loco prædicto, numero tertio,* inquit, ad tollendum præsumptionem, quæ insurgit ex anteactæ vitæ moribus necessarium esse, quod per triennium quis abstineat à malo, *vt in §. hincantem nobis, in Auth. de monach. allegat etiam Ang. Salicet. Roma. & Iasonem.*

Declaratur item quæstio nostra, vt non procedat, quando filia fuisset ab vno tantum carnaliter
32 cognita, vel † vni soli subiecerit se, licet aliud sit, quando pluribus se prostitueret, & ex suo corpore turpem faceret quæstum, *ita omnes intelligunt communiter, vt inquit Vasq. de succes. creat. lib. 1. §. 10. num 610. ver. pri-*

ver. primo in filia, & latius, lib. 2. par. 3. §. 20. requisit. 29. num. 52. vbi hoc deducit ex tex. *in dicta l. si filiam, C. de inoffic. testamen.* vbi requiritur, quòd filia turpiter viuat, & cum flagitiosa fœtiditate. Ponderat etiam tex. *in §. causas, in Authen. vt cum de appellat. cognosc.* vbi loquitur de illa, quæ luxuriosam degere vitam elegit, & quòd ea sola dicitur eligere luxuriosam vitam, quæ sui corporis quæstum facit, & subdit,
33 quòd non dicit meretrix,† quæ sui corporis non facit quæstum, *l. palam, in princip. ff. de ritu nuptia. quam extollit Abb. in cap. cum decorum, de vita & honestat. cleric. in capit. inter opera, de sponsal. Salicet. in l. qui adulterium. C. de adult.* & addit, quod Abb. *in d. l. si filiam,* prudenter loquitur de meretrice. Et quamuis Doctores supracitati loquantur indistinctè de filia, quæ peccauit in corpus suum, tamen quia allegant tex. *in d. l. si filiam, & in dicto §. causas,* intelligi debent secundum illa iura, *l. non solum, §. liberationis, ff. de liber. lega.* & confirmari potest eius opinio ex tex. *in l. 3. §. lege*
34 *Iulia. ff. de testib.* vbi non dicitur infamis, † nisi quæ palam sui corporis quæstum facit. Addo pro opinione Vasq. tex. *in l. & mulieri. ff. de curat. furio. & in l. fina. §. penultimo, C. de sent. pass. & quæ post Cuman. Aret. Abb. Dec. Ripa. & alios citat Costa, in cap. si pater, parte prima, in ver. legauit, num. 40. de testam. ad quem me remitto gratia breuitatis.*

Hæc opinio non videtur recepta, quia Doctores omnes simpliciter loquuntur de filia, quæ peccauit in corpus, non autem requirunt, quod palam quæstum faciet, atque ita intelligant textum *in dicto §. causas, & in dicta l. si filiam.* Et pro eis facit ratio, quia etsi non tam grauis fiat patri iniuria per vnum coitum, sicuti per plures, tamen vnicus coitus grauiter patrem offendit, sed licet Vasq. non dicat, eandem opinionem approbasse videtur Io. Fabr. *Institut. de inoffic. testamen. in princip. in ver. scortis, & rursus in ver. adulterinus,* vbi ponit non solum de ea, quæ cum viro semel aut bis concubuit, sed ea quoque, quæ sine quæstu, sed solo libidine ardore peccauit, & concludit, quòd etsi non sit infa-
35 mis, tamen est turpis † persona, & infert ad vxorem adulterã, sed non deprehensam in adulterio.

In Vasq. *dicto num. 153. ver. & ista etiam datur,* vult,
36 quod præcedere debeat monitio, † alias si committat stuprum non possit exheredari, vel alimentis priuari, quod tamen nullo iure probatur.

Limitatur etiam conclusio nostra, vt non habeat locum, quando filia peccasset facta iam annorum viginti quinque, quia tunc pater, qui non
37 curauit illam matrimonio collocare, † videtur esse in culpa, & non potest illam exhæredare, *vt est text. in Authen, sed etsi post, C. de inoffic. testamen. glos. in cap. hoc sanctum, 32. quæstio. 2. & in cap. de raptoribus, 36. quæstio. 1. & vtroque in loco Archidiaco. Ioan. de Amicis, in cons. 9. num. 5.*

38 An autem alimenta denegari possint † filiæ, quę nupsit sine consensu patris, vide Ludo. Molin. *de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 16. num. 4. & sequen.*

SVMMARIVM.

1 *Pater potest negare alimenta filio, qui dote & culpa suam portionem dissipauit, secus si casu.*
2 *Filius, qui dolosè dissipauit legitimam & trebellianicam, non detrahit dotem de bonis fideicommisso subiectis.*
3 *Facto renunciari potest filius alimentis, quando recipit portionem suam.*
4 *Culpa debet damnosa esse culposo.*
5 *Pater non tenetur de nouo filiam dotare, quæ dotem sibi semel datam consumpsit.*
6 *Necessitas est ei imputanda, qui fuit in culpa.*
7 *Nemo debet commodum reportare ex sua malitia.*
8 *Pater tenetur alere filium, qui portionem profudit sibi assignatam.*
9 *Grauatus onere fideicommissi dicitur veræ dominus pendente conditione.*
10 *Ratio naturalis non inducit obligationem, vel actionem præcisam.*
11 *Filio prodigo non sunt danda à patre alimenta.*
12 *Eleemosyna ei quoque danda est, qui sua culpa factus est pauper.*

QVÆSTIO V.

QVID si pater filio semel assignauit partem suam, vel bona, quorũ fructus possint sufficere ad alimenta, & filius ea omnia dissipauit & disperdit, an ei de nouo danda sint alimenta? Bal. *in Authen. contra rogatus,* distinguit, an dolo & culpa filius ea bona consumpserit, vel dotius casu, vel ex sua leuitate. Pri-
1 mo enim casu negat † filium alendum, secundo verò respondit pro filio: Mouetur ex *l. etiam, §. 1. ff. soluto matrimo.* Idem voluit Baldus *in l. si cum dotem, §. si post solutum. ff. soluto matrimonio,* vbi mouetur, quia vbi debitum causatur ex ordinatione legis, vel natura, non ei satisfit per primum actum, sed toties est implendum, quoties necessitas suggerit, nisi per dolum, aut culpam factum sit, quominus satisfiat ex primo actu, *Authen. quod locum, C. de collatio.* Et hoc modo intelligit dictum Specu. *in titu. qui fil. sint legit. §. primo, numero 2.* vbi vult, quod etiam stante pacto, & præcedente assignatione pater non liberetur, eum sequitur Alexander *in dicto §. si post solutum,* vbi dicit singularem limitationem, & allegat Speculatorem, qui tamen hoc non tenet, *vt dixi,* & tanquam notandum tenet Socin *in l. Marcellus, §. res quæ, numero 3. ff. ad Trebellia.* vbi subdit, quod etsi regulariter in consumando, & ludendo versetur leuis culpa tamen aliquando comparatur latæ culpæ, & quærit cum hoc sit verum, quando pater assignasset legitimam, vel bona in morte pro alimentis, *Castren. consilio 80. volumine primo, Iason in Authen. res quæ, numero 32. in quarta decima fallent. C. commun. de legat. vbi Curtius iunior num. 31. & Antonius Padil. numero 80.* In quibus locis, id quoque affirmant, quòd filius, qui dolo, vel lata culpa le-
2 gitimam & Trebellianicam consumpsit † non potest dotem detrahere de bonis fideicommisso subiectis. *Cum prædictus tranſit Ruinus in consilio 144. numero decimoquarto, volumine quinto, optimis etiam rationibus hunc defendit Vasq. illustr. quæstio. capitulo 35. numero decimoquarto, hanc item tenuerunt Lup. Ludou. Molina. Matthesil. Orosc. & alij, quos citat Cordub. in l. si quis à liberis, §. item iudex, numero nono, decimo quinto, & seq. de lib.*

de liber. agnoscen. addo quod hoc voluit Decius, in l. iura sanguinis, num. 5. ff. de regulis iuris, vbi ait, valere etiam pa-
3 ctum, quando expressam facit mentionem † de alimentis, *Iason in §. fuerat, num. 137. Instit. de actio. vbi tamen remissiuè loquitur Beuintend. in Rot. Bonon. decis. 22. num. 2. Crotus in l. si constante, num. 162. ver. quod comprobatur, ff. soluto matrimonio, vbi sequitur Bal. & Alexan. in dicta l. si cum dotem, §. 1. late Menoch. in tracta. de arbitrar. iudic. casu 132. num. 31. & 54. vbi latè agit Viuius, lib. primo, opin. 22. colum. 2. circa finem, Roman. & Castren. quos citat & sequitur apost. & Bal. in l. scimus, in princip. num. 10. C. de inoffic. testamen. vide tamen Ludou. Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 6, num. 22.*

Ratio est, quia culpa filij dilapidantis non debet patri nocere, *l. non debet alteri ff. de reg. iur.* sed cui-
4 que † sua culpa debet esse damnosa, *l. si quis in suos. §. legis. C. de inoffic. testam. cap. culpa, de reg. iur. in sexto.* Ideo videmus, quòd si filia dotem semel assignatam à
5 patre, consumat, † non tenetur pater illam denuò assignare, *ita voluerunt Bartolus & Alexander, in dicta l. si cum dotem, §. 1. ff. soluto matrimonio, Alexan. in Authen. quod locum, numero 9. C. de collationibus, communem dicit Coras. in l. qui liberos, num. 94. ff. de ritu nupt. Tiraquell. in l. boues, §. hoc sermone, in limitat. 9. numero 4.* vbi tamen refert distinctionem illam approbatam, an quis teneatur pacto, vel legis dispositione ad dotandum, vt primo casu nunquam teneatur iterum dotare, secundo verò teneatur, quando sine dolo & culpa dos semel data fuit perdita. *Idem probauit Ripa, in l. 2. §. 1. num. 7. ff. soluto matrimo. Boer. decis. 131. numero 3. vbi alios citat, & cum eis transit Menoch. de arbitrar. iudic. casu 182. num. 57.* & vbi quis ex dolo vel cul-
6 pa † venit in necessitatem ei est imputanda, *l. si fideiussor, si necessaria, ff. de satisd. cogan.* & dicit textus *in cap.*
7 *intelleximus. de iudic.* quod ex sua malitia † nemo debet commodum reportare, *facit l. si dictum, in §. si compromissor, ff. de euict io.*

Sed in hac quæstione contrarium, quòd teneatur nihilominus pater de alimentis prouidere fi-
8 lio, qui assignatam sibi portionem profudit † voluerunt Iacob. de Aretin. *l. libertus qui operarum, ff. de oper. liber. Bal. qui eum sequitur in l. scimus, num. 11. ver. sexto quæro, C. de inoffic. testam.* vbi dicit, quòd pater non tenetur de nouo dare legitimam filio, qui eam ludendo perdidit, sed alimenta non potest denegare. & mouetur ex tex. *in dicta l. libertus, & per l. Imperator, ff. ad Trebellia.* vbi licèt pater dolosè dilapidaret bona fideicommisso subiecta, filius tamen cui ante tempus fiat restitutio tenetur ex eis patrem alere, *idem voluit Bal. in Authen. si captiui. in fi. C. de episcop. & cleric.* vbi quod non possunt filio dilapidatori denegari alimenta, *idem Bal. in l. 1. §. ius naturale, numero 7 ff. de iustit. & iur.* vbi dicit, quòd filius cui dantur bona pro alimentis, cauere debet se non dilapidaturum, *argumento l. fideicommissa, §. si quis decem, ff. de leg. 3. Ang. in dicta l. si cum dotem, §. 1. colum. 1. ff. soluto matrimonio, vbi Castren. num. 7. Roma. in Authen. quod locum, num. .... C. de collatio. vbi etiam Iason num. 7. & seq.* qui dicit rationem esse, quia alimenta debentur filiis ratione naturali, quia nullo euentu tolli potest, *l. eas obligationes, ff. de capit. dimin. Gui. Pap. sing. 568. nota pactum, Dec. in l. iura sanguinis, num. 5. ff. de reg. iur. Fabian. Authen. nouissima, num. 265. in fi. C. de inoffic. testamen. Petr. Raue. in suo Alph. in ver. alimenta, & rursus in ver. filiatio, & ante hos Barbat. in cap. ex parte, colum. 3. de consuet. Marsil. in sing. 104.* vbi mouetur ex ratione naturali, quæ fouet debitum alimentorum, *Apost. ad Specul. in tit. qui fil. sint. legit. §. fina. num. 16. decis. Pedem. 124. num. 10. & seq. vbi dicit quod hæc opinio verior est, & magis tenenda, Bonacos. in tract. de requisit. cano. conclus. 2. colum. 4. Paris. Placa. Firmian. & Paleot. Cuccus in tract. de legit. potest præterea, num. 4. folio mihi 136. & præter eos Matthesi. Bal. Nouel. Bened. Gomez. & alij, quos citat Cordub. in dicto §. idem iudex, num. 10.* vbi tenet etiam, quòd filius cauere debeat, se non dilapidaturum, *allegat præter Bal. in loco prædicto Lambertin. de iure patron. lib. 3. quæst. 3. princip. articu. 6. num. 13.* Et principale fundamentum horum constituitur super *d. l. Imperator, ff. ad Trebell.* quæ tamen nihil facit, nam ibi bona erãt patris, licèt forent subiecta fideicommisso, nam grauatus fideicommisso pendente conditione di-
9 citur † vere dominus, *Castren. in l. fi. §. fina. ff. de lega. 2. & in cons. 370. num. 2. volum. 2. Bart. in l. Marcellus, §. res quæ, vbi Ang. colum. 1. ff. ad Trebellia. probat tex. in l. fina. §. sed quia nostra, C. commu. de legat. & declarat in cons. 73. num. 74.* Ideo suggerit æquitas patrem alendum esse de bonis suis, quæ sibi ante diem auferuntur, at secus in alimentis quæ filio debentur, non ex propriis, sed paternis bonis, & non tanta est ratio dandi alimenta de alienis bonis, quanta de propriis. Præterea aduertatur, quod ibi alimenta debentur potius ex miseratione, quam ex obligatione aliqua: nam debentur solummodo patri egenti, *vt tex. ibi dicit iuncta glos. quæ legit egenti, non agenti. Ita quoque intelligit Ange. ibi, post med. & Alexan. num. 8.* nam patri egenti tenetur filius subuenire, etiam si nulla sint bona subiecta fideicommisso, proinde non mirum, si pari modo cogitur præstare alimenta patri, de fructibus bonorum, quæ restitutioni subiecta sunt, allegant etiam id prouenire ex naturali ratione, sed hoc quoque nihil est,
10 quia naturalis ratio † non inducit obligationem, aut necessitatem aliquam præcisam, ex quo continet solum votum, inclinationem & desiderium, quibus dicimur, *l. scripto. ff. vnde lib. & pulchrè probat Vasq. illust. cap. 35. num. 15.* Et hoc modo intellexit Dec. *in dicta l. iura sanguinis, num. 3.* dum dicit, quòd instinctus naturæ reducitur ad necessitatem per ius ciuile. *Roder. in l. quoniam in prioribus, in l. regni, in 2. limitat. num. 4. & 5. C. de inoffic. testam. folio mihi 268.* vbi dicit ius naturale in quantum commune est omnibus animantibus.

In hac ergo controuersia ita ardua, vt non sit facilè discernere quæ sit magis communis, ego teneo primam opinionem, quod pater nullo iure nullaque humana ratione teneatur filio præstare alimenta, quia iam data dissipauit dolo & fraude. Et addo quod Bal. *in cap. penult. num. 1. de consuetud.* in-
11 quit, filio † prodigo non esse à patre præstanda alimenta, *sequitur Alexan. ad Bar. in tract. de alimen. num. 17.* Sed quia pietas Christiana non patitur, quod quis fame pereat, illi subueniendum erit per viam, & rationem eleemosynæ, à quo non excluditur qui
12 incidit in paupertatem culpa † sua, *vt per Dec. in cap.*

quæ in

quæ in eccleſiarum, num. 36. ver. tertius & vltimus, de conſti. Didac. variar. reſolut. lib. 2. cap. 16. num. 9. ver. contrarium, Menoch. d. caſu 182. num. 42. In quibus locis tamen intelligunt procedere, quando dolus vel culpa ordinarentur ad caſum, *vide tamen Benincaſ. de pauper. quæſtio. 4. num. 49.*

SVMMARIVM.

1 *Pater non alit filium, qui poteſt ſeipſum alere.*
2 *Filius non petit alimenta à patre ſi poteſt viuere ex propriis operis.*
3 *Artem, qui habet dicitur eſſe ſoluendo.*
4 *Pater tenetur alere filiam, quam matrimonio collocauit.*
5 *Filia quæ nupſit ſine conſenſu patris, eſt alenda à patre.*
6 *Mulier indotata ſolet ſperni à viro.*
7 *Pater tenetur filiam maritare.*
8 *Dos datur mulieri non ſolum, vt poſſit nubere, ſed etiam vt maritus ſuſtinere poſſit onera matrimonij.*
9 *Maritus cogere poteſt vxorem diuitem vt ſe dotet.*
10 *Vxor quæ non vult petere à patre quod ſe dotet, poteſt à viro expelli.*
11 *Pater cogitur dotare filiam diuitem, & aliunde habentẽ.*
12 *Filius etiam artifex ali debet à patre, quando eſſet ſibi indecorum artem illam exercere.*
13 *Poſſe non dicimur, quæ honeſtè non poſſumus facere.*
14 *Nobilis qui cœpit mendicare, poteſt etiam ſine dedecore arare.*
15 *Hoſpitale non aſſignatur ei qui non poteſt ibi ſtare ſine dedecore, quando alendus eſt ab aliquo.*
16 *Filius artifex alendus eſt, ſi ars non ſufficit ad alimenta.*
17 *Morbus excuſat, ne filius cogatur viuere ex arte.*
18 *Spurio artifici poteſt aliquid loco alimentorum relinqui, ex quo non poteſt ſemper operari.*
19 *Neceſſitatis cauſa conceſſum eatenus durat, quatenus ipſa durat neceſſitas.*
20 *Cauſa regulat quamcunque diſpoſitionem.*
21 *Filius quando videatur poſſe alere ſeipſum arbitrio iudicis committitur.*
22 *Filius vt dicatur poſſe ſeipſum alere, conſiderandi ſunt reditus, non proprietas.*
23 *Debitori, qui ceſſit bonis, alimenta ex ſuis bonis relinquuntur inſpectis redditibus.*
24 *Filius an ſe alere poſſit ex ſuis bonis inſpiciuntur reditus.*
25 *Filius etiam dines ali debet ab eo, qui maioratũ inſtituit.*

QVÆSTIO VI.

1 IVSTA enim cauſa negandi filio alimenta eſt, quando filius poteſt † ſeipſum exhibere, vt ad verbum inquit tex. *in l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, ff. de libe. agnoſcen. atque ibi hoc not. gloſ. Bar. Alberic. & alij.* Et hoc intelligitur non ſolum quando filius poſſidet bona, ex quibus alimenta ſumere poſſit, ſed etiam quando poteſt
2 viuere † ex ſuis operis, vt expreſsè vult Bart. *in d. §. ſed ſi filius*, inquiens, quòd non eſt alendus filius, qui poteſt ſe alere ex operis ſuis, *per l. vnicam, C. de mendic. valid. lib. 11.* vbi idem Bar. *num. 7.* dicit, quòd filio ſano & robuſto valenti operari non tenetur pater miniſtrare alimenta. Et dicit Bart. *in l. liberti quos, §. manumiſſis, num. 3.* quod tunc filius petit alimenta, quando non habet, vnde ſe alat, & infert ad alimenta præterita, & ſubdit, quòd ſi quid fuit filio donatum, ex quo ali poteſt, nõ moleſtabit patrem. Hoc etiam voluit *in Authen. res quæ, num. 6. C. commu. de legat.* vbi infert ad dotem, vt ſicuti pater non cogitur alere filium diuitem, ita nec dotet filiam, quę poteſt ſeipſam dotare, & *in tract. de alimen. num. 12.* inquit, quòd ſi filius artem habet, ex qua ſuſtentari poteſt, non eſt alendus à patre, *But. in cap. cum haberet. vbi Barb. num. 10. Abb & Præpoſ. de eo quæ duxit in vxo. quam pollu. per adulter. Abb. in cap. ſuam, num. 10. de ſimon. & ibi Anan. num. 7. Vital. in tract. clauſ. in clauſula, an renunc. poſſ. alimen. colum. 3. in fi.* vbi loquitur, quando habet artem, ex qua poteſt conſulere ſuis neceſſitatib. *Aretin. in l. alimenta, num. 3. C. de neg. geſt.* vbi loquitur non ſolum, quando filius habet de propria ſubſtantia, vnde ſe alimentet, ſed etiam, quando
3 habet artem, quia cenſetur ſoluendo † qui artem habet, *gloſ. parua. in l. etiam, ff. ſolu. matrim. & in l. ſi quis argentum, C. de donat. Bal. Nouel. in tract. dotis, par. 1. ſpecia. 16. colum. 2. ver. ſi tamen talis filia, Bulga. in l. 1. num. 27. ff. ſolu. matrim. & Viſitat. num. 105.* qui dicit, quòd pater liberatur ab onere alendi, quando filius habet vnde ſe alat, *Socin conſ. 121. num. 47. volum. 4.* vbi, quòd pater non alit filium, qui poteſt ex induſtria viuere, *Alciat. in conſ. 243. num. 2.* vbi, quòd alendus non eſt filius, qui habet artificium, vnde poſſit ex propriis lucris ſe alere, *& in conſ. 338. in princip. addo Abb. in c. 2. de conuerſ. infidel. Dec. in conſ. 577. num. 3.* vbi, quod pater non alit filium, qui ſeipſum alere poteſt ex artificio, Caccialup. *in l. frater à fratre, num 106. in fi. ff. de cond. indeb. vbi num. 109.* inquit, quòd ſi quis filius poſſet victum ſibi quærere ex operis licitis & honeſtis, & nollet, tunc abſque alia cauſa poſſent ei alimenta denegari, *Tiraquel. de tract. de nobilit. cap. 20. num. 10. de iure primogen. quæſt. 75. num. 2. Natta in conſ. 20. numero 12.* Et dicit Socin. *in conſ. 8. num. 13. volum. 2.* tritiſſimam eſſe regulam, quòd filiis præſtentur alimenta, quando habent aliunde, & procedere etiam, quando nihil habent, modò ex operis & induſtria poſſint ſe alere, vel ex exercitio. Et ponit rationem, quia cum alimenta debeantur iudicis officio, & ſanguinis iure, ne filius fame pereat, tale officium ceſſat, quando habet de proprio, vel poteſt alimenta lucrari ex artificio, *Paul. de Cit. ad. in tracta. de iure patron. in 6. par. artic. 4. num. 5. Aſcan. Clem. in tract. de patr. poteſt. effect. 17. num. 31. in fi. Rolan. in conſ. 5. num. 3. Lancel. Gall. in conſuetud. Alexan. in ver. ſolidos, quæſt. 6. num. 32. Cordub. in d. l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, num. 1. ff. de liber. agnoſcen.* vbi multos allegat, quorum tamen pars maxima loquitur in filiis naturalibus, *& latius, num. 125. Benincaſ. in tract. pauper. in 7. quæſtio. in 2 ſpecia. iudic. num. 24. Præpoſ. cap. cum haberet, num. 5. de eo, qui dux. in vxo.* Ex hac concluſione poſt Barto. *in d. §. res quæ*, inferunt multi non eſſe dotandam filiam, quæ iam nupta eſt, quia alimenta habet à viro. Et hoc ipſum voluit Bartolus *in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebellia & communem dicit Caſtren. in l. ſi ſocer, num. 4. ff. ſoluto matrimonio.* Sed verior eſt & magis communis contraria opinio, quæ habet,
4 quòd pater filiam ſuam † nuptam tenetur alere ſicut eam, quæ nondum eſt in matrimonio collocata, cuius author eſt gloſ. *in l. obligamur, ff. de actio. & obligat.*

obligat. in versic. lege, quam reputat singularem Nicol. de Neap. in rub. ff. soluto matrim. Ange. in Authen. res quæ, vbi ad hoc inducit tex. *in l. qui liberis, ff. de ritu nupti. & Bal. in d. Authen. res quæ, num. 10.* vbi contra Barto. infert, quod pater non poterit pro danda filia iam nupta alienare bona fideicommisso subiecta, *idem Bal. Imo. Cuma. & Rom. in l. 1. ff. solu. matrim. in c. 1. de adult. Alexan. in cons. 139. num. 8. volum. 2. communem dicit Coraſ. in d. l. qui liberos, num. 99* vbi ait, procedere etiam quando
5 nupſiſſet ſine † patris conſenſu. *hanc ſequuntur ſententiam Laſ. Didac. Sylua. Natta, & alij citati per Cordub. in dicto §. ſed ſi filius.* Et comprobatur ratione, quia etſi maritus teneatur vxorem alere, quam duxit ſine dote, *vt in l. fina. C. de repud. & dixi ſupra*, tamen cum
6 indotata † ſoleat ſemper à marito ſperni, & malè tractari, *l. fina. C. ad Velleia.* verſatur fauor mulieris etiam in hoc, quod nuptæ dotetur. Accedat quod
7 pater duo † teneatur filiæ præſtare, matrimonio ſcilicet collocare & dotare, at licet in nupta ceſſet vnius implementum, non tamen eſt ſatisfactum alteri. Ita probat text. *ind. l. qui liberos.* Addo, quod dos non tantum ea cauſa datur, vt mulier poſſit
8 nubere, ſed etiam vt maritus onera † matrimonij ſuſtinere poſſit, *l. pro oneribus, C. de iure dot. l. vbi adhuc, C. eodem titulo, cap. ſalubriter, de vſur.* Et quod dixi de dote danda, vt filia melius tractetur, conſiderat Io. Lup. *in dicto cap. per veſtras, in tertio notab. in §. 20. num. 4. folio mihi 147. vbi & in præcedentib. tenet hanc opinionem, & ſequitur Cordub. loco prædicto*, facit, quia etſi maritus cogatur alere vxorem, quam duxit ſine dote,
9 tamen petere poſſit, quod ipſa † ſe dotet, ſi eſt diues, *ſecundum Bal. in l. finali, C. de ſent. quæ ſine cer. quant.* alias expellere poterit eam, vt probaui ſupra, loquendo de marito, qui tenetur vxorem alere, &
10 non minus expelli meretur vxor † quæ non vult dotem petere à patre, cum poſſit, quam ea, quæ ſe
11 non vult dotare cum ſit diues: demum pater † cogitur dotare filiam diuitem, & habentem aliunde, *vt probatur in l. fina. C. de dot. promiſſ. vbi gloſſ. Bal. Ang. & alij, in d. l. qui liberos*, vbi Coraſ. *num. 96.* dicit, quod ita tenent omnes, ergo tenetur etiam dotare eam, quæ ſit nupta, quia minus videtur debita dos filiæ diuiti, quæ poteſt virum inuenire, à quo benè tractetur, quam filiæ nuptæ, quæ ſi non habet dotem, malè tractabitur.

Quod autem dictum eſt, non eſſe alendum filium, qui poteſt ex arte quærere ſibi victum, procedit, quando non eſſet ſibi indecorum, exercere artem illam, vel operari, alias ſi facere hoc non
12 poteſt ſine dedecore, alendus † eſt etiã, ſi poſſit ex arte victum quærere, *vt poſt Petrum voluit Bartolus, in d. l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, ff. de lib. agnoſcen.* quia non
13 dicitur poſſe, † quòd honeſtè filius facere non poteſt, *l. nepos Proculo, ff. de verborum ſignific. l. ſi filius, C. de condit. inſtit.* Et hoc etiam voluit Bartolus *in l. 1. numero 7. C. de mendic. valid.* vbi dicit, alendum eſſe filium induſtrium, cui ſecundum natalium conditionem verecundum eſſet operari, concludit tamen, quod nobilis genere, qui cœpit mendicare,
14 † cogitur terram arare, quia longè magis indecorum eſt mendicare, quàm arare. Idem tenuit Bart. *in tract. de alimen. num. 12.* vbi ait, quòd miles, vel homo nobilis eo ipſo, quod eget, alendus eſt, etiam ſi ſciat operari, *Vital. in tract. clauſ. tit. an renuncia. poſſ. alimen. colum. 3. in fi. Caccialup. in d. l. frater à fratre, num. 106. in fine, ff. de cond. indeb. Crot. in l. ſi conſtante, in prima lectu. num. 15. ff. ſoluto matrim.* vbi dicit, quòd nobilis non tenetur operam dare vilibus exercitijs, *Abb. in cap. 2. num. 5. de conuerſ. infidel. Tiraquel. d. c. 10. num. 104. & multos citat Cordub. in d. §. ſed ſi filius, num. 131.* vbi multos citat, qui loquuntur in diuerſis terminis, & facit, quod voluit Bal. *in l. 1. §. ſcimus, C. de lat. lib. tollen.* vbi,
15 licèt loco alimentorum ſufficiat quòd † alendus recipiatur in hoſpitali, tamen hoc fallit, quando in eo non poſſet ſtare ſine dedecore, *Lup. in cap. per veſtras, in tertio notab. §. 23. num. 9. de donat. inter virum & vxo Tiraq. de nobili, cap. 20. num. 107. Didac. in epit. de ſponſ. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 9.*

Declaratur item non procedere, quando ex artificio, vel etiam ex ſuorum bonorum redditibus tantum quis non poſſet percipere, quod ſufficiat
16 † ad alimẽta, quia tunc ꝙ deeſt ad integra alimenta ſupplendum eſt per patronum, vt colligitur ex *d. §. ſed ſi filius, à cõtrario ſenſu, Cordub. ibi, num. 132.* vbi idem dicit, quando morbo aliquo laboraret, per quem ſibi minimè liceret operari, & ſubdit arbitrio iudi-
17 cis committi, qualis dicatur ſufficiens † morbus, *argumentum l. fina. ff. de liber. agnoſcen.* Et dicit hermium non eſſe talem, vt apud eum videri poteſt. Ideo Crauet. *in conſ. 199. num. 1. & 7.* dicit, quòd ſpurio relinqui aliquid poteſt pro alimentis, quamuis ar-
18 tem habeat, † ex quo non poteſt quis ſemper operari ob multa impedimenta quæ poſſent contingere, & facit, quia inductum ex cauſa neceſſitatis
19 eatenus locum habet, quatenus durat † neceſſitas, *l. Senatus, ff. de offic. præſ. l. 1. in fi. ff. de fer. Bar. in l. 1. §. nũtiatio, colum. 3. ver. quandoque ſit iuris noſtri, ff. de oper. noui nuntiat. Anchar. in c. 1. colum. 2. in 6. notab. de ſtatu monach.* Cum ergo onus alẽdi remittatur propter lucrum, quod ſit ex arte vel redditu, qui percipitur ex bonis debet eatenus cenſeri remiſſum, quatenus ex arte ali quis poteſt & non vltra, quia omnis diſpo-
20 ſitio † regulatur ſecundum ſuam cauſam, *l. cum pater, §. dulciſſimus, ff. de leg. 2. l. cum tale, §. falſam, ff. de condi. & demonſtr. l. non dubium. C. de legib. Ang. in l. emptorem. §. Lucius. ff. de pact. Natta in conſ. 546. num. 12.*

21 Quando autem filius dicatur poſſe alere † ſeipſum, arbitrio iudicis ſtandum eſt per tex. *in d. l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, Ioan. Lup. in d. cap. per veſtras, in 2. notab. §. 23. num. 9.* vbi allegat, hoc voluiſſe Bal. *in l. 1. §. ſed ſcimus, C. de latin. lib. tollen.* vbi tamen mihi hoc non dicet, licèt ita quoque referat Cordub. *in dicto §. ſed ſi filius, num. 2.* quidquid tamen ſit, certum eſt, quòd non attenditur proprietas, ſed conſiderari debet, an filius viuere poſſit ex redditu bonorum
22 quæ † habet ſecundum Bal. *in l. fina. §. ipſum autem, in princip. C. de bon. quæ liber.* vbi loquendo in filio naturali, dicit, quod non debet vendere proprietatem rei, quam habet vt ſe alat, eſt optimus text. *in l. qui bonis. ff. de ceſſio. bono.* vt ei qui bonis ceſſit, relinquatur, quòd ſufficiat pro alimentis, eſt inſpi-
23 ciendum † quantum redigi poſſit ex fructibus, non quantum ex proprietate, & illum textum ad hoc ſingularem dicit Aretin. *in l. alimenta, colum. 1. in fi.*

in fi. C. de neg. gest. vbi dicit, hoc idē seruari in cognoscendo † an filius sufficienter habeat, vnde se alat, & text. *in dicto §. ipsum autem, dicit singu. Dec. in c. episcopus, num. 12. de præben.* & dicam in tit. qualiter sint præstanda alimenta, & quod dixi, standum esse arbitrio iudicis, voluit etiam Soc. iun. *in cons. 8. num. 13. volum. 3.* vbi expresè loquitur in filio.

Limita tamen, vt etiam diuiti filio præstanda sint † alimenta ab eo qui maioratum instituit, *Cyn. in l. sancimus, C. de nupt. Ludou. Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 15. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Filius qui secesſit à patre, non est alendus ab eo.*
2 *Vxor quæ discesſit à domo viri, non est ab eo alenda.*
3 *Pater cogere potest filium, vt secum habitet.*
4 *Pater non cogitur alere filium coniugatum, vbi vide de veritate.*
5 *Dotis fructus sunt mariti.*
6 *Maritus alit vxorem etiam indotatam.*

QVÆSTIO VII.

1 NEc † minus iusta est causa negandi alimenta, quando filius domum patris exiuisset, & ibi vellet ea sibi præstare, tunc enim pater non tenetur. ita tenet glos. *in cap. significasti, in vers. communius, de diuort.* quæ tamen loquitur de vxore,
2 † non de filio, sed eam ad filium deducit Pinell. *in l. 1. par. 1. num. 54. de bon. matern.* qui allegat etiam Lup. *in §. 64. num. 6. & 10. in rub. de donatio. inter virum & vxo.* sed ille loquitur in vxore. In filio autem ponit Eman. Soarez, *in ver. filius, num. 185. Ascan. Clem. in tract. de patr. potest. in effect. 17. num. 32.* Ratio est, quia minori cum impendio præstantur in domo, quàm
3 extra, vltrà quod pater compellere † potest filium vt secum habitet, *secundum Ange. in cons. 85. numero 3.* Et dicit Bal. Nouel. *de dot. par. 7. priuileg. 34. num. 5. vers. & sicut*, quod sicut vxor habitare tenetur cum viro, ita filius non potest patrem deserere, *Boer. in decis. 195. numero quinto, Pinel. dicta l. prima, part. prima, numero 53.* Vbi, etsi dubitet in reliquis, vult tamen hoc esse verum, quando vult filius ali à patre, multis tamen casibus filius est extra domum alendus, quos ponam in titulo, *qualiter præstanda sint alimenta.*

Est & alius casus, in quo filio alimenta negari
4 possunt, quando scilicet filius est † coniugatus, *ita voluit Amanel. in singu. 182. per l. finali, C. de alen. liber. eum sequitur Ascan. dicto tracta. de patr. potest. effect. 17. numero 31.* vbi dicit, rationem esse, quia filius coniugatus habet dotem vxoris, ex qua potest ali, fru-
5 ctus † enim, qui inde percipiuntur, spectant ad maritum, *l. pro oneribus, C. de iure dot. l. dotis fructus, ff. eodem titu.* Hæc tamen decisio mihi non probatur, nam *dicta l. fina.* nullum facit verbum de filio coniugato, & ratio Ascan. non est bona, quia non generalis. Quid enim si vxorem indotatam haberet, vel si dotis fructus non sufficerent pro alimentis, nonne pater tenebitur? Crederem benè procedere in filia maritata, quam pater non tenetur alere, quia habet maritum qui tenetur illam alere,
6 † etiam si indotatā duxerit, *l. quod si nulla, ff. de relig. & sumpt. fun. Cyn. & Bal. in dicta l. pro oneribus, Barto & aly in l. quod in vxorem, C. de neg. gest. & dixi suprà*: & quòd dicta decisio sit falsa, probauimus *in tit. quib. debeantur alimen.* vbi demonstrauimus patrem cogi ad exhibendum non solum filium, sed etiam nurum & nepotes ex filio, item, vt ibi dixi, alit filium qui sine suo consensu duxit in vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Pater non alit filium, quando non habet pro seipso.*
2 *Charitas ordinata incipit à seipso.*
3 *Nemo tenetur propriæ saluti alienam præferre.*
4 *Prouideri sibi prius, quàm altis quilibet tenetur.*
5 *Pater pauper non tenetur dotare filiam.*
6 *Pascua interdici possunt forensibus, quando non sufficiunt pro terrigenis.*
7 *Frumentum quando non sufficit pro incolis, interdicitur forensibus extractio.*
8 *Pater alit filium secundum vires sui patrimonij.*
9 *Nemo tenetur victum proprium arctare, vt alium alat.*
10 *Pater vt cogatur alere filium probandum est, quod tempore litis contestatæ est diues, nec sufficit, quod postea habuerit.*
11 *Pater habens capitale non cogitur negotiari, vt filium alat.*
12 *Pater vt cognoscatur si potest se & filium alere, attenduntur redditus.*
13 *Regula onus probandi fallentiam transfert in aduersarium.*
14 *Paupertas probari debet allegante.*

QVÆSTIO VIII.

NOn etiam alendi filium onere grauatur pater, cuius substantia est ita attenuata,
1 vt pro alimentis propriis † non sufficiat, vt probat textus *in l. penult. ff. de libe. agnosc. in fine*, vbi vult, egentem patrem non obligari ad alimenta erga filium. Prima enim & ordinata cha-
2 ritas à † seipso incipit, *l. præses, C. de seruitut. & aq.* &
3 nemo tenetur alienam propriæ saluti † præferre, *glos. in capitulo primo, §. fina. in vers. potuerit. de alien. feud. pat. glos. prima, in capitulo 1. quib. mod feud. amittan.*
4 & quilibet magis tenetur prouidere † sibi quàm aliis, *leg. Iulia. ff. si quis omiss. cau. test. am. Bal. in l. 1. colum. 5. C. de inoffic. dot. & hoc etiam voluit Bartolus in Authen. res quæ, numero 4. C. commu. de legat.* vbi infert, quod pa-
5 ter pauper, non etiam tenetur dotare † filiam. Idem voluit Salicetus *in dicta l. præses, vbi eum sequitur Padul. numero 14. Afflict. in decis. 290. num. 9.* vbi infert, quod etsi vniuersitas consueuerit mittere sua animalia in pascua alterius vniuersitatis, si tamen, vel imminuta sunt pascua, vel numerum armentorum auxit domina pascuorum, ita quod ea vix suf-
6 ficiunt † pro suis animalibus, potest non obstante consuetudine interdicere ingressum, & claudere pascua. dicit etiam quòd vbi frumentum regni,
7 non sufficit pro vsu † regnicolarum denegandæ sunt tractæ. Hoc idem tenuit Nicol. de Neapo. & Iason, *in §. sed & si quis, Institut. de actio. in princip.* vbi inferunt hanc esse rationem, quare pater non teneatur in plus quam facere possit, nam si pater ipse

egeret, & filius esset diues, tali casu filius teneretur patrem alere, ergo multo magis retinebit pater, ne inde habeat necesse alimenta petere à filio: Eandem decisionem sequutus est Alciat. *in tracta. præsumpt.reg.1.præsumpt.52.num.4.& in cons.243.num.3. vbi tamen nihil allegat, Beuinc.in tract.pauper.in 7.quæstio. princ.in secunda specia.num.21.& sequen. Ascan. in d.tract. patr.potest. in 17.effect. num. 22.* Tenetur enim pater
8 † filium alere secundum sui patrimonij substantiam & vires, *§.illud quoque,in Authen.neque virum:* Et dicit Bal. *in l.1. §.officio,in fi.ff.de tute & ratio. distrahen.*
9 quòd nemo coarctare tenetur sibi victum, vt † alium alat, *sequitur Natta in cons.387. num.3. Cordub. dicta l.si quis à liberis, §.sed si filius, num.134.* Eandem sententiam ante omnes probauit glos. *in l. si quis à liberis,§.si mater,in ver.necessario,ff.de liber.agnoscen. Cordub. in dicta l. si quis à liberis. § si quis ex his, num. 87.* Et probant omnia iura, quæ supra allegauimus ad probandum, quod patre inope tenentur mater, auus, & aliæ personæ, quas ibi enumerauimus, & facit, quòd in Euangelus legitur apud Matth.cap.22.ibi, *ite ad vendentes & emite, ne fortè non sufficiat nobis & vobis.* Aduertendum tamen in hoc, quod constare debet, patrem habere redditus sufficientes tempore litis contestatæ, vel tempore sententiæ, nec sufficeret probare, quòd aliquando habebat capitale, ex quo lucrabatur, quia etsi in rebus particularibus præsumatur de præterito in præsens, *l. siue*
10 *possidetis*, C. *de probatio.* tamen hoc non procedit † in re vniuersali, vt est peculium vel capitale, *secundum Bartolum,in l.confirmatione, ff.de confirmat. tuto. sequitur Alexan.in cons.47. num.14. volum.1.vt in terminis Alciat.in cons.243. num.3.* Addit etiam Alciatus loco prædicto, quòd etiam si pater haberet capitale, non ta-
11 men cogitur negotiari † nec reperitur iure cautum, *argumento l.nec emere,C de iur.delib.* & subdit etiam Alciat.quod ad cognoscendum,an pater possit seipsum alere,& filium, attenduntur redditus
12 † bonorum, non autem quantitas patrimonij, quia alimenta præstanda sunt de lucro,non de capitali, *l.3. §.1. ff.vbi pupil.educ.debe.Salicet.in l.prima. C. de alimentis pup.præstan. Alexan. in cons.100. volum.primo.* Credo tamen quod ad patrem spectat onus probandi, quod redditus non sufficiant pro suis alimentis, & hoc duplici ratione, quia filius habet
13 pro se regulam, ideo pater † qui allegat fallentiam,tenetur probare, *glos.in l.omnis diffinitio,ff.de regul. iur.* Et dicit Bartolus *in l. secunda, columna prima, ff.si quis in ius vocat. non ier.* quòd res est certa pro illo, qui habet regulam, *Dec. in l. iubere cauere, numero 2. ff. de iurisdict. omnium iud. cum alijs apud Dominum Becium, in consilio 2. numero 16. & sequent.* Secunda est
14 ratio, quia vbi paupertas ab aliquo allegatur, † est per illum probanda, *secundum glos. in l.si vero. §. qui pro rei qualitate, in versic. dubitetur, ff. qui satisda. cogan.* quæ est melior de iure, secundum Baldum *in l. non prius,C.quando fisc. vel priua. Ang. in §. hinc nobis, ver.imò suas in Authen. de hæred. & Falcid. Alciat. in tract.præsumptio regu. 2. præsumpt. 27. numero 5. Tiraquel. de retract. conuang. §. trigesimosecundo, glos. 1. num.95. Natta in consilio 744. numero 3. Dominus Becius in consilio 105. numero 28.* Ex prædictis infertur, quòd eatenus tenebitur pater filium alere, quatenus sibi supersit deductis propriis alimentis, quia etsi paupertas eum eximat ab onere alendi, tamen eatenus excusat, quatenus per eum impeditur pater præstare filio. Si ergo impedimentum non recipiat integram alimentorum præstationem,ab eo non liberabitur quod præstare potest, quia recipiunt alimenta diuisionem per tempora & quantitates, & quæ suprà dicta sunt de filio,intelligi debent de quocunque descendente, intelligi idem debent in hæredibus patris.

SVMMARIVM.

1 *Spurio alimenta non debentur si potest ex bonis, vel arte viuere.*
2 *Ius alendi deriuatur à naturali iure.*
3 *Natura est omnibus communis tam spuriis, quam legitimis.*
4 *Liberi naturaliter omnes nascuntur.*
5 *Spurius & legitimi eodem iure censentur quoad alimenta.*
6 *Pater non dotat filiam spuriam, quæ de bonis, vel arte sua potest viuere.*
7 *Spurius non alitur à patre, quando ex redditibus, & ex arte simul potest ali.*
8 *Maritus dicitur alimenta habere, quando partim ex bonis, & partim ex arte potest viuere.*
9 *Spurius quando dicatur habere aliunde, statur arbitrio iudicis.*
10 *Pauper iudicatur arbitrio iudicis.*
11 *Spurio, an relinqui possit, qui potest ex arte viuere.*
12 *Dispositio omnis intelligitur secundum præsentem statum.*
13 *Ditari in futurum quilibet præsumitur.*
14 *Futuri iudicium fieri debet in meliorem partem.*
15 *Argumentum à communiter accidentibus est validum.*
16 *Filio naturali legatum sustinetur, quatenus indiget & euanescit, ac reuiuiscit prout necessitas deficit, & superuenit.*
17 *Parochus cogit parochianos ad offerendum sibi pro victu.*
18 *Consuetudines piæ seruandæ sunt.*
19 *Cum de vno disputamus cætera supponuntur habilia.*
20 *Maritus exigitur in totum, nulla habita priuilegij ratione, quando habet artem vtilem pro victu.*
21 *Dispositio intelligi debet ita vt aliquid operetur.*
22 *Pactum operari aliquid debet vltra ius commune.*
23 *Statutum non restringitur secundum ius commune, quando nihil operaretur.*
24 *Appellare non licet ab interloquutoria etiam in casibus iure communi permissis, quando appellatio est prohibita statuto.*
25 *Spurius artifex alendus est, si indecens est sibi artem exercere.*
26 *Mater nobilis non cogitur lactare filium intra triennium.*
27 *Exequutor ad distribuendum bona inter pauperes deputatus potest dari nobili, qui non habet secundum condecentiam, licèt habeat pro necessitate.*
28 *Exequutores possunt dare nobili, quæ cum sua dote non potest nubere pari.*
29 *Eleemosyna quando ei quoque danda sit, qui non eget, sed non habet secundum condecentiam.*
30 *Posse non dicitur, qui honestè non potest.*

31 *Filiæ spuriæ, vel naturali minor dos datur, quam legitimæ.*

32 *Natalium conditio attendi debet in dotando.*

QVÆSTIO IX.

FILIVM naturalem vel spurium docuimus alendum esse à patre, vbi tractauimus de personis, quibus debentur alimẽta, quid verò si talis habeat ex seipso, an sit alendus à patre. Et sanè cum dixerimus legitimo & naturali alimenta minimè præstanda esse quando ipse sibi potest victum quærere ex arte industria, vel operis, vel quando habet bona quorum fructus sufficiunt ad alimenta, non est dubi-
1 tandum, quin idem sit in naturali & spurio, † quibus alimenta debentur, non tam stricta ratione quemadmodum legitimis & naturalibus debita. *ita arguit Dec. in consilio 376. columna 1.* Et idem est, si dicamus pari ratione deberi, tam naturalibus, quàm legitimis & naturalibus, quod iustius existimo, cum ius alendi deriuatur à quodam naturali
2 iure, † de quo *in l. 1. in fine, ff. de iustit. & iur. & Instit. de iure natu. gent. & ciuil. §. 1.* natura autem sit omni-
3 bus filiis communis † tam legitimis, quam naturalibus, *l. hos accusare, §. omnibus, ff. de accusat.* & secun-
4 dum naturam omnes filij nascebantur liberi † & eodem iure censebantur, *vt in Authen. quib. mod. natu. effician. sui, §. licet, & Institu. de iur. natur. gent. & ciui. §. ius autem gentium,* & quod æqualis sit omnium fi-
5 liorum conditio † quando tractamus de alimentis, voluit Lup. *in cap. per vestras, in tertio notab. §. 23. num. 11. de donation. inter virum & vxorem. & Paleot. in tract. de noth. & spur. cap. 47. & 48. Tiraquel. in tract. nobilit. c. 15. num. 35.* Quod igitur filio naturali non egenti, sed aliunde habenti non sint debita alimenta, probatur *in l. si quis à liberis, in §. sed si filius, ff. de liber. agnoscen. vbi Bart. Bal. in cons. 116. volum. 2. Butr. Abb. & Præpos. in cap. cum haberet, de eo qui duxit in vxo. quam pollu. per adulter. Calcan. in cons. 59. num. 1. in fi. Dec. loco prædicto, Caccialup. in l. si qua illustris. num. 93. C. ad Orfician.* vbi dicit, quòd si filius potest ex arte vel bonis suis se alere, tunc pater non potest aliquid relinquere illi pro alimentis, *Nicol. de Vbal. in tract. de succesßio. ab intesta. par. 1. num. 46. Bal. Nouel in tract. de dot. par. 6. specia. 16. colum. 2. Ioan. Lup. in dicto §. 23. num. 7. Didac. in epitom. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 9. Duen. in reg. 376. limitat. 1. Paleot. de noth. & spur. cap. 48. num. 6. Beninc as. in tract. de pauper. in 7. quæstio. princip. in secundo specia. iudic. num. 24. Beninten. in decis. Rot. Bonon. 22. num. 10. vbi allegat Guid. Pap. & Capel. Tholos. Cordub. in dicta l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, §. 28. ff. de liber. agnoscen. Crauet. in cons. 199. num. 1. versic. similiter non cogitur, Bartolus in §. discretis, num. 3. in Authen. quib. mod. natura. effic. sui, Paris. cons. 14. num. 28. volum. 2. Galliau. in consuet. Alexan. versic. solidos, quæstio. 6. num. 35. Bonacos. de æquita. canon. conclu. 2. colum. 3. folio 10. Ludou. Molin. de primogen. Hispan. lib. 2.*
6 *cap. 15. num. 46.* Eadem ratione pater † non tenetur dotare filiam naturalem, quæ habet aliunde, vel quæ ex artificio potest se alere & dotare, est text. *in l. vxorem, §. pater naturalis, ff. de lega. 3. per quam ita voluit Bal. in l. neque mater, C. de iur. dot. est etiam glos. in l. si maritus, ff. soluto matrimonio, Roman. in l. 1. ff. soluto matrimonio, Iason in Authen. res quæ, num. 32. limitatio. 7. C. commun. de legat. Bart. & Bal. in d. l. si maritus, Butr. & alij, in d. cap. cum haberet, Bal. Nouel d. specia. 16. colum. 2. in fi. versic. si tamen talis filia.* vbi dicit, hoc casu cessare æquitatem iuris canonici cum haberet aliunde. *Benedictus in cap. Rainutius, in ver. vxorem nomine Adelasiam, num. 126. de testam. Ioan. Lup. in dicto §. 23. num. 7. hanc sententiam sequitur Cordub. dicto §. idem rescripsit, num. 28. & sequen. vbi allegat Didac. Boer. Rolan. Crauet. & Boetium.* & facit, quia vbi filia habet de proprio, vel ex arte, aut industria, potest acquirere, tunc cessat ratio legis, quæ obligationem alendi induxit, ne scilicet filius priuatus alimentis fame pereat, vel cum turpitudine patris cogatur mendicare; & non est necesse, vt dicatur aliunde habere, quod redditus bonorum, quæ possidet sufficiant ad alimenta, vel tantum ex arte lucrum faciat, quòd sufficiant pro
7 alimentis, sed sat est, quòd ex bonis † & ex arte simul iunctis habeat vnde viuat. Ita declarat Socin. *in cons. 121. num. 48. volum. 3.* vbi infert ad priuilegium, quod habet maritus, ne exigatur vltra, quam facere possit, quia sat est, si sibi superfit, quantum sufficiat pro alimentis. siue ex bonis, quæ possidet,
8 siue ex arte, siue ex omnibus simul iunctis, † quia omni casu cessat ratio, ne cogatur mendicare. Adde etiam, quòd arbitrio iudicis cõmittitur, quan-
9 do filius dicatur habere aliunde, † *secũdum Bal. in l. 1. §. sed scimus, C. de latina libe. tollen. quem ita intelligit Lup. d. §. 23. num. 9. in fi.* sed melius facit quia quis pauper
10 dicatur arbitrari debet iudex † *secundum Barto. in l. si constante, num. 14. vbi Iason, Castren. Alexan. & alij. ff. soluto matrimo. Barbat. Felyn. Ias. Dec. Curt. iun. Papus, & multi alij, quos citat & sequitur Menoch. in tract. de arbitrar. iudic. casu 65. num. 7. vbi dicit communem, & est glos. in Authen. præterea, in ver. locuples. vbi Bal. Alexan. Ias. & Dec. C. vnde vir & vx. Egid. Bell. Alciat. & alij quos citat & sequitur Benincas. in tract. de pauper. in 6. quæstio. num. 17. & sequenti.* Et in terminis nostris, quod arbitretur iudex, quando filius dicatur habere aliunde, voluit Crauet. *in consilio 200. numero 10. versic. circa legatum alimentorum.*

Quòd tamen dictum est suprà, nihil relinqui posse spurio, qui artem habet vel industriam, ex
11 qua potest lucrari sibi victum, non † placet Crau. *in consilio 199. columna 1.* quia etsi hodie possit operari, cras tamen forte non erit aptus labori, vel casu aliquo erit impeditus, *& eum sequitur Paleot. in dicto tract. de noth. & spur. cap. 48. num. 6.* quia spurius non potest semper lucrari, nec semper se alere, *& idem probauit additio. ad Decium, in d. cons. 576. vbi subdit, quod ita practicatur.* mouetur Crauet. quia dicitur pauper, qui non habet ex bonis sufficientes redditus ad alimenta. Sed eum impugnat Cordub. *in dicto §. sed si filius, num. 127.* qui tamen intelligit Crauet. loqui solum in eo, qui potest operam dare colendis prædiis. Cum tamen indistinctè loquatur de quocumque opifice, vel qui possit ex arte vel labore victum sibi quærere. Et sanè opinio Crauet. multum æqua videtur, vt possit pater relinquere filio naturali alimenta, etiam si possit ex industria seipsum alere, sed argumenta eius non concludunt. Et primo quidem non obstat, quòd non semper

filius possit operari, nec semper lucrari, quia respondeo, attendi debere statum præsentem, vt is dicatur non inops, qui præsenti statu inspecto victum sibi quærere potest. Omnis enim dispositio
12 secundum præsentem † statum intelligitur, *cap. 2. de iureiur. Tiraquel. in præfat. l. si vnquam, num. 166. C. de re-*
13 *uoc. donat.* & in futurum præsumitur quælibet † dotari posse, *l. si defunctus, C. arbitr. tute. l. iura, §. deficientium, ff. de muner. & honor. Alciat. in tract. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 27. num. 3.* quia vbi de futuro dubitamus,
14 semper in melius † sperare debemus, *l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verbor. oblig.* Alciat: loco prædicto, & à communiter accidentibus, qui habet artem, acquirit sibi victum pro omni tempore, & va-
15 let argumentum à communiter † accidentibus, *c. 1. vbi Card. Imo. Abb & alij, de cler. non residen. l. ideoque, vbi glos. & alij, ff. de legib. latè Euerar. loco 56. vbi multos cumulat,* & lex semper applicatur ad ea, quæ frequentius accidunt, *l. nam ad ea, ff. de legib.* Et in proposito inquit Caccialup. *in dicta l. si qua illustris, num. 93.* quod
16 legatum filio sustineatur † quatenus indiget & extinguitur, quando filius efficitur dives, & resurgit si efficitur pauper, *sequitur Lupus, dicto cap. per vestras, in tertio notab. §. 23. num. 7.* Non obstat cons. Roma.
17 *344. numero 2.* vbi vult, quod curatus † possit parochianos cogere ad offerendum sibi pro victu, licet possit ex honesto exercitio victum quærere, quia respondeo, quod Roma loquitur, quando iam introducta est consuetudo offerendi, nam piæ con-
18 suetudines † obseruandæ sunt, *capit. ad Apostolicæ, de simon.* Præterea contra Romanum tenet Abbas, *in capitulo, suam, numero 10. de simon.* vbi inquit, quòd si potest ex honesta arte victum sibi quærere, nihil potest exigere cessante consuetudine, sed imputet sibi, qui acceptauit tenue beneficium. Idem voluit ibi Anan. *num. 6.* Intelligi ergo debet Roman. & saluari, quando subest consuetudo. Præterea à clerico curato non videtur benè posse inferri ad filium naturalem. Nam filio debentur alimenta ex quadam naturali pietate, ne postquam est in esse productus fame pereat, atque ita datur quodammodo miserationis gratia, & æquitas ac miseratio cessat, quando potest ex arte viuere, in clerico nec est alia ratio, quia scilicet iustum est, vt qui seruit altari, viuat de altari; & metat temporalia, qui seminat spiritualia, *vt dictum est suo loco,* imò dum exercet fortè nimis solicite, & anxiè artem pro quærendo victum d strahitur à cura animarum, ideo magis licere debet curato exigere oblationes, quando habet artem, quam filio naturali valenti viuere ex industria exigere alimenta à patre. Nec obstat consilium Bal. *30. volum. 2.* quia cum de vno
19 † disputamus cætera supponuntur habilia, *§. in extraneis, Instit. de hæred. qualit. & differen. l. qui testamento, in princip. ff. de testamen.* Baldus autem eo loci non quærit, an dicatur aliunde habere, qui habet artem vtilem, sed an sufficiat, quod habeat capitale ex cuius alienatione possit se alere. Et dicit quod non, quia inspiciendi sunt redditus, non autem capitale, & si in casu Baldi potuisset viuere ex industria aliud dixisset. Respondetur item ad id quod Dec. voluit *in l. nemo dubitat, ff. de reg. iur.* quia non facit ad propositum: nam diximus iam, quod vbi ex arte non potest quis habere integrè victum petere potest, quod suppleatur. Et dicit Crauetta de paupere ex Socino & aliis, non concludit, quia in præstandis alimentis id solum attenditur, an possit seipsum alere, non autem inspicimus paupertatem. Ideo licet maritus non conueniatur, vltra quam facere possit, tamen si bona eius sufficient
20 pro dote, ipse verò † habeat vtilem artem, exigitur in totum secundum glos. *in l. si maritus, ff. solu. matr.* quam sequuntur ibi Doctores communiter, & Socin. *in cons. 121. num. 47. vol. 4.* vt mirum sit, quomodo Crauet. *loco prædicto, num. 7.* dixerit in hoc Doctores considerasse bona, non operas, & non est bona ratio, dum, *numero 9.* dicit materiam illius gl. esse exorbitantem, nam magis exorbitat materia alendi naturales & spurios, quibus, vt dixi, debentur alimenta ex pietate & miseratione. Didac. autem *in dicta epitom. sponsa. in secunda part. cap. 8. §. 5. numero 9 & 10.* intelligit Crauettam loco, quando lege aliqua disponitur, quod pater possit naturali filio certã quantitatem relinquere, quia tunc etiam ditissimo dari poterit, sed in meo libro Crau. nullam mẽtionem facit de tali lege. Benè fateor, conclusionem esse veram, quia si intelligeremus talem legem sustineri eo casu, cum filius est inops, vtique esset superflua & frustra occuparet membranas, cum etiam ea circũscripta licitum sit spurio relinquere vsque ad annum concurrentem quantitatem pro alimentis necessariam, & dispo-
21 sitio intelligi debet, † vt semper aliquid operetur,
22 *l. si quando, ff. de legat. 1.* faciunt, quæ de pacto † apposito in locatione, dixi *in consilio 34. numero 28. & seq.* & quando statutum continet iuris iam concessi extensionem nõ fit restrictio, secundum ius com-
23 mune, sed inhærendum est statuti † verbis, *secundum Bartolum in l. 1. §. nunciatio, ff. de oper. noui nuntiat.* quam doctrinam comprobat multis Aretin. *in cons. 106. colum. 4. versic. nemo ad tertium, num. 7.* vbi infert statutum mandans, quod non appelletur ab interloquutoria procedere etiam in casibus, qui-
24 bus iure communi inspecto † licebat appellare, *Ruin. in cons. 82. num. 4. volum. 5. Contard. in l. vnica, in amplia. num. 131. C. si a moment. poss. vbi allegat Neguſan. Rol. & alios:* Contra tamen hæc allegari possent quæ aduersus pactum deduxi, *in d. cons. 34.*

Principalis tamen nostra conclusio, quæ habet, quod non est alendus naturalis, vel spurius potest ex arte, vel industria, vel labore victum quærere limitatur, vt non procedat, quando talis esset filius, cui indecens esset artem exercere, vel aliter
25 operari, quia tunc alendus est, *vt voluit Baldus Nouel. in tracta. dotis, par. 6. specia. 16. columna secunda, in fine versic. quod tamen suprà dixi.* Mouetur ex eo, quod voluit Azo, *in summa. C. de patr. potest.* vbi inquit, quod
26 etsi mater intra † triennium teneatur filium alere, tamen hoc fallit, quando esset nobilis, cui ideo indecorum foret lactare filium, quia tunc excusatur. Et hanc limitationem probauit Caccialupus, *in dicta l. si qua illustris, numero 93. C. ad Orfician.* dicens, quod si non obstante spurietate esset dedecus talem artem exercere, debet ali à patre. Allegar,

quod

quod voluit Bart. *in tract. alimen. num. 12.* vbi voluit, quod filio quoque legitimo & naturali, præstanda sint alimenta, quãdo inspecta eius conditione turpè ei foret exercere aliquam artem. Idẽ tenet Lup. *in d. cap. per vestras, §. 23. numero 7.* vbi numero octauo, allegat Baldum *in l. si quis ad declinandum, C. de episcop. & cleric.* qui vult, quòd exequutores deputati ad distribuendum bona inter pauperes possunt aliquid
27 concedere † nobili qui, etsi habet alimenta necessaria ad vitæ sustentationem, non tamen habet, quod requiritur ad dignitatem & conditionem suam, quia dicitur pauper, quã decisionem ignorauit Bal. Nouel. *in tract. dot. par. 5. colum 3. ver. ex quo infero quod exequutores*, vbi dicit, quod exequutores deputati, vt suprà possunt dare puellç, quæ etsi do-
28 tem habeat, † cum ea tamen non potest virum inuenire sibi parem, *sequitur Lup. in d. c. per vestras, in tertio notab. §. 2 num. 17 folio 144. & cum eo transit Tiraquel. in tract. nobilit. cap. 20 num. 155.* Et addi potest, quòd de eleemosyna voluit Diuus Thom. dum tenet, quod habens non solum pro tollenda necessitate,
29 † & pro sustinendo conditionem suam, sed etiam abundanter, tenetur illis dare, quibus deest ad decorẽ suę qualitatis, *vt apud Præpos. in c. non satis, num. 16.*
30 *86. distinct.* facit, quia dicitur quis posse, † quòd honestè potest, *l. nepos Proculo, ff. de verbor. signif. Crauet. latè d. cons. 199. num. 2.* & quod etiam spurius non teneatur operari, quando id non potest facere saluo honore, *tenuit Didac. in d. epitom. sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 9. Duen. in regu. 367. in prima limita. in fi. Tiraquel. in tract. nobilit. c. 20. num. 106. Paleot. in d. tract. c. 48. num. 6.* facit, quod diximus supra de filio legitimo & naturali, qui est alendus non obstante arte, quam exercere non potest sine dedecore, *vt per Bal. Abb. Præpos. & alios.* In hoc tamen est differentia, quia vnam artẽ exercere, turpe erit legitimo & naturali, quam tamẽ poterit honestè exercere filius naturalis. Sicuti enim diuersa est eorum conditio, ita multi vni conueniunt, quæ alteri turpe esset facere, ideo dicimus filiæ naturali, vel spuriæ dotem minorem
31 dari, † quàm legitimæ & naturali, *secundum Abb. in cons. 115. volum. 2. Paleot. in tract. de noth. & spur. c. 50. num. 1.*
32 † conditionem enim natalium attendi debet, *c. considerãda, distinct. 86.* & dicemus latè, dum tractabimus, qualiter alimenta sint præstanda. Volunt enim omnes qualitatem personæ plurimum esse attendendam, vbi tractatur *de alimentis decernendis.*

SVMMARIVM.

1 *Pater non potest naturali filio relinquere vltra vnciam stante legitima sobole.*
2 *Naturalis filius non succedit patri ab intestato, quando extant filij legitimi.*
3 *Naturalis consequitur duas vncias in bonis patris intestati nullis extantibus legitimis.*
4 *Naturalis cui vncia relicta est à patre stantibus legitimis filiis, non debet ali à patre.*
5 *Legatum compensatur cum debito legali.*
6 *Spurio relictum à patre intelligitur pro alimentis.*
7 *Legitima. In legitimam non imputantur alimenta.*
8 *Compensatio non habet locum in causa alimentorum.*
9 *Legitima est portio, quæ ab intestato debetur.*
10 *Illatio bona non fit ex diuersis.*
11 *Cõpensatio quæ fit in vltimis voluntatib. est impropria.*
12 *Compensatio in vltimis voluntatibus fit de specie ad quantitatem.*
13 *Solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio.*
14 *Compensatio est ficta solutio.*
15 *Compensatio extinguit obligationem ipso iure.*
16 *Acceptans legatum tenetur agnoscere onus iniunctum.*
17 *Acceptato legato agnoscitur onus iniunctum, etiam si sit grauius legato.*
18 *Tacitum non operatur plus expresso.*
19 *Renunciare alimentis non potest filius naturalis.*
20 *Compensatio ex voluntate testatoris præsumitur ordinata pro rata, non in totum.*
21 *Legatarius centum aureorum cum onere construendi capellam, non tenetur in constructione erogare vltra centum.*
22 *Legatarius sub modo ne petat creditum poterit petere id in quo creditum suum excedit legatum.*
23 *Testator præsumitur velle id, quod leges volunt.*
24 *Fictio non debet plus operari quam veritas.*
25 *Naturalis qui habet quintam ex lege Hispana in bonis patris consequitur supplementum alimentorum, si ea non sufficit.*

QVÆSTIO X.

DVBITARI potest, an alimenta negari possint filio naturali, qui habuit à patre vnciam; si enim, quod si alij extant iusti
1 filij, pater nõ † potest naturalibus relinquere vltra vnciam, *§. nos igitur, in Auth. quib. mod. natura. effic. sui*, & ab intestato † nihil consequitur, *Authen. licet, C. de natura. liber.* at si nulli extant filij ex le-
3 gitimis nuptiis duas vncias, † consequitur naturalis ab intestato, *§. si quis autem, in Authen. quib. mod. natur. effician. sui, Paleot. in tract. de noth. & spur. cap. 38. numero 4.* Contingit ergo dubitari, vbi testator filios habens legitimos & naturales, relinquit vnciam filio naturali, an is alimenta quoque consequi debeat ex illis bonis. Et Paleot. *in d. cap. 38. num. 4.* de-
4 terminat, quòd non dantur alimenta, † quia cessat obligatio alendi, quando filius naturalis aliunde habet, *vt supra dixi in præcedenti quæstione*, item, quia cum debitum alimentorum proueniat à legali obligatione, testator eam vnciam legando, videtur voluisse compensare cum debito, quia regulariter
5 legatum compensatur cum debito necessario † descendente à lege, *vt notant Doctores omnes in Authen. præterea, vbi Dec. C. vnde vir & vxor, est text. in l. si cum dotem, §. si pater, ff. solu. matrim. Card. & Imo. in cap. officij, vbi Didac. num. 2. extra de testamen. alios citaui in cons. 7. nu. 15. sequitur hanc Paleoti conclusionem Bonacos. de æquita. canon. conclus. 2. in fi.* Confirmatur hæc sententia, quia
6 relictum spurio † à patre in dubio censetur relictum pro alimentis, *Bal. in l. eam, num. 14. C. de fideicommiss. Socin. in cons. 161. volum. 1. Cordub. in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, num. 63. & 68. ff. de liber. agnoscen. & dixi in tit. quib. debean. alim. in q. an filius natu. alendus sit à patre.* Cõtra tamẽ facit, quia ea vncia dicitur quædã quasi legitimæ portio debita filio naturali, quæ non debet extingui per alimenta. Videmus enim,
7 quod alimẽta † non imputantur in legitimã, *l. qua*

pater, ff. famil. erciscun. & dicam inter alimentorum priuilegia. Secundo facit, quia petenti alimenta
8 non potest opponi † compensatio, *in l. ea. C. de compensat. & dicam suo loco*, sed hæc nihil obstant, quia quod attinet ad primum, non est verum, quòd ea vncia sit loco legitimæ, nam si pater intestatus decessisset cum filiis ex legitimo matrimonio, filius naturalis nihil petere posset, & tamen legitima est
9 portio, † quæ defertur ab intestato, *l. Papinianus, §. quoniam autem quarta, ff. de inoffic. testam. l. parentib. C. eo. tit. dixi in cons. 45. num. 1.* Præterea non quærimus nunc, an alimenta imputentur in legitimam, ex quo alimenta iam supponuntur præstita, sed quærimus, an relictum impensetur indebitum pro alimentis, quod est penitus diuersum, ergo non est
10 † bona illatio. *l. Papinianus exuli. ff. de mino.*

Secundo non obstat, quod dicimus de compensatione, quia etsi alimenta minimè recipiant compensationem, tamen compensatio, quæ fit in
11 vltimis voluntatibus est impropria, † *vt inquit glos. in l. cum pater, §. cum pater, ff. de legat. secundo.* Et dicit Dec. *in Authen. præterea, numero 10. C. vnde vir & vxor*, quod compensatio, quæ fit in vltimis voluntatibus, non regitur iis regulis, quibus constat compensatio, quæ fit in contractibus. Ideo videmus,
12 quòd fit de specie ad † quantitatem, & econtra, Imo. *in l. si cum dotem, §. cum pater, colum. fina. ff. solu. matrim.* Probaui *in cons. 112. num. 38. & sequen.* Accedat, quòd hæc est compensatio à lege inducta & præsumpta, propterea obiici potest. Non omitto, quod videtur potius solutio, quàm compensatio, quando debitor necessarius aliquid legat creditori, non mirum ergo, si extinguit debitum: solutio-
13 ne † enim eius, quòd debetur, tollitur omnis obligatio, *Instit. quib. mod. toll. oblig. in princ.* erit ergo conclusio, quod vncia per testatorem relicta compensabitur cum alimentis à iure debitis.

Sed quid si ea vncia non sufficeret ad alimenta, an supplendum sit. Et videtur quod non, quia
14 cõpensatio † est ficta solutio, *l. si debitor, ff. si potior. in in pigno habe. l. si peculium. §. primo, ff. de statu libe. Bartolus in l. amplius non peti, colum. 3. ver. vino, ff. rem ratam habe. Paris. in consilio 121. num. 19. volum. 1. Tiraquel. de retract. consang. §. 3. glos. tertia, numero 6. Crotus in consilio*
15 *139. numero 7.* Et extinguit † obligationem ipso iure, *§. in bonæfidei, vbi Aretin. columna 5. ver. tertio principaliter. & Iason numero 77. vbi communem dicit, Institut. de de actio. Afflict. in decis. 121. numero 1. & 4. Dec. in capitulo, cum inter, colum. antepenult. & sequent. de exceptio.* & sibi imputet filius qui elegit illam vnciam, acceptans
16 † enim legatum tenetur agnoscere onus annexũ, *l. cum ab vno, in principio, ff. de legat. secundo, l. qui tutelam, ff. de testamen. tute. l. Titia, la prima, §. qui in vita, vbi glos. in verfic. portionem, ff. de leg. secundo, l. Imperator, §. si centum, ff. eo. l. si compensandi, C. de hæred. instit. Castren. in consilio 193. in tertio dub. volum. 2. cum multis similibus.*
17 Id quod procedit etiam si plus sit in debito † quam in legato, *vt voluit Castren. in dicta l. si cum dotem, §. si pater, ff. soluto matrimonio, vbi Alexan. reprehendit Imolam contrarium tenentem, sequitur Dec. in cons. 425. numero 8. Ruin. in cons. 79. in princip. volum. 2. Crauet. in cons. 274. numero 9. Natta in cons. 186. in principio, Simon de Pretis, in tract. de interpret. vltim. volunt. lib. 5. interpret. 1. dubicat. 7. in princ. num. 106.*

Verius tamen est, quod compensatio inducatur solum pro valore vnciæ, & si quid deest ad supplendum integrum alimentorum debitum peti
18 possit, quia tacitum nõ † potest plus operari, quam expressum, *l. expressa, ff. de reg. iur.* at filius naturalis
19 non posset expressa renunciare † iuri alimentorum. *Bart. in l. si quis à liberis, §. si parens, de liber. agnoscen. & dicam inter priuilegia alimẽtorum.* ergo neque id facere tacitè. Præterea testator in dubio videtur vo-
20 luisse compensare † solum pro rata, nõ autem cum toto debito, *Castren. & Alex. in d. l. si compensandi, C. de hæred. instit. Imo. in l. creditorem, ff. de leg. 2. Rolan. in cons. 65. num. 23. volum. 2.* Et quamuis hæc opinio patiatur controuersiam, fit tamen distinctio, quod aut testator relinquit simpliciter animo compensandi, & tunc fit pro rata tantum, aut cum clausula, *pro omni, & toto eo, vel ita quod plus petere non possit*, & tunc fit in totum. Ita resoluit Castr. *in d. l. si compensandi, vbi Alex. num. 2. idem Castr. in cons. 73. num. 3. vol. 1. in cons. 193. num. 3. versic. sed de illis, volum. 2. Alexan. in cons. 132. num. 2. ver. licet Ioan. de Imo. volum. 2. Ruin. in d. cons. 79. numero 3.* Ideo Castr. *in l. huiusmodi, in princ. ff. de leg. 1.* dicit, quod si testator legat alicui centum, si ædificauerit capellam in tali ecclesia, non tenebitur legatarius in constructione ecclesiæ impendere vltra
21 centum, quia non † censetur velle iniungere onus, quod excedat emolumentũ. *sequitur Comen. in l. planè, §. fi. ff. eo.* Sed magis facit, quod voluit Salic. *in l. fi. C. de his, quæ sub modo*, vbi testator, si creditori suo re-
22 linquat sub modo si creditum non petierit † poterit nihilominus creditor petere id, in quo creditum suum excedit valorem rei legatæ. Et ibi dicit esse communem opinionem, *sequitur Ripa, in l. cum filio, num. 17. ff. de leg. 1.* Et ratio prædictorum est, quia regulariter compensatio inducitur à lege pro ra-
23 ta, & testator præsumitur velle † prout à lege disponitur, *vt per Bal. in l. si duo. ff. de acquir. hæred. Bal. in l. precib. colum. antepen. C. de impub. & al. substit.* & in ea cõpensatione, quæ inducitur à lege videtur casus, ꝙ fiat pro rata tantum, & non vltra, *in Auth. præterea, in fi. cum ibi not. per Doctores, C. vnde vir & vxor, & clarius in §. quando verò. in Authen. de exhiben. & introduct. re.* Et non obstat, quod compensatio sit ficta solutio, & extinguat debitum, quia retorqueri potest argumentum, nam sicuti vera solutio eatenus debitum extinguit, quatenus ea fit, & non vltra, quia cum decem, quæ soluantur extinguitur debitum, quod in decem consistat, non autem quod sit in minori quantitate, ita & ficta, ne plus operetur fi-
24 ctio † quam veritas contra ea quæ notantur *in l. si cum emptore, ff. de vsucap. & in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & posthum.* Et pro huius opinionis confirmatione ego adduco quod post Io. Lup. quem citat & voluit Didac. *in epitom. sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 9.* vbi ait, quod etsi Hispaniarum lege cautum
25 sit, ꝙ pater † debet filio naturali reliquere quintam suæ substantiæ portionem, tamen si ea portio à patre relicta non sufficiat ad alimenta, sed minor sit, poterit filius supplementũ petere. Eius sententiã sequitur & ab impugnationib. defendit Cord.

in d.

in d.l.si quis à liberis, §. idem rescripsit, num. 59. & multis sequentib. ff. de liber. agnosc. en. vbi etiam tractat post Io. Lup. & Didac. an minui debeat illa portio, si quantitatem alimentorum excedat.

SVMMARIVM.

1 *Naturalis, qui duas habuit vncias in bonis patris intestati non extantibus liberis, an etiam alimenta consequatur.*
2 *Copula requirit concursum vtriusque copulati.*
3 *Copulata habentur pro vno.*
4 *Determinatio respiciens plura determinabilia, æqualiter omnia determinat.*
5 *Naturali debentur alimenta miserationis gratia ex æquitate, non de rigore iuris.*
6 *Legitima succedit loco alimentorum.*
7 *Legitima debetur naturali iure vel instinctu.*
8 *Legitima dicitur æs alienum, quoad patrem.*
9 *Filius ratione legitimæ æquiparatur vero creditori.*
10 *Quarto vxori debita in bonis mariti locupletis succedit loco alimentorum.*
11 *§. consideremus, in Authen. de triente & semis. quomodo intelligatur.*
11 *§. discretis, in Authen. quib. mod. natur. effician. sui. quomodo intelligatur.*
12 *Conditio posita in secundo legato non censetur repetita in primo.*
13 *Omissum creditur quod cum facile exprimi posset, non fuit expressum.*
14 *Omissum haberi debet pro omisso.*
15 *Copulativæ pars vna declarat aliam.*
16 *Filius legitimus aliedus est potius, quam naturalis, quando facultates patris non sufficiunt vtrique.*
17 *Hospitale minuit alimenta pauperibus, quando numerus creuit.*
18 *Commodum minuitur, quando in plures diuisum confertur.*
19 *Voluntarium non dicitur quod ab eo fit qui cogi potest.*
20 *Testator voluisse creditur, quando hæres iubente testatore vendit.*
21 *Fideicommissarius dicitur habere à testatore non à grauato, quando hæres grauatus illum instituit.*
22 *Lucrum dotis à statuto delatum marito non dicitur de hæreditate mulieris.*
23 *Maritus institutus ab vxore non imputat in hæreditate lucrum dotis à statuto delatum.*
24 *Compensatio nō fit de credito vnius cum debito alterius.*
25 *Duo quando sunt in obligatione, non liberatur debitor præstandum vnum.*
26 *Naturalis nihil consequitur in bonis patris condito testamento, nec præteritus rumpit testamentum.*

QVÆSTIO XII.

SIMILITER in principio præcedentis quæstionis dictum est, quod nullis existentibus legitimis filiis duæ vnciæ debentur filio naturali si pater intestatus decedat, an hoc casu erunt neganda alimenta in bonis patris filio naturali, qui duas vncias est consequutus. Et sanè tex. ad hoc pro filio videtur clarus † *in §. consideremus, circa medium, in Authen. de trien. & semis. ibi & nutrimentum damus ei, & intestato morientibus parentibus duas vncias habere, &c.* loquitur enim copulatiuè de nutrimento, & duabus vnciis, quæ copulatiua inducit concursum vtriusque † copulati, *l. si hæredi plures, ff. de condit. instit.* & plura simul copulata habentur † pro vno, *las. in l. 1. num. 2. ff. de iustit. & iur. decis. Pedemon. 71. num. 66.* Et quòd vtrumque debeatur, voluit Bart. *in d. §. consideremus, & ante eum idem voluit glos. in d. §. discretis, in verfic. vncias, in Auth. quib. mod. natu. effi. sui,* vbi inquit putare, quod vltra duas vncias debeantur alimenta filio naturali, & idipsum probare videtur text. ibi, & alimentum damus eis, & intestatis parentibus duas paternæ substantiæ vncias habere: Et ibi sequitur Bart. *num. 2.* qui dicit, *num. 4. in fi.* quòd hic intellectus est magis de mente tex. Et licèt aliqui intelligant alimenta de quibus dictæ leges mentionem faciunt, deberi patri, tamen verba repugnant, quia indefinitè sub eadem determinatione verborum destinantur alimenta & vnciæ, & ideo vna determinatio † respiciēs plura determinabilia, debet omnia determinare æqualiter, *l. nam hoc iure. ff. de vulg. idem probauit Paleot. in tract. de noth. & spur. c. 38. nu. 4. in fi. Bonacos. in tract. de æquita. canon. conclus. 2. in fi.* vbi postquam dicit vnciam à patre relictam succedere loco alimentorum, subdit, secus esse in casu intestati.

Sed etsi non inueniam qui contrarium teneat, Barto. *in dicto §. discretis,* moueat difficultatem, deinde resoluat pro opinione prædicta, tamen mihi nullo modo placere potest hæc sententia. Nam certum est, quòd filio naturali non sunt præstanda alimenta, quando habet aliunde, *vt dixi supra ex Butr. Abb. Præpos. Caccialupo, Ioan. Lupo, & aliis multis,* quomodo ergo habebit alimenta, quando duas habet vncias ex paterna hæreditate, ex quibus potest alimenta, vel eorum partem consequi. Præterea si filio naturali alimenta debentur, ex æquitate & pietatis, at miserationis intuitu, † non autē de iuris rigore, *vt probatur in c. cum haberet. de eo, qui duxit in vxo. quam pollu. per adulter.* nonne cessat miseratio, pietas & æquitas, quando habet duas vncias. Item, si filio iustis nuptiis procreto denegantur alimenta, quando à patre, vel aliunde habet vnde possit viuere, quare id conceditur naturali filio, non debet esse melioris conditionis, quam sit legitimus & naturalis, & cui non est plus tribuendum, quam legitimo, & naturali concedatur. Et certè maximè hoc absurdum videri debet. Præterea, si in filiis legitimis, & naturalibus legitima, quæ illis debetur in bonis patris † succedit loco alimētorum, *vt probat text. in §. prohibemus, in Authen. de trien. & semis. & voluit Iacob. Beluis. in Authen. de hæred. & Falcidia, in principio, vbi etiam Bartolus, num. 11.* Quare non idem esse debet in duabus illis vnciis, quæ filio naturali deferuntur non extantibus liberis legitimis, vt succedant loco alimentorum, cum legitima sit filio, iusto magis fortius debita, quam naturali debeantur duæ vnciæ. Debetur enim † legitima naturali iure, vel saltem instinctu quodam naturæ, *§. cum itaque, in Authen. de hæred. & Falcid. in principio, Matthes. de succes. ab intesta. in tertio membro, articulo primo, numero nono, Decius & Cagnol. in l. iure sanguinis, ff. de regulis iuris, Bello. in consilio decimotertio.*

& quoad

8 & quoad patrem dicitur quoddam æs † alienum, *Bal. in l. 2. circa finem, C. de liber. præter. in l. quanquam, C. ad leg. Falcid. Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, num. 114. C. de reuocan. donat.* & in ea filius æqui-
9 paratur vero † creditori, *Bartolus in l. si quis legatum, §. si. ff. de falsa. Dec. in cons. 276. num. 6.* & tamen duæ illæ vnciæ filio naturali debentur iure ciuili, & quidem nouissimo. Rursus cum istæ duæ vnciæ debeantur à lege, videtur facilius esse compensandas cum debito alimentorum, quam si relictum fieret ab homine per ea, quæ ponit Dec. *in dicta Authen. præterea, num. 10. in fi. C. vnde vir & vxor.* Et ratio est, quia si in debito legati lex præsumit in testatore animum compensandi, ea ratione, quia illius voluntas videatur legi conformis, *dicta l. si duo, vbi Bal. ff. de acquiren. hæred.* quanto magis à lege inducitur compensatio, quando ipsa lex aliquid defert, seruari enim debet in ipsa lege, id quod ipsa mandat aliis seruandum, *l. digna vox, C. de legib.* Accedat quòd in vncia, quam testator relinquit naturali stantibus filiis est locus compensationi, *vt est in proxima quæstione probatum:* Quare ergo non idem ait in duabus vnciis, quæ debentur in casu intestati non extantibus liberis. Comprobo ex eo, quod probatur *in §. quoniam verò, in Auth. de exhib. & introduct. reis, & in Auth. præterea, C. vnde vir & vxor,* vbi no-
10 tant Doctores, quod quarta † à iure debita in bonis viri locupletis succedit loco alimentorum, quia relinquitur, ne vxor' in opprobrium benè transacti matrimonij, mendicare cogatur. Et hoc voluit expressè Roman. *in l. diuortio, in principio, numero 15. ff. soluto matrimonio, sequitur ibi Aret in. colum. 4. in principio, verſic. addit tamen dominus meus.* Quemadmodum ergo quarta vxori inopi debita excludit illam à petitione alimentorum, eodem modo duæ vnciæ, quæ dantur filio naturali, debent illum excludere à petitione alimentorum. Et non obstant text. *in dicto §. consideremus, & in §. discretis,* qui loquuntur copulatiuè de alimentis, & de vnciis, quia intelligi debent diuersis temporibus, vt scilicet viuente patre filius naturalis alimenta consequatur,
11 eo verò mortuo habet † duas vncias, *vti declarat Bartolus in dicto §. discretis, num. 4.* Hanc autem tempore distinctionem, & diuersitatem probant illimet textum, dum mentionem faciunt de alimentis simpliciter sine temporis adiectione, dum verò loquuntur de duabus vnciis tempus apponunt, id est, morientibus parentibus, & est sensus, quod viuente parente, filius naturalis habet alimenta, at verò decedente duas consequitur vncias, & secundum temporis diuersitatem prouisum est ei ab Imperatore, vt vnquam egeat, vel mendicare cogatur, & non est verum, quòd vnica sit determinatio, sed duplex, ex quo aliter determinat mortuis parentibus, quod si vtrumque voluisset filio deferri naturali, vtique mortem parentum vtrique præposuisset prouisioni dicendo intestato sine liberis mortuis parentibus & alimenta, & vncias habere debeat, nõ autem & alimenta, & mortuis parentibus vncias habere, & id quod augetur, quia de intestato mentionem quoque facit, solum in secunda parte copulatiuæ, & conditio illa intestato & mortuis, quæ posita in secunda parte copulatiuæ, non debet videri repetita in prima, sicuti dicimus de conditione apposita in secundo
12 † quoque legato, quæ non censetur repetita in primo, ex quo magis præcedentia influunt, in sequentia, quam sequentia refluant ad præcedentia, *Bartolus in l auia, verſic. hæc lex loquitur, ff. de cond. & demonst. & in l. fina. ff. de reb. dub. Castren. in dicta l. auia, num. 3. verſic. alia limitatio est, Ruinus, in consilio 176. numero 3. volum. 2. Crot. in consilio 148. numero 1. vbi dicit, quòd hoc non habet dubium. Socin. iun. in cons. 128. num. 101. volum. 1. Natta in cons. 459. num. 3. Caphal. in cons. 156. numero 12.* Et non videtur lex voluisse in alimentis id, quòd voluisse in alimentis id, quod voluit in vn-
13 ciis, quia si hoc voluisset expressisset † sicuti expressit in vnciis, cum ei facile hoc foret dicere, *l. vnica, §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen.* Omis-
14 sum ergo haberi debet † pro omisso, *l. commodissimè, ff. de liber. & posthum.* & vna pars copulatiuæ declarat
15 † aliam, *vt per Roman. in cons. 231. Socin. in l. . num. 1. & sequen. ff. de reb. dub. Crotus in cons. 45. num. 3.* Quod si prima opinio magis placet videndum est, quæ sit diuersitatis ratio inter hunc casum, & eum quem absoluimus proxima quæstione, vt cum testator vnciam relinquit denegetur alimentorum petitio, cum verò ab intestato filius duas capit vncias, alimenta nihilominus consequatur, si dixerit rationem diuersitatis esse, quia primo casu extantibus filiis legitimis durius agendum est cum naturalibus, secundo verò casu mitius tractandi sunt, cum non extent legitimi, & pinguiora eis alimenta præstanda non longè à scopo rei controuersæ errabis, nam stantibus legitimis angustissima sunt naturalium alimenta, imò si vtriusque non suffi-
16 ciant alendus † est filius legitimus, qui certus est, *l. filium, ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. Cordub. dicto §. idem rescripsit, numero 59.* Cum ergo quidquid fauorabiliter naturalibus conceditur, legitimis durè, at impiè adimatur iuramento largiora conceduntur alimenta naturalibus, quando legitimi non extant, quàm vbi extant vltra quod, quando maior est alẽdorum numerus, tanto tenuior est pro-
17 uisio, vt de hospitali † docet Vita. *in Clem. quia contingit, num. 93. de religio. dom.* & quod in plures partes
18 diuiditur, minus præstat † vtilitatis. Quid si nullis extantibus filiis legitimis, pater relinqueret suæ hæreditatis duas vncias filio naturali, an eo casu poterit filius alimenta petere ab hæredibus patris. Et videtur posse. Nam, etsi pater duas illas vncias relinquat, filius tamen eas non habet à patre, sed à lege, quæ filium vocat ad illam partem, ideo patris
19 † relictum non attenditur, *argumento velle non creditur, ff. de reg. iur.* & non dicitur à voluntate alicuius procedere, quòd ab eo fit, qui poterat cogi, *vt not. Baldus in l. nouissimè, ff. quod fal. tuto. authore. Ioan. And. in regula, bona fide, de reg. iur. in sexto, & in capitulo, præterea, in verſic. extorquentes, de iure patron. Dec. in capitulo, cum M. Ferrarienſis, de constitutio. Cagnol. in l. si quis maior, numero 67. & septimo, in repet. C. de transact.* Et dicitur *in l. si hæres testamento, ff. de actio. empt.* quòd si
20 hæres ex testatoris præcepto † fundum vendat, videtur emptor à testatore emisse non ab hærede.

Facit

Facit etiam text. *in l. adoptiuum, §. 1. ff. de iur. dot. Cranet. in cons. 144. colum 1. cum alijs, quos citaui in cons. 112. num. 70.* vbi, si grauatus onere restituendi illum in-
21 stituat, † cui tenebatur restituere, tunc fideicommissarius dicitur à grauãte, non à grauato habere, *Phanuc. de inuentar. par. 6 num 38.* facit, quod dicimus de lucro dotis, quod à statuto defertur vxore præ-
22 moriente, quia † non dicitur de hæreditate mulieris, *secundum glos. in l. pro hæreditarijs, in ver. sextus, C. de hæred. actio.* vbi Bal. *colum. 3. & 1mo. in l. si vir. ff. ad leg. Falcid.* dicit, quòd maritus hæres institutus, mini-
23 mè † lucrum illud imputat in hæreditate, *sequitur Alexan. in primo not. ab. post Nicol. de Neapo. alios plures citat Rolan. in tract. de lucro dot. quæstio. 30 per totam, & Phanuc. in eodem tract. in glos. 4. num 9.* Non ergo tale relictum compensabitur cum debito alimentorum,
24 quia compensatio non fit de credito † vnius cum debito alterius, sed cum eo quod creditor ipse debet. *l. 1. & 2. l. in rem. ff. de compensatio l. si duo, vbi Bart. ff. de duobus reis, Azo in summa. C. de compensa. num. 8. probaui in cons. 69. num. 12.* Rursus pater duo tenebatur præstare, alimenta & vncias, secundum text. *in dicto §. consideremus, & in dicto §. discretis, & glos. ac Bart. in hac eadem quæstione allegatos.* Ideo legando duas vncias,
25 nõ eximitur ab obligatione alendi, quia duo † qui debet, non liberatur præstando vnum. *l. si hæredi plures ff. de hæred. instit.* Item, si locus esset compensationi ea fieret pro rata, sed licèt legatum per compensationem extinguat debitum vnciarum, non tamen extinguit debitum alimẽtorum, quod excedit vncias: Hæc vidi aliquando in facto allegari, quæ tamen meo iudicio nihil releuant, quia certum est, quòd si pater legitima carens sobole, faciat testamentum, nihil tenetur filio naturali relinquere præter alimenta, *Authen. licet, C. de natur. lib.* & quòd dicitur de duabus vncijs, procedit, quando intestatus pater decedit, *dicto §. si quis autem, vbi gl. in Authen. de trien. & semis. Bar. in d. §. consideremus, Paleot. dicto cap. 38. num. 4.* Alias condito testamento neque quicquam eis relinquere, aut instituere tene-
26 tur, nec præteriti † possunt rumpere aut querelare testamentum, *l. fin. 1. C. de natu. lib. glos. in l. 1. in ver. naturales.* Atque ibi Bartolus *ff. de contratabul. Tiraquel. in l. si vnquam. in ver. susceperit liberos, num. 47. Paleot. in d. cap. 38. num. 7.* vbi ait, accepto ferendum simplici patris munificentiæ, quando in testamento aliquid relinquit naturalibus. Cum ergo posset non relinquere, & sit debitor filij occasione alimentorum ex necessaria legis obligatione, *d. c. cum haberet, in dicta Authen. licet, circa finem:* fatendum est, relictum esse imputãdum in debitum alimentorum, *vt supra dictum est de vncia.* & hac propositione retenta succedunt omnes rationes, per quas supra dixi vnciam esse imputandam in alimenta.

S V M M A R I V M.

1 *Naturali negantur alimenta ex omnibus iis causis quibus legitimi possunt exhæredari.*
2 *Naturali non debetur legitima, nec præteritus rumpit testamentum.*
3 *Exhæredare & alimenta negare, paria sunt.*

QVÆSTIO XIII.

GENERALITER item verum est filio naturali negari posse alimenta ex omnibus illis casibus, quibus filius legitimus
1 potest exhæredari, † quia etsi ob eas causas legitimus filius priuatur alimentis, multo magis ex eisdem priuabitur naturalis, cui minus sunt debita, quàm legitimo & naturali, *sic Paleot. in tract. de noth. & spur. cap. 38. num. 6.* Et quamuis naturali filio nulla debeatur legitima, nec præteritus rumpat testamentum, *glos. in l. 1. ff. de contratab. vbi Bart.*
2 nec de eo pater † cogatur mentionem facere, *l. fin. C. de natur. libe.* tamen cum exhæredatio, & alimen-
3 torum denegatio procedant † à pari, *glos. in l. si quis à liberis. §. idem iudex, ff. de liber. agnoscen. glos. prima, in l. fina. C. de alen. liber. in §. si igitur, in Authen. cum de appella. cogno. dixi in principio huius tituli:* sicuti ex illius causis alimenta negantur legitimo, debent ita ex eisdem negari naturali filio, ne sit melioris conditionis, quam legitimus, quod esset absurdum, quia sat, quod æqualiter tractentur in alimentis, postquam natura ipsa æquales sunt. Inde infertur, quod ex omnibus causis hi naturales possunt alimentis priuari, & ab eis excludi, quibus supra diximus legitimos descendentes ex eiusmodi filiis. Item ad descendentes spurios ex filiis legitimi, & ad spurios ex spuriis.

S V M M A R I V M.

1 *Posse non dicitur, qui honestè facere non potest.*
2 *Mater non tenetur lactare filium, si id sibi sit indecorum, quia nobilis.*
3 *Calidiora corpora, calidioribus indigent alimentis.*
4 *Mater excusatur à lactando filium, ex causa, vt quia sit infirma, vel lac non habeat.*
5 *Vicarius deputatur quando rector ecclesiæ propter infirmitatem non potest seruire.*
6 *Facere videtur, qui per alium facit.*
7 *Facere potest per alium quidquid potest per seipsum.*
8 *Bannitus conuenitur potest in loco à quo est bannitus.*
9 *Bannitus quando citatur ad locum banni, tenetur mittere procuratorem.*
10 *Mater, quando est inhabilis ad lactandum, pater tenetur prouidere.*
11 *Citatus, qui ob temporale priuilegium non tenetur comparere, non tenetur etiam procuratorem mittere.*
12 *Pater in procreatione est principalis agens, & dicitur caput familiæ.*
13 *Mater quando sine causa recusat filium lactare, soluit expensam nutricis.*
14 *Impeditus ex iniusta causa, tenetur mittere procuratorem.*
15 *Mater excusatur à lactando filium, quando est pauper, & sibi victum quærere cogitur.*
16 *Mater pauper non excusatur à lactando filium, quando pater vult ei prouidere de alimentis.*
17 *Mater prægnans est ab hæreditate alenda.*
18 *Mater sola non alit filium, qui fuit conceptus in matrimonio putatiuo, quod exinde fuit dissolutum.*
19 *C. cum haberet, de eo, qui dux. in vxorem, quomodo intelligatur.*

10 *Mater non tenetur alere filium in casibus, in quibus pater potest negare alimenta.*

QVÆSTIO XIII.

MATER etsi regulariter intra triennium lactare teneatur filium, excusatur tamen si talis sit persona, quam non deceat lactare filiū, vt quia nobilis sit; cum enim
1 honestè nō possit, videtur illi oneri minus apta † & impotēs, *l. nepos Proculo, ff. de verb. signif. alios citat Crau. in cons. 199. num. 2.* Et per hanc rationem voluit in
2 nostris terminis, † Azo *in sum. C. de patr. potest. in fine.* quod quæ sine dedecore non potest filium lactare, excusatur, *eum citat & sequitur Bart. in tract. de alimen. num. 13. Bal. Nouel. in tract. dotis, par. 6. specia. 16. colum. 2. in fi. ver. quod tamen. & ante eos hoc voluit Iacob. de Aretin. in l. si maritus, ff. solu. matrimonio. Bal. in l. alimenta, num. 2. C. de neg. gest. & rursus ante eos Ioan. And. in c. cum haberet, de eo, qui dux. in vxo quam pollu. per adult. vbi allegando Pileum, ponit exemplum in Principissa, vel ea quæ post diuortium professa est religionem, vbi Abb. num. 8. idem dicit, hoc etiam voluit Abb. in cap. fina. num. 4. de conuers. coniug. Vital. in tract. clausu. in tit. an poss. renunc. alimen. colum. 4. in princ. vbi multos allegat, Bal. Nou. in l. 1. num. 142. & seq. ff. solu. matrim. Io. Lup. in cap. per vestras, in 3. not ab. §. 23. num. 8. de donat. inter vir. & vxor. Neuiza. in sylua nuptia. lib. 3. num. 26. Didac. in epitom. de sponsa. par. 2. cap. 8. §. 1. num. 13.* Et secundum hanc opinionem, quam dicit singularem iudicatum, refert Ang. *in l. Nesennius, ante fi. ff. de neg. gest. & in l. si competenti. C. de alen. libe. & hanc probarunt Alexan. Felin. Ange. Aretin. Roch. de Curt. & alij plures, quos citat Tiraquel. in tract. de nobilit. cap. 10. num. 78. & seq.* qui omnes dicunt excusari matrem, si inspecta consuetudine regionis, non sibi honestè permittatur lactare filium, *Rol. in cons. 54. num. 80. volum. 2. Cordub. in l. si quis à liber. §. si mater, num. 7. de liber. agnosc. Paleot. de noth. & spur. cap. 48. num. 1.* Sed etsi opinio hęc multos habeat authores, multis tamen non vera videtur, aut qui existiment nullam nobilitatem excusare matrem, etiam si regina sit, vt ex Home. Claud. & lib. sacræ scripturæ, necnon ex Gellio exclamat multis aduersum hāc sententiam comprobando Tiraq. *d. cap. 29. num. 79. & seq. sequitur Didac. d. §. 6. num. 13.* vbi ait, non etiam reginæ indecorum fore, vt dicunt aliqui, morem eiusmodi esse contra ius naturale, *vt in l. 1. in fi. ff. de iust. & iur.* imò dicunt peccare matrem, quæ non lactat filium, *c. ad eius concubitum, distinct. 5.* Sed verius est consuetudinem excusari per id, quod voluit glos. *in c. cum venerabilis, de consuetu. & in c. denique, distinct. 4.* Et ita dicit Bal. Nouel. *d. specia. 16. colum. 3. in prin.* quod etiam voluit Didac. *d. §. 1. num. 13.* dum tamen secundum eum in eam incumbāt curam matres, vt alēdis filiis nutrix sedula diligatur: Et sanè huius partis maxima est ratio, quòd nullus æquè sanus eligi potest infanti cibus illi, quo fuit in vētre matris coagulatus, cum tamen plurimum ad sanitatem conferat cibis nutriri, qui conueniant cū alendi natura, vt. n.
3 † Galenus inquit, *calidiora corpora, calidiorib. indigent alimentis, frigidiora frigidioribus, sicciora siccioribus, humidiora humidioribus.* Refert eum cum aliis Tiraq. de legib. connub. *l. 5. glos. 1. par. 5. num. 23.* Id quod vix potest infanti contingere, vbi non à matre alatur, ex quo inter homines nemo est alteri omnino similis, & quæ dicta sunt de matre, cui per nobilitatem non licet lac filio præbere, procedūt etiam, quan-
4 do alia ex iusta causa foret impedita † vt quia lac non haberet, vel esset infirma, vel alio casu detineretur, *vt per Azon. in sum. C. de patr. potest. a. in fi. Castren. in l. alimenta, num. 3. C. de neg. gest. Didac. in d. §. 6. num. 13. Cordub. in d. §. si mater, nu. 6.* Sed etsi mater istis de causis ab onere eximatur, ne per seipsam munus obire cogatur, non tamē excusanda videtur, quominus propriis expensis prouideat nutricem filio, quę sui loco lactet, *argum. text. in cap. de rectorib. extra de cleric.*
5 *agrot.* vbi rector † ecclesiæ propter infirmitatem impediatur exercere curam animarum prouidetur de vicario expēsis ipsius rectoris, id est, de redditibus sui beneficij. Et ibi hoc notat Abb. *num. 5.* Idem probatur *in cap. de monach. de præben. & in Clem.*
6 *vnica, de iure patron.* & facere † videtur, qui per alium facit, *c. per alium. de reg. iur. in l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. alios text. citat Dec. in l. is damnum dat. ff. de reg. iur.*
7 & potest quis per alium † quod potest per seipsum. *c. potest quis. vbi Io. And. & Archidic. de reg. iur. in 6. Cagnol. in l. is damnum, in princ.* Et videmus in bannito, qui etsi non possit accedere ad iudicium, quod agitatur in loco à quo est bannitus, quia tamen ibi con-
8 ueniri † potest, *secundum glos. in l. eius, la seconda, §. fin. ff. ad municip. Bartolus in l. adulterium, in princ. ff. de adulter. Doctores in cap. ex parte, de appellat. Alber. in l. 2. C. de*
9 *iurisdict. omn. iudic.* tenetur citatus † mittere ad eum locum procuratorem, nec excusatur, quia per seipsum sit impeditus actum expedire, *Bartolus in l. finali, ff. de restitut. in integrum, & in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis caut. Ang. in eadem l. 2. §. quod diximus, & sequuntur alij ibi.*

Contrarium tamen est verius, quia matri inha-
10 bili ad lactādum pater † ipse onus prædictum subdit, *ita determinat Bal. in l. alimenta, num. 2. C. de neg. gest. allegat Azo. in d. tit. de patr. potest. qui tamen de hoc nihil dicit, Abb. in cap. cum haberet, num. 8. de eo, qui duxit in vxor. quam pollu. per adulter. & cap. fina. num. 4. de conuers. infidel.* vbi dicit, quod vbi mater est inhabilis lactatur expensis patris. *Paleot. in dicto tract. de noth. & spur. cap. 48. num. 1. Didac. dicto cap. 8. §. 6. num. 13.* Non obstat autem, quod mater teneatur per aliam munus sibi iniunctum expedire, quia respōdeo, quod debitum matris in lactādo filium est personale, sicuti etiam debitum patris, *secundum ea quæ diximus in titu. quib. debean. alimen.* vbi probaui, quòd non transit ad hæredes nisi in subsidium, quandocunque autem mater eximitur ab eo onere, nō tenetur subire per alium: si enim teneretur lactare per alium, nullius vtilitatis esset exēptio. *l. 2. ff. de in ius vocan.* Per quam rationem Bar. *in l. 2. §. si quis iudicio. ff. si quis cautio.* di-
11 cit, quòd citatus † qui ob temporale priuilegium non tenetur comparere, non etiam tenetur mittere procuratorem, *seq. Ias. ibi post alios, nu. 7.* Præterea onus alēdi filium, principaliter spectat ad patrem, *l. si quis à liberis, §. si quis ex his, ff. de liber. agnosc.* quia pa-
12 ter principalis † est & agens in procuratione, & caput familiæ, & potest bona lucrari, ex quibus filij alantur, *vt inquit Paleot. d. c. 48. num. 5.* Sed quia mater

commo-

commodius potest filium intra triennium alere, quam pater, nempe lacte proprio nutriendo, ideo imponitur matri hoc onus *cap. fin. de conuers. infidel. c. ad eius. 5. distin. Paleot. loco prædicto in princ.* Hæc autem ratio cessat quando mater aut infirmitate, aut nobilitate, & conditione, aut patriæ consuetudine impeditur, ideo redit obligatio ad patrem, seu verius eius oneri remanet. Quæ autem dicta sunt de procuratore mittendo, non conueniunt facto nostro, quia ibi agitur de propria citati vtilitate, ideo facilius potest grauari, vt mittat procuratorem & in alendo filium non agitur proprium matris negocium, sed alienum.

13 Benè verum est quod si mater sine † legitima recusat filium lactare, tunc alij dabitur nutrici filius lactandus expensis matris, vt concludit Abb. *in d. c. cum haberet, num. 8. in fi.* Et pro eo facit quod inquit Bart. *in d. l. 2. §. si quis iudicio, ff. si quis caut.* vbi
14 dicit quod impeditus † ex causa in iusta tenetur mittere procuratorem. *l. Papinianus exuli. ff. de minor. las. in d. §. si quis iudicio num. 7. in fi.* & nemo debet facto alterius prægrauari, *l. non debet alteri. ff. de reg. iur.*

Pari modo excusatur mater à lactando filio,
15 quando est egena & pauper, † ita quod victū quærere cogitur laboribus suis, *ita tenet Iacob. Beluis. in l. alimenta, C. de neg. gest. vbi eum sequitur Bald. per text. in l. sed etsi hæreditas, §. 1. ff. ad exhiben. hoc idem voluit Anan. in cap. fin. nu. 10. de conuers. infidel. Abb. in d. c. cum haberet num. 10. de eo qui dux. in matrim. quam pollu. per adult. hoc etiam tenent Castr. Florian. Ale. & Aret. in d. l alimenta & Bald. in d. l. sed & si hæreditas §. 1. & in l. nec filium. C. de patr. potesta. Bologn. in cons. 8. Salic. in l. præses C. de seru. & aqu. Didac. d. epitom. sponsa. par. 2. cap. 8. §. 6. nu. 13. Neuiza. in sylua nupt. lib. 3. nu. 26. vbi multos allegat, Benincas. in tract. pauper. in 7. princip. quæst. in 2. specia. iudic. nu. 32. Paleot. in tract. de noth. spur. cap. 48. nu. 1. Lancello. Galli. in consuet. Ale. in ver. solidos. quæst. 6. nu. 142. in fi. Cordub. in d. §. si mater, nu. 5.* Et ratio est, quia primum mater debet suis operis seipsam alere, & se vitæ filij præponere, vt diximus de patre & aliis, *argumento, l. præses. C. de seru. & aq.* Quod
16 si pater velit alimenta præstare matri, vt possit filium propriis nutrire † vberibus, cogetur mater id facere secundum Didac. *d. §. 6. num. 13.* Hoc tamen non habet dubium, quando pater habet, vnde vxori alimenta ministret, at si pater sit pauper aliud est.

Item prædicta procedunt in filio iam in lucem edito etsi adhuc sit in ventre, licet mater ipsa im-
17 mediatè alat, tamen mater est à curatore hæreditatis alenda, vt possit ventrem nutrire, vt est text. notandus *in l. curator. ff. de vent. in possess. mitten.* vbi dicitur, quod videntur alimenta præstari ventri, non matri. Ideo debentur, etiamsi mater habeat aliunde. Et pro singulari casu ponit Aman. *sing. 7. & dixi in tit. quibus alimenta debentur, Vital. in loco infra allegando, vers. secundum quod tenetur.*

Alius est casus, in quo filius intra triennium alitur communibus expensis parentum, non autem solius matris, quando scilicet matrimonio bona fide contracto conceptus est filius, deinde
18 † verò matrimonium dissoluitur detecto impedimento. Ita probat text. *in c. 2. in fi. ibi de parentum facultatibus nutriantur, extra qui fil. sint legitimi. vbi gl. fin. & ibi Præpos. in fi.* & quia ille textus non distinguit de ætate filij, ideo generaliter intelligi debet de minore triennio. *l. de pretio, ff. de Public.* Atque ita declarat Vital. *in tracta. clausul. in tit. an poss. renunc. alimen. col. 6. vers. tertius cum natus est.* Hoc autem deducitur ex verbis illius textus, qui de vtroque parente mentionem facit, sed nisi ratio aliud suaderet, hoc fundamentum parum prodesset, quiatex, dum facit de vtroque parente mentionem intel-
19 ligeretur distributiuè, † *vti textum in d. c. cum haberet, intelligit Paleot. in d. tracta. c. 48. num. 6.* Sed pro matre stat ratio, quia resoluto matrimonio, filij bona fide suscepti non debēt esse magis graues matri, quam patri, sed eorum onus communiter ferendum est, quæ ratio si esset vera, confirmaret opinionem Abb. *in d. c. cum haberet, de qua dixi in tit. quibus præstan. sint alimen. dum ago de matre.* Rursus mater filio siue legitimo, siue naturali negabit iu-
20 stè † alimenta omnibus iis casibus, quibus licet patri alimenta denegare filio: non enim, *vt sæpe dixi* ad imparia iudicantur, nec magis est obstricta mater, quàm pater, & in matre eadem omnino versatur ratio, quæ in patre, proinde idem ius esse debet, *l. illud, ff. ad leg. Aquil.*

SVMMARIVM.

1 *Pater exhæredari potest à filio ex omnibus causis, quibus filius potest exhæredari à patre.*
2 *Filius occidens patrem ingratum non punitur pœna parricidij.*
3 *Pater cogitur filium emancipare quando commisit vnam ex causis propter quas potest exhæredari.*
4 *Pater facilius cogitur emancipare filium, quam ei permittatur illum exhæredare.*
5 *Alimenta officio iudicis non debentur ei, qui potest aliunde viuere.*
6 *Correlatiuorum idem est iudicium.*
7 *Pater dives non est alendus à filio.*
8 *Pater, qui ex arte, & industria viuere potest, non est alendus à filio.*
9 *Nemo tenetur proprium victum arctare, vt alij subueniat.*
10 *Filius pauper non alit patrem pauperem.*
11 *Filius patris debitor non conuenitur vltra quam facere possit.*
12 *Pater potest à filio impunè occidi, quando est hostis patriæ.*
13 *Patri denegantur alimenta à filio, si est hostis patriæ.*
14 *Patriæ potius quàm patri parendum est.*
15 *Patri bannito non denegantur alimenta à filio, etiamsi habeatur pro hoste, nisi immediatè patriā offenderit.*
16 *Propter quod vnumquodq; tale, & illud magis.*
17 *Pater damnatus læsæ maiestate non habet alimenta à filio.*
18 *Pater veniens contra patriam, perdit patriam potestatem, quam habet in filium.*
19 *Proditor etiam occultus occidi potest.*
20 *Patri hæretico filius non præstat alimenta.*
21 *Crimen læsæ maiestatis humanæ, & diuinæ æquiparantur.*

22 *Vxorem hæreticam maritus expellere potest.*
23 *Filius relinquere quomodo posit patrem, & matrem, vt habitet cum vxore, vide ibi.*
24 *Filius magis cogitur subuenire patri, quam vxori*
25 *Patrem hæreticum alit filius, quando extrema laborans inopia esset fame periturus.*
26 *Excommunicatus non est alendus, nisi esset fame periturus.*
27 *Patri qui publicã pacem turbauit iustè à filio negantur alimenta.*
28 *Alendus nemo est de bonis sibi per delictum ablatis.*
29 *Cap. 1. §. si quis hominem, de pace tenen. quomodo intelligatur.*
30 *Pater qui propter dissipationem cogitur bona fideicommissi ante tempus restituere filio amittit vsumfructum.*
31 *Pater non habet vsumfructum in bonis, quæ grauatur ex fideicommisso restituere filio.*
32 *Filius non dicitur acquirere ea, qua pater assignat in causam alimentorum, quia possunt semper auferri.*
33 *Fructus feudalium separati à solo non sunt feudales, sed allodiales.*
34 *Fructus pendentes à Calendis Martij ad Calendas Septembris pertinent ad hæredem vasalli.*
35 *Pater qui non curauit filium in arte aliqua erudiri, nõ alitur à filio, & ibi de veritate.*
36 *Qui non facit quod debet non recipit quod oportet.*
37 *Pater etiam qui nihil promeruit, tamen ob generationis beneficium ali debet à filio.*
38 *Patrem non alit filius impubes, & ibi de veritate.*
39 *Pupillus ignorat quidquid videt.*
40 *Filius emancipatus tenetur alere patrem egentem.*
41 *Ratio eadem vbi militat idem ius esse debet.*
42 *Pupillus ligatur obligatione legis, licet non contractu.*
43 *Minor obligatur ex causa dotis, & contra eum militat tacita bonorum hypotheca.*
44 *Filius erga matrem pari obligatione tenetur, qua est patri obligatus.*

QVÆSTIO XIIII.

PAtri alimenta fore præstanda à filio diximus supra, id tamen declaratur nonnullis modis, & primo quidem generaliter ex his omnibus causis, ex quibus filius potest patrem exhæredare, *vt est tex. in §. victum autem, col. antepen. in Auth. vt cum de appellat. cognosc.* vbi dicit patrem exhæredari † posse à filio omnibus ex causis, pro quibus filius potest hæreditate priuari à patre, & sicuti filius ob causas prædictas perdit ius filiationis, ita pater perdit ius patriæ potestatis, etsi à filio occideretur, † non posset plecti pœna parricidij *secundum Bar. in l. diuus ff. ad leg. Pompe. de Parricid.* habetur enim pro extraneo, *Iaſ. in l. ius autem ciuile, num. 28. ff. de iust. & iu. vbi dicit esse perpetuo menti tenendum, & non legisse alibi, Præpos. in c. cum haberet, num. 8. de eo, qui dux. in vxo. quam pollu. per adulter. Didac. in c. Rain. in princ. n. 21. ver postremo omittendum, extra de testam. Eman. à Costa in l. Gallus in §. & quid si tantum, par. 3. nu. 157. ff. de liber. & posthum.* Supra autem in principio huius partis regulam cõstituimus, quod ex eisdem causis alimenta denegari possunt ex quibus exhæredari filius potest, qua ratione sustineri potest sententia Dida. *in Epitom. de spons. par. 2. cap. 8. §. 6. nu. 17.* dum declarat legem regni, quidquid contra eum conetur adducere Cordub. *in l. si quis à liberis. §. idem iudex, nu. 3. & seq. ff. de li. agnos.* Et improbatur eadã ratione Cord. *num. 8.* dum vult iure inductum regia lege, quod ingrato patri non denegentur alimenta, licet cõtrariũ sit in ingrato filio. Quamuis enim plus patri filius debeat quam filio pater, lex tamen ciuilis eandem ob causam vtrunq; indignum statuit alimẽtis, & eorum conditionem in hac parte exæquauit. Addo quod vt dixi pater perdit ius patriæ potestatis committendo aliquam ex dictis causis, & ideo † cogi potest filium emancipare *secundum Cuman in cons. 82. inspectis causis.* leuior enim causa sufficit ad cogendum patrem emancipare filium quàm † ad patrem exhæredandum, vt notatur *in l. si vni legatum. ff. de cond. & demonst. & in §. & hoc quidem, in Auth. vt cum de appellat. cognosc.* Cũ ergo ex causis ibi enumeratis pater exhæredari possit, ex eisdem cogi poterit ad emancipandum, *sequitur Iaſ. in l. filius matrem, in fi. C. de inoff. testam. Didac. in c. Rain. in princ. nu. 21. ver. postremo, extra de testam.*

Declaratur secundo loco, vt filius non cogatur parentem exhibere, qui aliunde habet, quantum sibi pro alimentis sufficiat, quia vt sæpe dixi patri debentur alimenta iudicis officio, & ex æquitate: at generalis est propositio, † quod non debentur ei, qui aliter viuere potest, quando debentur solo iudicis officio, *l. qui filium. ff. vbi pupil. educ. deb. l. si quis à liberis. §. de alimen. ff. de liber. agnoscen. Alex. in cons. 48. nu. 2. vol. 3. & in cons. 27. nu. 3. vol. 4.* Et inquit Rofred. *in quæst. Saba. 26. nu. 12.* non reperiri iure cautum, quod diues petat alimenta, sed id solum licet pauperi, & misero, etsi ea de causa negari possunt filio *l. si quis à liberis. §. sed si filius, ff. de lib. agnosc. cum aliis supra adductis in princ.* Quare non idẽ seruabitur in patre, cum sint † inuicem correlatiua *l. 1. C. de cupress. lib. 11.* & eadem regula diffiniantur. Et in specie quod patri diuiti denegari possint alimenta, † ponit Ascan, Clem. *in tracta. de patr. potesta. effect. 17. num. 6. vbi allegat Corne. duobus in locis, qui tamen hoc non dicit. idem tenuit Caualcan. de vsufruct. mulie. relic. num. 189. Lancello. Gall. in consuetud. Alex. in ver. solidos, quæst. 6. num. 32.* vbi pariformiter determinat in patre & filio.

Et procedit hoc etiamsi pater non habeat bona, sed sit opifex vel industrius qui ex arte possit sibi victum quærere † *vt ponit Cord. in d. l. si quis a liberis §. sed si filius num. 124.* vbi optima id confirmat ratione; nam in filio alendo concurrit iuris naturalis impulsus, quo iure distincta non erant rerum dominia, ergo fatendum est quod ex industria erat alendus, etsi filium quis ex industria alere tenetur, quanto magis debebit ex ea victum sibi quærere, cum sibi quisque plus debeat, quàm alij, *argumento l. præses, C. de seru. & aqu.* Et confirmatur hæc conclusio, quia idem vidimus supra in patre erga filium & passim obseruari poterit ex his quæ in fine ponam.

Restrin-

Restringitur tertio in filio, qui vix habet pro se ipso, is enim non alit patrem: ordinata enim charitas à seipso incipit, *d.l. præses.* Ideo pater inops,& qui habet, nisi pro se nõ tenetur alere filium.*l.pen.ff.de liber.agnosc.& dixi supra*, & sibi victũ
9 coarctare † nemo tenetur, vt quemcumq; alium alat etiam matrem, *Bald.in l.1.§.officio in fi.ff.de tutel. & ratio.distrah.Natta in cons.387.num.8.* Et in termi-
10 nis † de filio inope ita tenuit Caualcan. *in tract.de vsufruct. mulie.relic.nu.189. & Lancello.Gall.in consuet. Alexand.d.ver.solidos,quæst.6.num.142.* Et hoc voluit Nicol.de Neap.*in §.sed etsi quis, & eum sequitur Ias. Institu.de actio.* Dicit enim,quod filius habet à iure beneficium, ne conueniatur vltra quàm facere
11 † possit,deducto ne egeat, *sequitur Alciat.in tracta. præsumpt.reg.1,præsump.25.num.4.* Et dixi supra *in tit. quibus debeantur alimenta*,dum sermonem habui de his,qui non exigũtur vltra, quàm facere possint, & hoc casu, an deducantur alimenta habito respectu ad proprietatem, vel ad redditus, & an secũdum dignitatem, vel secundum indigentiam, dicam *in titulo, qualiter alimenta sint præstanda.*

Quarta causa iusta denegandi patri alimenta est,si pater venerit contra patriam.Ideoque illius hostis iudicatus sit,tunc enim non est alendus. Si
12 enim filio licet illum in dicto casu † occidere *l. minimè.ff.de relig.& sump funer.* ergo & alimẽta negare.*argumento l.necare ff de liber.agnosc.* paria enim sunt occidere & negare alimenta, *vt in d. l. necare,*
13 *& c.pasce morientem 86.distinct.* Et † hoc voluit Alexan.ad Bar.*in l.si quis à liberis. §. sed vtrum. ff. de liber. agnosc.* vbi per *d. l. minime*, concludit, quod filius non alit patrem ea de causa bannitum, quod venisset contra patriam,*sequitur Tiraq.in tract. de pœn. temper.cau.20.nu.11.* Et prædictorum ratio est,quia
14 cæteris paribus parendum est patriæ potius † quã patri,si non potest vtriusque pareri *l.post liminium §.filius.ff.de captiu.& ita concludunt communiter Doctores vt post Io.And.& Alber. dicit Ias.in l.1. §. huius studij, quæ est l.veluti,num.13.vbi Clau.col.fin.de iust.& iu.* Et dicit Cicero.*lib.3.offic.* quod si ad perniciem patrię res spectabit patriæ salutem anteponet filius saluti patris. Hanc quoq; sentẽtiam probauit Ascan. Clem.*in d.tracta.de patr.potest.effec.17.num.7 limitat. 3.Bald.nouel.in l.si constante.num.50.ff.solu. matr.* vbi quod filius non alit patrem bannitum tamquam hostem patriæ,*Cordub.in d.l.si quis à liberis.§.sed vtrũ, num.17.& in §.etsi impubes num. 9. Didac. pulchrè in c. Rainutius,in princ.num.9.de testam.vbi allegat Abb.Fortun.Dec.& Rip.* Et subdit post Cicer. Plutarch. & alios,quod in pari necessitate & periculo subueniendum est potius patriæ quam patri, quia non tantum parentibus, quam patriæ nascimur. *l. 1. §.& generaliter.ff.de vent.in possess.mitten.* negat tamẽ licere filio bannitum patrem occidere quod etiam repetit *in epitom. de sponsa.par.2.ca.7.§.2.num.5.* vbi etiam dicit, licere filio occidere patrem venientem contra patriam.

Et ex eius dictis colligitur declaratio ad limitationem, de qua agimus, vt intelligamus de patre,qui venit contra patriam atque ea ratione est bannitus,& patrię hostis declaratus,secus autem, quando ex homicidio, vel alio delicto, quod principaliter non tendat ad patriæ offensionem bannitus esset, licet foret declaratus hostis patriæ, vel ex statuto, aut ordinibus prouinciæ reputetur hostis.Hoc enim casu erit alendus, *vt dixi supra in quæstione, an pater bannitus alatur à filio.* Et
15 quamuis Didac.ad hoc nihil alleget,tamen † hoc voluit Nellus *in tracta. bannit.in 1.par. 2. tempor.nnmer.48.quæstio.48. vbi allegat Ang. & alios pro declaratione huius conclusionis & eum sequitur Duen. in reg.68. bannitus ex forma, limitat.10. vbi ita intelligit dictam l. minime, atque hoc modo conciliat contrarias Doctorum sententias.*

Quæ autem dicta sunt de patre bãnito eo quod venerit contra ciuitatem, procedunt etiam in eo, qui crimen commisit læsæ maiestatis, quia filius illi negare potest alimenta, *argumento l.quisquis,C. ad leg. Iul.maiest.* quia si ob patris delictum filius in eo crimine priuatur alimentis vt ibi, multò magis priuabitur pater qui est in delinquendo prin-
16 cipalis,nam † propter quod vnumquodque tale,
17 & illud magis,*aut multò magis.C.de sacros.eccles.* † *arguit Io.Annib.in l.post contractum,nu.266.ff.de donatio. atq; ita determinat Cordub.in d.§.sed vtrum, nu.16.* Sed illa lex non hoc probat: loquitur enim de alimẽtis filio præstandis à fisco de bonis patris ob crimen læsæ maiestatis publicatis,& in illis terminis siue agamus de alimentis filio negandis, siue pãtri, vtroque casu potest sustineri,quia pater,*vt dicam infra*,non est alendus de bonis sibi ablatis per delictum,filius autem tamquam patri similis excluditur,vel etiã,vt territi parẽtes atrocitate pœnæ etiam ad alios transeuntis abstineant à simili delicto,ne filios ad extremam inopiam deducãt, at hic non agitur de alendo patrem ex bonis confiscatis, sed ex bonis filij in quo viget ratio obligationis, & meritorum à patre collatorum, qui etsi malus sit & legum contemptor, pater tamen est, vt dicitur *in §.si verò contigerit,in auth. de nupt.* & cui semper sancta & religiosa videri debet persona patris,*l.liberto.ff.de obseq.li.* melior ergo ratio est quia pater veniens contra patriam perdit ius pa-
18 triæ † potestatis,seu verius patrium ius,*vt dicit Bar. in l.diuus.ff.de parricid.* Item quia princeps est caput patriæ, ideo qui committit in principem,videtur patriam offendere, intellige tamen quòd in prædictis casibus sufficeret probari patrem fore hostem,proditorem,aut rebellem, nec est necesse,quod sentẽtia declaratoria fuerit iam lata,quia
19 proditor etiam occultus † occidi potest, ergo & ei denegari possunt alimenta *vt late probat Ruin. in cons.4.per totum,vol.1.* vbi defendit impunè potuisse Cardinalem Papiensem occidi à Duce Vrbini, licet non foret condemnatus de crimine proditionis, *sequitur Gigas in trac.de crimine læsæ maie.in 1. li.in prin.q.5.nu.20.& seq.* Et hac ratione vidi ab excellẽtissimo senatu absolui Ioannem Codronum inquisitum, quod tempore belli, quem pluribus illatis vulneribus confodisset: probauit enim me causam defendente,quod occisus ille cum Hispanorum stipendia mereret,Gallis notificabat secreta patriæ,atque ita erat proditor.

Denegari item possunt alimenta patri hæreti-
20 co, † quia si illis priuatur, quando offendit patriã, vel principẽ *vt proxime dixi*, quanto magis priuandus erit, quãdo in Deum omnium patrem & dominum cõmittit, *ita arguit diuus Bernard. super Cantica*. Et licet de vno arguere ad aliud † crimen, *gl. in l. mutuum. ff. de acquir. hared. in l. Manichæos, in ver. debet C. de hæretic. Cor. & Salic. in auth. Gazaros, C. eod. tit. infinitos allegat Gigas in d. tract. li. 3. in tit. de plur. & var. quæst. q. 15. num. 8.* qui *n. 11.* dicit argui hoc modo de
21 minori ad maius quod est licitum, allegat Igne. *in l. necessarios §. non alios, n. 45. ff. ad fillian.* Quia si quid permittitur in crimine lesę maiestatis, multò magis in crimine hæresis licebit, quia maior est offensio in Deum, quam in principem, facit quia si
22 licet † vxorem repellere quæ sit hæretica *c. vxor, in fi. 28. quæst. 1. glos. in ca. si Episcopus, de hæretic.* & tamen propter vxorem relinqui debẽt parentes ex prẽcepto Euangelij, *ita arguit in proposito Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. et si impubes, num. 10. ff. de lib. agnoscen.* sed postremũ hoc argumentum non concludit,
23 quia quod dicitur, *relinquat patrẽ † & matrem, &c.* intelligitur non quoad subuentionem, sed quoad coniunctionem carnis, & cohabitationem, *vt declarant Thom. in 2. 2. quæs. 26. ar. 11. & in 3. distinct. 29. quæst. 7. Garzias in l. veluti, num. 36. & seq. ff. de iust. & iur.* respectu enim alimẽtorum tenetur filius ma-
24 gis † subuenire patri quam vxori, *vt prædicti volunt, & probat ipsemet Cordub. in d. l. si quis a liberis. §. si quis ex his, nu. 74.* Et quamuis dixerim *in tit. quibus debeantur alimenta*, patrem etiam hæreticum alendum esse à filio, intellige illud procedere quando esset in extrema necessitate, ita quod periturus sit fa-
25 me, *ita † resolut Cordub. d. §. et si impubes, num. 10.* Et ratio est, vt possit ad fidem redire, vt de excommunicato dicimus, cui neganda licèt regulariter sint alimenta, tamen quando esset fame perituro
26 rus, & in extrema constitutus necessitate † alendus est, *glos. fin. in fi. in c. pastoralis §. verum, de appella.* quam sequuntur omnes, *vt inquit Præpos. in c. præter hæc, num. 9. 32. distinct. Abb. in d. §. verum. num. 16. & dixi in quæstione an clerico suspenso, depositi vel excommunicato debeantur.*

An verò patri negari possint alimenta, qui pa-
27 cem publicam turbauit, † text. *in c. 1. §. si quis hominem. de pace tenen. & eius violato.* videtur probare quod liceat & ibi hoc not. Bal. *nu. 7. & Afflict. nu. 22.* atque ita tenet indistinctè Cordu. *in d. l. si quis à liberis. §. sed vtrum, num. 14.* Verum alius est sensus dicti textus, quem explanauimus supra in quæstione, an patri bannito præstanda sit alimenta, non expedit repetere.

Septimo iustè filius recusabit patrem alere de bonis, quæ ob delictum fuerunt patri ablata & filio applicata per legem vel principem. *ita Bald. in auth. bona damnatorum, nu. 4. C. de bon. proscrip. vel damnat.* vbi dicit generaliter, quod nemo † alendus
28 est de bonis sibi propter delictum ablatis, allegat text. *in d. c. 1. §. si quis hominem, de cuius intellectu supra proximè memini*, & qui, vti alias declaraui, loquitur in bonis, ea lege filio expresè concessis, ne posset ex eis patrem alere nisi hoc inde colligatur, quia cum omne pactum in principe iustum præsumatur, & quod princeps dãdo bona filio addidit pa-
29 ctum, infertur quod illud sit † iustum etiam pacto cessante, id quod innuit Socin. *in cons. 124. nu. 4. vol. 3. vbi sequitur Bald. in loco prædicto, idem voluerunt Martin. Lauden. Aluar. & Card. Alexan. in d. c. 1. §. si verò violator, de pace tenen. prout eos refert & sequitur Tiraq. de retract. conjang. §. 1. gl. 9. nu. 30. Io. Lup. in c. per vestras, in 1. notab. §. 19. in fi. folio mihi 109. de donat. inter vir. & vxo. dixi in cons. 116. nu. 25. addo Roman. in l. si verò, §. de viro, num. 39. ff. solu. matrimo. decis. Pedem. 124. num. 7. Ascan. Clem. in tract. de patr. potest. effect. 17. num. 7. limit. 2. Cordu. in d. §. sed vt, nu. 15. idem Lupin. in rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 64. num. 13.* Et pro hac decisione facit text. *in l. Imperator, ff. ad Trebel.* vbi dicitur, quod pater qui propter suam culpã priuatur bonis, id est qui ideo cogitur ante tempus restituere filio bona fideicommisso subiecta, quia illa dissi-
30 pabat, † amittit vsumfructum, qui regulariter patri competit in bonis filii aduentitiis, *ita Castr. ibi nu. 4. Alexa. nu. 5. & sequuntur cæteri.* Item dicit Cuman. *in l. cum filio, ff. de leg. 1.* quod vbi pater grauatur filio restituere, tunc non habet vsumfructum
31 in illis bonis, † *& dicit Aret. ibi. col. 7. ver. aliam tamen opinionem, quod id sibi placet Castren. num. 18. Soc. nu. 31. Ias. num. 151. Bald. Nou. num. 22. Bauer. nu. 118. in fi. Soc. iun. num. 22. vbi communem dicit, Rip. nu. 68. & sequuntur alij, quos citaui in d. cons. 116. nu. 32.* difficilè enim fit reflexio cum semel benè exiuere patris manũ & potestatem, alias quodammodo pater non videretur ea bona amisisse si incontinenti ex eis cõmodum alimẽtorum consequeretur, sicuti filius non videtur acquisiuisse † quod sibi à patre ali-
32 mentorum causa posset auferri, *l. omnes, §. 1. ff. de reg. iu. l. non videtur, ff. de acq. poss.* & in *l. non videtur quisquam. ff. de reg. iu.* dicitur, quod non videtur capere, quod ei necesse est alij restituere *& plura ponunt ibi Dec. & Cagnol. Tiraquel. de retract. conuention. §. 2. gl. vnica, nu. 9.*

Posset fortè alicui videri superflua limitatio hæc, quia cum filius teneatur patrem alere, non curat pater quod ex illis potius quàm ex aliis bonis præstentur alimẽta iuxta illud, *vnde veniat quærit nemo, sed oportet habere*, sed vtilis est eoque tendit vt si filius aliud non haberet præter bona patri ablata, non teneretur alere patrem, sicuti non teneretur si ex aliis bonis, perciperetur redditus solummodo sufficiens ad alimenta filij, quia bona ablata in supputatione alimentorum non veniũt ac si non ea filius haberet.

An autem patri sint præstanda alimenta à filio de bonis feudalibus, vel emphiteuticis, vel fideicommisso subiectis, dicam in titulo, *qualiter alimenta sint præstanda*, nunc autem reticendum non est, quod etsi non possint alimenta constitui ab homine super dictis bonis, tamen filius, qui patrem exhibere legis cogitur dispositione, teneretur de fructibus feudalium emphyteuticorumq; bonorum, & aliorum, quæ etiam restitutioni sunt subiecta patrem alere, quia fructus bonorũ feu-
33 dalium postquam sunt † à solo separati non sunt feudales, sed allodiales, *cap. 1. an agna. vel fil. Bald. in cons.*

cons.33.vol.1.Boer.in decis.199.nu.7.Rol. in cons.54.nu.
34 *30.vol.3.* imo etiam qui pendent sunt allodiales † à Calendis Martiis vsque ad Calendas Septembris, ideoque si intra dictum tempus moriatur vasallus illi cadunt lucro hæredis, & in satisfactionē creditorum, *Bald.in c.1.nu.8.de succes.feud.in cons.46.nu. 17.Boer.d.decis.199.num.7.Io.Baptista Surdus in d.c.1. in agna.vel fil.nu.36.* vbi tamen se remittit ad ea quæ dixit *in cap.1.§.his consequenter, hic finit lex Feder.* sed illæ lecturæ non prodierein lucem ob eius mortem, vereorq; ne alij fruantur eius labore, & gloria, illiusq; nomen à multa lectione, ingenio, & subtilitate recolendum subticeant, neminem accuso, scio tamē illius scripta ad quē peruenerint.

Denegantur octauo alimenta patri, qui non
35 curauit filium aliqua arte erudiri: † ita enim lege solenni sancitum fuerat, *vt Plutarch. refert in vita Solon.folio 6.quem citat, & sequitur Ias.in l.quidam cum filium, num.33.ff.de verb.oblig.* & Heli Sacerdos cecidit, & supinus interiit, quia filios in disciplina, & correctione non erudiuerat, *vt per August.relatum in c.legant Episcopi, distinct.37. Et hanc declarationem sequitur Ascan. Clem. in d.effect.17.numer.7.ver.limita quarto.* Et non mirum, quia cum pater teneatur impensas necessarias facere pro edocendo erudiendoque filio, *argumento l.de bonis, §.non solùm, ff. de carbon. edic. & ponam suo loco*, in eoque deficiat, non meretur quod filius ex parte sua debitū exol-
36 uat, qui † enim non facit quod debet non recipit quod oportet, *l.Iulianus, §.offerri, ff.de act.emp.l. quæro.§.inter locatorem, vbi Bar.ff.loca.glos.in l.cum proponas, la 2.vbi Bar.Bald.Alex.an.Ias.Cur.sen.& alij, C.de pact.Ruin.in cons.143.num.8.volum.4.Socin.iun.in cons. 77.num.142.vol.1.D.Becius in cons.45. nu.6.* sed Cordub, *in d.l.si quis à liberis, §.sed si filius, num.135.ff.de lib. agnosc.* dicit hoc non recipi in Christiana Republica, quia patri alimenta debentur ratione naturali, & dicta lex repugnat pietati debitæ erga patrem, ac reuerentiæ quæ illi à filio exhibenda est, atque ita recedit à Solonis sententia, verum eius rationes leues sunt, quia illis non obstantibus vidimus supra multis in casibus alimenta denegari patri. Hoc autem vnum quærendum est an iusta sit causa denegandi, quia pater neglexerit filium bonis artibus imbui? Et mihi videtur non esse iustam, quia eo ipso, quod pater filium genuit, & in esse produxit, obligatur filius erga patrem tā stricto vinculo, vt nullis omnino meritis dissolui possit, *vt dixi in tit.quib.debeantur alimenta, in quæst. cui magis debeantur patri, an filio.* Et per eam rationem concludit Garzias *in l.1.§.ius naturale, ff.de iust.*
37 *& iu.in fi.* quod etsi pater nihil omnino † filio benefecerit, nullumq; omnino aliud contulerit beneficium præter generationem, adhuc esset alendus, quia secūdum eum pater est, & natura id parentibus deberi ostendit: nisi respondeatur, quod etsi non conferendo beneficium alimentis minimè priuetur, tamen priuatur, quando iniuncto muneri non satisfacit, atque ita filium non curat artibus erudiri, nam qui non benefacit non demeretur, at qui malefacit meritum perdit.

Nona causa denegandi alimenta patri est,
38 quando filius impubes † est, & vsum rationis non habet, *vt clarè tenet Ioan.de Lignano in tracta. de amicit.§.surgit, numer.4.quem citat & sequitur Ascan.in d. tract.de pat.potest.effec.17.num.7.limitat.5.* ea enim æ-
39 tas ignorat † quidquid videt, *l.si infanti, C.de iu.deliber.l.1. C.de falsa monet.* ego miror de hoc dicto, quia habemus in contrarium textum expressum *in l.si quis à liberis, §.si impubes.ff.de lib.agnos.* vbi dicit iniquissimum esse patrem agere, cum filius sit in facultatibus, & loquitur in fortioribus terminis,
40 id est in filio emancipato † qui non ita erga patrē tenetur vti filius in potestate, notat gl. *ibi in ver.impubes, & Bar.& alij præcipuè Cordu.nu.1.ad idem est tex. in l.1.§.sed nonnullis, & §.de seruis, ff.de tutelis.* & in impubere militat eadem ratio obligationis erga patrem, quæ subest in pubere, & eadem est genera-
41 tio, eadem naturalis ratio, ergo † idem ius esse debet, *l.illud ff.ad leg.Aquil.* accedat quod ista obligatio, qua filius tenetur erga patrem descendit à le-
42 ge, ergo † obligat etiam pupillum, vt est text. *in l. conditionibus pupillus, vbi illum notat Bar.ff.de condit. & demonst.num.4.* dicit enim quod non ipse minor, sed lex obligat. Et hunc textum dicit singularem Aret. *in l.si ita quis, §.ea lege, col.2.in 1.notab. ver.facit etiam ista gl ff.de verbo.oblig.Ias.in l.si constante, nu.210. & seq.* & facit quod voluere Bald. Ang. Roman. & Alex. *in dicta l.si constante*, vbi Ias. *d.nu.210.* quo vo-
43 lunt, quod etiam minor † obligetur ex causa dotis priuilegio tacitæ hypothecæ, quia est obligatio legalis nō hominis. Et est communis opinio, secundum Ias. ibi & Negus. *in tracta. de pignor. in 4. membro 2.par.num.73.* Hinc videmus quod obligatio patris descendit in infantem hæredem, benè fateor, quod si fortè imposita esset pœna filio non alenti patrem, excusaretur impubes, quia ipse nihil delinquit.

Supradicta in patre, procedūt & in matre, quia
44 pari obligatione † tenetur filius erga patrem, & matrem, *Bald.in l.furiosa.ff.de curat.furio.* Ideo eisdem ex causis denegantur matri alimēta, quibus patri non debentur.

Procedunt item prædicta in filiis naturalibus, qui non tenentur erga patrem in prædictis casib. quia in eis non tanta est obligatio, quanta tenentur legitimi, & naturales, proinde si legitimi non tenentur, multò minus obligantur naturales.

Vendicant item locum in hæredibus filij, vel etiam econtrà in hæredibus patris.

SVMMARIVM.

1 *Fratri alimenta denegantur ex omnibus illis causis, quibus filius potest exhæredari.*
2 *Fratri alimenta non sunt præstanda à fratre, cui fuit ingratus.*
3 *Frater potest querelare testamentum fratris, in quo turpis persona est instituta.*
4 *Frater ingratus non impugnat testamentum, etiamsi turpis persona fuerit instituta.*
5 *Frater ingratus an succedat fratri ab intestato.*
6 *Ingratitudo non obiicitur ab hærede filio quem pater non appellauit ingratum.*
7 *Ratio, quæ sola potest allegari, habetur pro expressa.*

8 *Præteritio filij sine causa facta sustinetur, quando hæres probat iustam causam.*
9 *Expressum dicitur quidquid disponens dixisset, si fuisset interrogatus.*
10 *Testamẽtum, qui impugnat facilius excluditur, quam veniens ab intestato.*
11 *Frater qui dilapidauit bona sua, non est alendus à fratre.*
12 *Necessitas ei non prodest, qui sua culpa incidit in illã.*
13 *Paupertas ei non prodest, qui ob maleficium factus est inops.*
14 *Mali homines debent egestate laborare.*
15 *Fratri diuiti non sunt præstanda alimenta à fratre.*
16 *Frater opifex, vel qui ex arte, & industria viuere potest, non est à fratre alendus.*
17 *Frater an teneatur exire prouinciam pro alimẽtis, antequam grauet fratrem.*
18 *Facere qui potest vt habeatur, videtur habere.*
19 *Impeditus non dicitur, qui potest remouere impedimentum.*
20 *Alienare videtur, qui non acquirit cum potest.*
21 *Patria ibi dicitur, vbi extat bonum.*
22 *Frater secundogenitus alendus est a primogenito, etiam quando habet aliunde.*
23 *Legatum factum secundogenito à patre non videtur factum animo compensandi cum vita militia.*
24 *Fratri secundogenito habenti aliunde, non debentur alimenta a natu maiori.*
25 *Primogenitus non alit secundogenitum, qui habet aliunde.*
26 *Vita militia succedit loco portionis, quam secundogenitus habere debet in feudo.*
27 *Alimenta iure actionis etiam à lege debita diuiti quoque præstanda sunt.*
28 *Compensatio non fit de debito vnius cum relicto facto ab alio.*
29 *Legatum factum filio à patre compensatur, cum vita militia eidem debita.*
30 *Alimenta alij præstare non tenetur, qui vix habet pro seipso.*

QVÆSTIO XV.

CErtæ etiam causæ sunt, quibus frater potest alimentis priuari, & ea in primis, quando causam aliquam commisisset ex iis, quibus filius potest exhæredari per ea, quæ dixi supra in patre & filio, & quia si illæ causæ sufficiunt ad exclusionem patris & filij, sufficiunt multò magis ad denegandum alimenta fratri, qui non ita coniunctus est, & cui non tam strictè debentur. Et in
1 terminis † hoc voluit Bart. *in l. diuus, ff. ad leg. Pomp. de Parricid. in fi.* vbi loquitur generaliter in omnibus collateralibus, *sequuntur eum Ias. & alij supra in dictis locis citati.*

Infertur ideo quod fratri ingrato præstanda
2 non sunt † alimenta, *ita concludit Cordub. in d. l. si quis à liberu. §. idem iudex, nu. 37. ff. de libe. agnoscen.* Et vera ratio est, quia si ingrato filio non tenetur pater subuenire, *d. §. idem iudex,* vbi Cordub. *nu. 4. & seq,* allegat concordantes, quare non ea de causa denegabuntur fratri ingrato, cui sunt minus debita. Ipse verò aliam assignat rationem, quia etsi fra-
3 ter possit fratris testamentum † quærelare, in quo turpis persona est instituta. *l. fratris, C. de inoffi. testã.* tamẽ si ipse committat ingratitudinem non im-
4 pugnabit † testamentum, *vt in §. ingratitudinem, in Authen. de nuptiis,* & arrepta occasione disputat an frater ingratus fraterna hæreditate priuetur, quãdo non ex testamento, sed ab intestato delata fuit. *In qua quæstione Bart. in d. l. fratris, nu. 6.* vbi Bal. *nu. 11.*
5 *quos † sequuti multi citati à Didac. in cap. Rain. in princ. nu. 2. de testam. Vasq. de successio. creat. lib. 3. §. 30. nu. 179. Gomez. de testam. c. 11. nu. 10. & Cordub. loco prædicto, nu. 46. dicit communem, tenet quod non,* licet contraria opinio fuerit lege regni approbata, quæ opinio, etsi plures habeat authores, & multis adductis rationibus confirmetur, ea tamen videtur præcipua, quia pater non faciẽdo testamentum, vel eo facto si non exhæredat adiecta causa ingratitudinis videtur remittere iniuriã. Alia est ratio, quòd videtur pro forma requiri quod filius exhæredetur expressa causa, aliàs non valeat exhæredatio etiam si hæres causam probare velit. Tertio est tex. *in l. omnimodo, C. de inoffi. testam.* vbi non licet ingra-
6 titudinem † illi obiicere, quem pater non appellauit ingratum, *Costa in l. Gallus, §. & quid si tantum, numer. 168. ff. de libe. & posthum.* Contrariam tamen sententiam probarunt gl. *in §. ingratitudinem. in ver. lucrum, in Auth. de nuptiis, vbi Angel. gl. in §. cum igitur, in ver. fratrum, in Auth. vt cum de appella. cognosc. Corset. in singul. incipit, ingratitudo. Castr. in l. 3. C. de lib. præter. Ias. in l. cum mota, nu. 17. C. de transact. vbi ait dictum Ang. esse vnicum, & alibi non esse, idem Ias. in auth. non licet C. de liber. præter. col pen. Galiau. in l. Gallus, §. & quid si tantum, nu. 42. ff. de libe. & posthum. & multi alij.* Et pro eis stat ratio, quia principalis causa exclusionis est ingratitudo ipsa, quæ sola considerari debet, siue sit à patre expressa siue tacita, & illa ratio quod pater videatur illam remittere, quando de ea non meminit, non est concludens ab intestato, quia potest fortè remittere solùm rancorem, non autem iniuriam, *vt dixi in quæstio. ex quibus causis alimenta filio denegari possint,* quidquid tamen sit, prior sententia est communis, quæ tamen est rigorosa, quando pater cõdito testamento præteriit filiũ vel illum exhæredauit, nulla causa adiecta, tunc enim defendi posset ratione, sat esse, si hæres scriptus probaret ingratitudinem filij, quia eo casu non potest dici quod tacendo remiserit, quando vel præteriit vel exhæredauit, præcipuè cum præteritio, seu exhæredatio debeat censeri facta ex causa præambula, quæ sola potest actum illũ sustinere. Dicimus enim, quod habetur pro
7 expressa † ratio, quæ sola potest allegari, *gl. in lege, quamuis, vbi Bald. & Castren. C. de fideicom. Bal. in l. maximum vitium, C. de liber. præter. Bald. & Imo. in l. finali, ff. de hæred. instit. & exornat Euerar. in loco 35. à ratio. leg. larg. ad extens. leg. colum. mihi 11. ver. sed ne erres,* & non est constituenda vis, quod testator exhæredauerit vel non, quia videmus, quod si expressa causa pater prætereat, & hæres scriptus probet causam, su-
8 stinetur testamentum † & præteritio conualidatur, *Bart. in auth. ex causa, numer. 12. ver. quod est verum*

nisi

nisi causa, C. de liber. præter. Salic. ibi, num. 6. Castren. col. 2. Iaſ. num. 1. in fi. & Curt. iun. num. 39. ſequuntur Angel. Corne. Iacob. & Galiau. quos citat Eman. Coſta. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum. nu. 116. ff. de libe. & poſthu. Vaſq. lib. 3. par. 3. §. 30. limit. 34. num. 177. vbi dicit eſſe communem, & licet patre decedente inteſtato cauſa nulla exprimatur, ſat eſt illam extare, quia ſi fuiſſet interrogatus teſtator de cauſa præteritionis, vel exhæredationis, dixiſſet ſe nolle filium ingratum in bonis ſuis ſuccedere ex ea cauſa, ideo haberi de-
9 bet † pro expreſſa, gl. *in l. tale pactum, ff. de pact.* quæ locum habet in omni materia *vt dicit deciſ. Pedem. 64. in fine, Tiraq. in præfat. l. ſi vnquam, num. 56. C. de reuoc. donatio.* Nec placet ratio ſecundo loco allegata pro alia parte, quod ſcilicet pro forma ſit inductũ, quod filius exhæredetur expreſſa cauſa, quia iam ſublatæ ſunt iuris antiqui formulæ tamquam captioſæ, propterea nouæ non ſunt inducendæ. Quod ſi teneamus ſecundum illam opinionem, quod ſcilicet ab inteſtato ſufficiat cauſam probari, non obſtabit *l. omnimodo*, quia facilius exclu-
10 ditur, qui venit contra teſtamentum, quam qui ab inteſtato, textus eſt *in §. eadem hæc Inſtitu. de hæred. ab inteſt. ibi vt ab inteſtato, ita longe minus contra tabulas, Iaſ. not. in l. in arenam, C. de inoffi. teſtam. Vaſq. d. limit. 34. nu. 121.* Hæc tamen diximus diſputationis gratia pro excitandis ingeniis ad melius inueſtigandum veritatem, quia in iudicando, & conſulendo non eſt à communi opinione diſcedendũ, pro qua videndus Cordub. *in dicto §. ſi iudex, nu. 37. vſque ad 48.*

Non tenetur item frater alere fratrem, qui ſua
11 bona † dilapidauit, & conſumpſit, *vt concludit Salic. in l. 1. in fin. C. de alen. lib. argum. l. quod quis, ff. de reg. iu.* Quam ſententiam Cordub. *in dicta l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit*, intelligit procedere in eo, qui doloſè profudit bona ſua, vt à fratre aleretur, quod tamen nunquam verificari poteſt, quia nemo eſt tam inſani capitis, qui velit ſua perdere eo animo vt aliena cõſequatur. Benè vera eſt limitatio, quod ſi animi leuitate, vel iudicij imbecillitate, aut alia dã cauſa, quæ non ſit culpabilis deuenerit ad inopiam, ſuccurrendum eſt ei, *l. 1. ff. de minor.* Et non placet ea reſtrictio Cordub. ad minorem ætatem, quia etiam fratri perfectæ ætatis ignoſcendum, qui ad paupertatem deuenerit ſine culpa, de quo late diximus ſupra loquendo de filio, qui dilapidauit portionem ſibi aſſignatã. Et ratio prædictorum eſt, quia ſuccurrendum non eſt ei, qui
12 ſua culpa incidit † in neceſſitatem, *gl. in c. quæ in Eccleſiarum, in ver. inopiam de conſtit.* vbi dicit Bald. eos amittere paupertatis priuilegium, qui ob malefi-
13 cium rediguntur † ad inopiam, *Iaſ. in l. res quæ numer. 20. vbi Curt. iun. num. 31. C. commun. de legat. Tiraq. in l. ſi vnquam. in ver. bona, num. 5. C. de reuoc. don.* vo-
14 lunt enim iura quod malè merentes † egeſtate laborent, *lege, bona fides, ff. depoſiti.*

Alia cauſa eſt quando frater, qui alimenta petit diues eſt vel habet aliunde, ei enim præſtanda non ſunt alimenta per regulam generalem, quæ habet quod diuiti non debentur alimenta, quæ à legis diſpoſitione per iudicis officium debentur *ſecundũ Alex. in conſ. 27. n. 2. vol. 4.* Et contigit ſupra ſæpè repetere, & vidimus in patre filio & aliis idem ſeruari, ideo non mirum ſi eadem regula locum vendicabit etiam in fratre. Et hoc in fratre
15 probat † tex. *in l. tutor ſecundum dignitatem, in fi. ff. de adminiſtr. tuto.* vbi tutor poteſt alere ſororem pupilli, cum ſemetipſam ſuſtinere non poteſt. Ad idem eſt text. *in l. qui filium, in fin. vbi pupil. educ. debe. ibi cum ei aliter contingere non poſſet*, & ibi ita intelligit gl. *in ver. hoc, vbi declarat ſi non habet aliunde, & ita tenet Bar. in §. diſcretis, nu. 4. in authen. quib. mod. natur. effic. ſui, Capo. in caut. 244. ſi pater habens, in ver. ego autem intelligo, Cordub. in dicto §. idem reſcripſit, numer. 98. Lancell. in Gallia. cõſue. Alex. in ver. ſolidos, in ſexta quæſt. nu. 36.* Et idem eſt, quando frater eſſet opifex vel ex induſtria viuere poteſt, argumento eorũ quæ de filio dicunt *in d. l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, ff. de*
16 *liber. agnoſc. ita* † *Capol. d. caut. 244. in fin.* Paria enim ſunt, quod habeat bona ſufficientia pro alimentis, vel quod habeat artem, ex qua poſſit alimenta conſequi, *vt ſæpè dixi ſupra.* an autem dicatur habere aliunde inſpectis redditibus, vel proprietate, dicam ſuo loco. Et Cordub. loco prædicto, *nu. 99.* diſputat, quid ſi vna in prouincia poteſt quis ſe alere alia verò non, an teneatur exire prouinciam
17 vt ſe alat, † an verò frater eum cogatur alere, ſed nõ reſoluit, ego teneo quod ſi aliquo in loco poteſt viuere de ſuo, frater non tenetur: qui enim fa-
18 cere poteſt vt habeat, & non facit, perinde † eſt ac ſi haberet, *l. qui poteſt facere, ff. de regu. iu.* & ſicuti nõ
19 dicitur impeditus qui poteſt remouere † impedimentum, *Bart. in l. ſed etſi per prætorem, §. primo, ver. ſed nec ad eos, ff. ex quibus cau. maior. cum aliis apud Dec. in conſ. 677. num. 3. dixi in conſ. 8. num. 25.* ita non dicitur egenus, qui poteſt egeſtate non laborare, &
20 facit quia alienare † videtur qui non acquirit cum poteſt, *l. magis puto, §. fundum autem. ff. de reb. eor. l. 3. in princip. ff. vſufruct. quemad. caue. l. ſed etſi lege, §. perinde. ff. de petitio. hæred. l. prima, §. ſanè, ff. ſi quis omiſ. cau. teſtam. l. ſi verò, §. peruenieſſe, ff. ſoluto matrimonio, l. in fraudem, in principio, ff. de iu. fiſci.* cum enim frater ex ſola æquitate alendus ſit, ceſſat omnis æquitas, quando poteſt aliunde conſequi alimenta, nec curandum eſt quod ei neceſſarium ſit patriam e-
21 xire, quia vbi bonum ibi patria, † *docet Cordub. loco prædicto.* nec amor patrię debet in tertij prætudiciũ redundare, & ſicuti ſi eſt artifex, non poteſt ſine ſtudio & labore lucrari, & tamen excluditur à petendis alimentis, ita debet amorem erga patriam ſupprimere tantiſper vti ſeipſum alat.

Hæc quæ dicuntur de fratre habente aliunde non procedunt in alimentis, quæ primogenitus
22 præſtare † tenetur ſecundogenito, quia ille alendus eſt, etiamſi habeat aliunde, vnde poſſit viuere, *vt tradit Guliel. à Perno in conſilio vndecimo, numero 10. inter conſilia feud.* Et hoc etiam voluit Affli. *in d. conſilio 138. numero quarto, vſque ad finem*, vbi dicit, quod vita militia eſt à ſecundogenito præſtanda, etiamſi habeat aliunde, imo fortius vult, quod relictum factum ſecundogenito à patre
23 non intelligatur factum animo † compenſandi cum vita militia, *idem tenet in capitulo Imperialẽ, §.*

præterea ducatus, num. 63. de prohib. feud alien. per Feder. Menoch. conſ. 411. num. 6. Cordub. tamen *in d. l. ſi quis à liberis, in §. idem reſcripſit, num. 139.* intelligit procedere ſolùm in feudo, ſecus in bonis, quæ ex diſpoſitione teſtatoris deferuntur ad natu maiorem
24 † quia in eis non debentur alimenta diuiti, vel qui habet aliunde, *allegat Afflict. in dicto §. præterea ducatus, numer. 63. & Molin. in tracta. de primogen. lib. 2. cap. 15. num. 16.* Sed hoc nihil eſt dicere, quia nulla ſubeſt diuerſitatis ratio, quare magis in feudis quam in aliis rebus alimenta debeantur diuiti. Sed pro eo facit quod voluit Martin. Laud. *in tracta. primogen. col. 7. ver. vltimo quæro,* vbi ait primogenitum non teneri ad alimenta
25 † ſecundogeniti, habentis aliunde, quando ex conſuetudine tota hæreditas primogenito datur, *argumento d. l. ſi quis à liberis, §. ſed etſi filius.* Ideo meo iudicio melius cæteris reſoluit Tiraquel. *in tract. primogen.* qui poſtquam *in quæſtio. 4. numer. 35.* attigit articulum, demum, *in quæſtio. 57.* per totam diſputat, & reſoluit quod aut lex & conſuetudo quæ defert primogenito bona, vel feuda mandat etiam ſecundogenitum ali, & tunc etiam ſi aliunde habeat eſt alendus: ſi verò nihil dicit de alimentis non dantur ei qui habet aliunde. Et hanc ſententiam ſeu diſtinctionẽ probare videtur *in d. §. præterea ducatus,*
26 *nu. 63.* dum dicit quod vita militia † ſuccedit loco portionis, quam habiturus fuiſſet ſecundogenitus in feudo, aliud dicens, quando eſſet loco alimentorum officio iudicis debitorum, atque ita vult, quod alimenta non ſint præſtanda ſecundogenito, licèt aliud ſit in vita militia. Sed hæc quoq; diſtinctio Tiraq. patitur difficultatẽ, quia vbi alimẽta debentur legis diſpoſitione, expreſſa videtur, quod non præſtentur ei, qui habet aliunde per regulam generalem *vt dixi, in prin. huius cauſæ.* Sed ea regula procedit ſolùm, quando debentur officio iudicis, nõ quando actionis iure, nam
27 vbi datur actio, præſtantur etiam diuiti, † licèt à lege debeantur, *l. de alimentis, vbi Bald. Alexan. Iaſ. & alij, C. de tranſact. & dicam ſuo loco.* Quare cum lex vel conſuetudo deferens ſucceſſionem integram primogenito mandat ſecundogenitum ali, tunc datur actio, & non officium iudicis, & conſequẽter ſecundogenitus, quamuis diues, ea petit.

Quatenus verò Afflict. dicit non eſſe locum compenſationi, intellige propter rationem quod relictum ſit à patre, ſed vita militia debetur à fratre, *vt inquit Tiraq. d. quæſtio. 75. num. 3.* & ideo debi-
28 tum ab vno † non compenſatur cum relicto facto per alium, *l. ſi duo, vbi Bar. ff. de duobus reis. dixi in conſ. 69. num. 12.* aliàs ſi pater ipſe foret debitor vi-
29 tæ militiæ, † fieret compenſatio, ex quo debitum procedit ex diſpoſitione legis, vel conſuetudinis, *ſecundum diſtinctionem Alex. in l. ſi cum dotem, §. ſi pater, ff. ſoluto matrimo. & Doctorũ præcipuè Iaſ. & Dec. in auth. præterea, C. vnde vir. & vxo. cum aliis, quos citaui in conſ. 7. num. 15. & in conſ. 112. nu. 42.*

Nec erit minus iuſta cauſa denegandi alimenta fratri, ſi is à quo petuntur non habeat pro ſe vel non habeat vltra quam neceſſarium ſibi ſit propria expellenda, quia vt centies repetitum vidiſti, impius eſſet, qui cum egeat velit alteri ſubuenire, *d. l. præſes, C. de ſeru. & aq.* & vt dicebat Bald. ſupra allegatus, nemo debet arctare ſibi victum
30 vt alij proſit. Et † dicit Roiz. *in deciſ. 3. n. 292.* neminem cogendum alere, cum non habet, niſi quantum ſufficit pro ſeipſo, ſiue tractamus de alendo patre, ſiue matre, vel alio, præcipuè cum non teneatur etiam, qui iure actionis eſt obligatus, *Lancello. Gallia. d. ſolidos, quæſt. 6. num. 145.* & non eſt repetere ſupradicta.

Hæc etiam procedunt in fratre naturali, & in aliis perſonis ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Vxor diſcedens ſine cauſa à viro non eſt alenda ab illo.*
2 *Vxor, quæ receſſit propter adulterium, non eſt alenda à viro.*
3 *Vxor excommunicata eſt alenda à marito.*
4 *Maritus poteſt vxorem corrigere leuiter, & ibi declaratur.*
5 *Vxor, quæ fuit immoderatè percuſſa à viro, poteſt domum exire.*
6 *Maritus immoderatè percutiens vxorem, punitur.*
7 *Vxor iuſtè ſeparatur à viro, qui in eam nimiũ ſæuit.*
8 *Vxor immodicè caſtigata diſcedit iuſtè à viro, etiamſi ipſa cauſam dediſſet.*
9 *Maritus poteſt pro quantitate culpæ corrigere vxorẽ.*
10 *Maritus qui cauit de non offendendo vxorem, non cõtrauenit ſi illam moderatè caſtigat.*
11 *Maritus non cogitur cauere de non corrigendo malos mores vxoris:*
12 *Vxor debet eſſe in obſequio viri, atq; illi ſeruire.*
13 *Vxor carcerata propter hæreſim, non eſt alenda à marito.*
14 *Diſtributiones quotidianæ non debentur ei, qui propria culpa non intereſt diuinis.*
15 *Maritus quamuis dotem penes ſe retineat, non tamen alit vxorem, quæ ſine cauſa ſeorſum agit.*
16 *Maritus non alit vxorem adulteram.*
17 *Maritus poteſt domo expellere vxorem adulteram, vide tamen ibi.*
18 *Maritus propria authoritate expellit vxorem adulteram, ſi delictum eſt notorium.*
19 *Maritus ſpoliatus, an ſit reſtituendus, non obſtante notorio impedimento.*
20 *Vxor propter adulterium perdit dotem.*
21 *Vxor etiam ciuili iudicio conuicta de adulterio perdit dotem.*
22 *Vxor etiã putatiua perdit dotem propter adulterium.*
23 *Adulterium præbet iuſtam cauſam ſeparandi thorum.*
24 *Adulterium nulla ex cauſa iuſtificari poteſt.*
25 *Maritus plus dolore afficitur ex adulterio vxoris quã morte filij.*
26 *Bannita non poteſt adulterari licet ex ſtatuto bannitus poſſit impunè offendi.*
27 *Pœna tenere debet ſuos authores.*
28 *Vxor adultera vltra dotem perdit paraphernalia, & alia omnia.*
29 *Vxor adultera perdit etiam dotem promiſſam.*
30 *Maritus adulter perdit donationem propter nuptias.*
31 *Donatio propter nuptias regulatur ſecundum dotem etiam in ſtatutis.*

32 Vxor priuatur dote propter oſculum luxurioſum, vel amplexum inhoneſtum, vel aliud ſimile.
33 Vxor dotẽ perdit ſi patitur ſibi mamillas tangi à viro.
34 Vxor an ex ſolo oſculo poſſit dote priuari extra cauſam feudi.
35 Adulterij pœna ordinaria non punitur mulier propter oſculum vel quid ſimile.
36 Oſcula & colloquia ſunt veneris præludia.
37 Vxor perdit dotem, ſi cum viris deſcendit in balneum.
38 Vxor perdit dotem ſi extra domum viro inſcia pernoctauit.
39 Legis beneficio non gaudet, qui in legem committit.
40 Vxori non obiicitur adulterium quod commiſit poſtquam maritus ſine culpa illius expulit domo.
41 Vxor debet omnia patri incommoda potius quàm adulterium committere.
42 Damnum quisq; ſibi imputare debet, quod ſua culpa ſentit.
43 Neceſſitas facit licitum, quod aliàs eſt illicitum.
44 Famis præbet peccanti excuſationem.
45 Adulterium non permittitur vxori etiam propter famem, vel paupertatem.
46 Vxor ab adulterio non excuſatur, quia vir illi venenum propinauerit.
47 Delicta paria tolluntur mutua compenſatione.
48 Vxori adulterium non obiicit vir adulter.
49 Maritus nõ debet ab vxore pudicitiam exigere, quàm non conſeruat.
50 Vxorem intactam quærens, intactus viuere debet.
51 Vxores fiunt impudicæ propter adulteria virorum.
52 Maritus fornicator cogitur recipere vxorem, quæ propter adulterium fuerat iudicis ſententia eiecta.
53 Adulterium vxoris quando compenſetur cum adulterio mariti.
54 Adultery exceptio non poteſt opponi poſt litem conteſtatam.
55 Vxor non poteſt criminaliter virum accuſare.
56 Exceptio multis datur caſibus, quibus actio non datur.
57 Exceptio non tollitur ſublata actione.
58 Inuaſor alienæ poſſeſſionis non perdit quod ſibi fuit datum, licet priuetur iure ſuo.
59 Exceptio eſt perpetua, ſed actio eſt temporalis.
60 Ius offerendi perpetuo competit poſſeſſori pignoris aduerſus anteriorem creditorem.
61 Præſcriptio viginti annorum militat contra actionem falſi.
62 Falſitas excipiẽdo poteſt opponi etiam poſt vigeſimum annum.
63 Maritus, qui non poteſt vxorem poſt certum tempus accuſare adulterij, poteſt tamen excipere.
64 Exceptio eſt fauorabilior, quàm actio.
65 Reipublicæ intereſt ne delicta remaneant impunita.
66 Delicta puniuntur ob publicam vindictam.
67 Res eadem diuerſo iure cenſeri poteſt diuerſis reſpectibus.
68 Adulterium vxoris offendit maritum, agnationem, & rempublicam.
69 Pœna fiſco applicatur in criminalibus non parti.
70 Furti principaliter agens criminaliter poteſt etiam petere accuſatum condemnari ad reſtitutionem rei.
71 Acceſſorium ſequitur naturam principalis.
72 Accuſator poteſt ſuum intereſſe proſequi etiam poſtquam princeps fecit gratiam reo.
73 Torturæ locus eſt, quando poſt gratiam delicti accuſator proſequitur ciuiliter ius ſuum.
74 Vxor poteſt in criminali excipere de mariti adulterio ad effectum, ne dotem perdat.
75 Pax fieri poteſt ſuper adulterio.
76 Maritus non opponit vxori de adulterio, cum ſequuta eſt reconciliatio.
77 Tranſactio ſuper crimine fieri non poteſt.
78 Tranſactio ſuper crimine fieri poteſt quoad omnia, ſed non ad impediendum proceſſum.
79 Occidere licet eum, qui alloquitur vxorem alicuius contra trinam illius monitionem.
80 Tranſigi poteſt etiam ad impediendum proceſſum ſuper adulterio præſumpto.
81 Maritus in vindicando adulterio vxoris præfertur cæteris.
82 Pax propter adulterium vxoris requirenda eſt à ſolo marito.
83 Vxoris adulterium non punitur niſi volente marito.
84 Cauſa limitata producit effectum limitatum.
85 Iniuriam qui remiſit, non videtur intereſſe & damnũ remittere.
86 Remiſſio iniuriarum, deuaſtationum, & expulſionum non includit damna.
87 Reſeruatio conſeruat ius, ſi quod competit.
88 Recipiens ſortem videtur pœnam, & intereſſe remittere.
89 Pœnam petere poteſt, & intereſſe, qui ſortem recepit cum proteſtatione ſaluo iure ſuo.
90 Pax venalis inter coniuges eſt prohibita, non inter alios.
91 Maritus reconciliando ſe cum vxore, non poteſt paciſci quod ſibi remaneat lucrum factum ex ſententia adulterij.
92 Rem ſuam tradens apponere poteſt legem, quam vult.
93 Acceptari in totũ, vel reprobari in totum debet actus.
94 Acceptare quis tenetur contractum cum omnibus ſuis qualitatibus, vel in totum reprobare.
95 Maritus licitè aliquid capit ab vxore vt diſſimulet adulterium.
96 Dolus nemini debet commodum afferre.
97 Abſentia affectata non prodeſt.
98 Impedimentum affectatum non prodeſt.
99 Affectatio non prodeſt.
100 Rixa affectata non iuuat.
101 Tranſactio non valet ſuper affectata lite.
102 Maritus carnaliter cognoſcens vxorem videtur adulterium remittere.
103 Maritus, qui vxorem adulteram cognouit ante peractam pœnitentiam reus eſt lenocinij.
104 Venia præcedens non trahitur ad futura delicta.
105 Maritus cognoſcens vxorem adulteram peccat mortaliter.
106 Facto non minus loquimur, quam verbis.
107 Ignorans non videtur ius ſuum remittere.
108 Ignorans non videtur approbare.
109 Maritus ignorans adulterium vxoris non videtur iniuriam remittere.

QVÆSTIO XVI.

ALimenta quamuis vxori præstanda sint marito, durante matrimonio, etiãsi duxerit sine dote, *vt dixi suo loco*, tamẽ multis in casibus excusatur maritus à præstatione, inter quos ille est præcipuus, quando secedit † à iure sine causa, *l. consensu, C. de repud. l. sicut. ff. de oper. libert. in l. Mœuia. §. fina. ff. de annu. leg. Specul. in titu. de sponsal. §. postremo. ver. quid de expensis, glos. prima, in fin. in c. significasti, de diuort. Cyn. Castren. & Salic. in l. quod in vxorem, C. de neg. gest. Bald. in l. 1. col. pen. C. de lega. Bald. & Ang. in l. si cum dotem. §. si maritus, ff. solu. matr. idem Bald. in cons. 53. num. 2. vol. 5.* vbi dicit, hoc ideo procedere, quia est quod culpæ vxoris imputetur, *Lupus in rub. de donat, inter vir. & vxo. §. 64. nu. 10. Natta comprobat in cons. 547. num. 19.* Et facit quod post gl. *in l. fideicommissum, C. de fideicom.* voluit Bald. *in c. ex parte, col. fi. de consuetu.* vbi dicit, quod vxor, † quæ propter adulterium secessit, alenda non est, *sequitur Lup. loco prædicto, nu. 9.* & quòd non sit alenda vxor, quæ recedit sua culpa, voluerunt Specul. Bal. Salic. Alex. Soc. & Bero. quos citat D. Becius *in cons. 43. nu. 5. Soc. cons. 281. num. 1. vol. 2.* non tamen iusta est causa denegandi, quia sit excommunicata, nam vir non iustè denegat † alimenta vxori excommunicatæ, *vt inquit Bal. in d. cons. 3. nu. 2. volum. 5.* nec ex eo, quod fuerit à marito percussa, quia licet marito † vxorem corrigere, *l. rei iudicatæ. ff. soluto matrimo. & dicam infra.* Et hoc modo intelligi debet, quod voluit Cyn. *in l. si vxor. C. de cond. inser. & sequuntur Doctores, præcipuè Ias. in l. 1. nu. 4. C. de legat.* vbi si mulier fustibus cæsa à marito aufugiat, est alenda extra domum. Intelligi enim debet, si fuit immoderatè castigata: tunc enim potest esse extra domũ, † *vti declarat Cord. in l. si quis à liberis, § si quis ex his, nu. 210. ff. de libe. agnosc.* & eo casu punitur etiam vir pro excessu, † secundũ quod inquit in aliis Bal. *in l. sed si quæcunq; §. magist. ff. ad l. Aquil.* & propter magnã viri sæuitiã segregatur vxor † à viro quoad thorum. *mitiores itaq; nuptiarũ, in Auth. de nupt. c. ex transmissa, & c. literas, in fi. de restit. spoliat. cum multis apud Nattam d. cons. 616. num. 1.* etiamsi vxor dedisset † causam, *c. de benedicto, 32. quæst. 1. Abb. in c. 1. nume. 7. extra vt lite non contest. Paris. in cons. 54. num. 13. vol. 4. Natta loco prædicto, numero 2. Neuiza Sylua nuptia. lib. 1. num. 39. Menoch. in cons. 299. num. 5.* at si leuis sit correctio, non est iusta causa, quia vxorem potest vir castigare verberibus. *glos. in c. quemadmodũ, de iureiu. & in d. §. magister.* Et Abb. *in d. c. quemadmodum. §. 1. colum. fi.* dicit, quòd marítus potest pro quantitate † culpæ corrigere vxorem. Et Signor. *in cons. 63. in princip.* inquit, marito concedi modicam percussionem, *Roman. sing. 4.* vbi latè ponũt Apostil. Guid. Pap. *in tract. præsump. num. 91.* vbi dicit, quod si excedat non potest inquestari, quia præsumitur fecisse sine dolo, *Paris de Puteo de sindic. fol. mihi 79. nu. 3. Marsil. in l. 1. §. ad quæst. num. 6. de quæstio. Neuiza. d. lib. 1. nu. 36.* imò si maritus cauisset † de non offendendo vxorem non contraueniret cautioni castigando, secundum modum à iure permissum, *secundum Abb. in cap. ex transmissa, nu. 3. de restit. spoliat. Paris. in cons. 54. nu. 34. vol. 4.* quia cautio datur ad coercendum viri sæuitiam, sed vir castigando non dicitur sæuire, vt per eos Rol. *in cons. 27. nu. 14. vol. 3.* vbi post Bal. inquit, maritum non compelli ad cautionem de nõ corrigendo † malos vxoris mores, propterea si vxor diuertat ob moderatam correctionem, non erit alenda à viro. Est ergo conclusio, quòd non est alenda vxor, quæ sine culpa viri degit seorsum, & firma scriptorum doctrina, *vt inquit Grat. in cõs. 57. nu. 7. vol. 1. quam tenuerunt Cyn. Bar. Bal. Ang. Rom. Are. Cuman. Campe. Lup. Afflict. & alij, quos citaui in tit quib. præstanda sint alimen. in quæstio. an maritus alat vxorem, & eos ferè omnes citat Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. si quis ex his, nu. 35.* Et ratio est, quia vxor † debet esse in obsequio viri, atq; illi seruire, *c. hæc imago. & c. manifestissimi, 33. q. 5. gl. c. sicut patronus. ff. de ope. libe.* & principaliter maritus alit propter obsequia, quę præstantur ab vxore, *vt in loco præcitato dixi:* at si discedendo vxor non seruit, non est alenda, quia qui non facit, quod debet, non recipit, quod oportet, *l. si ea. C. de cond. inser. l. Iulianus. §. affinis. ff. de actio. emp.* Ideo infert Lup. *in d. rub. de dona. inter vi. & vxo. §. 64. num. 7.* quod si vxor accusata † de hæresi confiteatur, & ea de causa detrudatur in carceres in perpetuum, non erit alenda, quia sua culpa est extra domum, & desinit seruire. Allegat in argumentum notata *in d. c. ad audientiam, de cler. non residen. & in c. vnico, eod. tit. in 6.* vbi quotidianæ distributiones † ei non debentur, qui non interest diuinis ex propria culpa. Ego tamen non habeo id pro absoluto, sed existimo omni in casu subueniendum esse vxori, ne fame pereat, præcipuè quando conuersa est ad fidem, intelligendo secundum regulam eleemosynæ, præsertim si dotem habet, & nihil aliud. Nostram autem quæstionem intellige, etiamsi maritus haberet penes se dotem, quia si vxor discessit, non est alenda: † tenetur enim ad duo, ad dotem, & ad obsequia, *ita Castr. in l. quod in vxorem, nu. 5. C. de neg. gest.*

Secundus casus est, quando vxor committeret adulterium: tũc † enim iustè maritus recusat illam alere. Hoc voluit gl. notab. *in l. fideicommiss. C. de fideicom. sequitur Bald. in c. ex parte, col. fi. de sponsa. 10. Lup. in rub. de dona. inter vi. & vxo. §. 64. nu. 9. & §. 88. nu. 7. & in §. 34. n. 5.* Et ratio est, quia ob adulterium maritus potest domo † expellere vxorem, *c. ex parte, de sponsa. c. significasti, c. ex literis, & c. gaudemus, de diuor. §. si. de adult. c. tuæ. de procur. l. consensu. C. de repud.* Intelligendo tamen, quando crimen vxoris est notoriũ, quia tũc maritus, propria authoritate † facere id potest, *vt voluit gl. in d. c. fi.* vt quando publicè habitaret cũ adultero. *vt per gl. in c. 1. 32. q. 1. Abb in d. c. fi.* optimè declarat Barb. & Abb. *c. fi. de adul. Clar. in loco infra allegando, nu. 126. Didac. in epitõ. de spon. par. 2. c. 7. §. quinto, num. 9. & 12.* vbi tamen dicit, quod si adulteriũ non est notoriũ, non licet † marito expellere vxorem, sed debet expectare iudicium Ecclesiæ, *c. porrò. de diuor. c. plerunque, de donat. inter vir. & vxor.* Et post Ripam, & Coras. disputat, an restitutio fieri debeat coniugi spoliato, non obstante notorio impedimento. Et post Abbat. *in d. c. plerunque,* dicit, vxori agenti ad dotem obiici posse adulterij exceptionem, & prædictam

decisio-

decisionem, quod alimenta denegentur vxori adulteræ, tenet Iacob. Nou. *in tracta. defensio. in tit. quæ personæ accus. non poss. num. 46.* vbi allegat Bart. Fed. Senen. & Cuman. qui tamen hoc non dicunt in locis allegatis. Sed benè hoc voluit Bologn. *in cons. 23. num. 7. ver. plus dico.* vbi mouetur, quia alimenta debentur vxori principaliter intuitu matrimonij: at quæ matrimonium violauit, non debet gaudere eius beneficio, *c. ex eo, de reg. iu. in 6.* & frustra legis auxilium implorat, qui committit in legem, item vxor propter adulterium perdit dotem, vt dicam paulò infra, ergo multò magis perdere debet alimenta, nam difficilius perditur ius proprium, & iam quæsitum, quàm quod ab alio prouenit. Hanc opinionem tenuit Cordub. *in d. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. num. 75.* Et sanè maximum est delictum, adulterium: nam ex eo vxor
20 † dotem perdit, *c. plerumque, de dona. inter vir. & vxo.* Bol. Abb. Roma. Castr. quos citat, & sequitur Bolog. *d. cons. 33. nu. 4. & est communis opinio, vt post Bologn. Bal. Nou. Didac. & alios inquit Clar. in prac. crim. §. adulterium, nu. 13.* vbi contra Bart. *in l. mulier. §. socer ff. de adul.* dicit procedere etiamsi maritus conuincat vxorem
21 de adulterio † in ciuili iudicio, *secundũ Alex. in cons. 189. nu. 10. vol. 6. est verum quod Guid. Pap. sing. 885. post Iacob. But. in l. si dotali. ff. solut. matr. dicit contrarium, sequitur Tiraq. de legib. connub. l. 1. nu. 45. in fin. sed primum sequitur Dec. in l. contractib. nu. 6. ff. de reg. iu.* Et hoc locum habet, etiamsi vxor sit non vera, sed putatiua, † *gl. in d. c. plerunq;, quam ibi dicunt singularem, Henric. Collect. But. Abb. & præpositus, & sequuntur etiam, de quib. apud Didac. d. c. 7. nu. 1. Clar. loco prædicto, num. 14. post medium,* licèt aliud in hoc voluerint gl. Roma. But. & alij apud Tiraq. *de legib. connub. gl. 8. num. 238.* Et quamuis ex lege diuina, quos Deus coniũxit, homo non separet, tamen propter adulteriũ in-
23 ducitur à canone † thori separatio, *c. ex literis, de diuor.* tanta est adulterij grauitas, & id considerata delicti essentia, *c. at si clerici, §. de adulteriis, de iud.* &
24 tam graue est crimen, † vt nulla causa iustificari possit, *c. etsi Christus, de iureiu. Bal. in l. 1. §. de consti. prin. in l. fi. C. si contractus, vel vtil. pub. Alexan. in l. non solum, §. quamquam, de iniur. Barbat. in d. §. de adulteriis, col. 2. Bertachin. de gabel. in 9. par. q. 20* & maiori iniuria, &
25 dolore vir afficitur ex adulterio † vxoris, quàm filij occasione, vt est text. singularis *in l. consilium. §. instituto filio. ff. de leg. 2. ibi fil. ũ interfecit, & alia fecit deteriora*, & Doctores ibi declarant deteriùs ibi intelligi adulterium vxoris, *Bald. in l. athletas. §. calumniator ff. de his, qui not. infam. Barba. in d. c. at si clerici. §. de adulteriis, col. 2. Ioan. Lup. d. rub. de dona. inter vi. & vxo. §. 88. num. 3.* vbi tamen declarat vendicare sibi locum apud graues viros, nõ autem apud deperditos, & deploratæ vitæ. Et videre licet plura apud Tiraquel. *de legib. connub. lege 13. num. 26. & seq. Neuiza. Sylua. nupt. lib. 1. num. 25. Tiraquel. de pœn. temper. cau. 1. num. 3, Boss. de coitu dam. num. 46. Mantic. de coniec. vlti. volunt. lib. 5. tit. 15. num. 27. Alexan. ad Bar. cons. 175. vol. 1.* Quinimo plus est adulterio offendere aliquem, quàm illum occidere, & ideo stante, quod bannitus possit impunè occidi, vel of-
26 fendi mulier † bannita non poterit adulterari, *vt in Authen. de lenon. §. 1. Bal. in l. fi. C. si contra ius vel. vtil. publ. Lup. d. §. 88. nu. 7. & seq.* qui declarat rationem esse, quia ex adulterio iniuria infertur marito, consanguineis, & Reipubl. *l. 1. §. vsq; adeo, & l. Stichum. ff. de iniu.* Cum ergo pœna †
27 tenere debeat suum authorem, *l. sancimus, C. de pœn. cap. quæsiuit, de his quæ fiunt à maiori par. cap.* non est iustum, quod pro vxoris delicto puniantur maritus, consanguinei, & Respubl. qui nihil sceleris admiserunt, & non solùm dotem perdit vxor, sed etiam para-
28 pherna, & alia omnia, † vt voluit gl. *in d. c. plerunq;*, cui etsi contradicant Abb. & Præpos. tamen communiter approbatur, *vt per Rom. Ias. Gerard. & alios, quos citat Didac. d. §. 6. nu. 2. Boer. in decis. 338. nu. 2. Lupus in rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 20. nu. 1.* vbi idẽ dicit de arris, Clarus, *d. §. adult. nu. 15.* & sustinetur
29 etiam in dote † promissa, & est text. notab. *in l. si mulie. ff. de cond. instit. vbi no. Bal. sequitur Belenzi. in c. fi. de dona. inter vi. & vx. & in d. cap. plerunq;. Lupus d. §. 20. in prin.* vbi post Bal. *in c. accedens, de procurat. Belẽzi. in d. c. plerunque*, dicit idem in sponsa de præsenti, quoad arras, & ibi ponit in casu adulterij, cui applicetur dos, an etiã filiis ex primo matrimonio, & sicuti propter adulterium vxor petit dotem,
30 ita vir committens adulterium, amittit † donationem propter nuptias, est text. *in cap. 1. vbi gl. prima, & Abb. vt lite non contesta. in §. si de adulterio, in Authen. vt liceat matri, & auiæ, text. cum gl. in cap. Christiana religio. 32. q. 5. vbi Doctores, Lup. in d. §. 19. num. 1. circa med. & dicit communem opinionem Clar. d. adulterium, nu. 15.* non enim debent iudicari ad imparia maritus, & vxor, sed quod in vno statutum est respectu dotis, seruari quoq; debet in alio respectu donatio-
31 nis † propter nuptias, per ea, quæ ponunt Bello. *in cons. 17. nu. 2. Natta in cons. 258. nu. 8. D. Becius in cons. 43. nu. 18. Rol. de lucro dot. quæst. 10. nu. 5.*

Ampliatur constitutio huius casus, vt procedat etiamsi adulterium non interuenerit, si tamen deprehensa sit in lasciuis actibus, puta in osculo cum viro, vel in amplexu, quia priuatur alimentis, non minus quàm si foret deprehensa in
32 adulterio. Ex eadem enim causa † priuatur dote, *secundum Bald. in c. tuæ. num. 14. de procura. glos. in c. non oportet, distinct. 8. in cap. non aliqua, 17. quæst. 1. in l. 1. de var. & extraordin. crimin. Cur. iun. in rub. C. de eden. Ripa in rub. de iudic. numer. 12. Bello. in rub. C. de eden. numero 8. Belenzi. in d. c. plerunque, Felyn. in c. præterea, colum. 2. ver. vbi autem, de testam. Lupus in d. §. 88. numero decimo*, vbi loquitur generaliter de turpi lu-
33 su, vt quia passa † sit poni ad suum pectus manum à viro. Allegat text. quem dicit optimum *in c. 1. quibus mod. feud. amittat.* latè Didac. *d. cap. 7. §. 6. numero tertio*, vbi multos allegat, concludens extra
34 causam feudi sola oscula non sufficere † ad priuationem dotis, sed benè allegari posse ad conuincendum præsumptiuè vxorem de adulterio, secundum text. *in cap. ex literis, & in c. sequen. de præsumpt.* Infert ideo, quòd mulier non perderet dotem, si probaret stetisse in finibus osculi, nec vlterius progressam, sed indistinctè præmissam doctrinam tenet, & communem dicit Clar. *dicto §. adulterium, numero decimo sexto*, qui ampliat

pliat etiam ad puniendum vxorem criminaliter, licèt hoc dicat ſua ſententia non procedere, vbi
35 ageretur de ordinaria † pœna delicti, ſecus in extraordinaria. Eãdem communem dicit Cordub. *in dicta l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his, num. 77.* qui ex hoc infert vxorem alendam non eſſe, hoc caſu. Vidi autem iudicatum in hoc Senatu per Rolandum à Valle tunc præſidem, & Franciſcum Beciũ Senatorem, atque alios graues viros eiuſdem ordinis, Auinentam, aliâs vxorem Iacobi Boidi nõ eſſe priuandam vſufructu, quem illi vir reliquerit ſub conditione, ſi caſtè, & honeſtè vixiſſet, licet viſa pluries fuerit in cubiculo ſedere ſuper ſtrato propè virum; qui manus habebat ſuper illius femore, cum eſſet ſeptuagenaria, & ab omni ſuſpicione adulterij aliena, & ratio prædictæ am-
36 pliationis eſt, quia colloquia, † & oſcula ſunt veneris præludia, *vt inquit gloſ. tertia, quam reputat ſingularem Ange. in l. prima, ff. de extraordin. crimin. in l. quod ait lex. ff. de adult. Lupus d. §. 88. num. 10. circa fi. vbi alios allegat.*

Et quæ dicuntur de oſculo, & tactu, non mi-
37 nus vera ſunt in ea, quæ † fuit in balneo cum viris, *ſecundum gl. in c. non oportet, 81. diſtin. eſt text. in l. ſi. ibi, commune lauacrum viro. C. de repud.* vbi vxor dotem perdit, ſi cum alienis hominibus deſcẽdit in balneum, *Ioan. Lud. in d. rub. de dona inter vir. & vxo. §. 88. num. 71. Boſſ. de crimin. damna. & punib. nu. 56. Cordub. dicto §. ſi quis ex his, num. 78.* Et Lupus loco prędicto, *num. 12. poſt Ang. in §. minores, in Auth. de nupt.* Ideo di-
38 cit, quando mulier extra domum reluctãte † marito pernoctauit, per *l. conſenſu, C. de repud.* vbi eadem plectitur pœna mulier, quæ cõtra mariti voluntatem acceſſit ad viſenda publica ſpectacula, *Ripa d. rub. de iud. nu. 19. Cordub. d. §. ſi quis ex his, nu. 79.* In omnibus enim caſibus, quibus mulier offendendo religionem matrimonij dotem amittit, in eismet releuatur, maritus onere alẽdi, quia com-
39 mittens in legem, non gaudet † legis beneficio, *c. quia fruſtra, de vſur. l. ab hoſtib. §. ſi vir. ff. ſoluto matrimo.*

Limitatur tamen caſus noſter, vt non procedat quando maritus cauſam dediſſet, vt quia vxorem fuſtibus cæſum domo expulerit: tunc enim
40 non poteſt maritus illi obiicere adulteriũ, † quod poſtea commiſit, *vt voluit Anchar. in conſ. 408. probata tanta viri ſæuitia, num. 2. Ang. de maleſi. in ver. che mi hai adulterato, col. 11. ver. adde tamen Paulum, Ioan. Lup. in rub. de donatio. inter vir. & vxo. §. 20. num. 4. quem citat, & ſequitur Tiraquel. de legib. connub. l. 1. gloſ. 1. par. 1. nu. 24.* Et ratio eſt, quia maritus non debet opponere vxori exceptionem adulterij, cui ipſe cauſam dedit, malè eam tractando, acrius verberibus afficiendo, quàm deceat, *vt per Anchar loco prædicto.*

Hanc tamen limitationem impugnat Cord. *d. §. ſi quis ex his, num. 210. & ſeq.* quia mulier debet omnia perpeti incommoda, quamuis grauiſſima
41 † potius, quàm adulterium committere. *cap. ſi quis propter. ff. de fur.* & ſubdit, quod Anchar. loquitur in ſpecie penitus diuerſa. Si quis tamẽ vellet Anchar. ſententiam tenere, poſſet reſpondere, quod etſi vxor malè faciat committendo adulterium, & poſſit plecti, nec quoad fiſcum excuſetur eo, quia verberando vir cauſam dederit, tamen quoad hoc ne perdat dotem, vel ne vir releuetur ab onere alendi, ſentiat commodum, rationabilis
42 videtur excuſatio, quia damnum, quod quis † ſua culpa ſentit, non debet alij, ſed ſibi imputare, *cap. damnum, de reg. iu. in 6.* Ego tamen indiſtinctè arbitror veram concluſionem, quòd vxor non excuſetur, quia vt dictum eſt, vxor omnia mala perpeti debet potius, quàm peccare in corpus ſuum, *cap. ſacris, de his quæ vi met. ve cau. fiunt, capitu. ita ne aliquem 32. quæſt. 5.* & dixi ſupra adulterium nulla omnino ratione, vel cauſa iuſtificari poſſe, *c. etſi Chriſtus, de iureiur. Bald. in fi. C. ſi contra ius, vel vtil. public. cum aliis ſupra citatis,* & facit, quia etſi neceſſitas,
43 † ſoleat facere licitum, quod per ſe eſt illicitum, *cap. quod non eſt, vbi gl. citat concordanter, de reg. iu. in 6.* & inculpabile dicitur, quod neceſſitas intulit, *cap. ad limina, 30. quæſt. 1.* & excuſatur, qui propter famẽ
44 † peccat, *cap. ſi quis propter, de furt.* & inter omnes neceſſitates omnium grauior eſt fames, *Bal. in cõſ. 406. col. 1. vol. 5. Tiraq. latè de pœn. temper. cau. 33. per totam.* tamen non permittitur mulieri ſe proſtituere propter † paupertatem, & famem, vel turpem
45 vitam eligere, *l. palam, §. non eſt ignoſcendum, ff. de ritu nuptiar.* vbi gl. notat, inferens, ferendum non eſſe malum ratione paupertatis. Mori enim potius debemus, quàm malo conſentire. *Abb. in c. literas, per illum text. num. 25. de reſtit. ſpoliat.* Et dicam latius inter priuilegia alimentorum, quod ſi famis neceſſitas non excuſat ab adulterio, quanto minus excuſabit vxorem ſæuitia mariti. Et dicit in propoſito Bologn. *in conſ. 23. num. 2.* quòd ab a-
46 dulterio nõ excuſatur vxor, † quia maritus ei venenum dederit, licet alia, & mala ratione vtatur.

Declaratur ſecundo caſus noſter principalis, vt non procedat, quãdo maritus commiſit & ipſe adulterium, & concubinas retinuit, quia non poteſt vxori obiicere adulterium, cuius & ipſe reum
47 ſe facit: paria enim delicta † mutua tollũtur compenſatione, *c. pen. & c. fi. de adult. vbi notãt omnes Doctores, l. viro atq; vxore. ff. ſoluto matrimon. l. ſi ambo. ff. de compenſ. & probatur in l. ſi vxor. §. Iudex. ff. de adul. l. ita nobis pudor. C. eod. tit. cap. ſignificaſti, de diuor. cap. nemo 2. quæſt. 3. cap. 6. 32. quæſt. 1.* Et hanc limitationem
48 probauit † Caſtren. *in conſ. 403. incip. hac mulier, in prin. vol. 1.* vbi dicit virum non opponere de adulterio contra vxorem, ſi ipſe matrimonij legem violauit. Et de illius dicto exclamat Angel. *in d. tracta. maleficio. in ver. che hai adulterato, col. 11. ver. addo, quòd Paulus refert, & ſequitur Ioan. Lup. in d. rub. de donat. inter vi. & vxo. §. 20. num. 2. & 3. & dicit eſſe ſingulare. Marſilius in l. patre, vel marito, num. 10. ff. de quæſtio. Didac. in epitom. de ſponſ. par. 2. cap. 7. §. 6. nu. 5. Boſſ. in tit. de coitu damn. & punib. nu. 56. Dec. in l. ſemper in contractib. num. 5. ff. de reg. iu.* Et latè dixi ſupra in filia impudica, quam mater meretrix non poteſt exhæredare, vel priuare, quia nihil doloſus doloſo, & nil Catilina Cathego, & periniquum eſt,
49 quod vir ab vxore † pudicitiam exigat, quam ipſe vxori non exhibeat, *vt inquit tex. in l. ſi vxor. §. iudex. ff. de adult.* & intacti eſſe debemus, ſi intactam quę-
50 rimus † vxorem. *c. ſi ducturi. 32. quæſtio. Diuus Auguſt lib. 2.*

51 *lib.2. de adult. coniug.* & virorum adulterium facit impudicas vxores, † vt probat multis extraneis authoribus congestis Tiraq. *de legib. connub. l.9.nu. 230.& seq.& lege 13.n.55.& seq.* vbi inter multa, ait, virorum dicta aut facta esse tamquam speculum ob oculos vxorum positum, ad cuius intuitū suos ipsæ mores componunt, & formant, et si plurimum exempla valent, ea maximè mouent, quæ à domesticis proficiscuntur, *l.1. C. de emend. prop.*

Et procedit hæc limitatio, vt etiam si vir obti-
52 nuerit diuortij sententiam contra vxorem, † cogatur nihilominus illam recipere, si ipse postea fornicatur, vt est text, *in c. ex literis, de diuor. quem dicit ibi singularem Abb. sequitur glos. Anch. But. Anan. & Abb. in c. fi. de adult. Felin. in c. lator, nu.9. de re iudic.* vbi dicit esse communem opinionem, quidquid in contrarium dicat *gl. in c. Apostolus, 32.q.7.* Et hanc æquiorem dicit Mainet. *in l. in ambiguis pro dote, nu. 207 ff. de reg. iu. Didac. d. c. 6. §. 6. nu. 5.* Ex quo infert, quod non est vera limitatio Bologn. *in cons. 23. nu-*
53 *mer. 2.* qui dicit requiri, quòd delicta fuerint † eodem tempore commissa, vt compensatione tollantur. Nam etiam si vir post vxorem commiserit adulterium, excusatur vxor, an autem adulterium carnale compensetur cum spirituali, vide Abb. *in c. fi. de conuersio. coniug. vbi apost.*

Veruntamen quod dictum est de adulterio mariti, procedit quando vxor excipit ante litis contestationem: cum enim sit exceptio dilatoria,
54 non † opponitur post contestatam litem, *l. si vxor. §. iudex. ff. de adult. declarat Lup. d. §. 20. nu. 3.* vbi dicit habere locum solummodo, quando maritus ciuiliter agit de adulterio ad separationem thori, & amissionem dotis, & lucrorum: secus autem quando criminaliter accusauit, rationem afferēs
55 differentiæ, quia vxor † nō potest criminaliter virum accusare, *l.1. C. de adul. vbi glos. & Salic. ita declarant.* Ergo excipere quoq; non potest contra accusationem, *sequitur Didac. d. l. nu. 5.* Sed etsi mulier nón accuset, tamen videtur, quod audiēda sit etiam criminaliter accusata, quando excipit de a-
56 dulterio mariti, † quia excipiendo multa deduci possunt, quæ non admittuntur agendo, *vt declarāt Doctores in l. inuitus, §. cui damus, ff. de reg. iu.* & sublata
57 actione non tollitur exceptio, † *l. sed etsi partus, §.1. ff. quod met. cau.* Per quem dixit Bart. *in l.1. nu.2. ff. de exceptio.* quod qui perdit actionem, non perdit exceptionem, & dicit esse illum textum mirabilē, & ibi eum notat Ang. *colum. 2. in princ.* Et Bar loco prędicto infert, quòd etsi committens contra *l. si quis in tantam, C. vnde vi,* perdat actionem, retinet
58 tamen excipiendo, † si quid fuit sibi solutum, per tex. *in l. si pœnæ, in princ. cum ibi not. ff. de cond. indeb.* Et licèt præscriptio tollat actionem, tamen non tollit exceptionem, quia licet actio sit temporalis
59 exceptio † est perpetua, *l. pure. §. fin. ff. de doli excep. l. licet. vbi gl. C. de except.* Hinc dicit Bart. *in l. pignor. de*
60 *vsucap.* quod possessor pignoris perpetuo † habet ius offerendi contra anteriorem creditorem pro conseruanda retentione, *sequitur Butr. in cap. quoniam frequenter, vt lite non contest. Aret. in §. actionum, nu.63. circa fi. Instit. de action. Tiraq. de retrac. conuen. §.1. glos.2.& 29.* Hinc est, quod etsi contra actionem
61 falsi detur præscriptio † viginti annorum, quibus elapsis non licet accusare, *l. querela, vbi Bal. & Ang. C. de fal.* tamen etiam vltra vigesimum annum po-
62 test excipi † de falsitate, *secundum glos. ibi, Balb. in tracta. præscrip. in 4. par. 4. princ. quæst. 62. num. 8.* & quod iuri excipiendi non præscribatur, *Signor. cons. 139. Dec. cons. 164. vltimo dub. Tiraquel. d. glos. 2. num. 29. Cæphal. qui alios citat in cons. 40. numer. 42. & 58.* & facit ad rem nostram, quod voluit Bal. *in rep. l. cum. mulier, numer. 2. circa fin. opp. 13. ff. solu. matrimon.* vbi ait,
63 quod etsi lapsis certis temporibus maritus † non possit accusare vxorem de adulterio, tamen maritus poterit contra vxorem repetentem dotes excipere de adulterio. Mouetur ex tex. *in l. fi. C. de adult. & ita quoque tenent Roman. & Imola in l. miles, §. socer.* vbi Alexan. dicit communem. *ff. solu. matrimon. & Balbus d. quæstio. 2. num. 9. ver. an de adulterio.* reprobata opinione Bartol. contrarium tenentis *in d. §. socer.* Ita ergo in proposito mulier, licèt non possit criminaliter accusare maritum de adulterio, debet tamen posse in causa criminali ad de-
64 fensionem excipere, † cum exceptio fauorabilior sit, quàm actio, *l. fauorabiliores, ff. de reg. iu. Dec. & Cagnol. d. l. inuitus, §. cui damus actionem.* Dubium tamen facit, quod supra dixi, quia adulterium nulla causa iustificari potest, & ideo adulterium mariti nō debet vxori prodesse, qua fortè ratione inductum est, quod non audiatur mulier opponendo adulterium mariti in causa criminali, quia scilicet in causa criminali agitur principaliter ad publicam
65 vindictam, quia publicè interest † quod delicta non remaneant impunita, *l. ita vulneratus, in fi. ff. ad leg. Aquil.* Et est vna ex causis, quibus puniuntur
66 delicta, de quibus † apud Plato, Senecam, Aul. Gell. & Augustin. quos citat, & sequitur Tiraq. *de legib. connubial. leg. 9. glos. 1. par. 1. num. 224.* nisi dicamus, quod vxoris adulterium non iustificatur propter adulterium mariti respectu pœnæ, ipsi vxori inferendæ, sed iustificatur, quoad hoc, ne maritus commodum ex eo sentiat, diuersis respe-
67 ctibus † eadem res diuerso iure censetur. *l. miles. §. pro parte. ff. de leg. 2. Abb. in cap. cum tua, in fi. de decim. Ripa in l. fi. numero centesimo vigesimo secundo. C. de reuoc. donat. dixi in cons. 127. num. 69.* & potest vxor dicere marito, quoad te liberas ædes habeo, nam ex
68 adulterio offenditur maritus, † offenditur Respublica, & offendūtur cōsanguinei, & tota agnatio: de marito est text *in l. 2. §. fi. ff. de adult. in l. quamuis adulterij. C. eod.* in consanguineis est text. *in l. vnica, C. si rector prou. & in l. vnica, C. si quacunque prædit. pot.* vbi dicitur quod adulter est inimicus propinquorum mariti. de Republica item est tex. *in l. prima, §. vsq; adeo, & l. Stichum, ff. de iniur. Lup. in dicta rub. de dona. inter vi. & vxo. §. 88. n. 7.* offensio mariti cessat, quando maritus & ipse eodem laborat vitio, quòd non debet in aliis redarguere, quod in se ipso non sibi displicet.

Alia etiam difficultas oritur mihi circa illud dictum, quod mulier criminaliter accusata adulterij non possit excipere de mariti adulterio: nam etsi in causa criminali principaliter tractetur de

vindicta publica, ideoq; non ſtiurandum, quod maritus luxuriosè viuendo cauſam dederit vxori
69 meretricandi, quia in cauſa criminali pœna † venit fiſco applicanda, non parti, *l. licitatio, §. quod illicitè, vbi Bartol. ff. de public. §. in ſumma, Inſtit. de iniur. gloſ. Bart. & Alex. in l. prætor ait, in princip. ff. de ſepulch. violato, Aret. in rub. de iudic. col. fin. vbi dicit communem eſſe opinionem, & ſequitur Felin. communem quoque dicit Maran. in pract. iudic. in 4. par. princip. numero ſecundo, vbi dicit veram, & communem concluſionem Foller. in ſua praxi, in ver. audiantur excuſatores numero 96. & 98. Clar. in practi. crimin. quæſtio. 1. numer. 2.* vbi propè infinitos allegat dicens, quod ita tenent omnes, tamen poteſt quis tẽtare criminalem cauſam principaliter, & acceſſoriè, vel in conſequentiam cumulare priuatum intereſſe, puta, quis petit aliquẽ
70 puniri de furto, & conſequenter † ad reſtitutionem rei ablatę condemnari, id enim iure permittitur ſecundum doctrinam Bartol. *in l. interdum §. qui furem, numero quinto, ff. de furt. Roman. in l. edita, numero 103. ver. non obſtat ſua ratio, C. de eden. vbi dicit communem, & ibi de communi atteſtatur quoque Cur. iun. numero centeſimo nonageſimo octauo. Aret in c. qualiter. & quando, il. ſecondo, §. ad corrigendos, numero 139. de accuſat. Alexan. in l. diuus, in vltim. notab. ff. de re iudic. Socin. in conſ. 60. col. 1. vol. 4. Dec. in d. l. edita, numer. 66. Crau. in conſ. 14. num. 1. Maran. qui alios citat, & declarat in d. 4. par. in princip. num. 28. Clar. in pract. crimin. quæſtio. 2. numero. 2.* Proinde ſicuti quando ciuilis cauſa reſpectu adulterij principaliter mouetur ad ſeparationem thori, & amiſſionem dotis poteſt vxor excipere de adulterio mariti, & auditur, ita audienda videtur quando maritus principaliter agit ad pœnam, & acceſſoriè ad priuationem dotis, aliâs eſſet in facultate mariti adulteri excludendi ſemper vxorem. Poſſet pro reſponſione dici, quod vbi priuatum intereſſe deducitur acceſſoriè ad cauſam criminalem, tunc cauſa dicitur criminalis, & ſecundum criminalem modum
71 regulatur, quia acceſſorium † ſequitur naturam principalis, *ca. acceſſorium, de regu. iu. in 6.* ideo ſi inſtituto duplici iudicio, *ſecundum doctrinam Bart. in dicto §. qui furem*, Princeps gratiam faciat accuſato de pœna infligenda, velitque accuſator proſequi
72 ſuum intereſſe, quod facere † poteſt, *gloſ. in l. venia edicti, vbi not. Iaſ. C. de in ius vocan. Imola in l. defuncto, ff. de public. iudic.* tunc erit locus torturæ, quia
73 cauſa habet criminalitatem admixtam, † *ita vult Paris de Put. in tracta. ſindicatu, in ver. tortura, §. pone, quod aliquis commiſit plura delicta, in princip. folio mihi 311. ſequitur Boſſ. in titu. de iudic. & conſid. ante tortur. numero 301. ſequitur Ripa, in rub. de iudic. numero 97. & ſequen. vbi dicit communem eſſe*, quia criminale iudicium incaleſcit ciuili, & quia Princeps indulgendo non præiudicat parti, cui inchoato proceſſu criminali fuerat ius quæſitum, per quæ iura ego dicebam in facto de quodam nobili, qui de furto cõuictus fuerat, eò quod bis mille aureos quorum cuſtodiam ſuſceperat, exportauerat, & negauerat ſororio requirenti, quod tenebatur in carceribus cauſam dicere, & poterat torqueri, licet gratiam à principe impetraſſet, eadem ratione dicebam elapſis annis, quod cauſa ciuilis, quæ erat acceſſoria ad criminalem non poterat ſuſcitari per inſtantiæ reſtaurationem, quando in criminali lapſa erat inſtantia. In quæſtione tamen noſtra exiſtimo admittendam eſſe vxorem ad excipiendum de mariti adulterio, etiam in crimi-
74 nali iudicio † ad effectum ne perdat dotem, & vt excludat maritum à lucro dotis. Et non obſtant, quæ ſupra deduximus *in princip.* quia illa procedunt ad effectum, vt impediretur actio per compenſationem totaliter, ſecus eſt, quando non in vim declinatoriæ, vel dilatoriæ vxor exciperet de mariti adulterio, ſed in vim peremptoriæ, pro quo facit, quod ſupra dixi maritum, qui adulterium commiſit, poſtquam vxor fuerat de adulterio condemnata, cogi vxorem recipere non obſtante ſententia inducente thori ſeparationem. Si enim vxor poteſt adulterium mariti probare poſt ſententiam, multò magis poterit ante ſententiam poſt conteſtatam litem, & ideo licet in cauſa criminali vxor excipiẽdo de adulterio mariti non impediat proceſſum, tamen eſt audienda ad excludendum maritum à proſequutione dotis, & eſt noua declaratio, quam credo veriſſimam.

Limitatur etiam, vt non procedat, quando maritus reconciliaſſet ſibi vxorem, quia tunc non poterit in futurum opponere ei de adulterio, &
75 quod de adulterio fieri poſſit pax, † & reconciliatio eſt text. *in auth. ſed hodie, C. de adult. & in §. ſi verò quando, C. vt nulli iudic.* vbi expreſsè dicitur, quod licet marito recipere vxorem, quæ propter adulterium fuerat detruſa in monaſterium. Et ita te-
76 net † Bart. *in conſilio 175. domine poteſtas à primo dubio, volumine primo*, vbi dicit hoc verum eſſe, quoad odium, iniuriam, & rancorem, quia iſta pax eſt licita in omni maleficio, *§. fin. Inſtitu. de iniur. l. ſi ſibi, §. quadam, & l. fin. ff. de pact.* Et licet ſuper crimine
77 non poſſit fieri † tranſactio, *l. tranſigere, C. de tranſact.* tamẽ hoc eſt verum, quoad impediendũ proceſſum tantum, vt per † eum, idem voluit Bart. *in illa l. tranſigere, in ſecunda lectu. in vltima columna, Alber. & Franc. Tig. Alexan. num. 5. ver. aduerte tamen*, quia
78 licet cuique remittere iniuriam ſibi illatam, *Iaſon. numero 6. Cur. ſen. numero 21.* Regulariter enim prohibita eſt ſuper crimine adulterij tranſactio, *vt in eo text. licet videre, vbi Doctores laborant pro inuenienda ratione ſpecialitatis, & Pet. de Bellaper. prout eum refert Cyn. ibi.* Et Cur. ſen. multa effudit contra Italorum zelotipiam, imo & contra clericos, & monachos, ſatis quidem impudenter, & inſipidè, dicit Caſtren. *in conſ. 403. vol. 1.* quod facta reconciliatione nõ poteſt opponi de adulterio, & dicit Bologn. *in conſ. 23. num. 3. in fi.* quod remiſſio adulterij ſtat in pectore mariti

Et quod dictum eſt, adulterium tranſactione remitti ſolùm, quoad rancorem animi, non autem, quoad impediendum proceſſum, locum habet, quando agitur de adulterio verè, non autem quãdo res eſt de præſumpto, vel fícto. Scis enim, quod ſi aliquem habet ſuſpectum de ſua vxore, qui ter monitus, ne illam alloquatur, ſpretis monitioni-

79 nitiobus conueniat cum ea, licet † sibi illum occidere, vel accusare, quia præsumitur adulter, *vt in auth. si quis et, C. de adul. & §. 1. in Auth. vt lice. mat. & au.* hoc casu poterit transigi super adulterio etiam ad
80 impediendum processum, † fuit originalis opinio Iacob. Belu. *in §. pen. in auth. mat. & au. sequitur Bal. d. l. transigere, in 10. oppos. vbi etiam Ang. & Salic. & idem voluit Ias. nu. 6. & Cur. sen. nu. 13. ver. limita tamen, Ang. in l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adulter.*

Est & aliud notandum in proposito, quia etsi per adulterium offendatur maritus, familia, & Respublica, vt supra tetigi: tamen, quia ipse est principaliter iniuriatus, cęteri verò in consequẽ-
81 tiam, ipse præfertur † cæteris in vindicanda iniuria, vt est text. *in l. 2. §. fina. ff. de adulter. l. quamuis adulterij. C. eo.* Et ex hoc infert Bart. *in dicto cons. 157. in secundo dubio*, quod de adulterio pax requirenda
82 est à solo marito, † & ab eo sufficit illam haberi, & subdit, quod ab vxore adulterata non est requirenda, quia volenti non fit iniuria, & quia cum sit socia criminis non potest accusare, *l. si filium. C. de liber. cau. & alia multa adducit, sequitur Alexan. in addit. vbi allegat text. in c. 1. in princip. vbi Bal. quib. mod. feud. amitta.* Hinc dicit Fulgos. *in cons. 133. dos confessata,*
83 quod adulterium † puniri non potest nisi marito volente. *sequitur Bologn. dicto cons. 23. numero 3.* quod ego intelligo ciuiliter, quia criminalis prosequutio fieri potest marito inuito ratione iniuriæ, quę fuit illata Reipublicæ. Sed si Bolog. sententia vera esset necessario, quod diximus post Bar. & alios *in l. transigere*, non esse licitam transactionem super adulterio ad impediendum processum, haberet locum post porrectam accusationem, & ante liceret pacisci de adulterio. *Vide tamen Clar. pract. crim. q. 58 num. 2. & 3.*

Hoc casu videndum est quoque de alia quæstione, quam paucis hinc mensibus habui in facto, de muliere, quæ fuerat damnata de adulterio ad dotis amissionem, & alia, hæc multis annis fuit in monasterio, exinde apud matronam honestam, multis etiam annis vixit, vir honesto loco natus piè, ac iustè viuens requisitus ab affinibus vxoris honestæ familiæ, vt eam reduceret domũ, cõsuluit me, si posset remittere solùm rancorem, non autem iniuriam. Et respondi posse eum limitatam facere remissionem odij, & eorum, quæ salutem animæ possent impedire, non autem iniuriam, nec pœnam, iam sibi ex sententia appli-
84 catam, quia limitata † causa limitatum producit effectum. *l. in agris. ff. de acq. rer. dom.* & remissio est donatio, quæ à mera liberalitate procedit, ideo potest quis donare quantum libet, & cæterum retinere, & contractus ex conuentione legem accipiunt. Et ex prædictis constat posse rancorem remitti, non autem alia, & inquit Din. *in l. si pro fure, in princip. ff. de cond. furt. quem ibi sequitur Bald.* quod
85 † remittens iniuriam non videtur remittere interesse seu damnum, quod ex iniuria passus est, Bald. *qui idem dicit in l. si tib. §. 1. ff. de pact.* fortius dicit Bald. *in l. domus. ff. de seru. vrban. prædio.* quod facta
86 remissione omnium † iniuriarum, expulsionum, & deuastationum non veniunt damna, & interesse, *allegat Specul. in tit. de accusat.* Ideo Bald. *in d. l. si tibi. §. primo*, instruit, quod in instrumẽto pacis ponatur remissio plena cum damnis, & interesse, & Alex. ibi inquit hoc dictum esse diligenter considerandum, *idem Alex. in cons. 168. num. 7. vol. 2. Ias. in l. 1. numer. 16. ff. de pact.* Et hoc vult glos. *in d. §. fi. Instit. de iniur. quam sequuntur alij supra proximè citati, & eam dicit communem sententiam Ioan. de Amic. in cons. 88. numero 14. Didac. lib. 2. variar. resol. cap. 10. nu. 6. ver. quarto eodem, Clar. in pract. crimin. quæst. 58. numero 38. Carroc. in c. cum quid, par. 4. limit. 10. ver. ad quintum, numero tertio.* Et si hoc est verum, quando indefinitè fit remissio, quanto magis locum vendicabit in hoc casu, in quo facta est cum expressa reseruatione dotis, & cuiuscunque alterius iuris: reseruatio
87 enim ius conseruat, † quod competebat, *Bart. in l. pen. C. depos. Castren. in l. 1. num. 7. ff. ad leg. Falcid. Dec. in cons. 283. num. 2. & cons. 309. col. 3. ver. non obstat, quod renunciatio, Crau. in cons. 127. num. 7.* Et ideo licet re-
88 cipiens sortem † censeatur remittere pœnam, & interesse, *l. si. in fi. C. de eo, quod cer. loco, vbi Bart. Angel. Castr. Ias. & alij.* tamen quando recipiẽdo sortem, quis protestatur velle, quod sit sibi saluum ius re-
89 spectu prædictorum potest pœnam petere, † & interesse *secundum Bart. in d. l. fin. in fi. ver. possemus etiam dicere, Castr. in fi. Ias. nu. 4. ver. quid tenendum, Aret. in cons. 9. col. 2. in fi. in 2. dub. Dec. in l. vinum, num. 5. ver. saluari tamen potest ff. si cer. pet.* Cum ergo protestetur maritus se remittere rancorem tantum, & odium, non autem iniuriam, & alia, quæ fuerunt sibi quæsita ex dicta sententia, arbitror rectè cõsuluisse, quod mulier in futurum non possit vti iure primæuo. Et non obstat, quod venalis con-
90 cordia inter coniuges † sit prohibita, licèt cæteris sit permissa, vt text. *in l. si liberis, secundum vnam gl. lecturam. ff. de pact. dotal.* vbi conuentio per quã maritus, sub prætextu concordiæ remittit vxori pactum lucrandi, est nulla, *sequitur Rom. in singul. 582. pone casum quotidianum, & sequitur, ac valdè singulare dicit Io. Lupus, in rubrica, de donat. inter vi. & vxor. §. 34. num. 3. ver. ad idem est.* vbi, *num. 4.* infert, quod si ma-
91 ritus reconciliando sibi vxorem cõuenit, † quod lucrum bonorum sibi delatum ex adulterio vxoris ipso viro remaneat, non valebit pactum tanquam continens turpem, & venalem concordiã, *& sequitur addit. ad Rom. in loco præcitato*, quia ille tex. loquitur, quando maritus remittit ius quęsitum, atq; ita vendit concordiã. At secus est in casu nostro, quia maritus nihil remittit, sed retinet quod iam fuerat sibi adiudicatũ, atq; ita casus sunt diuersi. Proinde rectè Lupus relinquit cogitandũ, licet veram differentiam non exprimat, nõ enim tenebatur maritus recipere vxorem adulteram. Ideo recipiendo potuit adiicere quæcunque pa-
92 cta, quia sicuti traditioni † rei suæ potest quis apponere quam vult legem. *l. in traditionib. C. de pact. Zabar. in clem. quia contingit, in 11. not. de religio. domib. D. Becius in cons. 101. num. 25. & 26.* ita in remissione iniuriæ, vel alterius iuris, & vxor debet remissionem in totum acceptare, vel in totum improba-
93 re, † non autem improbare pro parte, & pro parte illi acquiescere. *l. cum quæritur, ff. de administr. tuto.*

l.nam absurdum,ff.de bon.lib. Et dicit Bart.*in l.contra iuris.§.fi.cum l.seq.ff.de pact.* quod is cui ius quæritur
94 ex cõtractu tenetur illud † acceptare cum omnibus suis qualitatibus. Et dicit Alber.ibi,quod agnoscens pro se cõtractum, tenetur illum agnoscere contra se,*alios citaui in cons.52.numer.40.& seq. vbi habes ad satietatem.* Præterea *in d.l.si liberis*,turpitudo in hoc consistit, quia vxor, quæ sine causa discesserat, & consequenter gratis tenebatur redire,turpiter exigit à viro remissionem pacti,quã aliâs vir non feciſſet, nisi vt induceret vxorem ad redeundum,*argumento l.1.&2.ff.de cond.ob turp.cau.* sicuti etiam dicimus de teste, qui cum teneatur ferre testimonium,turpiter accipit quidquid pro ferendo testimonio accipit. At secus est in marito recipiente vxorem adulteram, quia non dicitur turpiter aliquid capere, cum non teneatur illam iterum admittere ad thorum quem violauit, vltra quod cum maritus reseruat sibi iura nihil habet ab vxore, sed à lege ferente sibi dotem v-
105 xoris adulteræ,vel etiam à iudice adiudicãte.Imo videtur quod possit maritus isto casu licite capere
95 † vt adulterium dissimulet,vt probat text.*in l,idem etsi,in princip.ff.de cond.ob turp.cau.* quod non pono pro constanti.Rursus *in d.l.si liberis*, simulata fuerat discordia, & affectata causa discedendi, vt inde pro reditu extorqueret à viro remissionem pacti, non mirum itaque si dolus non debet vxori
96 dolosè opitulari,cum nemo debeat ex suo † dolo lucrari,vel commodum consequi.*l. ne ex dolo. ff.de dolo.l.itaque fullo.ff.de furt.D.Becius in cons.97.num.17.*
97 vbi alios citat,& affectata absentia † non prodest. *l.& qui data.ff.ex quibus caus. maio.* nec impedimen-
98 tum † affectatum,*l.2.* §. *vlt.ff.si quis caut.* nec alius
99 quilibet affectatus † actus *secundum Felin.in c.2.de testib.Tiraquel.de retract conjang.§.35.glos.4.numer.28.*
100 De rixa affectata † quod iuuet,ponit Boss.*in tit.de homicid.nu.56.*& quando lis est affectata, vel ficta,
101 non valet transactio † *vt ponit Angel.in l.cum hu.ff.de transact.sequitur Castren.ibi,Natta in cons.543. nu.34.* at in nostro casu rixa, & discordia non fuit ficta, nec affectata,aut simulata, sed vera, & certa,ideo termini nostri in omnibus discordant à casu dictæ legis.

Declaratur pariter non procedere quãdo post commissum adulterium maritus cognouit car-
102 naliter vxorem, videtur enim per talem † actum remittere iniuriam, & eam sibi reconciliare,atq; illius mores approbare *secundum glos. vnicam in c.fi. de adult.& in c.plerunque,de donat.inter vir. & vxo.vbi Præpos.c. quod autem 32.quæstio.1.c.quemadmodum, de iureiur. Castren. in cons.403. vol.1.* vbi tamen dicit hanc reconciliationem induci, quando maritus cognouit vxorem post pœnitentiam peractam, aliâs autem si ante pœnitentiam cognouit leno-
103 cinij reus est, & † non potest vxorem accusare,*c. significasti, de diuor.c.pen.de adult.c.6.32.quæstio.1.& c. nemo,2.quæst.3.* Et hæc erit alia declaratio, vt scilicet vxori non possit maritus opponere de adulterio,quod commisit ipso tacitè, vel expressè lenocinante. Et prædictam decisionem,cum ea distinctione probauit Bologn.*in cons.23.num.3.&4.*

& communem dicit Didac.in Epitom. de spons.par.2.c.7. §.6.num.7. vbi subdit quod non obstante prædicta remissione poterit maritus accusare vxorem, si postea cadat in adulterium. Quamuis contrarium teneat Salic. *in l.quoniam Alexandrum, C.de adult.*& ait quoque, quod ea nouum adulterium committente non dabitur accusatio adulterij remissi,quia delictum reconciliatione extinctum non potest resuscitari, quidquid voluerit Lup. *in d.c.per vestras, in princip.§.9.num.18. vbi late agit reprobando Salic.quoad primum dictum*, quia præcedens
104 venia † non trahitur ad futura delicta. *l. non aliás. §.1.ff.de iudic.* Et facit,quia impunitas pro futuris delictis nõ valet tam quam præbeat occasionem, & licentiam peccandi. Prædictam sententiam, quod maritus cognoscendo vxorem carnaliter, videatur illius malos mores approbare, tenuit quoque Clar. *in pract. crimin.§. adulterium, numero decimo octauo*, vbi addit, quod peccat mortaliter
105 maritus,† qui agnoscit vxorem adulteram,*c. coniugio.32.1.quæsti.1. Bertach.in suo repertorio in ver. adulter,il.3.de quo tamen videndus est Caiet.in summa in ver. matrimonialis vsus, c.10.& tractat Didac.d.c.7.§.2.numero quarto.* Benè certum est, quod turpe est marito cognoscere vxorem adulteram ante pœnitẽtiam, vel cum ea habitare propter suspicionem lenocinij, *dixi supra ex Castren. & Bologn. Lup.in d.c. per vestras, in 3.notab.§.21. numero vigesimo tertio, folio mihi 152.Didac.d.§.2.num.4.* Et præmissa conclusio confirmatur, quia, vt dixi supra loquendo de ingratitudine filij, iniuria seu offensio remitti potest non minus tacitè quam expressè, non enim
106 minus loquimur facto,quam verbis.*l.Paulus.ff.rem rat.hab.l.reprehendenda.C. de instit.& substit.* Et dicit glos. *in l.recusare,ff. de acquir. hæredit.* nihil referre verbis ne an factis aliquid fiat, *Tiraquel. de retract. consang.in fin.numero septuagesimo quinto,Ripa in consilio centesimo octuagesimo septimo, numero octauo,Bello.in consilio 15,numero 11.Neuiza.in cons.50.numer.51.Natta in cons.11.num.6.*

Intellige tamen iniuriæ remissionem induci, quando maritus sciẽter cognoscit vxorem adulteram,quia si ignoraret adulterium commissum, non videtur voluisse reconciliari. Ita loquuntur iura omnia supra citata, nam ignorans nunquam
107 † videtur remittere ius sibi competens.*l.mater decedens.ff.de inoffi.testamen.l. cum Aquiliana. ff.de transact.l.ex maleficiis,§.longè minus, de actio.& oblig.Ioan. Andr.ad Specul.in tit.ff.de testam.§.in primis, sub nu.27. Afflict.in decis. 53. Deci.in consilio 503. in 3.dub.* & qui
108 ignorat actus defectum non potest videri,† quod illum approbet,*Alex.in cons.135.col.1.vol.7.*& ignorans non negligit ius suum, nec contemnit. *cap. quia diuersitatem, de conces.præben.* Cum ergo vir ignorat delictum vxoris, non videtur cogitare
109 † de iniuriæ remissione.

SVMMARIVM.

1 *Dos datur,vt maritus onera matrimonij sustineat.*
2 *Vxor non est alenda à viro si dotem promissam non soluit.*
3 *Maritus denegare potest vxori alimenta si dotis partem soluit, & partem retinet.*

4 *Empto-*

4 *Emptor non lucratur fructus prædij empti etiam pro rata pretij soluti si integrum non soluit.*
5 *Vxor, quæ integram dotem non soluit, debet tamen ali pro rata partis solutæ.*
6 *Partis eadem est ratio quoad partem, quæ est totius quo ad totum.*
7 *Emptor de æquitate facit fructus suos pro rata soluti pretij.*
8 *Officium iudicis datur emptori pro rata soluti pretij ad consequendam partem fructuum.*
9 *Vxor quæ partem dotis soluit lucratur pro parte donationem propter nuptias.*
10 *Emptor qui non soluit pretium lucratur fructus, quãdo fuit habita fides.*
11 *Maritus potest de domo expellere vxorem quæ dotem non soluit.*
12 *Habitatio ei debetur, cui alimenta sunt præstanda.*
13 *Matrimonium res est spiritualis.*
14 *Matrimonium nõ rescinditur etiam si dolus vnius partis illi causam dederit.*
15 *Matrimonium non rescinditur etiamsi vnus coniugum minor peteret restitutionem in integrum.*
16 *Matrimonium non rescinditur etiamsi mulier dolosè affirmauerit bona sua esse maximi valoris, cum non sint.*
17 *Lege cautum quod non reperitur non est superstitiosis inuentionibus præsumendum.*
18 *Ius dicere sibi de facto nemo debet.*
19 *Adulterium vxoris præstat iustam causam separandi thorum.*
20 *Thori separatio fieri non potest ob adulterium sine iudicio ecclesiæ.*
21 *Matrimonium non dirimitur propria authoritate etiamsi notoria sit consanguinitas inter coniuges.*
22 *Conductor, qui in solutione pensionis deficit pro parte potest expelli.*
23 *Emphyteuta, qui deficit in solutione canonis pro parte cadit à contractu.*
24 *Emphyteuta deficiens in modico cadit à toto.*
25 *Emphyteuta alienans partem rei cadit à tota.*
26 *Contractum, qui non seruat, ei non est obseruandum etiamsi defectus sit in minimo.*
27 *Vtile vitiatur per inutile in indiuiduis.*
28 *Vxor non conuenitur vltra quàm facere possit.*
29 *Vxor, quæ propter paupertatem, & impotentiam non soluit dotem non potest à viro expelli.*
30 *Vxor non excusatur per impotentiam à solutione dotis, quam promisit sciens se non posse soluere.*
31 *Maritus alit vxorem etiam dote non recepta, quando ea fuit promissa ab affinibus, non ab vxore.*
32 *Actionem, qui habet, videtur rem ipsam habere.*
33 *Fideiussor conueniri non potest, quando creditor principalis factus est non soluendo ob dilatam exactionem.*
34 *Actionem habens dicitur fictè, non verè habere rem.*
35 *Vxor quæ partem dotis soluit lucratur solùm partem donationis propter nuptias etiamsi promissa fuerit ab affinibus.*
36 *Maritus non denegat alimẽta vxori, cuius affines propter paupertatem non soluunt dotem.*
37 *Alere quilibet eum tenetur quem habet in obsequio.*
38 *Maritus non potest vxorem expellere eò, quod dotem non soluerit si eam retinet in obsequio.*
39 *Vxorem alere an teneatur maritus illam retinens in obsequio, si promissam dotem non soluit.*
40 *Facta multa tenent, quæ fieri prohibentur.*
41 *Turpius eiicitur, quam non admittitur hospes.*
42 *Maritus qui ob dotem non solutam expulit vxorem, potest nihilominus dotem petere via iudiciali.*
43 *Dominus, qui ob non solutum canonem expulit emphyteutam, non poterit canonem petere.*
44 *Remedia duo quando competunt, electione vnius tollitur alterum si sint incompatibilia.*
45 *Remedia plura cumulari possunt, quando oriuntur ex diuersa causa.*
46 *Dominus expellens colonum deficientem in solutione potest nihilominus pensionem petere.*
47 *Maritus tenetur vxorem admittere redeũtem etiam, quæ discesserit propria culpa.*
48 *Maritus, qui vxorem domo expulit non solutam dotem, petere poterit nõ solùm dotem, sed etiam vsuras dotales.*

QVÆSTIO XVII.

1 IVsta quoq; est causa denegandi alimenta vxori, quãdo non soluit dotem promissam: dos enim constituitur, vt ex eius fructibus † maritus sustineat onera matrimonij. *l. pro oneribus. C. de iu. dot. l. dotis fructus. ff. eod. l. de diuisione, vbi gl. & Doctores ff. sol. mat. Doctores in c. salubriter, de vsur. Bartol. in l. si soror, ff. de do. præleg. Castren. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, num. 7. ff. solu. matr. Cagnol. in l. omnis diffinitio, num. 48. ff. de reg. iur.* Et in ter-
2 minis † hoc voluit gl. *in §. si. in ver. onerã, in Auc. de nõ eligen. secun. nub.* quẽ tex. ad hoc allegat ante omnes Cyn. *in l. quod in vxorem, col. 1. C. de neg. gest.* vbi dicit, quod deceptis, & non decipientibus subueniunt iura, Sal. *ibi in fi.* qui dicit, quod vxor dicitur esse extra domum culpa propria, quando non soluit dotem quam promisit, Etidem tenent Castren. & & Ale. ibi, & est text. *in l. si. vbi not. Bald. & Castr. C. ad Velleia. idem Bald. in l. si donaturus. §. 1. ff. de cond. ob. tau. vbi Ias. num. 3. hoc etiam probauit Bald. in d l. de diuisione, & in l. si cum dotem. §. sin autem in fauissimo, ff. solut. mat. vbi Ale. Abb. in c. per vestras, de dona. inter vi. & vxo. Rom. in cons. 517. col. 1. Corne. in cons. 240. in præsenti, col. 2. ver. tamen hu non obstantibus, vol. 3. Socin. in tract. Fallen. regu. 298. in princip.* non enim tenetur maritus vxorem habere sine dote, *c. nullum, 30. q. 5.* Sed ante omnes hoc voluere Host. Ioan. And. Collecta. But. & alij *in d. c. per vestras, Ioan. Lup. ibi in 3. not ab. in princip. col. 1. & 2. folio mihi 133. & seq. Natta in cons. 15. num. 9. Vital. in tract. clausul. in tit. an possit quis renunc. alim. col. 6. in fi. Guid. Pap. quæst. 439. in princ. Boer. in decis. 22. in princip.* quia dotis datio est de solennitate matrimonij, *l. si. post princ. C. de donat. ante nup. glos. & alij in l. stipulata, ff. de donat. inter vir. & vxor. Didac. in Epitom. de sponsal. par. 2. c. 7. in princ. nu. 2.* vbi admittit vxorem, quæ non soluit dotem, non esse alendam, *Benincas. in tracta. de pauper. q. 8. in 2. speciali contract. num. 3.*

Et procedit hæc opinio etiamsi maritus partem dotis recepisset, quia pro deficienti solutio-

3 ne † partis nihilominus potest denegare alimenta. Ita Bald. *in l. insulam. §. vsuras. ff. solu. matr.* vbi dicit, alimenta negari, quando vxor non soluit integraliter dotem, *sequitur Castr. num. 2. Io. Lup. in d. c. per vestras, in 3. notab. in princ. col. 3. ver. & hoc non solũ, allegat text. in simili, in l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio.*
4 *emp.* vbi dicitur, quod emptor, qui solam † partem pretij soluit, non lucratur fructus pro rata pretij soluit. Ad idem est text. *in l. fistulas. §. qui fundum, ff. de contrab. empt. in l. fi. ff. de fun. dotali. Abb. in cons. 66. col. 3. vol. 1. Aret. in cons. 161. in 5. dub.* Non tamẽ Bal. & Castren. quicquam dicunt ad comprobandum suam decisionem.

Non etiam declarant, an ob defectum partis possit maritus integra retinere & denegare alimenta, & text. *in d. §. offerri*, quem allegat Lup. innuit, quod in totum erunt denegãda, sicuti in totum fructus acquiruntur emptori, cui pretium
5 non integrè soluitur, sed ego teneo † maritum debere alimenta præstare pro parte dotis solutæ, quia eadem est ratio partis quo ad partem, quæ
6 † est totius quoad totum, *l. quæ de tota, ff. de rei vend. vbi glos. Bar. not. l. iurisgentium, §. adeo, vbi Doctores, præcipue Ias. ff. de pact. Euer. qui plures citat in loco 80. col. 2. vers. quod vt euidentius.* Prærerea videmus, quod etsi emptor nihil lucretur de fructibus rei emptæ nisi totum soluat pretium, id tamen procedit in specto iuris rigore, at æquitate attenta, quæ magis
7 obtinet, fructus pertinent ad emptorem pro † rata pretij soluti, *ita Bar. in d. §. offerri, vers. quæro, iuxta hoc. Dec. qui alios citat in cons. 119. num. 2. in fi. Bald. Abb. Castr. Io. de Anan. Aret. & alij. quos citat, & sequitur Nat. in cons. 384. nu. 10. & sequitur Cagnol. in l. iurabit, nu. 22. C. de actio. emp. Didac. lib. 3. var. resolu. c. 4. vers. dicitur 5.* Et eo casu non datur actio, sed officium iudicis
8 † fundatum super æquitate, *vt declarat Natta d. cons. 384. nu. 10.* facit etiam, quod dicitur *in authen.*
9 *de non eligen. secun. nub. §. pen.* vbi sicuti vxor † dote integrè soluta lucratur totam donationem propter nuptias, ita soluta parte dotis lucrabitur partem donationis. Et per illos textus hoc modo determinat eam quæstionem Guido Pap. *quæs. 274. in princip. sequitur Boer. in decis. 22. num. 19.* vbi tamen
10 limitat si habita esset fides de pretio. † Et hoc voluit Ange. *in d. §. pen.* vbi dicit esse multum notandum pro ciuitatibus, in quibus extant statuta de lucranda dote, & donatione propter nuptias, *Ias. in § fuerat, num. 126. Instit. de actio. Bertran. in cons. 115. num. 4. vol. 4. Natta in cons. 258. num. 1. & seq.* Et hoc voluerunt etiam Socin. Afflict. Paris. & Neuiza. quos citat, & sequitur Rol. *in cons. 10. num. 1. & seq.* vbi idem dicit in statuto disponente, quod vxor donationem lucretur propter nuptias, *& in tract. de lucro dot. quæst. 10. nu. 11.*

Quinimo tenẽt multi, quòd maritus, cui non
11 soluitur dos ab vxore, potest illam expellere † domo, & ad hoc ponderatur text. *in l. fi. C. ad Velleian. ibi, & sic à marito forsan repelli, atque hoc notat Bald. ibi in l. si donaturus. §. 1. ff. de don. ob caus. & idem voluerunt Cyn. Bald. Salic. Castren. & Ale. in d. l. quod in vxorem, Bald. in d. l. de diuisione, Rom. in cons. 517. col. in fi. & col. 2. in princip.* Et probatur *in d. c. per vestras, de donat. inter vir. & vxo.* secundum intellectum Host. quod ibi vxor foret domo eiecta, quem intellectum sequitur Ioan Andr. Collect. Iur. & Abb. ibi. Et ex illo intellectu infert Abbas, quod licitè expellitur vxor propter dotem non solutam, alios citat Ias. *in d. l. si donaturus. §. 1. num. 3. & in d. §. fuerat, num. 98. Socin. in d. reg. 258. in princip. Vital. in d. tract. claus. in tit. an poss. renunc. alimen. col. 6. in fi. Ruin. in cons. 144. num. 1. & 16. vol 5. Ioan. Lup. in d. c. per vestras, in 3. notab. in princip. col. 2. vers. sed ego teneo, Boer. d. decis. 22. numero 3. Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. si quis ex his, numero. 50. & seq. ff. de lib. agnoscen.* Duæ rationes huius dicti principaliter allegari possunt. Prima est, quod vir aliter erat eam habiturus in vxorem, nisi dos fuisset soluta. *l. pure. §. si eum, ff. de doli exceptio.* & secunda, quia si non tenetur eo casu alere vxorem, quę dotem non soluit, vt admittunt omnes, vtique non tenebitur etiam illam habere in do-
12 mo, quia qui debet alimenta, † habitationẽ quoque præstare tenetur. *l. legatis. ff. de alimen. & cibar. legat.* Prima tamen ratio mihi non placet, quia matrimonium res est sacramentalis, & spiritualis
13 † *gl. in c. veniens, de transac.* & non rescinditur etiam-
14 si dotes vnius † partis causam illi dederint, vt probatur ibi, etiamsi altera partium esset minor, &
15 peteret restitutionem in integrum, † *gl. & Doctores in c. ex parte, de restitut. spoliat. & in l. ait prætor, ibi Bar. ff. de mino.* Et ideo Bald. Nouel. *in tract. dot. in 6. par. priuileg. 43. col. 2. in princip.* dicit, quod mulier vidua, quæ vt speciosum habeat virum, dedit in dotem omnia bona sua, quæ dicebat maximi esse
16 valoris, cum tamen modica essent, decepit † virũ, non retractatur per hoc matrimonium, licet mulier repelli possit, & perdat ex dolo beneficium aliâs sibi competens ne conueniatur, vltra quàm facere possit, imo & carcerari possit *sequitur Lup. in d. 3. notab. in princ. col. 2.* Cum ergo in matrimonio non detur retractatio ex causa non sequuta, non est bona ratio expellendi vxorem, quia non esset aliter illam ducturus. Verior ergo est ratio secunda, & addi possunt rationes, quæ supra allegatæ sunt in principio circa alimenta, quia deceptis, non decipientibus iura subueniunt, & quia maritus sine dote non cogitur ad onera matrimonij *secũdum Doctores in d. l. quod in vxorem.* inter quę onera illud videtur maximum, ferre scilicet, leuitatem, loquacitatem, importunitatem, & alia mulierum vitia.

Contrariam tamen sententiam quod vir ob defectum solutionis non possit vxorem domo expellere, probauit Card. *in d. ca. per vestras, in 4. oppos.* quia inter causas diuortii, hæc non reperitur,
17 *cap. porrò, de diuort.* & quod lege † cautum non reperitur, non est superstitiosis inuentionibus præsumendum, *Archid. in proœm. sexti col. 6. D. Becius in cons. 35. numer. 4.* & maritus non debet de facto sibi
18 † ius dicere, *l. 1. C. ne quis in sua cau. c. cum venisset. de iudic.* ita quoque tenet Bald. nouel. *in d. priuileg. 43. vol. 2. in fi. vers. posset tamen expelli.* vbi dicit in specto iure canonico, quod est seruandum, non posse vxorem expelli. Idem etiam voluit Didac. qui tamen de prædictis non meminit *in d. Epitom. sponsal.*

par.2.c.7.in princ.num.2. vbi mouetur, quia maritus tenetur cum vxore habitare & ad id cogi potest per ecclesiasticum iudicem. *c.literas. vbi Abb.de restit.spoliat.c.1.de sponsal.c,intelleximus.de adult. c.1.de offic.ordin.* Et ad id præcisè cogi potest *secundum Bart.in l.stipulationes non diuiduntur, quæstio.8.vbi Iaf. num.32.ff.de verb.oblig. Abb.in d.c.literas,in fi.Præpos.& Felin.numer.8.in d.c.1.de sponsal. eandem sententiam tenuerunt Moder.Gall.ad Alexan.in cons.56.col pen.vol.4.* tamquam sit contra ius diuinum, de quo apud Matth.*c.19.Marcum c.10.& DiuumPaulum ad Epes.c.5. sequitur Decis. Pedem.132. numer.18.* Hinc videmus,
19 quod etsi thori separatio † expressè concedatur propter vxoris adulterium,*c.ex parte,de sponsal.c.significasti.c.ex literis,& cap.gaudemus, de diuor.c.intelleximus,& c.fi.de adult.* tamē ea nunquam à viro fie-
20 ri potest authoritate propria, † sed expectandum est ecclesiæ iudicium.*c.plerumque de donat.inter vir. & vxo. c.porrò. de diuort.* Et id procedit, etiamsi
21 notoria sit causa, vt in consanguinitate † dicunt Abb.*d.c.porrò.Imo. in c.ex conquestione. de restit.spolia. Lafranc.in rub.de cau.poss.& propr.col 5.* quod tamen non pono pro absoluto per ea, quæ ponit Didac. *d.cap.7.§.5.num.10.* Quidquid tamen sit si vbi causa separationis iusta est,& à lege determinata, nō licet marito vxorem expellere propria authoritate,quanto minus licebit in casu non determinato. In summa prima opinio est communis, & approbatur per legistas,secunda tamē magis conuenit iuri canonico, & fauetanimæ,cuius saluti consulendum est.

Si primam teneamus amplianda erit si pars tantum dotis erit debita, cætera verò iam sit soluta : non enim quoad expulsionem militat ratio, quam allegauimus supra tractando de præstandis alimentis, & facit, quod diximus de con-
22 ductore † qui defecit in parte pensionis, is enim potest expelli,vt probat text.*in l. ædem. ibi soluisti in solidum.C.loca.* idem in emphyteuta qui deficien-
23 do in parte pensionis † cadit à tota re,*Specul. in tit. de loca.§.nunc aliqua.vers.29.* & est magis communis *secundum Iaf.in l.2.num.54.C.de iure emphyt.Ioan.And. Bald.Oldr.Castren. Ale. & alij citati per Nattam in cons. 429.num.7.& 8.* vbi ampliat etiam si defectus sit in
24 modico,† *Rol.in cons.17.num.14. vol.2.* qui duo dicunt idem esse,quando emphyteuta contrauenit alienando partem rei. Volunt enim quod cadat
25 † à tota re,de quo articulo late Clar. *in quæst.8.n.4. de iure emphyt.* Hoc etiam videmus in eo qui circa obseruantiam contactus deficit in matrimonio, quia ei aduersarius in nullo tenetur implere,
26 † *Bald.in l. iurisgentium.§. adeo, in ver pacta conuenta, in 2.notab.ff.de pact.* vbi loquitur etiam in his, quæ non respiciunt substantialia contractus, *Dec. in l. cum proponas.numer. 5. vbi Cur. iun.ad Ale.num.2.C.de pact.Natta in cons.373.numer.29.vers. nec releuat, Menoch.in cons.55.numer.6.D.Becius in cons.45. numero 10.* Et facit quia non potest expelli pro parte,& retineri pro parte, sed expulsio res est indiuidua at-
27 que in indiuiduis † vtile vitiatur per inutile, *Bar. in l.grace, §.illud commune, numero 3.ff. de fideiusso. in l. quemadmodum. numero 9.C. de agricol. & cons. lib. 11. Doctores in l.1.§. sed etsi mihi,ff.de verb. oblig.vbi Iaf. numero 4.ver.in ista, & Crot. numero 7. & est text. in l.si sponsus. §. generaliter, & §.circa. de donat. inter vir. & vxo.& in l.1.§.item quæritur,& in §.Trebatius ff.de aqua quotidia.& æsti.* Ergo pars non soluta non impedit expulsionem, sed ea solutio vitiatur ob partem non solutam.

Principalem tamen conclusionem limita non procedere, quando vxor soluisset quidquid potest, habet enim priuilegium ne teneatur vltra
28 † quàm facere possit. *l. ex diuerso, in princip.vbi Bart. & alij,solu.matrim.* Tunc enim si ob paupertatem, vel inopiam mulier non possit integrum dotis
29 debitum exoluere,† non potest à viro expelli,sed alenda est.*ita declarat Ale. in l.si donaturus.§. 1.numero secundo,ver. limita tamen, ff.de condic.cau.da. & ibi Iaf. numero quinto, in fi. aditio. ad Guid.Pap.in quæstio. 439. in additio.fi. & dicam paulò infra circa sequentem limitationem.*

Hoc tamen verum est nisi mulier dolosè dotem promisisset,quam sciebat se non posse soluere,quia perditur dictum beneficium propter dolum.*l.etiam.§.licet,ff.solu.matr.* Et in terminis quod
30 non † gaudeat mulier dolosa tali beneficio est text. *in l.pen.ff.de iu.dot.* quem dixit singularem Io. Lup. *in d.c.per vestras,in 3.notab.in princip.colum.tertia,vers. fic.& per ista fuit aliàs decisa,de donatio. inter vir. & vxor.& dixit in titu.quibus debeantur alimenta, in quæstio. de his qui tenentur solùm in quantum facere possunt.*

Secundo principaliter limita conclusionē nostram, vt non procedat, quando dos fuisset promissa non ab ipsa vxore, sed à patre, vel fratribus vel aliis etiam extraneis,quia tunc si sunt in mora dotes promissas soluendi, tenetur nihilominus
31 maritus † vxorem alere,*secundum Corne.in cons.145. in hac consultatione,col.4.ver.nec refragatur,& ver.præterea imputatur,vol.2.* vbi duplici mouetur ratione. Prima est quod cum maritus actionē habeat contra patrem, vel fratrem vxoris, qui dotem promi-
32 sit videtur dotem † ipsam habere, *l.nemo videtur ff. de in integr.restit.l.rē in bonis, ff.de acquir. rem dom.l.qui actionem habet,ff.de reg.iur.* Secunda est, quia negligentia mariti seu eius culpa commissa circa exactionem dotis nō debet vxori nocere, facit quod
33 dicimus de fideiussore, qui nō † potest conueniri à creditore, quando ob dilatam exactionem debitor factus est non soluendo. Hanc declarationem probauit etiam Socin. iun.*num.114.num.44. vol.3.sed ante omnes Abb.in d.cap.per vestras.* Hæ tamen rationes non videntur tutæ, quia licèt actionem habens videatur rem habere, tamen minus est actionem habere quam rem *l.minus est, ff.de reg.iur.*
34 Et id quod dicitur in contrarium procedit † fictè non verè,*vt per Deci.in d.l.qui actionem,num.4.vbi etiam Cagnol.* Et si hæc ratio bona esset procederet etiam, quando dos esset promissa ab vxore, quia etiam tunc maritus cum habeat actionem videretur rem habere: tamen secunda quoque ratio non satisfacit, quia cum esset in facultate mariti agendi non potest sibi imputari quod non egerit, nemo etenim cogitur agere.

Ideo contrariam sententiam, quod non sit a-

alenda etiam eo casu, quo dos non est per vxorem promissa, sed per alium probauit Bald. *in l. quod in vxorem, numer. 10. C. de negot. gest.* vbi dicit indefinitè alimenta præstanda non esse siue dos debeatur ab vxore, siue à patre, aut alio. Eodem modo loquitur Castren. *num. 4. & Alexan. num. 3.* & cæteris clarius Salic. *in fi.* dicens legem tres casus parificare quod dos sit à muliere à patre, vel ab extraneo promissa, quia semper est mulieris, & semper datur pro oneribus matrimonij, *ita etiam loquitur Guid. Pap. d. quæst. 439. in princ. cum Salic. transit Lup. in d. cap. per vestras, notab. 3. in princ. col. 4. vers. ista tamen debent intelligi, & col. seq. vers. & ita concludo, Iaſ. in §. fuerat, nu. 98. Instit. de action. Ruin. in cons. 144. nu. 16. vol. 5. Didac. in Epitom. de sponsal. par. 2. cap. 7. in prin. num. 2.* Et facit ratio quia contemplatione dotis maritus traduxit vxorem, non quærens, nec distinguens à quo detur dos, vel à quo promittatur: facit etiam, quod voluit Natta *in cons. 258. in princ.* per text. *in §. illud quoque in Auth. de non eligen. secun.*
35 *nub.* vbi ait vxorem, quæ † soluit partem dotis lucrari donationem propter nuptias tantummodo pro rata dotis solutę, etiamsi fuisset à patre vel extraneo promissa, per quam decisionem apparet, quod mora patris, vel alterius dotantis nocet vxori.

Quod si placet vltima hæc opinio, quæ plures habet authores, eam declara non procedere, quãdo pater, qui dotem promisit, non habet vnde soluat, quia habet beneficium ne teneatur vltra quàm facere potest, *l. pen. ff. de iure dot. l. ex diuerso, in princ. ff. solu. matr.* Hoc enim casu maritus non de-
36 negabit alimenta † vxori *secundum Cuman. in l. si cũ dotem. §. si cum maritus cum lege seq. ff. solu. matr. idem tenuit Ale. in d. l. si. donaturus. §. 1. col. 1. ff. de condictio. cau. da.* quia factum, & inopia patris non debet nocere filiæ, *sequitur Iaſ. ibi, num. 5. in fi. additio fin. ad Guid. Pap. d. quæst. 439. Benincaſ. in tracta. pauper. in 8. quæst. in 2. specia. contra. num. 15. & ante eum Socin. in tracta. fallent. reg 258. in 2 limitat.* Sed hoc casu non excusabitur pater, quando per dolum promisisset dotem sciens sui patrimonij vires non se extendere ad illam quantitatem, quia dolo non subuenitur ex illo remedio, *vt dixi in proximè præcedenti limitatione princip. & in ea quæst. in qua tractaui de his qui tenentur solùm in quantum facere possunt.*

Tertio declaratur principaliter hæc conclusio, vt non procedat, quando maritus dote non soluta retinet vxorem in obsequio suo, quia tunc
37 tenetur illam alere, quamuis dotem non soluerit per rationem, quia tenetur quis alere † eum quem habet in obsequio. *l. in reb. §. possunt, ff. commod. l. serui. §. quas impensas, ff. de ædilit. edi. l. sed etsi quid. §. sufficienter, ff. de vsufruct. ita tenet* † *Abb. in cons. 85. numer. 6. vol. 2. vbi allegat Bart. in d. l. quod in vxorem, & adducit prædictam rationem Rom. in cons. 517. col. 2.* vbi dicit, quod si vxor non soluit dotem promissam, potest maritus illam repellere, at si retinet in obsequio, necesse habet alere per rationẽ de qua supra. Hoc etiam Socin. iun. qui tamen de supra relatis non meminit *in cons. 144. n. 41. ver. potest primo dici, vol. 3.* Gram. qui hoc apertè pronunciat *in decis. 130. num. 25. & seq.* dicens, quod si maritus habet iugiter in suis seruitiis vxorem, quæ dotem non persoluit promissam, tenetur illam alere; *Benincaſ. in tracta. de pauper. in 8. prin. quæst. in secundo specia. contract. n. 4.*

Verùm huic sententiæ contradicit Vbert. de Bob. *in l. quod in vxorem, quem refert, & sequitur Cyn. in princip.* vbi postquam dixit, quod si mulier est in obsequio viri, alenda est, siue dotem habeat siue non, subdit, intelligendum esse, quando nul-
39 la dos fuit promissa, at si fuit † promissa, & non soluta non est alenda. Atque ita tenet etiam eam, quæ est in obsequio alendam non esse, & videtur confirmari ratione, quia vxor tenetur præstare dotem, & obsequia, & cum ad vtrunque teneatur non liberatur præstando vnum. Ideo Castren. *in d. l. quod in vxorem, num. 5.* dicit quod etiamsi vir habeat dotem, tamen non alit vxorem, quæ non est in obsequio. Et dixi supra, quando vxor diuertit à viro. Abb. verò *in d. cons. 85.* loquitur, quando iã erant præstita alimenta & tractabatur de repetione eorum, quod est diuersum à nostro quæsito:
40 multa † enim facta tenent quæ fieri prohibentur. *l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui vel alieni iur.* & turpius eiicitur quam non admittitur hospes, † *c.*
41 *quemadmodum. §. alioquin. de iureiur. Anan. in cons. 63. num. 1. in fi. Tiraq. de constit. possess. par. 3. limit. 7. nu. 43.* Et Bart. *in l. quod in vxorem.* allegatus à Rom. nihil dicit de præsenti quæstione. Quare concludo, quod si maritus præstitit vxori alimenta, quamuis illa dotem non soluerit, & tunc non repetit, si verò vult repellere, & non præstare, & potest: aut vult retinere in seruitio, sed non alere, & non potest, *per d. l. in rebus. §. possunt.* Infertur ex hac conclusione, quod maritus, cui dos promissa non soluitur, non potest negare vxori alimenta, nisi illam expellat, vel si vult retinere in domo non recipiat ab ea aliqua seruitia vel obsequia.

In prædictis casibus, quibus diximus non esse exhibendam vxorem, quæ dotem promissam nõ soluit, & posse domo expelli, aduertendum est, quia maritus expulsa vxore, vel negatis alimentis
42 non prohibetur dotem † via iudiciali petere, *vt probat text. in cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxo.* quem ita intelligit Hostien. dum dicit, quod ibi maritus probat dotem vxoris, quam expulerat, *sequitur Io. Lup. in d. notab. 3. in princ. col. 1. vers. ampliari possunt prædicta,* quia licet expulerit, est tamen paratus illam redeuntem cum dote admittere.

Sed contra hanc declarationem facit quod gl. voluit *in l. 2. C. de iure emphy. Specul. in tit. de loca. §. nũc aliqua. vers. 27. vbi etiam Io. Andr. in addit.* vbi dicunt,
43 quod si dominus directus † ob canonem non solutum expellat emphyteutam, non poterit exinde ab ea petere pensionem præteriti temporis. Hoc etiam voluit Ioan. Andr. *in cap. potuit, vbi Imo. col 32. & Card. extra loca. Angel. in d. l. 2. Iacob. Beluis. in §. quod autem dictum est, in authen. de non alien. late Iaſ. in d. l. 2. nu. 124. ver. in quantum Bart. in primo membro, & communem dicit Gigas de pension. quæstio. 75. num. 6. Clar. in tract. de emphyt. quæst. 10. num. 2.* vbi tamen intelligit quando expellendo dominus reseruauit sibi ius petendi pensionem. Idem ergo videretur

dicen-

dicendum in marito qui vxorem expulit, vt non
possit deinde dotem petere. His verò non obstā-
tibus vera est prior sententia, tunc enim electio-
44 ne vnius remedij tollitur alterum † quando sunt
incompatibilia, & contraria. *l. post diem. ff. de lege cō-
miss. l. fi. C. de codicil. l. in delictis, §. detracta, ff. de noxal. l.
quod in hæredem. §. eligere, ff. de tributo. ita limitat & de-
clarat D. Becius in cons. 87. nu. 9.* At in casu nostro nō
sunt cōtraria expellere vxorem, & petere dotem,
sed sunt diuersa, quia expulsio respicit futurum
tempus, dos autem respicit præteritum, *argumento
l. etsi fortè. §. fin. ff. si seru. vend. secundum Iac. Butr. quem
sequitur Alber. in d. l. 2. C. de iu emphyt.* vel melius dici
potest, quod remedia hæc oriūtur ex diuersa cau-
45 sa, ideo † cumulari possunt *secundum Alb. in d. l. quod
in hæredem. §. eligere, in fi. Ias. But. in d. l. fi. col. 2. vers. qua-
re distinguit, C. de codicil. Castr. in l. edita. col. 4. vers. in gl.
ibi sed cumulatio, C. de eden. Gabr. communi. opi. lib. 2. tit
de actio. conclus. 7. nu. 17.* & expulsio prouenit ex mo-
ra, petitio autē dotis descendit ex contractu, ideo
vtrunq; maritus prosequi potest. Et non obstat
quod voluit gl. *in d. l. 2.* quia contrarium tenuit ibi
Bart. dicens, quod potest dominus expulso prius
emphyteuta petere pensionem. Idem tenuerunt
Iac. de Aret. Cyn. & Salic. ibi, Anchar. & Butr. *in d.
cap. potuit.* & licet communis sit in contrarium, ta-
men ea procedit speciali ratione, ne dominus cō-
sequatur duplex lucrū, expellat scilicet emphy-
teutam, & consequatur meliorationes, quas em-
phyteuta non soluens pensionem perdit, *vt d. l. 2.*
& nihilominus habeat etiam pensionem, & em-
phyteuta tot pœnis plectatur, quia scilicet soluat
pensionem, perdat vtile dominium, & meliora-
menta, atque ita multiplici afficiatur pœna con-
tra text. *in c. at si clerici. §. fi. de iudic.* Propterea vide-
mus, quod in simplici colono, in quo non cadit
ratio multiplicitatis pœnarū absurdi, & iniquita-
46 tis prædictæ, licet † domino, qui eum expulit pe-
tere pensionem, *l. colonus, in princ. ff. loca.* Et hanc di-
uersitatis rationem post Iac. Beluis. Card. Alber.
& Imol. recitat & considerat Ias. *d. l. 2. num. 124. vers.
ego puto in hoc membro, & num. 126. vers. in colono autem
simplici.* Quare cum in marito cessat absurdum, &
ratio multiplicitatis pœnarum, admitti debet ad
Petendum dotem, licet vxorē expulerit: pro quo
etiam facit, quia si vxor expulsa vellet dotem so-
luere, & ad virum redire, nemo dixerit illam non
admittendam, cum etiam propria culpa recessit
47 admittenda sit † velit redire, alias teneatur eam
alere, *secundum gl. 1. in fi. c. significasti, de diuort. Specul.
in tit. de sponsal. §. fi. nu. 4. Hostien. in sum. qui matr. accus.
poss. §. 1. col. 1. vers. quid ergo de expensis, dixi in quæst. an
maritus teneatur alere vxorem.* Ergo eodem modo
admitti debet maritus ad petendum dotem, cum
enim sint correlatiui, non debent ad imparia iu-
dicari, vt sæpius est repetitum in hoc opere.

Adde quod non solùm maritus qui vxorē do-
mo expulit petere potest dotem secūdum supra
dicta, sed etiam vsuras dotales, quia post moram
sunt lucrativæ, *secundum notata in capitulo salubriter, de
vsur. Ang. & Ias. in §. fuerat, Instit. de action. & tracta-
ui latissimè in tit. quib. debeantur alimenta, in quæstione*
48 *an maritus petat vsuras dotis non solutæ.* Et † in specie
nostræ quæstionis tradit Lupus, *in dicto capitulo per
vestras, in 3. notab. col. 5. ver. & quod plus est, non solùm.*

Sed in contrarium videtur tenere Bald. *in l. in-
sulam. §. vsuras. ff. solut. matrim.* vbi dicit, quod & si
maritus, cui non est soluta integra dos, possit ex-
pellere vxorem, & non teneatur illam alere, tamen
non poterit à patre vxoris petere vsuras dotales,
seu reditus dotis, ex quo vxorem non alit, *sequitur
Imo. & Alex. ibi in princ. & probaui in quæstione. an ma-
ritus petat vsuras dotales. in 1. limit.* quia vsuræ deben-
tur in recompensationem onerum matrimonij,
quæ sustinentur à marito, ideo cessantibus one-
ribus cessat vsurarum petitio. Pro concordia igi-
tur distinguenda sunt tempora, vt scilicet pro tē-
pore præterito, quo vxorem in domo retinuit, &
aluit consequatur vsuras, *secundum ea, quæ dixi in
prædicta quæstione.* Pro futuro autem tempore nihil
petat, quia cessat causa vsurarum, & videtur text.
in fortiori in l. fin. ff. de doli exceptio.

SVMMARIVM.

1 *Maritus potest cum socero paciſci, quod ipse alat filiā.*
2 *Vxor potest paciſci quod maritus teneatur illam alere.*
3 *Pactum quod socer vel vxor seipsos alant, non valet ni-
ſi penes se retineant dotem.*
4 *Vxor paciſci potest cum marito, quod ille non teneatur
alere, dum tamen fructus dotis augeant dotem.*
5 *Donatio mutua valet inter virum, & vxorem.*
6 *Vxor potest paciſci cum marito, quod seipſam alat, sed
fructus dotis ipſa percipiat.*
7 *Dos habet onus alimentorum annexum, vbicunq; re-
periatur.*
8 *Donatio valet inter ſponſum, & ſponſam.*
9 *Donatio, licet inter virum & vxorem non valet, potest
tamen vnus eorum non acquirere.*
10 *Remittuntur facilius multa, quàm donentur pauca.*
11 *Facta difficilius tolluntur, quam fieri impediantur.*
12 *Pacta ſunt ſeruanda, & nulla maior eſt iuſtitia.*
13 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
14 *Contractus poſſunt conſenſu partium alterari.*
15 *Pacto multa veniunt, quæ ex natura contractus non
venirent.*
16 *Locator cōuenire potest ne teneatur penſionem remit-
tere ob vim maiorem.*
17 *Euictio debetur ex venditione, licet nihil expreſſè ſit dic-
tum.*
18 *Venditor cogi potest ad cauendum ſimpliciter de eui-
ctione, licet in contractu nihil ſit dictum.*
19 *Euictio, ne in venditione præſtetur, pacto conueniri po-
test.*
20 *Pactum valet contra naturā contractus, ſed non contra
ſubſtantiam.*
21 *Pactum dicitur de ſubſtantia contractus, quando ſi non
exprimatur contractus remanet nullus.*
22 *Pacta appoſita dicuntur pars contractus.*
23 *Onera matrimonij vltra alimentum vxoris multa
ſunt.*
24 *Vxor nullam tradens dotem conuenire potest quod a-
latur à viro.*
25 *Maritus alit vxorem ex diſpoſitione iuris poſitiui.*
26 *Pactum contra ius ciuile, ſeu ius poſitiuum, eſt validū.*
27 *Pactum ne ſit fruſtratorium, derogat iuri communi.*

QVÆ-

QVÆSTIO XVIII.

QVid si à principio conueniſſet maritus cum patre vxoris, vel cum ipſa vxore, quod maritus alere non teneatur, an valeat pactum. Et hoc non videtur habere dubium,
1 vt de patre ſic † paciſcente eſt tex. *in l.fi. in 1.reſponſ. ff.de doli excep. in l,pen. & l.ſi.ff.de in rem verſo, Specu. in tit.qui fil.ſint legit.§.1.num.28.in fi.* & de vxore, quod
2 hoc modo poſſit † paciſci eſt etiam text. *in l.fin. ff. de in rem verſo, l.ſi quis pro vxore, §.fin.ff.de donat.inter vir.& vxor.l.ſi conuenerit, in fin.ff.de pact.dot. Specul.d. §.1.num.28.in princip. Bald. Nouel.in l.conſtante, numero quinquageſimo ſecundo, ff.ſolut.matrim.& in tracta.dot. par.2.col.pen.in ver.inſuper aduertendum eſt, Campeg.in eod.tracta.part.2.quæſtio.6.colum.2. circa medium, ver. aut facit pactum, quod aliquid detur, Natta in conſ.547. numero vndecimo*, intelligendo, quando interim
3 pater, vel vxor retinet dotem, aliàs † pactum non valet, *ſecundum Bald. in l.pactum, quod dotali.in ſi.C.de collat.& eum ſequitur Vital.in tracta. clauſul.tit.an alimen.poſſit renuncia.col.6.circa medium, ver. an valeat pactum, quod vxor.* vbi dicit tale pactum valere tunc ſolùm, quando mulier in recompenſationem o-
4 neris aliquid recipit, aliàs † non, veluti, cum mulier promittit ſeipſam alere, & conuenit, quod fructus augeant dotem, tunc enim valet pactum, vt eſt text. *in l.ſi conuenerit, in fi.ff.de pact. dotal.* videtur enim reciproca donatio † quæ valet inter vi-
5 rum, & vxorem, *Cyn.& Bald.in l.ſi pater puellæ, C.de inoffic.teſtam.vbi Sabe. Caſtren. & Iaſ.nu.2.eſt text. in l. quod autem, §.ſi vir ff.de donat. inter vir.& vxor. Alex.in l.licèt, col.ſi.ver.vlt.pro hac gl.C.de pact. Iaſ.conſ.173.nu. 4.& 5.vol.4.cum multis ſimilib.* Et idem eſt, quando cõuenit maritus, quod vxor alat ſeipſam, ſed per-
6 cipiat † fructus dotis, non enim videtur hoc caſu quicquam donari ab altera partium, ſed compenſari, vt dicit text. *in l.ſi quis vxori, in fi.ff.de donatio.inter vir.& vxo.eſt tex.in l.mutus, §.manente.ff.de iure dot.* Et ſecundum hos terminos loquitur Campeg. *d. quæſt.6.* vt ſcilicet tunc valeat pactum, quando is qui dotem debet illam retinet. *Natta d.conſil.547.*
7 *num.11.* quia dos penes quemcunque ſit habet † onus alimentorum annexum, & ibi eſſe debet, vbi ſunt onera, *l is qui Stichum, §.ibi dos.ff. de iure dot.l.ſi filia, §.1.ff.famil.erciſ.d.l.fi.ff.de doli excep.* At quod, etiamſi maritus dotis fructus percipiat, valeat tamen pactum, quod vxor ſeipſam alat, videtur tenere Bald. *Nouel.d.par.2.colum.pen.& d.l.ſi conſtante, num.52.* dum præſupponit, quod ſtante pacto, dos non deſeruit oneribus matrimonij, niſi etiam dicamus, quod non dicitur ſeruire oneribus, quando conuentum eſt, quod fructus augeant dotem, ſed hoc ſtare non poteſt, quia tunc maritus gaudet emolumento, quod ex fructib. percipitur, *d.l. ſi conuenerit, de pac.dota.* Quærendum igitur, quæ ſit ratio, quod huiuſmodi pactum non valeat, ſi dicas, quod eſt donatio inter virum, & vxorem, vt videtur innuere text. *in d.l.ſi quis vxori, in fi.& in d.l. mutus, §.manente, & ponit Vital.d.col.6.* Reſponderi poterit quòd procederet, ſi fieret conſtante matrimonio, quia eo tempore prohibita eſt donatio, ſed quando fit ante matrimonium contra-
8 ctum, tunc valet, quia ſponſus † poteſt donare ſponſæ, *l.1.& l.cum in te, C.de donat. ante nupt. l.pen. §.virgin.ff.de donatio.inter vir.& vxo. Ricard. Malum.& Bald.in l.cum te ſponſa, C.de donat. ante nupt. Ioan.Lup. in rub.de donatio.inter vir.& vxor.§.56.num.2. Natta in conſ.316.num.1.* ideo eo tempore poſſunt conuenire quòd mulier alat ſeipſam, ſicuti poſſent inuicem donare. Præterea videtur, quòd etiam cõſtante matrimonio poſſit hoc pactum fieri: quia
9 licet alter coniugũ non poſſit alteri donare, † poteſt tamen non acquirere, *l.ſi ſponſus.§.ſi maritus, & §.ſi quis rogatus.ff.de don.inter vir.& vxo.gl.in c.fin.eod. tit.Io.Lup.in d.rub.de donat.inter vir.& vxo.§.47.* facilius enim quis remittit † multa, quàm donet pau-
10 ca, *Gloſ.in c.ſtatutum, §.fin.in ver.remiſſione, de reſcrip. in 6.not.in c.veniens, il.1.de teſtib.* & non eſt par ratio, lucra non capere, vel quæſita perdere, *d.l.ſi ſponſus. §. ſi maritus, & l. fin.C.dec odicil.* & facilius tollitur
11 quod eſt in fieri, quàm quod iam factum † eſt, *l. patre furioſo, ff.de his, qui ſunt ſui, vel alieni iu.c. quemadmodum, de iureiur.* & poſſunt plures allegari concordantes. Cum ergo hoc ius, quod vxori competit ad conſequendum alimenta à marito, non ſit ante matrimonium quæſitum vxori, ſed quærendum, quare non poteritillud repudiare, & nõ acquirere, ſicuti poteſt ius quærendum remittere etiam conſtante matrimonio? ſi verò dixeris, quòd iuri alimentorum renunciari non poteſt, *vt per Dec.& Cagnol. in l.iura ſanguinis, ff.de reg.iur.& dicam latè inter priuilegia alimentorum*: reſponderi poterit hoc non procedere, quando ius ad alimẽ-
ta non eſt quæſitum, ſed querendum; nemo enim cogitur acquirere, vt per iura prædicta ſatis patet. Si verò dixeris rationem eſſe, quia dos deſeruire debet oneribus matrimonij, *l.pro oneri b. C.de iure dot.* reſpõdeo quòd multa alia onera ſuſtinet maritus præter onus alimentandi vxorem; ideo licèt non alat vxorem, non tamen minus dicitur ſuſtinere alia onera. Præterea hæc ratio non eſt vniuerſalis, quid enim ſi nulla ſit data dos?

Reſtringendo igitur controuerſiã, credo quod valeat hoc pactum, quando mulier habet aliunde bona, ex quibus poſſit ſe alere: tunc enim licet marito dotem dederit, poterit tamen maritus cauere ſibi, ne teneatur ad alimenta erga vxorem, dummodo pactum fiat ante matrimonium, quia
12 regulariter pacta ſunt ſeruanda, † nec vlla datur iuſtitia maior, *l.1.§.ſi conueniat, ff.depoſ.c.1.§.ſi id propter quod quæ fuit prima cau.benef.amitt. Bal.in rub.extra de conſtit.in princip.* vbi dicit verba illa, *pacta ſeruabo*, proceſſiſſe de ore Dei, *D.Becius in conſ.45.numero 25.in conſ.94.nu.37.* & contractus ex conuen-
13 tione † legem accipiunt, *l.lege, ff.de pact.conuent.* &
14 contractus poſſunt conſenſu † partium alterari, *l. 1.de conſtit.& l.1.ff.de pact.* Et dicit Natta in conſilio *384.numero 11.* quod ſaluandæ ſunt partium conuentiones. Et licèt de natura contractus dotalis non teneatur vxor ſeipſam alere, tamen non infertur, quod non poſſit fieri pactum in contrarium, quia multa non veniunt ex natura con-
15 tractus, quæ tamen veniunt ex pacto, † *vt dicunt*

Bald.

Bald. Ang. Salic. & Fulgos. in l. 1. C. commod. Ideo videmus, quòd & si de natura locationis sit, quòd ob vim maiorē remittatur pensio, tamen potest fieri
16 † pactum in contrarium, *l. 1. ver. in quo cuncta, & ibi notat Ias. num. 92. C. de iure emph. Port. Imo. in cons. 143. nu. 13. & 14. D. Becius in cons. 94. num. 29.* Similiter li-
17 cèt euictio debeatur ex natura † contractus venditionis, *l. si in venditione, ff. de euictio.* vbi Salyc. notat, quod euictio venit ex natura contractus, *idem Salic. in l. non dubitatur, C. eod.* Ideo gl. *fin. in l. rem alienam, ff. de contrahen. empt.* dicit, quòd & si in venditione nihil dictum sit de euictione, tamen vendi-
18 tor † ex post cogi potest ad cauendum simpliciter de euictione, *Castren. in cons. 207. in princip. vol. 1. Caballin. in tracta. de euictio. §. 2. nu. 3.* tamen valet pa-
19 ctum quod non † præstetur euictio, *l. emptorem, §. fi. ff. de actio empt. vbi glos. idem voluerunt, Salic. in l. 1. quæstio. 5. de periculo, & comm. rei vend. est text. in l. qui libertatis, in princip. ff. de euictio. vbi glos. Bart. Bald. Salic. & alij, Caballin. d. §. 2. numer. 23.* vbi ponit, quando saltem restituatur pretium, *dixi in cons. 36. numer. 5. & 22.* Et generaliter valet omne pactum contra naturam contractus, licet secus sit quando est cō-
20 tra † substantiam, *glos. Bart. & alij in l. pacta conuenta, ff. de contrahen. empt. vbi late, Berengar. cap. 1. num. 46. & sequen. Bart. Castren & alij in l. 2. in princip. vbi Dec. num. 17. ff. si cert. pet. & in d. l. cum quid, vbi Ias. Butig. & alij, ff. eod. Bero. in cons. 38. num. 4. vol. 1. Neuiza. in consil. 90. nu. 22. Natta in cons. 114. num. 6. Menoch. in cons. 84. num. 17.* Et non video quod de substantia matrimonij, vel etiam dotis, quod maritus alat vxorem, illud enim dicitur de substantia contractus
21 quod si non exprimatur à partibus, annullat † cōtractum, *Dec. in d. l. cum quid, numer. 4. Bereng. d. cap. 1. num. 46.* At & si non exprimatur quòd maritus alat vxorem, habetur id à lege pro expresso, ergo non est de substantia, sed de natura contractus dotalis. Rursus quando à principio in ipsa dotis constitutione enunciatum est, quod vxor se alat, & nihilominus certam dotem soluat, tunc dos
22 tanto videtur amplior, quia pacta † apposita videntur esse pars cōtractus, *l. fundi partem, ff. de contrahen. empt. Bello. cons. 27. num. 11. l. iurisgentium, §. quinimo, ff. de pact. Corne. in cons. 12. num. 1. volum. 3. Ias. in cons. 111. col. pen. ver. quinto, & vltimo, volum 4. Alciat. in cons. 149.* Et quemadmodum supra dixi, licèt non alat vxorem, tamen maritus alia sustinet onera,
23 † quæ multa sunt, *vt post Ang. Campeg. & Lupum* ponit Rol. *de lucro dotis, quæstio. 4. num. 17. & quæstio. 106. num. 38.* Et sicuti maritus, qui vxorem duxit indotatam, tenetur illam alere, vt dixi, ita fieri potest pactū quod dotata alat seipsam. Et quem-
24 admodum vxor nullam dotem tradens † conuenire potest quod alatur, *l. inter socerum, §. conuenit, ff. de pac. dot. tetigi in tit. quib. debeantur alimenta,* ita potest inter coniuges conuenire quòd vxor soluta dote alat se. Addo aliam rationem, quia alen-
25 di necessitas, quæ † incumbit marito, est iuris positiui, *l. dotis fructus, ff. de iure dot. Rofred. in quæstio. sabat. 29. num. 3. Lancello. Gallia. in consuetud. Alexand. in ver. solidos. num. 42.* pactum autem contra ius ciui-
26 le, seu positiuum † est validum, *l. 1. ff. de pact.* Et hoc est quod vulgo dici solet, pactum tollere legem;
27 & vbi adest pactum, intelligitur † esse recessum à iure communi, vt aliquid operetur, *l. si quando, ff. de leg. 1. Natta in consil. 384. num. 11.* Quando autem mulier aliunde non haberet, crederem tunc pactum non valere, per quod maritus eximatur ab onere alendi, quia hoc modo esset contra substātiam matrimonij, ex quo durare non posset matrimonium, vxore fame perempta, vltra quod inhumanum est, negare alimenta ei, quam quis eligit sibi sociam diuinæ & humanæ domus, & tenderet in turpitudinem mariti, si cogeretur mendicare viro, dum abundant diuitiæ. At si vxor habens aliunde, & dotem non det, nulli dubium, quin tunc pactū valeat, quod seipsam alat & suos, nam etiam sine pacto tunc denegari possunt alimenta, *vt in sequenti dicam quæstione.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus alit vxorem, quam duxit non constituta dote.*
2 *Vxor, quæ ducta fuit sine mentione dotis, non cogitur seipsam dotare.*
3 *Traditio præsumitur facta, quando is reperitur in possessione, cui erat tradenda res.*
4 *Mulier non censetur bona sua in dotem dedisse, licèt longo tempore maritus illam possederit vxore sciente.*
5 *Matrimonium potest esse sine dote, quamuis mulier habeat bona.*
6 *Omissum in contractibus, habetur pro omisso.*
7 *Pater tenetur dotare filiam nuptam, sed quid in ipsamet filia, an teneatur dotare seipsam, vide ibi.*
8 *Dos dicitur quid coniunctum, & connexum matrimonio.*
9 *Vxorem qui iurauit accipere, non tenetur stare promissis, nisi dos sibi constituatur.*
10 *Maritus non alit vxorem infirmam si ea habet aliunde.*
11 *L. quod si nulla. ff. de relig. & sumpt. fun. quomodo intelligatur.*
12 *Iudex officium suum non impartitur non petenti.*
13 *Officium iudicis non prodest non petenti, etiam si verba sint præcisa, & necessitatiua.*
14 *Emptor pretium conuentum offerre non tenetur nisi petatur.*
15 *Fideiussio non est offerenda non petenti, sed sat est petenti moram non facere.*
16 *Vsufructuarius tenetur cauere de vtendo, & fruendo arbitrio boni iuris.*
17 *Vsufructuarius percipiens fructus bona fide ante præstitam cautionem, quæ non fuit petita facit fructus suos.*
18 *Voluntas coacta voluntas est.*

QVÆSTIO XIX.

COntingit etiam quærere, an maritus teneatur vxorem alere, quam duxit nulla facta dotis mentione, & quæ cum diues sit, interpellata à viro nō vult constituere dotem. Et videtur primo aspectu, maritum esse obligatum ad alimen-

alimenta, nam diximus in titulo, *quibus debeantur alimenta. in quæstione, an maritus teneatur alere vxorem,*
1 quòd vxorem ducens † nulla constituta dote, tenetur nihilominus illam alere, *l. quod si nulla. ff. de relig. & sumpt. fun. Innoc. in c. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. Specul. in titu. qui fil. sint legit. §. 1. numer. 28. glos. Cyn. Bart. Bald. Rom. Ale. Guido. Papæ & alij citati in loco prædicto:* Ea verò decisio esset frustratoria, si maritus posset denegare alimenta. Et si dicatur hoc procedere, quando vxor non habet aliunde, secus si dives sit: respondetur vendicare sibi locum etiam in vxore diuite, per id quod voluit
2 Bar. *in l. 2. in princ. num. 12. ff. solut matrim.* vbi inquit, quòd vxor, quæ sine commemoratione dotis fuit ducta, non cogitur seipsam dotare, *§. sic itaque. ver. si quis enim. in Authen. de nupt. & §. quoniam, in Authen. quib. mod. natur. effic. legit.* Nam frustra quereretur, si teneatur se dotare, quando non haberet bona, ex quibus posset dotem constituere. Et Bart. sequitur Parpal. *nu. 93. & Rip. num. 43.* vbi allegat hoc tenuisse Alex. duobus in locis. Et mouetur ex *l. si. C. de repud.* vbi pœna imponitur indotatæ mulieri, quę repudium misit, sicuti imponitur marito. Atque ita loquitur tex. quando est indotata, sed habet bona, facit etiam ratio, quia sibi debet imputare maritus, qui nihil conuenit de dote: Cum tamen sciret, vel scire deberet matrimonium afferre secum multa onera, & impensas, facit *l. veteribus, ff. de pac.* Addo quod si vxor cogi posset ad se dotandum, sequeretur, quod ex lõga viri possessione bonorum, quæ erant vxoris, posset inferri ad dotis constitutionẽ, quia si quis reperitur pos-
3 sidere rem quam alius tenebatur tradere, † præsumitur illum tradidisse, *l. 2. vbi glos. & alij, C. de acquir. poss. facit l. pen. ff. pro legato, cum aliis apud Alcia. in tracta. præsumpt. regu. 2. præsumpt. 23. num. 1. & seq.* Sed tamen est falsum, quia mulier non censetur bona
4 sua dedisse in dotem, etiamsi maritus † illa possederit longo tempore sciente vxore, *Bart. in quæst. 7. incipien. mulier habens, col. pen. ver. aut nõ præcedit talis contractus, Castren. in cons. 391. colum. 2. ver. nec obstat. vol. 2. Alex. in cons. 144. num. 2. vol. 5. & tractaui latè in cons. 94. num. 4. vbi allegaui Roman. Bald. Nouel. Gozad. Socin. iun. & alios.* Et si marito semel placuit vxorẽ habere indotatam, non debet id ei postea displicere, *c. quod semel, de reg. iur. in 6.* Præterea dos non
5 est de natura † matrimonij, quia consistere potest sine dote, etiam si mulier habeat bona, *l. fin. C. de repud. l. ex his, C. de donat. inter vir. & vxo. Corne. in cons. 127. volum. 4. Calcan. in cons. 11.* Cum ergo non fuerit promissa, non potest peti, *argumento text. in l. 2. C. de hæred. vel actio. vend.* vbi dicit, non esse petẽdum, quod de tempore contractus nõ fuit promissum. Et declarat ibi Bald. *num. 6.* & in contractibus o-
6 missum, habetur † pro omisso, *l. quidquid astringenda, ff. de ver. oblig.* & cum dote fortè vxor illi non nupsisset. Et non obstat glos. *in l. obligamur, §. lege, ff. de actio. & oblig.* quæ vult quòd pater teneatur filiam dotare, etiamsi nupta sit, quia ea loquitur in patre, qui tenetur non solùm matrimonio filiam collocare, sed etiam dotem dare, qui ideo licèt vnum impleuerit collocando in matrimonium, non est tamẽ liberatus ab alio, id est ab onere do-
7 tandi, Et illam glos. ita † intelligunt Bald. Imola. Roman. Alexan. & alij *in l. 1. ff. soluto matrimonio, vbi Ripa, num. 55. idem Bald. in l. fin. num. 8. C. de sent. quæ sine certa quant. profer. Ias. in §. fuerat, numer. 97. Instit. de actio. & in l. si donaturus §. 1. num. 5. ff. de cond. ob cauf. Padil. in auth. res, quæ numero 72. C. commun. de leg. Cordub. in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, numero 2. ff. de lib. agnoscend.*

Verum aliud visum est Bald. *in d. l. fin. num. 9. C. de sent. quæ sine certa quant.* vbi dicit, quòd si vxor est dives, cogitur dotem dare marito petenti, & sustinenti onera matrimonij, aliàs potest domo expelli, quia iniquum est quòd maritus alat illam, quæ cum possit seipsam dotare, non vult, per gl. *in §. fin. in ver. onera, in Authen. de non eligen. secun. nub.* Idem dicit *in capitulo, iurauit, numero 3. & 5. de probatio.* vbi ait, quod maritus, cum incipit sustinere onera matrimonij, petere potest, quod vxor se dotet, quia est honestum, & sicut petente filia, pater cogitur eam dotare, ita vxor dotem dare debet petente marito, *sequitur Ias. num. 4. in d. l. si donaturus, §. 1. ff. de cond. indeb.* Allegat in argumẽtum, glos. *in d. l. obligamur*, & subdit, quod maritus potest illam expellere. Et videtur hoc tenere quoq; Guido. Papæ *in quæs. 439, num. 1. ver. sed pone.* vbi dicit, quod maritus non tenetur alere vxorem, quã duxit sine dote, quando habet patrem diuitem; multò ergo magis non erit alenda, quando ipsa est dives. Cum multò facilius se alere possit, qui habet, quam qui solùm habet iudicis officium, vel actionem, minus enim est actionem habere, quàm rem, *l. minus est, ff. de reg. iur.* Probauit etiam opinionem illam Lupus *in d. cap. per vestras, in 3. notab. §. 2. incip. ampliari etiam possunt prædicta, folio mihi 136.* dicẽs, quòd si vxor recuset id facere, poterit expelli, & alimentis priuari, quia dos non est quid
8 separatum à matrimonio, † sed connexum, & cõiunctum, *cap. de prudentia, de donatio. inter vir. & vxo.* Ratione autem connexitatis maritus, qui cõtraxit matrimonium sine dote, petere potest, quod vxor se dotet, & subdit hoc modo intelligi quod dictum est, vxorem indotatam alendam esse à viro, & in tantum dos est de consequutiuis matri-
9 monij, quòd si iurauit quis † puellam ducere in vxorem, non tenetur accipere si dotem non cõstituat, *secundum Bald. in d. c. iurauit, quem sequitur Lup. loco prædicto, idem tenuit Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. si quis ex his, num. 65.* Et pro hac parte facit quod voluerunt Cyn. Bald. Salyc. & alij *in l. quod in vxorem, C. de negot. gest.* vbi dicunt quòd vxorem infirmam non alit maritus, quando impeditur
10 operari, & ipsa habet aliunde, † licèt sit dotata. Et si dicatur quòd casus non est similis, quia tunc ideo non alit, quia non operatur: respondeo quòd pari modo non operatur vxor, quando à marito expellitur eò quòd nolit seipsam dotare, quod si adhuc instetur, quòd habetur pro operãte, cũ fuit expulsa, & per eam non stat: dico quod procederet si fuisset expulsa sine causa, secus quãdo cum causa, quia scilicet non vult se dotare: paria ergo sunt quod non operetur, quia sit infirma:

vel

vel quod nolit se dotare, vltra quod maritus non cogitur obsequia recipere ab vxore. Non obstat igitur *l. quod si nulla*, quia intelligitur, quando vxor non habebat † bona ex quibus posset se dotare, *ita declarant Iaſ. d. l. si donaturus, §. 1. Lup. d. §. 2.* Posset etiam dicta *l. quod si nulla*, procedere, si maritus non petat, quod vxor se dotet, quia interim est alenda: beneficium enim prædictum, quod vxor diues teneatur seipsam dotare, locum habet marito petente, *argumento l. de pupillo, §. qui opus, ff. de op. noui nunt.* vbi iudex † non impartitur officium suum non petenti, etiam quando aliquid defertur ipso iure, *glos. in l. scimus, in ver. ipso iure, C. de inoffi. teſtamen. glos. in l. si conſtat, C. de compenſat.* Imo etiam si verba sint præcisa † & necessitatiua, *Butr. in c. pen. de iudic.* vbi infert, quod etsi mandet statutum iudicari cum consilio sapientis, intelligitur tamen si petatur. Et plura similia congerit Ripa *in l. 4. §. hoc autem iudicium, num. 1. & sequen. ff. de dam. infecto.* Sic emptor licet debeat † offerre pretium, tamen intelligitur si petatur, *Bald. in l. 1. C. de his quæ ſub modo, in l. prima, colum. 1. ver. quæro, quid si legatus, C. de vſur. & fruct. legat.* non enim vxor tenetur offerre dotem, sed satis est si viro petenti moram non faciat, vt de cautione † dicitur, *in l. 2. §. quod ait prætor. ff. quor. legat. & in l. 1. §. non exigit prætor, in fi. ff. vt in poſſ. legat. l. ſi quis filium, §. ſtipulatio. ff. de collat. bono.* Idem est in vsufructuario, qui etsi debeat offerre † cautionem de vtendo & fruendo, *l. 1. C. de vſufruct. & l. ſed etſi poſſeſſori, §. ſed etſi rerum. ff. de iure iur.* tamen satis est si moram non faciat, quando petitur à proprietario, & ante petitionem, nedum non est in mora, sed etiam facit fructus suos, † si bona fide eos percepit, *Bar. in l. vſufructu. C. de vſufruct. vbi Bald. col. 2. ver. conclude ergo tres caſus, & Salic. in l. 1. col. fin. C. eod. titu. Imo in c. cum conſtet, col. 4. ver. ſed iuxta prædicta, de pigno. Dec. in conſ. 607. num. 3. Ruin. conſ. vlt. numero 26. vol. 2. Socin. iun. conſ. 72. numero 8. vol. 2. Bero. conſ. 60. num. 50. vol. 2. Natta in conſ. 457. numer. 1.* vbi ergo maritus tacet, & non petit quicquam ab vxore, sed simpliciter recusat alere, venit cogendus à iure: sed si peteret eam dotari, & ipsa recusante expelleret, tunc procedit decisio Baldi *in d. l. fin. C. de ſent. quæ ſine certa quantita. profer.* Non obstat etiam doctrina Bar, *in d. l. 2. in princip. ff. ſolut. matrimon.* quia illa glossæ solutio, quam sequitur, & declarat Bar. ibi, non est communiter approbata. Respondeo secundo quod Bar. nihil allegat ad probandum, quod vxor non teneatur se dotare, & iura, quæ allegat non id probant, vt potest videri. Tertiò verum est quod maritus non præcisè cogit vxorem ad dotandum seipsam, sed benè potest illam cogere causatiuè, quia si recusat expellitur, & denegantur sibi alimenta: duplex enim est necessitas, vel coactio, præcisa scilicet, & causatiua, & reperitur etiam coacta voluntas, † quæ tamen voluntas est, vt per glos. *in l. velle non creditur, vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur.* Non obstat etiam quod sibi imputare debet maritus, qui vxorem duxit indotatam, & quod ex post facto displicere sibi non potest, quod à principio placuit, quia maritus ducendo indotatam, non ideo renunciauit futuræ dotationi, imo tacitè cogitasse videtur de futura dote, de qua ponit Bald. *in d. cap. iurauit, de probatio.* saltem tali dote, quæ conueniret sibi, & vxori, *iuxta l. mulier bona, & l. quæro, ff. de iu. dot.* Ita respondet Lupus, loco supracitato, ex quib. desumi etiam potest responsio ad alia, vt nō sit necesse sigillatim ad omnia in contrarium citata respondere: vide tamen Bald. Nouel. *de dot. par. 7. priuileg. 4.* vbi multa ponit ad propositum huius quæstionis.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

11 12 13 14 15 16 17 18

SVMMARIVM.

1 *Maritus iustè negat alimenta vxori, quæ recusat dotē constituere, quando semel constituta, fuit euicta, & & marito non datur actio de euictione.*
2 *Maritus non præsumitur voluisse vxorem ducere sine dote.*
3 *Vxor indotata spernitur à viro.*
4 *Exceptio omnis nititur æquitate.*
5 *Exceptio facilius competit, quàm actio.*
6 *Factum non videtur, quod legitimè non est factum.*
7 *Factum legitimè non retractatur, eò quod deueniat ad casum à quo non potuisset incipere.*
8 *Nullum à principio, non conualescit tractu temporis.*
9 *Satisdatum tunc dicitur, quando durat, non quando deficit satisdatio.*
10 *Versum in vtilitatem alicuius non dicitur quod nō durut versum.*
11 *Possessor non dicitur, qui ita possessionem est adeptus, vt eam statim restituat.*
12 *Possessio non dicitur tradita, quæ potest statim recuperari.*
13 *Filia imputat sibi dotem in legitimam nisi ea non sit penes se remansura.*
14 *Fideiubere qui promisit, non tenetur iterum fideiubere si primo loco datus efficiatur non soluendo.*
15 *Periculum superuenientis inopiæ spectat ad creditorem.*
16 *Debitor speciei liberatur specie extincta.*
17 *Debitor generis non liberatur re extincta.*
18 *Noua quæ emergunt nouo indigent auxilio.*
19 *Fideiubere cogitur debitor, si noua causa superuenit.*
20 *Debitor etiam in iudiciis stricti iuris cogitur fideiubere ex causa noua.*
21 *Fideiubere de nouo tenetur debitor si datus fideiussor amisit suam substantiam.*
22 *Dispositio quælibet intelligitur rebus sic stantibus.*
23 *Fideiubere qui tenetur officio iudicis, non liberatur dando fideiussorem qui postea lapsus sit facultatibus.*
24 *Locupletari nemo debet cum aliena iactura.*
25 *Euictio non debetur regulariter in contractu dotis.*
26 *Euictio debetur pro dote, quando tradita fuit pro re libera & propria.*
27 *Euictio in dote an debeatur, quando dedit in dotem bona fideicommisso suppositа cum alia haberet.*
28 *Doctoris dictum intelligi debet secundum legem quam allegat.*
29 *Euictio quare pro dote non debeatur, sicuti pro venditione.*

QVÆSTIO XX.

ALius est casus, in quo licet vxori alimenta negare, quando scilicet dos fuit euicta, & maritus non potest agere de euictione: tunc enim, si vxor habens alia bona, recusetꝝ nouam dotem constituere ex aliis bonis, iustè negabit illi alimenta, *ita voluit notabiliter Bald. Nouel. in tracta. dot. in 7. par. priuileg. 42. circa. fi.* Mouetur ratione, quia intentio partiũ à principio fuit quòd matrimonium non esset sine dote, & verisimiliter maritus ꝝ non eam duxisset sine dote, *vt inquit text. in l. fin. §. si à socero. ff. de his, quæ in fraud. cred. l. purè, §. pen. ff. de except. doli. ponit Bald. Nouel, in eo. tracta. par. 7. priuileg. 8. col. 1. circa princip.* nec vxor libenter nubit sine dote, quia indotata ꝝ spernitur à viro, *l. fi. C. ad Velleian.* Cum ergo suppetant bona, & maritus subeat onera matrimonij, æquum est, quod nouam dotem constituat. Proinde si vxor aget ad alimenta, iustè maritus excipiet de noua dote cõstituenda, & omnis ꝝ exceptio nititur æquitate, *l. quia æquitate, ff. de except. doli.* & hac ratione facilius datur exceptio ꝝ quam actio. *l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pac. & subdit Bald. Nouel. hoc esse benè notandum, eum sequitur Cordub. in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 63. ff. de liber. agnosc.* vbi dicit, quod hæc opinio fulcitur æquitate, & subdit, quod datũ non videtur in dotem id, quod non durat. Allegat tex. *in l. quoties. ff. qui satisd. cog.* qui tamen hoc non probat, sed dicit, quòd factum ꝝ non videtur id, quod legitimè non est factum: at dos dicitur legitimè constituta, licèt postea fuerit euicta, & non habetur pro non data, licèt is casus ꝝ euenerit, à quo non potuisset incipere, *c. factum legitimè, de reg. iur. in 7. l. in ambiguis, §. non est nouũ, vbi Dec. & Cag. ff. de reg. iur.* sicut econtrà, quòd nulliter ꝝ ab initio est constitutum, non conualidatur ex superuenienti casu, *cap. non firmatur, de reg. iur. in 6. l. quod ab initio. ff. eod. tit.* Similiter non facit ad propositum text. *in in c. 3. de pact.* quia si vxor dotem tradidit, iam compleuit, quod promisit, licèt postea euincatur. Præterea ille tex. loquitur, quando promissio præcessit, quo casu debetur euictio, *vt dicam infra*: nos verò loquimur, quando dos euincitur eo casu, quo nulla debetur euictio. Sed melius facit text. *in l. 1. §. quod ait prætor. ff. quor. leg.* vbi satisdatum ꝝ accipere debemus, si duret satisdatum, & *l. si pro patre, ver. versum autem. ff. de in rem verso*, vbi non videtur versum, quod non durat ꝝ versum, & ibi glos. allegat multa similia. Alia etiam congerit Marsil. *in l. si. nu. 155. ff. de iurisd. om. iudic. Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, numer. 175. & sequen. C. de reuoc. donat.* & dicitur *in l. non videtur, ff. de acquir. poss.* quod non videtur adeptus possessionem, ꝝ qui ita nactus est, vt eam retinere non possit, & non videtur tradita possessio ꝝ quæ potest recuperari, *l. ratio, in princip. vbi Bar. ff. de actio. emp. Tiraquel. in tracta. de retract, conuentio. §. 2. gl. vnica, num. 9. & sequen. vbi multa refert similia.* Ita ergo non videtur vxor se dotasse, quæ dotem dedit à tertio exinde euictam, & facit quod inquit Bald. *in l. quoniam nouella, C. de inoffic. testam.* vbi etsi filia iam dotata ꝝ teneatur dotem receptam imputare in legitimam, si fuit à patre instituta, *l. omnimod. §. imputari, C. eod. tit.* tamen fallit, quando dos primo loco data non est apud filiam permansura, *sequitur Capra in cons. 143. col. 2.*

Contra tamen hanc decisionem facit, quod qui semel idoneè fideiussit, ꝝ non tenetur iterum satisdare, si primus fideiussor potis esset soluendo, *Bar. in l. 3. in fi. ff. de fideiusso. vbi eum sequuntur alij omnes, Bar. in l. prætori. la 2. ff. de prætor. stipu.* vbi, quod periculum superuenientis inopiæ ꝝ spectat ad creditorem, *Ang. in l. 2. in princip. ff. qui satisd. coga. & in l. quoties, ff. eod. tit.* vbi quod debitor satisdando satis fecit suæ obligationi, *Instit. quib. mod. oblig. solu. in princip. Alber. Ang. & Fulgos. in l. ab arbitro. num. 11. ff. qui satisd. cogan. Hostien. Anchar. Abb. Castr. Alex. Ias. Marsil. & Stracca, quos citaui in cons. 18. nu. 13. & sequen.* Quod si is liberatur, qui dare fideiussorem promisit, licèt fideiussor factus sit nõ soluẽdo, quanto magis debet vxor videri liberata ab onere dãdi nouam dotem, quando dos data fuit euicta, cum tamen nullam dotem promiserit.

Et non obstat, quod intentio partium fuerit ab initio matrimonium non esse sine dote, quia non ita simpliciter verum est. Benè fateor intentionem fuisse, quod matrimonium esset cum illa dote, proinde cum partes de illa cogitauerint, nõ de alia, non videtur vxorem teneri ad vlterius se dotandũ, quando illa fuit per euictionẽ extincta sicuti extũcta specie ꝝ liberatur is qui speciẽ debet, *l. si ex legati causa. ff. de ver. oblig. l. si mihi alienũ. ff. de sol. l. quod te, vbi Bar. ff. si cer. pet.* Et ibi Alex. dicit, quod cõmuniter approbatur opinio Bar. volẽtis, quòd etiam procedat, quando genus vel quantitas debetur respectu certæ speciei, & vxor quæ certa bona dat in dotem, est obligata ad certum quid determinatum, & ad nihil vltra: propterea si illud pereat, extinguitur obligatio, vt econtrà, de eo qui ꝝ est obligatus indeterminatè dixit Dec. *in d. l. quod te, nu. 25*

Mihi tamen placet opinio Bald. Nouel. tamquam maximam continẽs æquitatem: quæ enim de nouo ꝝ emergunt, nouo indigent remedio, *l. de ætate, §. ex causa, de interrog. actio Rol. cons. 1 num. 160. vol. 2.* Ideo, quando superuenit noua causa, debitor ꝝ cogitur fideiubere, *l. si creditores, ff. de priuileg. cred. l. in omnib. ff. de iudic.* & procedit etiã in iudiciis ꝝ stricti iuris, *Ang. Imola, & Cas. in l. 2. in prin. vbi Alex. n. 14. ff. solu. matr. Affli. in decis. 108. in fi.* Hinc est, quod vbi præstitus fideiussor ꝝ substantiã suam omisit, tenetur debitor nouum dare, *d. l. 1. §. quid ait prætor, d. l. si ab arbi. & d. l. prat. & l. planè. ff. vt in poss. leg. Tiraq. in l. boues. §. hoc ser. in prin. n. 19. ff. de verb. signifi.* & maritus suscepit onera matrimonij, sperãs dotẽ datã fore penes se perpetuò remansuram, & quælibet dispositio intelligitur eo rerum statu ꝝ manente, *l. quod seruus, ff. de cond. ob cau. l. quæro §. inter locatorem, ff. loc. l. si fuerit, in princ. ff. pro socio, l. cum quis, in princ. ff. de solut. l. ex facto in princip. ff. de vulga. alios citat Tiraq. præfatione l. si vnquam, nu. 167. de reuoc. don. decis. Pedem. 91. nu. 2.* Præterea aduertatur, quòd meo iudicio Baldi Nouell. defenditur aperta ratione: duplici enim

enim de causa maritus tenetur vxorem alere, quia dotis fructus percipit, & quia habet eam in obsequiis: istis verò causis cessantibus, non tenetur alere vxorem diuitem, at cessat vbique in facto proposito, & prima quidem, quia dos est euicta, secunda verò quia maritus non vult vxoris obsequia recipere, proinde alere eam non tenetur. Et non obstat quod iterum quis non teneatur fideiubere, quando fideiussor primo loco datus desiit esse soluendo, quia illud procedit quãdo tenetur quis officio iudicis ex æquitate: tunc
23 enim si primus lapsus † est facultatibus, dari debet alius, ex quo subest eadem æquitas. *ita distinguit Bart. in d. l. 2. ff. de fideiusso. Doctores in d. l. ab arbitro, vbi Iaſ. num. 11. Alexan. in conſ. 60. num. 4. vol. 5. & dixi in conſ. 18. circa finem:* At hic militat eadem æquitas dandi nouam dotem, & ita dotando necessitas non descendit à promissione, sed ab honestate, & æquitate quadam. Non etiam obstat, quod debitor speciei liberetur extincta specie, quia hoc verum est quoad obligationem, qua tenebatur, vt insurgit æquitas, ne marito sine dote sustinen-
24 te onera matrimonij diues locupletetur † cum illius iactura, *c. locupletari, de reg. iur. in 6. l. iure naturæ, ff. eod. tit.*

Et quia conclusio nostra vendicat sibi locum in illis casibus, quib. euictio non debetur in con-
25 tractu dotis, sciendum est, quod regulariter † euictio non præstatur in dote, quando contractus incipit à traditione, licèt aliud fit, quando incipit à promissione, est text. expressus *in l. 1. vbi notant omnes, C. de iure dot. vbi not. Bald. Salic. & alÿ, idem dicũt Doctores in l. vnica, §. 1. C. de rei vxo. actio. Iaſ. in §. fuerat, num. 33. Inſtit. de actio. Burg. in l. fi. num. 23. de empt. & vend. Bal. Nouel. in d. tract. dot. par. 7. priuileg. 42. col. 1.* Quinimo si mulier sciens bona esse aliena, vel alij obligata, dedit illa in dotem tamquam pro-
26 pria, & libera, † tunc tenetur de euictione, seu de dolo, etiãsi incœpisset à traditione, *ita volunt Cyn. Bal, & Salic. in dicta l. 1. Alexan. in conſ. 176. num. 5. in fi. vol. 7. Corne. in conſ. 140. colum. 2. volum. 2. Rolan. in tracta. de lucro dot. quæſtio. 58. in fin. vbi allegat Crau.* Et quamuis Bald. *in conſ. 468. volum. 4.* dicat, quòd maritus agit de euictione, quando vxor, quæ alia bona habebat, dotem dedit de bonis subiectis re-
27 stitutioni, † quæ deinde per mortem vxoris sunt euicta à substitutis, *& eum sequuntur Crau. in consilio 186. numero decimo septimo, Rol. in d. quæstio. 58. Phanut. in eod. tracta. gloſ. 10. num. 70.* tamen hoc non debet intelligi indistinctè, sed cũ grano salis, quando scilicet vxor sciebat rem esse subiectam fideicommisso, quia videtur tunc esse in dolo, & decipere maritum, *secundum Alex. in d. conſ. 176. nu. 4. ver. est verum, quod ille, sequitur Rol. in loco præducto.* Et ratio, quia propter dolum perdit beneficium, vt videmus in vxore, quæ magnam dotem promisit, quam tamen scit se non posse soluere: perdit enim priuilegium ne conueniatur vltra quàm facere possit, *l. pen. ff. de iure dot. dixi supra in quæstio. an vxori denegentur alimenta ob dotem non solutam.* Et hoc etiam voluit Bald. *in dicto consilio quadragentesimo sexagesimo octauo, in fi. vol. 4.* dum allegat *l. 1. C. de iure dot.* quæ à Doctoribus modo prædicto declara-
28 tur, & dictum Doctoris † intelligi debet secundum legem, quam allegat, Bart. *in l. non solùm, §. liberationis, ff. de liberat. legata*, & in casu Baldi nulla cadit specialitatis ratio, quare magis debeatur eo casu euictio, quàm in aliis, si incœpit à traditione. Possumus etiam intelligere eum, quando dotis constitutio incipit à promissione, *vt in dicta l. prima.* Ratio autem quare euictio non debeatur indistinctè in contractu dotis, qui est onerosus, cum debeatur in contractu emptionis est, quia in
29 emptione interuenit † pretium, & iustum nõ est, quod emptor careat re, & pretio: at marito re euicta in his abest, *ita declarat Alber. in dicta l. prima, vbi Bald. num. 6. aliam reddit.* Sed subtiliorem ponit Bald. *ibi, num. 7.* quam vide, nam emptor potest stare sine illis extremis, re scilicet, & pretio, vnde cum vnum deficit, necesse est, quod alterum illius loco succedat: sed non est bona, quia extrema illa sunt necessaria, quando in esse producitur emptio, at post factum esse potest sine vno extremorum, vnde valet pactum, quod non debeatur euictio, nec pretij restitutio, vt sunt iura clara.

SVMMARIVM.

1 *Vxor hæretica est potius necanda, quàm alenda.*
2 *Matrimonium soluitur, quoad separationẽ thori propter hæresim vxoris.*
3 *Vxor propter hæresim perdit dotem sicut per adulterium carnale.*
4 *Dos fisco applicatur, quando vxor committit crimen læsæ maiestatis.*
5 *Vxor hæretica non est alenda à viro.*
6 *Maritus potest vxorem hæreticam expellere propriâ authoritate, non expectato Ecclesiæ iudicio.*
7 *Maritus vxorem pœnitentem in crimine hæresis non cogitur recipere. si post sententiam diuortÿ ingressus est religionem.*
8 *Maritus post sententiam adulterÿ contra vxorem non cogitur illam pœnitentem recipere, secus in causa hæresis.*
9 *Maritus non tenetur alere vxorem de hæresi condemnatam, sed pœnitentem, quando fuit detrusa in carceres.*
10 *Vxor, quæ crimen læsæ maiestatis commisit, non est alenda à viro.*

QVÆSTIO XXI.

DE vxore hæretica, quod nõ sit à marito alenda, res esse videtur sine dubitatione, quia idem diximus in filio hæretico, & in aliis personis, &
1 talis vxor videtur potius † necanda, quam alenda, *c. legi. 24. quæstio. 8.* Et si vxori negari possunt alimenta, quando commisit adulterium, quanto magis priuabitur quando hæresim committit, cum grauius sit crimen. Et videmus, quod
2 vxore † cadente in hæresim, conceditur à canone separatio thori, *c. 2. de diuor. & c. fi. de conuers. coniug. vbi notat. Ioan. Andr. Butr. & Abb.* & non minus vxor perdit dotem propter adulteriũ spirituale, id est

3 propter hæresim, † quam propter adulterium carnale, *vt per Doctores in d.c.fin.vbi Abb.num.2.qui dicit esse notandum, & ponit latè Didac.in epitom.de sponsal. par.2.cap.7.§.5.num.4.& seq.* vbi post Alber. Card. & alios dicit, quod hoc casu dos applicatur fisco, non autem viro. Et non mirum, quia videmus ita
4 quoque seruari pro crimine † læsæ maiestatis humanæ, *argumento text.in l.quinque legibus ff.de bon.damnat.vbi Alber.post gl.& Iacob.de Are.Nel.in tract. bannito.in prima par.2.tempor.quæst.18.Boss.in tract.de public.bonor.num.73.Clar.in Pract.crimin.quæst.78.nu.15.*
5 Et per hanc rationem ita tenet † Gondisalu. *in tracta.de hæretic.quæst.15.num.9.* Cum ergo detur separatio thori debet etiam subtrahi alimẽtatio, quia non tenetur maritus alere vxorem, quam non habet in suo seruitio, imo in crimine hęresis ma-
6 ritus potest authoritate propria vxorem † hęreticam expellere non expectato Ecclesiæ iudicio, vt est textus *in capitulo, de illa, de diuort.* vbi etiam dicitur, quod si maritus sit hęreticus potest vxor propria authoritate diuertere, & ibi Butr. *num.2.* dicit esse ibi casum, in quo marito agenti possessorio recuperandæ ad coniugem, quæ diuertit propria authoritate, obstat exceptio spiritualis fornicationis, quia non potest fide salua esse tuta cum illo, Abb. *num.2.* qui dicit, quod hæc est vna ex differentiis inter carnalem, & spiritualem fornicationẽ, quia pro carnali vxor non expellitur propria authoritate, nisi delictum sit notorium, sed id licet pro spirituali propter periculum infectionis, *Præpos.num.2.Godisal.dicta quæstio.15.num.10.* Difficultas tamen est, quando vxor ducta pœnitentia rediit ad gremium Ecclesiæ, & fuit à crimine absoluta, an maritus eam teneatur recipere, atque exhibere? Et in hoc existimo mulierem alendam esse, quia hæreticus reuertitur ad fidem cogitur alter coniugum redire ad habitandum, nec aliqua excusat, præterquam si postlatam sen-
7 tentiam diuortij, qui fuit † fidelis ingrediatur religionem, vt est text. *vbi glos.in cap.fi.de conuers.coniug. & ibi not. Abb.idem dicunt Butr. Abb.& Præpos.in capitulo, de illa, & in cap.quanto, de diuor. Didac. de sponsal.dicta par. secunda, §.quinto, numero quinto, vbi allegat etiam Alph. à Castro.* Et quamuis in fornicatione carnali aliud sit, quia maritus vxorem pœnitentem recipere non tenetur, tamen ideo est, quia maritus magis scandalizatur, & magis offenditur in corpore, quam in anima vxoris, ideo non cogitur illam post adulterium pœnitentem ad-
8 mittere, cum tamen illi teneatur cohabitare † post spiritualem fornicationem, *ita Butr.in d.cap.fin.in fi.de conuersio coniugato.* Addo, quod versatur in hoc fauor religionis, quod pœnitentes piè suscipiantur, vt confisi de hominum non minus, quam de diuina misericordia facilius ad conuersionem perducantur.

Hæc tamen procedit, quando mulier in domum restituitur, quod si fortè in carceres detru-
9 deretur, maritus illi non tenetur † alimenta ministrare, *secundum Ioan.Lup.in rubrica, ff.de donat.inter vir.& vxor.§.64.nu.7.*

Quæ dicta sunt de vxore hæretica, locum habent etiam in ea, quæ læsæ maiestatis fuit rea;
10 quales fuisse illas mulieres † de Beccaliis Brixienses refert Gigas *in tracta. de crimin. læsæ maiesta. libro tertio, titulo de pœn.quæsti.in cur. quæstio. 15. in fine.* Non etiam hoc casu vxor est indigna alimentis, quia *vt supra tetigi* etiam filij priuantur alimentis, & parentes, & alij, & dicam infra de marito hæretico.

SVMMARIVM.

1 *Vidua intra annum luctus ab hæredibus patris non viri alitur, si diuites sunt.*
2 *Hæredes mariti non alunt viduam intra annum luctus, si potest seipsam alere.*
3 *Vidua dicitur aliunde habere, quando ex sua industria potest sibi victum quærere.*
4 *Vidua, vt dicatur habere aliunde, attendimus redditum bonorum.*
5 *Alimenta alicui de propriis bonis præstanda extrahi possunt ex rei venditione.*
6 *Princeps antequam subditis collectam imponat, excutere debet suum ærarium.*
7 *Vniuersitas antequam collectet particulares excutit suos redditus.*
8 *Vidua non est alenda ab hæredibus mariti, si eligunt ante annum restituere dotem, & alij duo sunt casus.*
9 *Hæredes viri non alunt viduam intra annum si transiuit ad secunda vota.*
10 *Viduæ si ex forma statuti solui debent quinque pro centenario, illi non soluuntur, quæ secundo nupsit.*
11 *Hæredes viri alunt viduam, quæ transiuit ad secunda vota, si testator ei reliquit.*
12 *Legatario alimentorum etiamsi aliunde habeat alimenta debentur.*
13 *Dos viduæ solui debet intra annum luctus, quando vir simpliciter illam reliquit.*
14 *Vidua nubens intra annum luctus perdit legata sibi à viro relicta.*
15 *Pœna secundo nubentibus indicta propter festinantiam sublata hodie sunt.*
16 *Vidua nubens intra annum luctus hodie non perdit legata sibi facta à viro.*
17 *Pœnam non meretur, quod fit lege permittente.*

QVÆSTIO XXII.

POstquam vidimus casus, quibus alimenta vxori licet constante matrimonio denegare, dicendum est, quando intra annum luctus vxor non sit ab hæredibus exhibenda, & primus quidem est, quando patrem
1 habet † diuitem, quia onus eo casu incumbit patri, non hæredibus, *Aret.in cons.98.numero.dixi in tit. quibus debeantur alimenta, in quæstio.an vidua sit alenda intra annum luctus, in septima ampliat.* Et ratio est, quia obligatio alendi non descendit in hæredes, nisi in subsidium, quando alendus laboret extrema egestate, *vt per Bart.in dicta l.si quis à liberis. §.item rescriptum, ff.de libe.agnoscen. vel alen.* & non dicitur extrema egestate laborare, qui patrem habet diuitem, *vt ibi per Bar.*

Secun-

Secundus est quando vidua habet de suo vnde
2 possit alimenta sumere: tunc enim † hæredes mariti non eam alunt, *vt est text.in l.pen.ibi nec suū quicquam habeat.ff.vt in poss.leg.gl. in l.diuortio. in princip. vbi Din.Bart.Bald.Aret.& alij.ff.solu.matrim.cum aliis, quos citaui in d.q. an vidua sit alenda ab hæredibus viri, in prima limit.addo Card.in c.per vestras, vbi etiam Præpos. num.5.de donatio.inter vir.& vxor. Pract. Pap.forma libel.quo agit ad dot.in ver.ac etiam alimenta, num.2.* Dicitur autem habere aliunde, quando ex † indu-
3 stria potest sibi victum quærere, *Bero. in cons.130. vol.3.* Dubium tamen est hoc casu, an in dignoscēdo, quod habeat aliunde, attendantur redditus bonorum, quæ vidua possidet, an verò quantitas, & valor eorum. Et Bald.*in cons.30.* concludit inspiciendos esse redditus, quia vbicunque de ali-
4 mentis tractamus † ad redditum respicimus, *l.ius alimentorum.§.1.ff.vbi pupil.edu.debe.* aliâs semper diceretur habere de proprio cum possit nomen debitoris vendere, vt se alat, quod tamen est absurdum, *& eum sequitur Crau.in cons.199.nu.6.Natta in cōs.418.n.2.* Sed hoc videtur habere contradictionem, quia cum tractatur de alimentis eius, qui de
5 propriis bonis alendus est, tunc res ipsa † vendi potest, vt est text.*in l.prima, §.mulier.ff.de vent.in possess.mitten. per quem ita dixit Barbat. ad Bartol.in l. pen.ff.de aliment. & cibar.leg. eum sequitur Phanuc. in tracta. de inuentar. par.septima, numero 56. vbi allegat Ang.& Pract.Pap.qui tamen mihi hoc dicunt.* Sed hanc declarationem habeo pro vera, quia excutere quis debet proprium ærarium, antequam possit de alieno viuere, vt dicimus de Principe, qui etsi pro defensione status possit subditos grauare, &
6 collectam imponere, † tamen in primis impendit de suo quidquid habet, *vt per Nattam in consil.557. numero 10.Rolan.in consilio 1.numero 62.& sequen.vol.2. Plot.de in lit.iuran.§.11.numero 23.* Idem dicimus de immunitate, quæ antequam particulares exigat
7 suos † excutit redditus, *glos.in l.prima, §.quod si nemo, in ver.proconsul.ff.quod cuiusque vniuer.nom. Bart. in l.1.C.de mulier, & in quo loco, Natta in d.consilio 418. numero primo, & dicam in titulo, qualiter sint præstanda alimenta.* Et non obstant iura in contrarium allegata, quia procedunt, quando alimenta alicui soluenda sunt de bonis alienis: tunc enim iustum non est, quod fundus vendatur, vt alicui alimenta præstentur,

8 Tertius est casus † quando hæredes mariti eligunt intra annum restituere dotes.

Quartus est, quando dos consistit in bonis immobilibus, quæ statim soluto matrimonio sunt vxori restituenda.

Quintus, quando dos est restituēda extraneo, qui stipulatus est dotem sibi, non autem mulieri reddi.

Sextus, quando alius est stipulatus dotem sibi reddi, quia tunc nec etiam ipsi extraneo soluenda sunt alimenta dum retinetur dos.

Septimus est in hæredibus ipsius vxoris, qui non sunt alēdi intra annum, qui datur ad restituendum dotem, de quibus omnibus casibus posui *in d.tit. quibus debeantur alimenta, in quæstio. an vidua sit ab hæredibus viri alenda.*

Octauus casus est, quando vidua transiuisset intra annum luctus ad secunda vota, tunc enim
9 non † est alenda ab hæredibus viri, *ita post Ricar. Malum. inquit Cyn.in l.fi. C.de bon. mater*, nam ideo alitur, quia dum permanet in viduitate durare videtur in eodem matrimonio, & quando transit ad secundas nuptias, cessat ratio, ergo non est alēda, *sequuntur ibi alij omnes, Bald.in cons.86. Angelus patri, volum.2.* vbi ponit rationem quia secundus vir tenetur illam alere. Et dictum iam est, quod tunc vidua est alenda, quando aliunde non habet, sed quæ virum habet dicitur aliunde habere, *Ang.in l. diuortio, in princip.col.2.ver.consului pluries.ff.solu. matrimonio*, vbi mouetur ea ratione, quod primum matrimonium videatur durare, *sequitur Imo. col. 2.Pract.Papien. in forma. libel.quo agit ad dot. restit. in ver. ac etiam alimentis, numero secundo, Ias.in §.fuerat, numero 25.Instit.de action.Ioan.de Garron. in rub.C.de secun.nup.numer.39.hoc etiam voluit Didac in epitom. de sponsa.in 2.par.c.3.§.9.numer.10. Rebuff.in constit.Gall. tom.1.tit.de senten.prouis.articul.3.glos.1.num. 12.in fin.* vbi dicit, quod ipsa, quæ nupsit nihil potest petere, sed maritus benè petit interesse retardatæ solutionis dotis, *vt dixi latè supra post Bartol.in consilio centesimo vigesimo octauo, Plot.in tracta. de in lit.iuram. §.11.numer.26.Lupum relatum à prædicto Gemin.in tracta.de vsur.in commentar.1.§.4.num.90.& alios.* Facit, quod voluit Socin.*in cons.180.numer.7. volum.2.* vbi dicit, statutum mandās, quod viduæ soluantur a-
10 limenta † ad rationem de quinque pro centenario, non habere locum in ea, quæ non permansit vidua, sed nupsit, ea enim non petit alimenta, *sequitur Garron. loco prædicto.*

Declaratur tamen hic casus, quando maritus
11 alimenta reliquisset vxori, quia tunc per † transitum ad secunda vota non ea perdit *secundum Garron.in d.rub.C.de secun.nupt.numer.39.* mouetur, quia relictum debet aliquid operari, *vt in simili dicit Bal. in authen.hoc locum, colum.1.C.de secund.nupt.* Sed ratio non est bona, decisio quidem benè procedit, sed alia ratione, nam quando alimenta fuerunt relicta tunc debentur iure actionis, ideo peti pos-
12 sunt etiamsi legatarius haberet † aliunde vnde viuat, *Bald.in l.1.colum.2.C.de fideicomm.Castren. dicta l. diuortio, in princip. Alexan.in l.de alimentis, vbi Dec.numero 5.C.de transact.Socin in cons.57.num.38. volum.4. & dicam latè alibi.* Siue ergo nupta sit, siue seruet viduitatem, vtroque casu est alenda: videmus enim per eandem rationem, quod etsi dos restitu-
13 enda sit post annum, nec ante liceat petere: † tamen, quando relinquitur à marito, coguntur hæredes illam repræsentare non expectato anno, *l. prima, ff.de dote præleg.§.sed si vxori.vbi glos.Instit.ad leg. Falcid.Plot.in dicto §.11.num.23.post medium, Lupus dicto §.4.num.87.* Hæc tamen declaratio patitur difficultatem, quia nonnulli volunt, quod per transitum ad secunda vota vxor perdat alimenta loquendo generaliter, ergo multò magis eorum opinio procederet in muliere transeunte intra annum luctus: nam mulier, quæ festinanter conuo-
14 lat † ad secunda vota perdit omnia legata sibi à viro relicta, *l.prima, C.de secund.nupt.* vbi Bal.*nu.6.*

declarat procedere non solùm respectu proprietatis, sed etiam respectu vsusfructus, siue relictum sit purè, siue sub conditione, & subdit esse mẽti tenendum, quia sæpè accidit, *& ibi Alexand. ad Bart. idem dicit allegando Angelum, & sequitur Decius, num. 10. & 15. Ioan. de Garron. numero 66.* Et Bald. *in consilio 204. columna 2. ver. non obstat, volumine 1.* dicit, hanc pœnam introductam esse propter impudicitiam. Et Castren. *in conf. 366. columna 1. volumine 1.* inquit esse indictas propter iniuriam, quæ fit primo viro. Sequitur Bero. *in conf. 32. numero 13. volumine 2. & Alexand. loco prædicto*, & dicit vxorem priuari tamquam ingratam, & quæ offendat animum mariti, & quatuor rationes citat Ioan. de Garron. *in d. l. prima, numero 109. C. de secund. nupt. & duas ponit Ripa, in rub. C. de secund. nupt. num. 17.* Et quod ob transitum perdatur legatum, voluit Picus *in l. Titia, cum nuberet, numero 166 ff. de leg. 2. Bero. in d. conf. 32. numero 19. Neuiza. Sylua nupt. lib. 2. nu. 48. & sequen. Boer. in decis. 186. per totam*, sed hoc procedit inspecto illo tempore. Verum hodie omnes pœnæ secundo nubentibus indictæ, propter nimiam festinan-
15 tiam sublatæ † sunt à iure canonico, quod seruatur etiam in foro ciuili, *Innoc. in cap. fi. de sponsa. vbi Hostien. Ioan. And. But. Card. Anchar. & Henric. Boich. Bar. in d. l. prima, in fi. C. de secund. nupt. vbi Dec. num. 21. & Ioan. Garron. numero 71. Bald. in conf. 366. num. 2. volumine 4. Abb. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, vbi Aret. communem dicit, de constit. eandem dicit ibi communem Felin. numer. 32. & Dec. numer. 35. Ioan. Garron. in d. l. 1. numero 132. vbi multos allegando dicit magis communem esse tam legistarum, quam canonistarum, & tenendam esse in consulendo, & iudicando, eam quoque communem dicit in rub. C. de secund. nupt. num. 6. Capra in conf. 70. num. 10.* Et quod vxor transiens ad secunda vota intra an-
16 num luctus hodie † non perdat legata, voluit Feder. Senen. *in conf. 36. Cald in conf. 467. volum. 3. Castr. in conf. 367. colum. 1. in princip. & fin. vol. 1.* vbi subdit, quod non infertur marito iniuria, ex quo nubit de licentia Apostoli, & legis canonicæ, *idem Castr. in consilio centesimo quinquagesimo quarto, in princip. volum. 2. Ioan. Garron. in d. l. 1. numero 67. & 71. in fi.* actus
17 à lege † permissus non meretur pœnam *l. Gracchus, C. de adulter.* Quare licet intra annum luctus vidua nubat non perdit legatum alimentorum sibi à marito relictum, alij etiam sunt casus quibus intra annum luctus viduæ alimenta iustè denegantur, qui ex his, quæ infra dicuntur colligi possunt.

SVMMARIVM.

1 *Vidua transiens ad secunda vota perdit legatum alimentorum, si institutus est filius.*
2 *Vxori relictum continet tacitam conditionem si castè, honestè, & vidualiter vixerit.*
3 *Mulier secundo nubens non dicitur castè, & honestè viuere.*
4 *Vxori alimenta, quando instituto filio relinquuntur, tunc videntur relicta contemplatione filij, vt cum eo habitet.*
5 *Testatoris voluntatem spernens facit se omni emolumento indignum.*
6 *Vidua secundo nubendo non perdit vsumfructum sibi à matre relictum.*
7 *Vsusfructus continet alimenta.*
8 *Vidua secundo nubens non inhonorat maritum, nec perdit priuilegia.*
9 *Mulier secundo nubens non perdit legata, sed proprietatem illorum reseruat.*
10 *Facta non præsumuntur.*
11 *Omissum habet pro omisso, quando facilè potuisset exprimi.*
12 *Voluntas testatoris præsumitur esse legi conformis.*
13 *Nuptiæ secundæ sunt admissæ à lege, non reprobatæ.*
14 *Legatum alimentorum in dubio videtur relictum fauore legatarij.*
15 *Castè viuere dicitur mulier, quæ secundo nubit.*
16 *Legatum interpretatur secundum legis dispositionem, non secundum occultam voluntatem.*
17 *Legatum intelligitur factum contemplatione, quando matri relinquitur in domo.*
18 *Nuptiæ tertiæ non magis displicent, quam secundæ.*
19 *Nuptiæ etiam octauæ, sunt permissæ.*
20 *Vxori relictum etiam si transiret ad secundas nuptias debetur transeundo ad tertias.*
21 *Iniuria secundò, non primo viro infertur per tertias nuptias.*
22 *Mulier perdit legatum per secundas nuptias, quando extant aliquæ coniecturæ.*
23 *Mulier nubendo perdit legatum factum sub modo non nubendi.*

QVÆSTIO XXIII.

POst luctus, si vidua transeat ad secunda vota, an perdat relictum alimentorum sibi factum à primo viro? Et si filius † sit institutus, videtur amitti. *ita determinat Pract. Papien. in form libel. quo agit ad dotis restitutionem. in ver. donec vitam, numer. 4.* quia præsumit lex, quod testator voluerit eam morari cum filia, *argumento l. qui ō. ubinam. § fi. ff. de leg. tertio, l quæsitum. § fi. ff. de fundo instr. l. secunda, C. comm. vtriuſ. iud. eandem probauit sententiam Bero. in conf. 32. nume. 9. vol. 2.* vbi inquit in legato vxori facto intelligi semper tacitam conditionem, si castè, honestè, & in vi-
2 duitate † vixerit, *allegat Bald. in l. prima, in fi. C. de leg. Castren. in l. mulier quæ, ff. ad Trebellian.* & facit quia secundum communem loquendi vsum mulier,
3 quæ secundo nupsit non dicitur † castè, & honestè viuere, *Anchar. & Imo. in cap. quod à te, de cler. coniug. Fel. in proœm. Gregor. Ripa, in rubrica, C. de secund. nupt. num. 13. in fi.* Et dicit Bald. *in ea. l. prima, C. de le-*
4 *gat.* quod dum testator legat vxori † alimenta instituto filio, censetur voluisse matrem sociare filiis, & legasse contemplatione educationis liberorum, ac mater à filiis se disiungit, & filios, ac testatoris præceptum contemnit nubendo, ergo non debet habere legatum alimentorum, contemnens enim, & impugnans testatoris voluntatem † facit se indignum relicto, *l. cum pater. §. libertis. ff. de legatis secundo.*

Contrariam tamen sententiam amplexus est Aret. *in conf. 40. col. 2. ver. ad secundum*, vbi mouetur,

quia

quia secundo nubendo † non perdit vsumfructum, sibi relictum. §. *si verò solùm vsumfructum, in Auth. de nupt. & in authen. hoc locum. C. de secund. nupt.* ergo eodem modo non debet perdere legatum alimentorum, quod est simile, & regulariter ea
7 ratione alimenta † continentur in vsufructu, *l. Imperator, ff. ad Trebel. & l. penultima, ff. de aliment. & cibar. leg.* Hoc etiam ante eum videtur voluisse Bald. *in dicta l. prima*, vbi cum sequuntur alij: dum enim volunt, quod legatum perdatur, quando relictum est sub modo habitandi cum filiis, præsupponunt aliud esse, quando simpliciter fuit relictum. Eam sententiam explicitè tenuit Pau. Pic. *in l. Titia. §. Titia cum nuberet, numer. 164. ff. de leg. secundo, eam quoque amplexus est Ioan. de Garzon. in rubrica, C. de secund. nupt. numer. 36.* Quæ enim transit ad secunda vota non inhonorat maritum, nec
8 † perdit priuilegia, *vt inquit Ioan. Lupus, in rubrica, de donat. inter vir. & vxor.* addo, quod cætera legata durant etiam post transitum ad secundas nuptias,
9 nec reuocantur, nisi quoad † proprietatem, quando extant filij. *l. fœminæ, in fi. C. de secund. nupt. §. prima siquidem, & §. si verò expectet, in Auth. de nupt. Bar. in auth. ex testamento, circa principium, C. eod. titu. Dec. in rubrica, C. de secund. nupt. in fin. Ripa, dicta l. fœminæ, in fi. Natta, in consilio 459. numer. 7.* Quod si id obtinet in cæteris, cur non idem erit in legato alimẽtorum, quod est plenius, & magis fauorabile legatario.

Item conditio morandi cum filiis, vel etiam
10 seruandi viduitatem est quid facti, † & non præsumitur. *l. in bello, § factæ. ff. de captiu.* & qui dicit legatum fuisse sub conditione relictum tenetur probare, *l. ei qui. ff. de probat.* & quod non legitur in testamento scriptum, non est per subauditionem intelligendum, *vt dicitur in l. illam. C. de collatio.* Imo conditio non nubendi videtur reiicienda de legato, quãdo est expressa, *vt in rubrica, & tit. C. de indic. viduit. tollen.* Demum cum posset maritus conditionem viduitatis apponere, & non dixerit,
11 † voluisse non videtur, *l. prima, §. finautem ad defi-*
12 *cientu, C. de caduc. tollen.* & voluntas testatoris † præsumitur esse legi conformis, *Bar. in l. hæredes mei, §. cum ita, vbi not. omnes. ff. ad Trebel.* Secundæ autem
13 nuptiæ non sunt à lege † reprobatæ, imo admissę, *capitulo, vicena 13. distinct. l. fina. C. de legit. tuto. l. castitas. C. ad leg. l. vl. de adult.* Et non obstat, quod testator præsumitur ea intentione reliquisse alimenta, vt cum filiis moraretur: quia respondeo falsum hoc esse, nam legatum alimentorum in du-
14 bio censetur relictum fauore † legatarij, etiamsi onus esset legato adiectum, licet aliud sit in aliis legatis, *l. prima, ibi glos. & alij omnes, C. de legat. gl. Bart. & alij in l. illa libertis. ff. de conditionib. & demonstrationib. Bar. in l. Caio. §. Imperator, in princip. & in prima oppos. ff. de aliment. & cibar. legat. & dicam latè inter priuilegia alimentorum.* Multò ergo minus id locum habebit, quando de onere non est facta mentio in legato, nec onus reperitur expresè iniunctum, & non resistit, quod relictum videatur sub tacita conditione si in viduitate vixerit, *vt inquit Bero. in dicto consilio trigesimo secundo*, quia Bald. & alij per eum citati non id dicunt, sed exprimunt solùm de honestate, & castitate, at, quæ secundo viro
15 † nubit dicitur castè, & honestè viuere, *vt per Bar. Imo. & alios in l. mulier. §. cum proponeretur, ff. ad Trebel.* Non etiam verum est, quod secundum communem loquendi vsum mulier secundo nubens videatur inhonestè viuere, nam contrarium est verum, *vt per Cæphal. in consilio 500. numero trigesimo tertio.* Et si esset verum non noceret, quia legatum simpliciter relictum non interpretatur secun-
16 dum occultam voluntatem testatoris, † sed secũdum legis dispositionem, *vt inquit Ang. in dicto §. cum proponeretur*, legis autem dispositio non abhorret à secundis nuptiis. Et quod Bald. inquit *in l. prima, in fine, C. de leg.* procedit, quando relicta sunt alimenta in domo, tunc enim videtur testator voluisse matrem sociare filiis ex eo, quod in domo
17 reliquit, † non enim colligi potest alia ratio, quare magis in domo reliquerit, quam extra, sed in præsenti facto relicta sunt simpliciter, quare verior est sententia, quod duret legatum post secundas nuptias.

Imo id procedet, etiamsi transiret ad tertias nuptias, quia non minus à lege approbatur ter-
18 tium, † quam secundum matrimonium, *vt latè probat Cæphal. in cons. 500. per totum.* & facit quia et-
19 iam octauæ nuptiæ sunt † permissæ, *cap. speriant 31. quæstio. 1. Boer. decis. 186. numer. 4. Menoch. in cons. 40. num. 40.* fortius voluit Ripa, *in rub. de secund. nupt. num. 13. post Alexan. in d. §.* cum proponeretur, quod vbi sunt alimenta vxori relicta, etiamsi transiret
20 ad secundas nuptias, † debeantur, & si vxor tertias contrahat nuptias, quia omnes post primas dicuntur secundæ, & per tertias nuptias fit iniu-
21 ria † secundo non primo viro, atque illius anima contristatur, *vt probat Cæphal. dicto cons. 500. num. 22. & 24. & sequen.*

Prædicta tamen limitantur non procedere, quando ex coniecturis aliquibus, vel signis con-
22 staret de mente testatoris fuisse, quod † legatum perdat, *l. prima, in fi. C. de legat.* vbi dicit procedere, quando reliquit alimenta in domo: videtur enim tunc voluisse prospicere educationi filiorum, nam regulariter onus videtur esse causa legati, & ideo si non agnoscit onus non consequitur legatum, *l. Nesennius. ff. de excusat. tuto.* & multò magis
23 amittet legatum vxor, quando expresè † testator relinqueret sub modo seruandi viduitatem, *secundum Bar. in authen. hoc locum. C. si secund. nup. Picus in d. §. Titia. cum nuberet, nu. 164. circa fin.* vbi ponit generalem limitationem.

SVMMARIVM.

1 *Vidua quæ post annum luctus fornicatur, non subiacet pœnis impositis secundo nubentibus.*
2 *Vidua, quæ peccat in corpus suum post annum luctus non perdit alimenta.*
3 *Pœnæ secundo nubentium locum habent contra viduã inhonestè viuentem.*
4 *Luxuriæ non est plus tribuendum, quam castitati.*
5 *Pœnæ secundo nubentibus impositæ non sunt correctæ, quoad inhonestè viuentes.*

6 *Vidua, quæ inhoneſtè viuit iniuriam facit marito.*
7 *Vidua ſtuprum committens priuatur hæreditate, vel relicto ſibi facto à marito.*
8 *Vidua ſtuprum committendo non minus offendit maritum, quam vxor adulteranda.*
9 *Vidua inhoneſtè viuens poſt annum luctus perdit alimenta ſibi alioquin debita.*
10 *Vidua ſtuprum committens perdit dotem, ſed vide ibi de veritate.*
11 *Vidua ſtuprum cõmittens poſt annum luctus non perdit dotem.*
12 *Expreſſum videtur, quod fuiſſet diſpoſitum ſi de eo teſtator cogitaſſet.*
13 *Legatarius perdit legatum, ſi poſt mortem teſtatoris concubuit cum illius vxore.*
14 *Legatarius priuatur legato ſi concubuit cum vxore teſtatoris illo viuente.*
15 *Adulterium poteſt vxori viduæ obijci ſi maritus illud ignorauit.*
16 *Vxor, quæ ante legatum, vel poſt commiſit adulteriũ priuatur legato ſibi facto à marito.*
17 *Vidua inhoneſtè viuens perdit priuilegium fori.*
18 *Vidua viuens impudice priuatur tutela.*
19 *Vidua relicta exequutrix teſtamenti priuatur ob inhoneſtam vitam.*
20 *Vidua inhoneſtè viuens non conſequitur quartam in bonis mariti diuitis.*
21 *§. fi. in Auth. de reſtit. & ea, quæ parit, quomodo intelligatur.*
22 *Filia, quæ fuit ab vno tantum cognita non poteſt exhæredari, licèt aliud ſit quando turpem dicit vitam.*
23 *Vxor turpis ex alia cauſa, quam inhoneſtæ vitæ, non perdit legatum alimentorum ſibi factum à viro.*
24 *Voluntatem teſtatoris qui impugnat, non poteſt illi ſuccedere.*

QVÆSTIO XXIIII.

GRauis quoque quæſtio eſt, an ſi mulier vidua poſt annum luctus peccauit in corpus ſuum, priuari debeat alimentis ſibi a teſtatore relictis. Et primo quidem aſpectu videtur, quod non per text. *in §. fin. in Auth. de reſtit.*
1 *& ea, quæ parit*, vbi præſupponit, quòd ſi † vxor fornicatur poſt annum luctus non ſubiaceat pœnis impoſitis tranſeunti ad ſecunda vota ex *l. 1. C.*
2 *de ſecund. nupt.* Et in hoc † tenet glo. *in d. §. fi. & ibi Ang. & not. in auth. eiſdem. C. de ſecun. nup. Alciat in tract. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 9. num. 5. deciſ. Pedem. 77. num. 1.* Et hanc ſententiam procedere ex mente communis opinionis dicit Eman. à Coſta, *in c. ſi pater, par. 1. in ver. legauit. nu. 35. in princ. & ver. ego autem, de teſtam. in 6.* vbi ait ſe non dubitare de hoc. Inuenio etiam, quod cum hac opinione tranſit Didac. *in epitom. de ſponſ. par. 2. c. 7. §. 6. num. 11.* vbi diſtinguit inter annum luctus, & alia tempora, volens aliud eſſe, quando mulier fornicatur intra annum luctus, quia tunc plectitur pœnis impoſitis à *d. l. 1. C. de ſecund. nup.*

In contrarium tamen facit, quia omnes pœnæ
3 impoſitæ ſecundo nubentibus locũ habent † contra vxorem, quæ inhoneſtè viuit, *Bar. in l. his ſolis. C. de reuoc. dona. vbi dicit eſſe perpetuò notandum, & ſequitur Barb. ibi, qui alios citat, idem Barba. in c. ex parte. 6. in 1. col. de foro compet. Io. Lup. in rub. de donat. inter virum, & vxorem, §. 67. nu. 3. vbi refert Zenzelin. & Ludou. Bonon. Abb. in c. vxoratus, de conuer. coniug. Alex. in l. bonorum. ff. de his, qui not. infam. Bero. in conſ. 32. nu. 12. vol. 2.*
4 non enim plus tribuendum eſt luxuriæ, † quam caſtitati, *vt. in §. fi. in Authen. de reſtitut. & ea, quæ par.* Et quamuis hodie ex Apoſt. dicto ſublatæ ſint pœnæ impoſitę, ſecundo nubentibus, tamen non ſunt correctæ quoad illas, quæ inhoneſtè viuunt,
5 † quia in viuentibus luxuriosè ceſſant cauſæ correctionis, *vt per Abb. in d. c. vxoratus.* Et inter alias pœnas priuabatur mulier omni relicto ſibi facto à marito tamquã indigna, *vt in l. 1. C. de ſecund. nupt.*
6 Ergo pari modo priuari debet illa, quæ turpiter, & inhoneſtè viuit. Infert enim † iniuriam, & triſtitiam in animam viri, *§. quæ verò, in Auth. de nupt,* Et in propoſito inquit Salic. *in l. fideicommiſſum, in*
7 *fi. C. de fideicom.* quod vxor inſtituta, vel legataria committens ſtuprum priuatur, vt indigna, † licet maritus legando, vel inſtituendo non adiecerit conditionem caſtè, & honeſtè viuendi. Et ſubdit, eſſe benè notandum tamquam quotidianum, comprobat Ioã. Lup. *d. §. 67. nu. 4.* facit, quia vxor conſtante matrimonio committens adulterium non eſt alenda à marito, *vt dixi ſupra*, ſed nõ
8 minus maritum offendit vidua ſtuprũ committendo, quàm faciat vxor † adulterando viuente marito, *vt inquit Caſtren. in d. l. fideicommiſſum, num. 4.* Ergo perdit alimenta, per ſtuprum poſt mariti
9 mortẽ commiſſum, & in terminis, quod propter inhoneſtam vitam poſt annum luctus vxor † perdat alimenta, voluit Picus, *d. §. Titia cum nuberet, nu. 157. ff. de leg. 2. Bero in conſ. 312. nu. 9. ver. venio ad quartum, cum ſeq. vol. 2. Caual. in tract. de vſufruc. muli. relic. nu. 113. Caph. in conſ. 500. nu. 39.* Et pro hac parte facit, quia vidua ſtuprum committens perdit etiam
10 dotem † ſicuti ſi viuente marito cõmiſiſſet adulteriũ, *ſecundũ Caſtr. in l. ſororẽ. C. de his vt quib. indig. & in d. l. fideicommiſſum, in fine. C. de fideicom. & in conſ. 147. volum. 1. laſ. in l. 2. num. 6. ff. ſolut. matrimon. Præpoſ. in c. plerunque, col. 3. de donat. inter virum, & vxor. Felin. in c. paſtoralis, C. de iudic. Marſil. in l. vnica, num. 53. C. de rapt. virgin. & in ſing. 416. Gerard. in ſing. 48. Ioan. Lup. d. §. 67. num. 6. Belenz. in addit. ad Alba. in cap. plerunq;, Crot. in l. 4. §. Cato, in prima lectu. numer. 179. ff. de verb. oblig. & hanc dicit communem Bello. in rub. C. de eden. numer. 83. Boer. in deciſ. 338. Neuiza. in ſylua nuptia. libro ſecundo, numero 42. & ſequen.* vbi multos allegat præcipuè Angel. Aret. Dec. & Curt. iun. ſubdens, quod hæredes mariti conuenti ad dotis reſtitutionem poterunt de ſtupro excipere, *Rip. d. rub. extra de iudic. numer. 21. Bero. in conſ. 32. num. 20. volum. 2. Syluan. conſilio 2. numero 37. conſilio 6. numero 17. latiſſimè deciſ. Pedem. 77. per totam.* Eſt verum quod Alexand. *in d. l. ſororem. C. de iis quib. vt indign.* tenendo contrarium impugnat prædictam Caſtr. ſententiam, *ſequitur illum laſ. in d. l. fideicommiſſum. numer. 3. Dec. in c. paſtoralis, colum. fin. extra de iudic.* Quam ſententiam tanquam magis communem probarunt multi quos citat & ſequitur Didac. *in epito. de ſponſ.*

par. 2.

par.2.cap.7.§.6.numer. 10.& sequen. Arius Pinell.in l.fi. numero 9.& sequen.C.de bon.matern.Duen.in reg.12.limit.3. vbi latè agit multos citans, Eman. à Costa *in cap.si pater, par.1.in ver.legauit, numer.40.ver.sed an quemadmodum, de testam. in 6.Rolan.in cons.86.per totum,volum.2.* Ideo super hoc fundamento non facio magnam vim, præcipuè cum Ioan.de Garzon. *in authen.eisdem, num.20.& seq.C.de secund nupt.* di-
11 stinguat inter stuprum commissum † intra annum luctus, & illud quod post annum fuit perpetratum, vt primo casu dotem amittat, secundo verò non. Quam distinctionem probauit etiam Alciat. *in tracta.præsumpt.regu.2.præsumpt.9.num.5. Didac.dicto cap.7.§.6.num.10.& sequ.* Et licet Duen. *dicta limit.8.in fine*, dicat necessariam non esse illam distinctionem, quod etiam ponit Pinel. *in d. l.fi.num.11. Costa in loco præcitato*, tamen illam probauit Rolan. *d.cons.86.num.41.* & secundum illam iudicatum fuisse refert decis. Pedem. *77.in fi.* licet plurimum pro opinione Castren. vrgeat ratio, quod sicuti vidua pendente viduitate gaudet priuilegiis omnibus, quæ sibi competebant viuente marito, quasi videatur præseruare in eodem matrimonio, *l.fin.C.de bon.mater. cum infinitis ibi allegatis à Pinello, num.4.* ita debet esse obnoxia pœnis impositis mulieri violanti religionem matrimonij, vt sentiat incommoda, quæ habet commodum, *l.secundum naturam, ff.de reg.in.* Quidquid autem sit in prædicta controuersia dotis amittendæ, sat est quod in casu nostro verior est opinio viduam post annum luctus inhonestè viuentem amittere legatum alimentorum. Et ratio est quia
12 haberi debet pro expresso † quod disposuisset testator, si de eo cogitasset, *vt per gl.in l.take pactum, ff. de pact. Tiraquel.in præfatio. l.si vnquam, numer.56.per totum, C.de reuoc.donat.decis.Pedem.64.in fine*, vbi dicitur illam glos. locum habere in quacunq; materia. Ideo videmus quod si legatarius post mortem testatoris concubuit cum vxore testatoris
13 perdit † legatum, quia si testator de hoc cogitasset non legasset, *glo.in l.fideicommissum, C.de fideicom. vbi hoc not.Bartol.idem voluit glos.in l.sororem, C.de his, quib.vt indign.& l.prima, ff.eod.& vtroque in loco Bart. Bald.in capitulo, tua, in fi.de procurat.* Idem in adulte-
14 rio † dicit Bald. *in lege, si mulier C.de adult.* vbi dicit, quod propter adulterium efficitur inimicus, *cõmunem dicit Ias.in l.sororem, num.5. Ioan. Lup.in dicto §.67.nume.5. Mantic.de coniectu.vltima voluntа.lib.12. tit.5.num.6.* Et prædicta tacita voluntas mariti operatur, quod si inscio marito adulterium com-
15 miserit, possunt hæredes mariti opponere † de adulterio contra vxorem repetẽtem dotem, *vt voluerunt Roman.Aret.& Alexandin l.rei iudicatæ.num.5. ff.de reg.iur.Præpos.in d.c.plerunque, numero 2.de donat. inter vir.& vxo.Picus in d.§. Titia cum nuberet, numero 161.hanc dixit communem, in l.fin.in quæstio.61.C.de reuoc.donat.& sequuntur Ancharan. Abb. Marsil. & Tiraquel.quos citat & sequitur Didac. dicto capitulo 7. §.6. numero 9. qui etsi referat Baldus & Imo. contrarium tenuisse, subdit tamen hanc seruari in practica Emanel.à Costa in dicto capitulo, si pater, parte prima, in ver. legauit, numero trigesimo secundo, de testam.in sexto, Ruin.in consilio 155.numero tertio, volumine tertio*, quia cum maritus verisimiliter foret reuocaturus habita illius notitia, haberi debet pro reuocato, *Manti. dicto titulo quinto, numero septimo.* Idque procedit non solùm quando mulier adulterium commisit post
16 factum legatum, sed etiam quando ante, † *vt per glos.in dicta lege, fideicommissum, voluit.Angel. Aret.in tracta.de testam.glos.quadragesima sexta, numero quinto, ver.quæro vxor, Picus d.§.Titia.cum nuberet, numero 165.* Costa loco precitato, *numero trigesimo secundo, ver.sed & mulier, Mantic.dicto numero 7. ampliat procedere etiam in concubina post Ruin. quem allegat. non obstat igitur text.in §.penult.in Authen.de restitutio. Et ea quæ parit*, quia licet ob facti cõtingentiam loquatur de stupro commisso intra annum luctus, tamen non excludit quin idem sit in stupro post annum commisso: offenditur enim anima mariti, & contristatur non solùm per stuprum, ante annum, sed etiam per stuprum post annum commissum. Et ideo Salic. Castren. Ioan, Lup. Bero. Paul. Pic. Cæphal. & Caualcan. intelliguntindistinctè priuari legato mulierem, quæ inhonestè viuit, quinimo priuilegia omnia perdit, quæ sibi sunt durante viduitate concessa, in priuilegio
17 † fori ponit Ang. *in l. quædam puella, vbi Alexan. columna secunda.ff.de iurisdict.om.iudic.* perdit item tu-
18 telam † *secundum gl.& Bal in authen. matri,& auiæ C. quan.muli.tutelæ off.fun.poss.* & si est relicta exequu-
19 trix testamenti, priuatur, † *secundum Imo. in l.eum qui, §.qui sibi, colum.1.ff.de verb.oblig. quos omnes citat & sequitur Ioan. Lup.in dicto §. 97. numero 16. & sequen.* vbi etiam dixit, quod vidua luxuriosè viuens, perdit etiam quartam sibi à iure delatam in bonis
20 mariti † diuitis *secundum auth.præterea, C. vnde vir. & vxor.*

Non omitto, quod Eman. à Costa loco prædicto, *num.38.ver.denique in hac controuersia*, intelligit tex *in dicto §.fin.in Authen.de restitutio, & ea quæ parit*, procedere quando vnicum stuprum committit,
21 aliud dicens quando luxuriosam duceret † vitam, vt quia publicè vel notoriè se prostitueret ad quod ex multis pulchrè, quę apud eũ videri possunt, in quo articulo facit quod voluit Vasq. *in tract.de succes.creat.lib.1.§.10.n.610.ver primo in filia, & lib.2.par.3.§.20.requis.29.num.152.* vbi dicit, quod
22 etsi filia turpiter † viuens possit exhæredari, tamẽ aliud est, quando ab vno tantum fuit cognita, sed ipse non allegat textus quos in hanc sententiam citat Costa, & dixi supra hoc eodem tit. *in quæst.an filia possit alimen.priuari propter inhonestam vitam, propè finem.*

Quod autem dictum est de inhonesta vita, nõ procedit quãdo ex alia causa vxor foret infamis, vel damnata, quia non propterea perderet ali-
23 menta sibi relicta † à marito, *ita tenet Ang. Aret. in tracta.de testam.gl.incip.item reliquit mulieri concubinæ alimen.col.pen sequitur Picus dicto §. Titia cum nuberet, num.169.per iura. & authoritates de quib.ibi.* Et ratio potest assignari, quia quidquid relinquit maritus videtur relinquere in præmium pudicitiæ, & benè transacti matrimonij, proinde quando delinquit contra pudicitiam, & castitatem, cessat causa reli-

sa relicti, & relictum tacitè videtur reuocatum, quæ ratio cessat, quando vidua non cõmittit contra castitatem vel in dedecus transacti matrimonij, non mirum itaque si secundo casu non perdit alimenta, licet efficiatur infamis, vel damnetur ex alio crimine, pro quo facit quod ponit Bar. *in l. si fundum per fideicommissum, col. 1. ver. tu dic quod ibi erat res peruentura, & col. 2. ver. secundo casu quando res, ff. de leg. 1, Bero cons. 64. num. 17. volum. 1. Anchar. Moder. famil. quæst. lib. 2. quæstio. 17. nu. 2. facit etiam gl. in l. cum pater, §. libertis, in ver. nec alienarent, ff. de leg. 2.* vbi tũc
42 solùm prohibetur quis succedere † quando venit contra voluntatem defuncti, *Iaſ. in auth. res quæ, nu. 24. C. commun. de leg.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor non alit maritum adulterum.*
2 *Matrimonij beneficio non gaudet, qui committit in matrimonium.*
3 *Testatoris præceptum contemnens non sentit lucrum ex illius testamento.*
4 *Ali nemo debet ex bonis sibi ob delictum ablatis.*
5 *Vxor agit ad dotis repetitionem, & thori separationem contra maritum adulterum.*
6 *Maritus adulter non dicitur violare thorum mulieris.*
7 *Extensio admittitur etiam in pœnalibus inter correlatiua.*
8 *Statutum pœnale, loquens de vxore, extenditur ad maritum.*
9 *Maritus non priuatur alimentis ab vxore relictis, quãdo deliquit, sed non in legem matrimonij.*
10 *Maritus etiam adulter est alendus ab vxore, quando non habet aliunde.*
11 *Maritus non est alendus ab vxore, quando sua culpa incidit in paupertatem.*
12 *Pauper qui sua culpa factus est, non meretur subuentionem.*
13 *Beneficium ne quis conueniatur vltra quàm facere potest perditur propter maleficium commissum.*
14 *Diuortium non conceditur nisi ob certa crimina.*
15 *Vxor tenetur alere maritum adulterum quando non habet aliunde & fame periret.*
16 *Maritus & vxor dicuntur vna caro.*
17 *Maritus & vxor dicuntur socij diuinæ, & humanæ domus.*
18 *Vxori turpe est habere virum mendicantem.*
19 *Dos quando vxori restituitur constante matrimonio propter inopiam mariti.*
20 *Maritus bannitus, vel aliter factus pauper ex delicto alendus est.*

QVÆSTIO XXV.

CAstitas maior in fœmina requiritur, quam in masculo: dubium ergo est, qua ratione maritus vxori adulterę denegare potest alimenta, an ea
1 ipsa vxor possit excludere † adulterum maritum ab alimentis. Et Bald. *in l. vbi adhuc, numero 21. C. de iure dot.* inquit idem esse seruandum in marito, & ponit quæstionem, quando propter adulterium mariti vxor iudicio ecclesiæ diuertit & dotes repetit, & dicit rationem esse, quia matrimonij beneficio non gaudet, qui in lẽgem
2 matrimonij † commisit, *l. ab hostib. §. si vir vxorem, ff. solut. matrim. facit l. cum pater, §. libertis, ff. de leg. 2.*
3 vbi qui contemnit præceptum testatoris non debet admitti ad beneficium testamenti, *Ioan. Lup. in rub. de dona. inter vir. & vxo. §. 64. num. 12.* vbi addit, quod ali non debet quis ex bonis, quæ sibi aufe-
4 runtur † ob delictum, *cap. 1. §. si hominem, de pace tenen. & in c. per vestras, §. 19. in fi. ver. intellige sanè, eo. tit. folio mihi 109. decis. Pedem. 124. numer. 12. Cordub. in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 80. ff. de lib. agnoscen.* & facit quod sicuti datur marito actio contra vxorem adulteram, *vt dixi supra*, ita vxori datur ob
5 mariti fornicationem actio ad separationẽ † thori, & repetitionem dotis, *cap. 1. vbi Abb. Imo. & Barba. extra vt li. non contesta Socin. iun. in cons. 32. colum. 1. vol. 2. Didac. in epito. de sponsal. par. 2. cap. 7. §. 6. numero 5. & 6.* vbi dicit quoad separationem thori, & amissionem dotis pacificari virum, & vxorẽ, quando ciuiliter agitur, & dura nimis est lex quæ circa adulterium dispares facit virum & vxorem, *vt legitur apud Plaut. in mercatore*, & facit ratio August. quidquid contra fidem catholicam denegatur vxori, id non licet marito, in contrarium tamen facit, quia etsi per vxorem fornicantem inferatur marito iniuria, non ita tamen est in marito adul-
6 tero, per quem † violari non potest thorus mulieris, *vbi post Salic. inquit Ang. in tracta. malefic. in ver. che hai adulterato la mia donna, car. 4. ver. quos accusęt de adulter. quem sequitur Marsil. in l. patre, vel marito, num. 9. ff. de quæstio.* Cum ergo par non sit delictum, non debet esse æqualis pœna, sed respõdeo quod etsi non tanta inferatur iniuria ex adulterio viri quanta ex fornicatione vxoris, tamen contra legem matrimonij facit non minus vir, quam vxor per adulterium, proinde æquale est peccatum, cum fides matrimonij violatur quæ ab vtroque coniugum pariformiter fuit data. Addo quod pœna denegandi alimenta non videtur proportionata ad offensam matrimonij, quia alimenta non debentur vxori à marito propter matrimonium, sed propter dotem datam, & propter obsequia, quæ præstantur ab vxore, *vt dixi de alimentis à viro præstandis vxori.* Ergo licet vir offendat legem matrimonij, non debet id perdere, quod non descendit à matrimonio, cum pœna non debeat egredi qualitatem delicti, respondeo tamen quod etsi alimenta non præstentur immediatè propter matrimonium, tamen cum dos sit de accessoriis matrimonij, sicuti etiã cohabitatio, & obsequiorũ pręstatio attribuimus matrimonio tamquam primæ causæ obligationem alendi vxorem. Et hac ratione dicimus obligationem alendi esse de oneribus matrimonij, quia quidquid est causa causę est etiam causa causati, & quod maritus non sit alendus probatur ratione, nam etsi priuatio iuris competentis dicatur pœna, tamen etiam in
7 pœnalibus admittitur extensio † iure correlationis, *Bart. in auth, qui semel, C. quo. & quando iud.* Et dicit idem Bartol. *in l. liberorum, per illum text. ff. de infam.* quod statutum pœnale loquens de vxore
8 † extenditur ad maritum, *Gemin. in capitulo primo, col. 4.*

col.4.& 6.de tempor.ordin.Abb.in cap.fin.in 3.col.de rescrip.de quo latè agit Syluan.in conſ.31.num.7.& ſeq.poſt Felin.in proœm.decret.num.5.& magis communem dicit Iaſ.in l.ſi prius.nu.54.ff.ſolu.matr.Rub.in conſ.151.nu.4. Arelaten.in l.generaliter,nu.42.C.de ſecun.nup. at vxor adultera non eſt alenda, ergo nec maritus.

Concluſio tamen prædicta non procedit quãdo maritus non delinqueret in matrimonium, ſed ex alia cauſa, quia tunc non priuatur alimen-
9 tis ſibi ab vxore† debitis, *ita declarat Bald.in d.l.vbi adhuc,numer.21.C.de iu.dot.declarat Ioan.Lup.& deciſ. Pedem.in locis ſupracitatis.* Et ideo inferunt, quod, & ſi maritus propter delictum exulet, tamen vxor tenetur illum alere de redditu dotis.

Ego limitarem quoque non procedere, quan-
10 do maritus non haberet† aliunde: tunc enim, ne fame pereat, crederem vxorem teneri in formam eleemoſynæ ad miniſtrandum alimenta marito, *per ea quæ ſæpè contigit repetiũſſe in præcedentib.quæſtionib.& quæ in proxima dicam quæſtione.*

Quod autem inquit Bald. *in d.l.vbi adhuc*, non
11 videtur ſubſiſtere, quia maritus non eſt alendus, quando ſua culpa† incidit in paupertatem, vt voluit Bald. *in conſ.478.num.2.vol.5.* vbi ponit exemplum, quando factus eſt pauper propter maleficium. Mouetur ex text. *in cap.ex parte,extra de conſuet.ſequitur Crau.in corrolar.reſpon.pro gene.nu.39. ver.in eandem ſententiam, Tiraq.in l.ſi vnquam, in ver. bona,num.5.in fi.C.de reuoc.dona. Lancello. Gall.in conſuetud.Alexand.in ver ſolidos,quæſtio.6.num.130.* eſt enim indignum eis ſubueniri qui ſua culpa, & vi-
12 tio incidunt in egeſtatem, *l.bona fides,ff.depoſiti* †*dixit gloſ.in cap.quæ in eccleſiarum, in ver.ad inopiam, de conſtitut.& in cap.ad ſupplicationem, in ver.ad ſuſtentationem,de renunciatio.* Et inquit Bald. *in d.cap.ex parte,per illum text.in ver.diſſipauerit, de conſuetud.* quod deductus ad inopiam ob maleficium commiſſum
13 aduerſus tertium, perdit beneficium, ne conueniatur vltra† quàm facere poſſit. *Idem dicit in d.c. quæ in eccleſiarum,col.1.per illum tex.in ver.probabiliter, Iaſ.in authen. res quæ nu.20.vbi Cur.iun.num.31.& ſeq. C.commu,de lega.Dida.varia.reſolut.lib.2.cap.16.num. 9.Crau.latiſſimè in reſpon.pro genero,num.87.& ſequen. & in corrolar.numer.39.& ſequen.Tiraquel.d.ver bona, num.5.Lancello.in d.conſtitut.numer.134. in quibus locis inferũt Doctores ad multa ſpecialia.* Hæc igitur omnia pugnant contra deciſionem Bald. *in d.l.vbi adhuc, nu.21.* vbi vult, quod etſi maritus ob maleficium ſit bannitus, vel aliter ad paupertatem deductus, teneatur nihilominus vxor illum alere, dummodo non deliquerit in legem matrimonij.

Hæc tamen repugnantia meo iudicio poteſt hoc modo conciliari, vt maritus ſit alendus non obſtante quocunque delicto ex fructibus dotis per vxorem recuperatis ob illius maleficiũ, quia fructus dotis ſeruire debent oneribus matrimonij, *l.dotis fructus,& l.vbi adhuc*, & repetitum eſt ſæpius. Et licèt deliquerit maritus non tamen matrimonium eſt ſolutum, ſed ſubſiſtit, quia certa
14 ſunt crimina,† quæ diuortio iuſtum præbẽt cauſam, *de quibus in capitulo ſecundo, de diuort. in capitulo, literas, de reſtit.ſpoliat.in c.1.vt li. non conteſt. capitulo, omnes accuſationes,32.quæſtio.7.cap. ex parte, de ſponſa,& ea refert Didac.in epito.de ſponſal. par.ſecunda,cap. 7.§.5.per totum*, illis autem exceptis non inducitur thori ſeparatio. Atque ita procedit dictum Baldi *in dicta l.vbi adhuc*, vt ſcilicet alatur maritus de fructibus dotis. Sed ſi agatur de aliis bonis, an ſcilicet mulier teneatur virum alere de aliis bonis ſuis paraphernalibus, vel extradotalibus, dicendum eſt quod non, quando ſua culpa maritus deuenit ad inopiam. Et hoc modo procedit dictum Baldi *in dicto conſ.478.* quod tamen intelligendum quoque eſt, vt non eximatur vxor ab
15 onere† ſubueniendi marito per modum eleemoſynæ, licet propter delictum inciderit in egeſtatem, quia cum generaliter omnibus egentibus ſit ſubueniendum, *capitulo,paſce,86,diſtinct.& dixi ſuo loco*, multò magis viro prouidendum eſt, qui
16 cum ſit vna† & eadem caro cum vxore, *capitulo,*
17 *debitum,de bigam.* & ſocius diuinæ, & humanæ† domus, *l.1.ff.de rer.amot. Signor,in conſ.176.numer.11.* eſt proximior cæteris, & vxori magis coniunctus, & pro eo in eleemoſyna præferendus cæteris, *cap.nõ*
18 *ſatis,diſtinct.86.* & turpe eſſet vxori† habere virum mẽdicantem, *vt inquit Abb.in conſ.17.in fine, volum.1. Didac.qui ita videtur tenere in d.c.16.numer.9.ver. primum ego,& Cucch.in tracta,de legiti.quæſtio.penult.& ponit Lancello.dicta quæſtio.6.num.136.* Et aduertendum quod doctrina Baldi *in l.vbi adhuc*, locum haberet etiam, quando maritus non eſſet inops, ſed diues, quia vt aliquando dixi etiam diues maritus habet alimenta de fructibus dotis reſtitutæ vxori, quia reſtitutio quæ fit ex delicto vel aliter non priuat maritum, quia ſicuti fructus dotis cæteris deſeruiunt oneribus matrimonij, ita & ipſa alatur ex eis. Et hoc caſu non obſtabit quod non ſit alendus quis ex bonis, quibus fuit priuatus propter delictum, *ſecundum Bald.in auth. bona damnatorum,colum.1.C.de bon.damna.* quia reſpondetur, quod illa dotis reſtitutio nõ dicitur vera priuatio reſpectu mariti, qui non habebat eorum plenum dominium, *vt notatur,in l.doce ancillam.C.*
19 *de furtis*, ſed dicitur collatio† in tuto, *vt per Doctores in l.ſi conſtante, ff.ſoluto matrimonio, & in capitulo, per veſtras, de donatio. inter vir.& vxo.* Et ſi dicatur quod etiam de bonis dotalibus alendus eſt ma-
20 ritus† vel aliter ex delicto factus pauper, *vti ex Bar. Ang.& Alexan.in l.ſi cum dotem,§.fin autem in ſæuiſſimo, ff.ſoluto matrimonio,ponit Gigas in tracta. de crimin.læſæ maieſt.lib.3.tit.de pœn.quas fil.incur.quæſtio.21.num.4.* reſpondeo quod illi Doctores non loquuntur, quando propria culpa, & facto maritus incidit in paupertatem, ſed ſimpliciter dicunt, quod ſi fructus dotis non ſufficiunt, maritus eſt alendus de bonis extradotalibus, ſeu eorum fructibus.

SVMMARIVM.

1 *Maritus damnatus crimine læſæ maieſtatis, vel quod in patriam deliquerit, non eſt alendus ab vxore.*
2 *Patriæ prius naſcimur, quam parentibus.*
3 *Patriæ bonum præferendum eſt iuri priuato.*
4 *Pater non alit filium reum læſæ maieſtatis.*
5 *Filius non alit patrem, qui ſit hoſtis ciuitatis.*

6 *Pater*

6 *Pater committens in patriam perdit ius patriæ potestatis.*
7 *Vxor non debet affectum mutare propter infortunium mariti.*
8 *Vxor participare debet de infortunio mariti.*
9 *Vxor non tenetur denunciare maritum rebellem.*
10 *Vxor tenetur sequi maritum etiam bannitum pro læsa maiestate.*
11 *Vxor receptans maritum bannitum non punitur statuto edito contra receptatores bannitorum.*
12 *Deus quos coniunxit homo non separet.*
13 *Vxor stante statuto non potest occidere maritum bannitum.*
14 *Bannitus pro læsa maiestate amittit ciuitatem, & iura ciuilia alijs communia.*
15 *Peccatum in Deum commissum grauius est quam in patriam.*
16 *Timor Dei anteponendus est timori hominum.*
17 *Argumentum à læsa maiestate humana ad diuinam rectè ducitur tamquam à minori ad maius.*
18 *Vxor non tenetur alere maritum hæreticum de dotibus separatus in confiscatione.*
19 *Pœnitentia post consummatum delictum non prodest.*
20 *Hæreticus rediens ad gremium ecclesiæ recipi debet nisi sit relapsus, vel falsò accusauerit.*

QVÆSTIO XXVI.

SI maritus crimen læsæ maiestatis cõmisit vel patriã offendit, est omnino exclusus† à beneficio cõsequendi alimenta ab vxore, *ita Bald. Nouel. in l. si constante, num. 50. ff. solut. matrim.* vbi fortius dicit hoc procedere omnibus in casibus, quibus bãnitus maritus ex forma iuris communis, vel statutorum potest impunè offendi, *l. amissionæ, §. qui deficiunt, ff. de capit. diminut.* quia cum paria sint denegare alimenta, & occidere, *l. necare, ff. de alimen. & cibar. lega.* si potest vxor illum occidere, poterit etiam subtrahere alimenta, & quia patriæ prius† nascimur, quam parentibus, *l. 1. §. si ea. ff. de ventre in poss. mitten.* tenetur vxor bonum patriæ præferre iuri† priuato, *1. veluti. ff. de iustit. & iu. l. minimè, ff. de religio.* Idem videmus, quod etsi pater maxima obligatione teneatur ad alendum filium, tamen iustè ei negat alimenta, si committat† crimen læsæ maiestatis *Ang. in §. si verò contigerit, in Auth. de incest. nupt. Caccialup. in l. frater à fratre, nu. 108. ff. de cond. indeb.* Idem est in filio, qui licet patrem teneatur alere, ab ea tamen obligatione eximitur, quando pater efficitur† hostis ciuitatis *Alexan. ad Bartol. in l. si quis à liberis, §. sed vtrum. ff. de liber. agnosc. Tiraquel. de pœn. temper. cau. 20. num. 11.* & sicuti pater perdit ius patriæ potestatis quando† committit in patriam, *secundum Bartol. in l. diuus. ff. de parricid.* ita videtur quod maritus perdat ius maritale.

Sed contrarium voluit Crot. *in dicta l. si constante, nu. 166. in secunda lectu.* quia hodie inspecto iure canonico matrimoniũ non dissoluitur, nisi morte, ergo licet maritus committat crimen læsæ maiestatis, & efficiatur hostis publicus, non desinit tamen esse maritus, ideo alendus est ex ratione *§. si verò contigerit, in Auth. de incest. nupt.* Et hanc Baldi Nouelli conclusionem impugnat etiam *Gigas de crimine læsæ maiestat. libro 3. titulo de pœnis, quas filij, quæstio. 21. num. 6. vsque ad finem,* quæ sententia confirmatur multis rationibus, & primo quia vxor propter infortunium mariti non debet mutare affectum†, *l. 1. C. de repud.* imo debet participare de infortunio† mariti, *l. si cum dotem, §. maritus, ff. soluto matrimonio.* & licet rebellionis crimen sit graue, tamen vxor non tenetur maritum rebellem denunciare†, *vt inquit Afflict. in constitut. regni, libro secundo, de vxo. foriudic. num. 4.* & tenetur sequi maritum, etiam pro læsæ maiestatis crimine† bannitum *secundum Isern. in capitulo primo, §. 1. si quis hominem, de pace tenen. Gigas dicto libro tertio, tit. prædicto, quæstio. decima nona.* Et dicit Alber. *in tracta. statut. par. 4. quæstio. 7.* quod vxor receptans† virum bannitum tamquam rebellem non punitur pœna statuti imposita receptatoribus, *sequuntur Ang. & Arimin. quos citat, & sequitur Gigas loco prædicto quæstio. 20.* & vinculum matrimoniale est indissolubile, quia quos Deus coniunxit, homo† non separet, *vt in Gene. c. 3. Matth. c. 19. Marc. c. 10, & Paul. ad Corinth. cap. 6.* & cum ea obligatio sit iuris diuini, nõ videtur quod possit tolli, vel minui à iure positiuo. Et non obstat quod sicuti potest maritus impunè occidi, ita possit alimentis priuari, quia respondeo quod vxor stante tali statuto non posset occidere maritum bannitum, nec hoc reperitur iure cautum, licet aliud† videatur in patre, & filio, *l. minimè, ff. de religio. Nellus in tract. bannito, in prima par. 2. temp. numer. 48.* Non etiam obstat quod debeat quis patrię plus quam viro, vel alij cuicũque, quia cum matrimonium sit de iure diuino non potest vinculum dissolui per ius ciuile. Aduerte etiam quia Bald. Nouel. *in d. l. si constante, numero 50.* licet primo dicat quod vxor tenetur alimenta mittere viro bannito, tamen dum postea dicit, quod hostis ciuitatis non est alendus, non loquitur de marito, sed de patre, quia reddendo rationem dicit, quod bonum patriæ tenetur prę-ferre iuri patris, quæ ratio non conuenit vxori, sed filio. Sed ego habeo decisionem Isern. qui in constitutio. *pœna carere, & in constit. pacta renorum,* dicit vxorem non debere de fructibus dotium subuenire marito rebelli, *& sequitur ibi Afflict. in 2. notab. quæstio. 2. sequitur Carrer. in tracta. de hæretic. numero centesimo sexagesimo nono.* Et hanc sententiam ego existimo de iure veriorem, quia si patrem potest occidere filius, à quo habet esse, multò magis vxor poterit necare maritum. Et licet ratione cohabitationis filius relinquat patrem, vt hæreat vxori, tamen vt iam declarauimus, magis tenetur filius subuenire patri, quam vxori. Vnde sicuti filius non alit patrem rebellem, ita nec vxor maritum, & illa ratio quod matrimonium sit de iure diuino procederet, si tractaretur de diuortio, vel separatione thori, sed nos tractamus de alimentis, quæ iure diuino non debentur marito, sed officio iudicis iure ciuili introducto.

Præterea hostis patriæ, vel rebellis, vel damnatus de

tus de crimine læsæ maiestatis amittit nedum ciui-
14 tatem, sed etiam omnia iura † ciuilia cæteris communia, *vt inquit Bartolus in extrauag. qui sunt rebell. in ver. rebellando, num. 12. & 13. Boss. in titu. de crimine læsæ maiesta. num. 12. & 13. Menoch. in consilio 101. num. 3.* vbi dicit, quòd statim commisso crimine amittit administrationem bonorum, per *l. quisquis, §. primo, C. ad leg. Iuliam maiestat. addo Gigan. in tracta. de læsa maiest. lib. 2. titu. de pœnis committen. crim. læsæ maiest. quæstio. 23. per totam.* Quomodo ergo poterit bannitus agere contra vxorem ad alimenta: Et quod perdent ea quæ sunt iuris ciuilis, voluit Bartolus *in l. amissione, §. qui deficiunt, ff. de capit. diminut.* vbi dicit, suppositos Imperiali banno perdere ius ciuile, *sequitur Ascan. Clemen. in tracta. de patr. potest. cap. vltimo, num. 27.* Quæ dicta sunt de marito rebelle, multo magis locum habent in marito hæretico, quia grauius
15 peccatur in † DEVM, quam in patriam, *Io. Monach. in cap. statutum, in principio, de hæretic. in sexto.* & ti-
16 mor Domini anteponendus † est timori hominum. *Io. Monach. in cap. inquisitionis, in principio, de hæret. in sexto.* Et probatur dicto Euangelij, ibi: NOLITE TIMERE EOS, QVI CORPVS OCCIDERE POSSVNT, &c. & licet arguere à læsa maiestate hominis, ad læsionem Diuinæ maiestatis,
17 tanquam de minori † ad maius, *glos. in l. mutuum. ff. de acquiren. hæred. in l. Manichæos, in ver. debet. C. de hæretic. latè Gigas in dicto tracta. libro 3. de plurib. & ver. quæstio, quæstio. 15. num. 8. & sequen.* Si ergo pro læsa hominis maiestate, denegantur licitè alimenta, vtique licebit ea negare marito, qui in Deum commisit. Et in
18 terminis, quòd maritus hæreticus † non sit alendus etiam de dotibus, quas vxor seperauit à bonis confiscatis, voluerunt Ifern. & Afflict. *in d. constitutio. pœna carere, & d. pattarenorum, quos citat & sequitur Carrer. in d. tracta. de hæret. num. 169.* Imo in hæretico subest ratio, quæ non potest considerari in rebelle, nam rebellis si pœnitentia ducatur, non resti-
19 tuitur in patriam, quia pœnitentia nihil † prodest post consummatum delictum, secundum communem opinionem, de qua attestatur Aretin. *in cap. accusari, num. 50. de accusat. Clar. in pract. crimin. quæstio. 16. num. 4.* tamen in crimine hæresis delinquens, si redeat ad gremium ecclesiæ, recipitur, nisi sit re-
20 lapsus, vel nisi falso de hæresi † accusauerit, quia cũ plectatur talionis pœna, non tamen ob pœnitentiam remittitur, *Cyn. & Ange. in l. fina num. 3. C. de accusatio. Ananch. in cap. 2. num. 18. de calumniato. Clar. in practic. crimin. quæstio. 60. num. 21.* vbi dicit communem, & quòd pœnitens in crimine hæresis, veniam obtineat & eximatur à pœnis corporalibus est tex. *in cap. ad abolendam, in principio, vbi, nisi continuo, de hæretic. & in l. Manichæos, C. eodem, Pau. Grillan. in tract. de hæretic. quæstio. 5. per totam, latè Carrer. in eodem tract. nume. 199.* modo cum maritus hæreticus possit ad gremium redire, & veritatem, quam à diabolo seductus deseruit amplecti, iustè denegãtur ei alimenta, ne confisus de eo subsidio efficiatur deterior, vt diximus supra de clerico excommunicato, cui non est prouidendum, licet non habeat aliunde, quia petendo absolutionem potest consequi ius suum, quod secus est in suspenso vel deposito, & facit tex. *in cap. fina. 17. quæstio. 4. in fine.* Vt igitur hoc addito stimulo pœniteat subtrahi poterunt alimenta, ex aliis etiam causis possunt ab vxore negari alimenta marito, quas retulimus supra loquendo de causis, quibus maritus alimenta negat vxori. Cum enim vir & vxor sint correlatiui, statutum in vno, locum habet in alio.

SVMMARIVM.

1 *Socer non alit nurum impudicam & inhonestam.*
2 *Pater potest filium exhæredare, qui duxit vxorem inhonestam.*
3 *Pater negat filio alimenta ex omnibus causis ex quibus potest eum exhæredare.*
4 *Socer est loco patris, & nurus loco filiæ.*
5 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
6 *Ius quod naturaliter debetur, potentius eo est, quod accidentaliter competit.*
7 *Ius competens ex propria persona fortius est, quam quod ex persona alterius.*
8 *Fideiussor vnius ex pluribus tutoribus censetur promisisse pro eo quod ille debet ex persona propria, non vltra.*
9 *Vxor puniri non debet pro delicto mariti.*
10 *Vxoris conditio non fit deterior mariti.*

QVÆSTIO XXVII.

SOCER nurum impudicam & inhone-
1 stam non alit his † casibus, quibus alere tenetur, si est pudica. *ita concludit Crot. in l. si constante, in secunda lectura, numero 16. ff. soluto matrimonio.* Mouetur ratione, quia pater potest
2 filium exhæredare, † qui duxit inhonestam vxorem, *secundum glos. in cap de raptoribus, 3. quæstio. 1. vbi hoc notat Archidiac. Bal. in l pater. C. de sponsal. Butr. in cap accedens, de procurator.* Alimenta ex eisdem causis ne-
3 gari possunt, ex quibus filius potest † exhæredari, *secundum glos. singu. in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, in ver. detulerat. ff. de liber. agnoscen.* Et si filius priuatur alimentis, multo magis denegabuntur nurui, cui debentur propter filium, *argumento Authen. multo magis, C. de sacrosancta eccles.* Confirmatur, quia so-
4 cer est loco patris, † & nurus loco filiæ, *Cyn. in l. vbi adhuc, quæstio. 10. num. 14. & ibi Alber. columna 3. in fine, ver. quærit etiam Cyn. C. de iu. dot.* Ideo, sicuti filiæ inhonestæ non tenetur pater alimenta præstare, ita nec etiam nurui, subrogatum enim sapit naturam
5 eius, † in cuius locum subrogatur, *l. si eum, §. qui iniuriarũ, ff. si quis cautio.* Etsi filiæ impudicæ denegãtur alimenta, cum tamen ei debeantur intuitu propriæ personæ ob naturalem affectionem, & sanguinis coniunctionem, quanto magis denegabuntur nurui, cui debentur contemplatione alte-
6 rius: fortius enim & potentius † est ius quod nobis naturaliter debetur, quam quod accidentaliter, *argumento l. qui habet, de tutel. §. pauonum, Instit. de rerum diuis. Silua. in cons. 35. num. 47. latius Menoch. consilio 1. num. 16. & 17.* & quod ex propria persona com-
7 petit, quam quod ex persona † alterius, *Ripa in l. is, cui bonis, num. 7. ff. de verborum obligat. & argumento l. 3. §. illud. ff. rem pupil. saluam fo.* vbi fideiussor vnius ex pluribus tutoribus, censetur promisisse pro eo,

quod tutor debebat ex propria persona, non pro eo ad quod erat obligatus ex persona socij tutoris,
8 † qui neglexerat administrare, *Alciat. in l. Gallus. §. & quid si tantum, in secunda lectu. nam. 29. ff. de libe. & posthu. dixi in cons. 150. num. 56.*

Addo tamen, quod ratio Croti, *in d. l. si constante*, non est bona, quia licet filio, qui ducit inhonestam vxorem, denegari possint alimenta, non tamen eadem ratione erunt deneganda nurui, quæ in hoc nihil deliquit nubendo, & pœna iniuriæ
9 non egreditur authorem, & † vxor puniri non debet pro delicto mariti, *l. ob mulierem, C. ne vxor pro marito, etiam si agatur de læsa maiestate, l. quisquis, §. sanè, C. ad leg. Iuliam maiestat.* & conditio vxoris non fit
10 † deterior ex delicto mariti, *l. prima, C. de vi public. l. 1. C. de priuil. fisci.*

Non omitto, quod non est vndique tuta ea opinio, quę habet, quod alimenta denegentur filio, qui indignam duxit vxorem, *vt differui in titu. quibus debeantur alimenta.* Proinde crederem socerum teneri ad alendum nurum, quam inhonestam duxerat filius, quia postquam est nurus, tenet locum filiæ, & incipiunt deberi alimenta ex persona propria ratione sanguinis & affectionis. Et quamuis non teneatur eo casu filium alere, qui se inscio illam accepit in vxorem, non tamen liberatur ab onere alendi nurum, nam nurus nihil peccauit, quæ non tenebatur ante nuptias requirere consensum soceri, sicuti ex reuerentia tenebatur filius, & cum in nuru cesset ratio iniuriæ & contemptus, quæ versatur in filio, debet in ea cessare pœna.

Procederet autem opinio Croti, quando nurus inhonestè viueret post matrimonium cõtractum, quia eo casu, sicuti non est alenda à marito, ita nec à socero. Et huic declarationi conueniunt rationes, quas supra allegaui de patre erga filiam.

SVMMARIVM.

1 *Libertus alit patronum, qui habet de proprio.*
2 *Ecclesia alit patronum, qui non habet alimenta secundum suam condecentiam.*
3 *Posse non dicimur, quæ salua honestate non possumus.*
4 *Libertus pauper non tenetur subuenire patrono.*
5 *Libertus deducit primum alimenta per se, deinde alit patronum de eo quod superest.*
6 *Nemo tenetur proprium sibi victum arctare, vt alij prouideat.*
7 *Libertus non tenetur salutem patroni præferre propriæ.*
8 *Libertus alit filios patroni pauperes.*
9 *Libertus non tenetur præcisè alere patronum, sed causatiuè, ne reincidat in seruitutem.*
10 *Libertus non alit patronum, qui vendidit operas quas manumittendo sibi reseruauerat.*
11 *Libertus alit patronum, qui operas reseruatas non vendidit, sed illas exegit.*
12 *Patronus ingratus erga libertum, perdit ius succedendi in eius bona.*
13 *Filius ingratus priuatur successione.*
14 *Filius ingratus priuatur alimentis.*

QVÆSTIO XXVIII.

ALENDVM esse patronum à liberto, vo-
lunt omnes, & diximus supra, id tamen non indistinctè procedit, nam si patronus habeat de bonis, vnde possit debita
1 † alimenta consequi, non erit molestandus libertus, *vt est tex. in l. si quis à liberis, §. sed etsi alimenta, ff. de liber. agnoscen. vel alen.* Quandocunque enim mandat lex præstari alimenta, intelligitur, si ille nõ habeat aliunde, *l. si quis à liberis, §. 1. ff. de liber. agnoscen.* & in liberto hoc vult Afflict. *in titu. quæ sint regal. in titu. extraordinaria, num. 4. Rolan. in cons. 5. num. 26. vol. 3. Lancello. Gallia. in consuetud. Alexandr. in ver. solidos, q. 1. num. 33.* Sola est difficultas in cognoscendo, quãdo patronus dicatur habere vnde possit se alere: aliqui enim volunt, quod requiratur extrema necessitas, alij verò dicunt sufficere, quòd desint sibi alimenta condecentia, inspecta patroni qualitate & condecentia. Verior tamẽ mihi videtur opinio, quòd si deficiunt patrono ea, quæ inspecta sui dignitate & qualitate sunt necessaria, cogatur libertus alimenta ministrare, quam partem loquendo in pa-
2 trono ecclesiæ, probauit † Pau. de Citadin. *in tract. de iure patron. in 4. artic. num. 158.* vbi multa adducit similia reprobando, *gl. ibi allegatam*, quia non dicitur
3 quis posse facere, quod honestate † salua non potest facere, *l. nepos Proculo, in fi. ff. de verbor. signif.*
4 Pari modo, si libertus sit pauper & † egenus, nõ tenetur patrono subuenire, *l. si quis à liberis, §. penult. ff. de liber. agnoscen.* vbi dicitur, tamdiu præstanda esse; quamdiu supersunt liberto, & desunt patrono. Duo enim copulatiuè requirũtur: primum, quòd patronus egeat; secundum, quod libertus diues sit: deducit enim in primis libertus quod sibi est necessarium pro alimentis, deinde, si supereſt ali-
5 quid, tenetur illud dare † patrono egenti, *vt inquit glos. in cap. quicunque, 16. quæst. 1. 7. sequitur Abb. in cap. nobis, num. 9. ff. de iur. patron. Salicet. in l. dolo, nu. 2. C. de liber. cau.* vbi dicit, quòd si redditus non sufficiunt sibi, & patrono, iustè denegant alimenta, & non dicitur ingratus, *allegat l. alimenta, in princip. ff. de libe. agnoscen. Pau. de Citad. in d. artic. 4. num. 158. Natta in cons. 380. num. 6.* vbi, quòd libertus egens non tenetur patrono pariter egenti, præstare alimenta: tenetur enim quilibet sibi primum subuenire, *argumento l. præses, C. de seruitut. & aq.*, & non debet quis sibi ar-
6 ctare † victum, vt alij prouideat, *secundum Bal. in l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratio. Natta in cons. 387. num. 8.* est tex. *in dicta l. si quis à liberis, in fi. ff. de lib. agnoscen.* & li-
7 bertus nõ tenetur salutem patroni prę ferre † propriæ, *vt est tex. in l. hæ demum, ff. de oper. liber. Padil. in l. præses, num. 7. C. de seru. & aq.* & quæ dicuntur de patrono, locum habent etiam in eius filiis, quia hi
8 quoque alendi sunt, † *dicta l. si quis à liberis, §. solent, ff. de liber. agnoscen. Pau. de Citadin. in tracta. de iure patron. par. 6. in 4. art. num. 157. in fi.*

Tertio est aduertendum, quòd libertus, etiam diues, non cogitur præcisè subuenire patrono, sed
9 causatiuè, † si nolit redire in pristinam seruitutem, vt est tex. *in d. l. alimenta, in princ. ff. de liber. agnoscen. vbi ita Bar. intelligit*, proinde etiam erit in electione liberti redire in seruitutem, vel præstare alimenta.

Quartus

Quartus est casus, quando dominus manumittendo reseruat sibi, vel imponat certas operas, quas deinde vendit alij: tunc enim patronus per-
10 dit omne † ius, nec potest inde alimenta petere, est text. *in l. si quis à liberis, §. si quis à liberto, ff. de liber. agnoscen. & in l. si quam, C. de oper. liber. glos. in l. libertus qui operarum, ff. de oper. liber. declarat optimè Cordub. in dicta l. si quis à liberis, §. idem iudex, num. 33.* id tamen non procedit, quando patronus non vendidit operas impositas, sed illas exegit, quia tunc licèt alia
11 iura perdat, non tamen sibi † denegantur alimenta, *d. l. libertus qui operarum. vbi glos. declarat, & Cordub. in loco prædicto.*

Quintus est casus, quando patronus fuit erga libertum ingratus, nam non est alendus: perdit
12 enim ius † succedendi in bonis liberti, *l. cum patronum, ff. de iure patron.* & ius alimentorum, vt plurimum regulatur secundum ius successionis, *vt sæpè*
13 *diximus.* Hinc videmus, quod sicuti filius † ingratus priuatur successione, *§. aliud quoque capitulum, in Authen. vt cum de appellatione cognoscen.* ita priuatur † ali-
14 mentis, *d. l. si quis à liberis. §. idem iudex, vbi glos. ff. de liber. agnoscen. & dixi suo loco.*

SVMMARIVM.

1 *Charitas perfecta plus amat se in vngue pedis, quam alium in capite.*
2 *Seruus non tenetur salutem domini præferre propriæ inspecto iure canonico.*
3 *Seruus inspecto ciuili iure præfert propriæ saluti salutem domini.*
4 *Dominus habet potestatem vitæ, & necis in seruum.*
5 *Dominus non potest supra modum sæuire in seruum.*
6 *Seruus acquirit domino.*
7 *Seruus non obligatur, nec obligat sibi alium.*
8 *Seruus habetur pro mortuo.*
9 *Amorem sui ipsius natura quemlibet docuit.*
10 *Seruus non caret naturalibus passionibus.*
11 *Ius canonicum seruari debet vtroque in foro, quando agitur de peccato.*
12 *Ius canonicum, quando etiam de solo veniali peccato agitur, seruandum est vtroque in foro.*
13 *Matrimoniales causæ sunt secundum Canones decidendæ.*
14 *Ius ciuile in terris imperij, & ius Canonicum in terris ecclesiæ seruandum est in materia indifferenti.*
15 *Ius Canonicum seruatur in terris ecclesiæ etiam in feudatis.*

QVÆSTIO XXIX.

AN seruo videtur idem quod in liberto, ne scilicet teneatur alere dominũ quando non habet pro seipso, quia prima charitas incipit à seipso, *dicta l. præses, C. de seruit.* & nemo debet arctare sibi victum, vt alij subueniat, *Baldus in l. 1. §. officio, in fi. ff. de tutel. & ratio. distrah.* & Alpibus ille perit, qui se plus diligit vllum,
1 *Bal. in cons. 199. colum. 1. volum. 1.* & perfecta † charitas plus amat se in vngue pedis, quàm aduersarium in vertice capitis, *vt inquit Bal. in cons. 312. colum. 1. post med. volum. 4. sequitur Crauet. in cons. 6. num. 25.* & ideo iure canonico seruus nõ tenetur salutem domini præ-
2 ferre † saluti propriæ, *ita Baptista de sancto Blasio, in tracta. contradictio. in contrad. 55.* sed inspecto iure ci-
3 uili aliud est, quia seruus tenetur salutem † domini præferre saluti propriæ, *vt est text. expressus in l. 1. §. eodem tecto, ff. ad Syllanian vbi glos. in ver. saluti, Padil. in in l. præses, num. 7. C. de seruit. & aq. Baptist. de sancto Blas. loco prædicto, sequitur Bonacos. in tract. de seru. & famul. quæst. 55. Rolan. cons. 5. num. 41. volum. 3.* Et ratio est, quia
4 salus serui non est in manu sua, sed domini, qui † in eum habet vitæ necisque potestatem, *vt dicitur in §. primo, Instit. de his, qui sunt sui vel alieni iur. hanc rationem probat glos. in dicto ver. saluti, & Bonacos. loco prædicto,* sed
5 ea non est bona, quia non licet nunc † domino supra modum sæuire in seruum, *vt Institut. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. §. sed hoc tempore.* Verior autem ratio est, quia seruus nihil habet, quod suum sit,
6 sed omnia acquiruntur † domino. *§. in potestate, Instit. eodem titu.* Ideo si aliquid sit penes seruum, potest dominus id capere, vt seipsum alat, licèt inde seruus fame periturus sit, quia dominus illud capit tanquam proprium, non tanquam sit serui: proinde non videtur rectè quæri, an seruus teneatur alere dominum: cum dominus in serui caput potestatem habeat, & seruus semper egenus sit, imò
7 in eius persona † nulla cadat obligatio actiua, vel passiua, *l. in personam. ff. de reg. iur. l. seruii. ff. de actio. & ob-*
8 *ligat. l. nec seruus, ff. de pecul.* & seruus † habetur pro mortuo, *l. intercidit, in fi. ff. de cond. & demonstr. l. cum hic status, §. si donator. l. res vxoris, C. de donatio. inter virum & vxo. l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebellia. l. 1. §. fulus, qui mortis, ff. ad Tertullian. l. seruitutem, ff. de reg. iur.* necesse ergo est quærere, an de facto liceat seruo habenti pro suo vsu tantummodo denegare victum domino non habenti aliunde. Et ego crederem excusandum seruum, qui, vt se alat, domino negat
9 alimenta: natura † enim ipsa amorem suiipsius cuique in ipsa productione addit, secundum quem quisque se haberet cæteris omnibus cariorem. Et cum id commune sit omnibus hominibus, locum habet quoque in seruo, qui etsi in aliena sit pote-
10 state, non tamen caret † naturalibus passionibus, cum homo sit, & in quantum homo, ac quantum ad naturalia iura, nihil differat à cæteris hominibus, & secundum hoc seruaretur in vtroque foro ius canonicum. Verum, si quæratur, quod ius sit seruandum, omissis superfluis dico ius vnumquodque seruandum esse in suo foro: nam si iuri
11 Canonico † standum sit in vtroque foro, vbi agitur de materia peccati, *vt nota. in reg. possessor, de regu. iur. in 6. Alexan. in cons. 38. num. 31. volum. 3. Felyn. in cap. in causis, numero 1. de reiud. Socinus in cons. 77. numero 11. volum. 1. & communem dicit idem Socin. in l. 3 em quæ nobis, colum. 3. ff. de acquiren. possess. Bermond. in tract. de public. concubin. columna 112.* id quod procedit, etiam si aga-
12 tur de solo veniali † peccato, *secundum Butr. Imo. & Abb capitulo, finali, de præscript. Ripa in capitulo sæpè, numero 6. de restit. spoliat. Alciat. in c. nouit, num. 19. de iudic. in cap. cùm contingat, num. 5. de iureiur.* ideoque in cau-
13 sis matrimonialibus † Canones sint seruandi, *nota in cap. penult. & fi. de secund. nupt. Rose. in tract. legitim. in tit. de matrimon. puta. num. 5. in fi. Dec. in l. nuptias, num. 7. ff. de reg. iur. Rolan. latè in cons. 93. num. 14. volum. 3.* Ta-
14 men, quando materia est indifferens † lex seruatur

in foro ciuili, *& can. in foro eccleſiaſt. etiam inter laicos, ſecundum gl. 1. in d. reg. poſſeſſ. de reg. iur. in 6. vbi Ioan. And. in mercurial. cap. 2. vbi gloſ. de reg. iur. in 6. not. in cap. 1. de oper. noui nuntiat. Butr. ibi. Bart. in l. priuilegia, C. de ſacroſ. eccleſ. Abb. in cap. clerici. in princ. num. 2. de iudic. Alexan. in conſ. 177. num. 2. volum. 2. Abb. & Dec. in cap. ſi duob. num. 6. de appellat. Felin. in cap. quæ eccleſiarum, num. 25. de conſtit. Aretin. in cap. decernimus, colum. 48. de iudic. Franch. in proœm. rub. de teſtam. in 6. late Neuiz. in Sylua nupt. lib. 5. num. 69. poſt med. & doctrinam Bart. in dicta l. priuilegia. dicit communiter approbatam deciſ. Pedem. 152. num. 6. & magis communem dicit Bero. in d. cap. ſi duobus, num. 18.* Et hoc procedit etiam in terris eccleſiæ quæ tamen ſecus
15 † in feudatæ, *ſecundum Corne. in conſ. 261. in fi. volum. 4. quem ſequitur Menoch. in conſ. 93. num. 32.* Sed præter eum multi alij tenent, quòd ſiue locus ſit mediatè ſiue immediatè ſuppoſitus eccleſiæ, ſemper in foro eccleſiæ ſeruandum eſt ius canonicum, etiam inter laicos, *vt probat Contard. in l. vnica, in tertia limita. num. 10. & ſequen. C. ſi de moment. poſſeſſ.* Propterea in foro ciuili cogetur ſeruus alere dominum, etiamſi nihil ſibi ſuperſit, pro ſuo vſu, in foro verò canonico non erit cogendus. Vide, quæ dicam infrà in ſeruo, & damnato ad metallum, *in titulo, de priuileg. alimentorum.*

SVMMARIVM.

1 *Subditus tenetur ad defenſionem domini, & patriæ.*
2 *Subditus tenetur ſubuenire domino pro cuſtodia Caſtrorum.*
3 *Prouidere quiſque ſibi magis tenetur, quam alij.*
4 *Sanguinem elicit, qui nimis emungit.*
5 *Subditi egeni non tenentur domino ſubuenire in ſuis neceſſitatibus.*
6 *Subditus non tenetur iuuare dominum contra ſeipſum.*
7 *Nemo carnem ſuam odio habere debet.*
8 *Subditus non tenetur iuuare dominum contra certas perſonas, de quibus ibi.*
9 *Promittens accommodare turrim contra omnem perſonam, non tenetur contra ſeipſum.*
10 *Dominus non poteſt imponere ſubditis collectam, niſi vrgeat neceſsitas.*
11 *Subditi quod victualia domino egenti gratis miniſtrent, conſuetudine induci poteſt.*
12 *Dominus antequam collectam imponat ſubditis excutere debet propriam crumenam.*
13 *Subditi grauari poſſunt à domino, quando commune bonum id exigit.*
14 *Subditi etiam tempore belli grauari non poſſunt à domino diuite.*

QVÆSTIO XXX.

MAGNA eſt obligatio ſubditi erga dominum & inter alia munera, quæ ſubditus præſtat, illud eſt præcipuum, quod obligatur † pro tutela patriæ, & domini, *cap. omni timore, & cap. ſi nulla, 23. q. 8. Abb. in c. ſicut, in fi. de iureur.*, & tenetur ſubuenire domino pro cuſtodia
2 † caſtrorum & locorum, *ſecundum D. Thomam in epiſt. ad Duciſſam Brabantiæ, Archid. in cap. quia cognouimus, tu ver. exactores, 10. q. 3. Luc. de Pen. in l. 1. C. de ſuperindic. lib. 10.* Et diximus ſupra, quòd ſubditi tenentur alere dominum, tamen illud non procedit, quando ſubditus eget: tunc enim non ſupereſt, non tenetur domino miniſtrare alimenta: quia ordinata charitas incipit à ſeipſo, *l. præſes, C. de ſeru. & aq.* & magis
3 tenetur quis prouidere † ſibi quam alij, *vt inquit Bal. in l. 1. num. 4. C. de inoff. dotib. per l. Iulianus, ff. ſi quis omiſſa*
4 *cau. teſtam.* qui enim nimis emungit, elicit † ſanguinem, *c. deniq;, diſtin. 4. c. niſi cum pridem, §. per malitiam,*
5 *de renunc.* Et per iura prædicta † hoc voluit Natta *in conſ. 380. num. 6.* dicens, quod ſubditi egeni non tenentur ſubuenire domino in ſuis neceſſitatibus pro quo facit, quia ſubditus nō tenetur iuuare do-
6 minum † contra ſeipſum, *vt not. in c. petitio, de iureiur.*
7 & nemo † carnem ſuam odio habuit, *c. neminē, alias eſt cap. non æſtimemus, 13. q. 2. Specu. in tit. de feud. §. quoniam, ſuper homagio, q. 17. nu. 33.* vbi fortius dicit, quod
8 non tenetur eſſe contra certas perſonas, † *de quib. in l. parentes, C. de teſtib. & in l. lex. ff. de ſtatu hom.* Allegat tex. *in c. item in criminali, 4. q. 3.* ſubdens, quod præceptum domini tanquam contra bonos mores non valeret, *lac. in tract. de homag. num. 30. vbi allegat gl. in l. 2. ff. in ius vocan. vt eant*, & eſt generale, quòd diſpoſitio non intelligitur in præiudicium diſponentis, ideo inquit Bal. *in l. frater à fratre, colum. 2. ff. de cond. indeb.*
9 quod promittens accommodare turrim † contra omnem perſonam, non tenetur contra ſeipſum, *Imo in Clem. 1. de iureiur. Alex. in l. Paulus, § fi. ff. de pignor.*

Secundus caſus eſt, quando dominus habet aliunde, tunc enim ſubditi nō poſſunt grauari, quòd enim dicimus, dominum poſſe collectare ſubditū,
10 intelligitur ſi ſit in neceſſitate † conſtitutus, alias non, *Alber. in l. venditor, §. ſi conſtat, ff. commu. prædio. Bal. in l. ſicut, C. de ſeru. & aqua.* Pro quorum dicto, Afflict. *in conſtitutio. quamplurimum, num. 28.* dicit, valere conſuetudinem, quod ſubditi, miniſtrent domino vi-
11 ctualia † & alia, quę ſunt ad alimēta neceſſaria gratis, ſi tamen princeps, vel dominus habet de proprio, vel ſit in neceſſitate conſtitutus. Et poſt Gul. & Cin. inquit Bal. *in l. neminem, C. de ſacroſ. eccl.* quod antequam Princeps imponat ſubditis collectam,
12 debet † præmunire ſeipſum ſuis expenſis, & excutere propriam crumenā. Et ibi dicit Caſtr. quod ad hunc finem ſubditi ſoluunt domino tributa & alia onera, vt ſuſtineant impenſas neceſſarias. Et dicit Iſer. *in c. 1. in ver. extraordinaria, tit. quæ ſint regalia*, quod tunc ſubditi grauari poſſunt, quādo impenſa con-
13 cernit † commune bonū, & princeps nō habet de proprio, & Afflict. ibi, *nu. 3.* inquit, duo requiri; primum, quòd ſit reipublicæ vtilis cauſa, propter quā collecta imponitur, ſecūdū quod dominus nō habeat de ſuo: ſi n. Princeps habet multa, ſed impendit in veſtibus & aliis ſuperfluitatibus, qua fronte grauabit ſubditos, *vt inquit ibi Iſern.* qui ſubdit, quod tunc perinde eſt ac ſi haberet id, quod expēdit, Afflict. *ibi, num. 4.* declarans, quomodo cognoſcatur, quòd Princeps habeat de ſuo, *latè comprobat Natta in conſ. 380. per tot.* Et dicit Abb. *in d. c. ſicut, in fi. de iureiur.*
14 quod etiam impendēte belli timore ſubditi † non poſſunt grauari, quando dominus poteſt per ſeipſum prouidere, quia ſubditi ea de cauſa dominū honorāt, ſoluēdo redditus & vectigalia, vt eos protegat belli tēpore, *ſequitur Natta in conſ. 557. num. 6. latè agit, hāc ipſam probans conclu. Rol. in conſ. 5. nu. 22. & ſeq.*

volum.

volum. 3. quod si hæc procedunt in domino, qui sit princeps, multo magis locum vendicabunt in domino inferiore.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus non tenetur salutem domini præferre propriæ.*
2 *Vasallus non tenetur iuuare dominum contra seipsum.*
3 *Vasalli tenentur subuenire domino saluæ eorum vitæ.*
4 *Seruus domini vitam præponere debet propriæ.*
5 *Vasallus dicitur miles.*
6 *Miles gaudet beneficio ne conueniatur vltra quam facere potest.*
7 *Vasallus non conuenitur à domino vltra quam facere possit.*
8 *Vasallus non est cogendus subuenire domino diuiti.*
9 *Vasallus alit dominum de redditibus feudi, non autem aliorum bonorum.*
10 *Collectã soluit quisque pro modo prædiorum quæ possidet.*
11 *Onus ratione rei iniunctum, regulatur secundum ipsam rem.*
12 *Causa restringit quamlibet dispositionem.*
13 *Beneficiatus tenetur in ecclesiæ refectionem impendere quartam partem redditum annuorum præcedentium.*
14 *Vasallus non dicitur subditus ratione feudi.*
15 *Dominus nullam habet iurisdictionem in vasallum, nisi ratione feudi.*
16 *Vasallus non committit crimen læsæ maiestatis.*
17 *Vasallus grauari non potest pro bonis quæ possidet extra ditionem domini.*
18 *Collectari nemo potest pro bona alibi sitis, quando in eo loco sustinet onera.*

QVÆSTIO XXXI.

QVAMVIS maxima sit controuersia inter Doctores, *an dominus teneatur indigentem dominum alere*, diximus tamen suo loco communem, & veriorem esse opinionem, quòd teneatur, sed ea procedit, quando vasallus est diues, dominus autem est egenus, at si vasallus non habeat pro alimentis propriis, non tenetur domino subuenire, *argumento d. l præses*, quam in hac operis parte cogimur sæpissimè allegare,
1 quia non tenetur vasallus † domini salutem præponere propriæ, *vt inquit glos. in cap. 1. §. si à morte, de alien feu. pater. vbi Afflict. num. 5. idem probatur in l. 1. §. si.*
2 *de lege Corradi*, vbi vasallus non tenetur iuuare † dominum contra seipsum, *Afflict. in cap. 1. §. præterea, quæ sit prima cau. benef. ammitten.* & est glos. *in cap. domino guerram, §. si. in glos. in ver. contra omnes, tit. hic fin. lex, deinde incip. consuetu. ibi not. Afflict. num. 21.* & eam dicit esse communiter approbatam *Aluar. num. 4. Marsil. in l. 1. §. si seruus, num. 1. ff. de quæstio. Alciat. in tract. præsump. regu. 1. præsumpt. 52. num. 2. alios citat Rolan. dicto cons. 1, num. 2. & sequen. volum. 3. Padil. in Authen. res quæ, num. 9. C. commu. de*
3 *legat.* vasalli enim tenẽtur domino subuenire † saluæ eorum vitæ & personæ, vt probat text. *in c. 1. quib. mod. feud. amitta.* & non sunt sicuti serui, qui tenen-
4 tur vitam † dominorum præponere vitæ propriæ, *vt inquit glos. ibi, quam Afflict. num. 46. dicit esse signandam & notandam, & allegat similem in cap. 1. §. à morte, de aliena. feudi pater.* Et confirmatur hæc opinio, quia cum
5 vasallus † sit miles, *cap. 1. quo tempore miles*, gaudet beneficio, ne conueniatur vltra, quàm facere possit,
6 quo gaudet † miles, *l. miles, vbi Iaf. in principio, ff. de re*
7 *iudic. Dec. in cap. episcopus, in princ. de præbend. & ita † tenet Dominus Io. Baptista Surdus, in cap. 1. num. 50. an agna. vel filius.* ergo si non habeat pro se, non tenetur domino subuenire.

Secundò, conclusio prędicta limitatur, quando dominus esset diues, & haberet proprios redditus, ex quibus posset sibi necessaria ministrare: tunc enim non debet vasallos molestare pro ea, quę po-
8 nit † Rolan. *in cons. 5. num. 22. & seq. volum. 3. Natta dicto cons. 380. cum aliis, quos allegaui in proximè præcedenti quæstio.* Et vidimus idem esse in patre & filio liberto erga patronum, & in omnibus aliis personis, & esse generale, vt alimenta officio iudicis debita non petantur ab eo, qui habet aliunde.

An autem teneatur vasallus, quando feudum concessum est pro certo seruitio, dixi *in tit. quib. debean. alimen. in quæst. an vasallus alat dominum.* Et ibi dixi quoque, an tunc alere teneatur, quando feudum est concessum propter merita.

Postremò videndum est, an teneatur vasallus alere dominum de redditibus feudi, an verò compelli possit etiam pro aliis bonis. Et Bal. *in l. 1. §. sed scimus, C. de latina lib. tollen.* dicit, quòd de redditibus
9 † feudi, nõ autem de fructib. aliorũ bonorum non feudalium alimenta, prẽstat domino, *sequitur Iacob. in tract. de homag. nu. 29.* Et hoc videtur voluisse Spec. *in tit. qui fil. sint legit. §. fina. num. 11.* dum inquit, tunc vasallum teneri, quando in feudum habeat magnam aliquam possessionem, quòd nihil aliud videtur dicere, quàm quod teneatur, quando fructus feudi sufficiunt. Idem dicit Aluar. *in cap. licet, colum. 4. si de feu fuer. controuer.* vbi ponit exemplum, quando feudum esset maximum, vel dominus omnia bona concessisset in feudum, *sequitur ibi Afflict. Curtius iun. de feu. par. 4. princ. post quartam dubit. ver. ideo faciunt prædicta, Clar. de feud. quæstio. 23.* dum dicit teneri eo casu vasallum, quando ex re feudali abundat diuitiis, *Rolan. in cons. 5. num. 16. volum. 3. & ante eos Butr. in cap. nobis, num. 23. de iure patron.* & facit ratio, quia onus proportionari debet emolumento, *argumento l. secundum naturam, ff. de reg. iur.* quod etiam videmus seruari in collectis, vt pro modo prædio-
10 rum, quæ quisque † possidet, onera agnoscat, *l. for-*
11 *ma, de censib.* & onus quod imponitur ratione † rei regulatur secũdum rem ipsam, *vt probaui in cons. 150. nu. 38.* quia quælibet dispositio restringitur secun-
12 dum suam causam, † *Bart. in l. Seio, vbi etiam Alber. de annu. legat. decis. Pedem. 98. num. 10. dixi latè in cons. 150. numero 58. & seqq.*

Verum in contrarium facit, quia obligatio, qua vasallus tenetur alere dominum, consistit in antidorali obligatione, quæ non oritur proportionabiliter. Præterea licèt inspecta vniusanni redditu rei concessæ in feudum videatur quid minimum, tamẽ si multorum annorum fructus considerentur, quibus vasallus nullum onus sustinuit, non videtur eximendus ob tennitatem rei, vti dicimus
13 de beneficiato, † qui si longo tempore ecclesia non indiguit refectione, cogitur eueniente neces-

sitate impẽdere quartam partem reddituum præcedentium annorum, *Bero. in cons. 3. volum. 1. dixi in cons. 62. in fi.* nec vasallus videtur hoc modo grauari, quia gauisus est interim fructibus feudi sine onere, & percepit fructuum prędictorum interusurium medij temporis.

Existimo tamen veriorem primam sententiam, quia vasallus non dicitur subditus, miseratione
14 † feudi, non autem aliarum rerum, *Specul. in titu. de feud. §. quoniam super homagio, num. 33. ver. decimo quæritur, Socin. in cons. 27 num. 2. volum. 3.* vbi, quod vasallus supponit personam suam ratione feudi, nõ autem ratione aliorum bonorum. Et dicunt Innoc. Ioan.
15 And. & alij *in cap. cæterum, de iudic.* quòd † dominus nullam habet iurisdictionem in vasallum, nisi ratione feudi, *vbi latè Dec. in num. 10. & text. in cap. 1. §. illud tamen non lateat, vbi glos. in ver. iustitiam, titu. quæ sit prima causa benef. amitten. sequitur Bal. ibi, in §. porrò, colum. 1. Afflict. in cap. 1. in prin. qualit. vasal. in. deb. fidel. Alcia. in cons. 451. num. 3. Bossius, in tit. de crim. læsæ maiest. lib. 1. quæst. 68. num. 4. Rolan. in cons. 1. num. 28. & seq. volum. 1.* vbi
16 inferunt, quòd vasallus non potest crimen † læsæ maiestatis committere. Cum ergo non sit subditus, non potest grauari pro bonis, quæ non habet
17 sub ipsius domini potestate † & ditione, *gl. in l. vnica, in ver. possidere, vbi Bar. colum. 4. ver. item quæro, C. de mulier. & in quo loco, gl. Guliel. Cun. & Bar. in l. neminem, C. de sacrof. eccles. Alex. in cons. 78. num. 10 volum. 6. Socin. in cons. 302. colum. 2. volum. 2. Socin iun. in cons. 38. num. 15. vo-*
18 *lum. 1.* præcipuè quando pro eis sustinet onera † in loco rei sitæ, quidquid teneant aliqui loquentes, quando quis collectatur in loco originis: quo casu aliud est, *secũdum gl. Iac. de Aret. Bar. & alios in assumptio, §. filius, ff. ad munici. And. de Barulo, & Bar in l. fi. C. de mun. & origin. lib. 10. communem dicit Ioan. de Amic. in cons. 22. num. 8. alios citat Festas. de collect. par. 2. cap. 3. num. 19. hanc partem in nostris terminis veriorem dicit Egid. de Thomat. in tract de collect. in §. sanè si negotium agitur, num. 21. folio mihi 472.* ita ergo vasallo onus iudici non poterit pro bonis, quæ recognoscit à domino.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia non alit patronum, quando deductis alimentis curati, & familiæ nihil superest.*
2 *Patronus egenus alendus est ab ecclesia deductis primum alimentis rectoris, & impensis reparationum.*
3 *Ecclesia dicitur pauper, quando non habet integra alimenta pro his omnibus, qui ecclesiæ seruiunt.*
4 *Vicarius ali debet de redditibus ecclesiæ, etiam si non sufficiant pro rectore infirmo vel impedito.*
5 *Ecclesia alit vicarium, quantum potest, & non vltra.*
6 *Patronus ingratus non alitur ab ecclesia.*
7 *Patronus ingratus post pœnitentiam alendus est.*
8 *Frater ingratus priuatur successione fratris.*
9 *Patronus ingratus perdit ius patronatus.*
10 *Filius ingratus perdit ius filiationis.*
11 *Alumnus ingratus perdit beneficium sibi concessum.*
12 *Patronus ingratus erga libertum priuatur iure succedendi liberto.*
13 *Patronus non potest alij cedere, vendere vel alio titulo remittere ius consequendi alimenta ab ecclesia.*
14 *Cedi non possunt iura personalia.*
15 *Vidua non est alenda intra annum luctus, quando dos est restituenda non sibi, sed extraneo.*
Extraneus stipulatus dotem sibi reddi soluto matrimonio, non est alendus intra annum luctus.
16 *Prælatus locando reddit us ecclesiæ, non intelligitur de iis, qui debentur extra rem.*
17 *Iura personalia non veniunt re translata.*
18 *Locatio primum reddituum non includit munera quæ offeruntur ob iucundum aduentum.*
19 *Cedi non potest ius futurorum alimentorum.*
20 *Ecclesia non potest subuenire patrono sine licentia episcopi.*
21 *Ecclesia patronata non alit singulares personas de populo, quando ius patronatus est penes vniuersitatem.*
22 *Vniuersitas aliud est, quam singuli de vniuersitate.*
23 *Vniuersitatis lis, non dicitur lis singulorum.*
24 *Vasallus vniuersitatis, non dicitur vasallus singulorum.*
25 *Liberatio facta vniuersitati non prodest singulis.*
26 *Vniuersitas perire non potest fame.*
27 *Vniuersitas perit per priuationem, vel dissolutionem.*
28 *Vniuersitas non habet animam.*
29 *Patronus non alitur ab ecclesia nisi laboret maxima egestate.*
30 *Ecclesia tenetur subuenire non solum patrono egenti, sed etiam familiæ & filiis.*

QVÆSTIO XXXII.

CONSEQVENS est, vt videamus de ecclesia, an teneatur indistinctè patronum alere, postquam vidimus de seruo subdito, liberto & vasallo: Et sanè supra suo loco regulam constituimus affirmatiuam, quod patronus ecclesiæ alendus est, & tamen locum habet, quãdo supereſt de fructibus ecclesiæ deductis
1 alimentis curati, vel rectoris, quia primò † is vna cum suis ministris est alendus, *vt probat text. in cap. ita nos, 25. quæstio secunda, in fi. & per illum text. hoc determinat Glos. cap. quicunque, 16. quæstio. 6. in ver. ad inopiam.* Et dicit Dyn. quem sequitur Bart. *in l. si quis à liberis, §. de alimentis, ff. de liber. agnoscen.* quòd Capellanus ecclesię tunc demum alere tenetur patronum, si supereſt & non aliter. Et Butr. *in cap. nobis, de iure patron. numero 22.* inquit, teneri ecclesiam, quando abundat diuitiis. Et ibi dicit Abb. quod primo prouidẽdum est ecclesiæ seruitoribusque & mini-
2 stris, nec non cultui diuino, & † reparationibus necessariis, & inde alendus est patronus de his, quæ supersunt, *sequuntur ibi omnes additionatores, declarat Pau. de Citadin. in tract. de iure patron. in 6. par. articu. 4. num. 158. & Roch. de Curt. in eodem tracta. in ver. & vtile, num. 252.* vbi dicit, quod ecclesia alit de redditibus remanentibus vltra necessaria, *Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. solent, num. 22. & sequen. ff. de liber. agnoscen.* vbi quod patronus alitur de fructibus qui supersunt, & dicuntur supereſſe, quando ministris ecclesiæ præstita sunt salaria, ecclesia est instaurata, vasa & alia necessaria ad diuinum cultum empta, *aliegat tamen Bal. Felyn. & Abb. qui de hoc nihil dicunt:* Et inquit Salic. *in l. dolo, num. 2. C. de lib. cau.* quòd ecclesia non tenetur alere patronum, quando redditus ecclesię vix sufficiunt pro Capellano, *sequitur Rolan. in cons. 5.*
3 *num. 33. vol. 3.* dicitur enim † pauper ecclesia, quando cle-

do clerici deseruientes commodè non habent alimenta, vt quia cogantur concedere panem ex milio, vel alio vili grano, & aquam bibere, *l. seruis vrbanis, in principio, ff. de leg. 3. ponit, Bal. in cap. ad aures, num. 3. de rescript.* Et quod dicimus non esse alendum patronum, hoc casu non debet mirum videri, quia diximus idem esse in patre, matre, & aliis, & est generale quod quilibet tenetur propriam salutem præferre alienæ, & indigere dicitur ecclesia, quando indigent sui ministri, per quos cultus diuinus in ecclesia sustinetur, qui adeo fauorabilis est, vt si rector non possit vacare curæ animarum, & deputetur vicarius, primum de redditibus beneficij,
4 portio detrahitur pro alimentis vicarij, etiam si † quod supereſt, non sufficiat pro rectore, quia tolerabilius est, quod egeat prior, quàm vicarius, qui curam exercet, *Abb. in cap. de monach. in 3. not ab. Card. in cap. exposuisti, in 3. not ab. de præbend. vbi Henric. Boic. in fi. refert Rebuff. de congr. portio. nume. 101. & 103. in fine.* In-
5 tellige tamen, vt subueniat in quantũ potest, † *Pau. de Citadin. in tract. de iure patro. par. 6. in 4. art. nu. 1. 61. q. 5.*

Non etiam præstanda sunt alimenta patrono, qui contra ecclesiam commisit ingratitudinem, nam eadem de causa filius à patre alimentis priuatur, *l. si quis à liberis, §. idem iudex, vbi glos. ix ver. detulerat,*
6 *de liber. agnosc.* Et † ita tenet in terminis Paul. de Citadin. *in d. tract. de iure patron. 6. part. artic. 4. num. 164.* vbi arguit de filio ad patronum, & limitat, quando
7 patronum pœnituisset, † quia tunc sicuti ignoscitur filio pœnitenti, pari modo alendus est patronus. Prædictam etiam principalem limitationem probat Rebuff. *in d. tract. de congr. portio. num. 135.* Et non est nouum, quia propter ingratitudinem fra-
8 ter priuatur † successione fratris, *vt in Authen. de secun. nupt. §. ingratitudinem, vbi glos. in ver. lucrum, idem voluit glos. in Authen. de non eligen. secun. nuben. §. cum igitur, in ver. fratrum:* Quòd au procedat in successione intestati, ponit Bar. *in l. fratres, num. 6. C. de inoffic. testamen. & alij quos citat Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. idem iudex, num. 46.* Et multæ aliæ personæ propter ingratitudinem excluduntur, *de quibus tractabimus in discursu huius partis.* Et ratio huius limitationis est,
9 quia patronus † ingratus perdit ius patronatus,
10 sicuti dicimus de filio ingrato, † qui perdit ius filiationis, *secundum Bal. in l. fi. C. de dot. promis. Ias. in §. ius autem, ff. de iustit. & iure, Pau. de Citadin. d. num. 164. &*
11 *Rebuff. d. num. 105.* idem videmus in alumno † ingrato, *secundum glos. in l. iniquum, in glos. pen. C. de his, qui accus. non poss. vbi notant Bal. & Salic. 1o. de Amic. in cons. 114. num. 21. Tiraq. in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, num. 53. C. de reuoc. donat.* Et idem est in patrono ingrato
12 † erga libertum, qui ideo priuatur iure succedendi in bonis liberti, *l. cum patronum, ff. de iure patron.* Idem ergo erit in ingratitudinem, quam patronus erga ecclesiam commisit. Qualitatem autem committi possit ingratitudo contra ecclesiam, non est hic locus declarandi.

Tertio non erit alendus alius, qui ex emptione, vel cessione, vel alio titulo causam habeat à patrono, quia hoc ius est ita annexum iuri patronatus, q̃ ab eo separari nõ potest, & est personalissimum,
13 & ipsius patroni personæ inseparabiliter † hærẽs, ita vt vendi, cedi aut donari nõ possit, *ita decidit Abb. in cap. præterea, in fi. de iur. patron. per text. in cap. fi. de offic. delega. Roch. de Curt. in tract. de iure patron. in d. §. vtile, num. 152. post medium, Tiraq. de retract. consang. §. 36. gl. 1.*
14 *num. 32.* Et ratio est, quia iura † personalia cedi non possunt, *Dyn. in cap. priuilegium personale, de reg. iur. in 6. Archid. in d. cap. hinc est, circa med. 16. quæst. 1. Ang. in l. quod*
15 *si in diem, §. Iulianus, in fi. ff. de petitio hæred.* † facit, quod in simili diximus supra, *in quæst. de alimentis præstandis vxori intra annum luctus,* vbi probauimus, q̃ etsi vxor alenda sit intra annum luctus, quando consistit in pecunia, tamen secus est, quando dos est restituenda extraneo, qui illam stipulatus est sibi reddi, *secundum Aretin. in cons. 98. num. 2. ver. sed remanet.* similiter non dantur intra annum luctus alimẽta extraneo, qui fuit dotem sibi reddi stipulatus, *secundum Aretin. in d. cons. 98. colum. 1.* Et Abb. *in d. c. præterea* licèt loquatur de venditione, videtur tamen idem vel-
16 le in locatione, † dum dicit, quòd etsi prẽlatus possit locare redditus totius ecclesiæ retento penes se titulo, tamen intelligitur de redditibus impositis tẽpore fundationis, non de aliis facit, quia re transf-
17 lata non veniunt iura † personalia, *l. si. §. 1. de contrab. emptio. l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebellia. Dyn. & Bar. in l. inter eos, ff. de acquiren. rer. dom. probat latè in cons. 127. num. 66.* Addo, quod in tantum est ius prædictum iniunctum cum persona ipsius patroni, quòd vbi etiam foret cessibile, non tamen veniret in locatione, vel venditione, nisi de ea facta fuisset specialis mentio, *per ea, quæ ponit Oldrad. in cons. 139.* vbi dicit, quòd
18 etsi Archidiaconus locauerit † per verba ampliſſima omnes redditus sui beneficij, tamen nõ includuntur in locatione munera, quæ homines certi loci consueuerant illi dari pro iucundo illius aduentu, quia illud tribui consueuit personæ, nõ rei, *l. 1. §. pen. ff. si quid in fraud. patron. & allegat alia iura Anchar. in cap. si propter, colum. ante pen. de rescrip. Bal. 1mo. Alex. & alij in l. diuortio, §. quod in anno, ff. solu. matrim. Felin. in c. sedes, colum. 3. de rescript. Bertran. in cons. 119. in 2.*
19 *quæst. volum. 3.* & facit, quia ius † alimentorum futurorum cedi non potest, vt inquit Bar. *in l. cum Titio, num. 2 ff. ad leg. Falcid.* vbi ait, quod tale ius cohæret personæ, & alia sunt alimẽta in persona vnius, alia verò in persona alterius. Voluit etiam Bal. *in l. 1. C. de priuileg. dot. colum. fi. vers. modo ego quæro, Cur. sen. in cons. 58. summa totius, col. 2. ver. & ideo secundum Bal. Ias. in l. si constante, num. 234. vbi citat Bal. Nouel. ff. solu. matrim.* vbi, quod est quid personale, *Tiraquel. d. gl. 1. num. 72. & dicam alibi.* Et, vt inquit Abb. *in d. cap. præterea,* debentur ex causa cuiusdam reuerentiæ & honoris, qui patrono exhibendus est ob beneficium in ecclesiam collatum, hæc autem reuerentia non separatur à persona. Accedat, quod debentur solo iudicis officio, *vt dicam infrà,* quod fundatur sola æquitate, sed ea æquitas cessat in persona alterius, qui patronus non sit.

Quartò intelligenda est regula, vt procedat, dummodo rector Ecclesiæ id faciat cum Episcopi
20 consensu, nam sine eo non potest subuenire † patrono egenti, *vt per Innocen. in cap. cum & plantare, num. 2. de priuileg.* vbi mouetur argumento *c. cum nostris, de cõcess. præben. & c. vt nostrum, vt eccles. benef. & hoc*

voluit etiam Ioan. And. ibi, per text. in cap. nobis. §. fi. Roch. de de Curt. in tract. de iure patron. in §. & vtile, num. 152. vbi tamen inquit se de hoc dicto dubitare, quando rector ecclesiæ subuenit de fructibus beneficij, quia sicuti illos potest sine episcopo alienare, ita potest dare patrono.

Quinto ecclesia non tenetur alere singulares
21 personas † de populo, quando vniuersitas habet patronatum, *vt voluit Archidiac. in c. si plures, circa princip. 16. quæstio. 7.* mouetur, quia singulares personæ non dicuntur patroni, sed vniuersitas, *cap. qui manumittitur, 11. quæstio. 2. idem voluit Gemin. in cap. vnico, colum. 2. de iure patron. in 6. Belenzin. ad Abb. in dicto cap. nobis, num. 6. de iure patron. idem voluit Pau. de Citad. in tracta. de iure patron. part. 6. in 4. artic. nu. 161.* vbi quod tenetur solum subuenire regentibus vniuersitatem, vel his, qui eam repræsentãt, *idem tenet Roch. de Curt. in eodem tracta. d. §. & vtile, num. 155. in 4. quæstio.* Et ra-
22 tio est, quia vniuersitas † aliud est, & aliud sunt singuli homines de ipsa vniuersitate, *glos. in l. sicut. §. si quid. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Doctores in c. cum omnes, de constit. Bero. in cons. 8. num. 22. volum. 3.* vbi ait, quod vniuersitas dicitur corpus diuersum à singulis, *Paris. in cons. 61. num. 1. volum. 4.* & lis vniuersitatis non
23 dicitur lis † singulorum, *Corn. in cons. 293. num. 11. volum. 3.* & vasallus capituli, collegij, vel vniuersitatis
24 non dicitur vasallus † singulorum, *glos. in l. 2. vbi Bal. & alij. ff. quod cuiusque vniuer. nom.* & liberatio facta
25 vniuersitati † non prodest singulis, *secundum Dec. in cons. 61. colum. 1. num. 3. latè exornat D. Rolan. in cons. 53. num. 6. & sequen. volum. 4. dixi in cons. 28. num. 2.* Hæc etsi vera videantur, patiuntur tamen difficultatem, quia vniuersitas corpus est misticum & fictum, quod cum iuris intellectu constet, alimentis nun-
26 quam eget, nec † perire potest, *vt per Bal. in l. generaliter, in princip. colum. 2. ver. quid ergo de his, C. de reb. cred.* nisi moriatur ciuiliter per dissolutionem vel pri-
27 uationem, † *vt per Bar. in l. sodales, ff. de colleg. illicit.* &
28 non habet † animam, *secundum Bal. in loco prædicto.* Vnde dicunt Doctores, quod non contrahit reatum periurij, & licèt per rectores repræsentetur, id tamen est per fictionem, quod aliud est vniuersitas, aliud rectores, proinde non video, quomodo ecclesia cogi possit alere rectores patroni: nam si illi egeant, non dicitur vniuersitas egere, nisi intelligamus, quod ob paupertatem nemo sit curaturus ipsam vniuersitatem. Relinquo ergo cogitandum.

Sextò non tenetur ecclesia prouidere patrono
29 de alimentis, nisi † sit in summa egestate, *glos. in cap. quicunque, 16. quæstio. 7. per tex. in cap. ita nos, in fi. 25. quæstio. 2.* vbi loquitur de instante necessitate. Sed hoc non placet Paulo de Citadin. *in dicto art. 4. num. 158.* Vult enim sat esse, si patronus incipiat vergere ad paupertatem, vel non habeat, quantum sufficit secundum condecentem eius statum, de quo dixi supra tractando de liberti obligatione erga patronum.

Et quæ diximus de patrono, locum habent etiam in filiis, & familia patronis: eis enim omnibus
30 † tenetur Ecclesia prouidere, *cap. filiis, 16. quæst. 7. Pau. de Citad. loco prædicto, num. 157. in fi. Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. solent, num. 28.* an autem alẽdus sit patronus perempta dote, dicam post sequentẽ quæstionem.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta liberatur à solutione canonis re perempta.*
2 *Census extinguitur perempta re censuata.*
3 *Onus cessat oneris causa cessante.*
4 *Legatum cessat causa legati cessante.*
5 *Causa finalis restringit quamcunque dispositionem.*
6 *Causa annexa determinat quidquid sit propter causam.*
7 *Onere deficiente cessat præstatio, quæ sit propter onus.*
8 *Census si debetur pro defensione Castri, obligatio extinguitur diruto à castro.*
9 *Cessante causa cessat effectus consummatus.*
10 *Causa sufficit quod momento temporis fuerit impleta.*
11 *Dominium transfertur per traditionem subsistente aliquo titulo.*
12 *Periculum rei pertinet ad eum, in quem dominium est translatum.*
13 *Domus data cum onere alendi, licet comburatur, præstanda tamen sunt alimenta.*
14 *Census comitatur rem in quemcumque transeant successorem.*
15 *Census inspecto iure communi, non extinguitur perempta re censuata.*
16 *Census iure communi inspecto constitui potest sola personali actione.*
17 *Conductor non tenetur ad refectionem rei conductæ.*
18 *Emphyteuta tenetur ad reparationem rei emphyteuticæ.*
19 *Emphyteuta re in totum perempta non tenetur stare expresso pacto.*
20 *Fructus si debetur, intelligitur sub cõditione, si nascãtur.*
21 *Genus perire non potest.*
22 *Genus, quando debetur contemplatione speciei, liberatur debitor specie perempta.*
23 *Pensio constituta super fructibus beneficij non debetur, si ex beneficio nihil sit perceptum.*
24 *Legatum prædij ex quo alimenta erant præstanda si minuatur, ipsa quoq; alimenta intelligentur imminuta.*
25 *Alimentis non debentur, quando ex patrimonio nulli omnino redditus percipiuntur.*

QVÆSTIO XXXIII.

ANTE quam veniam ad quæstionem dotis peremptæ, necesse est videre, si quis det ecclesiæ domum, vt se aleret, an domo perempta teneatur ecclesia præstare alimenta. Primo aspectu videretur dicẽdum, quòd non, per tex. *in l. 1. in fi. C. de iure emphyt.* vbi si res em-
1 phyteuta † pereat, liberatur emphyteuta ab onere soluendi canonem, *Specu. in tit. de loca. § nunc aliqua, quæstio. 134. num. 160. communem dicit Abb. in cap. potuit, num. 16. loca. Ang. in §. lex itaque, in fi. in Auth. de non alien. Doctores in l. 2. vbi Iason, num. 13. de iure emphyt. Natta in cons. 377. num. 2. Clar. qui communem dicit in tract. de emphyt. q. 8. num. 8.* Et idem in contractu censuali, quia
2 si res censuata pereat, † census quoque extinguitur, *secundũ Rodoan. in tract. de reb. eccles. non alien. in rub. de constitutio. annui census, num. 47. notissimè Cordub. in tract. de caus. quib. emphyteu. priua. in cau. 14. tit. de cau. priuatio. ob alienatio. ampliat. 49. nu. 11. vbi refert Bullam Pij V. quæ hodie pasim seruatur.*

Secundò

Secundò facit, quia onus alendi fuit impositum propter domũ: at domo perẽpta cessat causa one-
3 ris, ergo onus † quoq; ipsum cessare debet, *l. Titia, ff. de annu. legat. l. Stichus nutricis. ff. de alim legat. §. Titia,* vbi onus successiuum iniunctũ legato habẽti tractum successiuum finitur legato finito. Ad idem est tex. *in l. qui tutelam. ff. de testam. tute.* vbi cessante
4 causa, propter quam factum fuit † legatum, cessat ipsum quoque legatum, *l. 1. §. fin. cum, l. seq. ff. de excu. tutor. l. etiam si patru, ff. de leg. 1. & ponit Tiraq in tracta. cessan. cau. par. 1. num. 121.*

5 Tertiò omnis dispositio restringitur † per causam finalem, *l. cum pater, §. dulcissimis. ff. de leg. 2. l. 1 in fi. ff. de fonte.* & dictum generale restringitur per rationem, secundum suam causam, *Ang. in l. obligationes generali, colum. 2. cap. princ. ff. de pignor.* & quidquid fit
6 ob causam, determinatur † secundum causam annexam, *Bar. in l. Seio. ff. de annu. lega.* vbi mouetur per illum tex. qui secundum Albe. ibi non minus procedit in contractibus, quàm in vltimis voluntati-
7 bus. Hinc est, quòd onere deficiente † cessat quoque præstatio, quæ sit respectu oneris, *l. generaliter. §. 1. C. de sacros. eccles.* & quando grauamen est causa commodi, cessat commodum sublato grauamine, *l. eã qui, in princ. vbi Bart. ff. de iureiur.* Hinc dixit Rom. *in cons. 417. per totum*, quod si submittens se protesta-
8 tioni alicuius † ciuitatis certum censum promittat, vt ciuitas, castrum defendat, liberatur ab obligatione soluendi censum, si castrum ruat, quia cessat causa promissionis, sine qua se non obligasset ad censum: Et infert, quod semper cessat causa à principio considerata ab vtraque parte, *sequitur Tiraq. in d. tract. cessan. cau. num. 217. dixi in cons. 150. num. 62.* In præsenti autem facto non est dubiũ, quin causa dãdi domũ fuerit, vt reciperet alimẽta ab ecclesia.

Tamen in contrarium est ratio, quia cessante
9 causa non cessat effectus iam consummatus, † seu in esse productus, *l. si. in fi. vnde libe. l. inter stipulantem, §. sacram, vbi Doctores. ff. de verb. oblig. Cin. Bal. & alij in l. generaliter, C. de episcop. & cler. latè Tiraq. in d. tract. cessan. cau. limit. 12. num. 1. & seq.*

Secundò facit, quia etsi dicamus domum fuisse causa alimentorum datam, tamen sat est, quod fuerit momento temporis translata in ecclesiam, li-
10 cèt enim postea † cesset, non tamen ideo cessat effectus, *l. si quis hæredem, C. de institu. & substitutio. l. quæcunque, §. vlt. ff. de publicia. in ver. act 10. multos citat Tiraq. in d. tract. cessan. cau. limitat. 4. num 1.*

Tertiò facit, quia statim facta domus traditione, ecclesia facta fuit domina, quia per traditio-
11 nem, præcedente iusta † aliqua causa transfertur dominium, *l. traditionibus, C. de pact. l. per traditionem, Institut. de rerum diuis. l. pen. C. de rei vendic. l. si ex stipulatione, ff. de acquir. possess.* postquam autem translatum
12 est dominium, periculum pertinet † ad ecclesiam, *l. Lucius, ff. de euictio. l. necessario, ff. de periculo & com. rei vend. l. si pecuniam, §. pen. ff. de cond. ob cau.* Et per hanc postremam rationem concludit in terminis nostris Bal. *in l. 1. num. 10. C. de iure emphyt.* quod si dedi
13 domum ecclesiæ, vt † me aleret, tenebitur ecclesia onus alendi subire, licet domus sit combusta. Et hoc ante eum voluerunt Dec. & Cin. ibi, Alber. & Ang. *colum. fina. Anch. in cap. dotuit, loca. & ibi Imola, colum. 38. num. 45.* qui vult, hoc procedere, etiamsi non sola superficies esset absumpta, sed etiam solum foret funditus euersum, *Abb. in cap. si in fi. de rer. permut. Cremen. in sing. 1, vbi dicit esse singulariter notandum, Iason in dicta l. 1. num. 14. C. de iure emphyt.* vbi vult, quòd sit verum etiam re funditus perempta, *Pau. de Citadin. in tract. de iure patron. in 6. par. num. 4. artic. princ. num. 165. Bertran. in cons. 104. num. 4. volum. 2. Boßius in tit. de remisso merced. conducto. num. 115.* vbi dicit, esse veram & communem opinionem Doctorum, siue res data sit ecclesiæ, siue filio, *idem tenet Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. solent, num. 31. ff. de liber. agnoscen.* Et non obstant, quæ dicuntur de re emphyteutica, quia illa procedunt propter directum dominium, quod penes se retinuit is, qui rem cõcessit, proinde cum res pereat domino, non est mirum si ad eum pertinet damnum contingens in re, *ita resoluit Bal. in d. l. 1. num. 10. post Petr. & Cin. & sequuntur omnes supra citati.* In casu autem nostro nihil omnino tenuit donans, sed omnia trãstulit in ecclesiam, & quamuis in censu non videatur rei dominium esse apud emptorem census, tamen benè in eum transit ius
14 quidem reale: nam census † comitatur rem in quemcunque transeat successorem, *Clem. 1. vbi glos. de censib. Cranet. in cons. 217. num. 4. ver. secundo modo, quando sequuntur Rodoan. & Foller. quos citat comprobando, Corbulus in d. tract. de ampliat. 49. num. 3.* Ideo re perempta extinguitur quoque ius illud reale, quod super re competebat. Non omittò quod quidquid sit, nunc ex constitutione Pij V. de iure ex-
15 tincta re † censuata, non extinguebatur census, *vt post Conrad. 10. à Medina, & Modern. Gallos probat Didac. libro 3. variar. resolut. cap. 7. num. 5.* potest enim con-
16 stitui census † sola personali actione, *vt ibi.* nunc autem Pontificum Romanorum prudentia prouisum est super forma census ita constituendi, ne quid fiat in detrimentum animæ, vnde contractus inter fundi emptionẽ & obligationem tam æquis ambutat cõditionibus, vt ex vtriusque natura tertius videatur compositus. Non obstat, quod domo tanquam oneris causa perempta cessare debeat obligatio & onus: quia respondeo, domum non fuisse causam finalem alimentorum, sed materialem: ideo licèt desierit esse in rerum natura, non tamen cessare debet onus, *vt probat Tiraquel. dicto tract. cessan. cau. limit. 1.* Præterea datio domus habuit plenum effectũ, statim facta traditione, ideo non cessat onus correspectiuum, *vt suprà dixi*, sicuti non cessat, si quis dedisset centum, & eis mediantibus aliter promisisset alere, non enim curatur de re data, an remaneat penes recipientem, vel non, postquam facta est illius. Eodem modo respondetur ad tertium fundamẽtum de causa finali & contractus iste videtur do vt facias, in quo sequitur implementum ex parte dantis statim sequuta traditione, quidquid inde sequatur.

Hoc autem multo magis procederet, quando domus foret solummodo exusta, non autem funditus perdita, quia tunc dicitur perempta: nam
17 etsi conductor † non teneatur ad refectionem rei conductæ, *l. ex conducto, in princ. ff. locati*, tamen videmus

mus in emphyteuta, quòd si res egeat reparatione
18 † tenetur ipse, *secundum Ioan. And. ad Specu. in tit. de loca. §. nunc aliqua, ver. quarto quæritur, Bal. in l. 1. colum. 2. ver. quinto, in expendendo. C. de iur. emphyt. Ange. in §. lex igitur, in Auth. de non alien.* vbi subdit rationem, quia ad emphyteutam pertinet omnis casus fortuitus, *Aretin. in cons. 110. in primo dub. colum. 2. & hanc probarunt Imola, Cæpol. & alij quos citat Natta in cons. 377. per totum, vbi reprehendit Alexan. contrarium tenentem in l. diuortio, §. impēdia, col. 1. ff. solu. matr. Corbul. in tract. de caus. quib. emphyt. priuat. cau. 15. tit. de cau. priuat. ob non solut. canon. limit. 32.* Quod si hoc locum habet in emphyteuta, in quem non est trāslatum omne dominium, multo magis locum habebit in ecclesia, cui absolute res est donata.

Addo, quod procederet nostra quæstio indubiè, quando donans à principio expressè conuenisset, quòd præstarentur alimenta etiam reperempta, quia si ea debentur nullo intercedente pacto, quare non erunt magis debita si fiat pactum. De illius enim viribus non est dubitandum, cum sustineatur etiam, quando eo circumscripto onus non esset debitum, vt in emphyteuta, qui, etsi libe-
19 retur re † in totum perempta, *dicta l. 1. in fine, C. de iur. emphyteu.* tamen tenetur accedente pacto, *vt vult Speculat. in tit. de loca. §. nunc aliqua, quæstio. 138. num. 164. Alber. in l. 2. in fi. C. de iure emphyt. Iason. in l. 1. num. 13. C. eo. tit. Corbulus loco prædicto.*

Nostram tamen conclusionem limitarē, quando alimenta essent ex certo fundo præstanda; nam tunc perempto fundo nulla debentur alimenta, quandocunque enim debetur aliquid contem-
20 platione fructuum, † subintelligitur tacita conditio, si fructus nascantur, *l. interdum, per totam, ff. de verbor. oblig. Castren. in l. ex conducto. §. si vis tempestatis, colum. 1. ff. loca.* vbi ait, quod venditis fructibus nasciturus nihil est gestum, si fructus non nascantur. Et
21 facit, quia licèt genus † perire non possit, *l. iucundum, C. si certum petat.* tamen, quando debetur contemplatione certę speciei debitor liberatur specie
22 † perempta, *l. quidam, §. si sibi, & l. Titia textores. §. si. ff. de leg. 1. Bar. Alexan. & alij, in l. quod te, ff. si cert. petat.* Et quod fructibus non natis extinguatur obligatio, voluit Bal. *in rub. C. de pericu. & com. rei vend. circa fi. & in l. licet, quæst. 5. C. loca. Natta in cons. 86. num. 2.* vbi post Castren. Abb. Felin. & alios infert ad pensionem cōstitutam super redditibus beneficij, & vult eam
23 † non deberi, quando ex beneficio nihil est perceptum, de quo tamen videndus est Gigas, *in tract. de pension. in quæst. 62.* facit text. *in l. marito. §. 1. ff. ad leg. Falcid.* vbi diminuto legato † prædij, ex quo alimenta
24 erant prę̄standa, minuuntur ipsa alimēta. Ad idem est text. *in l. liberto. ff. de annu. leg.* Et per hos text. dixit Castren. *in l. Imperator, num. 8. ff. ad Trebellian.* quod cum alimenta semper sint de redditibus patrimo-
25 nij præstanda, † non erunt debita eo anno, quo ex patrimonio nulli omnino redditus percipiuntur, facit *l. cum certus, ff. de vino, oleo tritic. leg.* vbi quod locus videtur gratia taxationis appositus. *ita tenet Bar. in l. Lucius, ff. de alimen. & cibar. lega. & dicam latè in titu. qualiter alimēta sint præstanda, in ea quæstione, an alimenta relicta alicui ex fructibus fundi debeant augeri vel minui actis, vel imminutis fructibus fundi.* Aliud est igitur dare fundum, vt alat, aliud verò dare fundum conditione adiecta, quod ex eius fructibus alat, *vt dixi in titu. quando alimenta videantur relicta.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia tenetur patronum egentem alere, etiam si dos ab eo data casu perierit.*
2 *Domo perempta, quæ fuit ecclesiæ data cum onere alendi, non extinguitur onus.*
3 *Factum legitimè non mutatur ex superueniente casu.*
4 *Principium & origo rerum attendi debet.*
5 *Primordium tituli format posteriorem euentum.*
6 *Tempus celebrati contractus attendimus in consideranda læsione.*
7 *Emptio & locatio consensu perficiuntur.*

QVÆSTIO XXXIIII.

DICENDVM nunc, *an ecclesia alere teneatur patronum, quando dos data est perempta casu aliquo fortuito, si aliunde ecclesia habeat redditus.* Et in hoc Pau. de Citadin. *in tract. de iure patron. in 6. par. in 4. artic. num. 165.* concludit, eccle-
1 siam † teneri: mouetur ex decisione Bal. *in dicta l. 1. num. 10. C. de iure emphyteu.* vbi, si domus data eccle-
2 siæ cum onere alendi, perimatur, debentur † nihilominus alimenta. Et latè de hoc dixi *in proximè præcedenti quæstione*, quia casus, qui contigit, cedit damno ecclesię, in quam est translatum omne dominium. Confirmo hanc sententiam. Nam ecclesia patronum alit propter antidoralem obligationem causatam ex collato beneficio fundationis, vel dotationis. Hæc autē obligatio nō est extincta licet dos vel fundatio cesset: nam beneficium fuit
3 perfectè collatū, & quòd † semel legitimè est constitutum non mutatur ex contingenti casu, *c. quod*
4 *legitimè, de reg. iur. in 6.* & origo, † ad principium rerum attendi debet. *l. qui id quod, in princ. ff. de donatio. l. 2. §. paruiq́, refert. ff. de priuileg. credit. l. qui possessionem, ff. de vi & vi arma, Tiraq. de retract. consang. §. 19. glos. nume. 4.* Et dicit text. *in l. 1. §. non solum, in ver. initium, ff. de post.* quod cuiusque contractus spectādum est initium, & causa, *l. vnica, C. de impon. lucrat. descript.* vbi
5 à primordio † tituli posterior formatur euentus, *latè decis. Pedemon. 167. num. 26.* Hinc an contractus sit vtilis, vel læsionem contineat inspicimus tempus
6 † contractus, *Doctores in l. 2. C. de rescind. vend. per l. si voluntate, C. eod. tit. latè Pinell. dicta l. 2. par. 3. cap. vlt. num. 15. D. Becius in cons. 3. num. 19. dixi in cons. 249. num. 23.* & non attēditur, quod valor postea augeatur, vel minuatur, *vt dicunt Modern. Galli, in tit. de vsur. num. 715.* Præterea obligatio antidoralis causatur magis ex animo eius, qui beneficium confert, quam ex re data, ideo licet pereat res, durat tamen animus dantis, & obligatio momento temporis ex ipso donationis actu causata, durat perpetuo, licet non duret res data, & licet propter rem contrahatur, tamen quia animus dantis est principale propositum, ille attenditur; proinde licet in venditione, locatione & aliis similibus contractibus, non sustineatur contractus, nisi interueniente re: tamen, quia forma & substantia consistit potius in voluntate, dici-

mus eos

7 mus eos † contractus consensu perfici, *l.2.ff.de actio. & obligat. & Institu.de oblig.ex consen.in princ.*

SVMMARIVM.

1 *Monasterium non alit monachum, quem expulit.*
2 *Altari, qui seruit, viuere debet de altari.*
3 *Seruus acquirit domino.*
4 *Vxor, quæ marito non seruit, non est alenda eo.*
5 *Monachus degens extra monasterium non acquirit monasterio.*
6 *Monachus expulsus, si velit redire salua disciplina religionis recipiendus & alendus est.*
7 *Monasterio non acquirit monachus expulsus, si redeuntem recusauit acceptare.*
8 *Monasterium, si recusat recipere monachum pœnitentem, is ab episcopo transfertur in aliud monasterium cum bonis, quæ habet.*
9 *Monasterium expellens monachum, non acquirit eius bono, nisi expulsio facta sit à solo Abbate.*
10 *Monachus, qui obtenta licentia intrandi strictiorem religionem, vagatus perdit omnia bona & applicantur monasterio.*
11 *Monasterium expellens monachum, cogitur illi reddere omnia bona sua.*
12 *Monasterium inops non tenetur alere monachum.*

QVÆSTIO XXXV.

1 MONACHVS quando expulsus est à monasterio, non debet ab eo † percipere alimenta, *vt concludit Castrens.in cons.76.num.1. volum.1.* quia in eo cessant rationes, propter quas de iure est alẽdus: nã ideo alitur † à mo-
2 nasterio, quia illi seruit, & qui altari † seruit, debet viuere de altari, *c.cum secundum, de præben.* Item, quia quidquid acquirit, spectat ad monasterium, vti
3 dicimus de seruo, † *vt not.in c.cum olim, de priuileg. vbi Innoc.* Cum ergo monasterium recipiat commodum, & vtilitatem seruitutis, & acquisitionum, sustinere debet onus alimentationis. *l.cum duob. §. quidam saginariam, in fi. & l.si igitur, ff.pro socio.* at quando est expulsus de monasterio non seruit, ergo nõ est alendus, vt videmus in vxore, qui cũ non est in ob-
4 sequio mariti, non † consequitur alimenta, *vt per Cin. & alios, in l.quod in vxorem, C.de neg.gest. & in l.sicut. ff.de oper. libe.* similiter, quando monachus est extra
5 monasterium, si quid † acquirit, non acquirit monasterio, *vt voluit Spec.in tit.de statu monach. §.1.nu.47.* ergo monasterium grauari non debet onere eum alendi, hæc optime procedunt, quando sua culpa monachus expellitur, ac si nõ sit in culpa, aliud vi-
6 detur † dicendum, *vt per gl.in ver.languidus, in c.1.de infant. & languid.expos.* vbi dicit, quod debet ali, si velit redire salua disciplina religionis, & subdit, quod si expulsus acquirat aliquid in sæculo, monasterium
7 non potest ea bona † cõsequi, si recusauit redeuntem recipere, *sequuntur ibi Io. And.in fi. Imo.in c.cum olim, il 2.colum.2.in ver.dederat, extra de priuileg.* Et quod sit recipiendus, probat tex. *in c.fi.de regu.transf. ad religio. quem citat gl.prædicta,* & per illum tex. dicit Spec. *in loco prædicto, nu.30. ver.24.quæritur,* quod monaste-
8 rio recusante illum recipere episcopus † transferet monachum in aliud monasteriũ, & ei assignabit bona, quæ tenebat primum monasterium, & *num.47.* dicit, quod monasterium repellens mona-
9 chum non acquirit † illius bona eo casu excepto quando solus Abbas sine monasterio expulisset Cõclusio ergo est, quod vbi sine culpa monasterij monachus acquirit, illud omne acquirit monasterio, *vt per Spec.d.§.1.nu.46.* vbi, si monasterium concessit monacho licentiam intrandi arctiorem religionem, ille verò cœpit vagari, & acquisiuit, po-
10 test monasterium † omnia bona repetere, *sequitur Tiraq. de retract. conjang.§.10.gl.1.num.14. & seq.* Et dicit Bal. *in l.1. §.sed scimus, C.de lati.lib.toll.* quod monaste-
11 rium expellens monachum cogitur illi † reddere bona sua.

Tunc etiam licite denegantur alimenta monacho, quando monasterium est inops, & nõ potest
12 supplere † cum suis redditib. *ita Bal.in d.l.1. §.sed scimus, in fi.* vbi ait, quòd etsi regulariter Abbas teneatur induere monachum consuetis vestibus, tamen excusatur, si monasterium sit inops, *sequitur Beninc.in tract.paupert.in 7.q.in 2.specia. iudi. num.25.* & non est mirum, cum excusetur pater, filius, maritus & aliæ omnes personæ, alioquin obnoxiæ huic oneri alimentorum.

SVMMARIVM.

1 *Clerico suspenso non debentur alimenta de fructibus beneficij, quando habet aliunde.*
2 *Clericus suspensus non alitur de beneficij fructib. quando potest viuere de propria industria.*
3 *Clericus dicitur pauper, & non habere aliunde, quando bona non habet, licèt possit viuere ex industria.*
4 *Clerico suspenso propter contumaciam, à qua suspensione parendo exire potest, non dantur alimenta ex fructibus beneficij.*
5 *Clericus suspensus est alendus, quando non est in sua facultate suspensionem exire.*
6 *Clericus suspensus si extrema laboret inopia alendus, licet possit pro libito exire suspensionem.*
7 *Excommunicatus alendus est, quando alias esset fame periturus.*
8 *Impedimentum quod remoueri, non excusat.*

QVÆSTIO XXXVI.

CLERICO suspenso duobus in casibus non est prouidendum de fructibus be-
1 neficij. Primus est, quando † clericus habet aliunde, *glos. in cap. cum Vintonien sis, in ver.admiserant, de electio.* vbi postquam dixit alẽdum eum de fructibus beneficij, subdit hoc non procedere, quãdo haberet patrimoniũ, vel aliud, ex quo posset viuere, *idem voluit ibi Io.And.* Et Bal. dicit idem,
2 quãdo posset ex sua industria † viuere, *& ponit Abb. num.10. & illam gl.dicit esse singularem Abb.in c.Apostolicæ. de exceptio. & sequitur Butr. & Felin.col.5. & tex.in c.prater, vbi Præpos.col.2. distinct.32. & c.studeat, in fi.distin.50. Franc.Marc.in decis.880. num.17. & 29. Rebuff. tomo 1. titu. de senten.prouisio. in præfatione, num,110.* Quæ tamen dicta sunt de industria, patiũtur difficultatem, quam tetigi aliquando, quia videtur quod clericus dicatur non habere, vnde se alat, etiam, si possit ex in-
3 dustria vel artificio † honestè viuere, *vt per Romanum, in cons.344.num.2. quem sequitur Craust.in cons.199.*

num.5.

num. 5. Sed quia eam ſententiam reprobauit ſupra hoc eodem titulo agendo, an alimenta negari poſſint filio ſpurio habenti aliunde, in eum locum te reiicio, ne idem bis repetatur.

Secundus eſt, quando clericus eſt ſuſpẽſus propter contumaciam, & poteſt parẽdo exire ſuſpenſionem: tunc enim ad rumpendum eius pertinaciam, & vt parere compellatur ſubtrahantur ſibi
4 † alimenta, *ita determinat Gemin. in d. c. Vintonienſis, colum. 3. de electio. per gl. in c. quia ſæpe, in ver. quia beneficiis, de elect. in 6. & in Clem. vt hi, qui, in ver. dimidia, de æta. & qualit.* Et hoc quoque voluit Abb. *in c. paſtoralis, §. ſi. num. 16. de appell.* Mouetur ex gl. *ibi*, quę reddendo rationem inter depoſitum & excommunicatũ, quare illi dentur alimenta, huic verò denegentur, dicit, ideo negari excommunicato, quia poteſt pœnitendo habere abſolutionem, ſed nõ ita eſt in facultate depoſiti exire pœnam. Addit etiam rãtionem, quia homines de cibo ſecuri ſæpè negligunt iuſtitiam, *c. non omnis, 5. q. 5. Præpoſ. hoc tenuit in c. præter hoc, in princ. num. 9. 32. diſtinct.* vbi parificat ſuſpenſum & excommunicatũ, quando eſt in vtriuſque poteſtate exire ſuſpenſionem & excommunicationem. Idem placuit Felin. *in c. apoſtolicæ, col. 5. ver. intelligo de ſuſpenſo propter delictum, Didac. lib. 3. variar. reſolut. cap. 13. nu. 9. ver. duodecimo hinc etiam deducitur, Franc. de March. deciſ. 880. nu. 25. in fi & nu. 28.* Hic tamen caſus reſtringitur, vt non procedat, quãdo non eſſet in eius facultate exire ſuſpenſionem, †
5 quia ceſſat tunc ratio propter quam ei denegãtur, ergo ceſſare etiam debet ius, *ita Præpoſ. in d. c. præter hoc Felin. poſt Gemin. & Card. in d. c. Apoſtolicæ, col. 5.* vbi dicit reſtringi quoq;,
6 quando laboraret tam extrema neceſſitate, † vt fame ſit periturus, niſi ei ſuccurratur: Id quod placuit Abb. *d. c paſtoralis, §. ſi num. 16. vbi Dec. num. 9. Franc. de March. loco prædicto.* Sic etiam ſeruatur in excom-
7 municato, cui in extrema egeſtate † ſubuenitur, ſicuti etiam, quando impeditur iuſta aliqua cauſa non poſſit impetrare abſolutionem. Cum enim in prædicto caſu recuſat petere abſolutionem vel remouere ſuſpenſionem ſibi debet, non aliis imputare:
8 non enim excuſat impedimentum † quando poterat remoueri, *cap. fina. vbi Abb. de electio. Bartolus in l. ſed etſi per prætorem. §. 1. ver. ſed nec ad eos. ff. ex quib. cau. maior. Bal. in l. quibus diebus, in princ. vbi etiam Caſtren. ff. de cond. & demonſt. Aretin. in l. apud Iulianum, §. conſtat, ff. ad leg. 1. Rota deciſ. 315. licet guerræ. in nouis, Butr. Anan. & Aretin. in cap. veniens, de accuſatio. Dec. in l. qui poteſt facere, numero 1. ff. de reg. iur. Crot. in conſ. 87. numero 19. Rube. in l. non ſolum. §. morte, numero 430. ff. de oper. noui nuntiat.* at vbi non eſt in ſua facultate remouere ſuſpenſionem, nihil eſt quod ſibi imputetur. De clerico depoſito realiter diximus, non eſſe præſtanda ei alimenta de fructibus beneficij, quia eccleſia de illo non curat, niſi tanquam de mero laico, *vt tradidi in titulo, quibus debentur alimenta in quæſt. an clerico depoſito, ſuſpenſo, vel excommunicato debeantur alimenta.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus non alitur ab ordinante, quando ipſe habet aliunde.*
2 *Ordinatus videtur quis ad patrimonij titulum, quoad eximendum ordinantem ab onere alendi.*
3 *Ordinatus dicitur habere aliunde, quando habet patrem diuitem.*
4 *Vxor indotata, quæ tamen patrem habet diuitem, non petit quartam in bonis mariti.*
5 *Actionem, qui habet, videtur rem habere.*
6 *Ordinans non tenetur ad alimenta ordinati, niſi in ſubſidium.*
7 *Pauper non dicitur, qui habet, à quo petere poſſit alimenta.*
8 *Ordinans ideo alit ordinatum, ne in opprobrium ordinis mendicare cogatur.*
9 *Cauſa alimentorum, ideo eſt ſummaria, quia venter non patitur dilationem.*
10 *Magiſtratus non conuenitur, niſi in ſubſidium.*
11 *Lex curat ea, quæ de facto fiunt.*
12 *Spoliatus non reſtituitur ante omnia, quando recuperatio eſſet difficilis, vt Caſtri aut fortalitij.*
13 *Spoliatus etiam caſtro, aut fortalitio, reſtituitur ante omnia, quando vtraque pars eſt ſub potente principe.*
14 *Pauper non dicitur, qui habet proprietatem.*
15 *Proprietas magis æſtimatur, quam vſus fructus.*
16 *Proprietarius poteſt rem vendere inuito vſufructuario.*
17 *Minorũ bona vendi poſſunt, vt ex eis præſtentur ſibi alimenta.*
18 *Proprietas vendi poteſt, vt ei dentur alimenta, qui aliquo caſu, futurus eſt dominus.*
19 *Bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſunt ex cauſa famis.*
20 *Excuſſio requiritur, antequam moleſtetur fideiuſſor,*
21 *Vxor non moleſtat poſſeſſores bonorum mariti, niſi prius facta excuſſione.*
22 *Excuſſio non fit contra tertium, niſi principali excuſſo.*
23 *Excuſſio principalis requiritur, antequam magiſtratus conueniatur.*
24 *Meum dicitur etiam id, in quo habeo ſolam proprietatem.*
25 *Actionem qui habet, videtur rem habere.*
26 *Filius, qui ſolam habet proprietatem, non cogitur illam vendere, ſed pater eum alit.*
27 *Vxor, quæ multa habet immobilia reſpectu proprietatis, & nihil aliud, dicitur pauper, & conſequetur quartam in bonis mariti.*
28 *Peculium aduentitium non confiſcatur, quando filius falſas committit delictum.*
29 *Vidua, an poſſit ſe alere, inſpiciendi ſunt redditus bonorum ſuorum, & non attenditur proprietas.*
30 *L. fina. §. ipſam autem. C. de bon. quæ liber. quomodo intelligatur.*
31 *Proprietarius poteſt ius ſuum pro libito vendere.*
32 *Filiofamilias delinquẽte, proprietas confiſcatur, ſi alius, quam pater habet vſumfructum.*
33 *Ordinatus non alitur ab ordinante, quando tempore collati ordinis affirmauerat ſe diuitem.*
34 *Dolus nemini debet patrocinari.*
35 *Culpa ceſſat, quando quis credidit alij.*
36 *Dolus præponderat culpæ.*
37 *Turpitudinem propriam allegans non auditur.*
38 *Promotus per mendacium carere debet impetratis.*
39 *Minor qui iurauit ſe maiorem, non reſtituitur in integrum.*

40 Mari-

40 *Maritus qui fuit in dolo, perdit beneficium, ne conueniatur vltra quam facere potest.*
41 *Ordinans est in culpa, quando non inuestigauit de facultatibus ordinandi.*
42 *Dolus est non facere id, ad quod quis tenetur.*
43 *Contrahens cum alio, debet inuestigare de illius conditione.*
44 *Bannitum de banno cancellatū occidens, non excusatur.*
45 *Perdere nemo debet sine probatione.*
46 *Ordinatus renunciare non potest beneficio, quod alatur ab ordinante.*
47 *Factum proprium, si est nullum, faciens potest illud impugnare.*
48 *Clericus, qui fori priuilegio renunciauit, contrauenire potest etiam si iurauit.*
49 *Clericus non potest fori priuilegio renunciare de consensu episcopi.*
50 *Turpitudinem suam allegare potest quilibet excipiendo, vel replicando.*
51 *Ordinans non tenetur alere ordinantem, quando de alterius mandato ordinauit.*
52 *Ordinati, non exequenti actus tribuitur.*
53 *Facere videtur, qui per alium facit.*
54 *Ordinans non alit ordinātem, etiam in subsidium, quando id fecit de mandato.*
55 *Officium suum nemo debet esse damnosum.*
56 *Actum faciens alieno nomine non obligatur de proprio.*
57 *Ordinans de mandato alterius, tenetur alere ordinantem, quando mandatum non exprimit certas personas.*
58 *Mandatum generali nunquam continetur illicitum.*
59 *Ordinans tenetur alere ordinātem sibi subditum, quando alias fame periret, etiam si alius ipse non teneatur.*
60 *Episcopus potest generaliter alij episcopo committere ordinationem clericorum sibi subiectorum.*
61 *Ordinatum alit quicunque instigauit illum ordinari.*
62 *Commendatio simplex sine dolo non obligat commendantem.*
63 *Consilium tunc punitur, quando ad malum datur.*
64 *Consilium, instigatio & suasio idem sunt.*
65 *Ordinans non alit ordinantem, quando illi prouisum est de beneficio etiam alio episcopo.*
66 *Ordinatus alēdus est ex beneficio, cuius fructus ad alium pertinent.*
67 *Ordinatus alitur ab ordinante, quando habet beneficium in spe, vt quin habet literas expectatiuas.*
68 *Ordinans supplet alimenta ordinati, qui ex beneficio non tantum percipit, quod sufficiat ad alimenta.*

QVÆSTIO XXXVII.

EPISCOPVM teneri ad alimenta erga eum, quem ordinauit, vidimus supra in alio titulo. Illud tamen non est perpetuum, sed restringitur, vt locum nō ven-
1 dicet, quando aliunde is clericus † haberet, vnde viueret, *cap. episcopus, de præben.* vbi dicit, episcopum teneri in subsidium, quando clericus viuere non potest de suo patrimonio, *facit cap. tuis, eod. tit.* nam etsi in dubio patrimonium clerici non sit titulus, quo tamen ad excludendam episcopi obligatio-
2 nem videtur † ordinatus ad patrimonij titulum, *Ioan. And. in dicto cap. tuis, declarat Butr. in dicto cap. episcopus*, & intelligetur aliunde habere, quando pa-
3 trem habet diuitem, † *vt voluit Imo. in cap. episcopus, vbi Dec. num. 3. est tex. qui hoc probat in cap. primo, de magistr. ibi ne pauperibus, qui parentem opibus iuuare non possunt, subtrahatur, facit glos. in l. secunda, C. de his, qui æta. libro 10.* vbi æstimum patris, dicitur æstimum filij, *facit etiam in cap. clericos, 1. quæstio. 2. ibi, quibus propinquorum nulla suffragātur bona.* Et dixi supra quod pauper existimatur, qui patrem habet diuitem. Ideo
4 videmus, quòd † dispositio *Authen. præterea*, non habet locum in vxore, quæ licet indotata sit, habet tamen patrem, qui potest sibi subuenire, *secundum Cuman. in l. in suis, ff. de lib. & posthum. Alex. in Authen. præterea, colum. penult. vbi Iason, & alij citati à Tiraquel. in in præfatio l. si vnquam, num. 23. C. de reuocan. donatio.* Et facit etiam ratio, quia magis conuenit quod inopia filij succuratur à patre, quam ab episcopo per ea quæ ponunt Doctores & Bartolus *in l. quemadmodum, ff. de liber. agnoscen.* & non dicitur agere, qui potest patrem cogere, vt det alimenta, *l. qui potest facere, ff. de reg. iur.* & cum habeat actionem ad alimenta cōtra patrem, & seu officium iudicis, quod
5 deseruit loco actionis, † videtur habere alimenta, *l. qui actionem, ff. de regulis iuris.* Rursus tenetur epi-
6 scopus solum in subsidium, † *vt probat textus in dicto capitulo, episcopus, ibi necessaria, &c. & notant omnes ibi.* vbi autem quis tenetur in subsidium, non aliter obligatur, nisi stante summa egestate, *vt inquit text. in l. si quis à liberis. §. item rescriptum, de liber. agnoscen.* Et
7 ibi Bartolus declarat, non esse in summa † egestate eum, qui habet alium, à quo petere potest, contra tamen hanc declarationem facere videtur verba tex. *in dicto capitulo, episcopus, in fine, ibi de sua paterna hæreditate*, dum enim excipit casum, quando ordinatus potest viuere de paterna hæreditate, excludere videtur casum, ex quo potest viuere de substantia patris viuentis. Imò dum dicit sua paterna hæreditate, videtur excludere casum, in quo clericus non esset à patre institutus, quia etsi pro alimentis posset confugere ad hæredes patris, vult tamen, vel innuit textus, hoc non sufficere ad excusandum episcopum ordinantem.

Præterea, in tali qui non habet de suo, non cessat ratio, per quam episcopus cogitur ordinato subuenire de alimentis, nam ideo statutum hoc
8 fuit, ne in opprobrium clericatus † cogatur presbyter ordinatus mendicare, *vt declarat Abb. in cap. 2. in principio, de præben.* at nihilominus cogitur mendicare, dum agit contra patrem, quod alat, venter enim non recipit dilationem, qua ratione cau-
9 sa † alimentorum summaria dicitur, *secundum glos. sam, in lege tertia, §. sciendum, in versiculo, summatim, ff. ad exhibend. & dicam alibi.* ergo non debet cessare dispositio, quæ mandat alium ab ordinante, sed ego teneo opinionem Decij esse veram, quia est regulare, quod magistratus non conueniuntur,
10 nisi † in subsidium, *vt probat text. in l. prima, in principio, ff. de magistra. couuen. l. prima, ff. eodem*, vbi appellatur subsidiaria actio, ergo non potest episcopus molestari, dum ab alio petere potest ordinatus alimenta. Et non obstat text. *in dicto capitulo episcopus*, quia, quod vbi dicitur de paterna hæreditate, est per modum exempli, nam idem esset, si aliunde

posset viuere absque paterna hæreditate, puta ex donatione, vel relicto alterius. Eodem modo respondetur ad id, quod dictum est de sua paterna hæreditate, & non consideratur difficultas exigendi alimenta à patre, quando de iure debentur,
11 quia lex non curat de his, quæ † fiunt de facto, *l. fi. C. de actio. empto. Dec. in l. 2. C. de transact. Natta in consilio 543. numero 26.* Et pro hoc facit, quia etsi fortalicia dicantur difficilis recuperationis, & proinde Castren. *in l. 2. C. de edict. Diui Adrian. tollen.* dixerit
12 spoliatum † non esse ante omnia restituendum, quando causa proprietatis non esset salua: puta, quia fortalitia extent, quæ non ita de facili capi possunt, *Butr. in cap. ex parte, de restitu. spoliat. Alexan. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquiren possess. Iacobin. de Sancto Georgio, in l. si de vi, ff. de iudi.* tamen ea difficultas recuperationis non attenditur quando
13 litigantes ei subsunt † principi, qui potest illos coercere, & contra eos exequi suam sententiam, *vt per Guliel. Cuc. Ang. & Castren. in l. secunda, ff. qui satisda. cogan. Claud. Seisell. in l. naturaliter, §. nihil commune. columna tertia, Iacobin. in l. si de vi, ff. de iudic. Rolandus in consilio 1. numero 77. volumine 1.* non ergo respicimus, quod necesse habeat filius petendo alimenta à patre agere in iudicio, quia credit lex facilè eum cõsequuturum id, quod pater vel inuitus cogitur præstare. Stat ergo vera conclusio, quòd non sit ab episcopo ordinante alendus, qui à patre potest exigere alimenta.

Declaratur etiam, vt non teneatur episcopus, quando ordinatus habet multa bona, ex quibus possit viuere, licet ad eum spectent ratione solius proprietatis, & alius habeat vsumfructum, quia
14 non potest dici egenus, vel pauper, quia † habet proprietatem, *vt probatur in l. sciendum, §. item qui solam, ff. qui satisda. cogan.* vbi dicitur idoneus fideiussor, etiam si solam habeat proprietatem † quam
15 vsusfructus, *§. si te solum, vbi not. Ang. in Authen. de nupt.* & proprietarius potest illam vendere inuito vsu-
16 fructuario, † *l. 2. C. de vsufruct. l. Pomponius, in principio, ff. quib. mod. vsufruct. amitta.* & tenetur proprietarius vendere, vt se alat. Pro quo facit, vt voluit glos. *in l.*
17 *ob as alienũ, C. de præd. minor.* vbi minoris bona † venduntur, vt ex eis alatur, *l. 1. & 2. C. de patr. qui fil. distr. & eam glos. sequitur Alber. in l. ob as,* & non solum pro alendo domino venditur proprietas, sed etiam
18 pro illius alimentis † qui aliquo casu futurus est dominus, *vt in l. 1. §. si mulier, ff. de ventr. in possess. mitten.* Per quem text. dixit Imola, *in l. Imperator, ff. ad Trebellia. vbi eum sequitur Alexan. num. 5.* quod tunc proprietas venditur, quando is est alendus, qui futurus est dominus, *sequitur Cordub. in l. si quis à liberis, §. sed si filius, num. 18. & sequen. ff. de liber. agnoscen.* & facit, quia etiam bona, quæ non sunt perpetuo in nostro dominio possunt alienari ex causa famis, vt
19 videmus in rebus subiectis † fideicommisso, *Auth. contra rogatus, in fi. C. ad Trebellian. Iacob. de Aretin. Cyn. Bart. Bal. Castren. & Ioan. Fab. in Authen. res quæ, C. commu. de leg. vbi Ang. num. 6. Fulgos. num. 7. Corn. colum. fina. Ias. num. 31. & Curt. iun. num 30. & communem dicit Alex. in l. mulier, §. cum proponeretur, colum. 2. ver. item notabiliter limita, ff. ad Trebellia. idem Alexan. & Socin. num. 2. in l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebellian.* Quod si aliena quodammodo bona alienantur pro alimenta possessoris, quanto magis tenetur filius proprietatem vẽdere quam habet antequam ordinatorem compellat ad præstandum alimenta. Præterea vendendo proprietatem euitatur ratio opprobrij ordinis clericalis, non enim curamus, vnde alimenta sumat, sed sat, quod non eget, nec mendicare cogitur, & sanè, vt pro alieno facto molestetur, excuti primum debet principalis debitor, vt videmus in
20 † fideiussore, *Auth. præsente, C. de fideiussor.* Idem est in muliere, quæ non potest inquietare tertios possessores bonorum mariti, nisi excussis primũ mari-
21 ti † bonis, *Bart. & Doctores in d. l. si constante, ff. soluto matrimonio, glos. in l. vbi adhuc, vbi Cyn. quæstio. 11. & Bal. C. de iure dot. Bal. Nouel. in tract. dot. in octauo par. quæstio. pen. Campeg. in eodem tract. quæst. 46. Crauet. in cons. 263. colum. 3.* Et est regulare quod exequutio non fit con-
22 tra tertium nisi excusso † principali, *Doctores præcipuè Bart. in l. creditores, C. de pign.* Idem est in conue-
23 niendo magistratu, quia excussio requiritur, † *l. 1. §. prius enim arbitror, ff. de magistr. conuenien.* & in excussione venit ipsa quoque proprietas, cum nullibi reperiatur excepta, nõ enim minus dicitur meum
24 † id, in quo solam habeo proprietatem, quam id, in quo plenum ius habeo. *vt Institu. de hæred. instituen. §. 1. & l. 1. §. 1. & 2. ff. ad Syllan.* & proprietas etiam venit
25 in confiscatione † bonorum, *vt est tex. in l. si postulauerit, §. iubet, ff. de adulter. & ibi notant Bart. Ang. Albe. & Doctores.* Et impium esset, quod episcopus teneatur illum alere, qui potest ex rerum suarum venditione sibi victum prouidere.

Contrariæ tamen sententiæ fuit Decius, *in cap. episcopus, num. 12. de præben.* vbi tenet, quod imò episcopus alere teneatur eum, qui multorum bonorum nudã proprietatem habet. Allegat tex. quem dicit singularem, *in l. fi. §. ipsum autem, C. de bon quæ liber.* vbi Bal. *in principio*, dicit notatu dignum, quod pater tenetur alere filium non ratione vsusfru-
26 ctus, sed ratione naturæ, nec imponitur † filio necessitas vendendi suam proprietatem nudam, vt ex pretio se alat. Et inquit Decius, loco prædicto, quòd idem esset, si vsusfructus esset apud alium, qui non sit pater. Et subdit consuluisse, quod mulier, quæ quoad proprietatem multa habeat immobilia, non desinit esse pauper, & potest petere
27 † quartam ex dispositione *Authen præterea, C, vnde vir & vxor.* Et pro hac sententia facit, quia etiam volens proprietarius non potest alienare proprietatem, *l. fi. §. filius autem, C. de bon quæ liber.* Et videmus, quod si filiusfamilias committat delictum, non
28 cõfiscantur ei † bona aduẽtitia, *secundum Bart. in l. si finita, §. si de vectigalibus, num. 12. ff. damn. infect. vbi Castr. colum. fina. Imo. num. 6. Alexan. num. 44. idem Bart. in l. si quis in tantam, num. 11. C. vnde vi, Bal. Salic. & Ias. quos citat & sequitur Anto. Gomez de contract. cap. 15. num. 13. & seq. Curt. sen. Capel. Tholos. Ruin. Paris & alij, quos refert communem dicens Clar. in pract. crimin. quæst. 26. num. 12.* facit etiam, quia vidua non sit intra annum luctus alenda ab hæredibus, si ipsa habeat de proprio, ta-
29 mẽ ad cognoscẽdum, an se possit alere † inspicitur redditus suorum bonorum, non autem attenditur

proprie-

proprietas, *secundum Baldum in conf. 30. volum. 2. Cra-*
uet. in conf. 199. num. 6. Plot. de in litem iuran. §. 11. num. 23.
Hæc opinio mihi placere non potest, sed multum
stringit pro ea text. *in dicta l. fina. §. ipsum autem.* Sed
responderi potest, quod ideo ibi grauatur pater
30 onere † alendi filium habentem bona quoad pro-
prietatem, quia in patre concurrit naturale vin-
culum, at æquitas, secundum quam non videtur
iustum, quod gaudet redditu bonorum filij, & co-
gatur filius proprietatem vendere, vt se alat, sed
fortè aliud est in quocunque alio vsufructuario,
in quo non cadit ratio affectionis naturalis & cha-
ritatis. Et quamuis textus dicat patrem teneri, non
propter hereditates, sed propter naturam ipsam &
leges, tamen hoc intelligi debet, vt principaliter
non obligetur propter hæreditates, sed benè in
consequentiam obligetur: vbi ergo quis habens
nudam proprietatem, peteret alimenta ab alio,
quam ab eo, qui eorundem honorum habet v-
sumfructum submoueretur exceptione, quod
possit seipsum alere, quiquid Decius loco prædi-
cto affirmet. In patre enim concurrunt ratio san-
guinis, item quod pater vsumfructum percipit ex
bonis filij, imo videtur quod prædicta ratione a-
liud foret dicendum, si filius haberet nudam pro-
prietatem in bonis possessis, ab alio quàm à patre,
quia si peteret alimenta à patre, repelleretur, tam-
quam possit viuere vendendo proprietatem. Hoc
tamen non pono pro constanti, cum facilius gra-
uetur pater alēdi onere, quam quiuis alius, & cum
talis habens proprietatem possit eam vendere, &
viuere de pretio. Cessat in ea ratio mendicitatis in
opprobrium benè transacti matrimonij, & con-
sequenter non erit locus *Auth præterea, C. vnde vir &*
vxor. Nec mouet quod proprietarius volens, non
possit proprietatem alienare, *d. l. fina. §. filius autem,*
quia loquitur ille tex. in filio propter patris præiu-
dicium: at vbi non agitur de præiudicio patris, li-
31 cet cuicunque † proprietario ius suum vendere,
d. l. 2. C. de vsufruct. l. Pomponius, in princ. ff. quib. mod. vsus-
fruct. amitta. sicuti vsufructuario licet commodita-
tem vsusfructus vendere, vel inuito proprietario,
Et hanc distinctionem inter filium & extraneum
proprietarium, ponit Gomez *d. cap. vltim. num. 15.*
32 vbi infert, quòd proprietas † confiscatur, quando
alius quam pater habet vsumfructum, *vt probatur in*
d. l. si postulauerit, §. inter. Quod autem dictum est de
alenda vidua, quæ habet bona, ex quorum reddi-
tu percipere non potest alimenta, patitur non le-
uem difficultatem, *vt dixi hoc eodem titu. tractando de*
alenda intra annum luctus. Et quamuis circa prædicta
non inueniam quenquam differentem, volui ta-
men meum qualecunque interponere iudicium,
vt interim excitata difficultate laborent perspica-
tiores pro habenda veritate.

Tertiò, non tenetur ordinans subministrare a-
33 limenta, quando ordinatus illum decepisset † asse-
rendo se esse diuitem, *ita concludit Dec. in d. cap. episco-*
34 *pus, num. 13. de præben.* dolus enim † nemini debet pa-
trocinari, *l. ne ex dolo, ff. de dolo, Tiraquel. de retract. con-*
sang. §. 1. glos. 9. num. 67. Eandem opinionem, quod
episcopus non teneatur, probauit Butr. *in cap. 2. cir-*
ca fi. de præben. & ibi sequitur Dec. num. 7. colum. 3. ver. in
glos. fina. quia in ordinante cessat culpa, ex quo cre-
35 didit † ordinato, *secundum glos. in l. Titio fundus, ff. de*
cond & demonstr. & in cap. inquisitioni, de senten. excom-
munica. & licèt possit esse in sua culpa, tamen ordi-
36 natus propter mendacium, dicitur in dolo, † qui
culpæ præponderat, *l. item si obstetrix, ff. ad leg. Aquil.*
& quidquid sit, si ordinatus petat alimenta, & epi-
scopus excipiat de illius falsa assertione, non po-
test replicare, quod fuerit nimis credulus, quia al-
37 legaret † suam turpitudinem, *l. 1. §. 1. vbi Doctores, ff.*
de eo, per quem fact. erit, l. 1. vbi gl. in ver. actum est, ff. quan-
do actio, de pecul. est annal. Præterea promotus per
38 † mendacium, carere debet impetratis, *capit. super*
literis, de rescript. & licet ordo non vitietur, tamen
non debet consequi beneficium alimentorum,
quod aliis indulgetur, demum episcopus tenetur
propter culpam, at cessat culpa, quando fuit dece-
ptus, ergo cessare debet dispositio, *l. adigere, §. quam-*
uis, ff. de iure patron. facit in simili, quia minor, qui
39 fuit in dolo, & † iurauit se maiorem, excluditur à
restitutione in integrum, *l. si alterius, C. si minor se ma-*
iorem dixer. Roman. num. 12. num. 5. Gramma. decis. 5. nu-
me. 5. Caph. in conf. 124. num. 15. Rota Bonon. decis. 47. per
totam, facit etiam, quod de socero & marito, qui
40 fuit in dolo † vel culpa, ponit Bartolus *in l. non tan-*
tum, ff. de re iud. hi enim non gaudent beneficio ne
conueniantur, vltra quam facere possint, *sequitur*
Iason ibi, in fi. Alexan. in l. maritum, num. 1. ver. nono fal-
lit, ff. soluto matrim. Aretin. num. 4. ver. tertio fallit, Iason
num. 9. Io. Lup. in rep. cap. per vestras, in tertio notab. §. 24.
nu. 7. de donat. inter vir. & vxor. Campeg. in tract. dot. par. 3.
q. 250. & q. 262. & duab. seqq.

Sed hæc opinio non est vera, quinimo quamuis
promouendus per mendacium dixerit episcopo
se diuitem, si tamen non haberet aliunde, tenetur
episcopus illum alere, *vt voluit Ioan. de Imo. in d. cap. 2.*
vbi etiam Abb. de præben. nam iura considerant cul-
pam ordinantis, qui non debuit contra canones
ordinare eum, qui non haberet conueniens patri-
monium, *vt probatur in cap. 2. distinctio. 70. ibi ob iniu-*
riam illius, qui ordinauit. cap. cum secundum. de præben. in
sexto. cap. si episcopus, eodem titu. in sexto. at semper or-
41 dinans † dicitur in culpa quando non inuestigauit
diligenter de illius facultatibus, *argumento capituli,*
innotuit, de electio. ita dicit Abb. in dicto capitulo 2. in fine,
42 & dicitur in culpa, imo in dolo, qui † non facit id,
ad quod tenebatur, *l. si procuratorem, §. dolo, & l. dolus,*
ff. mand. Cravet. in conf. 143. num. 2. in fi. & ordinans vi-
detur nomine ecclesiæ quasi contrahere cum or-
43 dinato, ergo non debet illius conditionem † igno-
rare, *l. qui cum alio, ff. de reg. iur.* & debet se informare
de illius conditione. Et per hanc rationem dicitur
in culpa, & punitur extra ordinem, qui occidit
bannitum cancellatum de banno, etiam si igno-
44 rauit cancellationem, † quia debuit inuestigare
diligenter, *vt apud Nellum de bannit. in 1. par. 3. tempor.*
quæstione secunda, qui dicit ita omnes tenere, *sequitur*
45 *Clar. pract, crimin. §. homicidium, §. 62.* at † nemo de-
bet credere cuiquam, nisi is probet per testes vel
instrumenta, ideo non excusatur, quia crediderit
ordinato, *lege, nomen, C. quæ res pigno. oblig. poss. lege, si*

quis inficiatus, vbi Bartolus. ff. de depoſit. l. qui in alterius, vbi Bart. de regu. iur. Et faciunt, quæ ponit Socinus *in l. quod te, num. 50. vbi Iaſon, num. 35. Butrig. num. 7. & ſequitur Parpal. num. 26. ff. ſi certum petat.* vbi, quod non ſufficit denuntiare, vel ſimpliciter notificare rem alicui, niſi ei oſtendatur inſtrumentum, quia iuſta eſt cauſa, non credendi ſimplici verbo. Et ſi hoc eſt verum in quocunque priuato, procedit multo magis in eo, qui ratione officij tenetur inueſtigare, quia contra eum ſemper præſumitur culpa. Et quod dicitur dolum non debere patrocinari, procederet niſi ageretur de eo, quod concernit commodum publicum, nam hoc quod nemo ordinetur, qui non habeat condecens patrimonium inductum fuit publico fauore religionis, ne clericus mendicare cogatur, in opprobrium ordinis clericalis, *vt per ea quæ probantur in cap. ſi diligenti, de foro*
46 *competen.* Et huic fauori volens, † ordinatus non poteſt renunciare, *gloſ. in cap. ſi epiſcopus, in ver. ad præmiſſa, de præben. in ſexto, Abb. in cap. cum ſecundum, in fine, eodem titulo.* Sicuti ergo ordinatus non poteſt expreſsè renunciare patrimonio, ita nec tacitè aſſerendo ſe diuitem, & non eſt verum, quòd in ordinante ceſſat culpa, quia imò augetur, quod non voluerit inueſtigare. Et non obſtat, quod nō poſſit allegare ſuam turpitudinem, dicendo epiſcopum nimis credulum, quia vbi factum eſt ipſo iure
47 nullum ratione † publicæ vtilitatis, tunc poteſt quis venire contra factum proprium, *l. iubemus, §. ſanè, C. de ſacroſan. eccleſ. l. quemadmodum, vbi Bart. num. 1. C. de agricol. & cenſ. num. 11. multos alios allegaui, in conſ. 28.*
48 *num. 97.* Idcò videmus, quòd clericus † qui renunciauit priuilegio fori poteſt contrauenire etiam, ſi iurauerit, *d. cap. diligenti, de foro compet.* & ſi interue-
49 nerit epiſcopi conſenſus, † *gloſ. in cap. ſignificaſti, vbi Abb. colum. fina. eodem titu. Alexan. conſ. 8. colum. 1. volum. 1. Albe. in tract. ſtatuto, in tertia par. num. 42. Iacob. in l. pen. num. 9. C. de pact. in 1. 1. in princ. num. 13. ff. de iudic. Rolan. in conſ. 4. num. 16. volum. 1. Clar. de feud. quæſtio. 90. num. 10.* &
50 excipiendo, vel replicando poteſt quis † allegare turpitudinem ſuam, *ſecundum Ioan. And. ad Specu. in titu. de donatio. §. 1. ver. item pone aliquis, Bart. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione, §. procurator, colum. vlt. ff. de iureiur. Bal. in l. poſt mortem, in princ. ff. de adopt. Tiraquel. de retract. conſang. §. 1. gl. 18. num. 24.* præcipuè quādo turpitudo eſt detecta, & quæ dicuntur de minore, de ſocero, & de marito, aliam habēt rationem, quandoquidem agitur in eis principaliter de priuata vtilitate, at in clerico verſatur publica vtilitas, & religionis intereſſe.

Quartò excuſatur ordinans, quando de mandato & commiſſione alterius epiſcopi ordinauit,
51 tunc enim onus ſic alendi pertinet † ad mandantem non ad epiſcopum exequentem, *vt probat text. in cap. ſi epiſcopus, de præben. in ſexto.* & ratio eſt, quia mandans videtur ordinaſſe, ex quo actus tribuitur
52 † mandanti non exequenti, *l. item eorum, §. ſi decuriones, ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom. cap. cum aliquibus, de reſcript. in ſexto, Tiraquel. de legib. connub. gloſ. 8. num. 184. & 194. Cranet. in conſ. 144. num. 2.* & qui per alium facit
53 † ipſe facere videtur, *cap. qui per alium, de reg. iur. in 6. ita dicit gloſ. in d. cap. ſi epiſcopus, in ver. miniſtrare,* quæ aliam quoque allegat rationem, quia ſcilicet ſibi debet mandans imputare, qui talem elegit epiſcopum. Et procedit, etiam ſi mādans non ſit ſoluen-
54 do, quia ordinans non etiam † tenetur in ſubſidiū, *vt concludunt Archid. & Io. And. in d. c. ſi epiſcopus, quos ſequitur Franch. colum. 1. in fi. ver. in eadem gl. in ſi.* officium
55 enim ſuum nemini † debet eſſe damnoſum, *l. ſed ſi ſi quis ex ſignatoribus ff. quemad. teſtam. aper. l. inter officium, ff. de rei vend. l. poſt legatum, §. aduentum, ff. de his, quib. vt indign. l. videlicet, ff. ex quib. cauſ. maio. l. ſi ſeruus, §. quod ve-*
56 *rò. ff. de fur.* & qui actum facit alieno † nomine, non obligatur de proprio, *Bar. & alij in l. procurator qui pro euictione, ff. de procurat. in l. alio hærede, num. 25. ff. de alim. & cibar. lega. dixi conſ. 19. num. 11.*

Id tamen intelligitur, quando mandans expreſſit nomina perſonarum, quibus ordines erāt conferendi, at ſi ſub incerto nomine facta ſit commiſſio, tunc mandans non tenetur, ſed ordinans, quia culpa ſibi imputari poteſt quod non inueſtigaue-
57 rit † de patrimonio ordinandi, *ita expreſsè diſponit text. in d. cap. ſi epiſcopus,* & ratio eſt, quia in mandato
58 generali nunquam continetur † illicitum, *ſi probator, ff. de cond. indeb. gloſ. Io. And. & Franch. in d. cap. ſi epiſcopus, in ver. miniſtrare.*

Sed hoc caſu, licet epiſcopus mandans non teneatur ex eo, quod ordinari promiſerit clericum ſine patrimonio, tamen quia dicitur pater pauperum, & non debet permittere quod clericus ſibi
59 ſubditus fame laboret, † cogi poterit officio iudicis illi ſubuenire, *ſecundum Io. de Liga. & Geminian. in d. c. ſi epiſcopus, vbi etiam Franch. colum. ſi.*

Sciendum eſt autem pro præmiſſorum declaratione, quòd vnus epiſcopus poteſt nedū nomina-
60 tim, ſed etiam generaliter committere † epiſcopo alterius diœceſis ordinationes clericorū ſibi ſubiectorum. Probat text. *in d. c. ſi epiſcopus, vbi Archid. Io. And. & Franch. in princ. ad idem eſt tex. in c. nullam, 9. quæſtio. 2.* inducendo à ſenſu contrario.

Item aduertendum, quòd quę dicta ſunt de epiſcopo mandante aliquem ordinari, procedunt et-
61 iam in quocunque priuato † inſtigante ordinationem, *vt vult Bertran. in conſ. 151. num. 2. volum. 2.* Sed vt verum fatear, videtur mihi Bertrandum loqui, quando inſtigator ſe obligauit ad alimenta ordinati, quo caſu dicitur habere patrimonium, cum habet aliquem obligatum ad alimenta, nec per vnius inſtigationem excuſatur epiſcopus à culpa, propter quam tenetur de proprio, & pro mea opi-
62 nione facit, quia ſimplex commendatio † ſine dolo non obliget commendantem, *l. ſi vero, §. cum quidam, ff. de manda. l. quod venditor, ff. de dolo,* vbi, quoad inducendum obligationem quiſquis commendando profert aliquid, habendum, ac ſi neque dictum neque promiſſum fuerit. Ad idem eſt textus *in l. Iulianus, §. ſi venditor, ff. de actio emp. l. ea quæ, ff. de contrah. emp. l. quod ſi cum ſcires, ff. de dolo, Bal. in l. cum oſtendimus, §. ſi prope finem, ff. de fideiuſſor. Fulgoſ. Caſtren. Alexan. & Iaſ. in l. ſi vero, §. 1. ff. qui ſatiſda. cogan. Dec. in l. pactum quod dotali, num. 10. C. de pact. Bero in conſ. 193. numero 55. vol. 1.* Et dicit Alciat. *parerg. lib. 2. cap. 12.* quod ea quę commendandi cauſa proferuntur, nullam inducunt obligationem, *Cæphal. in conſilio 437. num. 38.*

Cum

Cum ergo in instigante vel promouente non sit dolus, non potest dici, quod ipse teneatur præstare alimenta, & consilij non fraudulenti nulla est obligatio, *l. consilij. ff. de reg. iu.* & tunc solum punitur
63 consilium, quando †est ad malum, *Bal. in l. colum. 4. ver. nota quod consilium, C. de seru. fugit. Alexan. in cons. 128.*
64 *volum. 4. Dec. in d. l. consilij, num. 12.* & idem † sunt consilium instigatio & suasio, *vt per Bart. in d. l. non solum, §. si mandato, num. 2. in fi. ff. de iniur. Boßius in tit. de mand. ad homicid. num. 61. Carrer. in pract. crimin. §. homicidium, num. 130. & num. 138. & num. 179.* Sed quid mali facit, qui alicui suadet vt sacros ordines suscipiat?

Quinto liberatur ordinans ab ea obligatione, quando fuit prouisum clerico de beneficio etiam
65 si id factum sit ab † alio episcopo, *vt est tex. in d. cap. si episcopus, vbi hoc not. Franch. de præb. in 6. ibi vel per alium, ad idem est text. in cap. si pauper, eod. tit.* Et sufficeret, si haberet beneficium, cuius fructus ad alium perti-
66 nerent, quia nihilominus † ex fructibus illius beneficij est alendus, *vt probatur in cap. præsenti. §. porrò, de offic. ordin. in. 6. Ioan. And. in d. cap. si episcopus, colum. 2. in princ. & ibi Franch. col. 1. post med. ver. in gl. ver. taliter,* qui dicunt aliud esse, quando ordinatus haberet beneficium in spe, vt quia haberet literas expectati-
67 uas † in forma pauperis, etiam si iam esset ab exequutore approbatus, quia tunc ordinans non excusatur, quod si fortè prouisio non sufficiat ad in-
68 tegra alimenta episcopus ordinans † tenetur supplere, *vt post glos. & Imo. tenet Franch. in c. si episcopus, colum. 1. circa med. de præben. in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Filius ingratus non alitur à patre.*
2 *Patronus ingratus perdit ius patronatus.*
3 *Filius ingratus perdit ius filiationis.*
4 *Vicarius ecclesiæ non priuatur alimentis vel congrua portione propter ingratitudinem.*
5 *Beneficium ecclesiasticum alicui collatum, non perditur propter ingratitudinem.*
6 *Prælati delictum non nocet ecclesiæ.*
7 *Ecclesiæ nomine multa peti possunt, quæ non possunt proprio nomine.*
8 *Prælatus potest ecclesiæ nomine impugnare ea, quæ ipsemet fecit cum iuramento.*
9 *Ingratitudo priuat ingratum iure, sibi concesso gratis, non quod sibi debetur.*

QVÆSTIO XXXVIII.

VICARIVS ecclesiæ, si sit ingratus monasterio, non habebit alimenta, quæ vulgo appellatur congrua portio, exemplo fi-
1 lij ingrati, † qui non est alendus à patre, *l. si quis à liberis, §. idem iudex, vbi glos. in ver. detulerat, ff. de liber. agnoscen.* eodem modo patronus ingratus per-
2 dit ius patronatus, †*vt per Paul. de Citadin. in tract. de iure patron. in 6. par. in 4. articu. princ. num. 164. & dixi paulo*
3 *suprà,* imò filius ingratus perdit ius filiationis, *& ita tenet Cordub. in d. §. idem iudex, num. 57.* Et posset confirmari hæc opinio multis rationibus, quas passim ponũt Doctores loquẽdo de ingratitudine. Contra tamen, quod non priuetur propter ingratitu-
4 dinem tenuit † Rebuff. *in tract. de congr. portio. nu. 109.* quia beneficium ecclesiasticum alicui collatum
5 non perditur † propter ingratitudinem, *Ioan. And. Card. Abb. & Imo. in cap. fi. de postulan. Ripa in l. fi. quæst. 48. C. de reuocan. donat.* item vicarius petit nomine ecclesiæ congruam portionem ab ecclesia, non po-
6 test esse ingratus, & delictum prælati † non nocet ecclesiæ, *cap. delictum personæ, de reg. iur. in 6. Abb. in c. verum, de condi. appos. it. Ripa, dicta l. fina. num. 52.* Et potest quis nomine ecclesiæ petere, quod non potest
7 suo † nomine, *l. quæsitum, ff. de in ius vocan.* Imò Prælatus potest nomine ecclesiæ contrauenire contra-
8 ctui, quem ipsemet fecit cum † iuramento, *glos. in c. si quis presbyterorum. ff. de reb. eccles. non alien. Abb. in cap. 1. de iureiuran. Bero. in cons. 88. num. 11. vol. 2.* Videtur enim diuersa persona ab illa, quæ cõtraxit. Demum mouetur, quia congrua portio debetur in recompensationẽ seruitij, quod impendit Ecclesię, qui enim seruit altari, debet viuere de altare, *c. cum secundum,*
9 *de præben.* & ingratitudo priuat † ingratum non eo iure, quod sibi debetur, sed eo, quod gratis fuit cõcessum. Et hæc opinio est verior, quia magis fauet ecclesiæ, quæ alias deseretur à vicario, si congruam portionem non posset exigere.

SVMMARIVM.

1 *Deportatus est intestabilis.*
2 *Deportatus non potest institui, nec capere iure legati.*
3 *Deportatus habetur pro mortuo.*
4 *Deportatus non potest agere.*
5 *Damnato in metalla debentur alimenta.*
6 *Carceratus agit actione iniuriarum, quando alimenta necessaria denegantur.*
7 *Consequens. qui vult, censetur etiam velle omne antecedens necessarium.*
8 *Deportatus fictè, non verè dicitur mortuus.*
9 *Deportatus potest agere.*
10 *Paria sunt non habere, vel habere, inutilem.*

QVÆSTIO XXXIX.

DEPORTATVS non videtur, quod debeantur alimenta, quantumuis relicta, quia nullam habent testamenti factionem, non quidem actiuam, quia intestabiles
1 † sunt, *l. eius qui, §. 1. ff. de testam.* non etiam passiuam,
2 quia neque institui, neque iure legati † aliquid accipere possunt, *l. 1. C. de hæred. instituen.* & habentur
3 pro † mortuis, *l. 1. §. penult. ff. de bono. possess. contra tabu. l. si necem, §. si deportatus, ff. de bon. liberto.* item deportatus perdit omnia quæ sunt iuris ciuilis, ergo non
4 potest † agere, *l. quidam, ff. de pœnis,* veritas tamen est in contrarium quia non solum deportato debentur alimẽta, sed etiam ei, qui damnatus † est in me-
5 talla, *l. legatum, ff de capit. dimin. & l. 3. ff. de his, quæ pro non scrip. habent.* Probatur etiam *in l. si iustum, ff. de re*
6 *iudic.* vbi carcerato † cui denegantur alimenta, necessaria datur actio iniuriarum. Et ibi omnes Doctores ponunt. Et non obstat, quod deportatus non sit capax relicti, quia hoc fallit in legato alimentorum, *vt in d. l. legatum.* Et ratio est, quia si ea vita dimittitur, debet etiã permitti id, sine quo viuere non potest, qui enim vult consequens, † cen-
7 setur etiam velle omne necessarium antecedens,

l. ad rem mobilem, & l. legatum, ff. de procur. l. illud, ff. de acquir. hæred. l. 2. §. inspectio, ff. quemadm. testam. aperian. l. legatis, ff. de alimen. & cibar. lega. l. 1. §. 1. ff. si vsusfruct. pet. §. idem iuris, Instit. ex quib. caus. manumis. non licet. Et licèt deportatus habetur pro mortuo, tamen hoc est quoad iuris fictionem, quia secundum veritatem
8 stat, viuit, ambulat † & alia omnia facit quæ cæteri omnes, *vt dixi in cons. 90.* Et non obstat, quod non possit agere, ex quo perdit, quæ sunt iuris ciuilis, quia & si actio sit de iure ciuili, descendit tamen ex
9 contractu, qui est iuris gentium, & competit † deportato, *l. si tibi mandauero, §. is cuius, ff. manda. declarat Bart. in d. l. si victum, ver. tu dic secure. vbi idem dicit in damnato ad metalla*, quia is retinet iura naturalia, nec non iura ciuilia, quæ sunt iuris naturalis exequutiua, vt sunt alimenta, *dicta l. 3. & dicta l. legatum.* Et quod dicitur deportatum amittere ea, quę sunt iuris ciuilis restringitur, vt non procedat, quoad quę veniant in consequentiam iuris gentium, vel iuris naturalis, *vt declarat Imola, in dicta l. si victum.* Pro quo facit ratio, quia nihil prodesset deportato, quod sibi relinquatur quod ex iure gentium descendit, vel damnato in metalla dimittatur, quod prouenit à iure naturali, si pro eo non possit agere. Paria
10 enim sunt nõ habere † vel habere inutilẽ, *l. 1. §. quibus, ff. quod cuiusque vniuersit. nom. gl. in l. fi. C. ad leg. Flau. de plagiar. Iaſ. in l. quoties, ff. qui satisda. cogan.* Et faciunt ad quæstionem, quam tractaui supra, *an seruus teneatur alere dominum, quando habet solum, quantum pro suo victu sufficiat*: Nam quantumuis seruus sit, retinet, quæ sunt iuris naturalis primæui, id est, vitam, etsi ei vita dimittitur, non debent denegari alimenta, sine quibus non potest viuere, *l. necare, ff. de libe. agnosc. en. vel alend.*

SVMMARIVM.

1 *Alimenta sibi quis potest subtrahere, vt pereunti personæ magnæ subueniat, per quam respubiica sustentatur.*

QVÆSTIO XL.

SIBIIPSI prouidere tam naturale est vt omnia animalia solo naturæ instinctu edocta id præceptum inuiolabiliter seruent. Vnus tamen est casus, in quo potest quis laudabiliter seipsum perdere, vt alimen-
1 tis alium iuuet, quando scilicet subtrahit † sibiipsi, vt det alicui personæ magnę, per quam ecclesiæ vel respublica sustentatur. Hoc est diui Thomæ & Petri de Pallude, conclus. quam probat Præpos. *in cap. non satis, distinct. 86. num. 12.* Ratio est, quia commune bonum est proprio præferendum, & ponunt exemplum in ea vidua, quæ Heliam præposuit saluti propriæ, & filij. Id ego intelligo, quando salus patriæ, vel ecclesiæ, penderet à vita illius, alias durum est, quod possit quis seipsum necare, vt subueniat alterius saluti. Vbi verò vita illius esset salus patriæ, vel ecclesiæ, non esset dubium, quia in pari necessitate debet quis potius subuenire patriæ, quam sibiipsi vel patri vel filio, cum non minus nascamur patriæ, quam nobis, vel parentibus, *secundum ea quæ sæpè diximus in præcedentibus quæstionib.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor, qui malè administrat, vel non fecit inuentarium, non consequitur salarium conuentum.*
2 *Lucrum facere nemo debet ex suo dolo vel culpa.*
3 *Procurator, qui fines excessit mandati, non repetit expensas.*
4 *Contractus vltro citroq; obligatorius, non producit actionem, nisi sequuto implemento.*
5 *Salario priuatur iudex negligens, vel qui male procedit.*
6 *Salarium denegandum est officiali, qui propter culpam fuit remotus.*
7 *Officiali sua culpa remoto ab officio debetur salarium pro tempore, quo seruiuit.*
8 *Labor & tempus recipiunt diuisionem.*
9 *Tutor dicitur in dolo, si administrat ante factum inuentarium.*
10 *L. iudices. C. de anno. & tribut. lib. 10. procedit singulari ratione.*

QVÆSTIO XLI.

ALIQVANDO iudex salarium constituit tutori, vel quia inops sit, & non possit vacare muneri, vel ex aliis causis, puta etiam in remunerationem laborum, imò quando non habet aliunde consequitur alimenta in bonis pupilli, *vt suo loco visum est suprà*, quòd si fortè male administrat, vel non fecit inuentarium, vel aliter peccat in administratione, non debet ha-
1 bere † alimenta nec salarium, *vt probat Corne. in cons. 62. colum fi. volum. 4. Caualca. in tract. de tutor. num. 310.*
2 Et ratio est, quia nemo debet ex suo dolo, † vel fraude lucrum facere, *l. ne ex dolo, ff. de dolo, Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glos. 9. num. 67.*

Idẽ est in procuratore, qui si fines excedit man-
3 dati non reperit † expensas, quas fecit, *vt probatur in §. is, qui exequitur, Instit. mand. per quem ita dixit Guido Pap. quæst. 68. num. 5. ibi nisi excesserit.* Et facit, quia salarium & alimenta dantur pro administratione, at qui male administrat, perinde est, ac si non administraret, imò videtur magis peccare, qui malè ministrat, quam qui negligit, sicuti maius est peccatum in committendo, quàm in omittendo, ergo ei non debetur salarium, vel etiam alimenta, sicuti non deberetur si non administrasset. Contractus enim vltro citroque obligatorius actionem non
4 producit, nisi implemento † sequuto, *l. Iulianus, §. offerri, vbi Bart. & Salic. ff. de actio. empt. Bal. in l pacta conuenta, in princ. ff. de pact. D. Becius in cons. 45. num. 6.* & magis ad propositum facit tex. *in l. iudices. C. de annon. &*
5 *tribu. lib. 10.* vbi iudex negligens, † vel qui male gessit, priuatur salario etiam anteacti temporis. Et idem
6 dicit de officiali remoto ab officio † propter culpam, *Bal. in l. Nesennius ff. de excus. tuto.* Sed in contrarium facit doctrina Bar. *in l. diem functo ff. de offic. assess.*
7 vbi dicit, quòd præsidi sua culpa † remoto ab officio debetur salariũ pro tempore quo seruiuit, quia
8 labor & tempus † recipiunt diuisionem, *l. Seio, in princ. ff. de annu. lega.* & sicuti pro ea parte temporis, qua seruiuit attulit vtilitatem, ita debet pro parte recipere salarium. *idem voluit Bar. in l. Mæuia. ff. de annu. leg. sequuntur Alex. Iaſ. & alij in d. l. diem functo, vbi latè Iac. Niger, num. 53.* Propterea resolutio nostræ quæstionis,

stionis dependet ab ea, an tutor fecerit inuentarium, & alia solemnia, quia tunc licet dicatur malè administrasse in reliquis, habebit tamen salarium, at si non fecit solennia, dicitur semper malè administrasse, quia tutor ante factum inuentarium ad-
9 ministrās, dicitur in dolo, † & facit actus nullos, *vt per Bart. in d. l. legitimos in princ. num. 7. ff. de legiti. tuto. Aret. in §. actionum, num. 33. nisi. de actio. cum alijs apud Caualca in tit. de tut. & cura. num. 23. num. 57. & 59.* Cum ita tutor male gerit, non consequitur pro eo tempore salarium, at secus quando gerit pro parte temporis bene, & pro parte male, quia consequitur salarium pro ea parte, pro qua bene gessit. Et quod dicitur de salario, procedit etiā in alimētis, quan-
10 do ea debentur tutori, & *d. l. iudices*, † procedit singulari ratione, *vt ponit ibi Io. de Plat. qui latè agit.* Ideo non extenditur ad alios casus dissimiles.

SVMMARIVM.

1 *Filio negantur alimenta ex omnibus causis, ex quibus potest exhæredari.*
2 *Filio lite pendente super filiatione negantur alimenta, si habet aliunde.*
3 *Pater alit filium pro parte solum, quando pro alia parte habet de proprio.*
4 *Necessitatis causa concessum eatenus duret, quatenus durat ipsa necessitas.*
5 *Paupertatis causa indultum eatenus durat, quatenus durat ipsa paupertas.*
6 *Filius non consequitur alimenta lite pendente super filiatione, quando potest viuere ex honesta arte.*
7 *Filio non prouidetur pendente lite, quando post ordinatam prouisionem superueniunt diuitiæ.*
8 *Immunitas cōcessa propter paupertatem, cessat ipsa paupertate cessante.*
9 *Debitor, qui bonis cessit, potest conueniri, si deuenit ad pinguiorem fortunam.*
10 *Vxor, licet maritum habeat diuitem, si tamen non habet de proprio, consequitur expensas litis.*
11 *Filio litiganti super filiatione, prouidendum est de alimetis, licet sit artifex, si lis distrahit, ne possit operari.*
12 *Vxori alimenta debentur pendente lite cum marito, etiam si haberet aliunde.*
13 *Monacho litigante cum abbate, non dantur alimenta, si habet loculos.*
14 *Mulieri litiganti cum viro, non est prouidendum de alimentis, si maritus probet adulterium.*
15 *Filio lite pendente multis in casibus denegantur alimenta. vt ibi remissiuè.*

QVÆSTIO XLII.

ET qua ratione denegantur absolutè alimenta, ea ipsa lite pendente cessat præstatio, & ideo ex his omnibus causis filio
1 litiganti alimenta † deneganda sunt, ex quibus potest exhæredari, *gl. in l. fi. C. de alen. lib. Alex. in l. 1. colum. 3. ff. solu. matrim. per gl. in d. l. si quis à liberis, in §. idem iudex, in ver. detulerit. ff. de liber. agnosce. alios citat Rebuff. in constit. Gall. tom. 1. in tit. de sent. prouis. art. 1. gl. 2. num. 24. & num. 33.* vbi dicit, quòd de iure filio ha-
2 benti aliunde, non fit prouisio lite pendēte † super filiatione, *l. extraneus, cum l. sequen. vbi Bar. ff. de ventre in possess. mitten. Abb. & alij in c. cum haberet, de eo, qui dux. in vxor. quam pollu. per adult.* Et licèt dicat, quòd in Gallia aliter seruatur eo, qui præter alimenta multi alij sumptus sunt necessarij pro litis defensione, tamē standum est iuris dispositioni: nam vbi filius non habet quantum sufficit, tunc supplet pater, & subuenit necessitati, quia quod dicitur patrem debere prouidere in totum filio, quando ille nihil omnino habet, intelligi etiam debet, vt subueniat pro
3 parte, quando filius habet solum pro † parte, *argumento l. quæ de tota, ff. de rei vendic.* Et quod inducitur
4 causa necessitatis eatenus durat, quatenus † subest ipsa necessitas, *l. senatus, ff. de offic. præsid. l. 1. in fi. ff. de seu.* Et dicit Bar. *in l. 1. §. nuntiatio, col. 3. ver. quando ergo fit iuris nostri, ff. de ope. noui nunt.* quod vbi aliquid contra iuris communis regulas statuitur fauore necessitatis, illud habet locū, quatenus durat necessitas, *Anch. in Clem. vnica, col. 2. in 6. notab. de statu monach.* Similiter,
5 quod paupertatis † causa inductū est, non durat vltra, quā vrgeat paupertas. *l. non tātum. §. eos, qui. ibi nisi si facultates eorū adauctæ sint. ff. de excu. tut. vbi Bar. & Alber. ad idem est l. cura. §. deficientium. ff. de mune. & honor. Tiraq. qui multos citat in tract. cessan. cau. par. 1. nu. 139.* dū igitur filio suppetunt bona ad alimenta, & litis expensas, excusatur pater, sed contribuere tenetur, quatenus deest filio ad integra alimēta, & sumptus litis. Et hāc opinionem, quod cesset prouisio filio habente aliunde, probaui *in tit. quib. debean. alimen. in quarto requisito eius partis, vbi tractaui de alimētis præstandis lite pendete, & eā tenet Duen. reg. 365. in 1. fallen.* Et ab eo videtur Rebuff. mutuatus ea omnia, quæ ponit in loco prędicto, est enim Duen. illo antiquior, *Socin. iun. in cons. 8. num. 13. vol. 3.* vbi fortius dicit, proce-
6 dere limitationem, quando filius † ex honesta arte potest victum sibi quærere, sicuti quando peteret alimēta simpliciter, *Hieron. Gab. in cons. 25. nu. 10. & 14. Lancel. in tract. de attend. in 2. par. c. 4. limit. 11.* vbi *num. 32.* dicit procedere etiam, quādo post decreta alimenta, & facta prouisione superuenirent ipsi filio diui-
7 tiæ, † quia tunc cessat prouisio, & facit, quia auctis
8 facultatibus cessat immunitas † concessa ob paupertatem, *l. non tantum, §. eos, qui. ff. de mune. & hono. l. his omnib. §. auctis, ff. de vacat. mun. l. semper. §. hæc iccirco, ver. sed ne eos quidem, qui augeāt facultates, ff. de iur. immu.* & in *§. vlt. Instit. de actio.* dicitur beneficium cessionis
9 bonorum cessare † auctis facultatibus, & *in c. si pauperes, de præben. in 6.* dicitur, quod si Papa mādat pauperi prouideri de beneficio, cessat prouisio, si cessat paupertas, & multa possent cōgeri similia: eandē sententiam, quod non sit prouidēdum filio diuiti, approbauit Simon de Pret. *de interpre. vlt. volun. lib. 5. interpret. 2. dubit. 2. num. 21.* Et ratio est, quia si tali non debentur alimēta, quando causa est plenè cognita, & constat, quod est filius, quanto magis denegari debent, dum dubitatur, si filius sit, vel non: absurdum enim foret, si in casu dubio consequeretur plus, quam in casu certo. Prædicta intelligēda sunt, quādo prębabita sunt summaria cognitione certus est iudex illū esse diuitem, quod si fortè pater vellet probare illum diuitē, & tempus exposceret ad probandum, non esset admittendus, quia hæc prouisio summariā exigit cognitionē. Aduertendum etiam, quod isto casu considerandæ sunt

diuitiæ propriæ, nec attenditur, quòd habeat matrem, patrem, vxorem, vel maritum diuitem, *vt optimè declarat Crauet. in cons. 164. num. 3.* nam quidquid sit alimentorum respectu, certum est, quod tales personæ non subueniunt pro sumptibus litis, ideo vxor, quæ habet marirum diuitem, licèt diues existimetur, quoad alia, non tamen reputabitur di-
10 ues, ad hoc ne expẽsas † consequatur, *vt per Crauet. loco prædicto.* Admonendi etiam sumus, quod si filius sit artifex, quo casu *secundum Soc. iun. d. cons. 8. num. 13.* non est ei prouidendum à patre: tamen si lis occupet eum, & diuertat ab exercitio, vt quia pro litis defensione cogatur deserere artem, & non possit
11 operari, tunc erit dãda † prouisio, quia non consideratur ars, quæ ob litis impedimentum est inutilis, *argumento l. quoties, vbi Iaſſ. qui satisda. cogan.* & facit quod dicimus de matre, quæ non tenetur filium alere intra triennium, quando ob paupertatem lactare non potest, sed cogitur alij seruire, facit etiam quæ hoc eodem titulo diximus de filio, qui etsi cum artem habet, non sit alendus à patre, tamen alimenta sunt præstanda si per infirmitatem, vel aliam causam sit impeditus artem exercere.

Et quæ diximus de filio, procedunt in aliis omnibus, intelligẽdo semper de his, quibus alimenta debentur officio iudicis, quia aliud est cum iure actionis debentur, qua ratione Afflict. *in deci. 10. numero 3. post Bal. in l. de alimentis, C. de transaction.* vxori
12 deberi alimenta † lite pendente, etiam si ei sint aliunde facultates, quia secundum ei vxori debentur alimenta iure actionis, *Rebuff. loco prædicto, articu. 3. glos. 1. num. 17. Lancel. d. num. 23. licet inaduertenter Menoch. in tract. præsumpt. lib. 1. quæstio. 35. num. 18. in princ. dixerit contrarium.* Idem est in monacho, vel alio clerico litigante pro seruitio ecclesiæ, cui etsi regulariter alimenta sint ab ecclesia administranda, vti etiam dictum est de litigante contra abbatem, si ille habeat aliunde, non debet prouideri ab ecclesia, etiam si sit regularis, qui de iure non possit habere aliquid proprium, si enim habeat de facto, debet cum eo viuere, *argumento c. quanto, de officio ordin. c. 2. ne cleri. vel monach.* per quos text. inquit Hostien. *in sum. de accusati. §. admittuntur omnes, colum. 2. in*
13 *princ.* quod regulari habenti loculos † occurrendum est, & denegãdum beneficium eiusmodi prouisionis. Et idem per omnia dicit Specu. *in tit. de inquisitio. §. fi. in princ. Butr. in c. ex part. num. 6. de accusat.* & iura omnia, quæ dicunt administrãda esse alimenta monacho litigante cum Abbate, vel clerico, aut simili persona, loquuntur clarè, quando est pauper, & non habet aliunde, & nisi singulares decisiones ab omnibus desiderarentur, vt magis conquiescat iudicis animus, sat esset allegare generalem illam regulam, quod vbicunque debentur alimenta officio iudicis ex sola æquitate, semper denegantur ei, qui potest de suo viuere, quia cessat æquitas, per quam iudex moueri solet. Et quia dixi denegari prouisionem ex omnibus causis, ex quibus alimẽta alioquin debita denegantur. Ideo non est omittendum, quòd si vxor petat lite pendente prouidere sibi de alimentis, erit excludenda, si ma-
14 ritus probet illius † adulterium, quia, *vt dictum est suprà*, iustè propter adulteriũ denegantur alimenta, sicuti etiam amittit dotem, *c. plerunque, de donatio. inter vir. & vxo. ita Rebuff. d. artic. 3. glos. 1. num. 15. in fi.* Et quoad filium plures casus, in quibus lite pendente
15 non sunt ei prẽstanda † alimenta, vide apud Duen. *d. reg. 365. Rebuf. d. artic. 1. glos. 2. num. 21. & seq. & Simon d. interpret. 2. dub. 2. num. 19. & seq. Menoch. in d. quæst. 35. Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 17. num. 45. & seq.*

Finis Tituli Septimi.

TRA-

TRACTATVS DE ALIMENTIS, PRÆCLARISSIMI IVRISCONSVLTI, DOMINI IOAN. PETRI SVRDI CASALENSIS.

TITVLVS VIII.

Quæ sint alimentorum priuilegia.

SVMMARIVM.

1 *Pia dicitur & fauorabilis causa alimentorum.*
2 *Pium dicitur, quidquid relinquitur non solum pro anima, sed etiam pro subleuando animato corpore.*
3 *Pium dicitur alimentorum legatum, quando sit pauperi, non quando diuiti, & ibi latè.*
4 *Tempus attenditur, in quod actus confertur, non in quo fit.*
5 *Princeps imponit collectam non solum quando vrget bellum, sed etiam quando imminet suspicio, & agitur de conseruatione status.*
6 *Ditari in futurum quilibet præsumitur, non autem pauper fieri.*
7 *Futura non sunt sub præsenti iudicio, nec attendi debẽt.*
8 *Futurum statuere super præsenti ex eo, quod futurum est, non est prudentis.*
9 *Causa alimentorum relictorum, diuiti est fauorabilis, licèt non pia.*
10 *Legatum alimentorum factum nobili, est pium. si ille secundum suam conditionem non potest filias maritare, licèt habeat vnde viuat.*
11 *Legatum alimentorum factum filio spurio pauperi à patre, non est pium, & ibi de veritate.*
12 *Pia causa est fauorabilis propter Deum.*
13 *Consanguinitatis contemplatione, non pia causa relictum censetur, quando legatum sit episcopo etiam sub nomine dignitatis, vide num. 17.*
14 *Amicitiæ causa relictum videtur, quando aliquid relinquitur magno amico.*
15 *Statutum excludens fœminas propter masculos, dicitur fauorabile, quoad masculos, & odiosũ quoad fœminas.*
16 *Opinio non attenditur, sed veritas.*
17 *Consanguinitatis contemplatione relictum non videtur, quando relinquitur pietatis causa.*
18 *Argumentum valet à pia causa ad alimenta.*
19 *Alimenta concernunt publicam vtilitatem.*
20 *Dos concernit publicam vtilitatem.*

PRIVILEGIVM PRIMVM.

MVLTA priuilegia collata vidimus causis, in quibus de alimentis tractatur, multaque à iure alimentorum fauore speciali ratione inducta passim legimus. Et illud est præcipuum, quod alimẽtorum causa dicitur pia
1 †& fauorabilis, *est tex. in l. Mela. ibi, pietatis intuitu, & ibi, hoc notant gl. Bart. & alij, ff. de alim. & cib. lega. l. sancimus, C. de sacrosan. eccles. §. aliud, in Authen. vt cum de appella. cogno. l. cum hi, §. in annis, ff. de transact. notatur in l. si quis Titio ff. de leg. 2. in l. si quis annuũ. ff. de alim. & cib. lega. Bar. in l. alio. ff. eo tit. Ang. Imo. & Alexan. in l. diui, ff. ad leg. Falcid. Cuma. in cons. 30. statuto cauetur, colum. 2. in princ. Alex. in l. certis annis, colum. 3. ver. ex his omnibus infero, C. de pact. Aretin. in cons. 94. num. 4. Afflict. in decis. 252. num. 8. Butr. & Abb. in cap. 1. de proba. Iaſ. in l. 1. §. sed excipiuntur, num. 7. ff. de ferijs, Roder. in l. quoniam in prioribus, in declaratto, leg. reg. in ver. nonò quæritur, num. 3. ver. sed intellugo, C. de inoffic. testam. Gigas in tract. de pensio. q. 51. ferè per totam, Grat. in cons. 140. num. 3. vol. 2. Rui. in cons. 144. num. 10. volum. 5. Coraſ. in l. precib. num. 24. C. de impub. & ali. subſti. Ang. in tract. de testam. gloſ. 45. num. 5. Didac. in epit. de ſpon. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 6. ver. est enim causa alimen. Tiraq. in in tract. de priuileg. pia cau. in præfatio. ver. legatum alimentorum, Crauet. in cons. 199. num. 10. Vital. in tract. clau. in titu. an renun. poſſ. iuri alim. colum. 1.* vbi infert, quod cuique de populo licet postulare pro alimentis, quia ita seruatur in cæteris causis piis, *§. sin autem hoc facere, nisi sunt, ver. si autem scimus, ibi, omnis alij, &c. in Auth. de eccles. titu. quem text. dicit ad hoc singularem Vital. in loco prædicto, Cordub. qui multos cumulat in l. si quis à liberis, §. vtrum, num. 1. ff. de libe. agnoscen.* Et ratio est, quia ad
2 piã †causam iudicatur, quod relinquitur non modo pro subleuanda anima cuiusq; catholici, sed etiam pro subleuando animato corpore, *vt inquit Bal. in Auth. similiter, num. 2. C. ad leg. Falc.* at corpus animatum nõ potest aliter releuari, quàm per alimenta, *vt inquit gl. in l. si cui annuũ, ff. de annu. leg.* Et subdit Bal. in lo-

in loco prædicto, quòd hoc procedit, etiam si ageretur de carcerato ob maleficium. Communiter tamen distinguitur, quod sit pium, quãdo alimentorum legatum sit pauperi: secus quando alimen-
3 ta † legantur ei, qui non eget alimentis, *ita Bar. in l. alio, num. 4. & 5. ff. de alim. & cibar. leg. & in tract. alimen. num. 14. per tex. in d. §. aliud quoque. ibi, egenis alimẽta impendant, in Auth. vt cum de appell. cognoſ. & in l. cum hi, §. ſi in ſingulos. ff. de tranſact.* Probatur etiam ea diſtinctio *in §. interdicimus, de eccleſ. tit.* vbi loquitur de egentibus, prout etiã facit tex. *in d. l. ſancimus, C. de ſacroſ. eccl.* quæ loquitur de laborantibus fame, *idem tenuit Bar. in d. l. ſi cui annuũ, idem Bar. & Imo. in l. diui, ff. ad leg. Falc.* Et ibi Ang. & Alex. dicunt procedere, etiam si teſtator exprimat ſe relinquere amore Dei, *Imola in l. cum pater, §. eorum, ff. de leg. 2. Rom. in repe. Auth. ſimiliter. colum. 2. ver. capio ſecundum, C. ed leg. Falc. hanc etiam relationem probarunt Floria. Aretin. & Laſ. quos citat & ſequitur Tiraq. in d. tract. de priuileg. pia cau. in præfatio. ver. ſed hoc intellige ſecundum ea,* vbi poſt Alber. *in l. illud, C. de ſacroſ. eccleſ. & in tract. ſtatuto, par. 1. q. 3.* dicit, piam cauſam æſtimari magis ex paupertate legatarij, quàm ex verbis teſtatoris, pro quo facit, quia an cauſa ſit pia, vel non, dependet à iure, non autem à teſtatoris voluntate. Proinde teſtator nõ poteſt iuris diſpoſitionem immutare, *l. nemo poteſt. ff. de leg. 1.* & propter noſtrum affirmare, vel negare, nihil in re ponitur. Et cũ illa diſtinctione tranſit Aret. *in conſ. 97. in cauſa & puncto, num. 2. ver. ad ſecundum reſpondetur, Picus in l. Titia, §. Titia cum nuberet, num. 61. in fi. ver. quinto dubitatur, ff. de leg. 2. Bal. Nou. in l. 2. num 4. in fi. ff. ſolu. matrim.* vbi dicit, quod etſi largo modo cauſa alimentorum ſemper dicatur pia, quia ſemper concernit vitam hominis; tamẽ ſtrictè & propriè dicitur pia, quando alimenta debẽtur pauperi, *& ita tenuerunt Imola, Alex. Laſ. Rod. Dec. Gomeſ. & Alciat. quos citat Cordub. in d. §. vtrum, num. 3. Soarez in ſuo theſauro, in ver. alimenta, num. 167. Beincaſ. in tract. pauper. in 7. princ. quæſt. in 2. ſpecia. iud. num. 18.* Quando enim alimenta relinquuntur contemplatione amicitiæ, vel affectionis tantum, nihil habet commune cum pietate. Benè verum eſt, quod nonnulli impugnãt prædictam diſtinctionem, volentes, quòd ſiue pauperi, ſiue diuiti debeantur, ſemper pietatẽ habeant annexam, quia ſemper reſpicit ſuſtentationem vitæ, etiam ſi fiat diuiti: poteſt enim effici pauper, *ita Salic. in l. ſi certis annis, C. de pact. vbi Alex. Dec. num. 9. & 10. & Alciat. num. 19. Laſ. in l. 1. in 3. limit. C. de fideicom. alios citat Cordub. d. §. vtrum, num. in fine.* Quorum ſententiam adiuuat, quia non debet cenſeri minus pium, diuitem à futura inopia præſeruare, quàm inopem ſubleuare à præſenti, iuxta illud:

Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri.

Et non quo tempore fiat aliquid, ſed in quod con-
4 feratur tempus † proſpicere oportet, *l. quod ſponſæ, C. de ſpõſa. l. in tempus, ff. de hæred. inſtit.* facit, quod dicimus, timorem belli idem operari, quod ipſum bellum, *vt argum. l. Pedius, in princ. ff. de incend. ruina, & naufrag. dixit Anch. in conſ. 88.* & in *l. 3. §. armis detectum, de vi & vi arma.* dicitur, terrorem armorum haberi pro vi. Et ſicuti Princeps poteſt collectam imponere pro defenſione ſtatus aduerſus bellum, quod vr-
get, *Natta in conſ. 380.* ita, & poteſt pro conſeruatio-
5 ne † & manutentione, *Arhidiac. in cap. cognouimus, in ver. exactores, 10. quæſt. 3. Natta in conſ. 557. num. 8.* Accedat, quod plurimum deberet legantis intẽtio conſiderari, an ſcilicet affectione, vel amicitia potius, quam pietate moueatur ad relinquendum. Arbitror autem ideo magis receptam eſſe diſtinctionem, quia præſens rerum ſtatus attenditur, non qui in futurum euenire poteſt, & eccleſia non iudicat de occultis, & licet effici quis poſſit pauper,
6 tamen hoc non † præſumitur, ſed potius contrarium, quod fiat ditior, *l. ſi defunctus, C. de arbitr. tute. l. cura. §. deficientium. ff. de mune. & hono. Bartolus in l. ex diuerſo, §. fina ff. ſolu. matrim. Salicet. in l. non eſt neceſſe, C. de probat.* vel ſaltem, quod conſeruet, quas nunc habet diuitas: qui enim aliquando fuit diues, præſumitur eriam hodie diues, *argumen. l. ſiue poſſidetis, C. de probatio. Hoſtien. Ioan. And. But. & Imo. in cap. 1. in fi. de ſeruitu. Alcia. in tract. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 27. num. 1. & ſequen.* & prudens non eſt iudicium ſuper re præſenti ſtatuere ex eo, quod in futurum poteſt con-
7 tingere, cum † tamen incertum ſit, *argum. cap. graue, 11. quæſt. 3. Anchar. in conſ. 64. Alexan. in conſ. 39. colum. 2. volum. 5. Dec. in conſ. 524. num. 9.* & iudicia eſſe nõ poſ-
8 ſunt ſuper † futuris, *l. non quemadmodum, ff. de iudi. gl. & Doct. niſi ſtipulatus, §. cum ſtipulemur, ff. de verbor. obligat.* & de futuris contingentibus non eſt determinata veritas, *l. qui bona. §. cum inter, ff. de dam. infecto, Laſon in l. Stichus, qui meus, ff. de leg. 1. Felin. in cap. noſtra, de reſcript. in 7. Correl. Caſſan. deciſ. 16. num. 3. de præben.*

Sed etſi non dicatur relictum ad piam cauſam, quod in diuitis alimenta relinquitur, tamen non
9 deſinit eſſe fauorabilis cauſa, in qua de † alimentis agitur. *ita vult Alexan. in l. ſi certis annis, vbi Dec. & Alex. num. 9. & 29. Bened. in cap. Rainutius, in ver. ſi abſque liberis, il ſecundo, in tract. lega. num. 179. de teſtam. Floria. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. Tiraquel. dicta præfatio. ver. quanquam tamen legatum, Soarez in ver. alimenta, nu. 168. Cordub. d. §. vtrum, num. 3. in fi.* & ibi inferunt ad multa, quæ ex eo deducuntur, quòd alimentorum cauſa fauorabilis ſit gratioſa. *Natta in conſ. 590. num. 5. vbi multis exornat.*

Eſt tamen aduertendum, quod vbi alimenta relinquuntur alicui, qui bona habet ad vitæ ſuſtentationem, non tamen dicuntur relicta diuiti, nec deſinunt cenſeri relicta in piam cauſam, ſi is ſit nobilis, & non poſſit ſecundum ſuã qualitatem viuere de redditibus ſuorũ bonorũ, vel habeat nobiles filias, quas non poſſit congruè ſecundum ſuam di-
10 gnitatem matrimonio † collocare, *ita dicit Bal. in l. ſi ad declinandam, colum. 2. ver. circa tertium, C. de epiſcop. & cler. quam deciſionem ſequitur Capolla, Capra, Laſ. Dec. Alciat. Ioan. Lup. & alij, quos congerit Tiraquel. in tracta. de nobili. cap. 20. num. 154. vbi exornat aliis modis.* Sed diximus pium cenſeri legatum ex communi omnium opinione, quod factum eſt pauperi vel egeno, non
11 procedit in patre, qui legat filio ſuo ſpurio, † quia tunc eſt potius naturalis quædam compaſſio erga filium, quàm religio erga Deum, *ita Bal. in l. 1. nu. 28. C. de ſacroſan. eccleſ.* vbi dicit, quod vbi loquimur de relicto ad piam cauſam intelligimus de pietate erga Deum, nõ de ea, quam habet pater erga filium,

Alexan.

Alexan. in l. diui, num. 4. ff. ad leg. Falc. quia licet sit pietas, non est tamen propter Deum, & tamen priuilegia, quæ piæ causæ tribuũtur, propter Deũ concedũtur. Proinde quamuis relictum aliquo respectu dicatur pium, si tamẽ ea pietas non sit propter Deum, non habebit priuilegia à iure concessa. Et ratio est, quia etsi pium sit, pauperi relinquere, tamen id verum est, quando sit propter Deum. Sed hæc non placet Cordub. *in l. si quis à libe. § idem rescripsit, num. 77. ff. de libe. agnosc.* qui dicit, quòd ad dignoscẽdum, an legatum sit pium, non attenditur persona donantis, sed illius qualitas, qui alimentis donatur, *l. Mela, ff. de alim. & cibaria lega.* mouetur ex *l. nam etsi parentib. in princ. ff. de inoff. testam.* vbi pium dicitur, si pater filio succedat. Sed in hoc allucinatur Cor-
12 dub. quia † fauor concessus piæ causæ, est propter Deum, *vt inquit Bal. in loco prædicto.* Ideo cessat, quando propter Deum reliquit: nam quidquid agunt homines, intẽtio iudicat omnes. At vbi intercedit consanguinitas, non videtur intuitu piæ causæ relictum, sed consanguinitatis, *vt probatur in c. requisisti, de testam.* vbi relictum Episcopo etiam expresso
13 † nomine dignitatis, non censetur intuitu Ecclesiæ relictũ, sed consanguinitatis, si est propinquus, *idem tenent Abb. Felin. & Dec. in c. quoniam Abbas, de offic. deleg. l. pen. vbi Bar. & Castr. ff. de reb. dub. Socin. in cons. 34. colum. 2. volum. 3. Abb. in cons. 93. num. 2. volum. 2. Didac. in d. c. requisisti, num. 1. & Mantica in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 17.* Quinimò idem est, si loco propinquitatis magna intercedat amicitia: ea .n.
14 æquiparatur † affinitati, *Bal. in l. vt vim, num. 6. ff. de iustit. & iure, per text. in l. nemo dubitat, ff. de hæred. instit. & ita tenent Abb. in dicto cap. quoniam Abbas, & alij ibi, Alcia. in tract. præsumpt. regu. 1. præsum. 28. & multos citat Didac. in d. c. requisisti, num. 2. & Mantica loco prædicto, nu. 18. vbi testatur de communi.* legans enim non mouetur Dei, sed filij sui amore. Et ad tex. *in l. nam etsi parentibus,* respõdetur ex dicto Bal. *in ea. l. 1.* quia etsi pium dicatur, non tamen eo modo, quo intelligit lex, quãdo pia legata fauore prosequitur. Ego tamen, vt verum fatear, existimo pium semper esse inspecta legatarij persona, qui est egenus, non autem ipsius legantis: proinde fauorabilem concedi exactionem, licèt intuitu affinitatis factum sit. Magis enim attendere debemus veritatem ipsam, quam legantis opinionem. Et non est nouum, quod eadem dispositio videatur pia, quoad vnum, & non pia, quoad alium; nam videmus ita iudicare de statuto excluſiuo fœminarum, quod dicitur, quoad
15 † masculos fauorabile, sed quoad fœminas odiosum, *Bal. Salic. Fulg & Castr. in l. 2. C. de in ius vocan.* Et
16 quod attendatur veritas, non legãtis opinio, † probat *l. si fortè, ff. de castren. pecu.* & ponit expresse *gl. in l. illud, in ver. alia causa, C. de sacros. eccles.* vbi dicit, nõ esse dispositionem ad pias causas, quando vel consanguineo donat aliquis pietatis causa, nisi ille verè sit pauper, *sequitur Bal. ibi, & Roma. in repe. Auth. similiter, C. ad leg. Falcid.* vbi verò donatarius est pauper, tunc præsumitur magis misericordia motus, quam con-
17 sanguinitate, si expressit se donare † pietatis causa, *vt declarat Bal. in d. l. illud, in princ. ver. iuxta hoc quæritur, cum eo transit Roder. in l. quoniam in priorib. in declaratio. legis regn. q. 9. nu. 3. C. de inoff. testam. & illam gl. dicit communiter approbatam Dec. in cons. 120. col. 2. ver. & in proposito nullus,* vbi, *num. 4.* vbi dicit, quod si factum est legatum cõsanguineo & pauperi, censetur in dubio motus testator contemplatione consanguinitatis, nisi expresserit legare se pietatis intuitu, quia tunc in claris non est opus coniecturis, *l. continuus, § cum ita, ff. de verb. oblig.* Et Bal. *in d. l. illud, in princ.* declarat, quando legatum dicatur factum in piam causam. Et supradictam distinctionẽ probat Tiraq. *de priuileg. piæ cau. in præfa. vol. 7. ver. quod adeo, & ver. quod tamen.* Ex eo autem, quod causa alimentorum iudicetur pia, inferũt passim Doctores, quod valet argumẽ-
18 tum à pia † causa ad alimenta, *d. l. Mela, cum ibi no. per glo. & Dcto. ff. de alim. & cibaria. leg.* sicuti etiam econtra, ab alimẽtis ad piã causam, *gl. Bal. & alij in l. sancimus, C. de sacros. eccles. ponit Euerar. loco 24. in princ.* Et dicam latè suo loco, & ab ea comparatione inferunt ad multa priuilegia, de quibus sigillatim infra tractabimus, quæ tamen principaliter fauore piæ causæ introducta sunt, & alimentis tanquam piæ causæ communicata. Et non solũ alimenta piam causam
19 concernũt, sed etiam publicam † vtilitatem respicere videntur, *vt est text. in l. si quid, & l. ciuitatib. ff. de leg. 1.* Et Bar. *in l. posteriore loco, num. 4.* dicit, quod relictum hominibus certæ conditionis in alimenta, pertinet ad vtilitatem, & honorem ciuitatis. Et illum tex. ad hoc singularem dicit Vital. *in tract. clau. in § an possit alim. renun. colum. 1. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib 8. tit. 5. num. 1.* & facit, quia valet argumentum de alimentis ad dotem, *vt dicam suo loco,* at do-
20 tis causa † publicam concernit vtilitatem, *vt tenent omnes Doctores, in l. 1. ff. soluto matrim.* ergo idem erit in alimentis: Addo, quòd interest reipublicæ ciuitatem repleri diuitibus hominibus, non autem mendicis, & ciuitas tanquam mater patitur in filiorum inopia, quos maximè subleuare non potest, & vniuersitas in subsidium tenetur prouidere necessitatibus singulorum.

SVMMARIVM.

1 *Summaria est causa alimentorum.*
2 *Summariè quando causa cognoscenda est, quid tunc agendum sit.*
3 *Libellus non requiritur in causa alimentorum. distingue tamen, vt num. 4.*
4 *Libellus requiritur, quando agitur ad legitimam.*
5 *Contestatio litis non requiritur in causa alimentorum.*
6 *Dilationes breuiores dantur in causa alimentorum.*
7 *Feriæ non seruantur in causa alimentorum. limita numero 14. & 15.*
8 *Feriæ ad honorem Dei seruantur in causa alimentorum, sed contra, num. 10.*
9 *Captura debitoris non potest exequi in die feriata ad honorem Dei.*
10 *Generalis derogatio iuris non includit ius diuinum.*
11 *Pietatis opera maximè exercenda sunt diebus festiuis.*
12 *Debitor suspectus de fuga, capi potest die feriata ad honorem Dei.*
13 *Operari licet diebus festiuis, vbi quis fame laborat.*
14 *Feriæ seruantur in causa alimentorum præteritorum, secus præsentium & futurorum.*

15 Feriæ

15 *Feriæ seruantur in causa alimentorum, quæ iure actionis petuntur. limita num. seq.*

16 *Feriæ non seruantur in causa alimentorum, quæ ab inope iure actionis petuntur.*

17 *Priuilegium concessum paupertatis causa, cessat, quando cessat paupertas.*

18 *Necessitate cessante, priuilegium quoque cessat causa necessitatis indultum.*

PRIVILEGIVM II.

SVMMARIE quoque tractanda est causa alimentorum, † *vt probatur in l.1. §. Iulianus, & in l. si quis à liberis, §. si vel parens, ff. de liber. agnoscen. gl. in l. 3. §. sciendum, in ver. summatim, ff. de exhiben. & in §. præiudiciales in gl. 1. Instit. de actio. Bar. in l. de alimentis, num. 2. C. de transf. Alber. in l. fi. ff. de appell recipien. & in l. cum hi, in princ. vbi Iaſ. num 9. ff. de transf Bal. in l. ſi quis in ſuo, nu. 3. vbi Iaſ. nu. 3. C. de inoff. teſtam. idem Bal. in l. 1. num. 6. C. de fideicom. Maran. de ordi. iudic. par. 4. diſtin. 9 num. 168. Gigas in tract. de penſion. q. 51. num. 28. & præter eos eſt gl. ſi. in l. ſi. C. de alen. liber. quam ſequitur Aſcan. in tract. de patr. poteſt. effect. 17. nu. 57. Iaſ. in d. §. præiudiciales, num. 24. Ludou. Molin. de primog Hiſpan. lib. 2. cap. 15. num. 75. Cordub. qui multos allegat in d. §. ſi vel parens, num. 1.* qui etſi poſt Alber. ibi dicat hanc concluſionem non probari *in d. §. Iulianus, & in d. §. ſi vel parens*, quia ibi non dicatur alimentorum cauſam, ſed filiationis eſſe ſummariam: tamen videtur mihi non mediocriter labi. Si enim cauſa filiationis, quę tractatur ad effectum, vt decernantur alimenta, eſt ſummaria; multo magis erit ſummaria cauſa ipſa alimentorum, cum propter quod vnumquoque tale eſt, & illud magis ſit, *Authen. multo magis, C. de ſacroſan. eccleſ.* tantus ergo eſt alimentorum fauor, vt redundet etiam ad cauſam filiationis, quę ideo agitur, vt cognoſcatur, an decernēda ſint alimenta. Quid autem importet id, quod dicimus,

2 cauſam eſſe ſummariè † cognoſcendam, videri poteſt apud Bart. *in extrauagan. ad reprimendum, in ver. ſummariè. Bal. in l. nec quicquam. §. de plano, ff. de offic. proconſ. Maran. d. diſtinct. 9. num. 8. & ſequen. vbi, num. 38. & ſeq. vſque ad finem, enumerat multas cauſas quæ ſunt ſummariè tractandæ, ſed poſt eum latiſſimè & copioſè Ioan. Bap. Aſin. in ſua praxi iud. §. 31. num. 1. & ſeq.*

Infertur ex hoc, quod in cauſa alimentorum non requiritur libellus, quia ita ſeruatur in quo-

3 cunque ſummario † iudicio, *vt probatur in Clem. ſæpè, de verbor. ſignif. Gul. Cun. in d. l. nec quicquam, §. de plano.* vbi Bart. *num. 1.* diſtinguit, an cauſa ſit grauis, vel leuis, quia primo caſu libellus requiritur, ſecundo verò non: *ita in cauſa alimentorum, ſecundum Anch. in Clem. 1. de iure patron. quem ſequitur Curt. iun. in repet. l. de alimentis, num, 15. C. de transf.* vbi dicit eſſe mirandum: quia etſi legitima ſit fauorabilior alimentis, vel ſal-

4 tem æqualis, tamen in ea petenda requiritur † libellus, *l. ſi quis in ſuo, circa principium, vbi Bal. no. C. de inoffic. teſtam, quem tex. Curt. ibi dicit ſingularem, Iaſ. in d. §. præiudiciales, num. 24.* vbi dicit, nullā cauſæ cognitionem requiri, quia officio iudicis expeditur. *idem tenuerunt Bart. & Alexan. quos citat Gram. conſ. ciuili, 35. in fi. vbi dicit eſſe ſatis notandum, Cordub. in d. §. ſi vel parens, num. 16.* vbi poſt Alb. *in d. l. ne quicquam, §. vbi decretum,* inquit, requiri qualemqualem petitionem, ſed illud procedit in aliis ſummariis cauſis, ſed in cauſa alimentorum credo illam non eſſe neceſſariam, ſicuti etiam libellus nō eſt neceſſarius, quoad partem, licèt in aliis cauſis ſummariis requiratur quoad partem, non quoad iudicem, *vt optimè diſtinguit Bal. in l. 1. C. de precib. imper. offeren. declarat Iaſ. in d. §. præiudiciales, num. 25.* & quando ſit neceſſarius libellus, ponit Ioan. Bapt. Aſin. *in d. praxi, §. 4. c. 3. per totum, vbi multos refert caſus, & loquendo de alimentis, caſu 48. ſupinè admodum agit.* Hoc tamen nō eſt perpetuum, quod non exigatur libellus, quia fallit aliquibus in caſibus, *vt dicam in fine huius capitis, vbi recenſeo limitationes ad totam concluſionem.*

Infertur ſecundò, quòd in cauſa alimentorum

5 non requiritur litis † conteſtatio, *d. Clem. ſæpè, Bar. in d. extrau. ad reprimendum, in verſic. & figura, Abb. in cap. fi. de offi. iud. num. 10. vbi Felin. colum. pen. ver. limita hæc, Maran. d. diſtinct. 9. num. 20. & communem dicit Cord. d. §. ſi vel parens, num. 18.* fundatur autem illatio ſuper generali regula, quòd in ſummariis non requiritur conteſtatio.

Tertio infertur, quòd in cauſa alimentorum di-

6 lationes breuiores † conceduntur, *vt eſt tex. in l. 2. ff. de iudic. vbi Bar. col. pen. ver. item eſt, & aliud idem Bar. in d. l. Mela, ff. de alimen. & cibar. lega. Pract. Papien in form. libel. quo agit pro lega. rei ſing. in princ. num. 85. Gigas in d. tract. de penſion. q. 51. num. 23. Curt. iun. in l. 1. num. 34. C. de procur. Spec. in tit. de actore, col. 2. Capha in conſ. 485. nu. 85. Menoch. de arbitr. iud. caſu 52. num. 12. & in tract. de adipiſ. poſſ. rem. 2. num. 60. Foller. in pract. cenſua. §. 1. vis moderando rigorem, num. 85. folio mihi 144. vbi declarat, Cordub. in d. §. ſi vel parens, num. 27.*

Quarto infertur, quòd etſi feriæ ſunt reſeruandæ, nec eis durantibus moleſtari quis debeat in iudicio, imo acta reddantur nulla, *cap. fi. de feriis, l. fi. C. eo. tit. Spec. in tit. de citatio. §. 1. colum. 7. ver. item excipitur quod facta eſt*, tamen in cauſa alimentorum procedi

7 poteſt feriatis † diebus, *vt eſt tex. in l. 2. ff. de feriis, & tenuit Spec. in tit. de feriis, §. ſequitur, num. 7. vbi dicit, quod die feriato conſtituuntur alimenta, Alber. Bal. & Alexan. in l. 1. §. excipiuntur, num. 2. ff. de feriis, & ibi Iaſ. num. 7. Alex. ad Bar. in d. l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, ff. de liber. agnoſ. & hanc dicit eſſe communem opinionem Bal. Nouel. in l. 1. num. 460. ff. ſolu. matrim. vbi dicit idem eſſe in cauſis dotalib. & aliis, in quib. tractatur de vtilitate publica, & idem dicit Crot. ibi, num. 66. Didac. in epitom. de ſponſal. par. 2. cap. 8. §. 6. nume. 6. Euerar. loco 24. colum. 2. ver. primò enim, Roma. in repet. Auth. ſimiliter, in 8. ſpecia. piæ cauſæ, circa iudi. C. ad leg. Falcid. Gigas in tract. de penſion. quæſtio. 51. num. 24. Curt. iun. in repet. d. l. de alimentis, num. 13. Euerar. d. loco 24. colum. 2. ver. 1. enim, Aſcan. Clem. d. effect. 17. num. 58. Tiraq. de priuil. piæ cau. priuileg. 156. Iaſ. in l. ſi quis in ſuo, num. 3 C. de inoffic. teſtam. gl. ante eos, in cap. 1. 15. quæſt. 4. Cordub. in d. §. ſi vel parens, num. 3. & ita tenet Bal. in l. eadem, colum. 2. de fer.* vbi infert, quòd vbi famulus pauper petit ſalarium, tunc non ſeruantur feriæ, *ſequitur Bonacoſ. in tract. de ſeru. & famul. quæſt. 22. Benincaſ. de pauper. in 7. q. in 2. ſpeciali, num. 19. Simon de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubit. 11. num. 96.* Quod tamen dicimus de feriis, non

8 habet locum in feriis ad honorem Dei † introductis, quia tunc filet etiam alimētorum cauſa, *ſecundum*

dum Baldum, in conſ. 318. iſta captura, in fi. volum. 4. quia lex mandans procedi ſummariè de facto, non videtur ea tollere, quæ honorem Dei concernunt, *Clem. ſæpè, ibi, ſi in Deum. & hoc voluit Imo in d. Clem. ſæpè, & ſequuntur alij, quos citat Alex. ad Bar. in l filiusfamilias, num. 5. ff. de donat. Bal. Nouel. in l. 1. num. 460. in fi. ff. ſoluto matrimo. vbi dicit hoc voluiſſe idem Specu. in titu. de feriis, §. ſequitur, colum. 1. & cum hac ſententia poſt aliqualem diſputationem tranſire videtur Tiraq. d. priuileg. 156. in fi.* Et pro hac parte facit, quod voluit Bal. *in d. l. eadem, colum. 2. ver. ex prædictis*, vbi dicit, quòd licentia capien-
9 di † debitorem ſuſpectum, licèt exequi poſſit diebus feriatis, ad vtilitatem hominum, non tamen fieri poteſt ſtantibus feriis in honorem Dei. Et ratio, quia feſtiuitates in honorem Dei concernunt ius diuinum, *Bar. in extrauag. ad reprimendum, in ver. figura*, & ius diuinum appellatur etiam naturale, *c. 1. diſtinct. 1.* & iure diuino in teſtamento veteri dominus mandauit ſabbata ſanctificari. Et quamuis etiam ius diuinum reſtringi poſſit, vt certo caſu non procedat, *l. fi. C. ſi contra ius vel vtilit. public. notat. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtitut.* tamen hoc eſt verum, quando reſtrictio fit expreſsè & ſpecificè. At ſub generalitate diſpoſitionis non includitur deroga-
10 tio iuris communis, præſertim † diuini, *l ſi à fratre, C. de teſtam. milit. iuncta l. diuus, ff. eod. ita Alexan. in l. militis, C. de teſtam. milit. num. 5. & Tiraq. in d. priuileg. 156. Rebuff. in reg. conſtitut. tom. 1. de ſenten. prouiſ. in præfatio. num. 33. vbi limitat, quando vtraque pars comparet, de quo tamen in tract. de pauper. q. 4. num. 28. ponit de obſeruantia feſtiuitatum in honorem Dei.* Cõtrarium tamen, quòd imo tractari poſſit alimentorum cauſa in die feſto ad Dei honorem, voluit gl. *in c. ſi. de feriis, Bar. in d. l. filiusfamilias, num. 5.* quia feriæ etiam in honorem Dei introductæ tolli poſſunt iure ciuili, *vt in l. pronunciarum, C. de fer.* item, quia iure ciuili inductum eſt, ne liceat iudicia tractari diebus feriatis, ergo eodem iure tolli poteſt, *argumentum l. eius eſt nolle, ff. de reg. iur. & l. nihil tam naturale, ff. eo. & idem voluit Bar. in d. l. Mela, num. 6. ff. de alim. & cib. lega. & in l. 1. num. 1. vbi etiam Bal. num. 1. ff. de teſtam. milit. Bart. in d. l. milites, & in d. l. prouinciarum, Bal. in d. l. milites, num. 5. Anch. in d. Clem. ſæpè, de verb. ſignif. Felin. in c. quæ in eccleſiarũ, num. 2. de conſtitut. vide Marant. de ordi. iud. par. 4. diſt. 16. num. 83.* vbi, quod partes non poſſunt renunciare de communi conſenſu feriis ad honorem Dei introductis, *& Beninca. Lap. & Roma quos citat Apoſt. & Bar. in d. l. filiusfamilias, num. 5. Alciat. in d. l. de alimentis, C. de tranſact. nu. 5. Gigas, d q. 51. num. 24. Azo. quem citat & ſequitur Spec. in tit. de feriis, §. ſequitur, nu. 7. in fi.* vbi dicit, decerni poſſe alimẽta etiã ſolennibus feriis, quia dicitur cauſa pietatis, & pietas hoc ſuadet, *& cum hac tranſit Cordub. in d. §. ſi vel parens, num. 6.* Et ratio eſt, quia feriæ non ſeruãtur, vbi pietas vel neceſſitas ſubeſt, *c ſi. de fer.* at alimentorum cauſa pia eſt, *vt dictum eſt ſupra*, & in operibus pietatis, vel miſericordiæ non
11 eſt habẽda † dierum diſtinctio, *c. etiam, diſt. 79. c. nunquam, de conſecrat. diſt. 5.* Quinimo his diebus magis exercenda ſunt huiuſmodi opera, *c. cum ad monaſterium, §. in refectorio, de ſtatu monach.* Concurrit etiam neceſſitas, per quam relaxatur ſolennitas quoque iuris diuini. Ideo videmus, quod debitor ſu-
12 ſpectus de fuga † capi poteſt die in honorem Dei feriata, *gl. in dies feſtos, ver. fideiuſſor, C. de feriis, Bal. in c. ſi. colum. vlt. extra eo. tit. & illam gl. dicit communiter approbatam Pau. de Montepe. in l. vinum, nu. 8. vbi Laſ. num. 3. ver. iſtud, adducit multos concordantes.* Et ſubdit, id poſſe in die natiuitatis Domini, vel etiam reſurrectionis, quia neceſſitas habet pietatem & charitatem annexam. Et illam gl. dicit vnicam & ſingularem Roder. *lib. 2. l. 2. fori, ti. dellos emplaz auientos, num. 23. fol. mihi 803. Cotta in memor. incipit, debitor non poteſt allegare, col. 2.* & Dominus noſter in die ſabbati ægros curauit, & parabola Hebræis propoſuit de iumento, quod die ſabbati decidit in puteum. Quare concluſio eſt, quod alimenta decerni poſſunt feriato tempore ad honorem Dei, cum alimenta habent pietatem annexam, *id eſt*, cum debentur, pauperi, qui non habet aliunde, quia in eo concurrit & neceſſitas & pietas. Et probatur *in c. 1. in 2. & aliis tit. de feriis*, quòd ſi tractatur de alimentis, quæ non debẽtur pauperi, ſed diuiti, non attẽdimus fauorem, alimẽtorum, quia in eis non militat neceſſitas, nec pietas, ſed ceſſat omnis ratio fauoris. Atq; ita conciliantur contrariæ Doctorum ſententiæ. Et pro mea ſentẽtia facit, quia ſi quis fame laboret, poteſt
13 feſtiuis dieb. operari, † vt ſuę neceſſitati prouideat, *c. licet etiam, de feriis, vbi hæc notat Abb. idem tenuit Felin. in. c. ſi. num. 7. de maior. & obed. & confirmat Beuincaſan tracta. pauper. in 4. quæſt. num. 28.* Ergo poterit etiam alimenta, quibus indiget, proſequi in iudicio. Quę autem dicta ſunt, non procedunt, quando tractatur de alimentis præteritis, ſed tantummodo de fu-
14 turis, quia in præteritis † non militat ratio neceſſitatis & pietatis, quæ cauſam facit fauorabilem, *vt poſt Iac. Butr. concludit Bar. in l. de alimentis, in 2. lectu. C. de tranſact. Alber. de Roſate, in l. cum hi, in princip. ff. de de tranſact.* qui duo dicunt cauſam non eſſe ſummariam, nec agitari poſſe feriatis diebus, quando tractatur de alimentis præteriti temporis, *Bal. in l. 1. numero 6. ver. quæro nunquid in cauſa, C. fideicom.* vbi quod non proceditur ſummariè, niſi petantur alimenta præſentia, vel futura. Idem Bal. *in d. l. de alimentis*, vbi dicit, eſſe notandũ pro viduis, quæ petunt alimenta præteriti temporis, *Ancha. in Clem. 1. de iure patron. Laſ. in d. l. de alimentis, nu. 5.* vbi loquitur, quoad vtranque regulã, quòd ſcilicet agatur ſummariè, & durantibus feriis, ſequitur ibi Curt. *in repet. num. 3. & ſeq.* quia ſubeſt periculum vitæ. Dec. *num. 10.* vbi infert, quod eadem ratione inferri poteſt ad limitãdum omnia priuilegia attributa alimentis, vt ſcilicet procedant ſolum, quoad præſenria, non quoad futura alimenta, *Aretin. pulchrè in conſ. 97. colum. 2. num. 2. ver. ad tertium dico*, vbi vult, quod etiam ſtatutum diſponens quod procedatur diebus feriatis in cauſa alimẽtorum, non habeat locum in alimentis præteritis, quia in eis ceſſat ratio fauoris, id eſt, ne alendus interim fame vexetur. Ergo priuilegium quoque ceſſare debet. Hoc etiam voluit Laſ. *in l. 1. §. ſed excipiuntur, num. 7. ff. de feriis, Gigas in tracta. de penſion. q. 51. num. 28.* vbi dicit, alimenta futura habere priuilegium, vt ſummariè tractentur, non autem præterita, *Maran. d. par. 4. diſtinct. 9. num. 168. Io. Bapt. Aſin. in ſua praxi iudic. §. 3. c. 31. num. 6.* vbi reſtringit

id, quòd de feriatis diebus dictum est ad alimenta præsentia & futura, *Cordub in d.l.si quis à liberis, §.si vel parens, num.12.ff.de lib.agnosc.* quia vbi agitur de præteritis alimētis, causa non desiderat celeritatem, sed sat est, quod secundum iuris ordinem expediatur, *idem num.23.* vbi quòd non cognoscitur summariè. Secundo limitantur, vt nō procedant, quando iure actionis debētur, quia eo casu causa nō est sum-
15 mariè † cognoscenda, nec expediri potest de feriata: secus quando officio iudicis petuntur, *ita Guliel. Cun.in l.1.§.sed excipiūtur, ff.de feriis, quē ibi sequitur Alex. nu.5. & Ias. nu.7.* Et ratio est, quia vbi officio iudicis petuntur in solo casu necessitatis, nō autem quando actor habet aliunde, & quando debentur iure actionis cessat causa pietatis. Et dicit Bal. *in l.nōnunquam, in 2.lect.ff.de iudic.* quod causa alimentorū non est summaria, quando petūtur ex cōtractu. Et ante eum Bar. *in d.l.de alimen.num.2.C.de transact.vbi Dec. nu 11.& Cur.iun.nu.8.Maran.d.dist.9.nu.168.Cordub.in d. §.si vel parens, nu.15.& 24.* vbi quod nō est summaria, nec expeditur feriato tempore, si petuntur alimēta ex cōtractu, vel non officio iudicis. Hoc tamen intelligendum est, quando petens alimenta habet aliūde. Quòd si pauper sit & egenus, agit die feriata. Et causa erit summariè tractanda, quāuis debeantur sibi alimēta ex cōtractu, vel aliter iure actionis.
16 *ita clarè determinat* † *Gul. Cun.in d.§.sed excipiuntur, vbi eū sequitur Alex.nu.5.* Nā in eo quod iure potius actionis quā officio iudicis petantur, non consistit discrimen, nec fauor alimētorum, sed in eo, quòd debētur pauperi, & aliunde nō habenti, *vt ex Gul.Cun. & aliis supra dixi.* Et gl. *in l.eadem, in ver.constituantur, ff. de feriis,* dicit, tunc ferias esse obseruandas, quando relinquūtur pauperi, *Aret.in d.cons.97.in fi.* vbi dicit, statutum disponens in fauorem alimētorum, non habere locum in alimentis debitis alicui diuiti, *Rip. in l.1.nu.46.ff.solu.matr. vbi allegat Alex. & Ias. Cordub.in d.§.si vel parens, nu.14.& 22.vbi alios adducit.* Et sanè inopia est causa fauoris, & ea est, quæ efficit alimentorum legatum pium, secūdum ea, quæ supra allegani. Proinde priuilegium propter inopiam con-
17 cessum, cessat, † vbi cessat inopia, *l.non tantum, §.eos qui.ibi, nisi facultates eorum adauctæ fuerint, ff.de excusat. tuto. & ibi notāt omnes, l.cura deficientium, ff.de muner.& honor.* Idem dicimus de priuilegio propter necessitatem concesso, quòd non habet locum necessita-
18 te † deficiente, *c.2.de custod.Euchar. & ibi Card. in 3.notab.Anch.& Butr.in 1.Tiraquel.in tract.cessan. cau.in princ. num.179.& num.193.*

PRIVILEGIVM III.

1 DE iure reus non tenetur edere actori ad fundandum suam † intentionem, *l.1. l.qui accusare, & l.fi. C. de eden.* Et id est prohibitum non solum iure ciuili, sed etiam naturali æquitate, *d.l.qui accusare, per quam ita dixit Bart. in extrauag.ad reprimen.in ver.figura, nu.17.* licèt ibi non probetur, *secundum Ias.in d.l.num.14. C.de eden.* vbi tamen malè intelligit Bar. credens illum loqui de iure naturali, cum tamen loquatur de æquitate naturali. Et facit ratio, quia probationes concernunt medium causæ. Et licèt in decisione causæ fauendum magis sit reo quàm actori, *c.inter dilectos, in fi.de fide instru.c.ex literis, de probatio. c.cum sunt partium iura, de reg. iur. in 6.* tamen in medio actor & reus procedunt à pari, *secundum glos.in c.cum ad sedem, in ver.cum pertinentius, de restit.spoliat. in d.c.cum sint partium iura, Bar.in l.inter stipulantem, §.1.ff.de verb.oblig.* Nec placet quod Dec. *in l.fauorabiliores, nu.5.ff.de reg. iur.* inquit, probationes dici concernere decisionem causæ, quia nō est verum, sed sunt media causæ, cum aliās nihil esset medium in causis. Et periniquum esset, si quis cogeretur contra seipsas proprias adducere probationes, *c.nimis graue, C.de testib.* In tantum autem vera est regula, vt in causa depositi, quæ est super omnes priuilegiata, *§.pen.vbi Doctores omnes, C.de depos.* non teneatur edere reus actori, *l.1.C. de eden. quem tex.ibi dicit singularem Ias. num.4.* tamen vbi tractatur de alimentis, reus tenetur instrumēta &
2 ra sua edere actori, † ad fundādum suam intentionem, *vt voluit ante omnes Butr. in c.1 nu.10. ver.item posset dici, de probat.* vbi idem dicit de doribus, in ecclesiis, in legatis ad piā causam, in libertatib. in hospitalibus, in omnib. aliis causis priuilegiatis, *sequitur Abb. in d.l.1.nu.19. Aretin.nu.52. ver.vltimo addo, Felin. nu.11. & Dec nu.17. Alex.in l.fi. nu.19. C.de eden.* vbi loquitur generaliter de omnibus causis prædictis, in quiēs, eas æquiparari fiscalibus, *l.3. C.de priuileg.fisci, Rom.in Authen. similiter, in 5.specia.iudic. C.ad leg. Falcid. & in l.1.ff. solu.matrim.* Et facit, quia vt dictum est supra, causa
3 dotis est pia, & in piis causis reus edit † actori, *vt per Bal. But. Abb. Aret. Felin. Dec. in d.c.1. Tiraq. de priuileg pia cau. priuileg.155.* Et idem videmus in fisco, cui agenti
4 † edendum est, *l nec quisquam, vbi Bar.& alij, C.de eden. l.2.§.diuus, il.1.ver.item diui fratres, ff de iure fisci, Bal.in l.1. §.editiones, ver.iuxta prædicta, ff.de eden. Abb. & alij omnes, in c.1.de probatio. ponunt Doctores in l.1. C. de eden.* Est verum, quòd aliter in causa dotis voluit Bal. *in d.§.editiones. & eum sequitur Salic.in l.fi. ver.& ex his patet, C.de eden.* Et tamen causa dotis æquiparatur causa fiscali, *l.2. C.de priuileg.fisc.* imo causa dotis videtur fauorabilior, *vt voluit Bal. in l.1. de iure dot. de quo ponit Alex. in l.1.ff.soluto matrim.* Communis tamen opinio est,
5 quod etiam in causa dotis sit locus † priuilegio prædicto, *vt per Butr. Roma. Abb. Alexan. Felin. & alios supra citatos, & de communi attestatur Dec.d.cap.1.num.17. de probatio. post Felin. num.11.* Quòd si hæc opinio recipitur fauore dotis, multo magis recipienda est fauore alimentorum, quę sunt fauorabiliora, *vt dicam suo loco.* Intellige tamen procedere, quādo non adest copia aliter probandi suam intentionem.

Nam

SVMMARIVM.

1 *Reus non edit actori etiam in causa depositi.*
2 *Reus edit actori in causa alimētorum limita, nu.6.& 9.*
3 *Reus edit actori vbi agitur de pia causa.*
4 *Fisco agenti reus edere tenetur.*
5 *Reus edit actori in causa dotis.*
6 *Reus non edit actori in causa alimentorum, quando potest aliter probare. & ibi de veritate.*
7 *Reus semper edit actori, quando magna subest causa.*
8 *Instrumentum aliud est, aliud contractus.*
9 *Reus nō edit actori in causa alimentorū, quæ diues petit.*
10 *Fauor piæ causæ præfertur fauori rei.*

nam si actor posset aliter probare, non compellit
6 † reum ad sibi edendum, *ita Butr. in d.c.1. num.10 ver. idem posset dici, sequitur Abb num.20. ver. ego puto.* vbi ait, quòd si præsens est notarius, habens penes se originale, cessat priuilegium, quia facilè potest haberi copia ab eo, & tunc non subest ratio violandi iuris regulas, *contrà cap. sanè, de priuileg. Felin. num. 11.* Qui idem dicit, quando facultas probandi perisset culpa petentis. Est verum, quod Butr. *in loco prædicto*, non ita indefinitè loquitur, sed inquit idem esse in alimentis, saltem, quando cessat facultas aliter probandi, atque ita vult, quòd etiam si subesset facultas aliter probandi, teneatur reus edere in causa alimentorum. Quia dictio saltem, est coniunctio diminutiuè, quæ hoc operatur, *secundum Bart. in l.1. num.5. ff. de iure codicillo. & in l. si ita legatum, num.7. ff. de iure codicillo. Corn in cons.190. colum.1. volum.1.* Etsi hoc solo casu concederetur priuilegium, nihil esset speciale in alimētis. Cum in omnibus causis cogatur reus officio iudicis edere actori ad fundandum suam intentionem, quando subest causa
7 † magna, *secundum Innocen. cap 1. de probation.* vbi causam magnam dicit, quando originalia sunt perdita, *Spec. in tit. de instrum. editio. §. videndum, num.17. ver. alij dicunt & bene, But. d.c.1. num.11. in fi.* Et licèt Abb. *ibi num.21.* conetur impugnare hoc dictum & reducere ad casum, quando tractatur de publica, non autem quando de priuata vtilitate, tamen Doctores ita intelligunt etiam in priuata: Quare dicendum est, quod procedat alimentorum priuilegium, etiam quando non apparet, quod veritas aliter non possit haberi. Sed p veritate distingui posset, quod aut constet petentem alimenta, posse facilè habere instrumenta aliunde, quàm à reo, & tunc non gaudeat priuilegio. Si verò hoc apparet, licet sibi ea petere à reo. *Et hoc innuit But in d.cap.1. & sequuntur alij, atque ita distinguit in fisco, Dec. in cap.1. num.14. in tertia declaratione, ver. si tamen saluando.* Et erit differentia in onere probandi, quia reus ipse probare debet, quod facilè sit petenti alimenta, habere probationes aliunde. Et dum Abb. *d.num.21.* dicit, tunc cogendum esse reum, quando negotium, de quo in instrumento commune est, licèt instrumētum sit proprium, nihil est, quia societas respectu negotij, nihil commune habet cum societate instrumenti, & cum aliud sit instrumentum, aliud verò
8 contractus, † qui continetur in instrumento, *Bart. in l. si quis legatum, colum. fi. in prin. ff. de falsi.* quia instrumentum concernit probationem, non substantiam actus, *Bal. in l. Labeo, §.1. ver. quid si quis, ff. de pact. & plura congerit Dec. in cons.17. num.3. & seq.* vbi inter alia probat, quòd statutum, annullans instrumentum, non censetur annullare contractum, non benè infertur à societate contractus, ad societatem instrumenti, *argumentum l. Papianus exuli, ff. de minoribus.* Secundò declaratur non procedere, quando alimenta petuntur à diuite, cui sunt relicta, quia tunc
9 † non gaudet eo fauore: tunc enim solum alimentorum causa dicitur, quia, quando legatur pauperi, *secundum Bart. in l. alio, ff. de alimen & cibar. lega.* tunc datur extensio de libertate, vel pia causa ad alimēta: at secus, quando diuiti sunt relicta, *ita declarat Aretin. in cap.1. num.53. de probatio.* Sed reprobatur à Decio *ibi, num.17.* quidicit communem opinionem indistinctè procedere, quia causa dotis & alimentorum est fauorabilis propter se, non etiam quia sit pia, *vt no. in l.1. C. de fideicom.* Addo quòd etsi causa alimentorum non dicatur pia, nisi quando pauperi debentur, tamen non desinit esse fauorabilis, *vt diximus supra hac eadem parte ex Alexan. Dec. & Alcia. in l. si certis annis, C. de pact. Florian. in l. cum de in rem verso, ff. de vsur.* Propterea non benè concludit Arct. argumentum, quòd ex quo non est pia, non gaudeat priuilegio, vt sibi reus edere cogatur. Pro quo fa-
10 cit, quia fauor † causæ, præfertur fauore rei, *cap. fin. C. de re iudic. cap. inter pares, ff. eo. l lege Iulia ff. de manum.* At reo exhibere actor regulariter tenetur, *vt per Docto. in cap. 1. de probatio.* Ergo multo magis tenebitur reus edere actori ad fundandum intentionem, quando causa actoris est fauorabilis. Et hoc argumentum vtitur Dec. *in d.cap.1. num.19. ver.8. & vltimo,* vbi subdit, libertatem, dotem, & alia, esse de per se fauorabilia, non autem alterius intuitu.

SVMMARIVM.

1 *Iudex officium suum non impartitur non petenti.*
2 *Iudex in causa alimentorum impartitur officium non petenti.*
3 *Iudex in causa pia impartitur officium suum non petēti.*

PRIVILEGIVM IIII.

IVDEX regulariter non impartitur offi-
1 cium suum non † petenti, *l.4. §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect. l.1. §. si magistratus, ff. de magistr. conuen. l. de pupillo. §. qui opus, ff. de oper. noui nuntiat.* Atque eam regulam exornat Ripa *in d. §. hoc autem, nu.1. & seq.* vbi ampliat pluribus modis. Tamen vbi de alimentis tractatur, iudex inter-
2 ponit officium suum non requisitus, † *vt est tex. in l. diui, ff. ad leg. Falcid. ibi, ad curam suam reuocaturum præsidem prouinciæ.* Et ibi Alex. *num.7.* dicit notandū, quia iudex nemine petente se interponit, *Aretin in cap.1. num.23. ver. 2. quia. de probatio.* vbi dicit, quod iudex supplere potest ex officio, vt alimenta præstentur miserabili personæ. Allegat Bar. *in l seruos, in prin. ff. de alimen. & cibar. lega.* qui tamen dicit solum, quod quilibet potest implorare iudicis officium, nō autem, quod idem iudex ipse nullo petēte possit hoc facere. Sed conclusionem nostram tenet Castren. *in dicto §. hoc autem, vbi Ripa num.26. Tiraquel. de priuileg. pia cau. priuileg.152. circa fin. & tenet Cordub. in §. si quis à liberis, §. verum, nu.11. ff. de lib. agnosc.* Et non est mirū, quia videmus idem esse in dote, cuius fauore iudex impartitur officium non petenti, *l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. solu. matrim vbi hoc notant Raph. & Castren. ponunt Doctores in d. §. hoc autem iudicium. vbi Ripa, num.25.* Et facit, quia causa alimentorum, *vt supra dixtmus,* est pia, † & iudex in omni causa pia interpo-
3 nit officium suum etiam non requisitus, *l. nec quicquam, §. vltim. ff. de offic. proconf. in ver. plerunque. & ibi hoc notat Bar. idem quoque voluit Bal. in d. §. hoc autem, in 4. oppos.* vbi etiam Imo. & Alexan. qui fortius subdit, puniendum esse iudicem, si non impartiatur. *Et tenet Ripa, & multos addit concordātes Tiraq in in d. priuileg.152.*

uileg. 152. per totum, qui idem dicit in causa libertatis, per tex. in l. mulierem, C. si mancip. ita alien. fuer. Sed priuilegium intelligi debet, quando debentur miserabili personæ vel pauperi, non autem quando sunt relicta diuiti, *iuxta ea, quæ suprà dixi.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum nudum nullam producit actionem, etiamsi sit iuratum.*
2 *Pactum nudum, quod dicatur, num. 4.*
3 *Pactum nudum fauore alimentorum producit actionem.*
4 *Pactum nudum producit actionem, quando interponitur super eo quod iure communi erat debitum.*
5 *Prouisio simplex & absoluta refertur ad præcedentem causam.*
6 *Conuenit verbum, arguit pactum nudum.*
7 *Pactum nudum à verbis, sed vestitum à causa producit actionem iure canonico inspecto.*
8 *Pactum vel statutum continens idem, quod ius commune, an aliquid operetur præter ius commune.*

PRIVILEGIVM V.

1 PACTVM nudum non producit † actionem, *l. iurisgentium, §. sed cum nulla, ff. de pact.* etiam si adsit iuramentum, *secundum Innocen. in cap. 1. quod met. cau.* quem ad hoc allegat Bal. *in l. fi. C. de fideicom. d. §. sed cum nulla, nu. 2. & 22.*

2 & propriè dicitur pactum nudum, † quando aliquid promittitur sine interrogatione, *vt declarat gl. in d. §. sed cum nulla.* Et dicit Bal. *in rub. de pact. extra,* quòd omnis conuentio, quæ fit per nuntium, vel per epistolam sine contractu, id est, si non cadat in contractum innominatum, dicitur pactũ nudum, fauore tamen alimentorum pactum nudum pro-

3 ducit † actionẽ, *& probat tex. in l. inter socerum, §. conuenit, ff. de pact. dotal.* vbi, si vxor nubendo conueniat cum marito, quòd teneatur illam alere, dabitur illi actio in factum ad alimenta. Et ita speciale esse fauore alimentorum, inquit Ioan. Fab. *in §. in personam, Instit. de act. & tex. in d. §. conuenit, dicit singularem & à nemine notatum in mundo, Rom. in sing. 528.* Iason tamen *in d. §. in personam, num. 69.* inquit, non esse speciale hoc casu, sed procedere ex regula, secundum quam semper actio oritur ex pacto nudo, quando

4 promittitur id, quod de † iure cõmuni erat debitum, *vt inquit gl. & post eam Bar. in l. legitimam, ff. de pact. & sequitur ibi Castren. & Alexan. & Ias. voluerunt quoque Bar. in l. non impossibile, ff. de pact. Bal. in cap. cum cautio, num. 12. de fide inst. Roman. in d. sing. 528. Ias. in d. §. sed cum nulla, num. 24. limi. 14. & d. §. in personam, num. 44. & 45.* Sed potest adhuc esse singularitas intelligendo, quòd maritus vigore pacti obligatur ad præstandum alimenta etiam in casibus quibus alere non tenetur, *quos casus supra citaui.* Addo quòd hoc casu non videtur pactum nudum, quãdo maritus promittit vxori eam alere: nam pactum dicitur nudum, quando nulla præcedit causa, *vt probatur in d. §. sed cum nulla, vbi no. Ias. in princ.* At in marito semper subest causa alendi, *id est,* dos propter quam vxor ali debet, etsi non sit dotata vxor, affert personam suam loco dotis. Item operatur viro, & omnibus istis cessantib. matrimonium est causa sufficiens, quia eo ipso, quod est vxor, ali debet, si aliunde non habet, *vt tetigi suprà.* Et licèt causa non exprimatur in conuentione, tamen sat est, quod præcedat, quia sequens conuentio refertur ad præce-

5 dentem causam, † per ea quæ ponit Bar. *in l. Titium, num. 2. ff. de verbo. oblig.* vbi, qui promittit centum dare, intelligitur ex causa mutui, quæ præcessit. Et li-

6 cèt verbũ conuenit, in eo tex. posítum arguat † pactum nudum, *l. lecta, in ver. conuenit, vbi not. Bar. & Iason, ff. si certum petat. Ias. dicto §. sed cum nulla, numero 23.* tamen est etiam aptum comprehendere stipulationem, vel contractum validum. Licèt ergo pactum prædictum sit nudum à verbis, non tamen est nudum à causa. Et hoc plurimũ operatur, quia inspecto iure canonico pactum nudum à verbis,

7 sed vestitum à causa habet † effectum, *Bal. in l. si de diuisione, C. famil. erciscun. Ias. in dicto §. sed cum nulla, num. 9.* Et dixi *in tit. quib. alimenta sint præstanda, dum tractaui de alimentis vxori dandis,* quod tale pactum non est superfluum, quia eius vigore peti poterũt alimẽta præterita. Et nunc dico posse attentari, quod si pacto solenni, non nudo, maritus promittat vxori, tenebitur etiam in casibus, quibus alioquin non tenetur ex iure, *vt prædixi.* Pactum enim adiunctum

8 † continens, quod ius cõmune, debet aliquid operari vltra ius commune. Hoc tamen non pono pro constanti, quia multis placet quod pactum intelligatur secundum ius commune. Videri ergo poterunt ad quæstionis determinationem Doctores, quos allegaui *in cons. 34. num. 27. & seq. & quod de statuto idem, quod ius commune, disponente tradunt Aretin. in cons. 18. colum. 4. ver. ad tertium, & plures citati à Contard. in l. vnica, in ampliatio. num. 131.*

SVMMARIVM.

1 *Lis esse non potest inter patrem & filium.*
2 *Contractus inter patrem & filium non valet.*
3 *Filius non vocat patrem in ius sine venia. & nu. 9. & 12.*
4 *Filius vocat patrem in ius causa alimentorum.*
5 *Obligatio non cadit inter patrem & filium.*
6 *Naturalia non possunt mutari iure ciuili.*
7 *Lis esse potest inter patrem & filium pro his, in quibus patri vsusfructus non quæritur.*
8 *Concesso vno veniunt omnia, sine quibus concessio foret inutilis.*
9 *Pater vocat filium in ius pro alimentis.*
10 *Filius vocando patrem in ius officio iudicis tenetur veniam petere.*
11 *Duo si extant impedimenta vno sublato remanet alterũ.*
12 *Filius potest patrem in omni causa conuenire inspecto iure canonico.*

PRIVILEGIVM VI.

1 INTER patrem & filium lis esse non potest, † *l. lis nulla, ff. de iudic.* intelligendo de filio in potestate, quia cum emancipato datur lis, *l. fina. C. de in ius vocan. glos. in d. l. lis nulla, in fi. l. actiones, ff. de actio. & obligatio.* Imò non va-

2 let contractus † inter patrem & filium, *l. 2. ff. de contrahen. empt. l. 2. C. de inoffic. donatio. §. item inutilis, Instit. de inutil. stipul.* Et quando datur lis, necesse habet fi-

3 lius † veniam petere, *l. fi. C. de in ius vocan.* tamen causa alimen-

sa alimentorum potest filius vocare patrem in ius,
4 † *vt est tex. in l. si quis à liberis, in princ. ff. de lib. agnoscen. vbi not. glos. in ver. cognoscet, idem voluit glos. in dicta l. lis nulla, idem probatur in l. nec filium, C de patr. potest.* vbi nomine filij, qui triennium excedit, pater conueniri potest. Hoc etiam probatur *in l. fina § ipsum autem, C. de bon. quæ liber. Bart. in l. si constante, num. 69. ff. solu. matrim.* vbi infert, quod patre vergente ad inopiam, filius egens posset pro consequendis alimentis petere sequestrum de maternis dotibus, *Socin. in tract. fallen. reg. 244. in 2. limitat. Cordub. in dicta l. si quis à liber. in princ. num. 43. & seq. Boer. decis. 130. num. 7.* Et ratio est, quia etsi regulariter pater & filius censeantur iuris
5 fictione eadem persona, *l. fi. C. de impube.* atque ideo inter † eos non cadat obligatio, cum nemo possit sibiipsi obligari, *l. Vranius, in princ. ff. de fideiussor, quam rationem considerarunt Bar. in l. frater à fratre, num. 11. in fi. vbi Castren. num. 7. Socin. colum. 1. & Crot. num. 8.* tamen vbi non patria potestas, sed valuta ipsi est in consideratione, non attenditur illa ficta personarum
6 identitas, *vt inquit Corn. in d. l. fi. num. 5. C. de impuber.* Et ciuilis ratio non potest iura naturalia † corrumpere, *§. fina. Institut. de legitima agnato. tute l. 2. ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consum. l. eas obligationes, ff. de capi. dimin.* Et vbi de alendo humano corpore agimus, attenditur natura, quæ eget sustentatione. Et ideo alito patre non sustinetur filius, quia non fictione, sed veritate opus est, vt animal viuat. Est & alia ratio, quia lis esse potest inter patrem & filium, quandocunque agitur de his quorum vsusfructus
7 patri non † quæritur, *l. Imperator, ff. ad Trebellia. Bar. in l. litis, §. fi. ff. de neg. gest.* vbi infert ad fructus beneficij, *& sequuntur eum alij apud Rod. in disputatio. maio. circa num. 31. Io. Lup. in rep. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 42. num. 9. Didac. in c. quia nos, de testam. Cacci. lup. in l. frater à fratre, num. 103. ff. de cond. indeb. & ante eum Castr. in l. sacrosanctæ, C. de episcop. & cler. Duran. de arte testan. tit. 1. cau. 1. num. 6. Vant. de nullit. ex defect. mand. num. 41.* Sed non quæritur patri vsusfructus alimentorum, cum ea omnia transeãt in vtilitatem filij, ergo datur filio actio contra patrem. Tertia est ratio, quia frustra lex filio tribueret officium iudicis pro alimẽtis consequendis, si illi denegarent exercitium, *argu. eius, quod inquit Bal. in l. iubemus, § in supradictis, nu. 1. C. ad Trebellia. sequitur Alex. ad Bart. in Authen. excipitur,*
8 *C. de bon. quæ liber. dixi in cons. 116. num. 36.* Vno † enim concesso omnia censetur concedi, sine quibus ad illud perueniri non potest, *l. 1. §. 1. ff. si vsusfruct. petat. l. 3. §. qui habet, vbi Doctores, ff. de seruit. rustic. prædio. Euer. loco 94. in princ. Vincent. Carroc. in c. cum quid, in princ. de reg. iur. in 6.* Et quæ dicuntur de filio petẽte alimenta à patre, amplia etiam in patre qui alimenta pe-
9 tat † à filio; nam etsi pater prohibeatur filium in ius vocare non minus, quàm filius patrem, *vt d. l. lis nulla*, quæ generaliter & indistinctè dicit, lis nulla nobis esse potest cum eo, quem in potestate habemus, & non constituit discrimen, quòd pater agat vel conueniatur, tamen fauore alimentorum admittitur pater ad agendum virtute correlationis. Præterea hoc est intelligendum in filio petita venia, & non aliter, quia etiam in casibus, quibus potest conuenire patrem, debet veniam petere, *secundum Cin. & Fulgos. quos citat & sequitur Ias. in l. fina. C. de in ius vocan.* Et procedit etiam, si non actio detur ad
10 officium iudicis, † vt pro alimentis, *glos. in ver. obsequium, in l. rogi, in §. si pater, ff. ad Trebell. in l. si socer, in ver. conuenit, ff. solu. matrim. glos. fina. circa medium, in §. pœnales, Instit. de actio. Ias. in l. 1. num. 8. ff. de iurisd. omn. iudic. Ascan. in tract. de patr. potest. in 3. effectu, num. 16.* Et ratio
11 est, quia si duo † sint impedimenta sublato vno alterum remanet, *l. vim passam, §. præscriptionem. ff. de adult. Bal. in l. 1. colum. antepen. C. de furt. Alexan. in cons. 62. volum. 2. Cret. in cons. 61. num. 3.* Duo autem filio obstant: vnum, quòd patrem non potest conuenire in iudicio; alterum, quòd debet veniam impetrare; proinde quamuis alimentorum fauore dispensetur aduersus vnum, tamen remanet alterum, & sat est, quod pro alimentis eatenus dispensetur, quatenus exigit necessitas. Aduerte tamen, quia specialitas hæc introducta alimentorum fauore procedit iure ciuili inspecto: nam si ius canonicum attendamus, non erit singulare, quod filius agat contra patrem pro alimentis, cum possit pro
12 quacunque causa patrem conuenire, † est tex. *in c. non est nobis, de sponsa. glos. in c. si ecclesia, 23. quæst. 4. in cap. quæritur, 2. q. 7 glos. pen. in c. fi. de iudic. in 6. 10. And. in glos. pen. in c. animal, & in c. fi. de iudic. in 6. Ange. in d. l. lis nulla, vbi etiam Castren. Ang. Aretin. in §. ius autem, Instit. de patr. potest. Ias. in l. frater à fratre, nu. 30. vbi Cacc. lup. nu. 45. ff. de cond. indeb. Socin. in d. reg. 244. in 6 fallen. Cordub. d. l. si quis à liber. in prin. num. 61. ff. de liber. agnoscen.* Et potest esse ratio, quia etsi patria potestas impediat oriri ciuilem obligationem, non tamen impedit naturalem, quæ solet multum attendi iure canonico. Vt autem scias, quando & quibus casibus liceat parentem in ius vocare sine venia, & an idem sit in nepote, & aliis descendentibus, videas Socin. *in dicta reg. 244. Duen. in reg. 351. Docto. in l. fi. C. de in ius vocan. & Ascan. in d. tract. in tertio effectu, per totum, vbi latè agit.* An autem filiofamilias sit dãdus curator, casu quo minor sit, dicam infra, dum agam, an minor pro causa alimentorum possit esse in iudicio. Et quia supra diximus, nõ requiri patris cõsensum, quando filius agit ad ea, quorum vsusfructus patri non quæritur, infertur, quod filiusfamilias potest à tertio alimenta petendo stare in iudicio sine patris consensu: Sed hoc non est speciale.

SVMMARIVM.

1 *Seruo legari & fideicommitti non potest, & non potest conualescere legatum mortuo testatore.*
2 *Seruus est capax legati alimentorum, & intentat officium iudicis pro eis etiam contra dominum. & num. 3. ponit rationem.*
3 *Seruus est capax eorum, quæ sunt facti.*
4 *Fratribus minoribus relinqui potest in causam alimentorum. & num. 11. vbi latius.*
5 *Damnatus ad metalla est alimentorum capax.*
6 *Facta quæ sunt, mutari non possunt.*
7 *Damnatus ad metalla, retinet ius naturale & illius iuris exequutiua.*
8 *Deportati possunt actionem exercere.*
9 *Deportatus habetur pro mortuo.*
10 *Relegatus est testabilis.*

11 *Fratribus minoribus alimenta, an & quando relinqui possint.*
12 *Seruo si relinquantur alimenta debentur domino.*

PRIVILEGIVM VII.

1 SERVO dari non potest legatum, vel † fideicommissum, *l. seruus, C. de legat.* vbi fortius dicitur, quòd legato seruo factum, non efficitur validum, si mortuo testatore donetur libertate: Item seruus non potest dominum conuenire, tamē seruo alimenta relinqui possunt, & pro eis deducit officium iudicis et-
2 iam contra † dominum, *vt est text. in l. seruus ad custodiam templi, ff. de alimen. & cibar. lega. l. quidam, §. illo. C. de necessa. seru. hæred. instit. l. seruo alieno, §. si quis post tempus, ff. de leg. 1.* & glos. ibi dicit, esse speciale fauore alimentorum, quod detur officium iudicis, *Bar. in l. si constante, num. 69. ff. solu. matrim. Feder. de Sen in cons. 41. Ias. in l. si victum, num. 6. ff. de re iudic. Cordub in l. si quis à liberis, §. vtrum, num. 12. ff. de liber. agnoscen.* Et ratio est, quia serui retinent ea, quę sunt iuris naturalis, licet propter seruitutem amittant alia, *argumento l. legatum, ff. de capit. dimi. l 3. ff. de his, quæ pro non script. hab.* alimenta autem descendunt à iure naturali, ergo seruis debentur, addo dandos esse vitę, cui vita conceditur, *vt inquit Cornelius Tacitus, annal. lib. 4.* Accedat
3 quod in seruo cadunt, † quæ facti sunt, *l. qui hæredi, in princ. ff de cond. & demonstr. §. sed & cum factum, Instit. de stipulat. seruo. l legatum nulli, ff. de alimen. leg. ita dicit Feder. de Sen. in d cons. 41.* Ratio autem, quare magis detur officium iudicis, quā actio est, quia actio consideratur in persona illius, qui experitur, *§. 1. Institut. de actio.* & officium iudicis residet in iudicis persona. Cum ergo seruus non possit agere, nō datur actio, *ita gl. in d. l. seruus ad custodiam, declarat Cord. d. §. vtrum, num. 12.* Et ideo inquit Bart. *in d l. seruo alieno, §. 1.* quòd etsi fratres Minores ordinis S. Francisci,
4 non † possint esse in iudicio pro quauis causa, *Clem. exiui de Paradiso, de verb. signif.* tamen valet relictū eis factum in causa alimētorum, & officio iudicis coguntur hæredes ea prestare, licet fratribus non detur actio, vt petant, *idem dicit in l. ciuitatib. num 3. ff. de leg. 1. & in tract. Minoricar. lib. 2. dist. 7. c. 3. num. 40. & seq. Cordu. loco prædicto, dicit idem in monacho.* Eadem ratione licèt damnatus in metallum seruus pœnæ efficiatur, & libertatem perdat, *l. in metallum, C. de bon.*
5 *proscrip.* tamen est capax † relicti alimentorum, *l. si is cui, ff. de alim. & cibar. leg. l. si in metallum, ff. de his, quæ pro non script. habent. gl. in l. deportati, vbi Salic. in si. C. de bon. proscrip. est tex. in l legatum, ff. de capit. diminut. Ang. Aret. in tract. de testam. glos. 45. num. 10. Ias. in l. 1. num. 1. in tertia limit. C. de hæred. instit. & hanc sententiam probarunt Bar. Ang. Imo. & Alex. in l. si victum, vbi Ias. num. 4. ff. de re iudic. Maran. in l. is potest, num. 109. ff. de acquir. hæred. Cordub. d. §. sed vtrum, num. 4. Simon de Pret. de coniect. vlt. vol. 11. interpret. nu. 18. fol. 425.* Ratio autem est, quia relictum causa alimētorum, consistit potius in facto, quàm in iure, *vt inquit text. in d. l. legatū, in fi. ff. de capit. dimin.* Ideo cum damnatus in metallum perdat solū quæ sunt iuris, non autem quæ sunt facti, consequi debet alimentorum legatum. Quæ enim sunt facti,
6 nulla possunt † constitutione mutari, *l. denique, ff. ex quib. cau. maio. l. 1. §. si vir, ff. de acq poss. l. librorū, §. quod tamen Cassius, ff. de leg. 3. l. si victum, ff. de re iudic.* & quæ facti sunt, sicuti cadunt in seruum, *secundum Feder. Senen. d. cons. 41.* ita cadere in eum debent, qui ad metallum damnatus est. Alia est ratio, quia alimenta sunt iuris naturalis, ideo damnatus non ea amittit, & alimenta capit non persona, sed natura, *vt inquit Felin. in cap. qualiter & quando, il secundo, num. 28. de accusat.* Quod tamen nihil est, quia non potest à persona separari natura: imo verius est dari personæ, *vt inquit Corne. in cons. 204. lib. 4. sequitur Cordub. loco antedicto, num. 6.* Inde infertur, vt ei concedenda sint alimenta, cui personæ relinquitur, *vt supra dixi ex Tacito*, alij dicunt damnato, ideo dimitti alimenta, quia datur officium iudicis, quod non præsupponit obligationem, & residet in persona iudicis, non autem apud alimentandum, *vt per Cordub. ibi, sed hoc deuiat à communi*: Nam cū retineat quæ sunt iuris naturalis, atque ita alimenta retinere etiam debet, quæ sunt necessaria ad alimentorum consequutionem, vt sunt actiones, *l. si sibi mandauero, §. is cuius, ff. manda.* Hoc modo declarat Bart. *in l. si victum, ff. de re iudic.* inquiens, quòd damnatus in metalla
7 retinet † non solum ius naturale, sed ea etiam, quæ sunt exequutiua illius naturalis iuris, vt sunt alimenta. *Idem voluit Ang. ibi, & sequitur Imola, qui fortius dicit per illum text. ampliari decisionem l. si victum. & cum eis transit Alexan.* Et rationem dicit Iason, *num. 4. & sequen.* quia non solum datur actio ad alimenta, sed etiam pro alimentis denegatis, quia succedit loco alimentorum. Et quæ dicuntur de damnatis ad metallum, facilius locum vendicant in deportatis, qui etsi perdant ea, quæ iure ciuili competunt, retinent tamen, quæ sunt iurisgentium. Propterea, licèt actio sit iuris ciuilis, quia tamē oritur ex con-
8 tractu, qui est iurisgentium, possunt † exercere actionem, *l. si sibi mandauero, §. is cuius, ff mand. & d. l. victum, vbi Bart. hoc tenet Ang. Imola, & alij ibi. Ias. in l. 1. in*
9 *princ. C. de hæred. instit.* & tamen deportatus † habetur pro mortuo, *l. 1. §. pen. ff. de bon. poss. contra tabul. l. si neeem, §. si deportatus. ff. de bon. liberto. Ias in d. l. 1. in princ. Maran. in l. is potest, num. 117. ff. de acquir. hæred.* & multo
10 magis in relegato: is enim remanet † testabilis, *Bar. in l. eius qui, §. si cui, in fine, ff. de testamen. Doctores in l. relegatorum, in princ. ff. de interd. & relegat.* & neque bona, neque ea, quæ sunt iuris ciuilis, perdit, *l si qua, ff. ex quib. cau. maior. l. relegati, ff. de pœn. l. bona. ff. de iure fisci.* & generaliter procedit, quòd legatum alimentorum fieri potest cuicunque, quantumuis aliàs incapaci successionis, vt generaliter ponit Foller. *in sua praxi censua. in glos. huiusmodi census super rebus, numero 82. folio mihi 144.* Quæ verò dicta sunt suprà, procedunt, quando nihil aliud obstat, aliàs etiam alimenta relinqui non possunt incapacibus. Ideo
11 † fratribus Minoribus nō possunt alimenta relinqui, quia repugnat sua regula, secundum quam debent perpetuo mendicare, *ita Bald. in Auth. ingressi, nu. 19.* Vbi idem dicit in quocunque annuo legato, subdens, idem esse, quod annum quid legetur pauperi, vel quod legetur ad alimenta, quia vsus hic habetur semper pro expresso. Idem Bal. hoc tenet *in l. seruo alieno, in princ. ff. de leg. 1.* quia Clementina

tina dicit contrarium, & reprehendit Iac. de Aret. qui aliud dicebat. *Sequitur Imola ibi*, qui tamen limitat, quando alimenta relinquerentur pro modico tempore, puta pro vna die vel mẽse. Per hoc enim non impeditur perpetua eorum mendicitas, *Dec. in c. in præsentia, num. 70. de probatio.* vbi tamen dicit, secus esse, quando in alium vsum relinqueretur, puta ad studium, vel quid aliud simile, *post Feder. Senen. cons. 12. & Abb. in cons. 63. volum. 2.* Quæ tamen sententia mihi non placet, quia hoc modo posset à pluribus minutatim cõstitui certus redditus ad alimenta fratrum contra eorum regulam, & contra mendicitatem, *qua ratione Bart. in tract. minor. distinct. 6. c. 1. num. 33. & adiuuatur ex his, quæ ponit Fulgos. d. cons. 104. Abb. d. cons. 63.* Quod verò dictum est de seruo, quòd sit capax alimentorum, optimè procedit quando dominum non habet, quia tunc ipse capit, ipse agit: at si dominum habeat, tunc non agit, neque
12 capit, sed domino † videntur relicta, *vt declarat Bar. in l. cum hi, §. eam transactionem, num. 5. vbi Ias. in fi. ff. de transactio, & dixi infra in priuilegio, an super alimentis possit transigi, in 9. limitat.*

SVMMARIVM.

1 *Minor non potest esse in iudicio sine curatore, vbi ampliatur.*
2 *Minor sine tutore, aut curatore, petit alimenta.*
3 *Minor non petit alimenta sine curatore, quando non est periculum in mora.*
4 *Minor non potest esse in iudicio sine curatore, etiã quando patris consensus non requiritur.*

PRIVILEGIVM VIII.

1 MINOR non potest esse in iudicio sine curatore † propter fragilitatem consilij, per quam indultum est à iure, quòd possit cõditionem suam facere meliorem, non autem deteriorem, *l. 1. in princ. ff. de minor. l. fi. C. de filiofamil. minor.* & omnia acta redduntur nulla, si gesta sint sine curatore, siue habeat, siue non, *gl. Bart. Castren. & alij, in l. pen. C. si aduer. rem iudic. Bar. & Castr. in l. acta, §. contra, ff. de re iudic. Vant. in tit. de inhabil. ex defect. mand. num. 30 & seq.* vbi dicit, verum esse quoque in causis criminalibus, in ecclesiasticis, & beneficialibus. Addo Spec. *in tit. de acto. in princ. num. 2. & 9. Maran. qui alios congerit in suo speculo, par. 4. distin. 16. nu. 42. & seq.* Tamen vbi agit de alimentis, quia venter non patitur dilationem, *l. 2. ff. de fer. & melius in l. 1. C. de alimen. pup. præstan.* si periculum sit in mora, & tempus non suppetat ad dandum curatorem, poterit pupillus adire iudicem, & sine curatore vel
2 tutore alimenta † petere, *vt probatur in d. l. 1. per quam ita dicit Specu. in tit. de actore, in princ num. 3. Cordub. in l. si quis à liberis, §. verum, num. 16. ff. de liber. agnoscen.* Sed vbi mora nõ est damnũ allatura, legitimari debet minoris persona, & dandus est ei curator, † vt in proposito alimentorum inquit Bartolus *in l. si constante, num. 69. in fi. ff. soluto matrimonio.* Cessante enim necessitate, cessat id, quod inductum est necessitatis causa, *cap. cum cessante.* Et Bar. in loco prædicto allegat glos. *fina. in l. si longius. ff. de iudic.* quæ vult, quod
4 filiusfamilias minor, † non possit stare in iudicio sine curatore etiam in casibus, quibus patris consensus non est necessarius, & filius potest esse in iudicio sine consensu patris, *sequitur ibi Bar. & Bal. & Castren. dicit illam glos. singularem, Alexan. in l. fi. §. necessitate, C. de bon. quæ liber. Aretin. Instit. de tutel. in principio, Vant. loco prædicto, num. 43.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex ecclesiasticus non cognoscit contra laicum.*
2 *Iudex ecclesiasticus cognoscit de alimentis contra laicũ.*
3 *Iudex ecclesiasticus cognoscit causam piam.*
4 *Episcopus exequitur disposita per defunctum non obstante illius prohibitione.*
5 *Iudex ecclesiasticus non cognoscit de alimentis relictis diuiti.*
6 *Spurius non potest alimenta petere coram iudice laico, vbi late de veritate.*
7 *Spurij sunt alendi etiam in foro Cæsaris.*
8 *Iudex laicus in terris ecclesiæ competens est in causa alimentorum.*

PRIVILEGIVM IX.

IVDEX ecclesiasticus non potest causam cognoscere contra laicum conuentum,
1 etiam si † clericus sit, qui conuenit, *c. cum sit generale. de foro competen. l. 2. C. de iurisdict. omn. iudic.* Est enim distincta iurisdictio, & confundi non debet, & onus officialis non debet se ingerere in officium alterius, *vt in simili dicit Bal. in l. 1. numero 1. de offic. consul.* tamen si agatur de alimentis
2 debitis, adire poterit iudex † ecclesiasticus, *cap. significantibus, de offic. deleg. ponit Bar. in l. solent, num. 13. ff. de alim. & cibar. lega. Imola in cap. relatum, il 1. colum. 2. ver. nota quod valet, de testam. Gemin. in cap. si quis deliquerit, vbi etiam Præpos. in fi. distinct. 30. Ioan. Lup. in cap. per vestras, in 2. not ab. in princ. num. 19. de donat. inter vir. & vxo. folio mihi 126. Didac. in epitom. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 6. Cordub. in l. si quis à liberis, in princ. num. 39. ff. de libe. agnoscen. Ludou. Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 15. num. 76.* Procedit autem specialitas, quia datum vel relictum ad alimenta, dicitur collatum in causam piam, *vt declaraui in principio huius partis, vt probat text. in d. cap. si quis deliquerit, vbi Gemin. & Præpos. in fi.* Item relictum in piam causam, mittitur exequutioni non solum per laicum, sed etiam per ecclesiasticum iudicem, & vterque habet iurisdictionem in
3 laicos, † *vt inquit Bal. in l. hæreditas, §. si defuncto, ff. de petitio. hæred. vbi allegat Archidiac. Specul. & Innocen.* Imo
4 Episcopus exequi potest † disposita per defunctũ non obstante illius prohibitione, *l. nulli, cum Auth. ibi posita, & l. si quis ad declinandum, C. de episcop. & cleric. Ang. in l. illa institutio, ff. de hæred. instit.* vbi tamen dicit, quod episcopus debet exequi secundum formam ordinatam à testatore, quod subdit esse notandum, *& sequitur Imola ibi, colum. 3. ver. quid autem si testator instituit.* Et quod episcopus habeat pro causis piis iurisdictionem in laicos, probat tex. *in l. 1. vbi Baldus, C. de episcop. aud. cap. 1. vbi Hostien. Abbas & alij, de empt. & vendit. glos. in cap. relatum, il primo, de testam.* vbi post Abb. Imo. & Barbat. ponit Didac. *in fine*, dicens, causam piam tractandam esse iuxta

canonicas sanctiones. Ideo non mirum si eius cognitio & definitio competit ecclesiasticis iudicibus. *multos alios citat Tiraq. in tract. de priuileg. pia cau. priuileg. 149. vbi allegat Bartolum, in dicta l. solent.* Id tamen intelligendum est, quando alimenta debentur pauperi, quæ solo casu piam causam respiciunt, *vt supra dictum est, dum actum est, an alimenta dicantur causa pia, atque* † *ita declarat Bar. in d. l. solent, numero 13. & Cordub. d. num 39. Imola in c. relatum, de testam. Lup. in cap. per vestras, in 2. not. ab. num. 19. de donatio. inter vir. & vxor. folio 126. vbi dicit not.* Hæc tamen specialitas non habet locum, quando spurius petit alimenta, vel relicta, vel aliter debita, quia is velit nolit, cogitur ecclesiasticū iudicē adire, nec posset ea petere coram † laico, *ita Aret. in cons. 48. reuocatur in dubium, num. 5. & per totum,* vbi dicit, quod est exceptio declinatoria, seu potius perempto, quando dicit; *tibi non competit ius, vel actio in foro seculari,* non autem incompetentia, quia vbi lex ecclesiastica inducit propter peccatum nouum remedium excitando ad illud iudicem ecclesiasticum, tunc nullum competit remedium in foro ciuili, *eum sequitur Caccialup. in l. frater à fratre, §. quæsitum, num. 87. ff. de cond. indeb.* licèt idem *in Auth. si qua illustris, num. 93. in fi. C. ad Orfician.* neutram in partem inclinet, sed quærendum & inueniendum dimittat. Hanc etiam sententiam simpliciter sequutus est Dec. *in c. Sanctæ Mariæ, num. 30. de constitutio. Gram. in cons. ciuili, 35. in fi. Caphal. in cons. 48. num. 9. Bursat. in cons. 62. num. 19. Bonacos. in tract. de aquita. canon. in secunda conclu.* Sed contrarium tenuit Lancel. Gal. *in rub. ff. de verborum obligationib. num. 22. & sequen.* dicens, quod Aretini opinio non est vera, quia quod spurio debeantur alimenta, procedit hodie non solum in foro ecclesiastico, sed etiam in ciuili, *& ante eum idem voluerunt Socin. & Thomas Doccius, quos citat Caccialup. in locis supracitatis, & cum eis videtur transire Capic. in decis. 164. num. 2. vbi tamen dubiè loquitur.* Cum hac quoque sententia transit Paulus Picus, *in cons. 22. num. 6. quem citat & sequitur Menoch. in cons. 461. num. 22. & nouissimè Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. idem rescripsit, num. 78. vbi dicit esse in facultate spurij, coram quo malit agere, & præter eum ita quoque contra Aretin. tenet Ripa in rub. ff. de verbor. oblig. num. 58. dicens communem opinionem esse in contrarium,* quia etiam in foro Cæsaris filij spurij sunt alendi à † patre, *vt per eum qui multos allegat, Simon. de Pretis, de coniect. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 1. dubit. 3. solut. 2. num. 6. Paleot. de noth. & spur. cap. 47. num. 5. qui mouetur eadem ratione,* sed ea ratio non videtur bona, quia etsi in terris imperij debeantur alimenta, tamen possunt simul stare quod petantur ab ecclesiastico iudice. Sed certè ineuitabilis est ratio, quod etiam in foro Cæsaris debeantur secundum communē. Ideo placet mihi, quòd mixti sit fori: quòd si primam amplecteris, declara non procedere in terris ecclesiæ subiectis, quia tunc etiam laicus iudex † erit competens, *secundum glos. in cap. fina. ver. lex ciuilis, de arbitr. in 6. Simon de Pretis, loco prædicto, vbi allegat Felin, sic declarantem.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio suspendit effectum iudicati.*
2 *Appellatione pendente nihil innouari debet.*
3 *Appellatione pendente super validitate matrimonij alimenta decernuntur vxori.*
4 *Alimenta decernuntur vxori pendente lite super iuribus matrimonij.*
5 *Iudex laicus decernit alimenta vxori, dum coram ecclesiastico agitur de matrimonio.*
6 *Matrimonij causa est spiritualis & cognosci debet ab ecclesiastico iudice.*
7 *Matrimonij causa iudicatur secundum ius canonicum.*
8 *Causa matrimonialis iudicatur secundum ius canonicum in foro Cæsaris, quando agitur de successione.*
9 *Articulus dependens, vel emergens à causa matrimonij spectat ad iudicem ecclesiasticum.*
10 *Iudex causæ principalis, est iudex emergentis, & accessorij.*
11 *Attentare licet pendente appellatione, quando ab ea sententia non datur appellatio.*

PRIVILEGIVM X.

1 APPELLATIO suspendit † effectum sententiæ, *l. 1. in fi. ff. ad Turpillia. cap. venientes, de iureiur. Bar. in l. 1. num. 3. ff. de appellat. Socin. in cons. 91. num. 10. vol. 4. Afflict. in decis. 296. num. 3. Doctores in l. si causa cognita, vbi Alexan. num. 2. Ias. num. 7. C. de transact. Bero. in cons. 56. num. 15. volum. 2. Ripa in l. 1. numero octauo, & sequen. ff. de re iudic.* ideo ea pendente
2 nihil innouari † potest, *vt in rub. & toto tit. ff. mil. noua. appellat. penden. c. super eo, il 1. de appellat. cap. si à iudice, eodem tit. in sexto. Abbas in rub. de appellat. vbi Dec. in 4. col. ver. secundo principaliter, Rom in cons. 37. num. 4. Bero. in cons. 110. num. 40. volum. 3. Paris. cons. 28. num. 26. vol. 4. Socin. iun. in cons. 75. num. 24. volum. 4. Natta in cons. 583. num. 5. Vantius in tit. quoties & intra quod tempus, num. 48.* Pendente tamē appellatione super validitate ma-
3 trimonij decernenda sunt alimenta † vxori per ea quæ notant Doctores *in c. ex parte, de accusat. Spec. in tit. de appel. §. penult. ver. illud autem.* Et diximus supra, quando sermonē fecimus de alimentis actori præ-
4 standis, lite pendente, & in vxore alenda, † dum disceptatur de viribus matrimonij, ponit Quintil. Man. *in cons. 12.* qui etsi de graui causa agat inter duces, nihil tamen allegat ex prędictis, & facit ad nostram quæstionem, quia in causa alimentorum appellatio non suspendit iudicatū, *vt paulò infra dicam.* Augetur singularitas, quia alimēta possunt à iudi-
5 ce laico decerni, dum quæstio super † matrimonio ventilatur coram ecclesiastico, *vt per multa concludit Afflict. in decis. 152. per totam:* vbi mouetur, quia causa alimentorum nō est de processu causæ, in qua fuit appellatum, sed videtur diuersa causa. Item quia lata sententia in fauorem matrimonij, videtur etiam ordinatum, quod alimentis debeantur, at à sententia alimentorum non appellatur, sed mittitur exequutioni. Et subdit ibi Afflict. *numero 5.* esse speciale, vt lite pendente præstētur alimenta mulieri, qui super matrimonio obtinuit sententiam in fauorem, *sequitur Fab. Montel in sua praxi, quem citat & probat Ioan. Bapt. Asinius in sua praxi iud. §. 31. in capit. 2. in secunda princip. limitatio. numero 6. folio mihi 375. idem voluerunt Manfred. & Guid. Bonon. quos citat Lancello. in tract. de attenta. in secunda par. cap. 12. limit. 24.*

in princ.

in princ. vbi subdit, non dici attentatum, quando lite pendente iudex prouidet de alimentis vxori, & *præter eos Rebuff. in constit. Gall. tomo 1. artic. 3. gl. 1. num. 29.*
6 *& sequen.* Et tamen matrimonij causa † spiritualis est; & cognosci debet per iudicem ecclesiasticum, *cap. excedentibus, de excessib. prælat. cap. causam matrimonij. de offic. deleg. Specu. in tit. de rescrip. præsentat. §. ratione forma, num. 35. Abb. in cap. si pro debilitate, num. 4. de offic. deleg. Roman. in cons. 290. num. 8. Corset. in sing. matrimonium, tom. 2. Maran. de ordine iudic. par. 8. distinct. 11. num. 8* vbi
7 *multos congerit*, & indicatur † secundum ius canonicum, *cap. fina. de secund. nupt. Bal. in cap. ex transmissa, colum. 1. de restit. spoliat. Abb. in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, colum. 6. de constit.* etiam in foro Cæsaris, quando agi-
8 tur de successione, † *vt tenuerunt Cardin. Signor. Abbas & alij, quos citat Dec. in cons. 158. Didac. de sponsal. par. 2. c. 6. §. 8. num. 18. decis. Pedem. 84. num. 9.* In quo tamen multi contrarium tenuerunt. Et sicuti causa matrimonij spectat ad ecclesiasticum iudicem, ita quicum-
9 que articulus † emergens, vel dependens ab ea, *cap. tuam, vbi Abb. & alij omnes, de ordin. cogn. cap. lator, qui fil. sint legit.* Et idem est in causis quę sunt spirituali annexæ, *vt notat. in cap. quanto, de iudic.* Iudex enim cau-
10 sæ † principalis etiam iudex accessorij. Mihi autem videtur nihil omnino specialitatis versari in hoc casu: Nam quòd liceat pendente appellatione decernere alimenta, non est nouum, quia licet iu-
11 dici attentare, quandocunque † à sententia non datur appellatio, *Innoc. in c. pastoralis, num. 3. de offic. deleg. Bal. in cap. 1. §. sancimus, num. 1. quo temp. mil. vbi Afflict. num. 36. Franch. in cap. constitutis, num. 8. de appella. Rolan. in cons. 77. num. 20. volum. 2. Maran. de ordi. iudic. in 6. par. in secunda actio. principali, versic. & quandoque appellatur, num. 183. Crotus in cons. 101. num. 8. Paris. in cons. 108. num. 22. volum. 1. Socin. iun. in cons. 138. num. 17. volum. 3. Lancello. de attenta. par. 2. cap. 12. in limit. 25. in princ. decis. Pedem. 5. num. 8. Contard. in l. vnica, q. 4. num. 13. C. si de mom. poss.* Quod autem causa matrimonij cognosci nõ possit per laicum iudicem, non inducit singularitatem, quia, *vt inquit Afflict. in d. decis. 152.* causa alimentorum non dependet à causa matrimonij, quæ tractatur, sed est diuersa, propterea nihil impedit, quominus laicus iudex causam alimentorum tractet, dum ecclesiasticus cognoscit de viribus matrimonij. Si quid ergo est specialitatis, in eo consistit, quod à sententia in causa alimentorum lata non appellatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres durante tempore ad conficiendum inuentarium, non potest conueniri à creditoribus hæreditariis, lim. num. 4. & 5.*

2 *Exceptio quod hæres non conueniatur durante tempore ad conficiendum inuentarium, impedit litis ingressum.*

3 *Hæres conuenitur ex causa alimentorum durante tempore ad conficiendum inuentarium, limita tamen, vt num. 4. & 5.*

4 *Hæres pendente tempore ad conficiendum inuentarium conuenitur pro legatis ad pias causas.*

5 *Priuilegium cessat cessante causa priuilegij.*

† PRIVILEGIVM XI.

1 HÆRES habet à iure trimestre ad conficiendum inuentarium † bonorum hæreditatis, *l. fi. §. fin autem dubius, C. de iure deliber.* Interim verò non potest conueniri à creditoribus hæreditariis, vel à legatariis, *l. fina. §. donec, vbi Bar. & alij omnes. C. de iure deliber.* & dicunt
2 quod hæc exceptio impedit litis ingressum, † *Ange. in l. 1. hæc stipulatio, colum. 7. ver. pendente autem dilatione, ff. si cui plus quàm per leg. Falcid. Franch. in cap. 1. in limitatio. 19. vt lite non contesta. Ang. Aretin. in tract. de testamen. glos. 112. num. 9. ver. durante, Iaf. in §. fuerat, num. 71. Instit. de actio. Capel. Tholos. decis. 258. Boer. decis. 10. num. 3. Duen. reg. 267. in princ. Blanc. in tract. de compromiss. par. 4. q. 4. inter exceptio. ex successio. num. 6. folio mihi 368. Rolan. in tract. de inuentar par. 4. vtilit. 4. num. 1. folio 105. vbi multos allegat*, sed creditor ex causa alimentorum non ex-
3 pectat lapsum termini, † imo eo durante consequitur alimenta, *vt per Ange. in d. §. hæc stipulatio, nu. 16. ver. secundo fallit*, fames enim acutissimus est ensis, & venter non patitur dilationem, *vt inquit Bal. in l. pactum, C. de collatio. Et Imola in d. §. hæc stipulatio, num. 10. inquit, se vidisse ita practicari, illum placuit Corneo, in d. §. donec. & Iacob. de Sancto Georg. num. 1. Iaf. in l. eam quam, numero 10. ver. tertio notabiliter limita, C. de fideicom. Duen. d. reg. 267. num. 4. Phanuc. in tract. de inuentar. par. 4. num. 8.* Et facit, quia cum de vita hominis tractatur, res dilationem non recipit, *l. fina. ff. de appellatio. recipien,* Ideo videmus idem esse in quibuscunque relictis
4 ad piam causam, quia hæres conuenitur pro † eis durante tempore ad conficiendum inuentarium, *vt post Ricard. voluit Cin. in d. §. donec, quem sequuntur ibi Bal. Ang. Corne. Castren. Iacobin. & alij, Duen. & Phanuc. vbi supra, Tiraquel. qui alios citat, in tract. de priuileg. pia cau. priuileg. 24. Rolan. qui plurimos addit in tract. de inuentar. d. 4. vtilit. num. 7.* vbi post Rolan. inquit, relictum pro anima dici, quidquid datur pro subleuando animã defuncti, vel pro sustinendo corpus animatum. Si autem id conceditur piæ causæ, non est denegandum alimentis, quorum causa est pia. Vnde infertur procedere casum nostrum, quando alimenta debentur pauperi vel egeno, cum eo tantum casu alimenta pietatem contineant, *secundum ea, quæ supra declarauimus in princ. huius partis,* non autem quando diutiti sunt præstanda. Infertur item, quod cessabit priuilegium, quando lis esset de præteritis alimentis: tunc enim cessat ratio, quod venter non recipiat dilationem. Cessante autem pri-
5 uilegij causa † cessare debet priuilegium, *l. Athletæ. §. 1. & l. idem Vlpianus, ff. de excusat. tuto. l. Titia Seio, §. vsuras, vbi glos. Bart. & alij, ff. de lega. 2. l. filius à patre, §. 1. vbi Imola, Alex. Aretin. & Iaf. ff. de liber. & posthum. cum aliis apud Tiraquel. in tract. cessan. cau. in 1. par. num. 203.* Et hanc limitationem confirmo infra in eo speciali, quod alimenta debeantur hæreditate non adita.

SVMMARIVM.

1 *Legatum non debetur repudiata vel non adita hæreditate. limita num. 2. & 3.*

2 *Legatum alimentorum præstatur ante aditam hæreditatem.*

3 *Legata pia præstantur hæreditate nondum adita. contra num. 4. vide tamen, num. 5.*

4 *Legata pia non debentur, nisi adita hæreditate. intellige, vt num. 5.*

5 *Legata pia tunc debentur non adita hæreditate, quando non patiuntur dilationem.*

6 *Legata pia vt petantur hæreditate nondum adita bona addici debent alicui seruandorum legatorum causa.*

7 *Hæres irregularis dicitur is, cui bona addicuntur legatorum seruandorum causa.*

8 *Hæres an cogi possit adire vt soluat legata pia.*

9 *Fideicommissarius cogit hæredem ad adeundum, vt restituat hæreditatem, quando aliter non est succursum.*

PRIVILEGIVM XII.

LEGATVM vt debeatur, necesse est prius hæreditatem adiri, *l. si nemo, ff. de testam. tute. l. 3. ff. de leg. 1.* aliâs si hæreditas repudietur, legatum non † debetur, *l. si quis omissa, ff. si quis omis. cau. testam. l. eam quam, C. de fideicommiss. l. si veritas, C. eodem, Roman. in cons. 428. Alexan. in cons. 198. colum. fina. volum. 7. Dec. & Cagnol. in l. si nemo, ff. de reg. iur. vbi Cagnol. dicit fundari naturali ratione,* & nihil actum videtur, quando hæres scriptus non adit hæreditatem, *vt inquit Simon de Pretis, de coniect. vltim. volunt. lib. 5. dubit. 3. interpret. 1. num. 3. Costa, cap. si pater, par. secunda, ver. deferuntur, num. 3. & 4. de testamen. Gomes. de testamen. cap. 12. num. 11.* sed ante aditam hæreditatem præstari debet alimentorum legatum, † *secundum Corn. in d. l. eam quam, num. 24. C. de fideicom. quem citat & sequitur Cordub. in l. si quis à liberis, §. vtrum, num. 26. ff. de liber. agnoscen. Ripa l. 1. num. 17. ff. quor. legat.* Id autem deducitur ex eo, quod causa alimentorum sit pia, & fauore piæ causæ introductum est, quòd præstentur legata ante aditam hereditatem, † *Bar. in l. 1. colum. pen. ver. quartò quæro, C. de sacros. ectles. Salic. Fulgo. Aret. & alij ibi, Rom. in cons. 323. & in cons. 527. Io. de Anan. in cons. 28. colum. pen. Imola in l. si filius qui patri, vbi Aret in. colum. 1. ff. de vulg. Barbat. in cons. 8. colum. 9. volum. 1. Alex. in cons. 4. colum. 7. volum. 2. Socin. in cons. 116. num. 25. vol. 1. infinitos ad hoc citat Tiraq. de priuileg. piæ cau. priuileg. 33. Lapus allegat 91. num. 4. Capel. Tholos. q. 89. Mathesil. not ab. 163. Ioan. Lup. in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 65. num. 18. & communem dicunt Modern. Galli ad Alexan. in cons. 209. num. 26. volum. 2. eosque sequitur Didac. in c. Rainaldus, §. 3. num. 11. & seq. vbi plures casus distinguit, Simon de Pret. lib. 2. interpret. 1. dubit. 1. solut. 4. num. 68. & seq. Dec. in l. si nemo, in fi. ff. de reg. iur.* Verum casus noster non caret dubitatione; multi enim tenent legata pia non deberi hæreditate non adita, † Bar. sibi contrarius, *in l. si vnus, in fi. C. de testam. Ang. Imo. & Cum. in l. qui filio. §. 1. ff. de hær. instit. Rom. in Auth. similiter. in 20. specia. piæ cau. inter. vltim. volunt. C. ad leg. Falcid. Bal. in l. 1. C. de sacros. eccles. vbi Fulg. & Salic. in q. 13. Ias. in 1. lect. num. 29. & in 2. col. fi. Et hanc veram & communem sententiam Legistarum & Canonistarum dicit Ias. in d. l eam quã, nu. 9. de fideicom.* Prima tamen opinio verior est, vt patet ex prædictis. Et non obstat, quod legata pia requirant aditionem, quia non procedit, quando talia sunt, quæ non requirunt temporis dilationem; tunc enim † non expectatur aditio, *vt in proposito voluit Bal. in l. 1. super vndecima quæst. C. de sacros. eccles. & in Authen. hoc amplius. C. de fideicom. sequitur Ang. in dicta l. 1. & hanc partem sequitur Ias. in d. l. eam quam, num. 20. ver. tertio notabiliter limita.* Ex quo infertur, quod vbi alimẽta legantur diuiti, tunc non mandatur actio, nisi hæreditate adita, quia cessat ratio, propter quã fauor hic cõceditur alimentis, nempe dũ expectatur aditio, legatarius fame pereat, & cessante ratione cessat dispositio. *l. adigere, §. quãuis, ff. de iure pat.* Et hoc est, quod Cin. Bal. & alij dicunt *in d. l. si §. donec, C. de iure delib.* quod ante aditam hæreditatem petitur legatum factum pro sepultura testatoris, pro restitutione vsurarum, pro infirmorũ sustentatione. Et cum ea limitatione transit Duen. *d. reg. 267. in tribus limitatio. Phanuc. de inuentar. d. par. 2. num. 6. & sequenti, Rolan. in eo. tract. in quarta vtilit. num. 6. & sequenti, folio mihi 107.* vbi limitationem de pia causa restringit ad casum prædictum, quo mora est damnum allatura. Sed quæret aliquis, si hæreditas nõ est adita, contra quem legatarius diriget actionem suam? Et licet super hoc multa dici possint, tutissimum tamen erit remedium, quòd bona alicui addicantur legatorum seruandorum causa, vti fieri videmus † in legato libertatis, *l. 4. ff. d. fideicom. libe. l. fi. C. de manum. testam. Insti. de eo, cui liber. cau. per totum titu.* Atque ita in legatis ad pias causas consulit Bar. *in d. l. eam quam, num. 2. vbi dicit esse notandum, & fore tutius idem voluit Bar. in l. 1. C. de bon. vacant. lib. 10. in l. 1. C. de sacros. eccles. Rom. in d. Auth. similiter, in 20. speciali pia cau. inter vlt. volunt. Ias. in d. l. eam quam, num. 19. Didac. d. c. Rainaldus, §. 3. num. 11. ver. secundus casus.* Hic autem cui bona addicuntur, dicitur hæres † irregularis, non autem ex testamento, vel ab intestato, *vt inquit glos. Instit. de eo, cui bon. liber. cau. addic. quam sequitur Bal. in l. pro hæreditariis, C. de hæred. actio. in l. ex testamento, C. de testam. manum. in d. l. eam quam, vbi Ias. num. 19.* Qua verò actione legatarius experiatur pro consequendo legatum, quando hæreditas non est adita, dicam *in titu. quomodo petantur alimenta.* Priuilegio sic ſtãte superfluum esset quærere, an hæres † cogi possit ad eundum, in quo articulo Cordu. *in d. §. vtrum, num. 36.* dicit cogendum hæredem, *allegat Bart. in l. alio. num. 3. ff. de alim. & cibar. lega. & Iac. à Canib. in tract. de exequutio. vltim. volunt. in secunda particu. §. consultis autem, numero 7.* Sed mihi hoc non dicit Bartolus, & non sunt multiplicanda specialia, præcipuè cum alia remedia habeat. Nam etsi aliquando fideicommissarius institutus sub conditione possit hæredem † compellere, vt adeat ex constitutione diui Pij, *l. apud Iulianum, §. Antistia. ff. ad Trebellian. facit l. cum Archimedorum, C. vt in possess. lega. l. inter omnes, ff. qui satisda. cogan.* tamen hoc non procedit, quando ei potest esse succursum alia via, *l. sed cum ab hærede, ff. ad Trebellia.*

SVMMARIVM.

1 *Hæres non tenetur soluere vltra vires hæreditatis.*

2 *Inuentarium prodest hæredi etiam aduersus legatum piæ causæ, quia non tenetur vltra vires hæreditatis.*

3 *Alimentorum legatum non præstat hæres vltra vires hæreditatis; etiamsi non fecit inuentarium, vbi latè de veritate. lim. num. 6.*

4 *Hæres sine inuentario non tenetur vltra vires hæreditatis,*

tis, quando testator mandat solui de bonis suis.

5 *Testator mandans solui de bonis suis, videtur remittere hæredi necessitatem soluendi vltra vires hæreditatis.*

6 *Hæres sine inuentario soluit de proprio legatum alimentorum taxatum à testatore. & determinatè relictum.*

7 *Certum dicitur, quod certificari potest per relationem ad aliud.*

PRIVILEGIVM XIII.

CVM multa priuilegia sint alimentis tributa à lege, dubitatum fuit aliquando, si hæres cum beneficio inuentarij teneatur vltra vires hæreditatis. Et mihi visa est superflua quæstio, quia regulariter hæres non
1 tenetur vltra quàm † sit in hæreditate, *l. fina. §. etsi præfatam. vbi Doctores, C. de iure delib. Ang. in §. ex actis, in 1. colum. Instit. de hæred. qualit. & differ. Dec. in cons. 633. colum. fina. Guido Papæ, in tract. de form. inuenta num. 16. Rolan. in tract. de inuenta. par. 4. in 1. vtilit. in princ. folio mihi 96.* Et ideo videmus, quod etsi causa pia sit semper fauorabilis, & multas contineat specialitates: tamen beneficium inuentarij prodest hæredi et-
2 iam in legatis † piis, *Castren. in cons. 211. in princ. volum. 1. prout eam allegat Rolan. in d. tract. in d. par. 4. §. inuentarij confectio. folio mihi 98. mouetur Castren.* quia dispositio *d. §. etsi præfatam,* est generalis, & quia hæres, qui inuentarium non fecit, non tenetur creditoribus vltra vires hæreditatis in foro conscientiæ, *secundum Bart. in rub. ff. de acquir. hæred.* vbi Aretin. considerat, quòd vt hæres teneatur vltra vires hæreditatis, est pœna: ecclesia autem pœnam non prosequitur, *cap. dilecti, de arbitr. cap. fraternitatis, 12. quæst. 2. Corne. in cons. 39. num. 8. vol. 4. Boer. in cons. 53. num. 4. & hãc partem tenet etiam Phanuc. in tract. de inuent. par. 7. num. 280.* vbi post Fran. de March. *in decis. 434. Et Crauet. in cons. pro genero, num. 477. ver. tertiò respondetur,* inquit, quod supremi magistratus, quorum est sola facti veritate inspecta iudicare, non compellunt hæredes soluendum vltra, quam sit in hæreditate. Si ergo inuentarij confectio, prodest aduersus legatum piæ causæ relictum, certè proderit etiam, ne teneatur quis integrum præstare legatum alimentorum, quando, *vt dixi sæpè,* procedat argumentum de pia causa ad alimenta. Quinimò Bal. *in l. voluntatis, nume. 4. & 5. C. de fideicom.* vult, quòd hæres ob nõ con-
3 fectum inuentarium, non teneatur soluere † alimẽtorum legatum vltra vires hereditatis, quia alimenta intelliguntur relicta arbitrio iudicis, & non debet plus, vel minus æstimari legatum. Et quod inuentarium non sit confectum, idem videtur voluisse Cuma. *in cons. 30. in 2. dubio,* vbi dicit, hunc esse casum, in quo legatum minuitur ære alieno, etiam non facto inuentario. Hæc autem diminutio non fit ab hærede, sed ab ipso testatore, qui non videtur plus relinquere. *Et hoc etiam ponit Ioan. de Amic. in cons. 56. & latius secundum hanc cõclusionem respondet Bal. in cons. 70. per tot. volum. 4. inter cons. Alex. hoc etiam tenuit Anch. in reg peccatum, in q. 9. de reg. iur. in 6 prout eum citat & sequitur Bertran. in cons. 19. colum. 1. volum. 1. Ioan. de Garron. in rub. C. de secun. nup. num. 95.* vbi hoc ponat in pœnam nouercæ legatariæ alimentorum. Cum tamẽ Bal. *in d. cons. 70.* non dicat esse speciale in nouerca, sed de ea mentionem facit ob facti contingentiam. Et alij Doctores volunt Baldi dictum procedere indistinctè, cuicũque factum sit legatũ. Cum prædictis transit Phanuc. *in tract. de inuentar. par. 7. num. 58. & 59. & Lancel. Gallica. in consuetud. Alexan. in ver. solidos, num. 155. & seq.* vbi subdit, hãc opinionem tãquam magis receptam, & æquiorem esse amplectendam. Attamen de prædicta Baldi sententia dubitat Iaf. *in l. fina. §. si præfatam. colum. pen. ver. quartò limita, C. de iure deliber.* quia arbitrium boni viri regulari debet secundum leges, & quando hæres non facit inuentarium, disponunt leges, quod teneatur in solidum, quia præsumitur res hæreditarias occultasse. *Idem voluit Bertran. in cons. 268. num. 6. volum. 2. Natta in cons. 387. num. 9.* Et horum opinio videtur vera, quia Bal. *in d. l. voluntatis,* nõ videtur velle, quòd hæres non teneatur vltra vires hæreditatis, sed solum, quòd non augeatur legatum ob inuentarium non confectum: puta, si alicui relinquantur alimenta, non sunt ei præstanda pinguiora ob non confectum inuẽtarium, quam debeantur eo cõfecto inspecta cõditione legatarij, veluti si rusticus sit, non petat nobiliora alimenta. Re tamen benè perspecta, Baldi decisio concludit etiam generaliter, quod nec etiam secundum conditionem legatarij præstanda sunt. Et *in d. cons. 70.* ponit clarius, sicut etiã Cuma. *d. cons. 30.* Ratio enim est, quia legatum prædictum videtur limitatum ad vires patrimonij, at vbi quid relinquitur soluendũ de viribus patrimonij, non attendimus, quod hæres nõ fecerit inuentarium, nec omissio facit eum in plus teneri, *vt per Bal. in l. 1. C. de his, quæ pœnæ nom.* vbi tenet, quod hæres omisso inuentario non tene-
4 tur vltra vires † hæreditarias, quando testatori iussit eum soluere de bonis suis, *Rom. in rub. ff. de acquir. hæred. Corn. in cons. 39. col. 3. in fi. ver. & hoc voluit, volum. 4. & in cons. 180. num. 9. eo. vol. Bar. Cuma. Castr. Barbat. Fran. de Pep. Dec. & alij quos citat & sequitur Phanuc. in tract. de lucro dot. gl. 8. num. 61. & in tract. de inuenta par. 7. nu. 51.* facit, quòd voluit Bar. *in l. iusiurandi, §. si liberi, in fi. ff. de oper. liber. Bal. in l. liberti libertæ, colum. antepen. C. de oper. liber. Natta in cons. 363. num. 31. Caphal. in cons. 95. num. 18.* & quando testator mandat solui de bonis suis, videtur remittere ius, quòd legatario compe-
5 teret aduersus † hæredem non conficientem inuentarium, per id, quod ponit Hercul. *in l. in ratione, §. quod, num. 27. ver. adde prædictis, ff. ad leg. Falcid. Ange. in tract. de testam. gl. 34. num. 5. Phanuc. d. par. 7. num. 50.* Et obstat, quòd leges obligent in solidum hæredem, qui non fecit inuentarium, ideo secundum eas bonus vir debeat arbitrari, *vt inquit Iason in dicto §. etsi præfatam,* quia respondetur, quòd bonus vir non arbitratur secundum iuris rigorem, qualis ille est, qui hæredem obligat in solidum, & secundum æquitatem naturalem, quæ etiam in foro conscientiæ seruatur, *vt dixi hoc eodem speciali.* Respondeo secundo, quod etiam inspecto legis rigore id, quod hæres soluit vltra vires hæreditatis, non est de bonis testatoris, sed hæredis, & dicitur pœna, & tamen legatum alimentorum est taxatum ad redditus bonorum testatoris, proinde non est præstandum, nisi ex bonis, quæ apparent, quia etsi hæ-

etsi hæres præsumatur occultasse alia bona, tamen cum incerta sit, quãtitas in dubio non est grauandus hæres. Præfatam tamen Baldi decisionem intellige procedere, quando legatum alimentorum est simplex, & indeterminatum, vt si sit certum, &
6 præcisum, tunc † hæres, qui non fecit inuẽtarium, tenetur de proprio. *ita declarat Natta in d. cons. 387. numero 9.* Cessat enim ratio, qua mouetur Bal. quod scilicet taxetur arbitrio boni viri, secundum facultates testatoris, quia testator taxando ipse recedit à iuris communis declaratione. Et sicuti si certa quantitas foret relicta, hæres qui non fecit inuentarium, teneretur integram præstare, etiam si minus foret in hæreditate: ita, quando alimenta determinata relinquuntur, & quæ non recipiunt declarationem à iure communi. Et Natta loco prædicto dicit, certa esse alimenta, quando legat testa-
7 tor, qualia consueuit præstare: nam † certum est, quod per relationẽ ad aliud certificari potest, *l. certum, ff. si cert. pet. l. si ita scripsero, ff. de cond. & demon. l. vbi autem, §. qui illud, ff. de verb. oblig. & Nattam sequitur Phanuc. in d. tract. inuenta. par. 7 num. 57.* vbi, quoad declarationem hanc [illegible] pugnat consilium Nattæ: sed ante eos hoc [illegible] Baldum intelligit Bertran. *in d. cons. 268. num. 4.* vbi loquitur, quando testator legat certam quantitatẽ frumenti, vini, lignorum, olei, & aliarũ rerum ad alimenta. Et mouetur, quia standum est interpretationi testatoris, quãdo ipse eam interpretatur, & non relinquit interpretationi iuris, *l. generaliter, §. fi. cum ibi not. C. de instit. & substi. l. 3. in fi. C. de lib præter.* & vbi est glossa hominis, cessat glossa legis, *secundum Iacob. Beluis. in §. sed hoc præsenti, in Authen. de sanctiss. episcop. dicam aliquid in fine, in titu. qualiter præstanda sint.*

SVMMARIVM.

1 *Grauamen non iniungitur ei, qui non fuit honoratus, vel vltra id, in quo fuit honoratus. limita num. 2. & 3.*

2 *Legatum alimentorum præstandum ab eo, cui nihil fuit relictum, vel minus quam importent alimenta sustinetur.*

3 *Legatum libertatis & piæ causæ præstandum ab eo, cui nihil, vel minus est relictum sustinetur.*

4 *Alimenta relicta ab vsufructuario extinguuntur vsufructu finito.*

5 *Legatum alimentorum caducum non remanet apud hæredem, sed præstatur ab eo, vel alio.*

6 *Legatum alimentorum relictum pro dimidia ab hærede, & pro dimidia à fratre degente in communione debetur integrè ab hærede.*

PRIVILEGIVM XIIII.

1 GRAVAMEN ei imponi non potest, qui non † fuit honoratus, *l. ab eo, C. de fideicom.* & eatenus sustinetur relictum, quatenus accepit grauatus, vltra verò est inutile, *§. 1. Instit. de reb. sing. per fideicom. relict. l. planè. §. fi. & l. videndum, ff. de leg. 2. l. 3. §. Iulianus, & l. si legatarius, ff. de leg. 3. l. ex facto, post princ. ver. nam eatenus, ff. ad Trebellia. l. ciuitatib. §. fi. vbi Bart. ff. de leg. 1. l. 1 in fi. C. commu. de leg. l. sed et si sit. §. 1. in fi. ff. de leg. 2. Bar. in l. non amplius, in prin. ff. de leg. 1. Salic. in l. fi. C. quando dies leg. ced.* fauore tamen alimentorum inductum est, quod legatum alimentorum debeatur, etsi ab eo fuerit relictum, qui non fuit honoratus, vel cui minus datum est,
2 quàm † onus importet, *vt est text. in d. l. alio, ff. de alim. & cib. leg.* vbi, *num. 1.* dicit, procedere, quia alimentorum legatum est pium, *sequuntur Alexan. & alij, & hoc dicit menti tenendum Euerard. loco 24. col. 4. ver. octauo*
3 *istud facit.* Idem enim videmus in legato † libertatis, *l. si lucro. §. si pro non scripto, ff. de fideicom. liber. per quem tex. idem in pia causa dixit Iac. Butr. in suo tract. exequut. & Castren. in l. 1. §. 1. colum. 1. C. de caduc. tollen. & de pia causa ponit Tiraq. in tract. de priuileg. pia. cau. priuil. 37. vbi etiam de legato alimentorum.* Contra tamen nostram conclusionem facit text. *in l. Stichus, §. 1. in fi. ff. de alimen. & cibar. lega. in l. Titia, §. item quæsiit, in fi. ff. de annu. lega. l. maritum, §. à liberto, ff. ad leg. Falcid.* vbi alimenta
4 † relicta ab vsufructuario extinguuntur finito vsufructu, sed videtur secundum gl. ibi, quod in prædictis legibus legatum alimentorum finitur voluntate testatoris, qui videtur velle, quod eatenus duret, quatenus duraturum erat legatum vsusfructus, cui onus alendi iniunctum erat, *Simon de contect. vltim. volunt. inter pre. l. 11. num. 27.* secus est, quando legatum alimentorum efficitur caducum, propterea quod non extet, qui fuerit oneratus, vel quia relictum fuerit ab eo, qui non fuerit honoratus. Nam quando legatum efficitur caducum, licet regulariter remaneat apud hæredem, *l. vnica, §.*
5 *& cum triplici. C. de caduc. tollen.* tamen † fauore alimentorum præstatur ab hærede, vel alio, qui rogatus sit, *Bar. in d. l. alio, num. 1. vbi Imola, Alexan. & alij. ff. de alim. & cibar. lega. glos. in l. Titia, §. idem quæsiit, ff. de ann. lega. Euerar. dicto loco 24. colum. 2. ver. secundum istud facit ad hoc.* Et hoc est aliud alimentorum priuilegium, quòd etiam commune est cum quocunque legato ad piam causam relicto, *vt comprobat Tiraq. in d. tract. priuileg. 38.* Hoc priuilegio stante desiit esse singularis decisio Bartoli, *in cons. 211. quidam sibi filios hæredes, volum. 1.* vbi, si quis habens bona cum fratre
6 communia † relinquat nepoti alimenta præstanda pro dimidia per suos hæredes, & pro alia dimidia per fratrem, cui nihil reliquit, sustinebitur relictum, & hæredes legatum præstabunt in solidum, licèt pro ea parte, quæ fuit fratri iniuncta, legatum sit nullũ. Ex quo frater, qui non fuerat honoratus, non potuit grauari, per tex. *in l. si duobus, §. primo, ff. de leg. 1.* vbi legatum relictum coniunctim ab honorato, & non honorato, integrè debetur ab honorato. Nam illud non est singulare, quia cum tractat Barto. de legato alimentorum, quod sustinetur etiam ab eo præstãdum, cui nihil est relictum, non est mirum, si sustinetur etiam, quando est pro parte, vel coniunctim relictum ab honorato, & pro parte à non honorato. Et Bar. sequuntur Castren. Aretin. & Alexan. *in d. l. si duob. §. 1. vbi Iaf. num. 3.* qui subdit, quòd quilibet ignorãs illum textum respõderet contrariũ, quòd est falsum. Quinetiam circumspecto textu & decisione Bar. quilibet idem diceret, per tex. *in d. l. alio, vbi Bar. & Doctores, & de illo cons. facit mentionem Alex. in cons. 178. num. 5. volum. 6. eandem Bar. conclusionem sequuntur Doctores in l. cum filiofamilias, vbi etiam Ripa, nu. 24. ff. de leg. 1. Iaf. in l. ab*

eo, ver. quartò limita, C. de fideic. Cordub. in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, nu. 218. ff. de liber. agnosc. vel. alen, Simon de coniect. vlt. volunt. lib. 4. dub. 11. nu. 28. folio mihi 426. & nu. 85. folio 430.

SVMMARIVM.

1 *Legata ab intestato non censentur repetita à substituto per fideicommissum, vel nominatiuè grauato.*
2 *Legatum alimentorum relictum ab aliquo nominatiuè grauato debetur etiam à substituto.*
3 *Legatum alimentorum relictum ab vno ex hæredibus, qui repudiauit, vel decessit, ante aditionem debetur à coniuncto.*
4 *Onus iniunctum vni ex hæredibus, non soluitur ab alio cui portio accreuit.*

PRIVILEGIVM XV.

1 RIecta ab instituto censentur repetita † à substituto, *l. licet Imperator. ff. de leg. 1.* Sed hoc nõ procedit in substituto per fideicommissum, quidquid sit in vulgari, *Ias. in rub. ff. de vul. & pup. nu. 7.* multoque minus procedit, quando nominatiuè est ab instituto aliquid relictum, puta grauando per nomen proprium, quia tũc substitutus non censetur grauatus, *l. Celsus. §. quod alicuius. ff. de leg. 2. l. in ratione, §. quod vulgo, ff. ad leg. Falc. Bar. d. l. Imperator. vbi Ias. num. 31. & ibi quoq; Ang. Alex. & alij, Imo. in l. si duob. §. 1. ff. de leg. 1. Doctores in l. vnica, §. his itaq;. C. de Cad. tol.* si tamen alimenta ab aliquo
2 expresso illius nomine † relicta sint, debebuntur etiam ab illius substituto, *vt est text. expressus in l. 4. §. Lucius, ff. de ali. & cibar. lega. vbi notant gl. Bar. & alij, Roman. in auth. similiter, in 15. speciali vlt. volun. & in 2. specia. fi. vbi dicit notandum, C. ad leg. Falc. Alexan. in d. l. si duob. §. 1. circa fi. vbi etiam Ias. in fin. ff. de leg. 1. idem. Alex. in d. l. licet Imperator. col. pen. Soc. in tract. fallen. reg. 310. lim. 33. Pract. Pap. in for. libel. quo agit pro lega. rei sing. in prin. nu 85. Rom. in cons. 388. nu. 5.* vbi inquit, hoc esse specialissimum in causa alimentorum, & text. *in d. §. Lucius*, esse singularem. Et infert idem esse in annua pensione, quia succedit in causam alimentorum, *Enerar. in locis lega. loco 24. col. 3. ver. quintò istud facit.* vbi subdit notatu dignum, & memoriæ perpetuò commendandum, vbi extendit ad legatum in piam causam, *Ias. in cons. 95. num. 2. vol. 1.* vbi dicit in consulendo, & iudicando non esse recedẽdum ab hac opinione, *Dec. in cons. 182. nu. 3. Tiraq. qui alios citat in d. tract. de priuil. piæ causæ priuil. 36.* vbi ampliat etiã ad causas pias, *Gomes. de testa. c. 12. n. 36. Manti. de coniect. vlt. volu. l. 8. tit. nu. 16. Simon de coniect. vlt. volun. dubit. 11. in prin. n. 27. fol. mihi 426. & clarius, nu. 29.* Et quod dicimus de substituto, locum habet etiam in coniuncto, quia si onus sit vni ex hæredibus nominatim iniunctum, is autẽ repudiet, vel decedat ante aditionem, portio quæ deficit accrescit cohæredi cum onere soluendi alimẽta, & hoc fa-
3 uore † alimentorum, *vt probatur in l. 3. §. fi. & ibi Bar. not. in summario. ff. de alim. & cibar. legat. Ias. in l. duobus, §. si hæres, nu. 14. ff. de leg. 1. Cordub. in l. si quis à liberis, §. vtrum, nu. 23. de liber. agnosc.* Et Ias. in loco prædicto dicit idem esse in legato ad pias causas, quia comparatur alimentis, & tamen quando onus iniun-
4 ctum est vni tantum ex hæredibus, † tunc portio deficiens accrescit sine onere, *l. Celsus. §. pen. & fi. ff. de leg. 2. Bar. in l. Titio. §. 1. in fi. ff. eo. tit.*

SVMMARIVM.

1 *Legatarius capit rem legatam de manu hæredis, aliàs priuatur iure suo. limita, nu. 4. & 6.*
2 *Filius pro legitima non potest ingredi propria authoritate possessionem bonorum.*
3 *Legatum alimentorum capi debet de manu hæredis. fallit, nu. 4. & 6.*
4 *Alimentorum legatum capi potest propria authoritate, si legatarius sit pauper.*
5 *Legatarius pauper non teneatur cauere cum fideiussoribus.*
6 *Vxor relicta vsufructuaria, stantibus filiis, capit alimenta propria authoritate.*
7 *Legatarius capiens legatum propria authoritate non punitur, quando non est locus falcidiæ.*
8 *Legatum ad pias causas capi potest authoritate propria ex quo non patitur falcidiam.*

PRIVILEGIVM. XVI.

1 LEgatum capi debet de manu † hæredis, *c. Rainaldus, vbi gl. in ver. petendo. de testa. l. eam quam, C. de fideic.* & capiens legatum authoritate propria, priuatur iure suo, *l. legatum, C. de lega. Oldra. in cons. 107. in 6. q. Ias. in cons. 146. nu. 1. vol. 4. Dec. in cons. 424. nu. 18. Bertran. in cons. 73. nu. 6. vol. 3.* in tantum, vt nec etiam filius pro sua legitima possit propria
2 authoritate ingredi possessionem † bonorum, *vt per Bar. in l. 2. nu. 4. C. quando & quib. quarta pars, li. 10. Alex. in cons. 134. Cur. sen. in cons. vlt.* Et vendicat sibi locum regula etiam in ordinario alimẽtorum le-
3 gato, quod capiendum est ab hærede, † vt notabiliter voluit Ioan Andr. *ad Spec. in tit. quil fil. sint legit. §. 1. sub nu. 34. in fi. vbi allegat Odofre. Ang. in l. 1. col. 2. ff. de actio. rer. amota.* vbi ait non inueniisse hoc apud alium, *præter eum, Picus in l. Titia, §. Titia, cum nuberet, nu. 157. ff. de leg. 2. Menoch. de adipisce. poss. rem. 2. n. 60.* Quando tamen alimenta relinquantur pauperi, & egeno, qui aliunde non habet: tunc capi pñt propria authoritate, quia alimenta non patiuntur dilationem, & tractatur de vita hominis con-
4 seruanda, nec eo casu datur hæredi aliquod † remedium contra legatarium, *vt in proposito concludit Ripa in l. 1. nu. 17. ff. quor. legat. quem sequitur Menoc. in d. tract. de adipis. poss. rem. 2. nu. 60.* & facit, quia vrgente necessitate, licet impunè capere de alieno, multò ergo magis licebit capere de proprio. Et hoc priuilegium paupertatis omisit Benincas. *in suo tract. pauper. in 9. quæstio. in 6. specia. vlt. volunt.* vbi
5 tamen illud ponit, quod legatarius pauper † non tenetur cauere cum fideiussoribus, sed sat est si iuratoriam præstet cautionem. Vnus tamen est casus, in quo legatarius non inops capit alimenta propria authoritate, quando scilicet ex consuetudine vulgari alimentorum legatum filiorum restringitur ad alimenta, *secundum notata per glos. & Doctores in authen. hoc locum. C. de secund. nupt.* tunc enim

6 enim vxor alimenta capit non ab hærede, sed authoritate † propria, *vt voluerunt Ioan. Andr. & Ang. in locis supracitatis, & præter eos Bar. in authen. quod locum, num. 8. vbi etiam Bal. C. si secund. nupt.* quia illud propriè est legatū vsusfructus, quo casu ex iuris dispositione, licet fructus manu propria capere, *vt per Bar. & alios in l. fundi Trebatiani, ff. de vsufruct. lega.* Et licet consuetudine Bulgari limitetur legati substantia, & restringatur ad alimenta ob fauorē filiorum, tamen non detrahitur illa præeminentia, quam legatum habet inspecta sua propria significatione, & primordiali natura, Aret. *in consil. 40. col. 2. ver. fatēdum tamen.* vbi dicit, quod est quædam species vsusfructus limitata vsque ad perceptionem alimentorum. Ideo mulier potest authoritate propria capere, quæ sibi sunt ad victum necessaria. Et loquitur Aret. quando simplex relinquitur vsusfructus etiamsi non dicatur, *dominam*, &c. Et de hoc videri potest Picus *in d. §. Titia, num. 137.* vbi latè agit.

Addo pro confirmatione priuilegij prædicti, quod alia ratione videtur concedi legatario facultas capiendi alimenta sua manu, quando est pauper, quam tamen Ripa non cōsiderauit. Nam de legato alimentorum non detrahitur falcidia, *vt dicam paulo infra.* Quando verò non est locus
7 falcidiæ, non prohibetur legatarius † sua authoritate capere; *Cyn, in l. 1. C. quor. lega.* Ea enim est ratio prohibitionis. Prohibitio itaq; cessat, vbi cessat ratio, *declarat Menoch. d. rem. 2. nu. 6. & seq.* Et hac ratione inquit Corn. *in cons. 140. col. fi. vol. 1.* quod ex quo falcidia nō detrahitur de legato ad pias causas, *§. si autem hæres, in Auth. de eccles. tit. & in authen. similiter, C. ad leg. Falcid.* poterit capi legatū propria
8 † authoritate, *Bened. Capra, in cons. 3. in fi. Tiraq. de priuileg. pia cau. priuil. 45. Menoc. d. rem. 2. n. 86.* Et si quis dicat quare id non generaliter obtinet in omni legato alimentorum, non mirabitur si memoria repetet, quod sæpius à nobis est tactum in præcedentibus, eatenus causam alimentorum esse priuilegiatam, quatenus alimēta pauperi debentur. Et hæc postrema ratio melior est quàm ea, quam adducit Ripa *d. l. 1. nu. 17. ff. quor. legat.*

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo vitiat legatum, stipulationem, & omnem dispositionem.*
2 *Incertitudo non vitiat legatum alimentorum etiam diuiti factum.*
3 *Incertitudo circa personam legatarij vitiat legatum. amplia, vt nu. 4.*
4 *Legatum libertatis factum incertæ personæ non valet.*
5 *Incertitudo personæ non vitiat legatum ad pias causas vel alimentorum.*
6 *Legatum quantitatis factum vni ex libertis debetur omnibus, quando ignoratur de quo testator senserit.*

PRIVILEGIVM XVII.

1 INcertitudo respectu quantitatis, vel rei legatæ vitiat † legatum, *l. Titia cum testamento. in princ. ff. de leg. 2.* sicuti etiam vitiatur stipulatio, *l. ita stipulatus, & l. triticum. ff. de verb. oblig.* incertitudo enim vitiat omnem dispositionem, *vt latè probat Marsil. in rub. C. de probatio. nu. 359.*
2 *& seq.* sed fauore † alimentorum sustinetur legatum incertum, *vt est text. in l. si cui, vbi notant omnes, ff. de annu. lega.* declaratur enim ex quantitate patrimonij testatoris, & qualitate, ac dignitate legatarij, vt in ea lege, vbi glo. extendit ob similitudinem ad legata pia, vt etiam facit Rom. *in auth. similiter, in 27. speciali piæ cau. inter vlt. volunt. C. ad leg. Falc. & idem est text. in l. cum alimenta. ff. de ali. & cib. lega. Bar. inl. 1. nu. 14. ff. solu. matr.* vbi Bald. *Nou. nu. 43.* dicit procedere etiamsi relicta sint diuiti, quia in hoc iura loquuntur indistinctè. *l. cum hi, §. nihil, & §. cum in annos, ff. de transact. idem Bar. in l. quidam testamento, ff. de leg. 2. Rip. in l. ita stipulatus, num. 20 ff. de ver. obli. Euerar. loco 24. col. 3. ver. 6. istud. facit Benincas. in tract. paupe. q. 9. in 3. speciali circa vltimas volunt. nu. 27. Tiraq. de priuil. piæ cau. priuileg. 55. infert ad causam piam, & allegat infinitos authores, qui tamen hoc deducunt ex eo tex. in l. si cui, qui loquuntur de alimentis, Cordub. in l. si quis à liberis. §. vtrum, nu. 27. ff. de liber. agnosc.* Cyn. autem *in l. 1. C. de dot.* primissio. dicebat, nihil inesse specialitatis, quia incertitudo declaratur ex adiuncto, *& eum sequitur Ripa in d. l. ita stipulatus, nu. 20. de quo videri potest Ias. d. l. ita stipulatus, num. 11. Cagnol. in l. semper in obscuris, num. 9. ff. de reg. iu.* Sed quia communiter omnes volunt esse speciale, non est opus inquirere: si quis autem velit cognoscere rationem adiuncti non purgare incertitudinis vitium, percurrere poterit casus, in quibus incertitudo destruit actum, & videbit vitiari etiam actum, qui posset ex adiuncto certificari.

Quæ diximus de incertitudine rei legatæ, sortiuntur effectum etiam in incertitudine personę
3 † cui relictum est: nam ea debet esse certa, aliàs nō sustinetur legatum, *l. Paulus, la 2. ff. de reb. dub. l. 3. §. si quis duob. ff. de adim. leg. l. si ita fuerit legatum, post princ. ff. de reb. dub. l. qui plures ff. de vsufruc. lega. l. si quis ex pluribus, in princ. ff. de reb. dub. §, incertis, Instit. de lega. l. cum ex plurib. ff. de manum. testa. Bar. in l. quidam relegatus, ff. de reb. dub. l. cum post. §. gener, ff. de iure dot. Bar. in l. si quis seruum, §. si inter. ff. de leg. 2. Ioan. de Plat. in §. si generaliter, Instit. de lega. Alexand. in cons. 109. numer. 5. vol. 5.* Et procedit etiam quando agitur † de legato
4 libertatis, quamuis illud admodum sit fauorabile, *d. l. cum ex pluribus, Bar. in d. l. quidam relegatus, Imo. in l. 2. num 3. ff. de lib. & posth. Por. in §. ante hæredis, in gl. in ver. constitutio, Instit. de lega.* Ad idem est text. loquens in libertate *in l. si fuerit. ff. de reb. dub.* in libertatis legatum pium est, *l. 1. in fi. vbi Bald. C. de commu. seru. manum.* & pro regula latè ponit Mantic. *de coniec. vlt. volunt. lib. 8. tit. 4. num. 18.* vbi tamen declarat nonnullis modis.

Tamen hoc fallit in legato alimentorum, quia sustinetur, quamuis incertis personis fuerit relictum, arguendo de pia causa ad alimenta, quandoquidem in † legato ad causam piam est text. *in l.*
5 *id quod pauperib. vbi gl. Bald. & alij, & in l. si quis ad declinandam, & l. nulli, C. de Episc. & cle. l. à Titio, in princ. ff. de verb. ob. c. cum tibi, de testa. multos congerit Tiraq. de priuileg. piæ cau. 86.* vbi declarat, quomodo intelligatur, & certificetur legatum pauperibus relictū, *Marsil. qui latè agit in rub. C. de proba. nu. 374. & sequen.*

Benincas.

Beninca.in d.q.9.specia.3. vlt. volun.num.22.& seq. vbi *n. 29.* respondit ad motiuum Cyni.& Ripæ.quod supra tetigimus, & quod etiam fuit excitatum ab Aret.*in d.§.incertis, Mantic.d.tit.4.nu.21.* Ad id verò, quod dictum est de legato libertatis, quod videtur maximè contrariari huic speciali, vt benè aduertit Ias.*in l.si ita sit scriptum, col.pen.ver.limita dictã legem, ff.de leg.1.* respondet Tiraq. præcitato loco procedere, quia cum certũ sit testatorem voluisse vni soli ex pluribus relinquere, posset ei dari libertas, cui testator dari non voluit. Ideo ne offendatur testatoris voluntas, sanctius est nulli dari. At secus est quando incertum est legatum in omnibus, vt quando relinquitur pauperibus, *allegat Dec.in l.fi. num.53.ver non obstat, quod dictum, C.de edic.diui Adr. tollen.* Sed ea responsio non videtur mihi tuta, quia etsi incerta persona, cui voluit relinquere, certum est tamen, quod vni voluit relinquere, & eadem incertitudo circa voluntatem testatoris versatur, quando relinquit pauperibus, & tamen ex coniecturata testatoris voluntate declaratur. Præterea videretur dicendum, quod libertate relicta vni ex pluribus eiusdem nominis, deberent omnes esse liberi, si ignoratur, de quo testator senserit, vti dicimus de legato quantita-
6 tis facto vni † ex libertis, quando non constat de quo senserit, *l.si quis Titio, §.1.& l. vnum ex familia, §.rogo.ff.de leg.2. Mantica d.tit.4.nu.14.*

SVMMARIVM.

1 *Falcidia detrahitur de quocunque legato, quando vel plus est relictum quam sit in hæreditate, vel tantum quod hæredi non remanet portio legitima.*
2 *Falcidia detrahitur etiam de legato alimentorum. limita, vt nu.4.*
3 *Falcidia non detrahitur de legatis piis, vbi ampliatur.*
4 *Falcidia non detrahitur de legato alimentorum pauperi relicto, vbi ampliatur.*
5 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, declara, nu.7.*
6 *Falcidiam de legato alimentorum non detrahit pia causa hæres instituta, sed contra, nu.8.*
7 *Priuilegiatus in specie vtitur priuilegio contra priuilegiatum in genere.*
8 *Pia causa instituta detrahit Falcidiam de legato alimentorum.*
9 *Legatarius alimentorũ non tenetur fideiubere de contribuendo pro detractione Falcidiæ.*
10 *Falcidia potest à testatore prohiberi.*
11 *Falcidia cessante respectu vnius legatarii ex testatoris dispositione, cæteris legatariis accrescit totum onus soluendi.*
12 *Argumentum valet à testatore ad legem.*
13 *Immunitate alicui concessa à Principe, onus exempti accrescit aliis præcipuè, quando fuit concessa ob publicam vtilitatem.*
14 *Falcidia, quãdo cessat in legato alimentorum supplenda est a cæteris legatariis.*

PRIVILEGIVM XVIII.

Falcidia detrahitur de quocunque legato, quando vel plus est relictum, quam sit in hæreditate, vel tantum, quod hæ-
1 redi non remanet portio à iure determinata, † vt toto *tit.ff.& C.ad leg.Falc.* Id quod fauore testantiũ in ductum est, ne inuiti decederent sine hærede vt dicitur, *Insti.de lege Fal.in princ.& in §.sed quia hæredes, Insti.de fideic. hæred.* concernit item fauorem hæredis, qui potest tres vncias sibi retinere, *vt declarat Abb.in c. Rainaldus, num.12.de testam. Soci.iun. in cons.122.col.1.vol.1.& ponit Bar.in l.1.nu.8.C.de vsufruc. Ias.in l.1.§.denique, nu.8.ff.ad Trebel. Guido Papæ, in decis. 515.n.2.* Consideratur etiam fauor legatariorum, qui non possunt consequi legata si hæreditas non adiretur.§. *quantitas. Insti.de lege Falc.& Instit. de hæred.quæ ab intest. defer. in fi.prin. & dixi paulo supra in priuileg.an alimentorum legatum debeatur non adita hæ-*
2 *reditate.* Et hoc procedit etiam in legato † alimentorum, *vt est text.in l.alio, ff.de alimen.& cibar.leg.& in l.hæreditatum, ff.ad leg.Falc.* Verum tamen, quando alimenta relinquuntur alicui pauperi, vel egeno, non detrahitur Falcidia de eo legato, etiamsi excedat dodrantem hæreditatis, nam tale legatum dicitur pium, *vt ostendimus in princ. huius partis*, & in
3 legatis piis † non est locus Falcidiæ, *auth.similiter. C.ad leg. Falcid.§.si autem hæres, in Authen. de eccles.tit. est text.in l.decem.ff.de fideicom.lib. multos citat Tiraq. in tract.de priuileg.piæ caus.priuileg.26.* vbi dicit procedere, siue legatum mediatè, siue immediatè debeatur piæ causæ, dum tamen legatum certitudinariè sit peruenturum ad piam causam, *vt per eum, idẽ voluerunt Bal.Nou.& Camp. quos citat, & sequitur Simon de Pretis de interpret.vlt.volunt.lib.4. interpre.1. dubit.12.in prin.nu.5.* Ergo idem erit in legatis alimentorum, quæ fiunt pauperi, atque ita in ter-
4 minis † de pia causa ad alimenta arguit Bar.*in l.alio, nu.4.ff.de alim.& ciba.leg.vbi post Fra.de Pisis inquit hoc probari in §.aliud quoq; capitulum, in Autht.vt cum de appell.cognoscen.idem voluit Bar.in l.diui Seuerus, ff.ad leg.Falc.sequitur Alex.ibi, col.1.Bald.in l.si quis ad declinandam, in fi.princ.C.de Episc.& cler.Ang.& Imo.in d.l. diui*, vbi distinguit inter alimenta relicta diuiti, & ea, quæ relinquuntur pauperi. Et volunt procedere non solùm, quando in genere relinquuntur pauperibus, sed etiam quando certæ personæ pauperi legantur, quia vtroq; casu militat eadem ratio, *vt benè aduertit Bal. Nou.in l.1.nu.41.ff.solu.mat.* vbi subdit non ideo denegari Falcidiæ detractionem de legato alimentorum, quod pium sit, sed quia tractatur de sustinenda vita hominis, quod tamẽ nihil est, quia pium est semper cum agimus de vita hominis sustentanda, *vt suprasæpè dictum est, idem Bald.Nou.in tract.dot.par.6.spec.49.* vbi dicit legatum alimentorum pati falcidiam, quando fit diuiti non autem quando fit pauperi, *Natta in cõs. 297.nu.8.* vbi ideo infert, quod si legatum factum spurio filio non excedat alimenta, non patietur falcidiam, licet non sit expresè factum pro alimentis, quia resoluitur in dubio in alimenta si non habet aliunde, vt aliquando tetigi. Ponit etiam Cord.*in l.si quis à liberis, in §.vtrum, nu.17.ff.de libe.agno.* vbi allegat Specul. & Aret. subdens apud Hispanos non detrahi falcidiam etiam de legato alimentorum facto diuiti, quia ex lege regni legata sortiuntur effectum non adita hæreditate, qua ratione nunquam secundum eum locus est

falcidiæ, *Beincaſ. in tracta. pauper. in 9. q. in 6. ſpecia. vlt. volun. numero decimo ſexto*, vbi id priuilegium ſuſtinet ratione piæ cauſæ, & paupertatis, & annectit aliud ſpeciale, nam etſi regulariter priuilegiatus
5 † non vtatur priuilegio aduerſus pariter priuilegiatum. *l. ſed milites, ver. 1. & 2. ff. de excuſat. tuto. l. verum, §. ſciendum. cum ibi nota. ff. de minor. l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. habean. l. priuilegia. ff. de priuil. cred. Bar. & alij in auct. quas actiones. C. de ſaroſ. eccle.* tamẽ ſi pia
6 cauſa ſit in teſtamento inſtituta, hæres † non detrahet falcidiam de legato alimentorum, quod pauperi factum ſit, quia priuilegiatus in ſpecie,
7 vtitur priuilegio contra pariter † priuilegiatum in genere, *l. ſi. ff. ex quib. cau. maio. Bald. in d. auct. quas actiones, C. de ſacroſ. eccleſ. allegat Corne. in conſ. 140. col. 2. circa falcidiam, vol. 1.* Hæc tamen quæſtio non modicam patitur contradictionẽ, quia multitenent, quod pia cauſa inſtituta detrahat falcidiam ad-
8 uerſus † piam cauſam legatariam, *præcipuè Albe. in d. l. ſi quis ad declinandam, in 2. q. Ang. in d. auth. ſimiliter, Imo. & Cuma. in l. 1. §. ad municipium. ff. ad leg. Falc. & plures alij.* Sed reſoluitur cõtrouerſia per Tiraq. *de priuil. piæ cu. priuil. 26.* vbi videri debet, quia vtriusq; partis authores refert, & ſuſtinet non eſſe locum detractioni. Eſt etiam aduertendum, quia Beninc. ſaloco prædicto dicit eſſe text. à nemine allegatum *in c. 1. ante fin. de priuileg. in extrauag. communibus*, qui probat de legato alimentorum non detrahi falcidiam.

Infertur etiam ex hoc, quod non erit neceſſaria cautio, quam lex exegit regulariter à legatario
9 de reſtituendo † quidquid accepit vltra, quam ex computatione legis falcidię capere liceret, de qua cautione loquitur tex. *l. 1. in princ. ff. ſi cui plus quã per leg. Falc. & l. 3. ver. hæc cautio. ff. eo.* Cum enim falcidia, cuius cauſa præſtanda eſt cautio, non debeatur, non etiam debetur fideiuſſio. Et de hac cautione legatario pauperi remittẽda latè ponit Beninc. *in d. tract. q. 9. ſpecia. 7. in vlt. volun. nu. 1. & ſeq.*

Noſtra concluſio poteſt tribus modis limitari, de quib. apud Tiraq. *d. priuil. 26. ver. limi. 3. vsq; ad fi.* vbi videri poterit per teipſum. Dubitari etiam poteſt num priuilegium hoc cedat damno hæredis, vel aliorum legatariorum. Et videtur quod cedat damno hæredis, qui tanto minoris habebit Falcidiam, quantum erit id quod fuiſſet detrahẽdum de legato alimentorum, per id quod voluit Cuma. *in l. qui quadringenta, in prin. ff. ad leg. Falc.* vbi dicit, quod ſi teſtator prohibeat ex aliquo legato
10 detrahi falcidiam, quod facere † poteſt, *vt in auth. ſed cum teſtator, cum ibi notatis, C. ad leg. Falcid. Socin. in conſ. 48. col. 3. ver. quinto confirmatur, vol. 1. Tiraq. d. priuileg. 26. in fi.* tunc in hæredis præiudicium erit diminuta falcidia. Credo tamẽ contrariam partem eſſe veriorem, quod cedat damno aliorum legatariorum, quia hæres ea prohibitione non obſtãte detrahit ſuper aliis legatis eam falcidiæ portionem, quæ foret detrahenda de legato alimentorum, per id quod determinat Bart. *in d. l. quadringenta, in fi. princ.* vbi inquit quod ceſſante † falcidia
11 in legato ex diſpoſitione defuncti non grauatur hæres, ſed cæteri legatarij. Et ſubdit ita ſe determinaſſe, & Caſtr. *ibi, nu. 3. in fi.* dicit eſſe perpetuò memoriæ commendandum, quia quilibet cõtrarium diceret, ſi non extaret deciſio *Bar. idem voluit Bald. in l. ſi verò, in princ. ff. de milit. teſtam.* Ruin. *dicens eſſe valdè notabile in conſ. 146. nu. 5. vol. 3. & ponit Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 9. tit. 13. nu. 24.* Sicuti ergo onus falcidiæ accreſcit aliis legatariis, quando teſtator falcidiam prohibet in vno legato, ita accreſcere debet quando prohibitio deſcendit à lege,
12 quia valet † argumentum à teſtatore ad legem, *l. ſeruus hac lege, ff. de manumiſſio. l. ſi ita fuerit ſeruus duob. in fi. ff. de manum. teſtam. vbi Bart. no.* facit etiam *l. ab omnib. ff. de leg. 1.* vbi teſtatore eximente vnũ ex hæredib. ab onere legatorum, cæteri hæredes inſolidum grauantur. Facit etiam quod dicimus de immunitate alicui conceſſa à Principe ſuperiore, quia quidquid ſit, quãdo conceditur ab inferiore, tunc onus vni imminutum accreſcit aliis, atq;
13 ita non cedit in commodo Principis, † ſed aliorũ, *Abb. in c. accedentes, nu. 8. ver. tertio caſu, de præſcript. vbi ita contrarias ſententias concordat, Caſtr. in conſ. 187. col. fi. vol. 2. Ruin. in conſ. 125. nu. 3. & 6. vol. 4. Felin. in d. c. accedentes, col. pen. in 1. concluſ. ver. hanc concluſio. intellige, Nat. in conſ. 160. num. 37. & in conſ. 397. 12. Boſi. in tit. de princ. nu. 164. Cæph. in conſ. 58. nu. 49. & 62.* Quæ opinio procedit ſine dubio, quando immunitas cõceditur ex cauſa publicæ vtilitatis, *ſecundum Abb. in d. c. accedentes, num. 8. Ruin. in d. conſ. 125. nu. 6. Feſtaſ. in tract. de collect. par. 4. c. 2. nu. 88. Cæph. in d. conſ. 58. n. 63.* Princeps enim eſt lex animata in terris, ideo non eſt conſtituendum diſcrimen inter factum legis & factum Principis. Concludo ergo quod alij le-
14 gatarij ſuſtinebunt integrum onus † falcidiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt alienari pro alimentis grauati, amplia. nu. 5. limita, nu. 7. & 8.*

2 *Prohibitio alienationis non includit ea, quæ fiunt ex cauſa neceſſaria.*

3 *Maioratus bona alienari poſſunt pro alendo eius poſſeſſore.*

4 *Bona ſubiecta fideicommiſſo alienantur pro liberando grauato à carceribus.*

5 *Bona fideicommiſſo ſubiecta alienantur pro alimentis filiorum, nurus, & aliorum de familia grauati.*

6 *Grauatus non cogitur reſtituere fideicommiſſum, ſi fame laboret.*

7 *Bona fideicommiſſo ſubiecta non alienantur pro alimentis, ſi grauatus diſſipauit legitimam, quæ ſufficiebat pro alimentis.*

8 *Bona fideicommiſſo ſubiecta non alienantur pro alimentis, quando teſtator expreſsè prohibuit alienationem, etiam ex cauſa famis.*

9 *Bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſunt pro alimentis, & dote filiæ ſpuriæ.*

PRIVILEGIVM XIX.

BOna ſubiecta fideicõmiſſo non poſſunt alienari, niſi certis cauſis de quibus *in tex. vbi etiam latè ponunt Doctores in auth. res, quæ. C. com. de lega.* Quæritur tamen ſi poſſunt etiã alienari pro cauſa alimentorum. Et gl. ibi *in ver. obligationem, in fi.* dicit alienationem non eſſe permiſſam. Et eam ſequutus eſt Bal. *ibi in lect. antiqua, prout*

multi

multi referunt, & Salic. col. fi. ver. quæro, an pro sump. vbi ad hoc tria fundamẽta adducit, & præcipuè, quod lex duos tantum excipit casus. Ergo alios omnes includit, & lex prouidit de alimentis designando legitimam, quæ succedit loco alimentorum, & secundum eum non potest argui ab eo, quod datur de dote, quia in ea maior fauor versatur procreandorum, scilicet liberorum, & alendorum. Qua ratione multi etiam dicunt non valere argumen-
1 tum à dote ad alimenta: sed contariam † partem probarunt ibi Odofr. Iacob. de Are. & Cyn. *in 2. q. Bar. nu. 9. Io. Fab. in ver. sed an posit, Bal. nu. 23. Castr. nu. 13. Ang. nu. 6. Fulgos. nu. 7. Corn. col. fi. Ias. nu. 31. Cur. iun. nu. 30. Ant. Padil. nu. 78. Bal. in cons. 50. nu. 7. vol. 5. vbi allegat etiam Old.* quia cum alienatio sit permissa causa dotis, & donationis, multò magis erit licita causa alimentorum. *Hoc etiam voluerunt Nico. de Neap. & alij in l. mulier, §. cum proponeretur, vbi Alex. col. 2. ver. itẽ notabiliter limita, ff. ad Treb. Bar. in l. quemadmodũ, col. 2. ver. in eadem gl. vbi an pp famem, C. de agricol. & censit. nu. 11. Ang. in l. Marcell. §. res quæ, col. 2. ver. sed an ꝑ prædẽptione. ff. ad Trebel. vbi idem tenent Imola, Rom. Alex. Soc. & Ias. latè, Rom. in cons. 267. per totum Alex. in cõs. 3. col. fi. vol. 3. Affli. in tit. phib. feu. alien. per Fed. in 13. not ab. nu. 74. Opizon. in l. filius famil. §. diui, nu. 57. & ibi Ripa, nu. 78. ff. de lega. 1. Cotta in memor. incip. dos habet, col. 1. ver. secundò nota, Beninca. qui multos citat, in tracta. pauper q. 8. in 1. specia. in contractib. nu. 14. Lamberteng. in tract. de contract. eorum qui sine cer. solennit. gl. 1. n. 14. Cordub. in l. si quis à liberis, §. vtrum, nu. 21. ff. de lib. agno. & hanc communem esse opinionem attestantur Bart. Ias. Cur. iun. Corn. & Alex. in locis supra citatis, & probatur in authẽ. contra rogatos, in finalibus verbis, C. ad Trebell.* vbi causa alimentorum, & dotis in hac materia æquiparan-
2 tur. Facit etiam, quia prohibitio alienationis † nõ includit eam, quæ fit ex causa necessaria, *l. alienationes, ff. famil. ercis. c. 4. extra de reg. iur. c. 1. in princ. vbi Bal. qual. olim feudum poterat alienari. Docto. in auct. hoc ius porrectum, C. de sacros. eccles.* an verò, quæ sit causa famis, est necessaria, *vt ponunt Docto. in locis prædictis, & Afflic. d. not ab. 13. num. 74.* Hinc Padil. *in d. auct. res quæ, num. 79.* post Gregor. infert maioratus bona
3 posse † alienari, vt subueniatur necessitati famis, quam patitur eius possessor, licèt post Ludo. Molin. contrarium teneat Cordub. *d. §. vtrum, num. 32.* & quod dictum est supra de alimentis, procedit
4 quando † ageretur de liberando aliquem à carcere, *secundum Bal. in l. 1. col. 6. & in l. quamuis. ff. sol. matr. Castr. in l. sancimus, in fi. C. de sacros. eccles. Vallas. in l. imperium, num. 251. ff. de iurisd. om. iud.* vbi expressim loquitur de euersione fideicommissi. Addo quod non solùm pro alimentis propriis ipsius grauati,
5 sed etiam pro alendis † liberis, & nuru alienari possunt bona subiecta fideicommisso, *vt Pinel. aduertit loco prædicto, nu. 85. & seq. Lamberteng. loco præd. num. 57.* Fortius inquit Beninca. *in d. q. 8. specia. 10.*
6 *nu. 23.* quod si grauatus vrgetur necessitate, † non cogitur fideicommissum restituere, *allegat c. cum tu, extra de vsur. notata per gl. in c. quia frustra, eo. tit.* sicuti enim potest allegando subuertere, ita potest pro se retinere.

Intellige tamen principalem conclusionem nõ procedere, quãdo tempore mortis paternæ filius habebat legitimam, quæ poterat sufficere ad alimenta, sed ipse eam alienauit: eo enim casu non
7 licebit postea alienare bona † fideicommisso subiecta. Ita Socin. *in d. l. Marcell. §. res quæ, nu. 3. ad Treb.* vbi tamen dicit esse cogitandum, quia non inuenit declaratum, & duobus potissimum vtitur fundamentis, quæ apud eum videri possunt, *sequitur Padil. in d. auct. res quæ, nu. 80. sed idem voluit Alex. quem citat Opizon. in d. §. diui, num. 57.*

Alio etiam modo declarat Cotta *d. memor. incip. dos habet, ver. secundo nota*, vt scilicet non procedat,
8 quando res esset à testatore expresè † prohibita alienari ex causa famis, vel alimentorum. Est verum quod Doctores ab eo citati loquuntur solũ in dote, sed extendi potest decisio ad alimenta, sicuti extenditur principalis conclusio, qua ratione generaliter poterit limitari, vt non procedat in casib. quibus volunt Doctores rem subiectam restitutioni non posse alienari in causa dotis, qui casus enumerantur latè à Doctoribus, *in d. auct. res quæ, & in d. l. Marcellus, §. res quæ.*

Aduerte etiã, quod alienatio erit permissa pro alimentis filiæ spuriæ, vel naturalis: nam pro ea
9 quoq; dotanda † alienari possunt bona fideicommissi, *vt ponit Ias. in d. auth. res quæ, num. 32. ver. septimo limita id*, quod transit sine difficultate, attento quod supra ostendimus, licere alienari pro alendis iis omnibus, qui sunt sub cura grauati, id est. quib. grauatus cogitur prouidere. Nam spurius, & naturalis inspecto saltem iure canonico in vtroq; foro seruando, debent ali, vt probauimus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum potest quandocunq; reuocari à testatore.*
2 *Legatum nuda voluntate adimitur.*
3 *Legatum an reuocetur nuda voluntate, quando iam fuit traditum.*
4 *Generalis dispositio comprehendit omnia.*
5 *Ius respiciens alimenta semper videtur exceptum.*
6 *Dispositione in generali non venit casus priuilegiatus.*
7 *Legatum alimentorum non reuocatur reuocatis generaliter legatis, vbi ampliat in legato dotis, & ad pias causas.*
8 *L. libertis, §. post humus, ff. de aliment. & cibar. legat. quomodo intelligatur.*
9 *Generalis reuocatio legatorum non includit legatum alimentorum etiam factum diuiti.*

PRIVILEGIVM XX.

LEgatum potest à testatore quandocunq;
1 † reuocari, *l. 4. ff. de alim. lega. l. cum hic status, §. ait oratio, ff. de donatio. inter vir. & vxor.*
2 *l. fideicom. C. de fideicom.* & nuda voluntate † adimitur, *l. si iure, ff. de leg. 3. l. 3. §. fi. ff. de alim. lega.* Quinimo Ferdin. *in l. filius familiâs. §. diui, num. 4. ver. ex quib. ff. de lega. 1.* vult hoc procedere, etiamsi testator iam
3 illud tradidisset, quod tamen non † est verũ, quia tradendo testator facit actum irreuocabilem, *l. legatum, ff. de leg. 2.* Quod tamen non procedit, quãdo traditum est sub commemoratione legati, *vt ibi distinguunt Dyn. & Bart. Castr. in l. Lucius, ff. de leg. 2. Affli. in decis. 275. num. 6. declarauit in cons. 14. per totum,*

& ponit Benincaſ. in tracta. pauper. q. 8. in ſpec. contract. nu. 23. & plurib. modis etiam tacitè reuocatur legatum, quos recenſui *in d. conſ. 14. in princ.* Verum dubium eſt, ſi teſtator adimat generaliter legata, vtrum legatum quoque alimentorum videatur ademptum. Et primo aſpectu videtur reuocatũ,
4 quia generalis diſpoſitio † comprehendit omnia, *l. 1. vbi Doctores, ff. de leg. 1.* & generalis diſpoſitio includit etiam caſus priuilegiatos, ſi priuilegium in eo non eſt ſpeciale, *l. in fraudem, §. fi. ff. de teſtam. milit. ad hoc not. Bal. l. obligari, in prin. ff. de auth. tuto. cum ſimilib.* Et quamuis nonnulli in contrarium allegent, *l. libertis, §. ſed poſthumus, ff. de alim. & cibar. lega.* tamen ille text. probat contrarium, quia expreſsè ibi excepta ſunt cibaria, atque ita illum textum intelligit Crot. *in l. filius familiâs. §. diui, num. 55. ff. de leg. 1.*

Veritas tamen eſt in contrarium, quia legatum alimentorum non includitur in generali ad-
5 emptione: ius enim reſpiciens † alimenta, ſemper videtur exceptum, *vt inquit Signo. in conſ. 176. nu. 11. arg. alia, §. eleganter, & l. ex diuerſis, & l. quamuis, cum l. ſeq. ff. ſolu. matr. l. ex auo, ff. de donat. inter vir. & vxor.* &
6 in generali diſpoſitione non venit † caſus priuilegiatus, *gl. in l. decurionibus, vbi Bar. & Ioan. de Plat. C. de ſilentiar. lib. 11. gl. in l. ſciendum, ff. qui ſatisd. cogan. Bal. in authen. habita, C. ne filius pro patre.* Et in terminis,
7 quod generalis ademptio † non referatur ad alimenta, eſt text. *in l. libertis, §. poſthu. ff. de alim. & cibar. leg. & ibi no. gl. in ver. videri, & ſeq. Bar. ibi, & in l. Mela. n. 6. ff. eo. tit. & idem voluit per illum tex. Cum. in conſ. 300 nu. 4. ver. vlt. ad hanc. partem, Pract. Pap. in for. libel. pr. lega. rei ſingu. in 1. gl. n. 85. Rom. in l. ſed et ſi quis, §. quæſitũ ff. ſi quis cautio. Ang. in tract. de teſta. gl. 45. n. 9. in fi. Iaſ. in l. talis ſcriptura. nu. 25. ff. de leg. 1. Afflict. in deciſ. 111. nu. 10. vbi ideo infert ad dotem, vt ſimili gaudeat priuil. Euer. loco 24. col. 3. verſ. quarto iſtud facit. vbi infert idem eſſe in legato ad piã cauſam, & ſubdit eſſe ſingulare, & notatu dignum, Ruin. in conſ. 84. nu. 4. vol. 2. vbi diſputat, an idem ſit in legato dotis, Crau. in conſ. 189. nu. 1. Crau. in cõſ. 410. nu. 4. & in conſ. 613. nu. 5. Foler. in prac. cenſu. in ver. homini cenſus, nu. 84. folio mihi 144. Mantic. de coniec. vlt voluntat. li. 12. tit. 2. nu. 23. Cord. d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum, nu. 26. ff. de lib. agnoſc. vel alen. Lamberteng. in trac. de cõtract. eor. qui ſine cer. ſolennit. gl. 1. nu. 56.* Et non obſtat, quod generalis diſpoſitio includat õia, quia non includit caſus, qui ſunt in ſpecie priuilegiati, *gl. in d. l. decurionib.* Non etiam obſtat, quod alimenta
8 ſint ſpecialiter excepta *in d. l. libertis*, † *§. poſthumus*, quia hoc eſt falſum: imo eſt ibi ſpeciale fauore alimentorum, *vt inquit gl. ibi, Bal. in l. talis ſcriptura, §. 1. vbi etiam ſequitur Iaſ. num. 25. ff. de leg. 1. & tex. in d. §. poſthumus*, licèt faciat mentionem de cibariis in vltima diſpoſitione, tamen in codicillis nihil fuerat dictum. Et tamen illa diminutio non refertur ad alimenta. Propterea Crot. conſiderauit exceptionem in tertia diſpoſitione, cum tamen agatur ibi de ſecunda, & ex ea deſumatur ſpecialitas fauore alimentorum. Extendunt autem Doctores ferè omnes noſtram deciſionem ad piam cauſam, & ad dotem, *vt tetigi paulò ſupra.*

Ampliatur hoc procedere, etiamſi alimenta non ſint relicta pauperi, ſed ei, qui aliũde habeat;
9 † nam, *vt dixi, in princ. huius tituli*, alimenta ſemper ſunt fauorabilia, ſiue pauperi relinquantur, ſiue diuiti. Et licet aliquando Doctores diſtinguant, id tamen faciunt in caſibus, quibus alimenta non ſunt in ſpecie priuilegiata, ſed priuilegium ſuum deducũt à fauore piæ cauſæ. Tunc enim, quia nõ dicuntur pia, niſi quando debentur pauperi, ceſſat priuilegium, quando diuiti præſtanda ſunt. At vbi per ſe alimenta ſunt priuilegiata, nec mutuant fauorem aliunde: tunc ſiue pauperi debeantur, ſiue diuiti, indifferenter gaudent fauore. Ideo Natta *in conſ. 613. num. 6.* tenet, quòd priuilegium, de quo agimus, competat alimentis, etiam quando eorum cauſa non eſt pia, dum arguit de alimentis ad cauſam. Et probatur *in d. §. poſthumus*, vbi præter alimẽta ſeruis illis erant relicta, peculium & alia, ita quod non erant relicta.

SVMMARIVM.

1 *Legatum reuocatum videtur, quando teſtator rem legatam alienauit.*
2 *Legatum reuocatur alienatione etiam inualida.*
3 *Legatum libertatis, reuocatur non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè.*
4 *Legatum quando reuocetur alienatione rei.*
5 *Legatum alienatione reuocatum, non recouualeſcit redemta re.*
6 *Legatum ad pias cauſas reuocatum alienatione reuiuiſcit facta rei redemptione.*
7 *Legatum alimentorum reuocatum alienatione recõualeſcit redemptione rei.*

PRIVILEGIVM XXI.

1 LEgatum adimere videtur † teſtator, quando rem legatam alienauit, *l. cum ſeruus, ff. de adim. legat. l. fideicommiſſa, §. ſi rem ff. de leg. 3. l. rem legatam, ff. de adim. legat. §. ſi rem, Inſtit. de lega.* Ex ipſa enim alienatione colligitur teſtatorem legati pœnituiſſe, *vt declarat Bar. in d. l. cum ſeruus, Socin. iun. in conſ. 162. num. 2. vol. 2.* Et procedit, etiam ſi alienatio ſit inualida, † nec ſortiatur effectum, *l. legatũ,*
2 *§. pater hortos, ff. de adim. lega. Socin. in conſ. 104. num. 11. vol. 3. id quod ampliant Imola, Alex. & Aret. in l. ſeruum filij, §. ſi idem ſeruus, ff. de legat. 1. Hieron. Gabriel. in conſil. 103. nu. 10.* Quinimo videtur, quod etiam legatum piæ cauſæ relictum extinguatur per alienationẽ rei, *l. pater filium, §. Tuſculanus, ff. de lega. 3.* Sed melius probatur *ex l. verum eſt, ff. de manum. teſtam.* vbi libertas legata ſeruo reuocatur alienatione ſerui, *Socin. in l. ſi in diem, §. ſeruo, num. 3. ff. de cond. & demon-*
3 *ſtra.* Nam † ipſum quoque libertatis legatum non minus tacitè quàm expreſsè reuocatur, *l. qui duos, §. fin. ff. de teſtam. manum. vbi gloſ. Iacob. de Aret. Bened. Plumb. & Alber.* Et quod ademptio hæc per alienationem inducatur, etiam in legato ad piam cauſam, voluit Socin. *iun. in d. conſilio 162. num. 11. Natta in conſilio 613. numer. 3. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. titu. 6. numer. 5. vbi huius opinionis allegat Alciat.* Et hanc ibi partem latè defendit, quidquid poſt Bartol. Iaſon. & Cottam tenuerit in contrarium, Tiraq. *de priuil. pia cauſ. priuilegio quadrageſimo primo.*

Quemo-

Quomodo autem, & quando legatum videatur
4 tacitè † reuocatum per alienationem, vide Mantic. *d. tit. 6. Didac. de testa. in 3. par. rub. num. 19. Anchar. Moder. famil. quæstio. par. 1. quæstio. 75. Simon. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. interpret. 1. dub. 2. §. ad quartum, per totum, folio mihi 473.*

Sed adeo verum est adimi legatum rei alienatione, vt etiamsi resà testatore recuperetur vel
5 reematur, non reconualescat † legatum, vt probatur, *l. cum seruus, vbi Bar. ff. de adim. legat. Bald. in l. 3. nu. 5. vbi etiam Castr. C. de legat. Imola. in l. quoties, §. seruus cum libertate, ff. de hared. instit. Hieron. Gabriel. conf. 103. num. 13. & 14.* Attamen quando legatum esset factum pro alimentis, non censetur reuocatum, si testator rem alienaret, ex qua sumi debent alimenta, dum tamen illa recuperet, id quod ex eo deducitur, quia fauore piæ causæ non adimitur
6 legatum alienatione † rei, quando illa recuperatur, *vt inquit Roman. in authen. similiter, num. 81. in fi. C. ad leg Falcid. per text. in l. verum est, ex quo ad id notant Bald. Angel. Castr. & Ias. in l. quoniam post testamentum, C. de legat. Tiraquel. qui alios citat in tract. de priuileg. piæ*
7 *causæ, priuil. 14.* † *Mantic. d. lib. 12. tit. 6. nu. 5. Natta in d. conf. 613. num. 4.* Vbi tamen declarat procedere solùm quando alimenta relinquantur pauperi, quia *vt in proximo priuilegio deduxi*, priuilegia piæ causæ non communicantur causæ alimentorum, nisi his casibus, quibus alimentorum debitum concernit causam piam.

SVMMARIVM.

1 *Solutio facta per decem annos continuos non inducit obligationem pro futuro tempore, nisi allegetur titulus.*
2 *Titulus non probatur ex sola præstatione decẽ annorũ, sed allegari debet titulus, & probari possessio.*
3 *Soluens tribus annis continuis alimenta relicta in testamento minus solenni, cogitur semper perseuerare, vbi umplia.*
4 *Inducta ad augendum non operantur diminutionem.*
5 *Scholaris si ex forma statuti tractãdus est pro ciue, intelligitur in fauorabilibus, non in odiosis.*
6 *Solennitas si eadem requiritur in dissoluendo actum, quæ in contrahendo.*
7 *Legatum alimentorum confirmatur ex triplici præstatione, quando est relictum in vltima voluntate, aliàs secus.*
8 *Titulus inualidus non confirmatur præstatione longi temporis.*
9 *Solennitas præsumitur ex cursu longi temporis.*
10 *Solennitas non præsumitur, quando constat eam nulliter interuenisse.*
11 *Instrumentum non solenne probat, quando secundum illius tenorem fuit obseruatum.*
12 *Retentio, non actio datur pro legato relicto in testamẽto minus solenni.*
13 *Legatum alimentorum si est vnicum, tunc vnica à solutione confirmatur si est nullum.*
14 *Legati vnius solutione, an hæres sibi præiudicet quoad alia eidem vel diuersæ personæ relicta.*
15 *Hæres qui vnum ex legatis soluit ante diem non cogitur alia soluere.*
16 *Soluens partem debiti non cogitur aliam partem soluere.*
17 *Confessio dotis recepta facta à marito præiudicat creditoribus si post eam maritus diu præstet alimenta vxori.*
18 *Legatum alimentorum quamuis nullum confirmatur præstatione trium annorum etiamsi singulæ non sint integræ.*
19 *Sententiam approbare videtur, qui dilationem petit ad soluendum.*
20 *Soluens scienter vno anno alimenta, non videtur approbare legatum, quod erat nullum nisi triennio soluat.*
21 *Legatum alimentorum factum diuiti, non confirmatur triennali præstatione.*
22 *Soluens per triennium alimenta ex contractu nullo debita, non obligatur in futurum.*
23 *Duo vincula non magis ligant, quam vnum, quando alterum est impertinens.*
24 *Vltima voluntas qualiscunque sit, semper est fauorabilis.*
25 *Legatum dicitur annuum fauore vltimæ voluntatis.*
26 *Donatio causa mortis dum est in fieri comparatur cõtractui, sed postquam est facta, est similis vltimæ voluntati.*
27 *Solutio trium annorum confirmat debitum alimentorum relictum in donatione causa mortis, quæ sit nulla.*
28 *Solutio decennalis non probat titulum, quando semel quis soluit pro decem annis.*
29 *Soluens alimenta vnica vice pro tribus annis, nõ obligatur in futurum.*
30 *Debitor potest inuito creditori soluere ante tempus, si velit etiam refundere interesse.*
31 *Hæres approbando expresè testamentum tenetur soluere legatum alimentorum, etiamsi non concurrat præstatio trium annorum.*
32 *Fideiubere qui promittit, censetur principale debitum agnoscere.*
33 *Inuentarij beneficium non prodest hæredi, qui promittit legatum soluere.*
34 *Actus inutilis quando confirmatur, tunc agitur ex cõfirmante, non confirmato.*
35 *L. 1. C. de fideicommiss. quomodo intelligatur.*

PRIVILEGIVM XXII.

IEmpus non est modus inducendę obligationis, *l. obligationum, §. placet autem, ff. de actio, & oblig.* & solutio facta per decẽ annos de per se, non inducit
1 obligationem † pro futuro tempore, *l. si certus annis, C. de pact.* sed necesse est allegare titulum, & probare solutionem decennalem, *l. cum de in rem verso, ff. de vsur. vbi no. Bar. nu. 3. Bertol. Bald. in d. l. si certis annis, vbi Ias. num. 7. Dec. num. 12. Cur. sen. nu. 12. Gozad. nu. 7. & Alciat. Balb. in tract. præscrip. par. 3. q. 10. in prin. & nu. 20.* vbi inquit non esse distinguendũ, an tractetur de magno, vel modico præiudicio. Ruin. *quidem dicit in conf. 75. num. 2. vol. 1. Paris. in conf. 35. nu. 28. vol. 1. Bero. in conf 205. nu. 5. vol. 1. Nat. in conf. 511. num. 15. Vasq. illustr. quæst. controuers. cap. 84.* quia hoc casu actor debet se principaliter fundare super titulo, & ad illius probationem probare pos-

2 ſeſſionem, aliàs ſi probaret, & allegaret ſolã † poſſeſſionem, ſuccumberet, *vt aduertit Bart. numer. 2. in d. l. lum de in rem verſo, Bar. Bald. Albe. Ang. Salic. Caſtr. Aret. Iaſ. & Dec. in dicta l. ſi certis annis, Balbus, Bero. & Vaſq. in locis ſupra citatis.* Sed ſi quis legatum alimẽtorum relictum in voluntate minus ſolenni præ-
3 ſtet tribus annis continuis, † cogetur in futurum perſeuerare in ſolutione, *tex. eſt expreſſus, in l. 1. C. de fideic. vbi Cyn Bar. Bald. Ang. & Caſtr. dicunt eſſe ſingularem, & idem Bart. in l. 2. C. eod. dicit valdè notandum, & perpetuo menti tenendum, & ante eos hoc voluit ibi gloſ. Pet. de Bellap. Odofre. Iacob. Butr. & Io. Fab. & Corne. dicit communem, gl. Iac. But. Odofre. Bellap. Cyn. Io. Fabr. Bar. Bal. Alb. Ang. Salic. & alij, in l. creditor, C. de vſur. gl. Iaco. de Are. Cyn. Bar. Bal. Alb. Ang. Fulgoſ. Florian. & Iacobin. de S. Georg. in l. cum de in rem verſo, & communem dicit Alex. in d. l. ſi certis annis, nu. 3. Rom. nu. 15. Iaſ. nu. 3. Dec. nu. 7. Curt. nu. 14. Rimin. col. 3. Gozad. nu. 5. & Alciat. nu. 3. Bal. in l. non dubium, in 3. oppoſ. C. de teſta. Matheſi. notab. 122. Pract. Pap. in for. libe. quo agit pro legato rei ſing. nu. 85. Ang. de teſtam. gl. 45. nu. 11. Bart. in l. ſeruitutes. la grande, nu. 4. ff. de ſeruitu. & hoc dicit ſpeciale fauore aliment. idem Bart. in l. Lucius, §. teſtator in fin. ff. de lega. 2. idem Bart. in l. 1. §. ſed ſi filiusfamiliàs, nume. 4. ff. de leg. 3. Guido Papæ, q. 200. nu. 6. q. 576, in fi. Ruin. in conſ. 6. nu. 4. vol. 2. Euerar. loco 24. col. 2. verſic. tertio iſtud facit,* vbi inquit eſſe menti tenendum, & ampliat ad quamcunq; piam cauſam, *Foller. in ſua praxi cẽſuali in §. hujuſmodi cenſus, nu. 82. folio mihi 144. Vaſq. illuſtr. quæſt. controuer. d. cap. 84. nu. 42.* vbi dicit magis communem, & ad dotem extendit, nec non ad refectionem pontium & viarum, aliasq; fauorabiles cauſas, *allegando Bar. Alex. Iaſ. Dec. & Cur. iun. in d. l. ſi certis annis, Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ, priuil. 60.* vbi idẽ dicit de legato dotis & aliis habentibus ſimilem fauorem, *dicens hoc voluiſſe Bart. Fulgoſ. Salic. Florian. & alios.* Id quod declarat non eſſe verum ſolùm in in legato annuo, ſed etiam in quocunq; quod ſit vnicum, *in d. l. ſi quis à liberis, nu. 38. §. vtrum.* vbi ampliat in dote, & latè tractat, an id verum quoque ſit in diſſoluenda obligatione, vt ſcilicet ceſſando per integrum triẽnium liberetur hæres à præſtatione legati, in quo articulo videri poterit apud eum: meum enim non eſt conſilium transferendi aliorum ſcripta. Addo tamen, quod pro negatiua parte facit, quod inducta in fauorem alimentorum, non debent retorqueri in odium, *l. quod fauore, C. de legib.* & inducta ad vnum finem, non debent operari contrarium, *l. legata inutiliter,*
4 *ff. de leg. 1.* & inducta † ad augendum, non debent diminutionem operari, ſicut & contra. *l. cum tale, §. fi. ff. de cond. & demon. l. ſi quis mancip. ff. de fun. inſtr. l. qui hominem, §. fi. cum ibi notat. ff. de ſol. l. cum is, §. 1. ff. de cond. indeb. l. 2. ante ſi. C. de iurã. calum. Crot. in conſ. 143. nu. 4.* Et ideo priuilegium conceſſum legato alimentorum, intelligi debet quoad fauorem, non autem in detrimentum legatarij, per ea quæ ponit Bal. *in l. ſi Ruſinus. C. de teſta. milit.* vbi inquit ſtatutum, quod ſcholares tractẽtur pro ciuibus, in-
5 telligi debere † in fauorabilibus, non autem in prætudicialibus, per Bar. *in l. 3. §. ſi emancipatus, ff. de bon. poſſ. contra tab. idem voluit Fulgo. in d. l. ſi Ruſinus.* Et Caſtren. dicit, quod intelligitur ciuis quoad ea in quib. ciues ſunt melioris conditionis, quam forenſes, non quoad alia. Alios citat Alex. *nu. 3.* ita in propoſito, licèt ius alimentorum quæratur ex triennali præſtatione, tamen quia hoc eſt in fauorẽ introductum, nõ debet eodem modo induci triennio liberatio ab obligatione præſtandi alimẽta. Et ſi dicatur quod cum liberatio facilior ſit quam obligatio, & fauorabilior, debet pari temporis curſu induci, cum maximè eo modo ſoluatur quid, quo introductum eſt, ſecundum regulã, *l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.* & aliam, quæ habet,
6 quod in diſtrahendo eadẽ † ſolennitas requiritur, quæ in contrahendo, *auth. econtrà, C. de repud. Alex. in conſ. 203. nu. 29. vol. 2.* Et inquit Bart. *in l. & ideo. nu. 2. ff. de cond. furt.* quod reſolutio contractus iudicatur eiuſdem naturæ, cuius eſt contractus Afflic. *in deci. 232. col. 1. & 2. comprobat latè deci. Ped. 53. num. 10. & ſeq.* Reſpõdeo quod diuerſa militat ratio. Nam ea comprobatio inualida diſpoſitionis inducitur in fauorem alimentorum, & in priuilegium, ideo non debet retorqueri in odium, propterea mihi magis placet opinio negatiua quod triennio non perdatur ius alimentorum, præcipuè ſi præſupponamus, illud eſſe quæſitum titulo valido, & ſolẽni. Nam ſi admittamus affirmatiuam, erit tamen intelligenda, quando legatum erat inutile & inualidum, ſed confirmatum ex triennali præſtatione. Facilius enim tollitur ius quæſitum ex priuilegio, quam quęſitum via ordinaria, puta ex contractu, vel teſtamento valido, quorum vtrunque deſcendit à iure gẽtium, *l. eius militis, §. ſi militia miſ-*
7 *ſus, ff. de teſtam. milit.* & duo debẽt concurrere, † vt ſit locus huic priuilegio. Primum fauor alimentorum, ſecundum fauor vltimæ volũtatis. *ita Bal. in d. l. 1. nu. 7. & 10. in fi. C. de fideic. Iaſ. nu. 2.* Stante autem veritate principalis noſtrę cõcluſionis, quod alimenta ex non ſolenni diſpoſitione debeantur, quando triennio fuerunt præſtita, aduertendum eſt ad vnũ, quod Docto. non tangunt quod ſcilicet maior eſt ſpecialitas, quam ipſi exiſtimẽt, & quod ſpecialitas nõ verſatur in eo quod ipſi allegant, non quidem eo reſpectu, quod tempus inducat obligationem, quia non ex ſolo temporis curſu legatum alimentorum confirmatur, ſed ex præſtationib. Non etiam in eo conſiſtit, quod ex triennali præſtatione præſumatur titulus, quia illud, quod dicunt Doctor. *in l. ſi certis annis, & in l. cum de in rem verſo*, procedit, quando nullus extat titulus, nos verò agimus, quãdo titulus adeſt, ſed non ſolennis, propterea, *vt dixi* maior eſt ſpecialitas: nam vbi titulus eſt inualidus, non confirma-
8 tur ex præſtatione etiam longi temporis † decem annorum, *vt voluerunt gloſ. Bellape. Iac. Butr. Cyn. Bar. Bald. Ang. Salic. & Caſtr. in d. l. ſi certis annis, & ibi communem dicunt Iaſ. num. 7. & Dec. nu. 12. Par. in conſ. 154. nu. 10. & ſeq. vol. 1.* vbi fortius dicit, procedere etiam in præſtatione, quę fiat per immemoriale tẽpus, licèt in hoc Bero. conſultus in eodẽ facto reſpõdeat contrariũ *in conſ. 144. n. 7. vol. 3.* qui tamẽ tenet decẽnalẽ non ſufficere, *Balb. in d. q. 10. n. 22. in princ. Vaſq. d. cap. 84. num. 41.* Et facit, quia etſi longiſſimi

tempo-

temporis cursu interueniente præsumatur interue-
9 uenisse in actu omnes † solennitates necessarias, *l. si filius, C. de petitio. hæred. Bar. Bald. Imola, & Roma. in l. qui in aliena, ff. de acquir. hæred.* tamen quando appa-
ret solennitatem interuenisse quidem, sed nulli-
10 ter, tunc cessat omnis præsumptio, *Felin. in c. sicut, nu. 33. in 7. declaratione, ver. benè etiam fateor, de re iud. Cur. iun. in cons. 130. num. 4. Ruin. in cons. 63. num. 16. & 19. vol. 1. Gozad. in cons. 73. nu. 28. Butigel. in l. sciendum, numer. 34. ff. de verbor. oblig. Crau. de antiq. tempor. in 3. par. in princ. num. 27. ver. septimo limitatur, Rol. cons. 99. num. 35. volum. 2. Cæph. in cons. 316. num. 62. decis. Pedem. 173. num. 7.* Sed in alimentis licet titulus sit inualidus, tamen si eius vigore alimenta præstentur per triennium hæres non excusabitur, quin minus in futurum soluat. Videtur tamē, quod etiam in hoc nihil sit speciale, quia videmus ita semper seruari, quod instrumentum non solēne probat, si ali-
11 quādo fuit † obseruatū, vt quia secundū illius tenorē solutū fuerit, *vt probat Cyn. in cons. 490. col. 1. ver. non obstat. quod reperitur inter cons. Bald. vol. 4. sequitur Crau. in cons. 101. n. 4.* Facit etiā, quia soluendo quis ex volūtate minus solēni, videtur illā agnoscere, & approbare, *vt in l. 2. C. de fideic.* Sed ad prędicta responderi potest quod obseruātia debet esse longa, & sufficiens ad præscriptionem, *vt infra dicam*, & quod dicitur soluendo approbari testamentū, dico procedere, quoad soluta, non autem quoad soluēda. Quod enim solutum est, non repetitur, quia donari videtur, *l. 1 ff. de cond. indeb. l. donari, ff. de reg. iur.* & cum relictum in testamento minus solenni sit naturaliter debitum, *l. cum quis. C. de iur. & fa. ignor.* solutum etiam per iuris errorem non repetitur, *d. l. cum quis.* Et ideo *in l. 2. C. de fideicom.* datur quidem pro legato relicto in voluntate non
12 solenni † retentio, sed non actio. Et Bald. in principio dicit, quòd licèt non conualescat quoad agendum, conualescit tamen quoad retinendum, *sequuntur Ias. & alij.* Et ita quod attinet ad retinendum soluta, habemus ampliationem, quod sustinetur etiam intra triennium, id est, etiamsi vno, vel altero tantū anno facta sit solutio. Quinimo si legatum alimentorum foret non annuū, sed vnicum, quod aliquando esse potest, *vt dicam infra*, tunc soluendo semel hæres sibi præiudicat
13 † pro toto tempore, quia est vnicum legatum. Ita declarat pulchrè Bald. *in l. non dubium, num. 3. C. de test. ord.* vbi alio etiam modo ampliat, quando scilicet legatum est quidem annuum, sed ad vnicum finem ordinatum, puta ad alimenta, ad habitationem, & ad soluendum mercedem magistris, *per l. fi. in fi. C. de duobus reis.* Et vtriusque ampliationis ratio est, quia vbi legatum est annuum, tunc dñr plura legata, non vnum, *vt dicam.* Agnoscendo ergo hæres testamentum per solutionem vnius legati, non sibi præiudicat quoad alia, *l. Lucius, la 2. §. testator, secundum intellectum Bar. ibi ff. de leg. 2. gl. in l. 2. ver. præstiterunt, C. de fideicom. vbi allegat multa iura, & in l. non dubium, vbi Bald in 5. oppos. & Castr. in fi. Ias. nu. 5. C. de test. ord.* Id quod locum habet etiā, quan-
14 do † plura legata sunt eidem personæ relicta, *l. creditoris, C. de vsur. l. 1. C. de fideicom. Sali. in l. non dubium, vbi Ias. nu. 5.* Et non mirum. Nam voluntas tacita, quæ ex actu colligitur, non extenditur vltra quā ex ipso actu de necessitate inferatur, *Bar. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuq; priuil.* Proinde si soluendo hæres donat vni, non æquè voluit se obligare ad donādum alij. Et Matthes. *in notab. 122.* dicit, quod hæres soluendo partem vnius legati ex testamento minus solenni, licèt obligetur ad soluendum reliquam, tamen secus est, quādo sunt diuersa legata. Et facit quia idem est in tempore. Si enim legata sunt in diem relicta, hæres qui aliqua solu-
15 uit ante diem, non cogitur † cætera quoq; soluere, sed dies est expectandus, *d. l. Luc. in. 2. §. testator. sequuntur additio. ad Mathes. d. sing. 122.* vbi tamen dicit, aliud esse respectu loci, nā si legata soluit certo in loco, cogitur alia in eodem loco soluere, licèt alioquin non teneretur. *l. fideicom. §. fi. ff. de iud. Ang. in l. 1. in fi. C. de fideic. & Ias. in l. 2. nu. 9. C. eo tit.* Nō tamen omitto quod soluens partem debiti, non ideo videtur agnoscere totū debitum, vt tenea-
16 tur aliam † partem soluere, *l. fin. vbi gl. C. ne vxor pro mari.* vbi Bald. dicit, quod gratuita solutio partis non grauat soluentem pro alia parte, *gl. in l. nō dubium, in ver. agnouerit, vbi Bar. & alij, C. de testam. Aret. in cons. 91. col. fin. ver. non obstat quod. & est text. in l. cum de indebito. ver. sed si pro parte, ff. de probat. Salic. in l. cum fidem, C. de non num. pec.* vbi quod soluens partē debiti confessati, potest pro alia parte opponere exceptionem pecuniæ non numeratæ, *Natta in cons. 77. nu. 6. & 7. Costa in l. si ex cautione, in 2. lim. C. de non num. pecu.* Operatur itaq; vnica solutio agnitionē legati, & quando vnicum est legatum, vel ad eundem finem relictum, tunc sufficit si semel soluatur. In quo tamen aduerte, quia vbi res relinquitur ad alimenta, tunc non est legatum alimentorum, sed proprietatis, *vt dicam in tit. quando alimenta censeantur relicta.* Et ad comprobandum quod dixi, solutionem inducere agnitionem, adduco Bal. *in rubr. C. de priuil. dot. col. 3. ver. vnde quæritur.* vbi
17 inquit, † quod etsi confessio dotis facta à marito non præiudicat creditorib. si tamen diu maritus post eam confessionem præstet alimenta vxori, tunc comprobatur confessio. Et ab hac opinione dicit Soc. non esse recedendum tamquam cōi, *in cons. 82. col. 2. vol. 3. & in tract. fall. in reg. dotis cau. lim. 4. Fel. in c. si cautio, nu. 81. de fi. instru. Ias. in §. fuerat, nu. 81. Inst. de act. Goz. in cons. 42. col. 3. Bero. cons. 47. nu. 19. vol. 1. cons. 60. nu. 43. vol. 2. Crau. in cons. 40. nu. 2. Nat. in cons. 547. n. 25. Costa in d. l. si ex cautione, in 7. fall. n. 2. Cæph. in cons. 448. nu. 23.* Et quod vnica solutio sufficiat, quando est vnicum legatum, tenuit Angel. *in lect. Per. col. fin. in d. l. si cer. annis, vbi etiam Ias. in 6. in ver. septimo limita, & in d. l. 1. nu. 5. ver. 7. singulari.*

Ampliatur itē, vt procedat, etiamsi singulo anno alimentorum legatum non fuerit integrè solutum, sed pro eo aliquid traditum fuerit, puta
18 primo † anno frumentum, secundo vinum, tertio vestes: quia nihilominus confirmatur totum legatum pro futuro tempore, & præstandum venit. *ita Bal. in d. l. 1. n. 12.* Mouetur, quia totum legatum, & integra præstatio respicit eandem defuncti volūtatem, & descendit ab eadem radice facit, *l. nec refert,*

refert, ff. quan. dies leg. ced. Ias. *num. 3. ver. tertio mirabiliter*, vbi dicit esse solennem extensionem, si est vera, sed dubitat de veritate; sed meo iudicio cessat dubitatio, quia text. *in l. 1. C. de fideic.* dum dicit sequutam voluntatem filij, considerat legati agnitionem, quę inducitur non minus soluendo partem, quàm totum. Imo qui offert se soluturum, dicitur approbare debitum. Et idem est in eo, qui
19 petit † dilationem ad soluendum, *l. ad solutionem, C. de re iudic. Rom. cons. 9. in fi. Natta in cons. 142. nu. 23. Dominus Becius cons. 106. num. 41. dixi in cons. 43. num. 7.* Addo, quod hæc ampliatio videtur probari ex text. *in d. l. 1.* dum disponit, quod etiam præteriti temporis alimenta præstanda sint. Sed potest responderi, quod loquitur de alimentis retentis vltra triennũ, Amplia autẽ priuilegium, vt procedat etiamsi quis
20 † scienter soluisset vno anno, quia nihilominus non obligatur in futurum, nisi integrum soluat triennium, vt declarat Bar. *in d. l. si certis annis, numer. 2. ver. tertij soluunt, & in sequen. oppos.* vbi dicit tunc vnicam solutionem sufficere, quando orta est actio, quæ elidi poterat exceptione, *sequitur Ang. ibi & Alexan. num. 6. Ias. num. 6. ver. in ea, ad finem.*

Declara tamen non procedere priuilegium prædictum, quando legatum factum esset diuiti,
21 quia tunc ex triennali præstatione non † inducitur obligatio pro futuro tempore, *ita tenet Ang. in l. repetit, l. si certis annis, C. de pac.* quia secundum eum cessat ratio pietatis, quæ solet considerari in legato alimentorum, non enim dicitur pium, quãdo factum est diuiti, *secundum Bar. in l. 1. C. de sacrof. eccles. & idem voluit Florian. in l. cum de in rem verso, ff. de vsur.* Contrariam tamen sententiam probauit Saly c. *in d. l. 1. in fi.* vbi mouetur, quia text. in distinctè loquitur, ergo intelligitur de relictis diuiti nõ minus, quam pauperi: item, quia testator cõsiderauit, quod dives posset ad paupertatem deduci, *allegat l. cum hi, §. si in annos, ff. de transac.* vbi prohibetur transactio super alimentis relictis diuiti, *sequitur Alex. in l. si certis annis, nu. 5. ver. ex his etiam infero.* Mouetur, quia intelligendo de relictis pauperi. *d. l. 1.* seruiret de vento, quæ non diceretur minus solennis dispositio, cum sustineatur tale relictum, quando duobus testibus probatur, secundum magis communem opinionem, de qua *in c. relatum, il. 1. de test am.* & subdit, quod alimentorum causa, etiam in diuite est priuilegiata. Adducit simile de dote, quæ est priuilegiata etiam, quando debetur diuiti, *Ias. in d. l. 1. nu. 4. tertio singulariter*, vbi inquit quod Ang non benè respondet ad *l. cum hi, §. si in annos, Dec. d. l. si certis annis, nu. 9. & 10.* vbi quod legatum alimentorum relictum diuiti respicit sustentationem vitæ, ideo est fauorabile, vltra quod qui dives est effici potest pauper, & cum eo transit Cur. iun. *nu. 15.*

Declaratur secundo, vt non procedat, quando alimenta deberentur ex contractu: quia vt paulò supra tactum est, priuilegium hoc procedit con-
22 currentibus duobus, fauore scilicet † alimentorum, & vltimæ voluntatis, *vt per Bal. dicta l. 1. nu. 7. & 10. in fi. Ias. nu. 2.* Et resoluit gl. *in dicta l. si certis annu,* dum inquit *duplici fauore, &c.* vbi Alexan. *numero 3.* dicit ita communiter teneri, & Dec. ideo *numero septimo*, dicit inferri, quod vbi alimenta debentur ex contractu, præstatio triennalis non inducit obligationem, nec confirmat contractum. Idem repetit Cur iun. *numero decimo quarto, in fi. ver. secundo principaliter*, vbi ait Doctores communiter sequi secundum illam glossæ solutionem, & quod est singularis illatio, patitur tamen difficultatem, quia fauor, qui impenditur alimentis, ita procedere debet in contractu, sicut in vltima voluntate, *argumento l. seruum filij, §. eum qui chirographum, ff. de leg. 1. l. pactum inter hæredem, ff. eod. & Instit. de leg. Fus. canin. tollen. in fin.* & ille fauor, qui conceditur vltimæ voluntati concernit non legata, sed institutionem hæredis, vt scilicet testamenta sustineantur. Ita arguit Dec. loco prædicto, qui aliter non resoluit. Ego tamen respondeo, quod etsi alimenta sint per se fauorabilia, maiore tamen fauore digna sunt, quando debentur ex vltima voluntate, quæ sui quoque natura est fauorabilis, quam si deberentur ex contractu, quia eo casu duplex causa fauoris concurrit, & duo vincula magis ligant, *c. 1. de treg. & pace, cum aliis, quæ adduxi in cons. 31. num. 6.* Et ad secundum argumentum Decij volentis, quod non attendatur fauor vltimæ voluntatis, cum is nullus sit respectu legato-
23 rum, ex quo non curamus † de duplici vinculo, quando alterum est impertinens *secundum Bal. in l. prima, num. 3. C. de legit. hæred. & in capitulo primo, §. his verò, in principio, de successio. fr at.* dico, quod imo vltima voluntas semper est fauorabilis etiam respectu legatorum, quia expedit suprema hominum iudicia exitum habere, *vt dicit text. in l. vel negare, ff. quemadmod. test am. aper.* Et videmus etiam in substitutionibus præsumi, vel fingi plus dictum, quã scriptum, *l. cum auus, ff. de cond. & dem. l. cum acutissi-*
24 *mi, C. de fideicom.* Et quod vltima † quælibet voluntas, siue legatum contineat siue codicillos, sit fauorabilis, late probat Cagn. *in l. testamentis, ferè per totam, ff. de reg. iur.* vbi reprehendit Dec. & Gozad. contrarium tenentes, & vult quod etiam ille text. intelligatur in legatis, & non in sola institutione. Et multos Doctores refert Natta *in cons. 626, nu. 5. & seq.* in quibus fauorabilis fit interpretatio in fauorem legatorum, & tenet intellectum *d. l. in testamẽtis.* Et in vniuerso, vt id in proposito addam, verum est, quod in testamentis plenior semper fit interpretatio, quam in contractibus *c. cum dilecti, de donatio. Dec. d. l. in testamentis, nu. 5.* vbi infert quod nepotes veniunt appellatione filiorum, quod relicta in testamẽto habet paratam exequutionem & masculinum cõcipit fœmininum. Addo quod
25 † legatum dicitur annuum fauore vltimæ voluntatis *Bar. in l. eum qui, §. qui ita, ff. de ver. oblig. Natta d. consilio 626. num. 9.* Præterea licèt in legato fiat stricta interpretatio, quando ampliatio erat nocitura hæredi, tamen vbi non agitur de hæredis præiudicio, fauorabilis est legati interpretatio, & hoc modo loquuntur omnia iura, quæ restringunt legata.

Ex his colligi potest decisio, quod vbi alimenta de-

ta debentur ex donatione cauſa mortis, an triennalis præſtatio obliget in futurum? Nam ſi donatio cauſa mortis æquiparatur contractui nulla orietur obligatio, ſi verò æquiparatur vltimæ voluntati inducetur obligatio, *vt pungit Cur. iun. d. l. ſi certis annis, nu. 15.* Ex cuius dicto licet non reſoluat, colligitur, velle eum, quod priuilegium procedat, ex quacunque vltima voluntate debeantur alimenta. Vt tamen intelligas ſubſtantiam huius
26 quæſtionis, ſcias, quod etſi donatio † cauſa mortis, dum eſt in fieri comparetur contractui, cum tamen eſt facta accedit vltimæ voluntati, *ſecundum gloſ. in l. 2. ff. de dote prælega. quam ſingularem dicit Bald. in l. 2. ff de pact & ibi Iaſ. dicit opinionem Bald. eſſe communiter receptam, & latè comprobat Didac. in rub. de teſtamen. in 3. par. num. 1. & 15. vbi infert ad multas deciſiones, Gomeſ. in tract. de contract. cap. 4. nu. 16. latè Clar. de don. quæſt. 5. in princ.* Quare fatendum eſt, alimento-
27 rum diſpoſitionem, factam in donatione † cauſa mortis, minus ſolenni confirmari præſtatione triennali.

Tertio declaratur, vt non procedat, quando ſolutio non eſſet facta in ſingulos annos, ſed vnica ſolutione præſtitiſſet quis alimenta pro tribus annis, tunc etenim ea ſolutio non induceret obligationem pro futuro tempore. Pro qua limitatione adducitur, quod voluit Cyn. *in l. 2. C. de dot. promiſſ.* vbi quod etſi ſolutio continua decem annorum probet titulum, *l. ſi certis annis, C. de pact. & l. cum de in rem verſo, ff. de vſur.* tamen non procedit,
28 quando vnica vice ſoluit quis † pro decem annis. *ſequitur ibi Bald. num. 1. vbi infert ad id quod voluit gloſ. poſt text. ibi in l. quicunque, C. de apoc, public. lib. 10. Bar. in l. eum qui, ff. de annu. lega.* vbi inquit, quod etſi debitum præſumatur ex annua ſolutione, nõ tamen eſſet idem, ſi fieret vna ſolutio pro decem annis. Et in ſpecie, quod præſtatio alimentorum
29 in vna vice † facta pro tribus annis non obliget hæredem pro futuro tempore, ponit expreſsè Ioan. Fab. *in d. l. 1. in fi. C. de fideicom.* vbi ſubdit, hoc voluiſſe Iacob. de Aret. *in d. l. ſi certis annis, ſequitur Iaſ. in d. l. 1. nu. 4. ver. ſexto compereram,* quia plures actus ſtrictius ligant, *l. iubemus, C. ad Velleian. idem Iaſ. in d. l. ſi certis annis. num. 4. ver. quarto notabiliter, & ibi Dec. nu. 11.* vbi tamen dicit, quod hæc non eſt congrua limitatio, quia tex. *in l. 1.* loquitur de eo qui triennio præſtat veſtiarum, ſed decipitur Dec. quia dicitur triennio præſtitiſſe, qui pro tribus annis ſemel ſoluit, quando non agitur de intereſſe creditoris, nec eo caſu creditor, cuius non intereſt, poteſt recuſare ſolutionem repræſentatam, *vt notatur in l. qui Romæ in princ. ff. de verb. oblig. Bar in l. eum qui ff. de annu. leg.* vbi inquit, quod debitor, qui vult
30 ſoluere debitum creditori † cum omni illius intereſſe, poteſt id facere inuito creditore, & in dubio tempus cenſetur appoſitum fauore debitoris *gl. magna, in fi. in d. l. qui Romæ, in princ. & Iaſ. in duobus locis prædictis ponit concordantes.*

Limitatur quarto, vt non ſit neceſſaria trina præſtatio, quando approbaſſet expreſsè quis te-
31 ſtamentum, tunc † enim ſat eſt approbaſſe, etiamſi nulla ſequuta ſit præſtatio, *vt text. in l. 2. C. de dot. promiſſ.* vbi gl. dicit, quod vnica promiſſio operatur idem, quod plures præſtationes. Allegat *l. ſi. C. ad l. Falci.* & Bar. ibi dicit eſſe ita notabile, & ſingulare dictum, quod alibi non inuenitur. Et Bal. ibi inquit, quòd pactum operetur in momento, id, quod inducit conſummata præſcriptio. Et ſubdit quod hoc notabile non repetitur alibi, & Salyc. *in prin.* dicit eſſe notandum, & ſingulare dictum alibi non inuentum. Et in terminis noſtris hoc modo declarat Iaſ. *in l. ſi certis annis, nu. 6. ver. 8. & vlt. limita,* vbi addit eſſe notabile, & ſingulare, *& in d. l. 1. nu. 5. ver. octauo limita,* vbi declarat, in quo conſiſtat ſingularitas dicẽs, notata *in l. 2. C. de fideicom. & in l. non dubium, in fi. C. de teſtam.* procedere, quo ad iam ſoluta, non autem ad inducendum obligationem pro futuro tempore. Hanc tamẽ limitationem impugnat Iac. de Rau. *in d. l. ſi certis annis,* quia ſi duæ præſtationes non ſufficiunt ad inducendum obligationem, multò minus debet ſufficere vna expreſſa ſtipulatio, quæ minus eſt potẽs. Et hoc etiam impugnat Bald. Nouel. *in tracta. dot. par. 6. priuileg. 78. col. pen. ver. ſed quid plura?* vbi dicit plus operari plura facta de anno in annum, quam vnicã promiſſionẽ, quia non minus eſt facto, quã verbis rem oſtendere. Et concludit *in d. l. 2.* procedere deciſionem propter verba enunciatiua, quæ ſpeciali fauore dotis probant, *vt aliqui ibi intelligunt,* Salic. tamen declarat reſpondẽdo ad deciſionem Iacobi de Rau. quod *in l. cũ de in rem verſo,* diuturna præſtatio vſurarum facit præſumi ſtipulationem vſurarum, & ex ſtipulatione præſumitur obligatio ſortis, quod tamen non facit ad propoſitum, Dec. autẽ *in d. l. ſi certis annis, nu. 12.* diſtinguit, an promiſſio facta fuerit pro vno anno, an verò in genere pro legato annuo, vt primo caſu procedat dictum Bal. Noue. ſecundo verò nõ, ſed nec id ſatisfacit. Certũ enim eſt, quod expreſſa promiſſio magis operatur quam tacita voluntas, quæ reſultat ex ſolutione, *l. expreſſa nocent, ff. de reg. iu. l. nonnunquam, ff. de cond. & dem. dixi in conſ. 10. nu. 24.* & non placet dictum Iac. de Rau. & Bal. Nouel. qui dicunt potentiorem eſſe ſolutionem triennalem, quam promiſſionem, cum ſemper expreſſio magis afficiat, quam tacita, & ſubintellecta voluntas: ex alio tamen videtur mihi deciſionem *l. 2. C. de dotis promiſſ.* non facere ad propoſitũ, quia ibi agebatur de ſolutione vſurarũ, quæ cum ſint quid acceſſorium, non poſſunt dari, niſi ſupponatur principale aliquod debitum, *cap. acceſſorium, vbi gl. & Doctores, de reg. iur. in ſexto, l. cum principalis, vbi Docto. ff. eo. tit.* Proinde qui promittit vſuras fateri videtur, quod extet principale, vti videmus in fideiuſſione, qui enim promittit ſatisdare
32 † videtur etiam promittere, quod ſe obligabit, vti principalem. Et ideo tenetur ſe obligare, *l. tribus, ff. de vſufruc. earum rer. & ibi not. Bal. & idem vult Bal. in l. ſancimus, num. 5. C. de verb. ſignific. Cyn. poſt Iac. But. & Iac. de Rau. in l. 1. C. de ſatisdan. Bar. ibi in fi. Bald. num 5. in fi. & Salicen. nume. 11. & dixi in conſ. 201. num. 6. & ſequenti.* At in ſolutione legati alimentorum non cadit aliqua conſideratio principalis ad acceſſorium, ſed totum eſt principale, & nihil acceſſorium,

rium,& ideo,qui promittit alimẽta videtur promittere principale,non autem accessorium. Preterea si quis promittat soluere alimenta alicui, iã obligabitur ex promissione, licet non sit obligatus ex confirmatione inutilis dispositionis, quia promissio rei in testamento relictæ nouat præcedentem obligationem, & facit, vt illa incipiat deberi ex noua causa. Qua ratione videmus,quod
23 hæres nõ vtitur beneficio inuentarij contra† creditorem,vel legatarium,cui promisit soluere, *Angel.in cons.31.col.pen.Dec.latè in cons.496.num.12.& in auct.præterea,num.12.C.vn.vir & vxor, Phanuc.in tract.de confect.inuentar.per 6.num.110.cum similibus.* Nihil ergo erit singulare in alimentis, quia non cõfirmabitur dispositio, quæ erat inutilis, sed fiet solutio vigore promissionis, nos autem quærimus,an vigore dispositionis non solennis inducatur obligatio accedente promissione. Rursus non videtur,quod illa *l.secunda*, possit ad hoc allegari, quia ibi non constabat de titulo dotis, sed agebatur de illo præsumendo ex sequenti vsurarum promissione. Hic constat de titulo, sed inutili,& inualido. Ideo si confirmatur, promissione agendum erit, non ex confirmato, sed ex confir-
24 mante,quia dicitur nouus † contractus, *l.adoptio, ff.de adoptio.l.legata inutiliter,ff.de alimen.lega.Bar.in l. more,numer.5.ff.de iurisdict.om.iud. Ang. in d.l. adoptio, Ias.d l.more, num.30.Cur.iun.num.44. Crot.in l.omnes populi.num.116.ff.de iust.& iu.Paris.in cons.3.numer.40. & seq.vol.4.Marsil.in sing.196.in princ.* Et hoc modo cessat omnis specialitas,& difficile est respondere ad argumentum Bald.Nouel.loco prædicto,dum vtitur dilemate. Erit itaque conclusio, quod sola primissio alimentorum producit quidem obligationem soluendi in futurum,sed non ea ratione, qua vtuntur Doctores prædicti, circa quod tamen inquirendum erit, an fiat promissio à sciente,vel ignorante. Plures alias limitationes ponit Ias.*in d.l.si certis annis, & in d.l.1.C.de fideicõ.* quas non expedit prosequi, cum sint claræ, & non pa-
25 tiantur difficultatem. Super intellectu † tamen *d. l.1.* laborarunt multi, præcipuè Cato Saccus,Rol. Curt.quos citat Cur.iun.*in d.l.si certis annis,num.15.* vbi Dec.*in num.12.ver.vlt.in dicta*,inquit non apparere,quod testamentum sit nullum, sed quod legatum erat incertum. Addo,quod duæ limitationes relatæ à Ias.*in locis prædictis*, dum inquit, non procedere in testamento falso, vel etiam imperfecto ratione voluntatis,non cõueniunt illi text. *in l.1.* quia loquitur,quando solutio fit secundum voluntatem testantem. Declaratur item hoc priuilegium pluribus aliis modis, *vt per Menoch.* visum post hæc iam scripta,*in tract. de præsumpt.lib.3. præsumpt. 131.nu.8.& sequen.*

SVMMARIVM.

1 *Causa legati cessante, cessat legatum.*
2 *Onere cessante cessat legatum factum intuitu oneris.*
3 *Conditionale legatum deficit detracta conditione.*
4 *Tutor, qui tutelam repudiat, non consequitur legatum,vbi etiam si factum coniunctæ personæ,& idem in fideicommisso.*
5 *Legatarius alimentorum non consequitur legatum,si repudiat onus iniunctum.*
6 *Onus in dubio videtur esse causa legati.*
7 *Legatum alimentorum non præsumitur factum in dubio contemplatione oneris.*
8 *Onus præsumitur causa legati alimentorum, quando respicit fauorem filiorum.*
9 *Onus habitandi cum filiis impositum nouercæ non præsumitur adiectum fauore filiorum.*
10 *Onus iniunctum per vitam conditionis censetur in fauorem alterius, quam legatarij appositum.*

PRIVILEGIVM XXIII.

1 EGati causa † cessante cessat legatum, *l. cum pater,§.dulcissimis,ff.de leg.secundo,Bart. in l.demonstratio falsa,§.si.propè fi.ff.de condit. & demonstr.* Ideo cum legatum relinquitur pro-
2 pter aliquod onus cessat onere † cessante, *l.alumnæ, §.Seia, ff.de adim. leg.* vbi legatum ademptum videtur,quando onus adimitur,quod legato fuerat iniunctum. Bart.*in l.si quis seruum,ff.de condit.& demonstr.* vbi loquitur, quando onus iniunctum est per vim modi. Et idem est quando iniungitur per vim fideicommissi, *l.pen.§.primo, ff.de condit.& demonstr.Bar.in d.l.si quis seruum,num.2.* Secus tamen est, quando per viam conditionis onus est adie-
3 ctum, quia tunc conditione detracta, † subsistit legatum,*l.tertia, §.conditio.in fin.ff.de adim.lega.Bar. d.l si quis seruum, num.1.Bart.Bald.Alex.Aret.Cur.Gozad.& Alciat.in l.1.C.de pact.ponit Mantica, de coniect. vlt.volunt.lib.12.tit.2.num. 27.& sequenti,* Et quod cessante causa legati cesset legatũ, ponit Cæphal. *in cons.81.num.1.* vbi *num.8.* limitat, quando causa nõ est finalis,sed impulsiua. Hinc est quod si quis in testamento designetur tutor, & ei propter tu-
4 telam fiat legatum repudiata tutela, † is non habebit legatum,*l.qui tutelam,in prin.ff.de testam. tute. l.tutor petitus.§.1.ff.de excusat. tuto. l.etiam si patris,ff. de leg.1.l.post legatum, §.amittetur, ff.de his,quib.vt indign.l.Nesennius,§.fi.ff.de excus.tuto.* Et licet aliâs hoc non procederet in legato facto coniunctæ personæ, vt notatur *in l.tutor, §.primo,ff. de excus.tuto.* tamen hodie etiam coniunctus excluditur à legato,quando onus tutelæ repudiat, *vt declarat Iac. Beluis.in §.in omnibus,in Authen.de hæred. & Falci. Bar. & Bald.in l.legatarius, C.de lega.* Rom.*in cons.207.nu.3.* vbi idem dicit in fideicommissis, ex quo hodie sunt exæquata legatis. Idem dicit Roman.*in cons. 235.numer.1.in fin.ver.est igitur videndum, vt inquit esse communem opinionem*, vbi tamen in principio, declarat hoc non procedere in aliquibus casibus, vt per eum ibi. Et quod legatum perdatur ob repudiatam tutelam voluit etiam Pract.Pap.*in for.libel. quo agitur ad redden.ration.tute.in ver. eidem loãni in fi.* Dec.*in cons.178.numer.2.& in cons.192.num.4.* Ruin.*in cons.38.num.2.& 3.vol.2.in cons.49.num.1.cod.vol.* Bertran.*in cons.375.nu.3.vol.4.* vbi dicit idem esse,quãdo cæpisset administrare, & fuisset remotus sui culpa tamquam suspectus, de quo per Roman.*d. consilio 235.* Tiraquel.*in tracta.cessan.cau.par.1.nu.121.* Caualcan.*de tutor.num.190.* Suarez.*in suo thesau. in ver. tutor,num.123.* Et idem est in onere iniuncto, &

cui

cui relicta sunt alimenta, quia si ad hunc finem
5 relicta sunt,& is recusset onus, † amittet legatum, alimentorum, est text.*in l. illis libertis,in fi.ff. de cond. & demonstr.* vbi si legatarius alimentorũ non moratur cum filiis, quorum gratia relictum est, cessat legatum. Ad idem est text.*in l.Seio,in princip.ff. de annu.lega. Anchar.in consilio 237. col.1.ver.si verò defendat,vbi dicit glos.& Doctores, communiter ita tenere, Dec.in consilio 485.num.5.num.10.ver.secundo respondetur,& nu.12.ver.secundo respondetur.* Dubium autem est,quando onus videatur causa legati,& quando
6 non,& in dubio onus † semper videtur causa legati, *l.Nesennius, cum l.sequenti,ff. de excus.tutor.l.illis libertis,in fi.ff. de condit.& demonstr.ponunt Doctores in l.prima,C.de leg. Dec.in cons.485. Cæphal.in cons.429. num.13.* Speciali tamen fauore alimentorum inductum est, quod onus in dubio non præsumatur causa legati, nec deficiat † legatum onere de-
7 ficiente, est text.*in l.prima, C.de lega.* vbi necessitas morandi in domo cum filiis, non destruit legatum etiam filiis mortuis, & illum text.ita intelligit glos.*in l.prima.C.de instit.& substitutio.* quam sequitur Bar. *in l.testamento,la seconda, post princip.ff.de condit.& demonstr.* dicens esse speciale fauore alimentorum. Hoc idem inquit Bar. *in d.l.illis libertis.* Conseruatur enim indistinctè legatum alimentorum non obstante, quod moriatur is,cum quo legatarius debet morari,*l.Caio, §.Imperator,ff. de alim. & cibar. lega.d.l.prima, C.de lega.l.illis libertis, ff.de condit.& demonstr.* Hoc enim voluit glos. *in d.l. prima*, dum inquit, quod alimenta, in dubio videntur perpetuò relinqui *per d.l.Caio*,& tamen nõ censerentur perpetuò relinqui si finirentur eo mortuo,cum quo legatarius debet morari. *Sequitur Bar.& alij omnes ibi, hoc etiam probat Bartol.in d.l. Caio,§.Imperator, in principio, & in prima oppos.Dec.in consilio 485.numer.10.ver.solum superest respondere,* vbi ait esse speciale in legato alimentorum, quod legatum non extinguitur morte eius,cum quo debet quis morari, *idem dicit,numero 12. ver vltimo non obstat,Ruin.in consilio 38.numer.4.volum.2.* vbi quod fauore alimentorum præsumendum est in dubio quod onus impositum non sit causa legati, sed quod imo testator fuisset omnino relicturus, etiam si non fuisset legatario onus prædictum iniunctum,*idem Ruin.consilio 42. numer.20. eod.volum. Cæphal.in consilio 429. numer.109. Vasq.illustr.quæstio. cap.93. numero 27.Simon de Pretis, lib.4. dubit.8. numero 62.& sequenti, Cordub.in d.l.si quis a liberis, §.si quis ex his,numero 170.in fin.ff.de liber. agnoscen.* Est ergo concluſio, quod alimentorum legatum in dubio censetur factum fauore legatarij, non autem propter onus, vel morandi cum filiis, vel aliud quid faciendi, quod fuerit adiectum. Et adhuc dicam latius dum tractabo de conditione mixta, quæ per casum deficit, an faciat deficere legatum alimentorum: est enim quæstio parum absimilis,ex hoc autem priuilegio,quod onus non præsumatur causa legati inferri potest in practica ad multa, quæ sciens omitto.

Id tamen non est perpetuum,sed restringitur, vt non procedat, quando onus respiceret commodum filiorum existentium in ætate pupillari, vt puta si essent relicta alimenta vxori,cum onere
8 habitandi cum filiis impuberibus † quia tunc onus præsumitur causa legati, & legatum factum videtur fauore filiarum, vt mater eas educat, vel enutriat,*argumento l.sed si hoc, §.finali,cum ibi notatis per glos. ff. de condit. & demonstr. & ita expresse tenet Imo.in l.si ita relictum,§.Pegasus,ff.de lega.secundo*, vbi fundat suam decisionem super ætate filiarum. Et hoc etiam voluit Rainer.*in d.addit.ad l.primam*, vbi eum *sequitur Alexan.numero quarto*, C. *de leg.* dicens, quod si quis instituit filiabus impuberibus relinquat vxori alimenta, donec filiæ morabuntur cum ea, si contingat vnam ex filiabus nubere, & aliam mori, extinguetur legatum tamquam factum in fauorem filiarum, licet magni Doctores consuluerint contrarium, Ruin.*in consilio trigesimo octauo, numero sexto, volumine secundo*, vbi dicit, aliud esse, si filij essent puberes, & pro parte puberes,& pro parte impuberes, quia non est incõueniens,quod legataria agnoscat onus quo ad aliquos,& non quo ad alios,in quo addo satis esse, quod agnoscatur onus eo modo, quo potest impleri. Subdit etiam, quod dicens filios esse impuberes tenetur probare,secundum regulam,quod fundans se in tempore debet tempus probare, *gl. in l.eum actum,vbi Bar.ff. de neg. gest.& qui allegat ætatem debet probare,si minorem, vbi Doctores, C.de restit. in integr.l.cum testamento,de probatio.idem voluit Ruin. consilio 42.num.21.eo.vol.Simon de Pretis, lib.4.dubit.8. num.59.*

Hæc tamen præsumptio benè procedit in matre,quia verisimile est,quod pater intellexerit de educatione filiarum apud eam, sed in nouerca cessat præsumptio, cum de ea lex suspicetur in filiorum perniciem, *l.non est, ff.de inoffic. testament.* ideo, quando legatum est factum nouercæ non est præsumendum, quod factum fuerit fauore
9 † filiarum,*ita Ruin.in d. consilio 38.numero 6. volum.2. Cæphal. in d.cons.429. numero 106.* sed in matre filiis existentibus impuberibus res videtur clara,*vt per Signor.in cons.179.numero 6.* vbi considerat,quod filij erant infantes, *Dec in consilio 485.numero 7.& 9.* vbi idem dicit, quando filius erat debilis,& malè complexionatus. Allegat Ang.subdens,quod ex qualitate personæ cognoscitur legatum esse factum fauore filiorum. Allegat etiam Anchar. qui arguit ex qualitate matris,quæ erat senex,infirma,& debilis, *Ruin.d.consil.42.num.22.in fi.* præsumendum est enim testatorem cognita necessitate voluisse in ea parte consulere, vbi vidit necessitatem vrgere.

Hoc idem priuilegium non habet locũ,quan-
10 do onus iniungitur per viam conditionis, † quia tunc semper est implendum, & censetur in fauorem alterius,quam legatarij, & censetur causa legati,*vt declarat Cæphal.in consilio 429. numero centesimo primo.* Vide tamen, quid dicam in sequenti priuilegio.

SVMMARIVM.

1 Conditio mixta deficiens casu, vel per mortem extinguit legatum.
2 Conditio mixta deficiens per mortem, vel casum non extinguit legatum alimentorum, vbi late.
3 Conditio mixta deficiens per casum habetur pro impleta & non extinguit legatum libertatis.
4 Conditio mixta deficiens per casum habetur pro impleta, & non extinguit legatum ad piam causam.
5 Conditio mixta deficiens per casum extinguit legatum, quando est apposita in fauorem eorum cũ quibus erat morandum.
6 Conditione mixta deficiente per casum, deficit legatum, si aliàs non erat relicturus.
7 Onus iniunctum legato, si non æquiualet legato, non censetur esse causa legati.
8 Onus iniunctum sub conditione præsumitur causa legati.
9 Modus mixtus deficiens per casum non extinguit legatum.

PRIVILEGIVM XXIIII.

CONditio mixta dependens à facto implere debentis, vel alterius, vel
1 etiam à casu, † si deficiat per mortem, extinguitur legatum, *l. in testamento, vbi glos. magna & Bar. colum. 2. ver. alio modo, & Socin. num. 6. ver. secunda difficultas, ff. de cond. & demonst. Bar. in l. prima, ante numerum primum, ver. in conditione verò mixta, C. de instit. & substitut. vbi Bald. num. 10. & Castren. num. 6. Castren. in cons. 31. circa primum, colum. 2. ver. item facit ratio, vol. 2. Dec. in cons. 485. num. 4. & in cons. 526. num. 3. Iaf. d. l. 1. nu. 9. ver. aliquando, & tertio, Ruin. in cons. 42. num. 2. vol. 2. Socin. iun. in cons. 46. cons. 74. num. 4. vol. 4. Vasq. illustr. quæst. cap. 93. numer. 9.* vbi *num. 10.* dicit, idem esse in quacunque conditione etiam casuali, vel potestatiua, quia si deficiat per casum contingentem in persona eius, qui debet implere, facit extingui legatum, attamen legatum alimentorum non deficit conditione deficiente, sed sortitur
2 effectum & conditio habetur pro † impleta, text. *est in l. illis libertis, secundum Bar. lecturam, ff. de cond. & demonstr. in l. 1. C. de legat. in l. si peculium, §. cui seruus, ff. de statu. lib. in l. cum ita datur. ff. de cond. & demonstr. ita voluit glos. in l. 1. in 2. solut. C. de legat. vbi Bar. num. 1. ver. quidquid dicat Castren. nu. 1. col. 2. ver. & hoc etiam Bar. in l. illis libertis, ff. de cond. & demonstr. Castren. in d. cons. 31. col. 2. ver. item facit ratio Aret. in consil. 94. consideratis maturè num. 3. in fin.* vbi dicit speciale esse in legato alimentorum, *Socin. in d. l. in testamento, num. 6. ver. primo enim fallit.* Et Doctores ponunt exemplum, quando alimenta relinquuntur sub conditione habitandi cum aliquo, quia si ille moriatur, nihilominus legatum debetur, nec conditio habetur pro defecta, sed pro impleta. Ponũt Doctores latè, *in d. l. 1. C. de legat. Socin. in cons. 68. num. 3. vol. 1. ver. tertio arguitur* vbi inquit, esse apud omnes expeditum, & loquitur etiam in legato vsusfructus, quod stantibus filiis restringitur ad alimenta ex consuetudine Bulgari, qua secundum eum post mortem filiorum sustinetur legatum tamquam si conditio foret impleta, *Dec. in cons. 485. numer. 2. ver. vnde de tali, & numer. 10. ver. solùm supereſt,* vbi post Bart. inquit, esse speciale alimentorum fauore. Ex quo præsumitur, quod testator relicturus omnino erat etiam sine conditione, & loquitur in legato vsusfructus restricti ad alimenta, *Dec. d. l. 1. num. 11. ver. in ea glos. ibi fauore, C. de instit. & substitut.* vbi dicit, quod solutio illius glos. communiter approbatur à Doctoribus, *Euerar. loco 24. colum. 4. ver. septimo istud facit, Ruin. pulchrè in consilio 42. numero 2. & 4. colum. 2.* vbi post Abba. *in consilio 78. column. 2. ver. ad secundum dubium, vol. 2.* dicit procedere etiam in legato vsusfructus, quod per consuetudinem Bulgari restringitur ad alimenta, nam etsi filij decedant, & ea ratione mater non possit cum illis habitare, durabit legatum alimentorum tamquam conditio habeatur pro impleta: benè verum est secundũ eum, quod non incipiet legatum vsusfructus, & loquitur Abbas, quando onus habitandi est positum in conditione, & Ruin. loco prædicto, *num. 5. & sequen. post Castren. & Alexan.* dicit in alimentis idem esse, quando legatum est relictum *donec*, vel *vsquequo*, licet aliis annuis legatis aliud sit, *Corne. in cons. 323. col. 2. in fin. ver. Et prout est speciale, vol. 1.* vbi dicit esse speciale fauore libertatis, & alimentorum, *Grat. in cons. 69. numer. 2. vol. 1. Vasq. illustr. controuers. cap. 93. num. 27.* vbi dicit idem in libertate, & aliis fauorabilibus causis per eum relatis, *Mantic. in tracta. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 16. num. 18. Cordub. in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 200. Tiraquel. de priuileg. pia causa priuileg. 57. in fin. qui plures text. allegat.* Et quod dicitur de alimentis, idem obtinet in legato ad piam causam, arguendo ab alimentis ad piam causam, vel etiam à libertate ad piam causam: nam diximus in fauorem quoque li-
3 bertatis † conditionem mixtam deficientem per casum haberi pro impleta, *l. libertate. iuncta glos. ff. de manum. testam. l. 2. C. de cond. insert. l. cum ita datur,*
4 *ff. de cond. & demonstr.* Et de pia † causa quod eius modi gaudeat fauore, tenuit expresè Roman. *in sing. 284. Euerar. d. loco 24. ver. septimo istud, vbi dicit singulare, & notatu dignum, ac quotidianum Roman. in authen. similiter, num. 198. C. ad leg. Falcid. Socin. in d. l. in testamento, la. 2. numer. 7. ff. de cond & demonstr. Igne. in authen. ex causa, num. 50. C. de lib. præter. Tiraquel. d. priuileg. 57. vbi addit Castren. & Aret. in locis supra adductis, Neuizan. in consilio 31. num. 11.* vbi idem dicit, quando agitur de commodo filiorum, quia secundum eum causa filiorũ est fauorabilior pia causa, *Vasq. d. capit. 93. numero 28.* vbi procedendo per argumenta neminem citat ex prædictis, quia eos non vidit Mantica, *d. tit. 16. numer. 18. ver. tertio similiter limitatur.* Et in locis prædictis illi Doctores extendunt ad alios casus, imo Mantica ibi loquitur etiam, quando conditio mixta deficit facto eius, qui debet implere, quia nihilominus alimentorum fauore habetur pro impleta, & in legato vsusfructus conuerso ad alimenta, quod non deficiat mortuis filiis, cum quibus mater iussa erat habitare, ponit Simon de Pretis, *de interpretat. vltim. volunt. libro quarto, dubit 8. in princip. numero 58. & seq.*

& sequen. vbi omninò videndum est pro declaratione materiæ. Et prædicti priuilegij ratio est, quia ea conditio apposita videtur fauore legatarij, non autem hæredis, vel alterius tertij, supra proximè demonstrauimus fauore alimentorum inductum, quod onus non præsumatur causa legati, sed testator præsumatur etiam sine illo onere relicturus.

Qua ratione limitatur, vt nõ procedat hoc priuilegium, quando non constaret expressè, vel ex
5 coniecturis, quod conditio † esset apposita fauore, & ad commodum eorum, cum quibus debeat morari, quia tunc si illi moriantur deficit legatũ, & conditio habetur pro impleta, *Seia, in princ. vbi glos. ff. de annu. lega. dixi in præcedenti priuilegio, Vasq. d. quæst. 93. num. 27. vbi dicit communem esse opinionem.* Et diximus præsumi tunc factum fauore eorum, qui sunt senes, debiles, pupilli, vel aliter egent ope legatarij, & tales sunt quibus verisimile est, quod testator voluit prouidere, *vide apud Simon. de Pretis, d. dubit. 8. num. 56. & seq. vbi multa considerat, gl. in l. 1. in fi. vbi Bar. in fin. C. de lega.* vbi expressè loquuntur in conditione mixta, ne quis existimet repeti hic quæ supra sunt dicta, *Salic. in l. 1. num. 8. C. de instit. & substitu. vbi Dec. num. 11. ver. in ea gl. ibi fauore alimentorum, & in cons. 485. num. 10. ver. secundo respondetur, Ruin d. cons. 42. num. 21. & 22. & consil. 46. numero 3. vol. 2.*

Declara etiam non procedere, quãdo constat, quod testator cessante illa conditione non erat
6 relicturus: † tunc enim deficiente conditione deficit legatum. text. est qui loquitur in libertate, *in l. fin. in fi. tuncta gl. vlt. in fin. ff. de manum. testamen.* vbi conditio non habetur pro impleta, quando dicit testator, *volo eum consequi libertatẽ*, si conditio vetè non impleatur, *Rom. in d. sing. 284.* vbi extendit etiam ad piam causam, & dicit notandum. *Allegat hoc voluisse Angel. in quadam disputatione, & Rom. sequitur,* licet non ad hunc finem *Tiraq. d. priuileg. 57.* Et ratio est, quia tunc expressa voluntas testatoris, sile-re facit coniecturam, quæ in dubio præsumitur ad fauorem alimentorum.

7 Tertio intellige, quando onus † importatum per conditionem non æquiualebat legato, quia tunc legatum non censetur factum intuitu oneris, at secus est, quando æquiualet: tunc enim videtur testator legatum reliquisse in fauore eius, cui onus est implendum. Ideo illo moriente, ita vt impleri non possit legatum, deficiat per ea, quę ponit Barto *in l. Pamphilo §. duos, ff. de leg. 3.* Id quod confirmat Beninten. *decis. Bonon. vlt. numer. 7. & sequenti, Cæphal. in cons. 429. num. 95. Simon de Pretis, d. dubit. 8. num. 61.* Sed hæc coniectura sumi quidem potest ad fauorem legatarij, vt scilicet onus non æquiualens emolumento non censeatur causa legati, sed non potest desumi in odium legatarij, quando onus correspondet legato, quia non conuertitur.

Declarat quarto Cæphal. *in cons. 429. numer. 101.*
8 non procedere priuilegium, quando onus est iunctum sub conditione, † quia conditio debet impleri, sed ex his, quæ dixi in principio, constat, loquendo de alimentis, dictum eius esse falsum, quia fauore alimentorum conditio deficiens facto tertij, habetur pro impleta. Et retuli Abb. *in cons. 78. & Ruin. in cons. 42.* qui loquuntur in legato conditionali.

Quando autem relictum est sub modo, tunc non est opus disputatione, quia modus mixtus
9 † deficiens per casum non vitiat legatum etiam si non sit alimentorum, nec aliòquin fauorabile, *l. si fundum per fideicommissum. §. Iulian. ff. de leg. 1. l. si quis Titio, ff. de leg. 2. l. Lucius. §. quisquis, il. 1. ff. eo. l. pater filium. §. Tusculanus. ff. de leg. 3. vbi gl. idem voluit glos. in l. turpia. §. pen. ff. de leg. 1. l. si quis Titio centum, §. Titio genero col. 1. ff. de cond. & demon. Doctores in l. 1. vbi præcipuè Ale. C. de instit. & substit.* modus enim participat de dispositione *secundum Ruin. cons. 20. num. 3. vol. 2.* Et hanc conclusionem ponit Vasq. *d. q. 93. nu. 23.* vbi inquit esse communem sententiam, & ampliat procedere etiam si modus mixtus sit appositus in contractu, vel alio actu inter viuos, quia nihilominus si deficiat per casum non vitiat actum, *allegat text. in l. pen. C. de cond. ob caus.* Et subdit hoc esse notandum, quia fauorabilior interpretatio aliâs fit in vltimis voluntatib. quam in contractibus. *l. in testamentis, ff. de reg. iur.* & quoad vltimas voluntates, id quod de modo dictum est, ponit Cæph. *d. cons. 429. nu. 104.* dicens, quod defectus modi non inducit amissionem legati.

SVMMARIVM.

1 *Legatum in dubio videtur, quod minimum est.*
2 *Minimum semper debetur in contractibus.*
3 *Legatum semel tantum est præstandum, non pluries, & præsumitur vnicum, non annuum.*
4 *Tempus censetur appositum causa differendi solutionem.*
5 *Legatum alimentorum præsumitur annuum.*
6 *Legatum videtur quod maximum est fauore piæ causæ, vbi ampliatur.*
7 *Legati annui petitio conceditur pro futuro tempore, vbi idem in debito annuo ex contractu.*
8 *Legatum collatum in tempus reiterabile præsumitur annuum.*
9 *Legatum rei modicæ factum personæ multum dilectæ, præsumitur annuum, non vnicum.*
10 *Legatum obscurum declaratur ex affectione testatoris.*
11 *Legatum videtur quod maximum est, vbi qualitas legatarij suadet.*
12 *Legatum ex persona legatarij præsumitur annuum.*

PRIVILEGIVM XXV.

1 IN dubio videtur legatum quod † minimum est, *l. apud Iulian. §. Scio, l. si ita, ff. de leg. 1. l. qui cõcubinam §. cum ita, & l. vnius, ff. de leg. 3. Din. in reg. in obscuris de reg. iur. in 6. Doc. in l. semper in obscuris, ff. eo. tit.* Et procedit etiam in contractibus,
2 † *l. inter stipulantẽ. l si stipulatus fuero decem, ff. de verb. oblig. l. si fideiussor, la 2. ff. manda. l. si quid venditor, in fi. ff. de ædil. ædic.* & in vltimis voluntatibus. Ratio est, quia testator censetur semper minus grauare hæredem, *l. vnum ex familia. §. si rem, ff. de leg. 2.* & quan-

do aliquid relinquitur, censetur ea mente relictum, vt præstetur semel tantum, nō † autem plu-
3 ries. *l. eum qui calendis. ff. de verb. obli. l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. signifi.* Et ideo contra Guid. de Suzar. inquit Bar. *in l. cum quidam, nu. 3. ff. de annu. leg.* quod si testator reliquit fratrib. vnam pitantiam in die Sancti Francisci, hæres liberabitur præstando semel, *sequitur Alex. in cons. 16. nu. 7. vol. 4. Ias. in l. in duobus. §. si ei qui, col. 2. ver. 5. facit, ff. de iureiur. in cons. 36. in fi. vol. 3. Fel. in c. 2. de treg. & pace. & hanc decisionem tenuerunt Soc. iun. & Io. Lup. quos citat & sequitur Tiraq. d. §. hoc sermone, in prin. n. 88.* Et dicimus etiam, quod
4 tempus † censetur appositum ad differēdum solutionem, *l. qui hoc anno. l. qui ante calendas, & l. eum qui calendis, in fi. ff. de verb. oblig. Bart. & alij, in l. eum qui ita stipulatur, præcipuè Castr. & Ale. ff. de verb. oblig.* Inductum tamen fuit speciali fauore alimentorum, vt legatum alimentorum censeatur non vnicum,
5 sed † annuū, *l. legatum. l. annua, §. Titia. ff. de annuo lega. d. l. eum qui ita stipulatus. ff. de ver. oblig.* Et ita notat Bar. in omnibus locis prędictis inquiens esse speciale fauore alimentorum. Hoc etiam voluit Bal. *in l. cum hi. in ver. planè co. 1. ff. de transf.* Mouetur ex *l. qui concubinam, §. vxori. ff. de lega. 3.* dicens quod in dubio relictum alimentorum præsumitur annuum, *Socin. in cons. 48. in fin. vol. 3. Tiraq. in d. §. hoc sermone, limita. 3. nu. 6. in fi. Natta in cons. 379. nu. 2. Simon de Pret. in tract. de interpret. vlt. volunt. dubita. 11. nu. 95. folio mihi 431.* Facit quia videmus quod in legato
6 † ad pias causas venit quod maximum, non quod minimum est. *l. Titia. §. Seia. ff. de aur. & arg. lega. & ibi Bar. vbi limitat regulam l. in obscuris, & Rom. in sing. 521. dicit illum text. ad hoc singularem vbi Apost. addunt Bal. Abb. Barbat. Socin. Ias. Dec. Gozad. Cagnol. & Gomes. qui hanc decisionem sequuntur,* quamuis Imola & Ias. *in l. si ita sit ascriptum, ff. de leg. 1.* tenuerunt nihil esse specialitatis in pia causa, & text. *in d. §. Seia*, aliter esse intelligendum. *Id quod tenuerunt Barbat. Capra, Bal. nou. & Dec. quos citat & sequitur Tiraq. de priuileg. pia cau. priuil. 25. Moder. Gal. in tract. de vsur. nu. 746. vbi tamen pro contraria parte refert Corne. facit l. cum erat. ff. de annu. lega. Rom. singu. 297.* Valet autem argumentum de pia causa ad alimenta. Imo. Bar. *in d. l. legatum, ff. de annu leg.* dicit idem esse in dote, & aliis causis similibus, quia in eis quoque legatum præsumitur annuum.

Non omitto tamen. quod Natta *in d. consil. 379. nu. 2.* dicit, opinionem Bar. non probari in locis per eum allegatis, quia text. *in l. legatum*, procedit propter dictiones repetitiuas, donec, vel quousque, *vt declarat idem Bar. in d. l. qui concubinam. §. vxori, & Imo. in d. §. qui ita stipulatus.* Et quando extant dictiones repetitiuæ, legatum non restringitur ad vnicam præstationem, etiamsi non sit relictum in causam alimentorum. Sed respondetur quod si hoc ferret vis dictionis repetitiuæ, idem esset in contractibus, sed hoc esset falsum, *vt per Bald. Ang. Castren. & Ale. in l. eum qui ita. §. qui ita stipulatus. ff. de verb. oblig.* Et vtilitas, quod sit annuum, non modo circa substantiam legati versatur, sed etiam circa
7 qualitatem, quia † datur actio pro futuro tēpore durāte legato, ne cogatur actor singulo anno de iure suo experiri. *l. malè agitur, C. de præscrip. triginta annor. §. 1. vbi gl. & Docto. C. de fideicom. & Ias. ibi in fi. attestatur hanc esse communem opinionem, Bar. & alij in l. de pupillo. §. si in pluribus. ff. de oper. no. nunt. Alexand. in consil. 95. col. 2. ver. sed respondeo & dico, vol. 1. Simon de Pret. de interpret. vlt. volunt. lib. 5. dubit. 3. num. 95.* vbi dicit, procedere, etiamsi ex contractu causatum sit annuum debitum.

Aduertendum tamen, quod, etsi regulariter legatum non præsumatur esse annuum, *vt dixi*, tamen fallit, quando collatum est in tempus reite-
8 rabile †, *vt docet Bar. in l. cum quidam. ff. de annu. lega. Guid. Suzar. Cuma. & Ale. in l. eum qui alendis, in princ. ff. de verb. oblig. Gofred. & Alber. in d. l. cum quidam, Tiraquel. d. §. hoc sermone, in limita. 20. numer. 2. Natta d. consil. 379. num. 4.*

Idem est, quando relictum est modicum, & fit
9 personæ multum dilectæ, quia tunc † præsumitur annuum, *secundum Bar. in d. l. cum quidam, Castr. & Aret. in l. apud Iulianum. §. si quid alicui. ff. de leg. 1. Bald. in l. 1. C. de fideicom.* vbi infert, quod legatum vestiarij factum vxori viduæ, est annuum propter qualitatem personæ, *sequitur Rom. qui dicit notandum sing. 291. Alexand. in l. diuortio. §. ob donationes, col. pen. ver. 2. limita. ff. solut. matr. vbi Ias. col. pen. ver. 11. facit illud, Cotta in memor. incip. legatum. quod vxor, Alciat. d. §. hoc sermone, vbi Tiraquel. limita. 2. vbi citat etiam Felin. & declarat, quare ea decisio procedat, idem Tiraquel. limit. 12. num. 4. Natta in d. cons. 379.* Et pro hac limitatione facit, quia legatum obscurum capit de-
10 claronem † ex affectione testatoris erga legatarium, *l. Aurelius. §. Titius testamēto, vbi Bar. ff. de liberat. lega.* & vbi aliud suadet qualitas legatarij recedi-
11 mus à regula † quod minimum videtur relictum, & interpretamur, vt videatur relictum quod maius est. *l. si cui. ff. de aliment. & cibar. lega. l. Stichus, ff. de leg. 3. Dec. d. l. semper in obscuris, nume. 3. ver. 5. fallit.* Et quod legatum præsumatur annuum ex persona
12 † legatarij, ponit Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 11. nume. 19.* vbi, *nu. 12. & sequen.* ponit, quod præsumptio capitur ex affectione personarum. Et Cagnol, *in d. l. semper in obscuris, numer. 9.* dicit, quod illa lex non procedit in legato alimentorum, allegat Bar. qui tamen non dicit hoc, sed aliud diuersum.

SVMMARIVM.

1 *Legitima non debetur filio viuente patre.*
2 *Pater potest assignationem bonorum reuocare, quam fecerat pro legitima filij.*
3 *Legitima filij non venit in confiscatione bonorum filij, quando pater viuit.*
4 *Legitima, vt filio debeatur, requiritur patris mors naturalis, & non sufficit ciuilis.*
5 *Pater qui dilapidat bona sua, cogitur assignare filio legitimam dum viuit, vbi ampliat.*
6 *Filius reuocat confessionem, quam pater faciat, vt eam fraudet sua legitima.*
7 *Pater donando nepotibus, non præiudicat filio in legitima.*
8 *Donatio inofficiosa reuocatur à filio.*
9 *Debitor in diē si efficitur ex noua causa suspectus, caueatur, vt fideiubeat.*

10 *Fide-*

10 *Fideiubere non cogitur debitor, nisi iusta causa subsit.*

PRIVILEGIVM XXVI.

1 PAter dum viuit non tenetur filio assignare legitimam portionem, † nec ad id cogi potest, quia debetur solùm post mortem, *l.1.§.si impuberi ff. de collatio.bono. Bar. in l.fi.ff.de lib.agnosc. in l.post emãcipationem.§. illud.ff.de liber.lega. Bal.in l.si quando.§.illud.ff.eod. tit. Alex. in l.cum dotem,num.13.ff. solut.matr.in cons.14.col.fi.ver.sed dato,vol.1.* vbi quod descendentes nullum ius habent in bonis ascendentium ante illorum mortem, *Guid.Pap.in decis. 486. Aret.in §. item si quis in fraudem, col.vlt.ver.tu autem rectius dicas, Instit.de actio.* vbi quod mortuo patre legitima dicitur quasi debita, *Ias.in l.3.num.4. C.de iur.& facti ignor. & in cons.181. col.pen. vers.3.moneor.vol.2.& ante istos idem voluit Alb. in auth.nouissima,col.fi.nu.9.C.de inoffi.testam.* vbi quod filius nullum ius habet in bonis patris viuentis, *& ibi sequitur Bald.num.1. Ang.in ver.idem quod viuente, Imo.in 3. notab.Aret.num. 4.Alex.in 3. notab. Fulg.nu.9.Ias.nu.5.* Potest enim pater viuẽs precium bonorum suorum proiicere in mare *secũdum gl.& Doctores,in l.1. C.de inoffic.donat.Aret.in d.§.item si quis in fraudem. numero 24.Dec.in cons.557.num.7.Crau. in cons.241. nu.1. Rol.cons.62.num.25.vol.1.Vasq.illustr.quæst.37. num.2. vbi communem ait, Cordub.l.si quis à liberis.§.item rescriptum,num.16.ff.de lib.agnosc.* Et quod filio legitima non debeatur à patre viuente, voluit Corset. *in ver.legitima, num.2.Socin.in tracta.Fallen.reg.288.Dec. in cons.438.num.13.Ias.in l.is, potest, num. 14 ff. de acq. hæred.Fabian.in d.auth.nouissima. num. 78.Ruin.in cons. 149.num.13.vol.3.Barbat.in cons.95.num.4. vol.3.* vbi dicit non etiam competere ius aliquod conditionale, *idem Bertran.in cons.184.numer.2.vol.2.Socin. in cons.51.numero 2 vol.1.Bereng.in l.in quartam,numero 126.& sequen. ff.ad leg.falcid. Brun.in cons.80.numero 15.ver.& hoc casu,Gram.in decis.101.num.65.Duen.in reg.356.in princip.Vivius com.opin.lib.1,opin.199.D Becius in cons.34.numero decimo septimo, & sequen.vbi infinita congerit. Ascan.Clem.in tracta. de patr. potest.effec. 16.numero quinquagesimo sexto,decis.Pedem.172.numero 15. Cuccus in tracta. de legitim.in ver.legitima.an augeatur,num.5.& sequen.* Imo si pater eam assignauit,
2 potest reuocare † si ita sibi videbitur, *secundum Bald.in l.3.in fi.C.pro dona.Ias.in l. frater à fratre. colum. antepen.in fin.ff.de cond.indeb. Felin.in ca.cum M.Ferrariens.colum.15.in fin.de constitutio. Cuccus num.7. & 9.* vbi subdit, quod legitima filio assignata dicitur peculium profectitium. Et infert Bartol. *in l.1.§.si impuberi.ff.de collat.bono.* quod pater ideo non cogitur fisco soluere legitimam pro condemnatione filij, *Bald.in cons.257.vol.3.* vbi quod filius viuo patre habetur pro mortuo, *idem Bald.in l.quamquam, num.2.C.ad leg.Falcid.Martin.Lauden.in tracta. de fisco, quæstio.6.Ascan.d.effect.16.num.59.D. Becius d.num.17. Cuccus num.10. vbi alios citat.* Infertur etiam quod condemnato filio legitima non venit in confi-
3 scatione † si pater viuit, *Gul.Cun. Bar.Alber.& Bald. in l.si qua pœna.ff.de his qui sunt sui,vel alie.iur.Specul.in tit.de exequut.sent.num.11.Socin.iun.in cons.51.num.5. vol.1.Duen.d.reg.356. num.2,vbi allegat alios, Ruin.cons. 149.num.13.vol.3.Cagnol.in l.fi.nu.286.C.de pact.Rol. in cons.67.num.4.& seq.vol.2.* Et non sufficit ciuilis mors parentum, vt filiis debeatur legitima, sed
4 naturalis requiritur, † *Bar,in auth.si qua mulier.prope fi.C.de sacros.eccles.vbi Salic.col.fi.dicit esse communem opinionem,Dec.in ca.in præsentia, nu.75.ver.contrarium tamen, de probatio.Cæphal.in cons.214.num. 8.* vbi tamen limitat non procedere, quando ciuilis mors producit per omnia eundem effectum cum naturali, *allegat Bar. & Ias.*

Tamen quando pater esset dilapidator, & abutendo dissiparet sua bona, cogi posset assignare honestam portionem filio, quæ sit ei pro legiti-
5 ma, & pro † alimentis necessariis, *vt inquit Bald.in l. 2.numer.3.ver.sed pone pater habens,C.si in fraudem patro.* Mouetur, quia pater tenetur filios alere, & hoc prodest non solùm filiis, sed etiam patri, qui releuatur ab onere alendi. Interest etiam reipublicæ, ne quis re sua malè vtatur, & subdit, quod alia bona deinceps non poterunt obligari à patre, nec venient in generali obligatione, loquitur tamen per verbum forte arbitror, quia vt dixi pater reuocare potest bona assignata pro legitima, & dicuntur nihilominus de peculio profectitio, sed id prouenit, quando sponte assignaret, sed quando coactus id faceret aliud esset, quia desinunt ea bona esse in sua potestate. Mouetur etiam Bald. quia vbi pater dissipat bona aduentitia filij, administratio sibi aufertur, & datur filio. *l.fi. C. de bõ. damna.* et si dissipat propria bona restitutioni subiecta, cogitur ante tempus restituere. *l. Imperator. ff.ad Trebel.sequitur Castren.ibi,num.6.* vbi subdit esse singulariter menti tenendum, quia est quotidianum, & alibi non reperitur, & non dicitur filius sic petendo aspernari patrem, quia prodest etiam patri. Et idem videmus fieri in vxore, quæ potest petere, quod dotes collocentur in tuto si maritus malè administrat bona sua. *l. vbi adhuc. C. de iure. dot.* Sed hoc exemplum Castren. parum facit, quia
6 vxor agit de bonis suis, non mariti, filius † autem de bonis patris. Idem voluit Castren. *in d.l. Imperator, vbi Alexan.num.13.Claud.Aquen.num.6.& Seguran.numer.118.ff.ad Trebel.Castren.& Ias.in authen.si qua mulier. C.de sacros.eccles. Iacob.de S. Georg. in l.lis nulla,num.3.ff.de iudic.vbi allegat Roman. idem Iacobin. in l.patronus,num.5.ff.de probatio.Fabian.in authen.nouissima,numer.83.& hanc partem dicit æquiorem Ias.in l. nam & postea.§.sed etsi quis,ff.de iureiur.eandem sententiam probauit Socin. in reg.288.in 1.Fallent.vbi allegat ad comprobationem dictum Bar. in l.si constante, numero sexagesimo tertio, ff. solut.matrimon.* qui vult, quod si pater dotes maternas dissipat, filij illum officio iudicis cogunt, vt sint sibi saluæ. Et hoc singulare dictum appellat Pet.de Rau. *singu. 469. & Ant. Trigon.sing.30.* dicit esse singularem doctrinam, & Ias. *in d.l.si constante. numero 198.* inquit, hanc partem esse æquiorem, & quod de hac quæstione fuit sæpe in facto interrogatus, *Boer. decis.61.numero 18.* vbi dicit per hanc decisionem euitari lites, quæ singulis mensibus orirentur inter patrem,

& filium, si attenderetur eorum opinio, qui dicunt, quod eo casu cogitur pater in principio cuiuscunque mensis assignare filio alimenta, quæ prouisio ex alio non est sufficiēs, quia si pater dilapidat profundendo, & alienando bona, non est certum, quod sit habiturus bona in principio futurorum mensium, sicuti etiam non est prouisio condecens, quod patri interdicatur administratio, & detur curator secundum *l.1.in fin.ff.de curato. furio.* Nam hoc modo filius incusat patrem, eique grauem infert iniuriam, & agit filius in plus, quā sua interest, cum liberum sit patri vendere bona, & pretium in mari proiicere. Melius ergo est eatenus prouidere, quatenus vrget necessitas, & interesse filij, & in reliquis liberam dimittere cuiq; rerum suarum administrationem. Et hanc partem sequuti sunt Cagnol. *in l.fin.num.290.C.de pact. Ioan.Lup.in repet.c.per vestras.§.17.num.14.de donat.inter vir.& vxor.Rod.Suar.allega.4. Duen.in d.reg.256.in 1.ampliat.in fi.& eam inquit magis receptam Pinellus, in l.1.par.3.numero 75.de bon.mater.* vbi etsi quoad legitimam dubitet de veritate, quia ea patre viuente non debetur, tamen respectu alimentorum dicit esse tutiorem, quia à patre viuente debentur filio. Et cum eo transit Eman. Suar. in Thesau. *recepta. sent.in ver.filius, numero 203. Cuccus in d.tracta. in quæstio.legitima an augeatur, numero 8.in fi. Ascan.in d.tracta.effect.16. numero 61. & effect.17.numero 56.* quibus in locis dicit communem, ita quod dubitari non potest quin in iudiciis obtinere quilibet possit, secundum eam, quidquid dubitet Pinell. *in loco præcitato, Cordub. d.§.item rescriptum num.15.vbi dicit communem.*

Et quamuis contrarium tenuerit Bald. sibi parum constans *in l.non potest.ff.de adop.* vbi alimenta esse de mense in mensem assignanda, & loquitur in fortioribus terminis, quando pater dilapidat bona filij, *& eam sequuntur Ias.in §.si quis in fraudem, nume.3.& sequen.Instit.de actio.& esse veriorem in puncto iuris dicit, in l.nam & postea.§.sed etsi quid numer.4. ff.de iureiur. Caccialup. in l. frater à fratre, numero 122. vbi dicit super hoc variè iudicatum. & Salic. d.l.2.C.si in fraud.patr. dicit vix contrariam posse obtinere, Cassa.in consuet. Burg. rub.7.§.2.numero quarto, Cors.in l.filium quem habentem, num.81.C.famil.ercis.Sylvest. Aldobran. in §.præterea, num.54.Instit. quibus mod. ius patr.potest. sol.& nouissimè latè disputando Vasq. Illustr. quæst.cap. 37.per totum*, vbi ait, quod & si vtraque opinio sit communiter recepta, hęc tamen est longè verior, & respectu legitimæ idem tenere videtur Pinell. *d.par.3.num.75.* tamen, cum tot tantique authores pro contraria pugnēt, non est curandum, quod prædicti dissentiant, & fundamenta eorum leuia sunt, quia & si legitima non sit debita viuente patre, tamen hoc est verum, rebus sic stantibus, & mutato rerum statu aliud est dicendum, nō enim pater fraude caret cum bona dilapidat, & fraudi occurrendum est re integra, id est, antequā omnia dissipauerit. Videmus enim, quod filius cōfessionem reuocat † quam pater fecit animo fraudandi 7
filium legitima, *Specul.in titu.de confessio.§. nunc videndum, ver.sed nunc quod patris confessio, & ibi Io.And. Bar.in l. cum quis decedens. §.codicillis, num.4.ff.de leg.3. But.in c.quamuis, vbi Abb.col.pen.num.33.de re iud.Ias.in l.si arrogator, num.25.ff.de adopt.latè Tiraq.multos citās de retract.consang.§.1.glos.18.num.80. Gomes.de testam. cap.12.numer.81.ver.ex quo infertur.* vbi *vers.item etiam infertur*, subdit, quod si pater vendendo fatetur, pretium recepisse, non præiudicat filio in sua le- 8
gitima. Imo pater donando † nepotibus non præiudicat filio in sua legitima. *l.Titia Seio.§.Imperat.ff. de leg.2.Ias.latè in cons.125.col.fi.vol.1.Caph.in cons.148. num.8.* vbi subdit, quod ex quo donatio continet voluntariam alienationem ea non minuit legitimam, & filius reuocat immensam, vel inofficiosam donationem, aliquando in totum, aliquan- 9
do vsque ad legitimam † si est consilio, aut re & consilio inofficiosa, *l.1.2.& 3.C.de inoffic.donat.Bar. in d.l.Titia.§.Imperator.l.si liqueat. C.de inoffic.donatio. Ruben.in d.§.Imperator, numero 139. & numero 152.Paris.cons.70.numero 27. vol.4. Picus in l.post contractum, numero 3.ff.de donat.Rube.in l.pater filium, numero centesimo nonagesimo secundo, ff.de inoffi.test. Tiraquel.in l.si vnquam, in ver.totum. C. de reuoc.donat. & in ver.libertis, num.75. Crau.in com.post decis.Pedem. 122.nume.19. Clar.de donatio.quæst.24. vers.aut vero quis non agit, D. Becius in cons.68.num.6.* Quod si iam alimenta reuocat, quanto magis impedire poterit alienando, cū facilius impediatur quid fieri, quam factum reuocetur. Et si dicatur, quod ea reuocatio fit post mortem patris, quo tempore filius habet ius in legitima, at videtur aliud esse viuente patre, quando nullum ius habet: respondeo, quod & si post mortem patris ius habeat, tamen id iuris concernit bona, quæ pater tempore mortis reliquit, non quę defierant per alienationem esse, sed propter fraudem. id filio indulgetur, quia videntur esse in hæreditate, quæ pater fraudulenter fecit quo minus essent. Præterea considerādo prædictam sententiam respectu alimentorum, non debet mirum videri, quod detur actio ante tempus, nam cum alimenta contineant annuum debitum, certum est, quod etiam pro futuro tempore datur actio. *l.1.vbi glos.& Doctores præcipuè Ias.in fi.C. de fideicom.& dixi in proximo superiori priuilegio.* Et licet suspendatur exactio, tamen idem est in nostro casu, quia bona non dantur incontinenti filio, sed designantur, & separantur, vt ex eorum fructibus percipiat alimenta per quam rationem nihil videtur inesse specialitatis, cum sit hoc regulare in quocunque annuo debito, nec impedit nostram decisionem ratio conseruandæ libertatis, de qua *in l.vsque adeo. ff. si quis à paren.fuer.manum.* vbi dicitur, iniquum esse auferre ingenuis hominibus liberam alienationem rerum suarum, super quæ se fundat multa cumulando Vasq. *d. cap. trigesimo septimo, numero tertio, & sequenti*, quia quod attinet ad alimēta, facilis est responsio, nam cum pater teneatur filio de alimentis necessariis prouidere, non impeditur in administratione rerum suarum, licet cogatur assignare tot bona, quæ sufficiant ad legitimam, ex quibus filius alatur. Hoc enim modo dicitur exoluere debitum, & nō magis impeditur, quam si pro alio quouis debito

exige-

exigeretur. Et in simili videmus, quod debitor in diem, si ex noua causa sit suspectus, de fuga poterit carcerari, vt fideiubeat de soluendo die aduenient, *l.quæsitum, vbi gl.in ver.interest.ff. de pignor.Bald.in l.1.in fi.C.de cond.ex lege.in l.3.in fi.C.commoda.Alex.in l.2.in princ.ff.solut.matr.in l.si ab arbitro. ff.qui satisd.cogan.vbi Ias.num.7. dicit illam gl.esse singularem, idem Ias. in §.superest, num.77.Instit.de actio.cum aliis, quos citaui in cons.68.num.10.* Et tamen non est
10 conueniens, quod debitor ex omni † momento grauetur onere fideiubẽdi, *l.si is à quo.§.fi.ff.vt in pos. legato.l.in omnib.ff.de iud.Aret.in l.2.princip. num.13.ff. solut.matr.Bald.in l.2.num.6.C.de hæred.vel actio.vend.* vbi dicitur graue esse fideiubere, *& ibi Salic.num.4.* Non igitur exigitur pater ante diem, sed cogitur pro filij cautione assignare bona, quo ad legitimam. Et hæc videtur potius afficuratio quædam, quam solutio, vel interdictio administrationis: pater enim pro alimẽtis videtur debitor in diem, vel saltem sub conditione, quia debitum alimentorum est annuum, *vt dicam suo loco*, & pro primo anno est purum, & pro sequentibus conditionale, pendente autem conditione cauendum est, ne pater non sit soluendo, quando dies, vel conditio aduenerit, atque ita inferatur iniuria filio, dum curamus patrem ab iniuria defendere. Id ergo minus malum est, si consideretur, quod patri non adimuntur ea bona totaliter, nec filio absolutè applicantur, sed designantur, & quodammodo destinantur, vt sint loco legitimæ, & alimentorum pro filij cautione, vti fit, quando vxor petit dotes in tuto collocari viro ad inopiam vergente.

SVMMARIVM.

1 *Indefinita propositio æquipollet vniuersali fauore alimentorum.*
2 *Indefinita æquipollet vniuersali, vbi ampliatur multis modis.*
3 *Incertitudo vitiat legatum.*
4 *Legatum præsumitur annuum ex affectione testatoris erga legatarium.*
5 *Legatum latè interpretatur, quando fit coniuncta personæ.*

PRIVILEGIVM XXVII.



1 INdefinita quoq; propositio fauore alimentorum æquipollet † vniuersali, vt probatur ex text. *in lege, quidam hæredem, vbi Bar.notat, num.1. ff.de tritico, vino, oleoq; lega.* dicitur enim ibi, quod si testator vxori relinquat vinum, oleum, frumentum, & salsamenta, licet non sit expressa quantitas, tamen in legato includitur quidquid illarum specierum reperitur penes testatorem, quia secundum Bart. indefinita fauore alimentorum æquipollet vniuersali, *sequitur Cagnol.in l.semper in obscuris, num.9.in fi.ff.de reg.iur.* Sed hic nihil mihi videtur inesse specialitatis, quando regula hæc sit, quod indefinita vim habeat † vu 2 uersalis propositionis, *l.si pluribus, vbi Bar.in princip. ff.de leg.2.gl.in c.vt circa, de electio.in 6.Alex.in cons.26. num.4.vol.4.in cons.91.numer.5.in 1.vol. vbi loquitur in fideicommissis, Socin.in cons.80.col.2.in princip.vol.1.Curiun.in cons.139.num.10. Paris.in cons.53.num.22.vol.2. Bero.in cons.141.num.2.vol.3.* Id quod procedit etiam in negatiua propositione *secundum Bar. d.l.si pluribus, Cuman.in cons.38.col.1.in fin. Socin.in cons.127. numero trigesimo nono, vol.4. Tiraquel. de retracta. consang.§.1.glos.13.numero.1.* Quod si Bar. ex eo specialitatem deducat, quod regulariter legatum non
3 debeatur, si non apparet † quantum relictum sit, *vt probatur in l.cum post. §.gener.ff.de iure dot. & melius in l.si sic,§.1.ff.de leg.1.* sicuti etiam inutile est legatum, quando non exprimitur species, *d.§.gener, & l.Titia cum testamento, in princip.ff.de leg.2.* iam non conuenit, quia non procedit ex vi indefinitæ, sed ex alio, quod in relicto in causam alimentorum incertitudo non vitiat. *l.si cui, cum ibi notat.ff.de annu.legat. & probaui supra.* Quod est speciale fauore alimentorum, ne incertitudine vitiatur. Quin etiam *in d.l.quidam hæredem*, non probatur, quod relictum fuerit in causam alimentorum, cum de alimentis nullum verbum in eo textu, nisi senserit Bar. relictum frumenti, vini, & olei includere causam alimentorum, quod tamen ego non existimo verum, *& dixi in titulo, quando alimenta censeantur relicta.* Rursus si intelligamus illum textum, vt sustineatur relictum non obstante incertitudine, quia incertitudo non vitiat fauore alimentorum, adhuc non conueniet, quia licet non vitietur, tamen declaratur quantitas arbitrio iudicis, & relictum alimentorum habet à iure taxationem, *vt dicitur in d.§.gener.* At in *d.l.quidam hæredem*, dicitur præcisè omne frumentum, vinum oleumque venire in legato, & tamen illa quantitas potuit excedere quantitatem pro alimentis necessariam, atque ita legalem taxam. Præterea Ias. *in l.ita stipulatus, num.11.post Cyn. & alios quos citat.ff. de verb.oblig.* dicat nihil specialitatis inesse, quando non expressa quantitate relinquuntur alimẽta, ex quo nunquam relictum potest esse incertum, cum sit à lege determinatum, & circumscriptum. Et dixi supra tractando de eo speciali, quod prouenit ob incertitudinẽ. Crederem igitur in ea lege extẽdi legatum ad omnia, non quia agatur de alimentis, sed quia relictum est vxori, quæ præsumitur dilecta à testatore, & legatũ ampliatur ex qualitate personæ ad quam testator habuit affectionem. Et ideo Bar. *in l.cum quidam testamento, numer.3.ff.de annu.leg.* dicit, quod ex affe-
4 ctione testatoris † erga legatariũ præsumitur legatum esse annuum, & non mirum. *Cast. & Aret.in l.apud Iulian.§.si quid alicui, ff.de leg.1.* Et in specie, quod legatum vxori relictum, ob qualitatẽ personæ dicatur multiplex, & annuum ponit Bald. *in l.1.col.1.C.de fideicom.* vbi loquitur de vestiario, *sequitur Rom.in sing.291. Alex.in l.diuortio. §.ob donatio. col.pen.ver.2.limita.ff.solut. matr.cum aliis, quos citaui supra in priuilegio*, quod fauore alimentorum legatum præsumatur annuum. Aduertatur etiã, quod in ea *l.quidam hæredem*, duplex videtur concurrere specialitas, vna, quia legatum incertum ratione quantitatis relictæ sustinetur, & est validum, cum regulariter sit inutile: secunda est, quod to-

tum frumentum debeatur, cum tamen minimum debeatur. *l. semper in obscuris, ff. de reg. iur.* & regulariter duo specialia non debent concurrere, *l. 1. de dot. prom. l. cum post. §. gener. ff. de iur. dot.* & quod attinet ad primum tolleratur propter sanguinis coniunctionem, quod sustineatur legatum alioquin inutile, *l. cum alienam. C. de lega. l. Quintus Mutius, in fi. ff. de aur. & arg. lega.* Sed non permittitur, quod
5 fiat lata † interpretatio, imo debetur quod minimum est, *secundum Dec. in cons. 92. in fi. & num. 1. ver. 3. facit, vbi loquitur in coniuncto, idem voluit Paris. in cons. 58. num. 27. & sequen. vol. 3.* Verum errarunt Dec. & Paris. quia etiam lata interpretatio fit fauore coniuncti cum factum est legatum. *l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. l. Aureli. §. Titius, vbi Bar. ff. de libe. leg. Dec. in cons. 69. num. 5. Gozad. in consilio octuagesimo octauo, numero duodecimo, Corne. in consilio centesimo quinquagesimo quinto, col 2. in princip. vol. 3. Crot. in cons. 14. numero vigesimo primo, Paris. in cons. 82. num. 22. vol. 1. Socin. iun. in cons. 98. num. 22. vol. 1. Bero. famil. q. 29. col. 2. Natta in cons. 296. nu 6. & cons. 626. nu. 20. Rol. in cons. 16. num. 38. vol. 3. Cæphal. in cons. 14. num. 22. cons. 81. nu. 16. Menoch. de arbitr. iudic. par. 1. q. 99. num. 15. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 6. tit. 11. num. 23.* Hæc tamen possunt procedere, quando ius commune in hoc solo læderetur, quod legatum latè interpretatur, sed quando alia specialitas adest, quod legatum foret, aliâs inutile non videtur bonum esse multiplicare specialia.

SVMMARIVM.

1 *Debitor, qui cessit bonis, tenetur eatenus soluere, quatenus sibi remaneat pro alimentis, si deuenit ad meliorem fortunam.*

2 *Debitor, qui post cessionem factus est dives, an habeat in foro conscientiæ priuilegium, ne teneatur vltra quam facere potest, vbi vide de veritate.*

3 *Retentio facilius conceditur quam petitio.*

4 *Fur constitutus in extrema necessitate, non tenetur aliena restituere.*

5 *Debitor inops non tenetur soluere, sed debet petere remissionem à creditore.*

6 *Vsurarius, qui post cessionem deuenit ad meliorem fortunam, potest sibi retinere, quantum sufficit pro alimentis.*

7 *Debitor, qui coactè cessit bonis cum ignominia, liberatur in totum, etiamsi deuenisset ad meliorem fortunam.*

PRIVILEGIVM XXVIII.

DEbitor, qui cessit bonis, si peruenit ad meliorem fortunam, tenetur soluere, *l. nec maritus, ver. at cum eius. C. solut. matrim.* tamen fauore alimentorum si postea conueniatur poterit † retinere sibi alimenta, & tanto minus soluere. *l. is qui ff. de cessio. bonor. Imo. in l. si maritus, vbi Alex. num. 4.* Refert sic tenuisse Ang. *in §. fi. Instit. de action. vbi refert Bald. sic tenuisse, Didac. resolut. lib. 2. cap. 1 num. 6. glos. in c. cum tu, de vsur ver. facultatibus.* Sed hoc non procedit in foro conscientiæ, quia tenetur integrum debitum soluere, quia nõ
2 debet viuere † de alieno. Ita deducit Abb. *in d. c. cum tu, nu. 10.* vbi dicit esse valdè notandum, quod in foro pœnitentiali non est locus priuilegio, quod non conueniatur cedens, vltra quam facere possit. Idem tenet Card. Flor. & Petr. Rauen. & dicit ibi Anan. *num. 4.* quod in foro pœnitentiali tutius est stare opinioni Gofredi, quia non remittitur peccatum, nisi restituatur malè ablatum, *c. peccatum, de reg. iur. in 6.* Didac. tamen *d. c. 1. numer. 6.* allegando pro eadem parte Adrian. & Ioan. à Medin. resoluit in contrarium, quia hoc priuilegium iustè fuerit concessum. Et idem dicit *in reg. peccatum, in relect. in princip. numero secundo,* cuius sententia videtur mihi verior, quia si causa famis licet furari de alieno, *glos. in c. si quis propter necessitatem, de furt. & dicam suo loco,* multò magis licebit retinere id quod alii debet, quia facilius cõ-
3 ceditur retentio, † quam petitio, *l. per retentionem, C. de vsur. Dec. in l. diuus Pius, numero quinto, ff. de reg. iur. D. Becius cons. num. 5.* Et pro hac parte adduco, quod voluit Ricard. *4. sent. distin. 15. quæstio. 4.* vbi dicit, quod, etsi raptor alieni non liberetur, nisi restituat indebitè capta, tamen fallit, quando est
4 constitutus in extrema † necessitate, quia non tenetur restituere *sequitur Card. in Clem. 1. quæstio. 22. in fi. de testamen. Ang. in tracta. maleficior. in ver. mettidore de mali, & comprobat Ioan. Lup. in repetit. rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 65. numero quadragesimo, ver. intellige prædicta, quando. vbi multa alia similia adducit ad comprobationem.* Et est regulare quod debitor
5 non tenetur soluere † quando laborat inopia, & est impotens, licet tunc teneatur petere à creditore remissionem debiti, vel dilationem ad soluendum, *secundum diuum Tho. in 2. quæst. 2. quæsti. 62. artic. 8. ad secundum præceptum, Angel. de Clauas. in summa in ver. restitutio il 3. numero quarto. Tabien. in summa ver. restitutio, numero tertio, Nauar. in suo Manua. confess. cap. 17. numero sexagesimo octauo.* Et ideo hanc partem quod in foro conscientiæ non teneatur debitor, qui post cessionem deuenit ad pinguiorem fortunam, sed deducat alimenta, tenuit Sotus *de iustit. & iu. libr. 4. quæstio. 7. art. fi. post Sylvest. in sum. in ver. restit. il. 5. q. 3. sequitur Cordub. in l. si quis à libertis. §. solent. num. 42. & seq. ff. de liber. agnosc.* vbi tamen prædicta omnia non refert, non video ergo rationem diuersitatis, quare minus possit debitor alimenta sibi retinere in foro conscientiæ, quam in foro contentioso. Quod autem attinet ad fo-
6 rum iudiciale, non solùm debitor ex causa honesta, sed etiam vsurarius potest retinere † sibi, quãtum necesse est pro alimentis, si post cessionem factus est locupletior, *vt voluit glos. in d. c. cum tu, in ver. facultatibus, & dicit Abb. ibi Didac. d. c. 1. num. 6. & d. reg. peccatum, in prin. num. 2. Cordub. d. §. solent, num. 39.* Quæ conclusio licet in se vera sit, non tamen depromitur ex illa *glos. at benè contra Abbatem expendit Anan. ibi. nu. 4. Didac. & Cordub. in locis prædictis.* Quod autem vsurario beneficium competat sicut alij, ratio in promptu est: nam impotentia soluendi ea est, quæ excusat, non qualitas personæ, & vsurarius non minus dicitur impotens, quam alius, quando habet solùm pro alimentis, & improbitas hominis non efficit, vt sit fame necandus, sed

eadem

eadem pietate est prosequendus. Supra autem in tit. *quibus debeantur alimenta, in c. de his quibus competit beneficium, ne conueniantur vltra quam facere possint*, declaraui, quòd non gaudeant cessionis beneficio, sed vnum est addendum, quod in eo, qui coactè cessit bonis cum ignominia, non est quærendum, an possit alimenta deducere, quando efficitur diues: nam is ad nihilum tenetur, sed vi-
7 detur † de illa ignominia satisfeciſſe creditori, *arg. glos. in c. sicut dignum, in ver. habent, de homicid.* vbi debitor tortus propter inopiam liberatur ab obligatione. Et per illam gl. hoc tenuit Guido Pap. *quæsti. 343. & Par. de Put. in tracta. sindic. quem citat, & sequitur Cordub. d. §. solent, num. 44. qui reprobat Didac. contrarium tenentem.* Et hæc opinio verior est, sed non expedit nunc examinare, *sed hanc tenuerunt Castren. Ias. Dec. Gomes. Alciat. & Boer. quos citat Benincas. in tracta. paupert. in 7. quæstio. special. 8. in iudic. numero 27.*

SVMMARIVM.

1 *Vsura est omni iure prohibita, tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus.*
2 *Vsura est, quando testator mandat solui vxori certum quid, donec soluantur dotes.*
3 *Vsura non est, quando testator mandat solui quid pro alimentis, donec detur certum quid legatum. Vide tamen ibi.*
4 *Vsura non permittitur etiam pro alimentis, vel redimendis captiuis.*
5 *Alimenta si ex pecunia præstanda sunt, tunc pecunia reponenda est apud mercatorem ad honestum lucrum.*
6 *Vsura non est, quando testator relinquit mille intra quinquennium, & interim annua quinquaginta.*
7 *Confessio testatoris sustinetur vti legatum, quando non constat de debito.*
8 *Vsurarius contractus quando dicatur, spectat ad Theologos declarare.*
9 *Vsura non est, quando vltra sortem aliquid recipitur à sponte dante.*
10 *Vsurarum repetitio potest à debitore remitti.*
11 *Vsura non est, quando testator aliquid relinquit creditori pro vsuris præteriti temporis.*

PRIVILEGIVM XXIX.

1 VSura est omni iure ꝓhibita, † *gl. in ca. q. omnib. in ver. multis de vsur.* & nō magis licet vsuram committere in vltimis voluntatibus quam in cōtractibus. *l. 3. in fin. ff. de annu. lega. & ibi not. Bart. Bald in l. cum allegas, in fi. C. de vsur. Anchar. in cons. 93. num. 3.* vbi infert, quod ideo mandare non
2 potest testator † hæredi, quod certum quid soluat vxori interim, donec soluerit dotes, quia est vsura, *Aret. in cons. 152. per totum*, vbi quod testator non potest ordinare, quod detur certum quid annuum, donec legatum soluatur, *Alexan. in cons. 74. num. 9. vol. 5. Barb. in cons. 66. num. 4. in fi. vol. 2. Soc. in cons. 56. num. 2. ver. ex quibus indubitanter, vol. 3. Ias. in repet. l. cunctos populos, numer. 29. C. de sum. trinit. & fin. cathol. vbi multos allegat Purpur. in l. rogasti, §. si tibi, ff. si cer. pet. Lancel. Dec. in l. 3. §. fi. ff. de annu. lega. Crot. in l. nemo potest, numer. 5. ff. de legat. 1. alios citat Ioan. Bapt. Lup. in l. curabit. in 1. comment. §. 4. num. 27. Menoch. in cons. 441. nu. 1.* tamen fauore alimentorum, quando testator certum quid legat, interim verò mandat annuam quantitatem solui pro alimentis, vel
3 vsufructu, † sustineatur legatum. *ita videtur velle Socin. in l. 2. numero septimo, & sequen. ff. de his quæ pœn. nom. Paris. in c. cum venerabilis colum. 9. de exceptio. Alciat in consilio octauo, numero quinto, Bologn. in consilio decimo nono.* Et facit quæstio quam post Bar. Bald. Ang. & Aret. ponit Picus *in l. Titia, §. Titia cum nuberet, numero centesimo trigesimo tertio, ff. de leg. 2.* vbi si maritus legat vxori alimenta, donec dotem non petierit, sustinetur legatum, & disputat, an dotes transmittat ad hæredes, sed præsupponit sustineri legatum alimentorum. Et hanc dispositionem fauore alimentorum considerauit Menoch. *consilio 441. numero trigesimo secundo.* Hinc est quod vbi alimenta ex pecunia relinquuntur, tunc pecuniæ dantur sub vsuris ex quibus legatarius alitur. *l. 3. §. exemplum, in fi. ff. de alimen. & cibar. leg. l. diui Seuerus vbi glos. ff. ad leg. Falc.* Sed etsi hæc videantur colorata, tamen falsum est, quod vsura fauore alimen-
4 torum permittatur, ideo pro alendis pauperibus vel pro redimendis captiuis † non permittuntur vsuræ, *c. super eo de vsur.* & magis attenditur effectus rei quam verba. Et Bar. *in l. cum stipulanti, in fi. ff. de verb. oblig.* dicit, quod effectu considerato non desinit esse vsura, licet testator loquatur sub nomine alimentorum, vel alio simili, *Anchar. in consilio centesimo quinquagesimo, colum. 3.* vbi quod, etsi alimentorum causa sit multum fauorabilis, *l. cum hi, ff. de transact.* nulla tamen causa est adeo pia, quod ex ea liceat plus exigere, quam sit debitum principale, & subdit, vsuram esse quidquid vltra sortem recipitur sub quouis blando alimentorum, vel alio vocabulo, quia sermo rei, non res sermoni est subiecta, *c. intelligentia, de verb. signifi.* Hanc sententiam tenuerunt Alexan. Barb. Aret. Purp. Crau. & Cagn. quos citat, & sequitur Rol. *in cōs. 55. num. 26. vol. 2. Ruin. in cons. 53. num. 24. vol. 2. Menoch. d. consil. 441. num. 32. ver. respondetur non esse considerandum, Rebuff. l. vnica, numer. 617. C. de sen. quæ pro eo quod inter, Simon de Pret. de interpret. vltim. volunt. libro secundo, interpret. 2. dub. 2. numero centesimo trigesimo, folio mihi 137.* Et quod dictum est pecuniam, ex qua sunt relicta alimēta, collocandam esse sub vsuris, procedit secundum ius ciuile antiquum, quo vsuræ permittebātur, hodie verò, quia sunt prohibitæ, si ita alicui legenter alimenta præstanda ex certis pecuniis, erunt reponendæ apud merca-
5 torem aliquem † idoneum sub honesto lucro, vt declarat Bart. *in d. l. diui Seuerus, ff. ad leg. Falc. per tex. in c. per vestras, ff. ad leg. Falc.* subdens, se id generaliter intelligere, quando lex mandat, quod pecuniæ ponantur sub vsuris, vt dicimus de tutore, *& eum sequitur ibi Ang. Castren. & illud dictum refert Bald. in l. 1. num. 16. C. de cond. in deb.* vbi dicit, tutores, qui antiquitus tenebantur negociari cum pecunia pupillari, hodie debere pecuniam deponere ad lucrum honestum, *Roman. in consilio vigesimo octauo, in prin.* vbi quod etsi hodie pupillorū pecunia da-

ri non

ri non possit ad vsuram, tamē procurare debet tutor, quod ea collocata ad licitum quæstum, vtilitatem afferat pupillo, *idem dicit in cons.188.num.4.& prosequitur Ioan. Lup.in d.c.per vestras, in 6. notab.in 7. illatione,§.7.in princ.de dona. inter vir. & vxor.folio mihi 175.* Est autem generaliter aduertendum, quod etsi testator non possit vsuram inducere, tamen quando ita concipiuntur legati verba, quod non est in facultate legatarij exigere sortē, à prīcipio, tunc licitè legatarius percipit, quidquid medio tempore sibi relictum est à testatore, exēpli gratia, legat testator mille soluenda intra quinquennium, interim verò mandat eidem solui annua
6 quinquaginta, hoc casu licitè recipiet legatarius illa † quinquaginta, *ita distinguit Cagn. in l.curabit, nu.14.ver.secundus casus, C. de act. empt.Moder. Gal.in tract.de vsur.q.73.nu.483.Didac.lib.3.varia resol.c.1.circa finem, ver.sed vbi legatarius, & ante eos hoc voluit Socin.in l.2.num.7.ff.de his quæ pœn.nom.vbi inquit se cum Ioan. Bapt. Caccialup.ita censuisse Florentiæ, & ita fuisse iudicatum Romæ in fauorem legatarij contra consili.152. Franc. Aret. & subdit esse notandum in practica, idem tenet Socin.in cons.41.vol.4.idem voluit Ripa.in l.nemo potest.nu.13.ff.de leg.1.Alc.lib.5.Parado.c.vlt.per totum, vbi hanc tuetur, & potißimè cum hac sententia tranſit Ioan. Bapt.Lup.in d.l.curabit,in 1.comment.§.4.num.73.vbi dicit, falsum esse consilium Aret. supra citatum, & falsum quoq;, quod Cagn.ibi,num.13.asserit communem esse cum Aret.* Cum tamen facta Doctorum dinumeratione contrarium deprehendatur verius esse. Et hāc distinctionem probat quoq; Menoch.*d. cons.441. nu.25.* vbi confirmat, ex eo, quod Doctores dicūt de muliere vidua, quæ licitè exigit vsuras dotales pro tempore retardatæ solutionis, si fuit diligēs, & quidquid potuit fecit, vt dotes exigeret, quæ tamen decisio non facit ad propositum, quia ibi duo sunt necessaria, primum, quod fecerit omnē conatum pro exigendis dotibus, secūdum quod non habeat aliunde. Cum tamen decisio Socini procedat, etiamsi legatarius aliunde habeat, præterea in muliere vidua sustinetur decisio, & vsuræ debentur ratione alimentorum, *vt dixi in titul. quibus debeantur alimenta*, loquēdo de vidua, at hic non est de alimentis quæstio, demum etiam in vidua non permittitur taxatio certæ quantitatis loco vsurarum, vt multi volunt. Hic autem certa quantitas relinquitur soluenda interim, dum principale debitum exoluatur. Vera igitur ratio excluſiua vsuræ est, quia in legato cessat voluntas differendi exactionem, propter quam inducitur vsura. Et prædictam opinionem sequutus sum *in cons.23.per totum. Simon de Pret.d.l.2.dubit.2.interpret. 2.nu.132.* vbi inquit, licitè legatariū exigere quid annuum, sibi à testatore relictum, dum principale legatum soluatur, quando non est in ipsius legatarij facultate exigere principale, aliâs autem, si posset exigere, & non faciat, sibi imputat. Allegat Rebuf. qui tamen mihi hoc non dicit. Præterea doctrina Bar. *in l.3.in fine, de annu.leg.& aliorum,* qui dicunt, vsuram non posse committi in vltima voluntate, optimè procedit, quando testator relinquit alicui id, quod verè debet, & mandat, quod durante mora hæres soluat certum quid: tunc enim illud lucrum medij temporis est vsurarium, atque in his terminis sustineri debet, & potest, quod multi dicunt de dotibus relictis vxori, at vbi testator nihil debet, sed legat de suo centum, & donec soluantur, mādat dari certum quid, nō video, quomodo labes vsurarum obiici possit, non enim tale legatum mihi videtur ab eo differre, quando testator legat centum soluenda intra quinquennium, & vlterius quinque in singulos annos per quinquennium, quo casu legatum est validum, cum nō correspectiuetur ad legatum de centum, & cum huiusmodi debitum inspecta sui origine descendat à causa voluntaria non necessaria, nihil est quod hæredi, vel legatario opponi possit. Et idem dicerem quando legatum est factum sub commemoratione debiti, de quo tamen non appareret, quia eo casu cum sustineatur vti legatum, non vti debitum, idē est,
7 quod de puro † legato, *Bar.in l.qui vxori, ff.de au.& arg.leg.Bar.in l.cum quis decedens,§. codicillis.ff. de leg.3. Cuman.in cons.37.in fi.& Bar.in d.l.qui vxori. loquitur expressè de legato dotis. Alex.in cons.122. col.2. vol.7.Bal. in cons.14.in fi.vol.2.Rip.in pulchro casu in l.fœminæ,nu. 45.& seq.C.de secund.nupt.Rol.in tracta. de lucro dot.q. 80.num.9.* Sed quia hæc omnia animam concernunt, & quæstio vsurarum quando versatur non circa factū, sed circa ius, est ecclesiastici fori, & ad Theolog. spectat iudicare, quando actus cōtineat
8 † vsurā, *Paul.in clē.ex graui, de vsur. Anch.in cōs.336.col. 1.Ias.in cons.153.in 2.dub.vol.4.* Et dicit Bal. *in cōs.464. in princip. vol.3.* quod vbi agimus, metimur forum ecclesiæ. *Et hanc opinionem sequuntur Gui.Pap. Afflic.& multi alij citati à Rol.in cons.96.nu.44.& seq. vol.2.vbi dicit hanc esse indubitatam conclusionem Legistarum & Canonistarum, idem voluit Nat.in cons.198.nu.25.Dida. lib.3.variar.resol.cap.3.ver.ego vt libere, decis.Pedem.137. nu.11.Clar.in pract.crim.§.fi.q.32.n.2.* vbi dicit, quod ita concludunt omnes Docto. Legistæ, & Canonistę, ideo non prosequor vlterius rem dimittens iudicio Theologorum determinandam. Addo tamē, quod etsi testator nō possit ordinare, quod suo debitori soluatur in futurum aliquid, donec differtur debiti solutio *secundum supradicta*, potest tamen decernere, quod soluatur pro eo tempore, quod lapsum est ante testamētum, quia licet quis nō possit ab inuito exigere quicquam vltra sor-
9 tem, potest tamen † capere à sponte dante, *gl. Din. & alij in reg.peccatum, de reg.iur.in 6.vbi etiam Io.Andr. in mercur. Host.in sum.de vsur.§.1.ver.fi. Bald. in l.1.q.10. C.pro socio, Natta in cons.498.nu.28.* vbi dicunt, quod licitè capitur à spontè offerente, & quod debitor
10 possit remittere mutuanti repetitionem † vsurarum, *ponit Alber.in l.transigere, numer.19.C.de transact. Hostien.de vsur.ver.sed si fœnerator, Feder.cons.19. Tiraq. de retract.conuent.in fin.nu.151.* Et in terminis de testatore quod possit relinquere aliquid pro vsuris
11 præteriti temporis † ponit Castren. *in cons.101.vol. 2.ver.quantum verò ad tempus, vol.1.* vbi fortius dicit procedere etiam, si testator haberet adhuc sortem penes se, licet inter viuos non sit permissum propter suspicionem, ne id faciat debitor, vt creditor gra-

tor gratior sit in differendo exactionem sortis, & eum sequitur Simon de Pretis *d. lib. 2. interpret. 2. dubit. 2. num. 131.*

SVMMARIVM.

1 *Legata, quãdo transcendunt vires hæreditatis, minuuntur omnia pro rata, & ibi ampliatur.*
2 *Legatum alimentorum factum pro restitutione malè ablatorum, non diminuitur, licet legata transcendant vires hæreditatis.*
3 *Legatum ad piam causam non minuitur, quando legata superant vires hæreditatis.*
4 *Legatum dotis non patitur diminutionem, quando plus est legatum, quam sit in hæreditate.*
5 *Legatum relictum in compensationem debiti, non patitur diminutionem.*
6 *Legatum non patitur diminutionem, quando constat de voluntate testatoris, etiam ex coniectura.*
7 *Nemo præsumitur immemor salutis æternæ.*
8 *Confessio facta in testamento, sustinetur in vim legati.*
9 *Legatum patitur diminutionem, etiamsi fiat tãquam debitum.*
10 *Legatum pro dote sustinetur, quando relinquitur ab eo, qui tenebatur dotare, aliàs non.*
11 *Confessio plenè probat in his, quæ pendent à potestate confitentis.*
12 *Confessio non nocet, quando tendit ad priuandum filium sua legitima.*
13 *Confessio notarij, quod fecerit falsum instrumentum, non nocet parti.*

PRIVILEGIVM XXX.

TEstator si multa faciat legata, quæ vires hæreditatis transcendãt, omnia pro rata minuũtur, ita vt ad id reducantur, quod hæreditas † ferre potest 1 *vt est text. in l. si quis testamento, §. apud Iulianum, ff. de leg. 1.* Et ibi subdit Castren. procedere, licèt vnus ex legatariis sit primo nominatus, quia non attenditur ordo scripturæ, imo locum habet illius text. decisio, quamuis vnum legatum sit in specie, aliud vero in genere, *secundum Din. Ang. Castren. & Alex. in l. quærebatur, ff. ad leg. Falc.* Hoc enim solùm quæritur, an hæreditas sufficiat ad omnia. Est etiam bonus text. *in l. 2. §. 1. ff. de cond. indeb. vbi not. Bart. Castren. in l. procuratoris, §. si plures, ff. de tributo. actio. Rapha. Cuma. in l. filius famil. §. apud Marcell. ff. de leg. 1.* Veruntamen si vsurarius in testamento pro vsurarũ restitutione relinquat pau-
2 peribus alimenta, tale legatum non patietur † diminutionem, sed deducetur ante omnia, *secũdum Din. & Angel. in l. doli clausula. ff. de verb. oblig. prout eos allegat Barbat. in tract. de Episc. lib. 4. par. 4. num. 85. quẽ sequitur Cordub. in l. si quis à liberis, §. verum, num. 19. ff. de li. agno. vel alen.* Sed non inuenio Din. & Ang. in loco prædicto hoc dicere, bene admitto decisionem esse veram. Nam videmus, quod legata ad pias causas non patiuntur diminutionem cum
3 cæteris legatis, sed præcipua † detrahuntur *secundum Bart. in l. si quis seruum, §. fin. ff. de leg. 2. Castr. in d. §. apud Iulianum, in fi. Barb. in d. par. 4. lib. 4. num. 84. vbi allegat Oldr. in cons. 200. sequitur Tiraq. de priuil. pia cau. priuil. 72. qui & ipse allegat Old.* Sed Oldr. *in loco prædicto verè hoc dicit.* Quinimo Bar. *in auth. similiter C. ad leg. Falc.* tenet, quod si non suppetunt vires hæreditatis, legatum pium diminuitur sicut cætera. Allegat in simili, quod dicitur de testamẽto militis. Sed prior opinio est verior, quam tenet Feder. *de Sen. cons. 250. in fin.* Idem videmus in legato dotis, quia diminutioni subiectum non est, imo
4 † tanquam æs alienum deducitur, *Bar. in l. 2. §. 1. ff. de priuileg. cred. Castr. in d. §. apud Iulianum, num 4. in fi. Barbat. d. num. 84. Alexand. in l. si cum dotem, §. si pater, nu. 7. ff. solut. matr. Bal. Nouel. in l. 1. nu. 471. ff. solu. matr. Natta in cons. 455. num. 8. Rol. in cons. 25. nume. 21. vol. 6.* quia habetur ea dos tamquam æs alienum, & Rol. loco prædicto extendit etiam, quando in legato non fit mentio dotis, puta quando fit filiæ, quia cum in dubio præsumatur factum in causam dotis, *Bar. in l. quod autem, ff. de iur. dot. Cast. in l. Titio centum, §. Titio genero, col. pen. ff. de condit. & demonstr.* sapit eandem naturam, & ampliat, vt procedat, etiamsi fiat filiæ iam nuptæ, quia non desinit continere æs alienum. Verum ad comprobationem nostri priuilegij melius facit ratio, quia vbi legatum fit pro restitutione malè ablatorum, dicitur continere æs alienum, tum propter peccatum, quod obligat Deo peccatorem, à quo tamquam à creditore indulgentiam seu remissionem expostulare debet, *vt inquit Feder. de Sen. in cons. 250. nu. 2.* tum etiam respectu eius, à quo vsuræ sunt extortæ, & cui sunt constituendæ, vt impetretur liberatio, *c. peccatum, de reg. iur. in 6.* vbi verò quis soluit
5 debitum, tunc non sapit naturam legati † & consequenter non patitur diminutionem. Ita ferè in nostris terminis concludit Feder. Senen. *dicto consil. 250.* vbi loquitur præcisè in eo, qui reliquit pro restitutione malè ablatorum. *Sequitur Castr. in §. apud Iulianum, in fin.* vbi *dicit esse menti tenendum tamquam singulare.* Addo quod ista diminutio non fit contra voluntatem testatoris, imo cessat quan-
6 docunque subest aliqua coniectura † quod testator velit integrum præstari legatum *secundum Feder. loco prædicto, num. 1. & sequen.* vbi ad impediendum diminutionem arguit ex voluntate testatoris, *Rol. d. cons. 25. numer. 3. & sequen.* At non est credendum, quod testator, qui legat ad suæ conscientię exonerationem, velit minus præstari, quam contineatur in legato, cum non præsumatur im-
7 memor † salutis æternæ, *l. fin. C. ad leg. Iulian. reper. cum aliis apud Alci. in tracta præsumpt. reg. 3. præsumpt. 4. num. 1. & sequen.* Et cum hoc legatum sit gratia testatoris, alia verò respiciant legatariorum commodum, credendum est, quod testator voluerit hoc per prius præstari, sicuti præsumitur quis alienæ vtilitati suam præponere, *l. præses, C. de seruit. & aqua.*

Non tamen intelligendum est, quando constat, testatorem vsuras extorsisse, ita quod alimẽta pauperibus relicta cedant verè in restitutionẽ malè ablatorum: aliàs enim non deducetur legatum tamquam æs alienum. Pro quo facit, quod voluit Bart. *in l. cum quis decedens, §. codicillis, nu. 3. ff. de leg. 3.*

*leg.3.*vbi post Iac. Beluis. determinat, quod si testator in testamento confitetur exegisse vsuras,
8 illud nihilominus sustinetur † tãquam legatum, non autem debetur tamquam vsurarium. Et ex eo inferunt omnes Doctores, quod confessio facta in testamento non probat debitum, sed sustinetur in vim legati, *per l.qui vxori.ff.de auro & arg. leg.Cuma.in cons.37.in fi.Bal.in l.rationes, nu.2.& 3.C. de proba.Alex.in cons.122.nu.3.vol.7. Rip. in l.fœminæ, nu.45.C.de secun.nup. Nat.in cons.73.nu.5.Rol. de lucro do.q.80.nu.9. Cæph.in cons.101.nu.19.* Et in proposito ita tenet Cast.*in d.§.apud Iulia.nu.4.* vbi dicit, quod legata omnia patiuntur diminutionem, etiamsi
9 legentur vt debita, † quia ex sola testatoris cõfessione non probatur debitum, sed sustinetur iure legati. Et clarè hoc dicit Bar.*in d.l.qui vxori,ff.de au. & arg.legato,* vbi vult, quod legatum pro vsuris, & malè ablatis patiatur falcidiam, nisi probetur debitum. Et subdit esse mirabile, quia testator relinquendo vt debitum, velle videtur quod soluatur tamquam tale,*sequitur Castr.loco præd.* Facit quod etiam, quod dictum est, dotem deberi tamquam æs alienum, intelligitur in filia, quam pater tene-
10 batur dotare, alias secus, † *vt per Bart.in l.2.§.quod si sponsa,ff.de priuileg. credit.ponit Castr. d.§.apud Iulianum. Alexa.in l.huiusmodi,§.si pater, col.3. ver.tertiò potest limitari,ff.de leg.1.* vbi restringit, quando relinquitur dos filiæ nubili, de quo tamẽ latè agit Rol. *in d.cons.25.nu.22.& seq.*

Vt tamen meum interponam iudicium, arbitror, quod vbi testator expressè legat pro malè ablatorum restitutione, tunc legatum ante omnia ditrahatur, & nullam patiatur diminutionem, etiamsi aliter non appareat de extorsione vsurarum: quia, *vt inquit Feder.loco sæpius citato,* credendũ est testatori sic relinquenti, præcipuè cum hoc quod patiatur, vel non patiatur diminutionem, ab ipsius testatoris potestate dependeat, qui sicuti potuisset secundum supradicta expressè disponere, quod integrè sine diminutione soluatur, ita potest tacitè sic facere, par enim est virtus taciti & expressi, *l.cum quid,ff.si cer.pet.* & confessio plenè
11 probat in his quæ pendẽt à † potestate confitentis *Bart.in l.certum,§.si quis absente, nu.3.ff.de confess.Bal. in l.generaliter,numer.16.C.de non num.pec. Alex.in cons. 110.vol.7. Afflict.in dec.175. num.4.Paris.in cons.92.numer.28.vol.1.Marsil.in rub.C.de probatio.numer.93.Rol. in cons.82.num.38.vol.2.* Quod verò dicit Bart. *in d. §.codicillis,* procedit, quando testator ipse superuiuit, & vult legatarius vti sua confessione contra eum, nam hoc facere non potest, quia cum facta sit in testamento, sapit naturam vltimæ voluntatis, reuocariq; potest, *vt per Bar.* At secus quando vteretur quis confessione testatoris ad exequutionem illius voluntatis sine alicuius tertij præiudicio, etsi dicatur, quod hic agitur de præiudicio aliorum legatariorum. Respondeo, quod ex quo illis testator potuit præiudicare, sicuti etiam potuisset non legare, non est de eorum damno curandum: aliud esset si tractaretur de eorum damno, quibus testator non potuit nocere, puta
12 quando confessio tenderet ad † minuendum legitimam filij, *vt latè per Tiraquel. de retract. consang. §.1.gl.16.num.80.& in l.si vnquam.in ver.donatione largitus,num.89.& seq.C.de reuoc.dona.* Idem, quando
13 notarius † dicit instrumentum esse falsum, *Rol.in cons.58.num.15.vol.2.sed quia Bar. in d.l.quod vxori,ff. de auro & arg.lega.tenet contrarium, & ad hoc Doctores non aduertunt, non vlterius progredior.*

SVMMARIVM.

1 *Dispositio quælibet restringitur ad primum actum.*
2 *Vxori alimenta cum relinquuntur, venit non solùm prima, sed etiam secunda.*
3 *Renunciatio l. si vnquam, C.de reuoc.donat. non nocet, quando renuncians mortua prima vxore filios suscepit ex secunda, & ibi declarat, quomodo intelligatur.*
4 *Dictio dictus, & prædictus refertur ad personas, quæ legari possunt in instrumento.*
5 *Nati & concepti post mortem testatoris succedunt, quando testator vocauit nascituros.*
6 *Hæredis appellatione non venit secundus, quando testator loquitur de suo hærede.*
7 *Nati, & concepti post mortem testatoris veniunt ad legatum alimentorum factum filiis tertij alicuius, qui tunc nullos habebat.*

PRIVILEGIVM XXXI.

1 DIspositio omnis regulariter restringitur ad primum actum, nec † extenditur ad vlteriorem, *l.boues.§.hoc sermone, ff.de verb.sign. l.cum pater. §. pater certam, ff.de leg.2. l.dotis promissio, ver. vlt.ff.de iure dot.l.inter socerum,§.fi.in fi.ff.de pact.dotal. & latè multos concordantes allegans ponit Tiraquel.in d. §.hoc sermone,in princ.nu.2.& seq.* & vbi fit mentio de vxore, intelligitur de prima, non autem de secũda, *l.si quid earum,§.si.in fi.ff.de lega.3.* Sed vbi testator
2 alimenta relinquit vxori suæ, tunc † non solùm primæ debentur, sed etiam secundæ. Ita enim determinat Alexan. *in cons.171.num.3.ver.supereſt modo, vol.2.* vbi mouetur, quia indefinita posita circa personas in fauorabilibus æquipollet vniuersali, *secundum Bar.& alios in l.si plurib.ff.de lega.2.* legatum autem alimentorum est fauorabile etiam quando fit diuiti, *l.1.C. de fideicom.l.cum hi. ff.de transact.* Mouetur etiã, quia vbi testator instituit posthumum nasciturum, intelligitur non solùm de primo, sed etiam de secundo, *l.placet, cum l.sequen.ff.de libe.& post.& prædictam opinionem sequutus est Socin.in cons.48.num.4.vol.3.Gram.in decis.102.num.114.Tiraquel.in l.boues.§.hoc sermone,in 3.limit.nu.13.Cordub.in l.si quis à liberis,§.vtrum, nu.34.ff.de lib.agnosc. Soc.iun. cons.172.nu.25.vol.2.dixi cons.125.nu.25.* Contrarium tamen in hoc voluisse videtur Bal. *in l.vlt.col.3.ver. & nota quod si talis vxor, C. de indic.vidu.tollen.* vbi inquit, quod vxor secundo loco ducta à testatore, non consequitur legatum vsusfructus, quod testator reliquerat vxori suæ. Et loquitur etiam eo casu, quo legatum vsusfructus resoluitur in alimenta, *sequitur Crem.in sing. 8.Ias.in l.diuortio.§. quod in annos.nu.20.ff. sol.matr.Dec.in c.quomodo Abb.nu.16. ff.de offi. de lega.Cotta in memor.incip.vxor relicta,col.2.*

ver.

ver. sed nunquid intelligatur, vbi dicit singulare Bened. *in c. Rainutius, in ver. cætera bona, num. 19. de testa. Tiraquel. in d. §. hoc sermone, in princip. num. 104.* Et pro hac parte facit quod voluit Soc. *in cons. 126. per totum, vol. 3.* vbi concludit expressam renunciationem beneficij, *l. si vnquam, C. de reuoc. donat.* non ex-
3 tendi † ad filios, qui nati sunt ex secunda vxore, quam duxit post mortem illius, quam habebat tempore donationis, quia non videtur cogitasse donans de filiis alterius vxoris. Hæc autem contrarietas rectè conciliatur per Felin. *in c. fi. num. 6. ver. pro ista fallentia, de treg. & pac.* vt scilicet decisio Alexand procedat in testatore, qui non habebat vxorem, ideo nullam habere poterat particularem affectionem ad primam magis, quam ad secundam vxorem, cum vtraque foret incognita. Decisio autem Baldi locum habeat, quando testator vxorem habebat tempore testamenti, propter cuius affectionem, vel maritum potuit moueri ad legandum. Eandem facit distinctionem Pic. *l. Titia, §. Titia cum nuberet, num. 108 ff. de leg. 2. vbi ita resoluit post longam disceptationem, pro vtraque parte, & hanc resolutionem facit Alexan. in d. cons. 17. num. 6. ver. præterea dato quòd ista, licèt prius acriter impugnet Baldi dictum absolutè, & hoc etiam modo intelligit Didac. in capitulo, requisisti, num. 6. de testamen. & ante eum, & Alexan. id deducit Ruin. in consilio trigesimo, numero septimo, volumine secundo, Dec. in dicto capitulo, quoniam Abbas, numero decimo sexto, eodem modo intelligit Manti. in tracta. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. titulo 15. numero primo, vsque ad finem, & hanc quæstionem latè disputat Pet. Paul. de testam. coniug. libro primo, capitulo decimo sexto, & communem opinionem, ac veriorem esse cum Bald. testatur Caualcan. in tracta. de vsur. mulier. relic. num. 195. & sequen. & cum eo transire videtur Simon. de Pretis in tracta. de interpret. vltimæ voluntatis, libro quarto, interpret. 1. dubitat. 10 num. 4.* vbi tamen dicit hanc quæstionem non esse claram, quando testator vxorem nominat proprio nomine, vel etiam quando expresso nomine proprio subiicit appellatiuum: puta legando Camillæ vxori suæ: tunc enim non fit extensio ad secundam vxorem, quia de persona ad personam non fit extensio, *l. cum pater, §. quindecim, ff. de legat. 3.* & dispositio facta per nomina propria non extenditur ad aliam personam, *Bartol. in l. omnes populi, nu. 63. ff. de iustit. & iure, Bald. in l. si quis. § certum, ad finem, C. de secund. nupt. in 2. lectura, & pro hoc Simon allegat text. & glos. in l. si quid earum. §. fin. ff. de legat. 3.* Addo idem esse, quando testator in superiori parte testamenti nominasset vxorem proprio nomine; deinde per verba præcedentium repetitiua eidem legaret alimenta dicendo, prædictæ vxori meæ lego, &c. nam ea ver-
4 ba referuntur tantummodo † ad personas, quorum nomina in testamento legi possunt, *secundum Bart. in l. qui liberis, §. hæc verba, in fi. ff. de vulg. & pupil. Imo. l. si quis filium. fin. ff. de acquir. hæred. vbi etiam Aret. dicit eam decisionem esse veriorem. & dixi in cons. 123. numero 13. & sequen.* Et quod plurimum operetur cõiectura, quando tempore dispositionis non habebat vxorem, facit in simili quod dicimus de filiis, quia & si regulariter ad fideicommissum non admittantur nati vel concepti post mortem testatoris, *vt per Doctores in l. si cognatus. ff. de reb. dub.* sicuti etiam admittuntur ab intestato, *l. 1. §. sciendum, & l. Titius. ff. de suis, & legiti.* tamen quando testator
5 nascituros vocat, tunc admittuntur nati & † concepti post mortem testatoris, quia ad omnes videtur parem affectionem habere, & non magis diligere vnum, quàm alium *secundum Castr. in consilio 247. numero 3. ver. nunc venio ad illa. Natta in consilio 675. numero 5. Rolan. in consilio 70. numero 47. volumine 3.*

Alio etiam modo concordantur contrariæ opiniones, *de quibus supra*, vt opinio Baldi procedat quando testator loquitur de vxore propria, eique relinquit alimenta: opinio verò Alexandri locũ habeat, quando testator alimenta relinquit vxori alterius, *ita Dec. in d. c. quoniam Abbas, numer. 16. ver. & ideo finaliter, vbi dicit ita loqui Alexa.* Et additio ibi subdit rationem diuersitatis esse, quia legando vxori alterius, non videtur testator ad vxorem respexisse, sed ad maritum, & illius contemplatione reliquisse, secus autem quando propriæ vxori relinquit. Et hanc distinctionem pungit Picus *d. §. Titia cum nuberet, num 109. ver. eodem modo respondetur*, vbi dicit, quod legando alimenta Titio & eius vxori, non mouetur ex affectione, quam habet erga illius vxorem, sed ex ea potius quam habet erga illius maritum, quæ efficitne videatur restrinxisse legatum ad primum legatum. Idem probat Menoch. *in consilio 106. numer. 67.* vbi tamen loquitur, quando alimenta relinquuntur futuræ vxori alicuius, secundum quos terminos sequitur hanc conclusionem, dicens neminem discrepare, *Simon dicta dubitatio. 10. numero 6.* Duo enim ad extensionem cõcurrunt, primum, quod alimenta relinquuntur alienæ vxori, secundum quod relinquuntur futuræ, in quibus terminis minor est dubitatio, quia cessat omnino ratio particularis affectionis, quæ non datur erga personas incognitas. Et pro hac distinctione facit, quod voluit Bald. *in l. fi. numero 4. C. de hær. instit. vbi* inquit, quod & si appellatione hæredis veniat hæres hæredis, *l. hæredis appellatio, ff. de verb. signifi. cum alias apud Tiraquel. de retracta. conuentio. §. 1. glos 6. num. 20.* vbi extendit ad strictam materiam, tamen
6 † aliud est, quando testator loquitur de suo hærede, non de alieno, quia cum videatur habere particularem affectionem ad primum, non venit vlterior, *Alexand. in l. fi. num. 5. C. de legat. & in cons. 173. numero 6. volum. 5. Menoch. in consilio 89. numero 20. Ruin. in consilio 29. num. 6. in fi. volum. 2.* Ex prædictis autem infertur quod etiam, quando testator alimenta reliquit propriæ vxori: & quando iam tunc vxorem habebat, veniat nihilominus secunda vxor, si ex coniecturis apparet, testatorem non habuisse particularem affectionem ad primam, sicut in casu contrario, non fiet ad secundam extensio, licèt relinquat futuræ vxori, vel vxori alterius, si constat ex coniecturis, quod senserit de prima. Fundamentum enim consistit super testatoris voluntate, quæ in proposito totum facit.

Quæ autem dicta sunt de legato alimentorum vxori facto, procedunt etiam in legato facto fi-
7 liis, quia si testator relinquit † alimenta alicuius tertij, qui tunc nullos habebat, veniunt filij nati, & concepti post mortem testatoris, quia nascituri semper veniunt, quando tempore dispositionis factæ nulli extabant. *Bartol. in l. si cognatis, in ver. venio ad secundum, ff. de rebus dub. Castren. in consil. 247. num. 3. ver. illud autem constat, volum.... Roman. in cons. 134. num. 5. Socin iun. in consil. 173. num. 21. & 24. vol. 2. Paris. in consilio 71. numero 4. & 14. Ruin. in consilio 22. col. 11. vol. 2. Alciat. in consilio 495. nume. 1. & in terminis hoc voluit Alexand. in dicto cons. 171. num. 7. ver. postemo videndum est, vol. 2.* id quod verum est, non solùm quando relinquit filiis alicuius tertij, sed etiam quando relinquit filiis propriis, quia aliàs dispositio esset inanis, & non posset verificari, *ita Bartol. & alij in d. l. si cognatis.* Et hoc in filiis tertij habet rationem, quia vbi quis relinquit filiis alicuius tertij, videtur legare patris contemplatione, præcipue si pater ad id tenebatur, quod testator reliquit, quia videtur voluisse prouidere patri, & illum exonerare ab oligatione, quam habebat erga filium. *ita declarat Ruin. in cons. 3. num. 2. & seq. vol. 2.* Quare si constaret testatorem habuisse particularem affectionem ad vnum filium, tunc cessaret præcedens declaratio.

SVMMARIVM.

1 *Exequutor vel minister non potest exercere actiones contra hæredem, vel debitorem.*
2 *Exequutor agit pro legato alimentorum contra hæredem.*
3 *Exequutores plures, quando dati sunt, potest vnus alium conuenire, qui sit debitor hæreditatis.*
4 *Exequutor vnus non agit contra alium, quando datus est hæres vniuersalis.*
5 *Exequutor agit pro alimentis proprio nomine.*
6 *Exequutoris authoritas, & potestas quanta sit.*
7 *Exequutor tenetur intra annum exequi, aliàs exigẽdi ius transit ad episcopum.*
8 *Annus, qui conceditur exequutori ad exequendũ, currit non impedito in causis piis, secus in aliis.*
9 *Exequutor, quis bis monitus negligit exequi, priuatur ante annum.*
10 *Exequutori datur actio ad legatum, quando aliquod commodum est ei remansurum.*

PRIVILEGIVM XXXII.

1 NVdus minister non potest exercere actiones † contra hæredem, vel debitorẽ, *l. Lucius, §. Mœuia, ff. ad Treb. l. si quis Titio. ff. de leg. 2.* tamen vbi agitur de fauore alimentorum, exequutor testamentarius potest hæredem conueni-
2 re † ad soluendum legatum, vt est text. qui loquitur in legato pio, *in l. nulli, C. de episcop. & cler.* & est text. qui loquitur de alimentis, *in l. alio hærede, ff. de alim. & cibar. lega.* & ponit expressè *gl. in l. si quis Titio, ff. de leg. 2. in ver. ministrum*, vbi dicit, quod vbi alicui relinquitur vt ministro, illi non datur actio, nisi fauore piæ causæ vel alimentorum, vel nisi aliquid commodi sibi remansurum sit. *Et Bart. ibi num. 2. dicit hoc esse notandum, Specul. de instr. edit. §. nũc verò aliqua, num. 17. & num. 24. idem Bar. in d. l. alio, numer. 3. ver. item oppono quod nudus.* vbi inquit esse speciale in alimentis, & pia causa, *idem Bar. in l. Mela, num. 5. ff. de alimen. & cibar. lega.* vbi dicit quod alimenta in modo exigendi hoc habent speciale, vt exequutor habeat actionem, *Bald. in l. id quod pauperibus, num. 18. C. de episcop. & cleric.* vbi ait quod piæ causæ fauore tenent omnes exequutorem seu commissarium posse actionem mouere contra hæredem vel debitorem hæreditatis, *Dec. in consilio nonagesimo primo, numero 2. ver. quinto considerandum est, Pract. Papiens. in for. lib. quo agit pro legat. rei sing. in princip. numero octuagesimo quinto, Cordub. in l. si quis à liberis, §. vtrum, num. 35. ff. de lib. agnosc.* vbi allegat etiam Iac. de Canib. dicens, quod potest exequutor agere contra hæredem, vt cogatur adire, & soluere. Videtur tamen nihil esse specialitatis, quia si plures dati sint exequutores in eodem
3 testamento, vnus potest alterum conuenire † qui sit hæreditatis debitor, *vt voluit Bar. in l. qui proprio, §. si duobus, ff. de procurat.* Sed respondeo illud esse verum quando nullus est datus hæres vniuersalis, tunc enim id permittitur, quia persona nõ extat, quæ possit agere, sed quando datus est hæres vni-
4 uersalis, vnus exequutor † non potest agere contra alterum. *ita declarat Castren. in d. §. si duobus, numero 3. & eum sequitur Decius in d. consilio 91. numero 3.* Sed fauore alimentorum agit etiam dato hærede, & huiusmodi exequutor actiones mouet non no-
5 mine legatarij, sed proprio nomine, *vt † ponit Bal. in d. l. id quod pauperibus, num. 18. ver. quinto quæro.* vbi dicit quod ideo non cauet de rato, sequitur Alexan. ad Bart. *in d. l. si quis Titio, in ver. exercitium.* Et quãdo est nudus minister, & nullum habet commodum, agit exequutor condictione ex lege, actione in factum, vel pontificali authoritate, vel etiam officio iudicis, *vt ponit Specul. in d. §. nunc verò aliqua, num. 18.* vbi *nume. 24.* dicit, quod potest ante contestatam litem constituere procuratorem. Et comprobat multis rationibus. Sequitur Bald. qui tamen de illo non meminit *in d. l. id, quod pauperib. num. 19.* dicens, quod vbi nullus est datus hæres, quo exequutor habetur loco hęredis, tunc non est dubium: nam tunc parum interest. De natura autem, potestate, & authoritate eiusmodi exequutorum, vt scias ad actum practicũ omnia
6 † reducere, vide late Specul. *in d. §. nunc verò aliqua, per totum*, vbi perfectè tractat materiam, & instituit aduocatum, *Bald. in d. l. id, quod pauperibus, num. 14. & sequen. Bar. in d. l. alio hærede, Albe. in l. legatum, ff. de vsufruct. lega. Pract. pap. in for. libe. quo agit ad redden. ratio. tute. in ver. exequutores, per totum. & nouissimè multos citans latè agit Simon de Pret. in tracta. de interpretat. vltima. volunt. lib. 5. interpret. 1. dubitat. 2. numero vigesimo secundo, & pluribus sequen.* Scias tamen
7 quod à iure datur annus ad exequẽdum ea, † quæ testator ordinauit *l. nulli, C. de episcop. & cler.* eo verò elapso ius exequendi transfertur in episcopum, *d. l. nulli, & ponit Felin. in cap. si quis contra, columna secunda, de foro competen. latè ponit Didac. in cap. not*

quidem

quidem num. 2. de testam. Et hic annus licèt regulariter non currat impedito, *secundum Bar. in l. genero, ff. de his, qui no. infam.* tamen in relictis ad pias causas
8 currit etiam impedito, † *Bald. in l. fin. §. sed & si quis. col. 4. C. commun. de legat.* nisi impedimentum proueniat à natura rei expediendæ, vt quia talis sit, quæ intra annum expediri non possit, *vt post Feder. Senen. Bald. Abb. & alios ponit Tiraquel. de priuileg. vltimæ. voluntat. priuileg. 97. de quo tamen Didac. dicto cap. nos quidem, num. 6. ver. quinta conclusio,* vbi ponit, an currat tempus ad inchoandum, vel perficiendum opus iniunctum. Quinimo si exequutor bis monitus ab Episcopo deferat exequutionem, priua-
9 tur ante annum facultate †exequendi, *§. sin autem, qui hoc facere, in Authen. de eccles. titu. Specul. in d. §. nunc verò aliqua, num. 32. Salicen.* qui hoc dicit procedere etiam in legatis piis, *in authen. hoc amplius, col. 2. C. de fideicom. Imola in d. c. nos quidem, imò Barbat.* ibi vult hoc procedere etiam in legatis alimentorum. Sed eum reprehendit Didac. *num. 5. quem sequitur Cordub. d. §. vtrum, numero trigesimo septimo.* Aduerte tamen, quia non negant prædicti, quin etiam in alimẽtis transferatur ad Episcopum facultas exequendi post binam monitionem, sed dicunt non esse in eis speciale, verum extendi ad omnia legata pia, quamuis aliter videatur intellexisse Cordub. *in loco prædicto:* vbi verò exequutori commodum aliquod remaneret ex legato, tunc non solùm in piis causis, & in legatis alimentorum, sed
10 in quibuscunque aliis datur sibi actio, † *vt per Specul. loco prædicto, Bar. in l. si quis, ff. de lega. 2.* quia est legatarius, & tamquam legatario competit actio.

SVMMARIVM.

1 *Legitima non debetur ei, qui non succedit ab intestato.*
2 *Legitima succedit loco alimentorum.*
3 *Filius, cui non debetur legitima, potest exhæredari, & non rumpit testamentum.*
4 *Filia statuto excluſa à successione, petit alimenta.*

PRIVILEGIVM XXXIII.

1 LEgitima non debetur iis, qui non possũt succedere ab intestato, †quia est portio eius, quod quis esset habiturus ab intestato, *l. Papinian. §. quoniam autem quarta. ff. de inoffic. testam. l. parentibus. C. eod. tit.* ideo legitima non debetur filiæ, quæ ab intestato non succedit, *secundum Bald. in cons. 329. vol. 3. Alexan. Corne. Socin. Ias. Gozad. Dec. & Brun. quos citat, & sequitur Crau. dicens communem in consilio 11. numero 23. Dec. in cons. 525. numer. 3. Ruin. in cons. 27. num. 5. & 6. volum. 3. Ruben. in cons. 67. num. 5. Tiraquel. de iure primogen. quæst. 55. num. 9. Paris. in cons. 94. num. 23. volum. 3. Natta in cons. 308. num. 4. Bertran. Cassan. Cæphal. & alij, quos citat D. Becius in cons. 103. nu-*
2 *mer. 21.* & ea legitima succedit loco † alimentorum, *§. prohibemus, in Authen. de trien. & sem. Cyn. in l. sancimus. C. de nupt. Bar. in Authen. de hæred. & Falcid. in princ. Bald. in l. vnica, num. 6. ver. sed oppon. emancipati. C. quando non peten. par. Ascan. Clem. in tracta. de patr. potest. effect. 16. nu. 24.* Hac ratione videretur, quod filia excluſa à statuto, à successione paterna ab intestato, sicuti non potest succedere in legitima, ita non succedat in alimentis, & sicuti legitimam, ita alimenta petere non possit per argumentum subrogatorum, *l. si eum, §. iniuriarum. ff. si quis cautio.* præsertim stante regula, quod ex eisdem causis possit priuari alimentis, quibus potest exhæredari, *de qua dixi latè in tit. quib. ex cau. alimen. deneg. poss. in princ.* nam is, cui non debetur legitima, vel qui nõ est successurus ab intestato, potest exhæredari,
3 † & non rumpit testamentum, *Bald. in l. maximum vitium, numer. 21. C. de lib. præter.* vbi infert ad filiam statuto excluſam à paterna successione, *Castren. in cons. 213. volum. 1. Alexa. in cons. 47. num. 12. ver. ideo totum, vol. 2. Bald. in cons. 36. num. 1. vol. 3. cons. 68. num. 7. vol. 4. Dec. qui dicit communem, cons. 105. colum. 1. num. 1. Afflict. in Dec. 158. num. 5. & 6. Ruin. cons. 40. num. 2. 9. & 15. vol. 3. Bero. cons. 70. num. 8. & seq. cons. 150. num. 7. vol. 2. Garz. in l. Gallus. §. & quid si tantum, num. 209. & numer. 215. vbi Galiau. numer. 54. Crot. num. 109. & Ruin. num. 137. ff. de lib. & posthum. Socin. iun. in cons. 87. num. 4. volum. 4. Crot. in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 44. ff. de verb. oblig. Gram. in decis. 57. num. 33. & sequen. Clar. de testamen. in quæst. 42. ver. quæ quidem, D. Becius in cons. 103. nu. 19.* Veritas tamen est in contrarium, quia filia per statutum excluſa à successione, potest petere alimenta: nam aliud successio, aliud a-
4 limenta, † ergo ex diuersis non benè infertur, *l. Papinianus, exuli. ff. de minor. & hoc volunt Bal. in l. cunctos populos, in 4. pagina, C. de sum. Trinit. & fide catho. prout eum citat & sequitur Georg. Natta in tract. de statut. exclus. fœmin. in 1. quæst. numer. 4. ego enim non inuenio Baldum hoc dicentem, & allegat in argumentum l. si domus, ff. de seru. vrb. prædio. l. si mihi. ff. de seruit. prædio.* Et quod debitum alimentorum non reguletur eo modo quo successio, patet in spuriis, quibus diximus alimenta deberi, & tamen non eis debetur successio ab intestato, & licet legitima succedat loco alimentorum, tamen non benè infertur de vno ad aliud. Videmus enim fratri alimenta deberi, *vt dixi suo loco,* & tamen ei non debetur legitima, nisi instituta turpi persona, *§. primum, in Authen. de hæred. & Falcid. & not. in l. fratris, C. de inofficioso testamento,* & fauorabilius est ius alimentorum, quàm ius legitimæ, *vt dicam suo loco.* Similiter ea regula, quod alimenta ex omnibus causis denegentur, ex quibus licita est exhæredatio, procedit, quando causæ proueniunt culpa filij, secus quando facultas exhæredandi prouenit sine culpa, vt videmus in fratre, qui potest exhæredari sine causa, & tamen ei agenti non possunt denegari alimenta.

SVMMARIVM.

1 *Dos non potest à marito restitui constante matrimonio, & si restituat, non liberatur.*
2 *Socij quando veniunt ad diuisionem, tunc maritus extrahit dotem vxoris ante partem.*
3 *Dos si vxori constante matrimonio restituatur, vt se, & suos alat, maritus liberatur.*
4 *Pater cum emancipat filium tenetur ei restituere dotes vxoris, & soluendo liberatur.*

5 *Donatio propter nuptias restituitur vxori, seu filiæ, quando subest iusta causa.*

6 *Dos, quando restituitur constante matrimonio, tenetur restituens probare, quod versa sit in vtilitatem vxoris, si vult liberari.*

7 *Dotem, qui restituit, vt possit vxor se alere, probare debet maritus, quod vxor impenderit pecuniam in alimenta.*

8 *Mutuans in refectionem nauis, tenetur probare, quod pecunia mutuata conuersa sit in eum vsum, vt alijs præferatur.*

9 *Mutuans in refectionem nauis, sat si probet nauim egere refectione.*

10 *Mutuans non obligat personã priuilegiatam, nisi probet pecuniam versam esse in vtilitatem.*

11 *Soluens sine mandato tenetur plenè probare conuersionem pecuniæ in vtilitatem, secus quando soluens habet mandatum.*

PRIVILEGIVM XXXIIII.

1 DOS non potest à marito restitui vxori constante matrimonio, & si restituatur, maritus non consequitur † liberationem, *l. secunda, in principio, ff. soluto matrimonio, l. vnica, C. si dos constante matrimonio fuer. solut. & Castren. in d. l. secunda, numero 9. dicit esse communem opinionem*, licèt debitor in diem liberetur soluendo ante diem, *l. post mortem, C. de fideicom.* & est speciale, quando maritus vergit ad inopiam, quòd fiat restitutio, *l. si constante, ff. solut. matr. l. vbi adhuc, C. de iure dot.* Sunt tamen certi casus, quibus restituio fieri potest matrimonio constante, præcipuè, quando fratres deueniunt ad diuisionem bonorum communiũ, quia tunc si dos fuit soluta omnibus, maritus illam capit † ante partem, *l. actione, §. si. ff. pro socio, l. si filia, §. hoc amplius, ff. famil. ercis. l. fundus qui, & l. qui maritus. ff. eo. l. 2. in princip. ff. de dote præleg. l. vxor, C. famil. ercis. Specu. in tit. de iudic. §. sequitur, ver. quid si communione.*

2

Tamen quando ad hunc finem fit vxori restitutio, vt se, & suos alat, tunc maritus † soluendo liberatur, *l. mutus, §. manente, ff. de iure dot.* imo etiam si alere velit filios ex priore matrimonio, *l. quamuis, ff. solut. matrim.* Et ideo inquit Ioan. Andr. post Rolan. quem citat in addit. Specul. *in tit. de donatio. inter virum, & vxor. §. nunc. de dote, in addit. vlt.* quod si socer, qui dotes recepit, emancipet filium, cogitur illi dotes reddere, & liberatur soluendo,

3

4 † qui si potest cõstante matrimonio restitui mulieri, vt se alat, & suos, pari ratione poterit restitui marito, vt se vxorem, & filios alat, *eiusdem fuit sententiæ Ricard. Malum. quem citat, & sequitur Bar. in l. sane, ff. de iure dot. Roman. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. solut. matrim. Imola in fin. Alber. Bald. Salicen. & Fulgos. in d. l. sanè, Castren. in l. 2. in princip. vbi Alex. alias ponit limitationes, ff. solut. matrimon. Fulgos. in l. si constante, §. 1. ff. soluto matr. Bald. & Salicen. in l. 2. C. famil. ercis. Ang. Castren. & Alexan. in d. §. transgrediamur, Anchar. in cons. 238. incip. regulariter.* vbi dicit hoc locum vendicare, quandocunque subest iusta causa dotis restituendæ. *Capol. in caut. 115. multi sunt, las in d. l. 2. in princ. num. 14. vbi Ripa, num. 27. dicit communem, ff. solu. matr. Bald. Nouel. in tract. dot. par. 7. priuileg. 34. Campeg. in eod. tract. par. 3. quæstio. 16. Natta in cons. 496. num. 9. & seq. latè D. Becius in cons. 43. nu. 1. & seq.* vbi inquit, quod in filio emancipato hæc opinio procedit sine dubio, & subdit, quod per eandem rationem si filius sit emancipatus tenetur pater illi restituere dotem vxoris, si iusta aliqua ex causa recedat à patre, quia subest ratio alẽdi vxorem, & filios, *Imo in d. §. transgrediamur, in fi. Alex. nu. 9. & sequitur Castr. Bald. Nouel. Campeg. Ripa, Crot. & Boer. quos citat D. Becius in loco prædicto*, qui post alios inquit sat esse, quod iusta causa subsit, quia semper fiet restitutio, & ampliat, vt non solùm dos, sed etiam donatio † propter nuptias restituenda sit, *sequitur Bursat. in cons. 120. num. 3. Lancel. Gall. in consuetu. Alex. in ver. vxori, quæst. 4. num. 13.* Hoc autem casu cum solutio fiat ex causis à iure permissis, non opus est, quod maritus probet solutionẽ esse versam in vtilitatem vxoris, nam id solùm est necessarium, quãdo restitutio fit ex causis non approbatis à iure, quia tunc acceptatur solutio potius in vim compensationis, quàm solutionis. Et ideo qui opponit compensationem, tenetur probare,

5

6 † quod solutio versa sit in vtilitatem mulieris, cum sit fundamentum suæ intentionis, *vt probatur in l. si cum dotem. §. 1. ibi, non perditura, & ibi not. Castren. ff. solut. matr. Natta in cons. 552. num. 8. addo tex. in d. l. mutus, §. manente. ibi, non perditura vxori, ff. de iure dot.* Sed certè neuter text. id probat: aliàs enim duo essent necessaria, quod scilicet restitutio fiat ex iustis causis, & quod probetur in rem versam, quia semper dicit non perdituræ, & ideo fatendũ est, quod ex illis verbis non infertur necessitas probandi, *vt dicam paulò infra.*

Sed & si non sit necessaria illa probatio, tamen necesse est constare, quod mulier in eam causam conuerterit pecuniam, in quam facta fuit restitutio. Ita enim seruatur in venditione rei Ecclesiæ, quia emptor probat pecuniam esse conuersam in vtilitatem Ecclesiæ, *authen. hoc ius porrectum, cum ibi not. C. de sacros. eccles.* Idem quoque est in mutuo facto ciuitati, quia ex eo non obligatur ciuitas, nisi probata illius vtilitate, *l. ciuitas, ff. si cer. pet.* Et in terminis dicit Imola *in dicta l. quamuis, ff. solut. matr.*

7 quod & si ex iustis causis † maritus restituat vxori dotem constante matrimonio, tamen vt consequatur liberationem probare debet, quòd mulier impenderit pecuniam in illam causam, *sequitur ibi Alex. idem Alexan. post. Bar. latè in l. si cum dotem, §. 1. ff. solu. matrim. Natta in cons. 553. nu. 10.* Et pro hoc facit *l. interdum ff. qui potio. in pigno. habe.* vbi licèt mutuãs

8 in nauis refectionem præferatur cuicunque alij creditori, tamen † procedit, quando pecunia fuit cum effectu expensa in eum vsum, *Negus. de pignor. in 2. membro 5. par. princip. num. 15. ver. secundò restringitur.*

Sufficeret tamen probare, quod vxor alimẽtis indiguit, & fuit alita, quia infertur ex hoc, quod alita fuit ex ea pecunia, quæ fuit sibi pro dotibus restituta, *argumento l. si. ff. de exercito.* vbi in eo, qui mutuauit in refectionem nauis, sufficit probare

nauim

9 nauim † fuisse in causa refectionis, *Cyn. Bal. & alij in authen. hoc ius porrectum, C. de sacros. eccles. Feder. Senen. cons. 119. nulli dubium, Bald. in l. 1. in fin. C. si aduers. cred.* Ideo Roman. *in d. l. ciuitas*, dicit hæc duo sufficere ad obligandum ciuitatem pro mutuo sibi facto, *Salicen. in l. fi. C. de aliment. pupillo præstan. Alexan. in l. ciuitas, post Castren. in d. l. fi. Ang. in §. hoc autem, col. 4. ver. ibi si demonstrauerint, in Authen. de alien. & emphit. & hanc dicit communem opinionem Natta in cons. 547. nume. 21.* Sed hoc procederet in personis priuatis, sed in priuilegiatis aliud est, quia necesse est
10 plenè probare, quod pecunia fuerit † conuersa in eum vsum, *Gul. Cun. Bar. Alber. Bald. Fulg. Alexand. & & Roman. Bar. in d. l. fin. ff. de exercito. Imola in cap. 1. de depos. & communem dicit Ias. in dicta l. ciuitas, numero 18.* Alij verò dicunt, quod vbi quis à lege, vel ab homine habet mandatum ad contrahendum, tunc versio probatur ex coniecturis, secus quãdo sol-
11 uit quis sine † mandato, *Bar. in l. prima, §. non autem, & in l. fin. ff. de exercito. Salicen. in l. 3. §. si sic. ff. de in rem verso, Castren. in consilio trecentesimo trigesimo septimo, volumine secundo, Ias. on. in dicta l. ciuitas, numero 18.* Et confirmatur ratione, quia durius agendum est cum eo, qui se gessit in re, quæ ad se non pertinebat: non enim talis dicitur carere culpa, *l. culpa. ff. de reg. iur.* qui verò habet mandatum, est sine culpa, Natta tamen *in dicto consilio 547. numero 22.* indistinctè vult, quod probetur versio, quando suberat indigentia, & reperitur illi fuisse satisfactum, siue mandatum interceſſerit, siue non. Mihi quoque placet ista opinio, quia si filij primi viri indigebant alimentis, & reperiuntur aliti, satis probatur, quod alimenta fuerint præstita de dote restituta, *iuxta l. finalem, C. de alimen. pup. præstan.*

SVMMARIVM.

1 *Delinquens non potest alienare post commissum delictum, quando bona confiscantur ipso iure, & fiscus directo vendicat bona.*

2. *Fiscus reuocãs alienata titulo oneroso, tenetur emptoribus refundere pretium.*

3 *Publicatis bonis ipso iure, non transfertur dominium in fiscum, nisi sequuta declaratoria facti.*

4 *Delinquens etiam, quando bona ipso iure publicantur, potest licitè alienare pro alimentis post commissum delictum.*

5 *Alienata à delinquente ante, vel post accusationem, ante, vel post sententiam, quando reuocentur.*

6 *Fiscus regulariter non habet delinquentium bona obligata.*

PRIVILEGIVM XXXV.

DElinquens post delictum commissum in casibus, in quibus bona ipso iure publicantur, non potest alie-
1 nare, licèt † nondum sit accusatus, *Din. in l. Imperator. ff. de iure fisci, Bar. in l. post contractum, num. 12. ff. de dona.* vbi Picus, *num. 69.* dicit hanc doctrinam esse communiter approbatam: subdens, quod isto casu, si sequatur alienatio, poterit fiscus directò bona vendicare non agendo reuocatoria, vel rescissoria, *secundum Ioan. Andr. Anchar. Zenzelin. & Gemin. in c. cum secundum, de hæret. in 6.* duplici ratione. Nam delinquens, qui fuit ipso iure priuatus dominio, non potest alienando illud transferre in alium, *l. nemo plus, ff. de reg. iu.* & fiscus, qui est ipso iure dominus, habet rei vendicationem, *l. in rem. ff. de rei vendic.* & qui habet rei vendicationem, potest à quocunque domino vendicare pretio non restituto, *l. in ciuile, C. de fur.* Et hæc ampliatio respectu pretij est notabilis, quia quando fiscus reuocat alienata titulo one-
2 roso, tenetur regulariter † emptoribus refundere pretium, *Cyn. in l. pen. C. ad leg. Iulian. maiest. per tex. in l. 1. ff. si quis in fraud. patron. Roman. Imola. Fulgos. & Iacob. Put. in d. l. post contractum, vbi eos refert Picus, numero trigesimo nono, licèt ipse dissentiat.* Et quod non sit licita alienatio, tenet Clar. *in practica crimin. quæstio. 78. numero decimo octauo, vbi dicit communem.* Et prædicti omnes Doctores dicunt idem esse, quando tale delictum propter quod administratio interdicitur delinquenti, *Boss. in tit. de publ. bono. numero 43. Anto. Gomes. tom. 3. in tracta. delicto. cap. 14. de confisca. bono. delinq. numer. 4.* Prædicta tamen debent intelligi, vbi refert casus, in quibus bona ipso iure publicantur, & interdicitur reo administratio. Et prædictam sententiam, quod nulla fieri possit alienatio, probauit Felin. *in c. Rodolph. num. 38. ver. limita. 3. de rescript. Dec. in cons. 735. num. 4. Crot. in l. 1. §. qui præsens, numer. 7. ff. de verb. oblig. D. Becius in cons. 57. num. 12.* qui & si *num. 15.* dicat etiam in casu, quo imponitur pœna ipso iure non trãs-
3 ferri dominium, nisi sequuta † facti declaratione, *secundum Bar. in l. eius, qui delatorem, vbi alij, ff. de iure fisci, Cardin. in cons. 128. colum. 1. ver. item etiam.* vbi dicit, quod & si interdicta sit administratio, tamẽ ante sententiam reus non perdit dominium bonorum. *Sequuntur alij per eum citati*, tamen id intelligitur cum effectu, & respectu declarationis, & non aliter. Nam sequuta facti declaratione, quę est necessaria, *vt post Ioan. Andr. Archid. & alios dicunt Alexan. & Ias. in l. si quis maior, C. de transact.* retro trahitur actus ad tempus delicti, & perinde est, ac si facta fuisset declaratio statim delicto sequuto, *vt dicunt Doctores supra citati.* Et ideo alienata reuocantur à die dilecti, non sententiæ.

In prædictis tamen casibus delinquens validè
4 alienat pro alimentis † sibimet præstandis, *vt voluit Bar. in d. l. post contractum, num. 12.* vbi dicit non solùm pro alimentis, sed etiam pro aduocati salario, & aliis expensis necessariis, *l. alienationes, ff. fam. ercis. l. reos. ff. de solut.* Et licèt non dicat, ratio est, quia alienatione à lege prohibita non venit alienatio necessaria, *l. diui. ff. de leg. 1. vbi ponunt Doctores, & in authen. res quæ, C. com. de leg.* & sicuti fiscus teneretur de proprio prouidere carcerato de alimentis, si aliunde non haberet, *vt suo loco diximus*, multò magis tenetur pati, & permittere, quod reus sibi prouideat per alienationem suorum bonorum. Eandem sententiam probauit Cuman. *in d. l. post contractum, vbi etiam Iacob. Put. & Picus, num. 44. ver. secundo limita, multos citat Gomes. in d. c. 14. num. 4. ver. item poterit alienare*, vbi etiã dicit, quod facere potest omnes alienationes neces-

sarias, *Galia.in consuetu.Alexand.ver.solidos.quæstio.6. num.19.* Et quamuis loquantur prædicti, quando non est lata sententia, sed tantummodo post delictum commissum, tamē idem esse videtur, post accusationem post litis contestationem, imo post sententiam, quia vbi delictum est tale, quod bona confiscantur ipso iure, licet pro alimentis alienare, & tamē priuatur rerū dominio. Ergo idem erit post sententiam. Quando autem, & quibus modis reuocentur alienata ante accusationem, 5 vel post, ante † contestationem, vel post sententiam, pendente tamen appellatione, videri possunt Bar. & Picus *in d.l.post contractum*, *Ias.in §. item si quis in fraudem*, *in princ.Instit.de action.post Ioan. Fab. ibi,col.3.Gomes.d.c.14.nu.4.vbi latè agit,& Clar,d.q.78.* vbi etiam ponunt, si reuocata alienatione veniāt fructus medio tempore percepti, & ponūt quomodo fiat reuocatio. Sciendum est tamen, quod 6 fiscus regulariter non habet † bona delinquentium obligata, *Alex.in l.rescriptum*, *in princ.ff.de pact. Negus.in tract.de pigno.in 4.mem.2,par.num.115.Cor.Ic. Annib.Boss & Clar.quos citat, & sequitur D.Becius in d. cons.57.num.5.addo Bald.in l.cunctos populos*, *in fin.C.de sum.Trini.* vbi dicit, quod confiscatus nulla tenetur obligatione, sed obligatio nascitur ex sententia, *Gomes.d.cap.14.ver.secundo*, *quia producto*, *num.4.*

SVMMARIVM.

1 *Dotalis fundus, non potest alienari à marito, vel vxore, vel ab vtroq; simul.*
2 *Fundus dotalis non potest obligari, & ibi de ratione.*
3 *Dotalis fundus, si à marito alienetur, poterit ab eodem impugnari alienatio.*
4 *Fundus dotalis potest alienari pro alimentis comparandis, & ibi declaratur.*
5 *Fundus dotalis non potest alienari pro dote filiæ.*

PRIVILEGIVM XXXVI.

MAritus est dominus rei dotalis. *l. doce ancillam, C. de rei vendic.* & fundus † dotalis alienari non potest, *l,1.C.de fun.dot.l.si prædium, C.de iure dot.* & vxor nō potest alienare fundum dotalem, *Bar.in l.si quis in tātam*, *num.12.C. vnde vi*, *Imola in l.cum vir*, *in princip.ff.de vsucap.* Et ibi dicit Castren. *num.3.* quòd nec vir sine vxore, nec vxor sine marito, nec vnus cum alterius consensu, nec omnes simul possunt alienare, *l.fi.ff.de donat. Bar.in* 2 *l.æstimatis*, *in fi.ff.soluto matrimon.* imo nec † obligare, *l.fi.C.de reb.alien.non alien.glos.Instit.u. quib.alien.licet.in princip.in ver.alienare, vbi Aret.num.6.ponit, Castren.in dicta l.cum vir*, *numer.4.* Et multæ rationes: prima sexus fragilitas, *Instit.quibus alien. licet, in fin. princip.* fauor mariti, *Bar.in d.l.quis in tantam*, *numero 12.Natta consilio 28.numero 21.decis. Pedemon. 94. numero 26.* subest etiam fauor mulieris, ne remaneat indotata. *Imola in l. cum vir, colum.4.& intellige prædicta, & ibi etiam Castren.num.1.in fi.* Et ex hoc infertur etiam ad vtilitatem publicam, quę in hoc versatur, ne sit indotata, *vt per Imo.loco prædicto, & Aret. Instit.quib.alien.lic.num.7.* Et procedit in tantum, quod & si nemo possit venire contra factum proprium, *l.post mortem.ff.de adoptio.* tamen si maritus 3 vendit fundum dotalem, potest ipsemet † illam reuocare, glos. *in l.vnica*, *§.& cum lex, C.de rei vxor. actio.* quæ communiter approbatur, *vt inquit Imo. in dicta l.cum vir, colum.3.in fi. & colum.4.post princip.* vbi loquitur, etiamsi iurasset, quia nihilominus iuramentum non confirmat contractum, nec repellit maritum à vendicando. Vxor tamen si ob famis necessitatem vendat fundum dotalem, su- 4 stinetur alienatio, † *vt concludit Natta in cons.547. per totum, præcipuè, num.19.* Mouetur per text. *in l. mutus, §.manente, ff.de iure dot.* vbi dicitur, quod vxori rectè dos restituitur constante matrimonio, vt se alat, & suos, quia *vt inquit ibi Bald.* necessitas non habet legem. Est verum, quod Bald. *in cons. 53.num.3.volum.5.* tenet contrarium, & vult, quod ea de causa non possit alienari res dotalis ab vxore, quia maritus est illius rei dominus, & quia res dotalis regulariter alienari non potest, tamen in loco prædicto *numero 19.* respondet, quod procedit, quando vxor sine causa abest à marito, & interpellata recusat redire: tunc enim cum recuset operari, non tenetur maritus illam alere. Sed & si Bal. in themate hoc narret, decidendo tamen non mouetur ea ratione, sed aliis, *vt dixi.* Et pro Baldo facit quia à dote licet arguere ad alimenta, *vt sæpe dixi*: at fundus dotalis non potest alienari, vt sol- 5 uatur dos filiæ, imo non potest dari † in dotem filiæ, & datus siue à iure, siue ab vxore, siue ab vtroque reuocatur. Certi enim à lege determinati sunt casus, quibus licita est alienatio dotalis rei, puta quando permutatur: extra verò illos casus non est licita, *ita determinat Specul. in titu. de empt.& vendit.§.tertio loco, numero vndecimo*, vbi tamen subdit, quòd tenentur de euictione, *sequitur Imola in dicta l.cum vir, columna antepenultima, ver.quid autem si mulier.* Sicuti ergo fundus dotalis dari non potest in dotem, ita non potest alienari in causa alimentorum quia valet argumentum à dote ad alimenta. Verum vt meum interponam iudicium, quando vxor abesset à viro sine culpa viri, existimo rectè vxorem posse alienare fundum dotalem in causam alimentorum, vt se scilicet alat, & suos, quia dos deseruire debet oneribus matrimonij, *Doctores in l.vbi adhuc, C.de iure dot.* Et sicuti posset vxor in necessitate constituta capere de alieno, *vt dicam paulò infra*, ita & multò magis potest capere de proprio. Et idem dico, quando vxor habitaret cum viro inope, & qui impotens esset ferendis oneribus, quia licebit vxori alienare fundum dotalem, sicuti licet alienare bona fideicommisso subiecta, *vt per Doctores in authen.res, quæ.C. commu. de legat.& dixi supra.* Vbi verò vel vxor haberet alīunde, vel maritus esset diues, crederem licitā non esse alienationem. Et licèt à principio cum vxor sine causa diuertit à viro non sint ei prę̄standa alimenta, tamē ex post facto cum diuertit iam & sequuta inopia diuertit, erit approbanda alienatio, quidquid Baldum declarando videatur concludere Natta *in dicto cons.547.* intellige secundum ea, quæ dicta sunt supra de restitutione dotis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pater non potest alienare bona aduentitia filiorum, licet in eu habeat vsumfructum.*
2 *Pater alienando aduentitia filiorum, priuatur vsufructu, & is filio applicatur.*
3 *Filius non potest alienare bona, in quibus pater habet vsumfructum.*
4 *Pater potest aduentitia filiorum alienare, vt sibi prouideat de alimentis.*
5 *Pater in casu necessitatis alienat licitè bona aduentitia filiorum.*
6 *Pater alienat sine decreto bona immobilia filiorũ minorum, si necessitas subest & ibi declaratur.*
7 *Pater & filius censentur eadem persona, eadem habitatio, idemq; registrum.*
8 *Tutor non potest sibi ipsi authorari.*
9 *Tutor potest licitè contrahere cum pupillo, si palam faciat, & bona fide.*
10 *Tutor potest, & debet sibi ipsi soluere, cum est debitor pupilli.*

PRIVILEGIVM XXXVII.

1 PAter, qui est legitimus administrator bonorum filij, & habet in bonis filij vsumfructum, non potest illa † alienare, *l. prima, in fin. C. de bon. mat. l. quæcunque. C. de bonis, quæ lib. l. fin. §. ipsum autem. C. eod. tit. & in dictis locu ponunt Doctores, Bald. in l. scimus, §. in computatione, nu. 7. C. de iure delib. Bello. in cons. 24. numero 2. Natta in consilio 660. num. 2. Ascan. Clem. in tracta. de patr. potest. in secundo effect. num. 48.* vbi ponit, an liceat filiis reuocare viuente patre, de quo Bar. *in l. si constante, numero 36. & ibi Crot. in secunda lectura, numero 118. ff. soluto matrimonio, Aret. in consilio 72. in secunda quæstio. columna 4. Socin. in cons. 34. numero 12. volumine 1. Fabian. in authen. nouissima, num 240. C. de inoffi. testamen. Didac. lib. 1. variar. resolut. cap. 8. nnmero 6. & seq. Ascan. in d. tracta. effect. 12. num. 15. & sequen.* imo pater alie-
2 nando † perdit vsumfructum, qui filio applicatur, *l. si vsusfructus, vbi glos. & Salicen. ff. de iure dot. §. finitur, Instit. ut. de vsufruct. Ioan. Fab. in §. item finitur, Instit. eod. tit. Ferdin. in l. filius familiàs, §. diui, num. 17. ff. de leg. 1. Didac. dicto cap. 8. numero 6. ver. quod si patre.* Et non mirum: nam sicuti filius qui est dominus, & habet proprietatem bonorum, non potest ea a-
3 lienare in præiudicium fratris, † qui solùm habet vsumfructum, *l. 3. vbi glos. C. de patr. potest. Afflict. in decis. 241. numero 2. Ascan. dicto effectu 2. numero 35.* ita pater, qui minus iuris habet, non debet posse alienare in præiudicium filij, cui maius competit ius: Tamen si pater graui egestate laboret, & ali-
4 unde non habeat, poterit licitè alienare † aduentitia filij, & sustinebitur alienatio irreuocabiliter, *ita Cordub. in l. si quis à liberu, in princip. ff. de libe. agnosc. vbi allegat glossatorem quendam Hispanum.* Et mouetur ratione, quia persona dignior est rebus, *vt in cap. præcipimus, 12. quæstio. 1. gl. in cap. cum olim, de maior. & obed.* At pater potest in casu necessitatis alienare filium. Multò ergo magis poterit illius bona distrahere, vt sibi subueniat. Et si licitum est in casu necessitatis furari bona, in quibus nullum ius competit, quanto magis licebit ea vendere, in quibus habet ius vsusfructus.

Addo, quod pater in casu necessitatis potest a-
5 lienare † aduentitia filiorum, *l. si. §. sin autem æs alienum. C. de bon. quæ liber.* etiam absque iudicis decre-
6 to, si filij sint † maiores, *Azo in summa. C. de bon. quæ liber. numero 12. Bald. in l. 1. ff. de reb. eor.. Bald. Salic. Castren. Alexand. Ias. & alij in l. præses, C. de transact. multos citat Tiraquel. in præfat. l. si vnquam, numero 28. C. de reuoc. donat. Marsil. sing. 498. Natta cons. 179. numero 7. Didac. lib. 1, variar. resolut. cap. 8. numero 6. Pinel. in l. 1. par. 3. numero 21. C. de bon. mater. Crau. in cons. 74. numero 1.* Benè verum est, quod Doctores necessitatem intelligunt, quæ sit in persona filij, atque illum respiciat, non eam, quæ concernit patrẽ: tamen tanta est coniunctio inter patrem, & filium, vt eorum semper vna atque eadem causa videatur. Vnde dicimus, quod pater, & filius habentur
7 pro † vnica persona, *l. fin. C. de impuber.* vbi omnes Doctores notant, & præcipuè Bal. qui dicit, quod censetur vnus habere, quod alter habeat, & Ang. *in fin.* dicit, quòd vnius habitatio prodest alteri ad consequendum priuilegium, vel beneficium. Et multa similia congerit Tiraquel. *in præfat. l. si vnquam, numero 15. C. de reuoc. donat.* vbi inter illud adducit, quod patris registrum prodest filio, & multa potest pater expedire pro filio, & præcipuè trãsigere de sanguine filij, sicut de proprio, *D. Becius in consilio 16. numero 5.* non ergo mirum videri debet, si pater rem filij alienat vrgente famis necessitate, imo hoc casu dicitur causa necessaria alienandi etiam inspecta filij persona, quia vt in titulo, *quibus debeantur alimenta*, patri egeno tenetur filius alimenta præstare, ideo cum hoc sit filij debitum, poterit pater pro illius extinctione alienare filij bona non minus, quàm posset pro exoluendo quocunque alio eiusdem filij ære alieno. Et hæc postrema ratio videtur mihi tutior, & magis vrgens, quàm quæuis alia, nisi fortè dicat quis,
8 quod non debet patri licere in propriam causam alienare, sicuti non † licet tutori sibi ipsi authorari, *l. 1. vbi Bar. & alij, ff. de author. tuto. l. 1. §. fuit quæsitum, vbi Bar. numero 1. Alexan. & Ias. num. 2. ff. ad Trebel. dixi in cons. 9. numer. 36.* Sed respondetur, quòd palam, & bona fide potest etiam tutor contrahe-
9 re † cum pupillo, *& in l. non existimo, ff. de adm. tutor. Bar. in l. cum emptione, §. fi. ff. de contrab. empt. in l. si pupillus, §. fi. ff. de cond. indeb. Bald. in consilio trecentesimo quadragesimo septimo, numero primo, volumine quarto, Alexan. qui dicit communem in d. §. fuit quæsitum, numero 2. vbi Ias. numero 19. Alexand. in l. singularia, numero 5. Ias. numero 17. Dec. num. 4. & 12. & Cagnol. numero 84. ff. si cer. pet. Socin. in cons. 160. numero 15. volum. 2.*
10 & tutor creditor pupilli potest, & debet † sibi ipsi soluere, *l. quoties, §. idem si temporali, ff. de adm. tuto. Ioan. Andr. ad Specul. in titu. de instr. edit. §. nunc verò aliqua, numero 3. in fi. & dixi in cons. 253. numero 13.* nam quod dicitur, tutorem non posse contrahere cum pupillo, procedit quando agitur de obligando pupillum, aliàs secus, *vt declaraui in dicto cons. 9. num. 43.*

SVMMARIVM.

1 *Libertas est res inæstimabilis.*
2 *Corpus liberum vendi non potest.*
3 *Homo Christianus vendi, aut pignorari non potest.*
4 *Hominis liberi venditio, aut alienatio est nulla inter scientes, & venditor punitur.*
5 *Hominem liberum vendens, tenetur de euictione, etiam si sit pater.*
6 *Pater non potest filium vendere.*
7 *Pater potest filium vendere, vt famis necessitatem tollat, & ibi de ratione.*
8 *Pater pro necessitate famis vendit filium, etiam adultum.*
9 *Pater potest filium obligare pro necessitate famis.*
10 *Alienandi verbum, est generale.*
11 *Alienandi verbum includit institutionem.*
12 *Pater potest filium permutare vrgente fame, & nu. 13. ponitur de veritate.*
13 *Permutatio similis est emptioni, & illius vires obtinet.*
14 *Pater excepta causa famis non alienat filium, etiamsi alia similis, vel maior vrgeat causa, & ibi de veritate.*
15 *Pater non potest vendere filium emancipatum, etiam subsistente causa famis, & ibi quid in Gallis.*
16 *Pater non potest causa famis vendere filium clericum.*
17 *Mater non potest filium vendere causa famis, & ibi de veritate, & cur diuersum in patre.*
18 *Quis dictio includit fœminam, sicut masculum.*
19 *Extensio est licita, quando eadem militat ratio, etiam in correctoriis, & exorbitantibus.*
20 *Auus paternus non potest subsistente fame vendere nepotem, & ibi de veritate.*
21 *Auus continetur appellatione patris, etiam in statutis.*
22 *Filius à patre alienatus causa famis, non efficitur seruus, nec perdit libertatem.*
23 *Filius etiam pro causa famis non potest vendere patrem.*
24 *Pater, qui licitè causa famis vendit filium, tenetur illũ redimere, si denenit ad meliorem fortunam.*
25 *Lis esse non potest inter patrem, & filium.*
26 *Lis esse potest inter dominum, & seruum, vbi agitur de persona, & non de rebus.*
27 *Monachus, qui fuit à monasterio datus obses ab Abbate, pro debito monasterij, agere potest, vt se liberet.*
28 *Necessitatis causa concessum, cessat necessitate cessante.*
29 *Filius causa famis venditus à patre, potest seipsum redimere de propriis bonis.*
30 *Interesse cessante, non datur actio, neq; exceptio.*

PRIVILEGIVM XXXVIII.

1 LIbertas, res† est inæstimabilis, *l. libertas, ff. de regulis iuris, §. fin. Instit. quib. ex cauſ. manum. non licet,* ideo corpus liberum non † est in commercio nostro, *§. primo, Institut. de inutil. stipul.* & non recipit æstimationem, *l. fin. ff. de his, qui deiecer. vel. effud. l. ex hac. ff. si quadrup. paup. feciſ. dicat. liber. homo, vbi not. Doctores, ff. de verborum obligat.* & infinita est libertatis æstimatio, *l. non est singulis, §. infinita, ff. de reg. iur. Socin. iun. in conſ. 134. num. 57. volu. 3.* & quæ non sunt in commercio, vendi non possunt, nec in obligationem deduci, *l. quæ prædium, C. ſi alie. res pigno. da. ſit & l. abdicatio, C. de patr. poteſt.* Ideo homi-
3 nes præcipuè Christianæ religionis, vendi, † vel pignorari non possunt, *l. ſi in emptio. §. liberum hominem, l. liberi, ff. de contrahen. emptio. §. fin. in ſi. Inſtit. de emptio. l. qui res. §. aream. ff. de ſolutio. §. primo, Inſtit. de inutil. ſtipulat.* & contractus de libero homine fa-
4 ctus, est nullus inter scientes, † siue filius sit familiâs, siue pater, qui venditus est, *l. qui filios, C. quæ res pigno. oblig. poſſ. & dicta l. abdicatio,* & venditor punitur, *vt in auct. imo, C. de actio. & oblig. §. quia verò cõtingit, in Auth. vt nulli iudic.* & quamuis pater vendens
5 † filium teneatur de euictione *l. minor. §. pater ſciẽs, ff. de euictio.* sicut & quilibet alius vendens hominẽ liberum. *l. ſi tibi. C. de euictio.* tamen etiam patri in-
6 terdicta est filiorum venditio † vel obligatio, *l. ſi. vbi gloſ. ff. quæ res pigno. oblig. poſſ. cap. lator præſentium, cum gloſ. 1. de pignor.* & dicitur *in l. fin. C. de patr. poteſt.* quod pater non potest derogare libertati filij.

Tamen tanta est vis famis, & tantus fauor alimentorum, quod pater egestate laborans, & fa-
7 me percitus potest filium vendere, † *vt est text. in l. 2. C. de patr. qui fil. diſtrah.* Atque hoc modo est limitata patris potestas, quæ olim in filios adeo erat libera, vt posset occidere. *l. in ſuis. ff. de lib. & poſthum. l. fin. C. de patr. poteſt.* & quod ex causa famis filius possit alienari, voluit gloſ. *in c. ſi quis, extra de furt. in c. diſcipulos, de conſecratio. diſtinct. 5. Abb. in c. nonne, col. vltim. in princip. de præſumpt. in capitulo ex literis, numero ſeptimo, extra de diuort. Bart. in l. qui filios. C. quæ res pigno. oblig. poſſ. Bald. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſthum. vbi inquit gloſ. in d. l. 2. eſſe ſingularem, Gerard. ſing. 100. num. 16. Marſil. ſing. 101. in princip. Tiraquel. de retracta. conſang. §. 26. gloſ. 1. num. 14.* vbi aduertit in ea *l. 2.* legendum esse sanguinolentes, vt referatur ad filios, non autem sanguinolentus, referendo ad patrem, *Mantua ſing. 77. & ſing. 547. Pinel. in rub. C. de bon. mater. par. 2. num. 20. Didac. lib. 3. var. reſolut. cap. 14. numer. 4.* vbi appellat hanc insignem constitutionem, *Cagno. in l. non debet, num. 4. ff. de reg. iur. Padil. in auth. res quæ numero octuageſimo ſecundo, C. commu. de lega. addo Cyn. in l. 1. C. de alen. lib.* Hæc autem potestas orta est ex principiis antiquæ legis secundum quam patri licebat filium occidere, *l. in ſuis. ff. de lib. & poſthum. vt declarat Bald. in d. l. 2. num. 1. ſequitur Coraſ. in l. qui liberos, numero decimo quarto, ff. de ri. nup. Pinel. loco prædicto, num. 20.* qui tamen dicit prouenire etiam à ratione sanguinis, & incomparabili famis necessitate, & causa. Rebuff. autem *in conſtitut. Gal. tomo 1. in proœm. numero 62.* dicit legendum sanguinarius, non sanguinolentus: frequentius tamen legitur sanguinolentus. Et quæ verior sit lectura ponit alios referendo Pinel. *vbi ſupra numero 28.*

Hæc verò opinio procedit etiam in filiis adultis, licet aliqui voluerint illam restringere ad in-
8 fantes, quia in omnibus eadem † est ratio necessitatis *ſecundum gloſ. & Doctores in d. l. 2. vt aduertit Didac. d. cap. 14. numero quarto, ver. primum etenim, in ſi. & communem dicit Pinell. numero decimo nono,* licet subdat in infantib. maiorem esse rationem, cum nullo modo possint esse parentibus subsidio, a-

liud

liud verò sit in adultis, qui patrem iuuare possunt.

Ampliatur ea conclusio, vt filius possit etiam
9 ex eadem famis causa pignori obligari † *secundum glos. in d. l. 2. vbi Bald. nu. 4. Salic. Bald. in d. l. in fin. ff. de lib. & posthum.* & illam glos. dicit communiter receptam Didac. *d. cap. 14. nu. 4. ver. secundo eadem, Dec. in l. non debet cui. ff. de reg. iur. vbi etiam Cagnol. num. 4.* qui mouentur, quia non debet denegari quod minus est ei, cui quod plus est conceditur, *Pinel. d. par. 2. rubr. C. de bon. matern. num. 25.* Et Bald. *in d. l. 2. num. 9.* ponit, an filij dari possint obsides in bello licito, & concludit in partem affirmatiuam, quia non dicuntur pignorari, licet iure possint retineri, & non mirum quod possint pignorari, quandoquidem vbi alienandi licentia permittitur, fit extensio ad omnem cõtractum, quia alie-
10 nare † verbum est generale, *gl. in l. statuliberi à cæteris. §. Quintus Mutius, in ver. emptionis. ff. de statuliber.* adeo, vt includat etiam hæredis institutionem,
11 quando de ea fit mentio † permissiuè, *l. si quis priorus, §. certum, vbi gl. C. de secund. nupt. Bar. in l. si ita quis §. ea lege, num. 7. vbi Imo. num. 1. & Ias. num. 4. ff. de verb. oblig. cum aliis quos citaui in consilio decimo, numero 12. & sequen.*

Ampliatur secundo, vt filius possit etiam per-
12 mutari ad tollendum famis † necessitatem, *vt voluit Fulgos. in l. 1. C. de patr. qui fil. distr. mouetur* quia verbo venditionis includũtur omnes alienationes, *d. l. statuliberi. ff. de statulib. Gammar, in tracta. extensio. num. 101. vbi tamen de Fulgos. non facit mentionem, & sequitur Pinel. d. par. 2. num. 26.* vbi subdit id procedere, quia in permutatione eadem omnino est ratio, quæ in venditione, tam respectu filij quam patris, & non minus per eam subuenitur patri, quam per venditionem, & non fit filio maius prę-
13 iudicium, quam per venditionem, & permutatio similis † est emptioni, *l. 2. ff. de rer. perm.* & illius vicem obtinet, *l. 2. C. eo. tit. l. Titia, vbi Bald. ff. de iure dot.* vt multi permutationis verbo vsi sint pro venditione, *per Tiraquel. de retract. conjang. §. 1. gl. 14. nu. 28. & §. 30. glos. prima numero 19.* Contrariam tamen sententiam probauit Bald. *in d. l. 2. num. 4. C. de patr. qui fil. disting. & sequitur ibi Salicen. num. 3.* Sed verior est prima pars & Salic. loquitur, quando fit permutatio filij cum prædio, ex cuius in de fructibus pater alatur, nam tunc non esset etiam licita venditio, quia eo solo casu permittitur, quando vrget fames, & non datur dilatio: at vbi necessitas non est præsens, non est licita venditio, & consequẽter permutatio, quod si permutatio fieret pro instanti, & præsenti necessitate, vt puta cum pane, vel alio necessario ad vitæ sustentationem, permitti eam innuit Salic. *loco prædicto*: Propterea cum ratio omnis suadeat idem esse in permutatione firma stabit extensio.

Limitatur tamen hæc conclusio principalis, vt
14 non procedat in quacunque † alia causa simili, vel maiori, *ita glos. in dicta l. secunda.* Mouetur, quia hoc nulla lege cauetur, & in exorbitantibus non fit extensio propter identitatis rationem *Din. in regula, argumentum, de reg. iur. in 6. Alcia. de verb. signifi. lib. 2. colum. 48.* vbi infert, non licere patri dari filium obsidem, vt se redimat. Sed hæc illatio est falsa, quia *vt dixi ex Bald. in d. l. 2.* per similem concessionem non alienatur, nec obligatur persona filij, nec aliquod ius transfertur præterquam retentionis, *Sylvestr. Aldobran. Institut. de patr. potest. in princip. Didac. d. cap. 14. num. 4. ver. tertio etiamsi liceat, Bencinas. in tracta. paup. in 8. quæstio. in 5 specia. in contract. num. 16. Ascan. Clem. in tracta. de pat. potest. in 1. effectu, num. 6. & seq.* vbi addit, quod tex. *in l. secunda* vtitur taxatiua tantummodo, & quod inducta à lege ob necessitatem famis non extenduntur ad aliam necessitatem, *secundum Azon. in sum. C. de pat. qui fil. distrax. & alios per eum citatus*, quamuis contrarium magis probet Pinel. *d. par. 2. num. 27.* quia secundum eum in captiuitate patris, quem velint hostes occidere nisi refundat pecuniam, militat eadem ratio, & quia exorbitans dispositio, & pœnalis extendatur, vbi eadem est ratio, verum non adeo turpe est gladio vti fame perire, proinde cõceditur filij venditio, vt euitetur secundum mortis genus, non item vt primum.

Restringitur secundo, vt locum non vendicet
15 in filio emancipato, quem pater alienare † non potest, nam ea facultas descendit non tam à sanguine, & amore, quam à patria potestate, qua ratione Doctores supra citati enumerant dispositionem *d. l. 2.* inter effectus patriæ potestatis, *vt apud Pinel. in d. par. 2. num. 23.* Et per hoc Rebuff. dicto tomo primo, *in proœm. glos. quinta, num. 62.* dicit decisionem principalem non obtinere in Gallis, vbi parentum potestati filij non subiiciuntur. *gl. Instit. de patr. potest. in princip.* Sed eum reprehendit Pinel. in sæpius citato loco, *num. 24.* dicens illam gl. esse falsam, & reprehẽdi ab omnibus, eo quod Galli sicut cæteri filios habeant in potestate. Addit Alber. *in d. l. 2. num. 2.* dicere except. Romanis omnes nationes posse vendere liberos etiam extra necessitatis causam. Tota autem vis limitationis in eo versatur, an Galli fruantur potestate patria in filios. Ego tamen non inuenio, solam patriam potestatem tribuere hoc ius, quinetiã credo licere patri vendere filium emancipatum: Obligatio enim naturalis, qua filius obstringitur patri, dissoluitur per emancipationem, *vt dixi aliquando*, & sicuti emancipatus non liberatur ob onere subueniendi patri constituto in egestate, ita non eximitur ab eo nexu, per quem vendi potest.

Tertio declaratur nostra propositio in filio
16 clerico, quem pater egens † non vendit *secundum Hostien. in cap. Iudæorum, de ætate, & qualit. & sequuntur alij ibi, Io. de Anan. in cap. si quis, co. 2, ver. tu adde, de furtis. Gerard. sing. 100. num. 6. Marsil. in rub. ff. de sideiussor. nu. 120. & in sing. 101.* vbi dicit, quod hoc operatur clericalis ordo *Cagno. in d. l. non debet cui, num. 4. ff. de reg. iur. Didac. d. c. 14. num. 4. ver. quarto quod in d. l. Ascan. in d. tracta. effect. 1. num. 53. Bencinas. in tract. pauper. in 8. quæst. specia. quinto in contract. Coras. in l. qui liberis, num. 14. ff. de ritu nuptiar.*

Quarto limitatur, vt non habeat locum in ma-
tre, quæ non habeat facultatem vendendi filium,
17 quia cum non habet in potestate, *ita* † *tenet gl. in d. l. 2. C. de patribus qui filios distrax. Azo. in sum. C. de*

patr.

patr.potest. Alber.in dicta l.secunda, numero primo, vbi *Bald.numero tertio*, dicens matri non tantam esse in filios potestatem quanta patri, & *numero 1.* inquit proueniisse hanc authoritatem ab antiqua illa iuris dispositione, secundum quam pater habebat in filios vitæ necisque potestatem, & cum eo trãsit Salic.*ibi.* Idem voluit glos. *Instit.de patr. potest.in princip.* vbi Sylvest.*numer.17.dicit esse communem, incertus author, in tracta.de crimin. læsæ maiest.quæstio.5. numero 13.inter varios tracta.crimin.* vbi dicit omnes Doctores ita tenere, quia illa potestas occidendi concessa fuerat antiquitus solis patribus, non matribus: Ergo eodem modo debet restringi facultas vendendi filios, quæ inde fuit deducta, *Rebuff.in primo tom. regiar. constitut.in proœm. glos.5.numero 62.Pinell.qui sæpe dicit communem, & receptam ab omnibus sententiam in rub. C. de bon. matern. in secunda par.numero 20.& sequen.* vbi mouetur, quia huius legis dispositio à vi patriæ potestatis descendit, & non tam fundatur in amore patris erga filium, quam in eius consilio, quod in matre est imbecille, & sæpe contra propria commoda *Cordub. in l.si quis à liberis, in princip. numero septimo, ff.de lib.agnoscen. Ascan.Clem.in tracta.de patr. potest.effect.1.numero 20.* non tamen hæc opinio caret difficultate, quandoquidem verba legis clara videntur matrem includere, sicut patrem, dictio enim *si quis*, 18 comprehendit tam fœminas, † quam masculos *l.1.ff.de verb.signifi.l.quisquis. C.ad leg.Iulian. maiest.l.3.* 19 *§.1.ff. de negot. gest.* & non est prohibita extensio quando eadem † subest ratio *glos. in Clem.1.in verbo exigatur, vbi Doctores, de electio. Iaf.l.emancipata, numero 21. C.de collatio.* etiam in materia correctoria, & exorbitanti, *vt per Bald. & alios in authen. quas actiones. C.de sacros.eccles.* Et priuilegium hoc procedere videtur non à patria potestate, sed à naturali æquitate, & sanguinis charitate, quæ pariformiter est in matre & patre. Et in *l.1. & 2. C. de patrib. qui fil.distinct.* nullum verbum extat de patria potestate, & per has rationes contrarium voluit Beninca*s.d.specia. quinto, numero decimo septimo*, vbi reprobat glos. quasi nemo alius diuersam fuerit sequutus sententiam, addo glos.*in dicta l. quisquis*, quæ textum extendit ad matrem in materia pœnali, & exorbitanti, ergo eodem modo deberet extendi textus *in dicta lege secunda*. Pro qua sententia, facit, quia text. *in l.prima*, loquitur de parentibus quorum appellatione venit quoque mater. Pinel. tamen *dicta parte secunda numero vigesimo secundo*, pungit pro hac parte, sed resident cum communi, quæ mihi videtur æquior, nam & si mater eodem fauore digna videatur, non tamen conditionem filiorum ita deprimere debemus in re tã grauis prę iudicij, vt matri priuilegium indulgeamus, quod in ipso patre inhumanum quoque videtur.

Restringitur quinto, vt etiam non procedat 20 dictæ legis dispositio in auo, intellige † paterno quia in materno non est dubium. Cum enim *l.secunda*, loquens de patre sit contra ius naturale, nõ debet extendi ad auum, *argumento l.si verò, §. viro, ff.soluto matrimonio*. Et quamuis Cyn. cogitandum reliquerit, tamen Bald.*numero tertio*, ita declarat, *& sequitur Salic.numero tertio.* Sed contrarium probat Ascan.*in dicto primo effect. numero vigesimo, & se-* 21 *quen.* quia continetur appellatione patris, † *lege, iusta interpretatione.ff. de verb. signifi.* vbi glos. dicit idem semper intelligendum esse de auo, quando lex de patre aliquid disponit. Id quod obtinere quoque in statutis inquit Bald. *in l.scimus, num.12. C.de inoffic.test. & late comprobat. Ascan. loco prædicto.* Et pro hac parte facit, quia si eiusmodi facultas descendit à patria potestate, quare auo non debet competere, qui nepotem habeat in potestate sicut patri competit: vbi enim eadem est ratio, idem ius esse debet.*l.illud, ff.ad leg.Aquil.* Ego vero transeo cum Bald. & Sal. vt qui videam rigorosissimam legis dispositionem quoad vsque fieri potest restringendam esse. Colligo autem, quod in proxima limitatione deduxi, verum non esse, quod patri permittatur alienatio ex vi patrię potestatis, quia eodem modo permittetur auo, cui iure antiquo erat ius necis, & vitæ in caput nepotum, vt in eis iuribus videri potest.

Limitatur sexto, vt filius sic à patre alienatus 22 non amittat libertatem † nec efficiatur seruus, *ita Bald.in d. l.2.in princip.* vbi dicit post Nicol. de Matarel. quod non est seruus, sed seruiens, & eius ingenuitas non est absorpta, sed velata ad tempus. Et infert, quod ideo potest aliunde acquirere, quod tamen nõ datur in seruo, subditque æquius hoc esse quam dicere cum glos. quod sit propriè seruus sub spe ingenuitatis. Idem voluit Castren. ibi, qui dicit quod efficitur seruiens sicuti cliens, & famulus. Si enim perderet ingenuitatem, nunquam illam recuperaret, *l.intercidit.ff.de cond.& demonstr.* & ingenuitas non extinguitur, sed differtur. Et cum prædictis transit Beninca*s.in d.specia.5. num.27.* Et ratio est in promptu, quia certi sunt modi, quibus amittitur libertas, & hic non reperitur enumeratus inter illos. Facit etiam, quia pater vendendi filium non potest plus iuris in alium transferre, quam habeat ipse. *l.nemo plus iuris, ff.de reg.iur.* at filius, & si patris potestati sit subiectus, non tamen ei est seruus, sed seruire tenetur, & iuuare.

Intellige septimo loco aliud esse in filio, qui quantacunque laboret famis necessitate patrem 23 non eodem modo vendere † potest, quia filius non habet patrem in potestate, & cessante ea potestate, cessat facultas vendendi, *vt supra dictum est, Cyn.in lege isti quidem, in fi.ff.quod met.cau.* & licet sint correlatiua, & eadem famis necessitas vrgeat, tamen non valet argumentum correlatiuorum, quando militat diuersa ratio, *Mantu.sing.77.numero 4.& sequen.vbi respondet contrariis rationibus.* Addo, quod maiori obligatione filius erga patrem obstringitur *vt suo loco dixi*, quam pater filio teneatur, ergo non erit de vno ad alium arguendum. Hanc opinionem tenuit quoque Ascan. *in d.effect.1.num.26.& sequen. & Cordub. in princip.d.l. si quis à liberis, numero septimo, in principio*, quæ posteriores rationes magis placent, quam defectus potestatis, vt intelligas, quod hæc limitatio procedit

cedit, etiam si patri id non concedatur intuitu patriæ potestatis, *quemadmodum tetigi supra.*

Nono ita procedit dictæ legis dispositio, vt si pater qui filium ob famis necessitatem vendidit, ad pinguiorem fortunã deuenerit, teneatur pre-
24 tium exoluere, † & filium redimere, & vbi recuset, conueniri ad id poterit à filio. Et licet regula-
25 riter non possit esse iudicium inter † patrem, & filium, *l. lis nulla. ff. de iudic.* tamen id fallit, quando agitur de persona, & de libertate, quia eo casu etiam inter dominum, & seruum potest esse lis, li-
26 cet non pro † rebus, *lege si. C. de ord. cognitio. ita concludit Bald. in capitulo, ex rescripto, num. 11. de iureiur.* vbi inquit idem esse in monacho, qui & si pro debito monasterij obsesdari possit ab Abbate, ta-
27 men potest aduersus Abbatem agere † vt se liberet quando monasterium efficitur soluendo, *sequitur Felin. in cap. cum dilecta, col. antepen. vers. fallit octauo, & vltimo, de rescript. Marsil. in sing. 101. & in l. etiam si redhibitus, colum. fin. ff. de quæstio. Cagnol. in l. non debet ei nume. quarto. ff. de reg. iur. Benincas. in dicto specia. quinto. numero 28. vbi allegat Dec. & Didac. Ascan. in d. effect. primo, num. 27. & præter eos Coras. in l. qui liberus, numero 14. ff. de ritu nuptiar.* vbi dicit, quod eo casu venditio rescinditur. Et ratio est, quiã alicui
28 concessa ex causa † necessitatis eatenus durant quatenus ipsa durat necessitas, *cap. quod pro necessitate, quæstione prima, Bar. in l. prima, §. nuntiatio, columna prima, ff. de oper. no. nunt. Bald. in l. 1. C. de raptu virgin.* & cum hoc priuilegium sit contra regulas, imo contra ius naturale indultum, restringi debet, quantum fieri potest, vt minus offendat ius commune.

Imo non solùm filius potest patrem conuenire, vt se redimat, sed si habeat bona propria non
29 quæsita à patre, potest seipsum redimere, † *vt voluit Bald. in d. l. 2. in princip.* quod est notandum. Et ratio est, quia si potest compellere ad luendum, multò magis hæc facultas debet sibi esse promissa, & si emptor cõtradicat non audietur, quasi nihil sua interfit, quod seipsum luat filius, vel luatur à patre, nemo enim auditur excipiendo, vel
30 agendo, † nisi sua interfit, *lege prima, ff. de appella. non recipien. l. ille à quo. §. si de testamento, vbi notant omnes præcipue Imo. & Alex. ff. ad Trebel. capitulo, cum inter, de electio. Imo. in l. Titia, in fin ff. soluto matrimonio, cum similibus.* Non etiam potest emptor filium agentem repellere, quia sua non interfit, quando nullum maius interesse considerari possit quam libertatis amissio, vel saltem illius vsus interdictio, non etiam potest opponere quod nihil gesserit cum filio, sed cum patre, quia filius non agit ex contractu.

SVMMARIVM.

1 *Furtum est humana & diuina lege prohibitum.*
2 *Furti punitur, qui furandi animo alienam ingreditur domum.*
3 *Furtum maius est delictum, quam homicidium.*
4 *Furti non tenetur etiam in foro conscientiæ, qui alienum rapit vt se alat. amplia vt num. 6.*
5 *Necessitatis tempore omnia sunt communia.*
6 *Furti non tenetur, qui panem furatur tempore caristiæ.*
7 *Furti tenetur, qui rem alienat, & exportat etiã causa famis, & ibi vide de veritate.*
8 *Vuas capere in alieno agro licet viatoribus, etiamsi non subsit caristia.*
9 *Furari non licet alia, quam comestibilia pro necessitate famis, & ibi an hoc sit verum.*
10 *Furti punitur, qui furatur vrgente famis necessitate, sed non extremo, sed pœna minuitur.*
11 *Furti licet non puniatur, qui alienum rapit, vrgente famis necessitate, tamen tenetur reddere quando deuenit ad mediocrem fortunam.*
12 *Causa cessante, non cessat effectus consummatus.*
13 *Causa cessante, non cessat ius, quod per exist. etiam causa fuit quæsitum.*

PRIVILEGIVM XXXIX.

1 FVrtum nõ solùm humana lege est † prohibitum. *l. 1. in fi. ff. de furt. §. 1. Instit. de oblig. quæ ex delic. c. 1. & 2. de furt. Ang. in §. præterea, nu. 6. Institut. de excep.* sed etiam diuina, *vt in Exo. cap. 20. Leuiti. capit. 19. & Deuteronom. capitulo 5.* & punitur, etiam attentatum, vt quando furandi animo ingressus † quis alienam domum deprehenditur antequã contrectauerit. *l. sacculariy. ff. de extraor. crimin. Bar. in l. vulgaris. §. qui furti. ff. de furt. Ias. in l. 3. §. si rem, in princip. ff. de acquir. possess. Marsil. in l. vnica, numer. 295. C. de rapt. virgin. & post. Bald. inquit Dec. in cons. 65.* quod maius est delictum, quam homicidium, † quia grauior pœna imponitur à iure,
3 & grauitas delicti cognoscitur ex grauitate pœnæ, *capitulo, non afferamus 24. quæstio. prima glos. 2. in c. proposito 27. quæst. 1.* tamen si quis extrema laborat necessitate, potest alienam rem furto surripere, vt sibi de alimentis prouideat, & non tenetur furti
4 pœna in foro † conscientiæ, nec in foro contentioso, *vt est text. in c. discipulus, de consecrat. distin. 5. c. fin. vigesimo quinto, quæstio. 1. & in cap. si quis, extra de furt. Archid. in c. pœnale. 14. quæst. 5.* Et est ratio,
5 quia tempore necessitatis omnia † sunt communia. *c. sicut hi. 47. distinct. glos. si. in cap. sæpe, de restit. spolia. Dec. in cons. 697. num. 16.* quia Deus omnia comparauit ad vsum hominum, *l. in pecudum. ff. de vsur.* & qui vtitur re communi ad vsum destinatum, puniri non potest, *l. merito, fi. pro socio,* vbi præsumitur facere potius iure suo, quam animo furtum committendi. Hæc tamen ratio non concludit, quia rem communem rapiens furtum committit. *l. rei communis. ff. pro socio,* glos. *in d. c. si quis propter,* dicit, quod hoc casu vtitur quis re propria ad vsum destinatum, *sequitur Anan. & alij.* Ideo dicunt Bald. & Castren. *in l. 2. §. cum in eadem naui. ff. ad leg.* Rhod. quod si quis tempore caristiæ panem
6 furatur, non tenetur † furti, & ante eos Bar. *ibi numero quarto,* dixit hoc procedere iure diuino, & humano. Et quod furari liceat in casu necessitatis, volu runt Lup. *in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 65. num. 41. Mantu. singu. 77. numero tertio, Benincas. in tracta. paupert. in 7. quæstio. in 9. speciali iudic. num. 20. Ascan. Clem. in tracta. de pat. potest. effect. numer. 4. Cordub. in l. si quis à liberis, in princip. numer. 41. vbi allegat*

Felin.

*Felin.& alios, Menoch.de arbitr.iudic. casu 182. num.27. Clar.in Pract.crim.§.furtum,num.24.Boss.in tit.de furt. num.52.*qui enim indigenti denegat, videtur furtum non minus committere,quam si aliena raperet,*vbi dicitur in summa 42.distin.& in c.sicut hi,ante fi. distin.47.comprobat Tiraquel.in tract.de pœn.temperan. cau.44.num.9.* Ampliatur hæc decisio, vt procedat non solùm vrgente propria necessitate,sed etiam aliena, quia si alius adeo fame prematur vt sit periturus, nisi subueniatur, licet tunc aliena furari,vt illi succurratur, *vt per diuum Thom.2.2.quæstio 66.articul.7.Angel.de Clauas.in sum. in ver.furtum, nu.37.* vbi limitat non procedere,quando subtraheretur alicui existenti in pari necessitate, *Tabien. in ver.furtum, nu.7.in fi.Benincas.d.specia.9.nu.42.* Et pro nostra conclusione facit, quod voluit An.*in l.2.§.cum in eadem.ff.ad leg.Rhod.* quod pro necessitate victus, licet militibus deprædari in bello licito *sequitur Felin.in cap.querelam.col.penul.in fi.de iureiur. Anan.d.c.si quis, nu.7.*

Intellige tamen præmissa procedere, quando quis rem furatam statim comedit, non autem,
7 quando illam † exportat.*ita declarat gl.in cap omnes, in ver.fas,distinct.1.* vbi inquit,quod iure diuino licitum est vuas comedere in alieno fundo, nec nõ spicas colligere,& edere,sed non exportare, *Anã. in d.c.si quis propter,num.5.ver.tu adde quod ista,Benincas.d.specia.9.num.24.* Sed hæc restrictio mihi non placet,quia etiam exportare licet stante necessitate,comedere autem vuas in agro alieno vel spicas licitum est iure diuino viatoribus necessitate
8 † non vrgente, *vt in Deuteron.cap.13.ver.ingressus, & ver.si intraueris,atque declarat Rip.in l.2.numer.3.ff.de dam.infec.* vbi fortiùs post Alber. Gandin. inquit non valere statutum, quo eiusmodi facultas viatoribus interdicatur, quia esset contra ius diuinum,*sequitur Did.ac.in relec.reg.peccatum,in 2.par.§.1. num.5.* quod verò attinet ad Anan. limitationem, non video stante necessitate, quare non ita permittenda sit egeno exportatio, sicuti comestio in proprio agro.

Declara secũdo, vt pro famis necessitate liceat solùm cibaria, & comestibilia furari, non autem
9 ea,quæ † esui non seruiunt.*ita loquitur text,in d.c.si quis propter,* vbi notant Doctores omnes,& ponitur etiam casus, quando liceat vestes capere, *Benincas.loco prædicto, numero trigesimo sexto Ang.de Clauas.loco prædicto.num.30.* Et quamquam Doctores non dicant, crederem tamen licitum esse furtum aliarum rerum, quam comestibilium, quãdo comestibilia non inueniũtur,quia potest quis aliam rem capere, & ex eius venditione pretium comparare ad emendos panes: nam regula est quod omnia sunt communia necessitatis tempore, & tex.*in capit.* si quis propter, dum facit mentionem de veste,& pecore,loquitur per modum exempli, quod non restringit regulam, & paria sunt,quod quis panem rapiat, vel aliud ad comparandos panes.

Restringitur tertio,vt procedat,quando laborat quis extrema necessitate: at si necessitas non sit
10 maxiam, † minuitur quidem pœna, sed furanti non ignoscitur in totum,*vt declarat glos.prima,in d. cap.si quis propter,Bal.& Castr.in l.2.§.cum in eadem.ff. ad leg.Rhod.Barbat.in capitulo,quoniam, de simon. Gofred.in sum.de furt.in vers.excusatur autem,* vbi vrgente necessitate non extrema furatus est,licet omnino non excusetur,mitius tamen punitur, *Cœpol. in authen.sed nouo iure. C. de seru.fugitiu. Ang. de Clau. loco prædicto,num.36.* vbi subdit quod excusatur in totum,quando abundabat is cui subtractum fuit, *Tiraq.de pœn.temp.cau.33.nu.1.Benincas.d.specia.9. numer.25. Didac.d.reg. peccatum, numer.3.* vbi declarat, quando dicatur extrema necessitas.

Quarto declaratur,vt saltem,qui rapuit teneatur restituere, si venerit ad pinguiorem fortu-
11 nam, † *arg.l.Nesennius.ff.de neg.gest. Doctores in l.alim. C.de neg. gest.* vbi qui alicui præstitit alimenta potest repetere.Et per hanc rationem inquit Abb.*in in d.c.si quis propter,num.5.* quod & si furari hoc casu permittatur,tamen id conceditur propter necessitatem,qua cessante cessare debet concessio, *& subdit esse benè notandum, sequitur Anan. ibi, numero item quinto. & hanc dicit esse communem omnium canonistarum sententiam Benincas.in d.specia.9.numer.37.& præter eum Socin. in d.ca.si quis propter.* Et hæc opinio est tutior in foro conscientiæ,*vt inquit Clar.in pract.crimin.in §.furtum, num.25.ver.sed vidi dubitari, hanc etiam dicit Didac in d.par.2.§.1.num.4.* Contrarium tamen tenent Scot.& Ricard.*in quarto senten. distinct.15.* vbi dicunt prædictam sententiam procedere,quando quis alienum accepit, cum vrget quidem necessitas, sed non extrema, quia tunc res non efficitur sua, sed peccat. Verum quando subtraxit extrema adactus inopia, tunc suum est, quod & reddere non tenetur etiam factus locupletior,*sequitur Ang.de Clau.in d.ver.furtum, num.37. eandem tenuit Syluestr.quam citat Didac. loco præcitato, vbi subdit piam esse hanc opinionem, & à doctissimis viris probatam.Et eam procedere in foro contentioso dicit Clar. d.§.furtum, num.25.* quia cum iure permittente factum sit,non est tractandum de restitutione. Addo pro hac parte,quod & si cessat causa concessionis, quando is deuenit ad meliorem fortunam,
12 tamen non debet † cessare effectus iam consummatus,*l.fin.in princ.ff.vnde lib.l.inter stipulantem. §.sacram. vbi Ias.in quarto notab. ff.de verb.oblig. late Tiraquel.in tract.cessan.cau.limit.12.numero 1.* & quando ius per existentiam causæ acquiritur alicui, tunc
13 licet deficiat causa,tamen durat † acquisitio iuris, *l.si post mortem.§.primo,l.non putauit.§.sed si post mortem, ff. de bonor.poss. cont.tabul.l. cum vxori.C. quan. dies leg.ced.* Cum ergo propter necessitatem res furata effecta sit propria furantis, non debet retractari acquisitio,licet superueniant diuitiæ.Accedat quod ideo licitè capit, quia habens tenetur dare indigenti,quando talis subest necessitas: At si ille daret vtiq; non esset debita restitutio,si superuenirent opes. Ergo nec quando egens propria authoritate capit,*vide tamen Io.Bap.Lup.de vsur. commentar.4.§.4.nu.64.*

SVMMARIVM.

1 Fornicatio non punitur in muliere, si committatur ob necessitatem famis, & ibi de veritate.

2 Fur-

2 *Furtum non est licitum, si fiat pro eroganda eleemosyna.*
3 *Peccatum mortale committi non debet propter paupertatem.*
4 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
5 *Homicidium quibus casibus sit licitum.*
6 *Virgo si inuita comprimatur, virginitatis meritum sibi duplicatur.*
7 *Voluntas coacta voluntas est.*

PRIVILEGIVM XL.

FOrnicatio graue est peccatum, tamen si mulier extrema laborãs egestate se prostituat, vt victum quærat, non punitur, 1 † nec peccat, quia necessitas facit licitum quod alioquin erat illicitum, *ita concludunt Hispani additionat. ad Deci. in lege, quæ propter, num. 5. ff. de reg. iur.* Sed hoc dictum est falsum, quia malo non parcitur ratione paupertatis, imo debemus potius mori, quam consentire malo, *glos. in l. palam. §. non est ignoscendum. ff. de ritu nuptiar.* & ibi dicit textus non esse mulieri ignoscendum, quæ paupertatis prætextu turpem elegit vitam, & non debet malum 2 fieri, vt inde ex eo fiat bonum, *capitulo, nosse, vbi glos. 30. quæstio. 1.* Ideo non licet furari † pro faciendа eleemosyna *capitulo, cum sic non sunt 32. quæstio. 4. capitulo is autem 22. quæstione secunda, glos. in l. si pignore, in principio. ff. de furt. in capitulo, forte decima quarta, quæstione quinta.* Et dicit glos. *in capitulo, quoniam,* 3 *de simon.* quod prætextu necessitatis non debet † quis operari peccatum mortale, & dicit, quod moniales non debent aliquid prætextu paupertatis capere ab ingredientibus, quia est peccatũ. Et Abb. ibi allegat multos alios, & quod propter paupertatem mulier non excusetur à fornicatione, voluit Hostien. *in sum. de furt. §. 1. colum. 2. ver. sed quæritur quare excusatur,* vbi dicit, rationem diuersitatis, quare excusetur à furto, non à fornicatione, esse, quia tempore necessitatis res omnes sunt communes. Humana autem creatura non est in fructu, & mulieres non sunt communes, seu verius, quia in furto subuenit ius naturale, at in fornicatione cõtradicit ius commune, & repugnat, nec non turpitudo, & horror proueniens ex peccato accusat mulierem. Et Ioan. Andr. *in d. c. quæ propter* dicit, quod in humana creatura attenditur reuerentia diuinæ pulchritudinis, quæ in ea sequitur *glos. ibi Abb. num. 5. in fi. ver. nota hanc glos. & Anan. num. 5. ver. in eadem glos. ibi non est.* vbi subdit, quod carnalis commixtio extra matrimonium fieri non potest sine peccato, vsus autem rerum alienarum certis casibus est concessus. Item fornicatio non extinguit famem sicut furtum, item fames cogit immediatè ad furandum, sed ad fornicandum, non nisi mediatè, *& recitat multa alia pulchra dicta, sequitur Dec. in l. quæ propter, numer. 4. & seq. ff. de reg. iur. Tabien. in ver. furtum, num. 7. in si Bosi. in tit. de furt. num. 52. latè Beninc. in tracta. paup. quæstio. 7. in 9. Specia. iudicio, num. 26. 33. & 43.* vbi expressè reprobat primum dictum, additio ad Dec. *in d. c. quæ propter,* quia non reperitur iure cautum quod 4 vllo casu liceat fornicari, & quod † lex non dicit nec nos debemus. *§. illo, in authen. de trien. & sem. l. illam, C. de collatio.* Et licet necessitas non habeat legem, tamen procedit solùm in casibus expressis. Et Abb. *in d. c. quoniam, de simonia,* dicit, quod quædam sunt in se mala, vt occidere, adulterari, & similia, & hæc necessitatis tempore non fiunt licita, imo verificatur illud dictum, quod omnia perpeti satius est, quam peccato consentire. Quædam verò sunt, quæ licet in se sint mala, permittuntur tamen necessitatis tempore, sed hoc dictum nihil est, nec resoluit dubium. Hoc enim quærimus, an fornicari licet de se malum sit, efficiatur tamen licitum propter extremam paupertatem. Et videtur dicendum quod sic, quia homi- 5 cidium, licet † sit illicitum sui natura, tamen permittitur ob necessariam defensionem, *l. vt vim. ff. de iust. & iur.* Item est permissum, quando potens aliquis mandat, quod alium occidam, aliàs ipse me occidet, *Bald. in c. 1. §. iniuria col. fi. ver. sed pone, de pace iuram. firman. Dec. in l. is damnum. §. eius verò nulla. ff. de reg. iur.* Idem in fornicatione, quia si in- 6 vita † mulier comprimatur, vel cognoscatur, non solùm non peccat, sed duplicatur ei virginitatis corona, *vt c. 1. & 3. 32. quæstio. 6. vbi ponitur dictum Beatæ Luciæ, refert Anan. in d. c. si quis propter, col. penul. in fin.* Et ideo sicuti propter vim excusatur, ita excusari debet propter famem, quia nulla vis ea est maior, quam ingerit fames. Ad prædicta tamen responderi potest quod defensio est de genere bonorum, ideo si quis defensioni incumbens occidat non punitur, quia non habet animum occidendi, sed aliud agit, id est defendit: at fornicatio est de genere malorum, & quod dicitur de iussu, vel mandato potentis, non est tutum, nec verum. Et contrarium voluit Lancello. Dec. *in l. vt vim, colum. 1. ff. de iustit. & iur.* nec mouet exemplum virginis vi subactę, quia ea vis cui resisti non potest excusat, & ibi non cadit voluntas, meritò non concurrit peccatum, quod nullum est nisi voluntarium, at in ea quæ fornicatur est voluntas, quia elegit fornicari potius, quam fame perire, & si dicatur voluntas quidem adest, 7 sed necessitate coacta, quia respondeo quod † est tamen voluntas, *capitulo merito 15. quæstione prima. l. si priuatus. in princip. ff. qui, & à quibus glos. quæ alios citat. in lege, velle non creditur, ff. de reg. iur. vbi Deci. declarat numero sexto.* Posset fortè dici, quod si non posset mulier aliter extremæ famis necessitati succurrere, quàm fornicando excusetur, sed quia non inuenio decisum in specie, non audeo firmare. Sed remitto me decisioni Theologorum, & Sanctæ Matris Ecclesiæ, cuius solius est determinare.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod res nõ possit alienari in forensem, valet, sicut etiam consuetudo.*
2 *Statutum quod Maritus non possit aliquid relinquere vxori, valet, vel quod non possit relinquere vltra certam quantitatem.*
3 *Alimenta relinqui possunt forensi, non obstante statuto, vel consuetudine.*

4 *Contractus super alimentis valet, etiamsi fiat sine solennitate statuti.*

5 *Bannito præstari possunt alimenta, non obstante statuto, prohibente dari subsidium bannito.*

PRIVILEGIVM XLI.

1 STatutum valet, & consuetudo ne possit forensi aliquid donari, vendi, cedi † vel relinqui Bar. *in l. fin. num. 20. C. de sacros. eccles. & in l. dudum, per illum textum, C. de contraben. emptio. & in l. filius familiâs. §. diui, num. 11. vers. quæro an per statutum. ff. de leg. 1. Bald. & Angel. in l. ea lege. C. de cond. ob caus. Alexand. in cons. 56. col. fi. vol. 1. Tiraquel. de retracta. consang. in præfatio. numer. 14. cum aliis quos citaui in cons. 276. num. 8.* Imo valet etiam quando expresè disponitur de certa specie personarum, vt quod maritus non possit relinquere vxori quid-
2 quam vel vltra certam quantitatem *Bart. in l. 1. numero 32. C. de sum. Trinit. Ias. in l. ex facto, numer. 9. ff. de vulg. & pupil. Alexan. in cons. 128. nume. 1. vol. 7. Barbat. in consil. 12. num. 6. colum. 12. vers. considero etiam, vol. 1. Socin in consilio septuagesimo nono, num. 3. vol. 4. Ias. in l. si is qui, num. 5. ff. de vulga. Dec. in consilio centesimo nonagesimo sexto, in princip. Brun. de statut. exclus. fœmin. articul. primo, quæstione quarta, num. 39. Paris. cons. 16. numer. 9. vol. 3. Bened. in c. Rainutius, in verbo, vxorem nomine Adelasiam, decis. 5. numer. 215. de testam.* eiusmodi tamen statuto minimè obstante licebit alimẽ-
3 ta † cuiuscunque forensi, & extraneo relinquere, vel aliter dare, quia semper alimentorum dispositio est fauorabilis, & intelligitur excluſa, *ita concludit Zabarel. in cons. 66. propè fi. quem citat, & sequitur præcisè Ioan. Bapt. Plot. in cons. 19. numer. 84. quod est positum in 2. vol. Consil. crimin. diuersor. cons. 108.* vbi infert ad constitutionem Mediolani, quæ prohibet bona in forensem alienari, *sequitur Lancello. Gall. in consuetud. Alexan. in ver. solidos, numer. 5. & 12. per eandem rationem Lamberteng. in tracta. de contract. eorum, qui sine cer. quantit. glos. 1. numer. 52.* Concludit post Cassan. *in consuetud. Burgun. rub. 4. §. 1. in glos. in ver. contra alz, colum. 3.* quod non erit locus statuto prohibenti contractum fieri sine certa solennita-
4 te † si quis contrahat super alimentis. Et mouetur ex eo, quod volunt Doctores *in authen. res, quæ, C. com. de leg.* quod scilicet bona testatore prohibita alienari, possint tamen vendi, & alienari ex causa alimentorum. Et ibi hoc ampliat procedere etiam aliis casibus, *sequitur Lancello. loco prædicto, numero decimo tertio,* vbi *numer. 11.* dicit bannito
5 posse † impunè alimenta præstari non obstante prohibitione facta à superiore. Idem ait, *num. 10.* in statuto excludente filiam dotatam à successione quia non excludit eam ab alimentis, sed quia supra generaliter diximus, ea, quę contra iuris regulas fauore alimentorum conceduntur intelligi semper, quando alimenta debentur indigenti, & inopi, ideo restringi debet nostra conclusio, vt procedat solùm in eo, qui non habet aliunde, aliàs si haberet, vnde posset alimenta sumere, non sustineretur relictum contra formam statuti, *ita per multa declarat Lancello. loco prædicto, numero 25. & sequen. præcipuè, num. 73. & sequen.* Et pro decisione principali facit, quod supra diximus alimenta posse relinqui seruis, fratribus Sancti Francisci, damnatis in metallum, bannitis, & aliis personis alioquin incapacibus, & cum quibus non est testamenti factio.

SVMMARIVM.

1 *Subditi inuiti non possunt alienari, & nemo cogitur esse vasallus alterius.*

2 *Subditi & vasalli possunt alienari inuiti à domino, qui vrgetur famis necessitate. vide, num. 7. & 8.*

PRIVILEGIVM XLII.

1 VBditi inuiti non possunt † alienari, *c. 1. §. præterea ducatus, de prohibi. feud. alien. per Feder. in c. 1. §. ex eadem de le. Corra. vbi Laud. circa med. glos. in l. inuitus, in princip. ff. de fideicom. liber. Hostien. Ioan. Andr. & alij, in c. dilecta, de maior. & obed. multos citat Tiraquel. de retract. consang. §. 26. glos. 1. num. 75.* nemo enim cogitur esse vasallus alterius, *l. is qui ff. de fideicom. libertat. ita Ias. in §. item Seruiana, num. 104. Instit. de actio. Ripa, in l. filius familiâs, §. diui, num. 38. ff. de leg. 1. & latius in cons. 179.* vbi ponit decem rationes quibus vasallus nõ cogitur obedire emptori, *& refert multos tenentes hanc opinionem, Soc. iun. in cons. 78. vol. 1.* vbi loquitur in hominibus Ricaldoni huius patriæ Montisferrati, qui fuerant per excellentissimum tũc Marchionem alienati in Bernardinum Becium mei soceri affinem, *Natta in cons. 506. Rol. in cons. 1. num. 34. & sequen. vol. 1. decis. Pedem. 139. num. 25. Menoch. in cons. 32. num. 20. & seq.* imminente tamen
2 fame necessitatis † dominus potest inuitos subditos, & vasallos alienare, *Din. in l. 2. ff. solut. matrimon. quem referunt, & sequuntur Cyn. & Alber. in l. 1. C. de nouatio. per text. in l. patronus, & l. medicus, ff. de oper. liber. Benincas. in tract. pauper. in 8. quæst. in 5. specia. iudic. num. 24. & seq.*

SVMMARIVM.

1 *Vasallus non potest alienare feudum sine consensu domini.*

2 *Vasallus non potest feudum sine domini consensu locare ad longum tempus.*

3 *Conductor ad longum tempus acquirit effectum vtilie dominij, & possidet naturaliter.*

4 *Vasallus potest ad vitam vendere commoditates feudi, quando fame vrgetur sine consensu domini.*

5 *Feudi commoditas vendi potest à vasallo sine domini consensu.*

6 *Vsufructuarius potest vsusfructus commoditatem vendere, sed non ipsum vsumfructum formalem.*

7 *Feudum non potest vendi ob quamcunque necessitatem sine consensu domini. vide supra, num. 2. & numer. 8.*

8 *Vasallus, & dominus æquiparantur, & dispositum in vno locum habet in alio.*

PRI-

PRIVILEGIVM XLIII.

VAsallus sicuti non potest sine domini consensu † feudum alienare, *cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Lotha, c.1. qualiter olim feud. pot. alien. Soc. cons.19. nu.11. & 12. vol.1. Guid. Pap. cons. 58. in princip. Cur. iun. de feu. in 4. par. prin. nu.85. Brun. in cons.36. in princip. Duen. in reg.40. Caphal. in cons.119. num.7. volum.1.* ita non potest locare † ad longum tempus, *Afflict. in d.c. Imperialem, nu.61. Ias. in l.fi. nu.8. C. de iur. emphyteu. Iacobin. in sua inuestit. in ver. & cum pacto de non alienando, num.15. Bertran. in cons.2. numero 4. volum.2. & communem inquit Clar. in §. feudum, quæstio 33. numero 1.* & ratio est, quia conductor ad longum tempus acquirit effectum † vtilis dominij, *§. alienationem, in auth. de non alien. Bald. in rub. C. de iure emphyteu. est text. in l.1. §.1. de superfic. in l.1. §. fi. cum l. sequenti, ff. si ag. vectig. vel emp. pet.* & dicitur naturaliter possidere *glos. in l. sicut certo, §. si duobus, ff. commo. glos.3. in l. si quis antea, ff. de acquiren. poss. glos.1. in l. sciendum, §.1. ff. qui satisd. cog. in l.1. C. de patr. potest. in l.1. ff. loco. publico fruen.* tamen vrgente necessitate potest vasallus sine domini assensu vēdere commoditates feudi ad vitam, † *vt vult Bald. in cap.1. §. si autem libellario, numer.3. quib. mod. feu. amitta. sequitur Lancello. Gall. in constit. Alexan. in ver solidos, quæstio.6. num.18.* In hoc tamen nihil est speciale, quia indistinctè cessante necessitate licet vasallo feudi cōmoditates alienare † durante eius vita, *ita voluit Bald. in d. §. si autem libellario. numer.3. Cur. sen. cons.69. col.10. ver. quinto accedat, Bald. & Imo in ca. quæ in ecclesiarum, de constit. Ruin. in cons.17. num.5. vol.1. Rolan. in cons.80. numer.35. vol.1. Clar. qui dicit communem in §. feudum. quæstio.21. num.9. Menoch. in cons.105. numero 89. Zas. in epito. feu. par.10. conclus.3.* Simile videmus in vsufructuario, qui & si formalem vsumfructū vendere non possit, eius tamen commoditates potest vendere, † *glos. in §. finitur, Institut. de vsufruct. Bald. in l. res quarum. C. de iur. dot. Bar. in l. interest, C. de vsufruct. Bar. & Alexand. in l. cum Titio, ff. ad leg. Falcid. Fabian. in tracta. de emptio. & vend. in 4. princip. quæst. in quæstio.21. num.53. Didac. variar. resolut. lib.1. cap.8. numero 7. Gomes. de contract. cap.15. num.15. & multa similia allegat Cur. sen. in d. cons.69. colum.10.* & inter alia, quod iurisdictio etiam feudi regalis potest diuidi quoad commoditatem, at quoad feudum res est clara, quod & si vasallus sit in extrema constitutus necessitate † non potest sine domini beneplacito alienare feudum, *Isern. in ca.1. §.1. qual. olim. feud. pot. alien. & ibi sequitur Bald. idem Bal. in d. §. si autem libellario. numer.3.* vbi tamen videtur dubitare, dum dicit quod necessitas facit licitum, quod aliàs erat illicitum, *Cur. in tracta. feud. in 4. par. in vltima cau. amiss. feud. reg.1. quæst.16. Clar. d. quæst.21. numero 11.* vbi dicit, quod & si hæc opinio videatur nimis rigorosa, tamen est seruanda, quia nulla necessitas debet inducere contemptum domini, contra hoc tamen facere videtur, quia sicuti ex causa necessitatis licet domino alienare vasallum inuitum, *vt dixi in speciali proximè præcedenti*, eodem modo licere debet vasallo alienare ius feudi inscio domino. Vasallus † enim, & dominus æquiparantur, *c.1. de no. for. fidelit. Bald. in cons.97. vol.3. Afflict. in decis.265. num.2.* & sunt correlatiua. Ideo dispositum in vno locum etiam habet in altero, *Aluar. in c.2. in §. præterea, in 2. notab. quid sit inuestit.* ideo Clar. loco prædicto videns difficultatem, inquit, quod eo casu dominus, qui recusat emere, vel cōsentire venditioni, potest à superiore cogi. Pro regula tamen, quod feudum alienare non possit vasallus domino inscio quacunq; necessitate subsistente, stant Laud. Aluar. & Cardin. Alexan. *in d. c.1. qual. olim feud. pot. alien. Aluar. in d. §. si autem libellario Dec. in c. quæ in ecclesiarum, in 6. not. num.10. vbi allegat quoque Specul. Zas. in epit. de feud par. 9. in 8. ampliatio.* vbi inquit hoc esse mirabile, quia necessitas facit de illicito licitum, allegat rationem, quia cum vasallus in feudo non habeat plenum ius, nō debet domini superioritas minui per alienum factum, sed hæc non est bona ratio nam saltem deberet permitti alienatio iuris, quod vasallus habet, cum ea fiat sine diminutione iuris quod domino competit. Sed primam tenent Moder. Galli *in consuetu. Parien. §.13. gl.5. in princip. Tiraq. de retract. consang. §.26. gl.1. num.17.* Est verum, quod Afflict. *in tract. prothom. §.2. nu.16.* tenet, quod feudum in casu necessitatis possit alienari, & allegat tex. *in d. cap. 1. qualit. olim. feud pot. alien.* qui tamen probat contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Statuto disponente quod in rei venditione præferatur affinis, vel vicinus, si velit emere intra certū tempus non valet venditio facta ante tempus.*

2 *Vendere licet rem ante lapsum temporis præfixi ad retrahendum, quando venditor vrgetur fame.*

PRIVILEGIVM XLIIII.

VAlet statutum admittens affinem, vel vicinum ad retrahendum intra certum tempus bona vendita à consanguineo, vel vicino, & non potest ante temporis cursum fieri valida † venditio, *c. constitutus, de rescript. Pet. Cyn. Bald. Salic, & alij, in 6. dudum, de contrah. empt. alios citat Tiraquel. in præfatio. retract. consang. num.13. & sequentibus,* & si venditio fiat, non expectato temporis lapsu, consanguineus vel vicinus admittitur ad retrahendum.

Verum si quis necessitate famis opressus offerat se vicino rem venditurum, dum tamen repræsentetur pecunia nulla, vel dilatione interiecta, nisi vicinus acceptet oblationem, licebit liberè sine † metu retractus, rem illam in extraneum alienare, *ita Bald. in tract. de iure prothomis. num.7. ver. quid si vendo iusta mercede,* vbi dicit, quod propter necessitatem ius termini perditur in sua quātitate, & dilatione, quia cessat lex, vbi euenit necessitas, *idem voluit Affli. in eod. tract. §.2. n.16.* vbi multa ponit exēpla necessitatis cogentis, *Tiraq. qui plura cumulat in tract. retract. consang. §.26. gl.1. nu.17. Benincas. in tracta. pauper. in 8 quæst. in 5. specia. iudic. num.26.* facit quod diximus supra, dum tractauimus, an alimenta relinqui possint forensi contra formam statuti, & quæ infra paulò adducemus.

SVMMARIVM.

1 *Minorum bona ſtabilia alienari non poſſunt ſine decreto, & ſolennitatibus, etiam ſi fiat vtiliter.*
2 *Minoris bona vendi poſſunt ſine ſolennitate pro alimentis pupilli & ſuorum.*
3 *Duo impedimenta vbi ſunt, ſublato vno remanet alterum.*
4 *Tutor poteſt alienare ſine ſolennitate molendina poſita ſuper flumine, quæ ſunt ſubiecta periculo perditionis.*
5 *Aditio non inducitur ex venditione, quæ erat peritura.*
6 *Litigioſa res vendi poteſt, quando breui erat peritura.*
7 *Eccleſiæ bona, quæ ſeruari non poſſunt, licitè venduntur ſine ſolennitatibus.*

PRIVILEGIVM XLV.

1 MInorum bona non poſſunt alienari ſine decreto, † & ſine ſolẽnitatibus, de quibus apud Specul. *in tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum reſtat, num. 4. quem ſequitur Alexan. in conſ. 53. num. 7. volum. 3. Rom. in conſ. 371. Imo. in conſ. 98. Corne. in conſ. 71. vol. 3. Dec. in conſ. 556. num. 4. Afflict. in deciſ. 249. vbi omnino videri debet, Rol. in conſ. 18. num. 83. volu. 2. Neuizan. in conſ. 85. in princ. Cæphal. in conſ. 315. num. 1. Menoch. de recup. poſſ. rem. 15. num. 146.* Id quod procedit etiamſi alienatio eſſet euidenter vtilis minori, *l. ſi fundus, ff. de reb. eor. l. magis puto §. ſi æs alienum ff. eo. tit. ghin d. l. ſi fundus, & in l. ob æs, C. de præd. minor. in l. cum hi, §. ob eam transactionem, vbi gloſ. Bar. & alij, ff. de tranſactio. Salic. Fulgoſ. & Roman. in l. mandata, ff. de offic. eius, vbi Caſtren. dicit gloſ. ibi contrarium tenentem reprobari communiter, ſequitur Iaſ. num. 10. & Dec. num. 6. Neuizan. in conſ. 85. num. 1. pulchrè Capic. in deciſ. 113.* vbi latè agit, concludens maiorem partem dominorum fuiſſe in ea ſententia, quod venditio non eſſet confirmanda, *Rodoan. in tracta. de reb. eccleſ. non alien. in rub. de conſtitut. annui cenſ. numer. 31. folio mihi 103. Foller. in pract. cenſu. §. huiusmodi num. 40. folio mihi*
2 *133.* ſi tamen pupillus fame laboret, poterunt † vẽdi bona ſua, vt ipſa exhibeantur, cum aliis ſibi coniunctis, *vt expliciè voluit gl. 1. in l. ob æs, C. de præd. minor. arg. l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtrax. & Bar. in auth. res quæ, circa fi. dicit illam gloſ. eſſe notandam Angel. in l. non ſolùm, ff. de petit. hæred. Duen. reg. 187. lim. 14. & illam gloſ. dicit communiter approbari Padil. in authen. res quæ, numer. 81. C. commun. deleg. vbi allegat Iaſ. in l. 2. col. fin. ff. de offic. eius.* Aduerte tamen, quia non dico, quod propter famis neceſſitatem liceat alienare bona minorum ſine debitis ſolennitatibus, ſed quod ea eſt iuſta alienationis cauſa. *ita loquitur gl. in d. l. ob æs.* Proinde hoc quoque caſu erit neceſſa-
3 rium decretum. Facit, quia vbi duo † ſunt impedimenta ſublato vno remanet alterum, *l. ſi quando, C. de inoffic. teſtam. cum aliis, quos citaui in conſ. 50.* & ideo ſi alicui inteſtabili concedatur licentia teſtandi, is ſeruabit in ſuo teſtamẽto omnes neceſſarias ſolennitates, quia licentia inducit quidem habilitatem perſonæ, ſed non diſpenſat quo ad ſolennia *d. l. ſi quando, vbi gloſ. & Doctores:* ſat enim eſt quod licentia in aliquo operetur, ita in poſito, cum minorum bona ſint duplici vinculo ligata, primum quod alienari nõ poſſint ſine cauſa, ſecundò quod cauſa exiſtente nihilominus ſolennitates in alienatione ſeruentur, ſi diſpenſantur aduerſus primum impedimentum ſubſiſtit ſecundum, atque ita etiam pro famis neceſſitate erunt neceſſaria ſolennia, quod tamen intelligo, quãdo neceſſitas patitur eas ſeruari, at ſi adeo vrgeat vt non patiatur dilationem, vel moram, tunc crederem poſſe alienari ſine ſolennitate, *vt dictum eſt ſupra* de ſtatuto admittente conſanguineum vel vicinum ad retractum intra triginta dies: non enim expectantur illi dies, quando fame impulſus cogitur ſtatim vendere, & facit quod voluit Ang. *in l. non ſolùm, ff. de pet. hæred.* vbi inquit, quod
4 tutor † poteſt ſine ſolennitate alienare molendina poſita ſuper flumine, quæ ob aquarum impetũ ſunt in periculo totalis deſtructionis, *ſequitur ibi Fulgoſ. & Angel. dicit eſſe menti tenendum, Ruben. in conſilio 138. col. 1.* vbi dicit non extare contradicentem, *Ripa in l. quominus, nume. 126. ff. de flumin. Lupus in repet. c. per veſtras, §. 18. num. 4. de donat. inter vir. & vxo. Tiraquel. de retracta. conſang. §. 1. gloſ. 7. num. 91.* quam deciſionem ego intelligo, quando periculum eſt in mora, ita quod non eſt tutum expectare ſolennitatum omnium curſum, quia text. *in d. l. non ſolùm,* per quem mouetur Ang. loquitur de rebus, quæ mora perituræ ſunt. Et hoc caſu euitabimus dicta Pinel. qui *in l. 1. par. 3. num. 28. C. de bon. mater.* reprehendit Ang. & alios prædictos, quia ſcilicet periculum deſtructionis ſit quidem ſufficiẽs cauſa concedendi, licentiam alienandi, ſed non ideo amittantur ſolennitates: eius verò dicta ſuſtineri poſſunt, quando periculum non eſt in mora, ſed rei ſtatus patitur dilationem. Addo etiã quod Ang. non dicit poſſe alienari molendina ſine ſolennitate, ſed ſolùm poſſe alienari, ideo non meretur ſimpliciter reprehendi à Pinel. & regula eſt,
5 quod licet regulas † iuris transgredi, quando res eſt tempore peritura, *vt probatur in l. pro hæred. §. 1. ff. de acquir. hæred.* vbi alienans res hæreditarias, quæ erant tempore perituræ, non videtur adire, quãuis aliãs ex venditione rerum aditio inducatur, quem text. dicit ad hoc ſingularem Anan. *in c. fin. col. 5. de accuſat,* vbi infert, quod ſuſtinetur † alie-
6 natio rei litigioſæ, ſi erat fortè ad tẽpus peritura, & multa ſimilia congerit Marſi. *in l. qui eadem, col. 1. & 2. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* vbi inter alia poſt Ancha. dicit, contemni poſſe ſolennitatem legis, vel canonis, ſi mora ſit damnum allatura, & id, quod dictum eſt de molendino ſubiecto deſtructionis periculo, confirmatur, quia per eandem ratio-
7 nem permittitur ſine ſolennitatibus † alienatio rei eccleſiæ, quæ ſeruari non poteſt *ſecundum gloſ. in ſumma 12. quæſtio. 2. gloſ. in c. de reb. eccleſ. non alien. in 6. Rebuff. in compend. alien. rer. eccleſ. numero vigeſimo quinto.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ bona alienari non poſſunt ſine ſolennitate, etiam in euidentem eccleſiæ vtilitatem, de quo tamen vide ibi.*

2 Eccle-

2 *Ecclesiæ bona vendi possunt sine solennitate pro subleuanda necessitate prælati, & monachorum.*
3 *Ecclesiæ bona vendi possunt pro alendis pauperibus.*
4 *Ecclesiæ bona collectantur, quando agitur de communi vtilitate, vel de pietate.*
5 *Ecclesiæ bona obligari possunt pro alimentis parochianorum, & exterorum.*

PRIVILEGIVM XLVI.

QVÆ proximè dicta sunt in bonis minorum, ex paritate rationis procedūt quoque in bonis ecclesiæ, quæ non possunt
1 alienari sine † solennitate de qua *in cap. sine exceptione 12. quæstio. 2.* id quod secundum aliquos procedit, etiam si vtilitas ecclesiæ sit euidēs, quia propterea non permittitur alienatio, *vt dixi in proxime præcedenti priuilegio*, licet contrarium velit Bald. *in l. contra iuris, in princ. ff. de pac. & in l. cum hi, §. eam, illi. ff. de transact. & in l. quicunque, C. de bon. quæ liber.* vbi fortius vult, quod sustineatur alienatio facta non seruatis solennitatibus si vtilis sit ecclesiæ, *Bart. in cons. 61. vol. 3. Corset. in sing. incip. pupillus, & sequi videtur Rebuff. in compen. alienat. rer. eccles. num. 34.* Quidquid tamen sit, quod attinet ad nostrum propositum, certum est, quod vrgente famis necessitate,
2 licet prælato bona ecclesiæ alienare, † vt illi subueniat, & monachos subleuet, est tex. *in l. sancimus, la 1. C. de sacros. eccles. quem ad hoc citat Lancello. Gal. in consuetud. Alexan. in ver. solidos, numero decimo quinto,* qui tamen loquitur nō de fame, sed dē captiuorū redemptione, nisi dicamus hos casus purificari. Et id expresse voluit Ange. *in l. non solùm, ff. de petit. hæred.* vbi dicit, quod Abbas alienare potest bona monasterij pro alimentanda familia. Et dicit Afflict. *in tracta. prothomis. §. 2. num. 16.* quod si prælatus iurat non alienare inconsulto Pontifice, tamen necessitate impellēte alienat sine illius consensu, vel licentia. Quinetiam ecclesiæ bona non solùm pro alimentis monachorum, & familiæ a-
3 lienari possunt, sed etiam in alimenta † pauperum, *vt est text. in d. l. sancimus, vbi glos. pen. Bar. Bald. & alij, C. de sacros. eccles.* vbi loquitur dē vasis & aliis rebus consecratis, & ad diuinum cultum paratis, & destinatis, & ecclesia aurum habet, non vt seruet tamquam thesaurum, sed vt eroget in alimēta pauperum, *c. aurum, in princip. 12. quæstio. 1.* Et prædictam opinionem, quod res sacræ possint vendi, vt ex earum pretio alantur pauperes, voluerunt glos. Aret. & alij, *in §. sacræ, Institut. de rer. diuis. Guid. Pap. quæstio. 594. Bero. cons. 31. num. 9. vol. 1. Beninc. de pauper. quæstio. 8. in 4. Specia. contr. num. 19.* etiam si sua culpa inciderunt in paupertatem, *Didac. var. resolut. lib. 2. cap. 16. num. 9.* Intellige secundum ea, quæ dicta sunt in præcedenti priuilegio, vt hæc sit quidem causa iusta, non tamen ideo fiat alienatio sine debitis solennitatibus, necessitas moram patitur, licet aliud crederem, quando periculum esset in mora. Aduertendum etiam quod *d. l. sancimus*, loquitur in bonis mobilibus, in quibus non tanta solennitas requiritur, neque tam stricta est prohibitio alienandi, & pro prædictis facit, quia vbi agitur de communi vtilitate, vel etiam de pietate, bona ecclesiæ collectantur, &
4 ecclesia † concurrit cum laicis in solutione onerum, *Bald. in l. ad instructionem, C. de sacros. eccles. & ibi etiam Salicen. idem Bald. in titu. de pace Constan. in ver. munitiones, Alexan. in cons. 68. in 2. vol. Guid. Pap. quæst. 78. Ias. in l. placet, colum. 3. C. de sacros. eccles. Ripa in cons. 168. numer. 5. & sequen. Bero. in d. cons. 31. num. 9. Egid. de Thomat. in tracta. de collectis, §. exactio munerum, numero 28. & sequen. vbi late agit, folio mihi 51. & sequen. Festas. in eod. tract. par. 4. cap. 1. num. 15. & sequen.* Possunt ergo bona ecclesiæ vendi pro alimentis pauperū, & pari, imo maiori ratione possunt pignorari
5 † non solùm pro alimentis parochianorū, *secundum glos. in cap. 1. de pignor.* sed etiam exterorum, *vt voluit glos. in c. sicut omnino, 12. quæst. 2. Ripa in l. obligatione, num. 54. de pignorib. & eam glos. dicit communiter receptam Didac. var. resol. lib. 2. c. 16. num. 8. ver. cæterum res ecclesiarum.* Et in genere, quod causa famis alienari possunt bona ecclesiæ ponit Benincas. *in d. tracta. quæst. 8. in 5. specia. contract. num. 16. Lamberteng. in tracta. de contr. eor. gl. 1. num. 56.*

SVMMARIVM.

1 *Mora regulariter purgari potest.*
2 *Moram non purgat, qui alimenta tenebatur præstare, & defecit.*
3 *Mora non purgatur, quando res non est integra, & ius alterius factum est deterius.*
4 *Mora circa debitum alimentorum purgari potest tribus concurrentibus, & non aliter.*
5 *Dies interpellat pro homine, & impedit moram purgari.*

PRIVILEGIVM XLVII.

1 MOra regulariter † purgari potest, *l. cum te, vbi Doctores, ff. si cer. pet. Doctores, in l. si insulam, ff. de verb. oblig.* sed vbi
2 quis tenetur alimēta præstare si deficit non † purgat moram. *ita Bald. in cons. 250. si tibi dedi, volum. 3.* vbi inquit, quod in præstatione alimentorum non benè datur recōpensatio temporis, ex quo fortè alimentarius fame laborauit. Ideo qui aliquid dedit, vt sibi præstentur alimenta, si non sint præstita, reuocat datum, & non potest aduersarius purgare moram, *sequitur Alcia. in cons. 108. num. 8. & hoc videtur voluisse Castren. in cons. 70. col. 6. in princ. vol. 1.* vbi facit, quia
3 mora † nunquam purgari potest, quando res desiit esse integra, vel aduersarij ius factum est deterius, *l. sed & si alia, in princip. ff. de constit. pecun. l. & si post tres. ff. si quis cautio. Bar. & Doctores. in. l. si insulam, in 1. oppos. ff. de verb. oblig. vbi Ripa, nuu. 28. & 106.* Sed Cyn. *in l. 1. in fi. C. de donat. quæ sub modo,* dicit, quando quis recipit donationem cum onere præstandi alimenta, tunc purgat moram tribus concurrentibus lite non cōtestata, intra modicum tem-
4 pus, & si aduersarij † non interest, *& eum sequitur Bald. in cons. 212. num. 2. volum. 2. & eum quoque refert Bald. in d. cons. 250. vol. 3.* Et si fortè dicat aliquis, quod semper interest alimentarij non fuisse præstita alimenta, ei poterit respōderi, quod hoc interesse tamquam consistens in facto est proban-

dum, aliâs eius dicto non creditur, nec præsumitur quod fame laborauerit, & ideo ferè semper mora purgari poterit. Et est hoc notandum, quia infinitas ego vidi donationes factas sub eo modo præstando alimenta, sed tunc non esset agendum de purgatione moræ, quando esset apposita præstationi dies certa, & eorum alimentorum quan-
5 titas foret taxata, tunc enim dies interpellat † pro homine, *l. magnam*, C. *de contrahen. & committ. stipul.* & impedit moræ purgationem, *Doctores in d.l. insulam, & d.l. cum se, alias autem* aliud esset, sicuti etiam alia probanda forent, quando alimenta nõ essent promissa, sed donans vellet reuocare donata ob ingratitudinem sub prætextu, quod alimenta præstita non fuerint, de quo dixi loquendo de obligatione donatarij erga donantem.

SVMMARIVM.

1 *Filius non tenetur pro debito patris.*
2 *Actio non datur contra tertium non obligatum.*
3 *Actio personalis non competit contra tertium possessorem, etiamsi contracta sit obligatio contemplatione rei.*
4 *Mutuans ad emendum rem, habet solùm personalem actionem, & non præfertur alij habenti hypothecam.*
5 *Filius tenetur soluere debitum patris contractum pro alimentis totius familiæ.*
6 *Vxor tenetur pro debito mariti contracto causa alimentorum familiæ.*
7 *Mutuans in refectionem rei, non habet hypothecam, nisi expressè dicatur.*
8 *Mutuans in refectionem rei tenetur probare, quod pecunia fuerit consumta in eum vsum.*
9 *Confessio vnius non nocet tertio.*
10 *Pater qui mutuam pecuniam accepit tempore caristiæ, præsumitur illam erogasse in alimenta familiæ.*
11 *Scholaris, qui in studio accepit mutuo pecuniam, præsumitur illam impendisse vtiliter in necessitatibus suis.*

PRIVILEGIVM XLVIII.

1 FIlius non tenetur soluere † debitum contractum à patre, *vt l.1. & toto tit. C. ne fil. pro pat.* & est regulare, quod nemo tenetur pro facto alterius. *l. nõ debet alteri. ff. de reg. iur.* & in contra-
2 ctibus attenditur contrahentis persona, † non tertij, *l. eum qui. C. de actio. & oblig. l. cogi. §. vnde quaritur, ff ad Trebel. l. fin. C. de hær. actio. l. cum fundo, vbi Bal. ff. de seruit. rustic. præd. l. 1. C. de cond. indeb.* & procedit etiam si personalis actio contracta sit habito re-
3 spectu ad rem † quæ transierit in tertium aliquẽ, *l. quædam, §. nihil interest, vbi Iaſ. colum. 2. ff. de eden. l. cum hæreditas ex causa, & l. si hæres institutus, §. fin. ff. ad Trebel. l. fin. §. 1. ff. de contrah. empt. & plures citat Tiraq. de retract. consang. §. 8. Iaſ. glos. 5. num. 7.* Et videmus quod mutuans ad emendum rem aliquam, habet solùm actionem personalem, non tamen præfer-
4 tur † alij habenti hypothecam *glos. in l. quod qui ff. de priuileg. credit. Bar. in l. interdum, ff. qui pot. in pign. hab. & est communis opinio, vt inquit Salic. in authen. quo iure, quæst. 2. C. qui pot. in pign. habe.* Tamen fauore alimentorum, si quis mutuauit patrifamiliâs frumẽtum, vel pecuniam, quibus familiam suam inopia laborantem subleuauit, isq; non sit soluen-
5 do, filij, qui ex ea pecunia aliti fuere † tenentur soluere, *arg. l. planè si filium, §. 1. ff. de leg. 1. l. 2. ver. æquissimum. ff. ad leg. Rhod. de iac. & l. si me, & Titium. ff si cer. pet. & per hoc ita voluit Bar. in l. his solis, in fi. ff. de cond. indeb.* vbi id deducit ex dictis glos. ibi. & licet dicat cogitandum, non tamen minus videtur approbare. Eandem tenet sententiam Angel. ibi Rom. *in sing. 213. vbi inquit esse notabile, & singulare dictum, Cæpol. caut. 342.* vbi subdit notandum, quia sæpe euenire potest de facto, & monet, quod mutuum fiat expressè in causam alendi filios, vt res sit magis clara, *Iaſ. in d. l. his solis, vbi addit text. quem dicit singularem in l. ei qui, in fi. C. quod cum eo*, vbi actio de in rem verso locum habet in quocunque contrahente etiam, cum negociorum gestore, & datur contra dominum in cuius vtilitatem est versum, *idem Iaſ. in l. cum seruum, num. 1. ff. si. cer. pet.* vbi ait permitti in subsidium, quod possit agi contra eum, qui habuit commodum rei. Hanc etian. doctrinam inquit singularem Cremen. *in sing. 37. Ioan. Lup. in rep. rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 66. num. 6.* vbi infert ad alia ex lege regni, & nouissimè Cordub. *in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, numer. 83. & seq. ff. de lib. agnoscen. vbi addit Purpur. & Zaſ.* & post longam disceptationem dicit veriorem, & receptiorem. Et procedit hæc decisio non solùm in filio,
6 sed etiam in vxore, † quæ tenetur in subsidium, vbi maritus non est soluendo, *ita Ioan. de Plat. in l. vxorem, in fi. C. de decurion. lib. 10. sequitur Ioan. Lup. in loco præcitato*, & sanè in vxore non est diuersa ratio, quæ in filiis. Imo eadem per omnia. Contrarium tamen in filio, & vxore, probauit Dec. *in d. l. si eum seruum, ff. si cer. pet. vbi sequuntur Moder. Galli additio. quorum fundamentis respondet multis Cordub. d. §. si quis ex his.* Sed sanè prima opinio durior erit, si intelligamus patrem fuisse soluendo tempore, quo alimenta præstitit, sed lapsum inde fuisse facultatibus, quia tunc filij non dicerentur facti locupletiores, ex quo cessante etiam mutuo pater aluisset, & alere nihilominus fuisset coactus, imo nullum omnino commodum dicerentur habuisse ex eo mutuo; secus tamen quando vsque eo tempore pater fuisset inops. *In quibus terminis multi loquuntur.* Addo etiam cautelam Cæpol. quam sequitur Lup. quod scilicet in instrumento ponatur expressè mutuum fieri in exemptionem frumenti ad sustentationem familiæ non multum releuare, quia eum solùm operatur effectum expressio illa, quod mutuans in refectionem, vel sustentationem, quod posterior creditor præfertur priori in re, *l. interdum, vbi Bar. & alij, ff. qui potio. in pigno. habean.* sed hic non agitur de rein cuius refectionem, vel sustentationem factum fuit mutuum, imo qui mutuat ad rem emendam, vel refi-
7 ciendam, non acquiri † hypothecam, sed solam personalem nisi expressè dicatur, *glos. in l. quod qui, ff. de priuileg. credit. Bar. d. l. interdum, Bald. in l. quamuis*

ex ea

ex ea, C. de pignor. Neguſ. de pignor. in 2. membr. 5. parte, num. 3. & 4. vbi allegat gloſ. Bar. & Salic. in d. l. interdum.

Præterea non ſufficit dicere, quod mutuat in talem cauſam, ſed neceſſe † eſt probare, *vt inquit Neguſ. loco prædicto, num. 18. ver. ſecundo reſtringitur*, vbi inquit, quod pecunia debet eſſe verè in eũ vſum expenſa, & ratio eſt, quia confeſſio vnius non nocet † tertio, *l. Seia, in princip. ff. ad Velleian. l. duob. §. 1. vbi Laſ. ff. de iureiur. Afflict. in deciſ. 245. num. 11. alios citatos in conſ. 82. numer. 22.* & quando aliquid eſt cauſa producendæ actionis contra tertium, illud eſt plenè probãdum, nec ſtatur confeſſioni aliorum. Imo eſt regulare, quod probare quilibet tenetur id, quod eſt ſuæ intentionis fundamentum, *l. ei qui dicit, ff. de probatio.* ideo autem conueniri poſſunt filij pro debito patris, quia contractum in eorum commodum, vel ſui cauſa, ergo id eſt probandum, ſi tamen conſtaret eo tempore adfuiſſe cariſtiam, tunc præſumitur patrem illam pecuniam expendiſſe in alimenta † familiæ, *ita dicit Socin. in conſ. 16. num. 10. volum. 3.* vbi ait, ſi tempore cariſtiæ pater accipit pecuniam mutuo, præſumitur, quod illam erogauerit pro alimentis familiæ, *ſequitur Crau. in conſ. 91. num. 5.* Mouetur ex multis, ſed præcipuè ex eo quod inquit Bartol. *in l. fin. ff. ad Macedon.* vbi inquit, quod ſcholaris in ſtudio accipiens † mutuã pecuniam, præſumitur illãm expẽdiſſe vtiliter in neceſſitates ſcholaſticas. Et ideo pater tenetur, & Crau. loco prædicto confirmat id multis ſimilibus. Videtur tamen mihi alia eſſe conſideranda, vt ſit locus deciſioni Soc. non autem eam eſſe intelligendam ita ſimpliciter, & abſolutè. Quid enim ſi habuiſſet fructus in domo, & fuiſſet alioquin diues? quid idem ſi eodem fermè tempore exoluiſſet alienum æs, vel emiſſet prædia, vel alias expenſas? Certè ſunt ſimul conſideranda, aliàs facilis erit in errorem lapſus. Vide autem circa hoc, quæ dixi ſupra in priuilegio, quod dos poteſt vxori reſtitui conſtante matrimonio, vt alat ſe, & ſuos, non enim omnia ſunt repetenda.

SVMMARIVM.

1 *Vxor habet mariti bona pro alimentis obligata.*
2 *Acceſſorium ſequi debet naturam principalis.*
3 *Fructus dotis petuntur actione de dote, ſicut ipſa dos.*
4 *Fructus dicuntur pars fundi.*
5 *Fundus inæſtimatus, quando datur in dotem dicitur pro alimentis vxoris.*
6 *Domini duo eſſe poſſunt eiusdem rei eodem tempore in caſu dotis.*
7 *Res mea non poteſt mihi ſeruire.*
8 *Vxor non eſt domina dotis, niſi in ſpe durante matrimonio, ex vero ſoluto efficitur vere domina.*
9 *Marito bona ſunt obligata pro alimentis, quando promittit dotem reſtituere cum omnibus damnis ſub obligatione bonorum.*
10 *Stipulatio reſtituendæ dotis, an includat reſtitutionem, quæ fit propter inopiam mariti.*
11 *Promiſſio reſtituendi dotem in omnem caſum, &c. an includat caſum matrimonij non ſequuti.*
12 *Hypotheca naſcitur tempore euenientis conditionis, quando eſt poteſtatiua.*
13 *Hypotheca pro tutela oritur tempore, quo tutor incepit male adminiſtrare, vel tempore finitæ tutelæ.*
14 *Actio dotis oritur ſolum matrimonio ſoluto ſecundum communem.*
15 *Actio dotis retrotrahitur ad tempus promiſſionis.*
16 *Hypotheca pro alimentis vxoris oritur à die inuenientis conditionis.*
17 *Obligationes perſonales, quib. tutor tenetur. duæ ſunt, & duplici tempore oriuntur.*
18 *Hypotheca in bonis patris, qui adminiſtrauit bona filij, oritur à die incoatæ adminiſtrationis, vel malæ geſtionis.*

PRIVILEGIVM XLIX.

OBligatio bonorum eſt quid facti & præſumitur, ſed fauore alimentorum tacitè inducitur, ideo vxor ſicuti habet mariti bona obligata pro dotibus, *l. vnica, §. & vt plenius, C. de rei*
1 *vxor actio.* ita † & pro alimentis Specul. *in tit. de donat. inter vir. & vxor. §. formatis, ver. ſed nunquid bona, num. 15* quia vxor ali debet iuxta dotis quantitatem, & ſuam conditionem, *l. ſi cum dotem, §. ſi conſtante. ff. ſolut. matr.* & alimenta ſunt onera facultatum. *l. ſi pendentes. ff. de vſufructu*, & fuit originalis opinio *Iac. de Aret. quem refert, & ſequitur Bar. in l. ſi cũ dotem, §. ſin autem in ſæuiſſimo, num. 7. ff. ſolut. matrimonio.* Nam alimenta debentur ex dote ſicuti vſuræ debentur ex pecunia, & ſicuti res obligatæ pro dote remanent etiam obligatę pro vſuris, *l. Lucius, ff. qui potior. in pigno. habe.* ita bona mariti obligata pro dote remanent etiam obligata pro alimentis. Et ita reſidet Bar. licet referat alios tenere contrarium, idem tenet Caſtren. *ibi Bal. in d. l. vnica, §. & vt plenius, in principio*, vbi dicit, hoc procedere in alimentis, & in fructibus dotis. Et dicit Caſtren. loco prędicto ſe in facto obtinuiſſe per tres ſententias conformes. Hoc etiam placuit ibi Alexand. *num. 11. Præpoſ. in c. 1. de donat. inter vir. & vxo. Ang. Aret. in §. fuerat, nu. 11. Inſtit. de actio. Vitalin. in tracta. clauſul. ver. an alimentis poſſit renunciari, colum. 3. & 4. vbi tamen latè refert contrariam ſententiam, Campeg. in tracta. de dot. par. ſecunda, quæſt. 63. vbi poſt recitatam contradicentium opinionem ſubdit hanc eſſe in puncto iuris veriorem, & reſpondet ad partis contrariæ fundamentum, Neguſan. de pigno. in quarto membr. 2. par. num. 74. & ſequen. vbi late diſputat, & numer. 55. dicit magis communem, Bero. in conſ. 52. num. 13. vol. 2.* vbi dicit non modo procedere hoc in bonis mariti, ſed etiam ſoceri, *Afflict. in dec. 10. num. 3. Rebuff. in conſtit. regias, tomo 1. tit. de ſenten. prouiſio. art. 3. gloſ. 1. nu. 18. vbi allegat Feder. Sen. & Guid. Papæ, ſed Senen. hoc non dicit, ſed tractat ſolùm, an pendente accuſatione adulterij vxor alenda ſit, Natta in conſ. 547. num. 12. Plot. in conſ. 130. num. 86. in 1. vol. conſiliorum crimin. Zilet.* hanc quoque ſententiam probauit *Ripa, in l. priuilegia, num. 12. in fi. ff. de priuileg. cred. & defendit Cordub. in l. ſi quis à liberu, §. ſi quis ex his, numero 38. & ſequen. ff. de lib. agnoſcen. vel alend.* Et ante hos *Bald. in conſilio 268. numero tertio, volum. 5.* qui eo vtitur argumento, quod pro reſtitutione dotis competit hypothecaria, at verbum re-

ſtitutionis plenum habet ſignificatum, *l. videamus, §. in Fauiana, ff. de vſur.* ergo hypothecaria competit quoque pro alimentis. Hoc tamen argumentum fallax eſt, quia concludit ſolùm pro his caſibus, quibus dos repeti poteſt, at alimenta debentur etiam his caſibus quibus dotis repetitio non datur, quæ ratio militat etiam contra ſupra citatos omnes Doctores, qui dicunt bona eſſe obligata pro alimentis, qui ſint dotis acceſſoria, & quia obligatio inducta pro ſorte cenſetur etiam inducta pro vſuris, ſed hoc eſt verum in caſibus, quibus ſors debetur, quia tunc reddi debet cum vſuris, & eodem modo reſtituenda erit dos cum alimentis pro tempore, quo differtur actualis ſolutio, ſed per eam rationem non infertur, quod agi poſſit hypothecaria ad alimenta iis caſibus, quibus non poteſt agi ad dotem, nam ſi alimenta
2 ſunt dotis acceſſoria, ſequi debent † principalis naturam; *c. acceſſorium, de reg. iu. in 6. l. cum principalis, vbi Dec. & alij. ff. de reg. iur.* & quãdo actio non competit pro principali non datur etiam pro ipſo acceſſorio, quia vno ceſſante alterum quoque ceſſat, *vt in dictis iuribus*, propterea quando dotis reſtitutio non debetur, eo caſu non videtur, quod peti poſſint alimenta. Item non videtur, quod alimenta poſſint peti de per ſe, niſi etiam petantur dotes, quia acceſſorium non poteſt eſſe ſine principali, iuribus prædictis. Addo, quod alimenta non benè dicuntur acceſſoria dotis: Nam etſi maritus dote recepta teneatur alere vxorem, tamen tenetur etiam alere, quando duxit indotatã, & quando dedit dilationem ad ſoluendum dotem, *vt dixi in ſuo loco*, & debentur propter dotem ex quo fructus dotis ſeruire debent oneribus matrimonij ſupportandis. Et ideo Suzar. & Ioan. Raph. de Parma, quos citat Bar. *in dicto §. ſin autem in ſauiſſimo*, dicunt bona mariti non eſſe obligata pro alimentis vxoris. Et in eandem ſententiam tamquam ab eo vltimo loco relatam inclinare videtur Bar. *in tracta. de aliment. circa finem, & apertius in l. Lucius, in fin. ff. de aliment. & cibar. lega.* vbi mouetur, quia licèt certi ſint caſus, quibus à lege inducitur hypotheca, hic tamen non reperitur inter illos, & reſpondet illum text. procedere, quando alimenta præſtanda ſunt ex certo fundo deſignato, ſed vir non habet aliqua bona ad id deſignata, cum eo tranſit quoque Abb. *in conſilio 43. circa finem, ver. ad vltimum, an bona mariti, volumine 2.* vbi ait, quod bona non obligantur tacitè, niſi in caſibus expreſſis, at in hoc caſu nullo iure cauetur, ergo non eſt de nouo inducendum. Et ſubdit hanc partem ſibi magis placere, præcipuè, vbi agitur de alimentis præſtandis ſoluto matrimonio. Idem tenet Roman. *in conſ. 454. numer. 28. ver. quoad vltimam*, vbi dicit communem eſſe concluſionem, quoniam nullo iure cauetur, *Imo. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſoluto matrimonio, & ante eos Ioan. Andr. ad Specul. in d. §. formatis*, & pro hac parte conſuluit Franc. de Alberg. *quem refert, & ſequitur Bald. Nouel. in tracta. dot. par. 6. in 6. ſpecia. colum. 3. vbi tamen aliter diſtinguit, Vital. in tracta. clauſ. in ver. an renunciari poſſit alimentis, colum. 4. ver. item, an vxor, Alciat. in conſil. 140. num. 3.* Et in prædictis locis reſpondent *ad l. Lucius*, quod ibi hypotheca fuit etiam pro vſuris expreſſa, imo volunt prædicti, quod obligatio bonorum conſtituta pro ſorte non extendatur ad acceſſoria niſi ſit dictum, vt *per Bald. Nouel. loco prædicto, & hanc partem facit Ioan. Gallus quæſt. 122. quem citat Didac. in epitom. de ſponſal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 15. in fin.* vbi dixit, quod vxor pro alimentis, quæ maritus præſtare tenetur non poteſt agere contra emptores bonorum mariti, quod ſecus eſſet ſi bona eſſent obligata, quia realis actio ſequitur rem in quemcunq; tranſeat poſſeſſorem.

Caſtren. tamen *in conſ. 8. quem citat Neguſ. loco prædicto* diſtinguit inter alimenta, quę petuntur conſtante matrimonio, & ea, quæ petuntur iam ſoluto matrimonio, quia primo caſu datur obligatio, ſecundo verò non. Sed ante eum idem voluit Specul. *in d. §. formatis, num. 15.* dicens, quod matrimonio conſtante maritus tenetur alere vxorem ex fructibus dotis, ſoluto verò matrimonio non. Hæc tamen ratio non concludit, quia licet vir teneatur vxorem alere conſtante matrimonio, non tamen infertur ex neceſſitate, quod bona mariti ſint pro eis alimentis obligata: dabitur enim actio perſonalis, vel officium iudicis, ſed non hypotheca. Et prædictam Caſtren. diſtinctionem improbat Alexan. *in d. §. ſin autem in ſauiſſimo, in d. ver. poſtremo*, dicens Bartol. ſententiam indiſtinctè procedere tam ſoluto, quam conſtante matrimonio, & cum eo tranſit Plot. *dicto conſ. 130. num. 86. vbi citat in eandem ſententiam Socin. Iaſ. & Bertachin.* Et confunditur ratione meo iudicio euidenti: ſi enim ideo bona mariti ſunt obligata pro vxoris alimentis, quia ſint dotis acceſſoria, vtique durabit ea obligatio eatenus, quatenus dotes debent reſtitui, ne acceſſorium à principali ſuo differat, ſed obligatio reſtituendi dotes durat poſt ſolutum matrimonium, ergo durabit quoque obligatio reſpectu alimẽtorum. Et non obſtat, quod poſt ſolutum matrimonium alimenta non debeantur ab hæredibus viri, *vt inquit Specul.* quia ſat eſt, quod pro eis bona ſint illis caſibus obligata quibus debentur ſoluto matrimonio, quos ſupra ſuo loco annotauimus, poſito igitur quod bona ſint pro alimentis obligata, fatendum erit durare illam obligationem omnibus illis caſibus, quibus alimenta debentur etiam ſoluto matrimonio.

Hæc ſententia ſine dubio procedit in fructibus dotis, quia illi petuntur actione de dote ſicut
3 ipſa† dos *l. ſi marito, §. fi. ff. ſoluto matrimon.* & fructus dotis conuertuntur aliquando in dotem. *l. ſi ante nuptias. §. fin. ff. ſoluto matrimonio*, tacita ergo hypotheca, quia datur actioni de dote, *vt in §. fuerat. Inſtit. de actio. & l. vnica. §. & vt plenius, C. de rei vxo. actio.* dabitur pro alimentis ſicuti pro ipſa dote. *ita concludit Vital. in d. ver. an renunciari poſſit iuri alimentorum, col. 5. in fi. ver. tamen dico quod fructib. & ante eum hoc voluit Bald. in d. §. & vt plenius, in prin.* quia dos eſt quid vniuerſale, *l. quod dicitur, ff. de impen. in reb. dot. fact.* ideo acceſſiones omnes includũtur, propterea; hypotheca actioni accõmodata extẽditur ad

acceſ-

acceſſiones. Addi poteſt, quod fructus dicuntur
4 pars † fundi, & ſequuntur fundi determinationẽ, *l. Iulianus. §. ſi fructib. ff. de actio. emp. l. ſi. §. & vt fructus. ff. de his, quæ in fraud. cred. Rom. in conſ. 10. Aret. in conſ. 160. cum multis apud Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl. 7. num. 41. & ſeq. vbi latè agit.* Verum eſt, quod in præſenti quæſtione tractant Doctores de fructibus non ſolùm pendentibus, ſed etiam ſeparatis, qui dici non poſſunt fundi pars.

Et pro prima parte ante Bal. dicit Bar. *in d. l. Lucius, in fi. ff. de alim. & cibar. lega.* quod vbi fundus inæſtimatus datur in dotem, ille dicitur obligatus
5 † pro alimentis, quia datur pro ſuſtentandis oneribus matrimonij. Et ſequitur ſimpliciter Abb. *in conſ. 43. in fin. volum. 2. Bald. Nouel. in d. priuileg. 7. colum. 3.* vbi dicit, quod hoc caſu petuntur alimenta tamquam fructus dotis, qui non pertinent ad virum, quando ipſe non ſuſtinet onera matrimonij. Hanc tamen diſtinctionem reprobat Neguſ. *d. 4. mem. 2. par. num. 53.* quia in iudicio dotis, quod eſt vniuerſale, omnes acceſſiones tam naturales, quam ciuiles veniunt iure actionis, & inter fructus naturales, & alias acceſſiones non poteſt conſtitui differentia. Mihi quoque non placet ea diſtinctio, quia ſi bona ſtabilia dantur in dotem inæſtimata, vxor dicitur habere illorum dominium penes ſe, & licet maritus dicatur dominus dotis, tamen etiam vxor remanet domina, *l. in rebus. C. de iure dot.* ibi eadem res ab initio vxoris fuerunt, & naturaliter in eius permanſerunt dominio. Et hoc eſt priuilegium, ſeu ſpeciale in dote, vt eo-
6 dem † tempore duo ſint eiusdem rei inſolidum domini, *ſecundum Baptiſt. de S. Blaſio in tracta. de priuileg. do. in 2. centur. num. 16. ſiue in priuileg. 117.* Sed ſi eſt domina fundi inæſtimati, non poteſt habere ſu-
7 per eo hypothecam, quia res † mea nõ poteſt mihi ſeruire. *l. ſi rem alienam. la ſeconda, ff. de pignor. actiõ. l. in re communi. ff. de ſeruit. vrb. prad. l. cum in fundum, in princip. ff. de iur. dot. l. ſi qui ædes, ff. de ſeruit. vrb. prad. l. quidquid. ff. commun. prad. l. neque pignus, vbi Doctores, ff. reg. iur.* Eſt verum, quod hoc argumentum patitur contradictionem, quia multi tenent vxorem
8 eſſe ſolùm dominam in ſpe † durante matrimonio, & effici verè dominam matrimonio ſoluto. *gloſ. in l. quamuis. ff. de iur. dot. in l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ff. ſoluto matrimon. l. in ſuis, in ver. quomodo. ff. de lib. & poſthum. Odofred. & Alber. in d. l. in rebus, Caſtren. d. l. doce ancillam. C. de rei vendic. numero ſecundo, Alexand. in d. §. ſi maritus, numero tertio, & hanc dicit communem Salicen. in d. l. in rebus, numer. 5. Bald. Nouel. in tracta. de dot. par. 8. priuileg. 8. numer. 1. Ang. & alij, Inſtitut. quibus alien. licet, in princip. Iaſ. in §. fuerat, num. 4. Inſtitut. de actio. Lup. in repet. cap. per veſtras, §. 49. num. 2. de donat. inter vir. & vxor.*

Propterea ego aliter dico, quod ea diſtinctio non ſuſtinetur, quia ſecundum illam non omnia mariti bona eſſent obligata, ſed ſolus dotalis fundus inæſtimatus, cuius tamen contrarium tenẽt. ſupra relati Doctores, qui indiſtinctè loquuntur de omnium bonorum obligatione, & ea obligatio ſeruiret vxori de vento, ſi ſuper eo fundo deberet alimenta ſibi debita conſequi, nam breui fundus eſſet conſumptus, & vxor remaneret indotata, & per eam diſtinctionem deſtrueretur ratio, qua Doctores mouentur, quod ſcilicet ideo bona ſint obligata pro alimentis, quia ſunt obligata pro dote, quæ eſt principale, & ſortem efficit nam pro dote obligata ſunt omnia mariti bona, pro alimentis autem ea diſtinctione attenta eſſent obligati ſoli fundi dotales inæſtimati, ex quibus præſtanda ſunt alimenta, ſequeretur etiam quod ſi ex fundis nulli omnino fructus perciperentur, maritus non teneretur alere vxorem, vti dicimus, quando alimẽta ſunt præſtanda ex fructibus certi fundi. Quod tamen eſt falſum, & non ſunt ſimiles caſus, quod alimenta debeantur ex certo fundo, vel quod debeantur ob fructus dotis, vt in ꝓpoſito declarat Cordub. *in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, num. 43. ff. de lib. agnoſc. vel alen.*

Melius ergo eſſet dicere, quod pro alimentis nunquam mariti bona ſint obligata, quæ opinio ſi rationibus certandum eſſet, & integrum foret ſuper ea ſententia deliberare, mihi magis placeret, ſed quia contraria eſt communis, vanum eſſet in iudicio ſuper ea diſceptare.

Porrò ceſſat hodie omnis amaritudo, ſtante notariorum conſuetudine, qui in dotalibus inſtrumentis ponunt promiſſionem viri ſub obli-
9 gatione omnium † bonorum, de reſtituendo dotem cum omnibus damnis, & intereſſe. Et hanc dicit bonam cautelam, Bald. Nouel. *in dicta parte ſexta, priuileg. ſeptimo, in fi. quem ſequitur Alciat. in conſilio centeſimo quadrageſimo, numero tertio, & in conſilio trecenteſimo trigeſimo ſecundo, numero ſecundo.* Sed & vana mihi videtur eiusmodi cautela, quia obligatio pro reſtitutione dotis cum omnibus damnis, & intereſſe non includit alimenta, ſed ea damna, quæ mulier patitur ob retardatam dotis reſtitutionem, & ſi venirent alimenta ea, ſolummodò includerentur, quæ debentur in caſu reſtituendæ dotis, non alia, quia tota vis illius promiſſionis reſtringitur ad dotis reſtitutionem, imo altercãtur Doctores, ſi ea ſtipulatio caſum includat, quã-
10 do dos venit reſtituenda propter † mariti inopiam, & ſi promiſſio ſit generaliter facta pro omni caſu, & euentu reſtituendæ dotis, *Bar. in l. ſi quis ſtipuletur, ff. ſolut. matrimon. Bald. in l. vbi adhuc, colum. 5. ver. iuxta hoc ſequitur, & eſt magis communis ſecundum Ripam, qui tamen tenet contrarium in l. ſi conſtante, numero 95. ff. ſoluto matrimonio, Nattam in conſ. 81. in fi. Marin. Frec. de ſubfeud. in titu. de author. Baron. erga ſubfeud, quæſtio. 2. per totam, folio mihi 161.* ſicut et-
11 iam ea promiſſio non includit † caſum non ſequuti matrimonij *ſecundum gloſ. communiter approbatam, in l. ſi extraneus. ff. de cond. cau. da. vbi eam ſequuntur Bar. Bal. Caſtren. Rom. Aret. Alex. & Iaſ. & multi alij, quos citaui in conſ. 131. num. 20.* Meo ergo iudicio ea ſtipulatio de reddendo dotem cum omnibus damnis, & intereſſe non includit ea alimenta, quæ petuntur ab vxore ante dotis reſtitutionem, quia non dicuntur intereſſe dotis, nec veniunt tamquam intereſſe.

Poſito tamen, quod bona mariti ſint obligata pro alimentis, quæri poſſet, à quo tempore incipiat

cipiat ea obligatio, an scilicet à tempore dotis datę, an verò cum maritus moram fecit in præstandis alimentis. Et sanè cum alimentorum præstatio pendeat à mera potestate mariti, qui soluendo in tempore, & effugendo moram facere potest, ne obligatio nascatur, videtur eam non nasci, nisi tẽpore existentis conditionis, *id est*, quando alimenta sunt præstanda *secundum text. in l. 1. ff. qui potio. in pigno. habe. vbi glos. Bar. Angel. Salic.* & alij
12 constituunt, quod in debito contracto sub conditione potestatiua, † attenditur tempus euenientis conditionis, licet secus sit in stipulatione facta sub conditione casuali, vel mixta, *Ang. Alexan. & Ias. in l. si filius, in princip. ff. de verb. oblig. Bar. in l. si us, qui pro emptore, in 5. principali quæstio. ff. de vsucap. vbi latè Ias.* Et ideo in actione tutelæ, licet detur hypotheca tacita, tamen ea non oritur nisi finita
13 tutela, vel eo tempore † quo tutor incipit malè administrare, *l. 1. & toto titulo, ff. de tutel. & ratio. distrah. gl. & Bar. in l. si rem. §. omnis. ff. de pignor. actio.* Et licet actio de dote nascatur solùm matrimonio
14 soluto, *secundum magis † communem opinionem, de qua per Bar. & alios in l. si constante. §. 1. vbi Alexan. num. 4. ff. soluto matrim.* sed retrahatur ad tempus promis-
15 sionis, † *vt per Alexan. loco prædicto, & per Bald. Nouel. in tracta. dot. par. 10. in limit. 16. Neguſ. in tracta. pignor. in 2. mem. 5. par. num. 10. in ver. sexto decimo ampliat.* tamen in casu nostro respectu alimentorum cessat ratio, quæ militat in dote, nam conditio dissoluẽdi matrimonij, atq; ita restituendæ dotis dependet à casu, conditio verò soluendi alimenta pendet à facultate, & voluntate mariti. Id quod etiam Socin. *in cons. 41. per totum, volumine 4. & cum hac o-*
16 *pinione † videtur transire Neguſ. in quarto memb. 2. par. numero 51. ver. à quo autem tempore.* Bald. tamen de quo Neguſ. non meminit *in cons. 268. in fi. volum. 5.* dicit, quod non inspicimus tempus præstandorum alimentorum, sed dotis datę, quia ab eo tempore incipit debitum alimentorum, *l. cum oportet. §. sed cum tacitas. C. de bo. quæ liber.* Et hæc est verior opinio, quia & si in conditione potestatiua non oriatur actio, nisi de tempore euenientis conditionis. tamen considerandum est, quod duæ sunt obligationes personales: vna, quæ oritur à principio tempore datæ dotis, & ea producit statim hypothecam: altera oritur cum incipit denegare alimenta, & tunc iam est nata hypothecaria, vt
17 in tutoris † obligatione distinguunt *glos. Pet. Cyn. & Salic. in l. pro officio, C. de admin. tuto. vbi hoc modo intelligunt text. in d. §. sed cum tacitas, sequitur Socin. d. consilio quadragesimo primo, numero 18. volum. 4. vbi dicit esse de mente Bald. in d. §. sed cum tacitas, & hanc dicit communem, & tenendam esse Neguſ. de pigno. in 4. memb. 2. par. numero 12.* Idem esse in obligatione patris legitimi administratoris bonorum filij, qui tacita hypotheca inducta à lege in eius bonis non inci-
18 pit à die malæ gestionis, sed à die inchoatæ † administrationis *secundum gl. fi. Pet. Cyn. Bar. Bald. Salic. & alios in l. cum oportet. §. fi. C. de bon. quæ libe. Salic. in d. l. pro officio, Neguſ. d. 4. memb. num. 17. & in 1. memb. 3. par. princip. nu. 9. & seq.* Ita ergo in proposito à principio tempore datæ dotis, sicuti oritur personalis obligatio, qua vir tenetur alere vxorem, ita oritur hypothecaria, quę tamen non habet effectum nisi demum eueniente tempore, & necessitate alendi. Et per hæc tolluntur, quæ supra in oppositum fuerũt adducta, in prædictis tamen est, quod aduertatur, quia hoc dictum nihil habet speciale fauore alimentorum, fundatur enim super hypotheca, quæ tacitè inducitur à lege fauore dotis, ita vt possit etiam alimentis tamquam sint dotis accessoria, quidquid tamen sit non erat omittendum, & in praxi est maximè cognitione dignum, quia sępe ad euitandos circuitus agitur directè ad bona obligata.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca competit pro alimentis in bonis vxoris, vel alterius, qui dotem promisit, & ibi de veritate.*
2 *Fideiussor obligatus pro principali, tenetur etiam pro vsuris, nisi limitatè promiserit.*
3 *Hypotheca tacita datur nõ solùm vxori pro dote restituenda, sed etiam marito pro ea consequenda.*

PRIVILEGIVM L.

PER easdem fermè rationes videntur bona vxoris, vel alterius, qui dotem promisit esse obligata marito
1 pro alimentis sibi † debitis ob retardatam dotis solutionem. Dixi enim supra, quod si promittens dotem non soluit in tempore cõuento maritus, qui sustinet matrimonij onera potest consequi vsuras dotales, id est alimenta, & pro eis bona vxoris, vel alterius promissoris sunt obligata. Vir enim & vxor sunt correlatiua, & dispositum in vno correlatiuorum locum habet etiam in altero, *l. si. C. de indic. viduit. tollen.* sed vxor habet viri bona obligata pro alimentis, ergo pari modo maritus habebit obligata bona vxoris. Præterea in marito militat eadem ratio, quæ in vxore, ergo idem ius esse debet, *l. à Titio, ff. de fur. l. illud, ff. ad leg. Aquil.* & licet alimẽta petantur mercenario iudicis officio, tamen nõ cessat hypotheca. Et per has rationes ita latè cõprobando tenet Neguſ. *in tract. pigno. in 4. memb. 2. par. princip. num. 54.* vbi per multa reprobat Bald. Nouel. qui contrarium tenuit *in tracta. de dote, in 6. par. in priuileg. 7.* & ibi Neguſ. dicit, quod fideiussor obligatus pro sorte simpliciter, & indefinitè, tene-
2 tur etiam † pro vsuris, licèt aliud sit, quando intercedit specificè, & limitatè pro certa quantitate. Et hoc modo intelligit *l. fideiussores magistratuũ. §. pro Aurelio. ff. de fideiussor.* Et pro hac parte facit, quia tacita hypotheca, quæ fauore dotis inducitur, non solùm datur vxori pro ea restituenda, sed
3 etiam marito, † pro ea consequenda, *vt probat text. in dicta l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxo. actio. vbi notant omnes, ponit Neguſ. in dicto tracta. in 4. membr. 2. par. nu. 25.* Imo videtur, quod magis procedat hypotheca in marito petente alimenta, quam in vxore, quia marito verè alimenta debentur tamquam interesse non solutæ dotis, & tamquam accessoria dotis promissæ, vel tamquam vsuræ, *vt*

dixi

dixi suo loco: vxori autem debentur etiam in casibus, quibus non competit dotis repetitio, *vt paulò supra declaratum est*, & accessorium, vel non potest per se peti, vel non petitur nisi in casibus, quibus datur actio ad principale.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca competit cuicunq; alimenta debentur, præcipuè filio in bonis patris.*
2 *Actio personalis non transit in singularem successorem, etiamsi contracta sit habito respectu ad rem.*
3 *Hypotheca tunc solùm competit pro alimentis, quando præstanda sunt ex certis corporibus, non aliter, & num. 6.*
4 *Hypotheca competit quando debitum constituitur super tali re: ita enim operatur dictio super.*
5 *Hypotheca non datur, quãdo aliquid debetur ex tali fundo, nisi sit causa alimentorum.*
6 *Bona sunt obligata pro alimentis præstandis ex tali re, & idem est in aliis causis fauorabilibus.*
7 *Hypotheca competit pro pensione ecclesiastica, quia debetur intuitu alimentorum, & idem in censu.*
8 *Hypotheca competit pro pensione perpetuò constituta in contractu.*

PRIVILEGIVM LI.

1 MVlti tenent, fauore alimentorum, omni casu bona pro eis † obligata fore, *ita Castre. in cons. 8. quia per suprascriptum, col. 2. ver. illud autem constat, vol. 1.* vbi dicit, quod onus alendi inhæret bonis, & ideo transit in quemcunque bonorum possessorem, & loquitur in alimentis filio in bonis paternis. Et licet de eo mentionem non faciat, tamẽ Duran. *in tract. de arte testan. tit. 3. de libe. instit. cau. 17. num. 7.* vbi explicitè dicit, quod filiis obligata sunt paterna pro alimentis. Ideo agere possunt ad bona, quia onus illud sequitur quemlibet possessorem. Et ante eum relato Castr. hoc probat Dec. *in cons. 376. num. 3. & seq. num. 3. Lup. in c. per vestras. §. 23. num. 16. & seq. de dona. inter vir. & vxo. & seq.* D. Becius *in cons. 8. num. 7. 11. & seq.* Et prædicti omnes id tenent sine hæsitatione aliqua, & dum dicunt, quod onus hoc transit in possessorẽ bonorum, iam admittunt esse reale iniunctum bonis, & consequenter bona obligata esse, nam realis actio illa est, quę rem sequitur, *vt Insti. de actio.*
2 *§. namque agit, quis.* actio verò personalis † non trãsit in singularem successorem, nec rem sequitur, *l. eum cui. C. de actio, & obli. l. cogi. §. vnde quæritur. ff. ad Trebel. l. fi. C. de hæred. actio.* Id, quod procedit etiam, quando principalis obligatio est contracta habito respectu ad rem. *l. quædam. §. nihil interest, vbi Iaf. ff. de eden. l. si hæres institutus. §. fi. ff. ad Trebel. multos citat Tiraquel. de retr. consang. §. 8. glos. 3. num. 6. & seq.* Verum ex his, quæ supra diximus in priuilegio ab hinc secundo, patet erroneam esse hanc opinionem, siue teneamus bona mariti esse vxori obligata pro alimentis siue non, quia tenentes primam partem mouentur non ex aliqua obligatione principaliter inducta fauore alimentorum, sed ex ea, quæ conceditur doti, si verò secundam amplectimur, tunc sic licet arguere: si vxor non habet hypothecam in bonis viri, cui dotes tradidit, pro quibus bona sunt obligata, & quorum contemplatione alimenta sunt præstanda, quando minus erunt obligata in aliis casibus minus fauorabilibus, & in quibus non tanta ratio versatur. Et contrarium expressè tenet Didac. *in epitom. de sponsalib. par. 2. cap. 8. §. 6. nu. 14.* vbi inquit, nullum omnino ius hypothecæ competere filio in bonis patris. Id, quod dicit etiam Cordub. *in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit. num. 81. ff. de lib. agnoscen. vel alen.* vbi inquit, in emptorem bonorum minimè descendere obligationem, qua pater obstringitur erga filium naturalem, licet descẽdat in heredem, & tunc solùm videntur obligata pro alimentis,
3 quando certa corpora designantur, ex † quibus præstentur, *vt est text. in l. Lucius, vbi Bar. not. ff. de aliment. & cibar. lega. Bar. in l. fundus. ff. de annu. lega. Rom. in cons. 388. & ante eos Azo. in sum. ff. de alimen. & cibar. lega. nu. 5.* vbi inquit, hoc casu quemlibet fundi possessorem posse conueniri ad illorum præstationem *Bar. in cons. 211. quidam sibi filios, numer. 4. vol. 11. Corne. in cons. 296. vol. 1. Ioan. Fab. in §. item Seruiana, col. fi. Instit. de actio. Vital. in tracta. clausul. tit. an possit renunc. aliment. col. 4. circa fi. Natta in cons. 21. numer. 18. Euerar. loco 24. col. 4. ver. item non, vbi infert idẽ esse in pia causa, Didac. d. num. 14. vbi ita intelligit text. in l. Lucius. ff. de alimen. & cibar. lega. Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. vtrum, num. 33.* In quo est aduertendum, quod etsi Euerar. loco prædicto innuat hoc esse speciale in gratiam alimentorum, & ideo extendi ad causam piam, tamen hoc est regulare, quia vbi aliquid debetur, vel relinquitur super certis
4 bonis, ea bona videntur obligata † pro tali relicto, vel debito, *Alexand. in cons. 156. num. 3. vol. 6. Afflict. in dec. 172. num. 2. Crau. in cons. 20. num. 10. Natta in cons. 141. num. 6.* Verius tamen est id esse singulare alimentorum fauore: nam si aliud quid relinquatur præstandum ex tali fundo, dabitur sola
5 † personalis, non realis actio. *l. fin. in fi. ff. de contrahen. empt. l. liberto, iuncta glos. ibi. ff. de annu. lega.* Et quod sit speciale in alimentis, ponit Specul. *in tit. de loca. §. nunc aliqua, num. 109. ver. 86.* vbi dicit, quod
6 in relicto alimentorum causa facto ex tali re † remanet illa res affecta. Idem dicit Guid. Papæ, *in quæst. 576. in princip.* vbi inquit, procedere hoc solùm in fauorabilibus relictis, non in aliis. Idem voluit Gigas, *de pensio. in quæst. 51. num. 3.* vbi, quod si in aliam causam relinquuntur redditus certi ex tali fundo, non oritur hypotheca, licet aliud sit in alimentis. Et per hanc rationem, quod de alimentis dicitur, locum habet quoque in ecclesia-
7 sticis pensionibus. † Illæ enim assignantur loco alimentorum, sicut pro alimentis datur hypotheca, ita pro pensione, *Roman. in cons. 338.* vbi latè agit, & tres adducit rationes *sequitur Felin. in cap. ad audientiam, il secondo. numer. 6. de rescript. latè Gigas d. quæst. 51. num. 1. & sequen. Foller. in sua praxi censua. ver. huiusmodi census, numer. 113.* vbi extendit etiam ad constitutionem census, *Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. si quis ex his, num. 41.* Et id locum vendicat in pensione quoq;, quæ sit ex contractu, vel aliter cõsti-

tuta,

8 tutâ, † si tamen sit perpetua, *Specul. in d. ver. nunc aliqua, quæst. 86. num. 159. Guid. Papæ. quæst. 432. vbi allegat Host. & Pet. Iac.* Et idem concludit Guid. *Papa, in d. q. 576.* in pensione relicta pro anniuersariis, vbi dicit vidisse ita iudicari, & rationem esse, quia continent alimenta eorum, quibus relinquũtur eiusmodi legata. Sed verior est ratio, quia causa est pia, quæ æquiparatur alimentis, *sequitur Gigas de pensio. q. 44.* Regulariter igitur bona non sunt pro alimentis obligata, nisi quando alimenta ex certo fundo relinquuntur, vel quando super aliquo fundo constituuntur, quia tunc non denegatur hypotheca, erit tamen hoc speciale alimentorum priuilegio, quod datur hypotheca quãdo relinquuntur ex certo fundo, quod secus est in eo, quod aliam in causam debetur.

SVMMARIVM.

1 *Actio personalis pro alimentis datur contra tertium possessorem bonorum obligatorum, & ibi de veritate,*
2 *Excussionis exceptio competit tertio possessori, quando conuenitur pro præteritis collectis, & ibi de veritate.*
3 *Vasallus cogitur nouum dominum recognoscere, quando facta est mutatio.*
4 *Emphyteuta tenetur nouum dominum recognoscere.*
5 *Emphyteuta nouus, vel emptor tenetur dominum recognoscere, quando res fuit alienata.*

PRIVILEGIVM LII.

DIximus, bona, ex quibus debentur alimenta censeri obligata, & idem esse, quando super certo fundo sunt relicta, quia dictio illa *super* importat obligationem bonorum. Et hoc casu non est dubium, quin tertius possessor possit conueniri, ex quo res iam reali vitio seu onere affecta in eum transiuit, cum suo onere, difficultas tamen est, an talis possessor rei obligatæ possit actione personali conueniri ad præstandum alimenta. Et certè regula est, quod personalis actio transit in successorem singularem, *l. eum cui. C. de actio. & oblig.* etiamsi obligatio contracta sit intuitu rei, *l. quædam. §. nihil interest, vbi Iaf. ff. de eden. cum aliis de quibus supra in proximo priuilegio.* Sed Guid. Papa, *in quæst. 576.* concludit tertium possessorem
1 † rei super qua sunt constituta alimẽta, vel ex qua præstanda sunt conueniri posse actione personali. Et idem dicit in relicto pro anniuersariis, pro decimis, pro oblationibus, & pro tributo Principis. *Ripa, in l. 1. §. si hæres, num. 14. ff. ad Trebellia.* vbi inquit sic tenuisse paucis ante diebus, *Gigas de pensio. quæstio. 44. num. 1. mouetur Guid. Papæ, ex l. Lucius, ff. de aliment. & cibar. lega.* vbi fit mentio de alimentis *in cap. quanto, in fin. de vsur.* vbi tractatur de decimis, *l. Imperatores, ff. de tutel. & ratio distrah.* vbi de tributo. Hæc tamen iura mihi non probant, nam *l. Lucius,* nihil dicit de singulari successore, sed tractat solùm, an alimentorum præstatio minuatur, quando ex fundo ad id obligato minus est perceptum, vel augeatur, quando plus est perceptum, quam sit pro alimentis necessarium. Benè id de successore ponitur *in l. secunda, ff. eodem titulo, vbi glos. allegat dictam l. Lucius,* sed ille text. potest euitari, quia secundum primum glossæ intellectum loquitur in successore vniuersali, vt est fiscus, qui est loco hæredis, aliud verò est in particulari. text verò in dicto *capitulo, quanto,* licet dicat possessores prædiorum esse compellandos ad soluendum decimas, & oblationes prædiorum ad id obligatorum, tamen non dicit, quod personali actione conueniantur, proinde intelligi debet, quod cõpellantur ordinariis remediis, videlicet misso creditore in possessionem rerum, donec sit satisfactum, vti fit in actione hypothecaria, vel Saluiano vtili. Et hæc compulsio erit non præcisa, sed causatiua ita, quod cogentur, vel prædium dimittere, vel soluere. Et hoc modo intelligo secundum intellectum glos. *in d. l. 2. ff. de aliment. & cibar. lega.* Similiter text. *in l. Imperatores, dicit,* quod persona non est obligata, sed res, & vbi etiam obligata esset persona, intelligi debet, vt contra personam detur actio ad rem, quam possidet, *id est* conueniatur pro re non pro debito ex causa vectigalis. Ideo Aret. *in cons. 104. in causa magnifici. col. 2.*
2 dicit, quod ex quo possessor † conuenitur ex hypotheca tacita legali, quæ datur pro tributo, vel collecta, potest opponere excussionis exceptionem, quando agitur pro tempore præterito, *sequitur Natta in cons. 71. in fine.* Negant igitur personalem dari pro tributo temporis, quo alius possidebat. Cum verò dicunt necessariam esse excussionem errant, quia eo casu non est excussio necessaria, *vt ibi in dicta l. Imperatores, ver. præteriti temporis vectigal. soluere debere, & in l. 5. §. fi. ff. de censib. ibi ob tributa præteriti temporis.* Frustratorium autem remedium agendi contra tertium possessorem, si actor exceptione excussionis posset repelli, & quod dictum est de tributo, decimis, oblationibus, & collectis præteriti temporis, locum habet quoque in futuris, quia pro eis non datur personalis, sed realis actio, & possessor compellitur reali actione. Benè verum est, quod traditum est remedium per quod succurritur creditori, qui enim prædium emit tributarium, vel alij præstationi obnoxium, tenetur dominum recognoscere, & cogi ad id potest via iuris, quia vbi ius domini transfertur in alium, fieri debet obligationis renouatio *l. omnes. §. fi. ff. vsufruct. quem. caue.* vbi loquitur de
3 vsufructuario. Et glos. ac Bald. inferunt † ad vasallum, qui cogitur nouum dominum recognoscere. Et in vasallo ponit Bald. *in l. sicut datam. in fi.*
4 C. de liber. cau. & in emphyteuta † idem Bald. *in l. plures apocas. numero quarto, C. de fide. instr. Natta in consilio trecentesimo octuagesimo secundo. & ante eos Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua, numero 191. ver. 165. & comprobaui in consilio 208. in 2. volu. quod nunc est sub prælo.* Et licet prædicti loquantur, quando directum dominium transfertur de vno in alium, tamen idem est, quando mutatur vasallus, vel emphyteuta, & res ipsa alienatur, quia nouus em-
5 ptor † tenetur recognoscere dominum. Ita Bald. *in authen. si quas ruinas, numero quarto, ver. 4. fiet. C. de*

sacros.

sacros. eccles. vbi dicit, triplici ratione fieri debere renouationem, & inter alias illa est præcipua, vt vasallus, qui est singularis successor possit conueniri. Ecce ergo, quod præsupponit nō posse illum conueniri, saltem personali actione nisi facta recognitione, atque ita firmiter teneo, licèt neminem inueniam declarantem, non enim facilè vulnerandæ sunt communes iuris cōclusiones, sed illis est, quoad fieri potest, tenaciter inhærendum. Et ita intelligendæ erunt omnes illę limitationes, quas Ripa, *in dicto §. si hæres*, adducit, & id totum prouenit ex obligatione bonorum, non autem ex aliqua personali obligatione, nam personalis, quæ erat in primo possessore, non transit in secundum, sed apud illum remanet, qui ideo potest personali actione conueniri, *vt concludunt Aret. & Natta in locis supra citatis*, & successor, qui neque contraxit, nec quasi contraxit, non potest obligari, & sine obligatione non datur actio.

SVMMARIVM.

1 *Compensans dicitur soluere etiam, quando solutio est in conditione.*
2 *Compensare potest, qui iurauit compensare.*
3 *Emphyteuta creditor domini non priuatur, licet cessauerit soluere, si tamen est paratus compensare.*
4 *Compensare potest, qui tenetur soluere etiam in causis fauorabilibus.*
5 *Compensatio non habet locum in causa alimentorum.*
6 *Compensatio non datur contra exactionem subsidij charitatiui, impositi ratione alimentorum.*
7 *Compensatio non opponitur contra pensionem Ecclesiasticam impositam contemplatione alimentorum.*
8 *Compensatio non habet locum contra debitum ex causa victuali.*
9 *Compensatio contra alimenta debita opponi potest de operis non præstitis, quando alimentarius tenebatur operari.*
10 *Implendum non est ei, qui non implet ex parte sua.*
11 *Exceptio proueniens ab eodem fonte non censetur reiecta à statuto excludente omnes exceptiones.*
12 *Operari tenetur is, cui alimenta in domo relicta sunt.*
13 *Agens ex contractu vltro citroq; obligatorio repellitur, nisi primo impleat ex parte sua.*
14 *Qualitates à statuto, vel dispositione requisitæ probandæ sunt ab eo, qui se fundat in dispositione.*

PRIVILEGIVM LIII.

1 COMPENSANS † dicitur soluere, *l. si debitor, vbi Alber. & alij notant, ff. qui potio. in pigno. hab. Bar. in l. aufertur, §. qui compensationem, ff. de iure fisci, in l. diuortio, §. ob donationes, in secunda oppos. ff. soluto matrimonio, cum infinitis apud Tiraquellum, de retract. consang. §. 3. glos. 3. num. 2.* ita quod conditio soluendi impletur per compēsationem, *l. si peculium, §. de illo, ff. de statu lib. vbi Doctores ad id considerant.* Et multi volunt id procedere etiam in eo,
2 qui iurauit † soluere, vt scilicet possit nihilominus compensare, *Bar. Ang. Cuma. & Alexan. in l. amplius, ff. rem ratam habe. Bal. & Abb. in cap. ad nostram, il primo, de iureiuran. Ioan. Fab. & Ioan. de Plat. in §. bonæ fidei, Instit. de actio. cum infinitis similibus.* Hinc vasallus & emphyteuta, qui in tempore non soluunt, euadunt † ca-
3 ducitatis pœnam, si parati sint compensare, *volunt Specu. & Ioan. And. in tit. de locato, §. nunc aliqua, num. 80. quæstio. 79. cum similibus.* Et procedit compensatio
4 etiam in causis fauorabilibus, † vt est dos, *Docto. in dicta l. diuortio, §. ob donationes.* Et dicit Afflict. *in decis. 122. num. 4.* quòd compensatio opponi potest contra instrumentum dotale. Cum ergo dos & alimenta procedant à pari, videretur compensationem admittendam quoque fore in alimentis propter argumentum æquiparatorum; At secus
5 est, quia in alimentis compensatio non datur † vt est text. *in l. in ea quæ non est quarta, C. de compensatio. Io. Fab. in §. bonæ fidei, num. 19. colum. pen. ver. sed nunquid, potest opponi Instit. de actio. Pract. Papien. in for. libel. quo agit pro legato rei singul. in princ. num. 85.* vbi dicit esse introductum speciali fauore alimentorum, *Belencin. in tract. de charit. subsid. in quæst. 53.* vbi inquit, quod non
6 datur compensatio † in exactione subsidij charitatiui quando fuit impositum ratione alimentorum, *Gigas tract. de pensio. quæstio. 92. num. 4.* vbi infert,
7 quòd si pensio fuit imposita pro † alendo eo, in cuius fauore fuit constituta, non recipiet compensationem, licet aliud sit, quando non fuit constituta ad alimenta. *Et nouissimè hanc partem tenet Sebast. Med. in tracta. de compens. quæstio. 14.* Et ratio est, quia causa alimentorum non patitur dilationem, *vt dixi suo loco*, & procedit non solum in alimentis, sed etiam
8 in quocunque debito, ex causa † victuali, *vt est tex. in l. ob negotium, vbi not. glos. & Bartolus, ff. de compens.* Et glos. ibi inter casus, quibus denegatur compensatio, enumerat causam alimentorum, & benè, quia si debitum pro causa victuali non compensatur, multò minus compensabitur ipsum alimentorum debitum, nam propter quod vnumquodque tale, & illud magis, *Authen. multo magis, C. de sacrosancta ecclesia.* Hæc tamen conclusio fallit, quando alimentarius tenetur operari ad commo-
9 dum eius, qui † alimenta præstat, quia tunc, si desit operari compensantur cum operis, *vt est text. in l. in rebus, §. possunt, ff. commo. l. si serui, §. fina. ff. de edil. edicto. ita dicit Salicet. in l. si constat, colum. 2. ver. exempla huius compensationis, C. de compensat. sequitur Ange. Aretin. in §. bonæ fidei, num. 7. versic. tu potes addere, Instit. de actio. Sebast. Med. loco supra relato, num. 4.* Et ratio est, quia alimenta tunc non aliter debentur nisi operando, ergo qui non operatur cum non fa-
10 ciat, quod debet, non recipit, quod † oportet, *l. cum proponas. C. de pact. & ibi Bartolus, Alexan. Curt. iun. Iason & alij, l. quæro, §. inter locatorem, ff. loca. Corneus cons. 121. colum. 3. volum. 1. Rum. in cons. 143. num. 8. volumine quarto, Dominus Becius in consilio 45. numero 6.* Et nisi fieret compensatio locupletaretur alimentarius cum aliena iactura, quod eam non debet, & non est mirum, quòd exceptio operarum non præstitarum minuat debitum alimentorum, & opponi possit, nam ea oritur ex eodem fonte, vnde descendit obligatio alimentorum. Et est regulare quod
11 sublatis † omnibus exceptionibus admittantur illæ, quæ proueniunt ab eodem fonte, *Bartolus in l. 1. §. & parui, num. 5. ff. quod vi aut clam, Bal. in l. ex prædiis, num. 1. C. de euictio. Felin. in rub. de exceptionib. in cap.*

ex parte, num. 12. de offic. deleg. Pariſ. in conſ. 81. num. 31. volum. 3. Ripa in conſ. 78. num. 2. Crauet. in conſ. 127. num. 14. Corn. in conſ. 151. num. 10. Capic. deciſ. 17. num. 9. Natta in conſ 474. num. 35. Cæphal. in conſ. 387. num. 1. & 15. Quando enim alimenta relinquuntur alicui in domo,
12 † tenetur is operari ad commodum hæredis, *ſecundum Ang. in l. quamuis, C. de lega. notatur in l. diuortio, ff. ſoluto matrimonio, & dicam in ſuo particulari loco*, & illa diſpoſitio, quæ hæredem obligat ad præſtandum alimenta, ea ipſa obligat alimentarium ad operandum, quocirca non admittitur is ad petendum alimenta, niſi probet impleuiſſe diſpoſitionem ex
13 parte ſua, & malè † agit, *l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empt. l. ædiles, §. fina. ff. de ædil. edict. Bar. in l. ſi ſoluturus, ff. de ſolutio.* & qui vtitur ſtatuto vel diſpoſitione aliqua,
14 tenetur obſeruare omnes † illius qualitates, *l. 1. §. quod autem ait prætor, ff. ne quid in flumin. publi. cum multis quos allegaui in conſ. 45. num. 14.* Qualitas autem operandi tacitè ineſt in ipſa diſpoſitione, quæ mandat alimenta præſtari, ergo ea deficiente attenuantur alimenta ita, vt alimentarius tanto minus recipiat pro alimentis, quantum important operæ, quæ erant præſtandæ.

SVMMARIVM.

1 *Nemo debet moleſtari pro debito alterius.*
2 *Vaſallus nihil poteſt in feudo facere in præiudicium ſucceſſoris.*
3 *Agnatus ſuccedens in feudo, non tenetur ſoluere debita vaſalli: vltimo loco defuncti.*
4 *Fructus feudi ex pacto & prouidentia capi non poſſunt in exequutione pro debito vaſalli, ſecus in feudo hæreditario.*
5 *Maioratus poſſeſſor non tenetur pro debito anteceſſoris, qui non fundauit maioratum.*
6 *Beneficiatus non tenetur ad debita præceſſoris.*
7 *Hæres beneficiati tenetur rem eccleſiæ redimere, quam ſuus author obligauerat.*
8 *Succeſſor in beneficio tenetur ſoluere debitum, quod anteceſſor contraxit ratione alimentorum, ſecus quando ratione rerum propriarum.*
9 *Sacerdos viuere debet de fructibus beneficij.*
10 *Maioratus poſſeſſor ſoluit debitum ab anteceſſore contractum pro alimentis comparandis.*
11 *Maioratus poſſeſſor poteſt bona alienare, vt ſeipſum alat.*
12 *Succeſſor in rebus eccleſiæ, tenetur ad debita contracta pro conſeruatione rerum illarum.*
13 *Vaſallus tenetur ſoluere debita contracta à præceſſore pro conſeruatione feudi.*
14 *Maioratus poſſeſſor tenetur ad debita facta pro reparatione rerum maioratus.*
15 *Succeſſor in dignitate, tenetur ſeruare contractum factum ab anteceſſore ſub nomine dignitatis.*

PRIVILEGIVM LIIII.

1 DEbito vnius non debet alius † moleſtari, *l. non debet alteri, ff. de reg. iur. l. cohæredibus, C. famil. erciſcun. l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact. cap. denique, 14. quæſtio. 5. facit tit. ne vxor pro marito*, & ideo ſucceſſor in feudo non tenetur pro eo, quòd tenetur vaſallus, quia non poteſt
2 in ſucceſſoris † præiudicium aliquid facere, *cap. 1. vbi gloſ. in ver. inueſtiri, de ſucceſſio. feud. gl. ſi. in tit. qui ſucceſſo. feud. da. tenet, vbi Iſern. in ſi. Laud. colum. 2. Præpoſ. nume. 5. Afflict. colum. 16. ver. ſecundus caſus, Pariſ. in conſ. 23. num. 147. volum. 4.* Et hac ratione agnatus, qui ſuccedit in feudo, non tenetur ęs alienum vaſalli defan-
3 cti exoluere † ſi non ſit illius hæres, *vt probatur in c. 1. vbi Iſern. & alij omnes, an agnati vel filius, Rum. in conſ. 17. num. 11. volum. 1. ad idem eſt tex. in cap. Titius, vbi Bal. ſi de feu. fuer. controuerſ.* Et ibi dicunt Doctores, quod de feudis non tenetur agnatio ſoluere creditoribus, *Bal. in cap. 1. de grad. ſucceſ. in feud. Cardin. in c. 1. §. quin etiam, tit. epiſcopum, vel Abba. Alexan. in conſ. 19. volum. 5. & Curt. iun. in conſ. 138. Marinus Frez. de ſubfeuda. author. 26. num. 10. Ioan. Bapt. Surd. dicto cap. 1. num. 53. an agna. vel filius*, & quando feudum eſt ex pacto, & prouidentia, tunc fructus feudi non poſſit capi in exequu-
4 tione † in præiudicium ſucceſſoris pro debito vaſalli, licet ſecus in feudo hæreditario, *vt per Afflict. in deciſ. 26. per totam.* Eadem ratione, qui poſſidet maioratus non tenetur ad æs alienum contractum
5 per † anteceſſorem, cuius non eſt hæres, & qui non eſt fundator maioratus, *Bal. in conſ. 271. volum. 1. Alex. in conſ. 19. volum. 5. Anto. Padill. in l. vnum ex familia, §. ſi de falcidia, num. 7. ff. de leg. 2. Ludou. Molin. in tract. de primogenit. Hiſpan. lib. 1. cap. 10. num. 29. in ſi.* Similiter qui ſuc-
6 cedit in beneficio, non tenetur ad debita † præceſſoris, imo ſi ille rem eccleſiæ obligaſſet pro debito
7 proprio, hæres teneretur † redimere, *vt eſt text. in cap. ex præſentium, vbi Abb. num. 2. de pignor. Felin. in cap. accepimus, ver. tertio declara, de fide inſtrum. poſt Barbat. in cap. vt ſuper. de reb. eccleſ. non alienan.* Si tamen debitum ſit contractum pro ſuſtentatione perſonæ, id eſt,
8 pro alimentis illius beneficiati, ſucceſſor † in beneficio tenetur, *ita Ioan. And. quem cæteri ſequuntur in cap. ex præſentium, de pignor.* vbi dicit, quod vbi debitum contractum eſt pro ſuſtentatione perſonæ, tenetur ſucceſſor, ſecus, quando pro ſuſtentatione rerum propriarum. Et ibi latè comprobat Abb. *num. 4. & ſequen.* vbi intelligit, quando beneficiatus non habebat bona propria obligata, & contraxit ductus ſpe ſoluendi de fructibus eccleſiæ. Et ratio
9 eſt, quia debet ſacerdos viuere † de fructibus eccleſiæ, *cap. cum ſecundum Apoſtolum, de præben. Innoc. in cap. epiſcopus, eodem titu.* Præterea non eſt mirum, ſi ſucceſſor tenetur hoc debitum exoluere, quod erat eccleſiæ iniunctum. Et dicit Abb. *in cap. ſi quorundam, num. 2. de donatio.* quod vbi ſacerdos obligat bona eccleſiæ pro ſuſtentatione propria, non dicitur proprium debitum, ſed debitum eccleſiæ, *Padill. in dicto §. ſi de falcidia, num. 11.* vbi infert ad poſſeſ-
10 ſorem maioratus, & † dicit illum teneri ad ſoluendum æs alienum, quod anteceſſor contraxit vt ſeipſum aleret, *Ludou. Molin. dicto cap. 10. numero 32.* vbi tamen refert Peraltam contrarium tenere in maioratu, quando fundator non tenebatur illum alere. Ego vero exiſtimo contrarium eſſe verius, & teneri ſemper ſucceſſorem, quia ſi ſucceſſor maioratus tenetur alere ſecundogenitum, *vt ſuo loco dictum eſt*, quanto magis tenetur ſeipſum alere, etſi ſacerdos, qui minus iuris habet in rebus eccleſiæ, poteſt illas obligare pro ſuis alimentis, quanto magis id licebit poſſidenti maioratum, qui

longè

longè plus iuris habet. Id vero minus erit dubium in vasallo, nam is poterit feudum obligare in præiudicium, vt se alat, ex quo dominus tenetur illum alere, vt dixi. Sed an possit id facere in præiudicium agnati, minus est dubium, si essemus in casu, quo agnatus tenetur alere, res esset clara per ea, quæ dixi de ecclesia, & de possessore maioratus, & in pos-
11 sessore maioratus, quod possit bona † alienare, vt seipsum alat, *post Didac. & Grego. ponit Padil. in Auth. res quæ, num. 97. C. commun. de lega. contrarium voluit Ludou. Molin. in dicto tract. lib. 4. cap. 6. num. 22. & sequen.* vbi tenet, quòd bona maioratus non possint alienari etiam pro alendo possessore, *sequitur Cordub. in l. si quis à liberis, §. vtrum, numero 22. ff. de liber. agnoscen. vel alen.* Sed Molin. non est sibi contrarius, quandoquidem, *dicto cap. 6.* non negat successorem in maioratu teneri ad æs alienum contractum pro sustentatione authoris, sed dicit bona non posse alienari; tenebitur igitur successor, sed ideo non fiet alienatio: si enim alienatio permitteretur facilè eueniret, vt breui maioratus bona destruerentur, & euanescerent, & facilius imponitur onus super fructibus, quàm super ipsa re, vt videri potest apud Afflict. & qui ab eo citantur, *in dicta decis. 26.* Infertur ex hoc magis necessariam esse causam conseruandi rem ipsam, quam eiusdem rei possessorem, nam pro rei conseruatione obliga-
12 tur successor, vt de rebus † ecclesiæ probat text. *in in cap. 1. de solutio. vbi latè Doctores.* Similiter vasallus feudi successor, licèt non sit hæres, tenetur soluere
13 debita vasalli defuncti, si ea fuêre contracta pro vtilitate feudi, puta pro castri refectione, *Isern. in cap. 1. §. si vasallus, hic finit. lex, dein. consuetud. incip. Brun. in cons. 104. per totum, Crauet. in cons. 197. num. 1. Marin. Frec. in subfeud. in tit. de autho. Baran. author. 29. num. 10. Sonsbechi. in tract. de feud. par. 12. num. 100.* Idem in rebus
14 † maioratus concludit Padill. *in dicto §. si de falcidia, num. 9. ver. secundo limitabis, Ludo. Molin. dicto lib. 1. cap. 10. num. 20. & sequen. & lib. 3. cap. 10. num. 28.* vbi tamen dicit, procedere casu, quo cõstet pecuniam esse versam in eam causam. Mouetur duplici ratione, prima, quia bona prohibita alienari, possunt distrahi ex causa necessaria: secunda est, quia verisimile est, quod author maioratus voluerit bona conseruari, non autem aliter conseruari possunt, nisi in eam causam aliqua impendantur. Et Pad ll. ac Ludou. alios casus referunt, quibus tenetur successor debita antecessoris exoluere. Generaliter autem verum est, quod successor in dignitate, te-
15 netur antecessoris contractum seruare † sub nomine dignitatis celebratum, *Cin. in l. digna vox, vbi Bal. ver. modo iuxta hoc est, Castren. ver. vltimo, per istam legem, C. de legib. Castren in l. fina. ver. & nota, C. de transactio. Oldr. in cons. 94. in ver sed quid in casu præsenti, Bal. in l. prohibere, §. quod vi aut clam, Roma. in cons. 116. colum. 6. volum. 1. & hanc optinionem probarunt Felin. Socin. Iaf. Dec. Paris. Boer. Brun. Crauet. Natta. Rolan. & alij, quos citat & sequitur decis. Pedemon. 150. num. 11. Quintil. Mandos. consilio 93. num. 2. 3. & sequen.* vbi loquitur in Pontifice & Prælato, & aliqua etiam ponit Corbulus *in tract. de cau. quib. emphyt. priuat. tit. de cauf priuat. ob non solu. canon. limit. 2. num. 1. & sequen.* in quo tamen articulo. an prælatus successor ligetur contractu antecessoris: dixi nonnulla *in cons. 183. num. 24. & sequen.*

SVMMARIVM.

1 *Cedi potest omnis actio, & ibi latè.*
2 *Restitutio in integrum cedi potest.*
3 *Rei suæ quilibet est moderator & arbiter.*
4 *Cedi non potest ius percipiendo alimenta. limita, numero 13. & 15.*
5 *Priuilegium personale extinguitur mutatione personæ.*
6 *Cedi non potest ius exigendi vsuras dotales. fallit nu. 11.*
7 *Cedi non possunt, quæ in hæredem non possunt transmitti.*
8 *Cessionarius succedit in ius cedentis.*
9 *Cessionarius reputatur eadem persona cum cedente.*
10 *Operæ famulorum cedi possunt.*
11 *Vsuræ marito debitæ pro tempore præterito cedi possunt.*
12 *Societate dissoluta transeunt in hæredes negotia iam gesta, & lucra facta.*
13 *Alimenta præteriti temporis alicui relicta transmittuntur ad hæredes.*
14 *Cedi potest à muliere exercitium directarum actionum competentium ad repetitionem dotis propter vergentiam mariti ad inopiam.*
15 *Cedi potest ius petendi alimenta, quando fit cessio ad commodum cedentis.*
16 *Confessio cedentis nocet cessionario, quando cessio facta est periculo cedentis.*

PRIVILEGIVM LV.

1 IVs quodcunque regulariter cedi potest omnis † actio. *l. fin. C. de hæred. vel actio. vend. l. 2. vbi glos. & alij. C. de litigio. glos in l. planè, in ver. debeat, ff. famil. erciscun.* ipsa quoque in
2 integrum restitutio † cedi potest, *l. quod si minor, in principio, vbi glos. Bartolus & alij, præcipuè Alber. ff. de administrat. tutor. & latè agit Tiraquel. de retract. consang. §. 26. glos. 3. num. 2. & sequen.* vbi ponit de rei vendicatione, de actione vtili, de spe probabili, de conditionali debito, de futuri fideicommissi spe, de hæreditate, de condictione furtiua, de actione furti, de restitutione in integrum, & de multis a-
3 liis. Rei n. suæ quilibet est moderator † & arbiter, *l. in re mandata, C. man.* sed non esset absolutè dominus rei, si non posset eam in alium transferre. Ve-
4 rum ius alimenta percipiendi non potest † cedi nec in alium transferri, *ita Bartolus in l. Titio, num. 2. in fine, ff. ad leg. Falcid.* vbi inquit, quod alimenta cohærent personæ, & alia sunt alimenta in persona vnius, alia verò in persona alterius, & inquit, idem esse in vsufructu quòd vendi, aut cedi non potest. Idem voluit Baldus *in l. 1. num. 7. ver. modo quæro, C. de priuileg. dot.* vbi inquit, cedi nõ posse, maximè in præiudicium tertij. Allegat in argumentum, *l. dominus, §. finali, ff. de vsufruct.* & infert, quòd vxor non potest alij cedere ius repetendi dotem ob mariti vergentiam ad inopiam, quia ea dos debet nihilominus seruire oneribus matrimonij, & ex ea sumenda sunt alimenta viri, vxoris, filiorum, *sequitur ibi Salicet. Curtius senior, in cons. 57. Summa Titus, per totum, & præcipuè volum. 2. Iason in l. si constante, num. 231. & sequen. ff. soluto matrimonio, vbi*

defendit eam Bal. sententiam ab omnibus impugnationibus, Fabian. de Monte, in tract. emptio. & venditio. in quarta quæstio. princip. quæstio. 2. vbi latè agit Bal. Nouell. in tract. dot. part. vltima, ver. sed non congruenter, colum. 19. Et dicit Socin. iun. *in cons. 55. num. 11.* quod hæc opinio est æquior, & communior, *& idem repetit in fine num. hãc etiam tenet Tiraq. de retract. conſang. §. 29. glos. 1. num. 72.* vbi post Abb. *in cap. præterea, in fine, de iure patron.* inquit, idem esse in alimentis, quæ patrono debentur ab ecclesia, *Cordub. in l. si quis à liberis, §. parens, numero 59. ff. de liber. agnoscen. vel alen.* Facit, quia priuilegium, & quodcunque aliud ius personale † extinguitur mutatione personæ, *l. 1. C. de imponen. lucra. descript.* Ideo Bal. *in rubr. C. de vsur. num. 5.* concludit,

6 quòd si vir creditor † soceri ex causa dotis mutuo capiat ab amico pecuniam, & ei cedat suum creditum dotale, non poterit cessionarius exigere vsuras, quas tamen exegisset nulla facta cessione, *sequitur Alexan. in l. insulam, §. vsuras, in fine, ff. soluto matrimonio, Laurent. in tract. vsurar. quæstio. 54. num. 78. Anan. ch. in cap. salubriter, num. 3. de vsur. Decius in cons. 571. num. 1. Socin. in cons. 88. num. 23. volumine 4. Negusan. in tract. de pignor. in 5. membro 5. par. princ. num. 16. ver. secundo restringitur, Bero in cons. 178. num. 20. volum. 1.* Benè verum est, quòd in hoc multi tenent contrarium, & potest videri apud Modern. Gall. *in tract. vsur. numero 526. & dixi latè in cons. 269.* dum in facti contingentia responderem, & ad hanc quæstionem applicari poterunt, quæ dicam infrà super quæstione, an alimenta transmittantur ad hæredes, nam

7 cedi † non possunt, quæ in hæredem non possunt transmitti, *l. si ex pluribus, vbi Din. Bartolus, & alij, ff. de administra. tuto. l. non solum, §. si puella, ff. de ritu nupt. alios citat Tiraquel. dicto §. 26. glos. 1. num. 44.* facit etiam quod dicimus iuri alimentorum renunciari non posse, *vt paulo infra attingam.* Ea autem ratio, quam ponit Bartolus, *in dicta l. cum Titio,* quòd alia sint alimenta in persona vnius, & diuersa in persona alterius, innuit cessione prohiberi non fauore eius, cui alimenta debentur, sed eius, à quo sunt præstanda, ne scilicet in plus grauetur, quam si primo creditori deberentur. Et hoc etiam innuit Baldus, *in dicta leg. 1. C. de priuileg. dot.* dum inquit, maximè in præiudicium tertij, sed mihi non placet, quia nullum versatur præiudicium debitoris, nec eius conditio mutatione creditoris per cessionem fit deterior, nec augetur, aut mutatur forma debiti, sed eo modo ligatur debitor erga cessionarium, quo tenebatur erga cedentem, quia cessionarius

8 † succedit in ius cedentis, *l. emptor, vbi Bald. in primo*

9 *notab. C. de hæred. vel actio. vend.* & reputatur † eadem persona, *l. si donatæ, §. 1. ff. de donationibus inter virum & vxor. Crot. in cons. 83. num. 10.* & consequitur id solum ius quod habet cedens, *l. idemq́, §. si cui mandauero, ff. manda. l. 1. C. de nouat. l. 2. C. de donatio. & melius in l. si ager, in fine, vbi Bartolus & alij, ff. de rei vend.* Propterea, si cessio teneret, in cessionarium transiret ius solum petendo alimenta, qualia tenebatur præstare cedenti, non diuersa, vti fit passim in aliarum rerum cessione. Ideo fatendum est, rationem Bartoli non esse bonam, & melius est loquutum Baldum, qui dixit, maximè in præiudicium, præsupponens cessionem non permitti etiam cessante præiudicio tertij: si verò nos dicamus, interdictam esse cessionem, quia ius alimenta consequendi sint personale, dici poterit non tam esse personale, quin æstimationem recipiat, & iura quoque personalia cedi posse, vt videmus in operis

10 † famulorum, quæ alicui debentur. Ceduntur enim Barto. *in l. si non sortem, in §. libertus, vbi Angelus, Fulgos. Costa & Alexan. ff. de cond. indeb. Baldus in l. liberti, colum. vltima, C. de oper. liberti, Castrens. in l. 2. in principio, ff. soluto matrimonio, Tiraquel. dicto §. 26. glos. 3. num. 36.* Melior ergo ratio erit, quæ ex fauore alimentorum ob publicam vtilitatem deducitur, ne scilicet exinde mendicare cogatur alimentarius, vt dicimus in alia quæstione, an liceat alimentis renunciare, ne idem sæpius repetere contingat.

Nostra autem conclusio benè obtinet in alimentis futuris, at secus videtur in præteritis, & iam debitis: ea enim videntur cedi posse, quia cessat in eis ratio publicæ vtilitatis supra considerata. Et adduco quod voluit Decius, *in consilio 571. numero 5. versic. primò ergo non obstat,* vbi inquit, quod etsi vsurę marito debitæ ob retardatam dotis solu-

11 tionem non possint † cedi, nec in hæredem transmitti pro futuro tempore, tamen illæ, quæ erant iam debitæ pro tempore decurso, secundum eum cedi, & transmitti possunt. Allegat quod in simili dicitur de societate, quæ etsi non transeat ad hæredes, sed mõrte vnius ex sociis extinguatur, *l. verum, §. in hæredem, ff. pro socio,* tamen in hæredem

12 † transmittuntur, quæ iam erant gesta, & facta lucra, *l. actione, §. si iam certam, & dicto §. in hæredem, ff. pro soc.* facit, quia alimenta præteriti temporis non ita sunt fauorabilia sicuti futura, & videmus, quod

13 alimenta præteriti temporis † non soluta, licet legata transmittuntur ad hæredes, *l. vti frui. §. fina. si vsusfruct. petat. l. fructus, in fine, cum l. sequen. ff. de rei vendicat. facit text. in l. libertis, num. 1. ff. de alimen. & cibar. lega. Gigas de pensio. quæstio. 52. num. 5. Cordub. in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 140. ff. de liber. agnoscen.* & quæ ad hæredes transmittuntur, cedi possunt, *l. ex pluribus, vbi Barto. ff. de admin. tutor. Bal. in l. per diuersas. quæstio. 16. C. mand. Roma. in cons. 484. in fine, alexan. in l. si stipulatus fuerim illud, ff. de verbor. oblig.* & plenius cognoscetur ex quæstione de renuntiatione alimentorum, & de transactione, quæ super eis fit. Et ex his posset inferri, ad alimenta, quæ debentur iure actionis, non autem officio iudicis, item de iis, quæ debentur diuiti, & habenti aliunde, vbi capiat pro suo victu, nam in eo, qui habet aliunde, cessat fauor alimentorum, & in eo, cui iure actionis alimenta debentur, videtur cessionem esse licitam, quia facilius ceditur actio, quam officium iudicis, verius tamen est, etiam hoc casu inhiberi cessionem.

Intellige etiam, vt non procedat ea propositio, quando cederet quis solum exercitium directarum, vt quando constitueret procuratorẽ ad consequendum alimenta, tunc enim impeditur hoc facere, nam etiam in mere personalib. potest quis per procuratorem adesse, *l. si cum procuratore, ff. de re*

iudic.

iudic. l. alia causa, ff. solu. matrim. Et per hanc rationem dicit in simili Bal. Nouel. *in d. part. vltim. tract. dot. colum. 19. ver. sed potest distingui*, quòd etsi mulier non
14 possit cedere † actionem ad repetendum dotem, propter vergentiam mariti ad inopiam, ex quo alimentorum ius non potest cedi, tamen potest mulier constituendo procuratorem cedere directarum exercitium.

Tertio declaratur nostra propositio, vt non procedat, quando cessio fieret ad commodum cedentis, non autem cessionarij, quia tunc valet cessio,
15 † vt in suprascripto casu ponit Bal. Nou. *d. col. 19. ver. aut dicta cessio. tendit in fauorem*, cum ponit exemplum de muliere, quæ ob paupertatem propriam, vel ob potentiam aduersariorum, non potest ius suum consequi, sed alij cedi, qui interim sustinet onus alimentorum: Et hoc etiam placet Modern. Gal. *in tract. vsur. num. 526. ver. & sic limito, seu declaro.* Cessat enim ratio, quando omne commodum redundat ad cedẽtem, & ratione cessante, cessat dispositio, & non mirum. Nam cessio quę fit ad commodum cedentis, degenerat, & non retinet vices veræ cessionis. Ideo videmus, quòd etsi confessio cedentis non noceat cessionario, tamen quando cessionarius potest habere regressum aduersus cedentem, atque ita cessio fit periculo cedentis, tunc
16 nocet cessionario † confessio, quæ emanauit à cedente, *ita post Vbert. de Eugeb. & Alber. Galeo. concludit Imo. in l. facta, §. si hæres, col. fi. ver. & sic siue fiat ad commodum, ff. ad Trebellia. & ver. & ratio etiam pro hoc facit, Alexan. in cons. 46. colum. 2. ver. super 2. volum. 5. Corne. in cons. 134. num. 4. volum. 3. Caphal. qui hoc benè declarat in cons. 21. per totum.*

SVMMARIVM.

1 *Nemo inuitus cogitur aliquid facere.*
2 *Voluntatẽ suam explere, cuilibet debet esse permissum.*
3 *Lucrum facit, qui suam exequitur voluntatem.*
4 *Transigere non licet super alimentis.*
5 *Transactio super alimentis non valet, etiam quando relicta sunt diuti.*
6 *Transactio non valet super vsufructu mulieri relicto, qui propter existentiam filiorũ restringitur ad alimenta.*
7 *Nomina, quæ carent effectu, non sunt in consideratione.*
8 *Lex rebus, non verbis est imposita.*
9 *Transigere non licet super ecclesiastica pensione.*
10 *Dos æquiparatur alimentis.*
11 *Dos non transigi potest super dote sine decreto iudicis.*
12 *Legatarij alimentorum non possunt inter se transigere.*
13 *Emphyteutæ plures non possunt inter se alienare rem emphyteuticam.*
14 *Legatarij possunt inter se vendere feudum, quod sibi fuit relictum cum prohibitione alienandi.*
15 *Vasallus potest suo conuasallo vendere suam partem irrequisito domino.*
16 *Transactio super modo & forma præstandi alimenta non valet, quomodocunque negotium attingat alimenta.*
17 *Alimentarius non potest sine prætore eligere fundum, ex quo percipiat alimenta.*
18 *Alienare prohibitus non potest actum facere, per quem sequatur alienatio.*
19 *Renunciari non potest alimentis per pactum.*
20 *Pactum, quod pater teneatur alere filium.*
21 *Pater non potest pacto renunciare, alimentis sibi à filio debitis.*
22 *Statutum, quod pater non teneatur alere filium, non valet.*
23 *Legitima potest in totum tolli statuto, quando filius habet, vnde victum consequatur.*
24 *Maioratui subiici possunt omnia bona, quando filius habet bona, ex quibus possit viuere.*
25 *Consuetudo non valet, quod filij non alantur à parentib.*
26 *Consuetudo non valet contra ius naturale.*
27 *Cõsuetudo dicitur tacitum populi pactum vel statutum.*
28 *Consuetudo non valet, vbi non valet statutum.*
29 *Compromitti non potest causa alimentorum, vide num. 30. & 33.*
30 *Compromitti potest in arbitrum causa alimentorum.*
31 *Compromittere non potest, qui non potest alienare.*
32 *Lasus dicitur ex compromisso, qui non potest sine decreto alienare.*
33 *Compromitti potest in arbitrũ iuris causa alimentorũ.*
34 *Arbitri iuris æquiparantur iudicibus.*
35 *Compromitti potest in arbitrum iuris causa dotis.*
36 *Necessarius actus non regulatur secundum formam actus voluntarij.*
37 *Compromitti possunt in arbitrum iuris, ea quæ non possunt alienari.*
38 *Pater potest compromissum facere in arbitrum iuris, de rebus aduentitus filiorum.*
39 *Alienatione prohibita non includitur ea, quæ fit ex necessitate statuti.*
40 *Spurius filius non potest pacto renunciare alimentis sibi à patre debitis.*
41 *Vxor renuntiare nõ potest alimẽtis sibi debitis pro dote.*
42 *Contractus inualidus confirmatur iuramento.*
43 *Iuramentum confirmat contractum, qui est ipso iure nullus.*
44 *Contractus, qui non potest celebrari sine certa solennitate, confirmatur iuramento.*
45 *Iuramentum seruari debet, quandocunque id fieri potest sine interitu salutis æternæ.*
46 *Renuntiatio filiæ de bonis paternis, dote recepta, confirmatur iuramento.*
47 *Dotalis fundus validè alienatur cum iuramento.*
48 *Pactum de non succedendo, confirmatur cum iuramẽto.*
49 *Iuramenti authoritas semper censetur excepta.*
50 *Transactio super alimentis valet cum iuramento.*
51 *Transactio iurata valet super pensione ecclesiastica.*
52 *Transactio etiã iurata super alimentis non valet, quando alimentarius primum iurasset non transigere.*
53 *Renunciatio alimentorum valet cum iuramento, & idem est in pacto.*
54 *Compromissum iuratum super alimentis valet.*
55 *Renunciari non potest, etiam cum iuramento iuri prohibitiuo.*
56 *Renunciari non potest iuri prohibitiuo, introducto principaliter ad publicam vtilitatem.*
57 *Alienatio rei ecclesiasticæ non valet, etiam cum iuramento.*
58 *Renunciari non potest iure prohibitiuo introducto ad priuatam vtilitatem, quæ separari nõ possit à publica, etiam cum iuramento.*

59 Filius non potest cum iuramento renunciare alimentis sibi à patre debitis.
60 Renunciatio alimentorum, facta cum iuramento, non obligat, quando alimentarius deuenit ad extremam egestatem.
61 Dispositio quælibet intelligitur rebus sic stantibus.
62 Consuetudo non valet, quod beneficiatus non distribuat in pauperes partem fructuum.
63 Transactio super alimentis valet, quando facta est ad commodum alimentarij.
64 Ecclesiæ bona validè alienantur in vtilitatem ecclesiæ. Idem est in bonis minorum.
65 Prælatus alienans vtiliter bona ecclesiæ excusatur in foro conscientiæ.
66 Minor sine solennitate validè alienat, si alienatio sit vtilis.
67 Contractus gestus sine solennitate est validus, si sit vtilis.
68 Vasallus validè alienat feudum incõsulto domino, si alienatio sit in augmentum feudi.
69 Pater validè alienat bona aduentitia filiorum, si tendat ad vtilitatem filiorum.
70 Transactio super pensione ecclesiastica est valida, si est vtilis.
71 Vtilitatem cõtractus probare tenetur, qui transigit cum alimentario, si deficit solennitas.
72 Oppositum idem operatur in opposito, quod propositum in proposito.
73 Contractus præsumitur vtilis, quando interuenit solennitas.
74 Vtilitas contractus, non probatur ex assertione contrahentium.
75 Vtilitas contractus probatur assertione, accedente lapsu longi temporis.
76 Vtilitas debet esse euidens, vt sustineatur factus actus sine prætore.
77 Vtilitas transactionis sufficit, q. appareat ex post facto.
78 Tempus contractus attenditur in cognoscendo, an sit vtilis.
79 Tempus contractus inspici debet in dignoscendo, an insit læsio.
80 Minor & ecclesia possunt stare contractui nullo, sed non coguntur.
81 Nullitas non potest allegari, nisi ab eo, in cuius fauorem actus est nullus.
82 Minor, qui semel expugnauit actum, non potest illum approbare.
83 Transactio etiam vtilis, non valet, quando per eam mutatur alimentorum forma.
84 Transactio super alimentis valet inconsulto prætore, quando debentur ex pacto.
85 Donatio causa mortis non valet, si non sit expressè vel tacitè acceptata.
86 Acquirere non dicitur, qui acceptat donationem, quando in dispositione loquente de acquisitione, fit mentio de pretio.
87 Transactio super alimentis, vt sit nulla, sufficit, alimenta ex vltima voluntate quoquomodo deberi, etiam inspecta origine.
88 Actus tribuitur semper ordinanti, non exequenti.
89 Grauatus, si hæredem instituat, eum, qui sibi fuerat substitutus, dicitur is hæres habere, non ab illo, sed à fideicommittente.
90 Transactio super alimentis valet sine prætore, si interuenit licentia testatoris.
91 Minor licitè alienat sine solennitate ex permissu testatoris.
92 Minor validè alienat sine solennitate, quando facit in exequutionem actus gesti à testatore.
93 Legem rei suæ apponere potest quilibet tradendo.
94 Transactio super alimentis præteritis valet sine prætore.
95 Permutatio in causa alimentorum, valet inconsulto prætore, si non sit damnosa.
96 Qualitas facilius præsumitur quàm substantia.
97 Qualitas facilius probatur quàm substantia.
98 Spiritualis res permutari potest cum alia spirituali.
99 Dotalis fundus potest ab vxore permutari inscio marito.
100 Transigere licet sine prætore super alimentis, quæ minima sunt.
101 Tutor administrare potest ante factum inuentarium, quando bona minoris sunt modici valoris, ita quod maior fieret impensa in inuentario conficiendo, quam sit bonorum valor.
102 Transactio super alimentis valet, quando per eam declaratur quantitas debenda.
103 Seruus non potest pacisci, vel aliquẽ facere contractum, & se alij, vel alium sibi obligare, etiam cum interuentu prætoris.
104 Seruus non potest transigere super alimẽtis, sibi relictis.
105 Seruus agit ex causa alimentorum sibi relictorum, & ibi de veritate.
106 Transactio super alimentis non valet, quando gratis ea remittuntur, etiam cum interuentu prætoris.
107 Minor non potest donare, etiam cum authoritate curatoris, vel decreto iudicis.
108 Donare est perdere.
109 Minori non potest dari curator ad donandum.
110 Solennitas extrinseca præsumitur lapsu longi temporis.
111 Solennitas non præsumitur lapsu lõgi temporis in transactione facta super alimentis.
112 Solennitas non præsumitur, quando est talis, cui partes non possunt renunciare.
113 Decretum iudicis facit præsumi omnia solenniter acta.
114 Causa cognitio præsumitur stante decreto.
115 Causa cognitio non transactione super alimentis versatur circa tria.

PRIVILEGIVM LVI.

QVAMVIS rei quilibet sit moderator & arbiter, *l. in re mandata, C. manda.* & inhumanum videtur, quod inuitus quis aliquid facere, vel non facere † cogatur de re sua, *l. dudum, C. de contrahen. empt. l. quamuis. in fi. princip. ff. de pignor. actio.* & durum est ac perditioni simile, quòd non possit quis † explere voluntatem suam, *glos. in §. primo, in ver. incommodo, Institut. de hæred. qualit. & differen. in l. Paulus, la 1. post princ. de ff. solut.* & multum lucratur qui † facit quod vult, *glos. fina. in l. penult. vbi Bartolus, Bal. & Ang. ff. de cond. cau. data, Iacob. de Aretin. & Bal. in l. prima, C. de furt. cum multis apud Tiraquel. de retract. consang. in præfatio num. 15.* & durum fit interdicere cuipiam suæ rei administrationem, tamen speciali alimentorum fauore introductum est, ne liceat, vel super alimentorum causa transigere † inconsulto prætore, vel sine decreto illius,

1 2 3 4

vt est

vt est text. in l. cum ij, ff. de transact. & ibi hoc notant Bartolus & alij omnes. & textus *in §. si vni, in fine*, loquitur, quando transigitur super ipsis alimentis, & in *§. sed cum his*, loquitur, quando transigitur super causa alimentorum, *vt aduertit Decius, in dicta l. de alimentis, C. de transact.* Et quòd non valeat transactio super alimentis, probat textus, *in dicta l. de alimentis, Barto. in tracta. de alimen. num. 33. Felin. in cap. si diligenti, num. 5. de foro competen. Didac. in cap. quamuis, in secunda par. §. 6. num. 4. de pact. in 6.* Et dicit Io. Orosc. *in d. l. cum ij, §. solet*, hoc introductum esse fauore alimentorum. Et licet Connan. contrarium tenuerit, tamen prima opinio defenditur à Cordub. *in l. si quis à liberis, §. parens, num. 52. ff. de liber. agnosc. vel alen.* iudex autem antequam decretum interponat, causam cognoscit, *vt in d. l. cum ij, §. fi.* In qua cognitione versatur causa transigendi, modus transactionis, & qualitas personarum, vt ibi dicitur, & ponit Menoch. *de arbitr. iud. casu 170. num. 6.* vbi dicit, causas iustas enumerari, *in d. l. cum ij*, sed præter eas multas alias extare, quæ tamen iudicis arbitrio committuntur; & quia ex eo textu recitantur, superuacuũ est illas referre.

Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiam, quando relicta sunt diuiti, qua nihilominus ille
5 transigere † non potest sine decreto, *vt probat text. in d. l. cum ij, §. si in annos, in ver. caterum, ff. de transact.* & & ibi hoc not. Bar. dicens, nõ permitti transactionem, si diues sit alimentarius, siue pauper, quando alimenta expresè sunt relicta, *& ita tenent Doctores communiter, vt inquit Salicet. in l. 1. in fi. C. de fideicom.* vbi dicit, *ver. caterum, in d. l. cum ij*, stare aduersatiuè ad præcedentia, *& ponit quoque Ang. in l. si certis annis, C. de pact. vbi eum quoad hoc sequitur Alexan. num. 3. Bal. Nouel. in tract. dot. par. 6. priuileg. 49. Gigas in tract. de pensio. q. 51. num. 21. Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. verum, num. 4. ff. de lib. agnoscen. vbi tamen paucos recitat ex prædictis.* Et facit, quia alimentorum causa, licet non semper sit pia, sed tunc solum, quando alimenta pauperi debentur, tamen semper & omni casu est fauorabilis, *vt dixi in principio huius partis.* Vnde inferri potest ad id, quod dixi suprà ex Orosco, quòd hoc fuit alimentorum fauore introductum.

Ampliatur secundò, vt idem sit, quando vxori
6 relinquitur vsusfructus, † stantibus filiis, quo casu secundum consuetudinem Bulgari relictum, restringitur ad alimenta, *vt tetigi suo loco*, nam eo casu non licebit super eo vsufructu transigere sine interuentu prætoris, & cognitione causæ, *vt voluit Picus in l Titia, cum nuberet, num. 179. ver. 89. ff. de legat. 2.* vbi allegat Baldum, in quodam consilio dicere, quòd etsi de alimentis transigi non possit sine prętore, tamen secus est in vsufructu, nisi vsusfructus sit restrictus ad alimenta. Ita enim lego, licet aliqui codices habeãt relictus, quamuis etiam eo casu, quando relinquitur vsusfructus pro alimentis, idem sit, quoad fauorem alimentorum. Et facit, quia non refert quòd relinquantur alimenta, vel quod relinquatur vsusfructus, qui sola importet alimenta: dum enim sequatur effectus, non curamus de modo, *l. 3. C. de institut. & substitut.* & nomi-
7 na vana, quæ carent effectu, † non sunt in consideratione, *Iaf. in l. vnica, num. 21. C. quan. non peten. par.*
8 & lex non est verbis, sed rebus † imposita, *l. 2. in fi. C. commun. de lega. cap. 4. extra de priuileg. cap. committa, de electio. in 6.*

Et ideo videmus quod ex quo pensiones super ecclesiasticis beneficiis assignatæ deseruiunt in vsum alimentorum, & ob causam alimẽtorum cen-
9 sentur assignatæ, *Roman. in cons. 388.* ideo super † pensione non valet transactio inconsulto prætore. *ita enim concludit Gigas in d. tract. pensio. quæst. 51. num. 21.* Et hoc erit locus tertiæ ampliationis.

Hinc etiam infertur, & succedit quarta exten-
10 sio, quòd cum dos æquiparetur alimentis, † *glos. in l. ob æs, C. de præd. minor. Salicet. in l. qui liberos, ff. de ritu nupt. Alexan. in l. cum is, §. mulier. ff. de cond. indeb. cum aliis citatis ad Euerar. in loco ab alimen. ad dot. in princip. loco 29.* non licebit etiam de ipsa dote transigere sine
11 iudicis decreto. † Nam fructus dotis cedere debent in alimenta vxoris, & familiæ, *vt not. Doctores in l. vbi adhuc, C. de iure dot. Authen. nouissima, C. de inoffic. testam. ita tenet Roma. in l. 1. ff. solu. matrim. & in l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred.* Et dicam infra, dum tractabo de pacto, vel etiam de renunciatione, quia propriè Roman. loquitur de renunciatione, non de transactione, licet ad id non animaduerterit Cordub. *in d. §. parens, num. 57.*

Extenditur quinto, vt vendicet locum etiam
12 inter plures legatarios alimentorũ, qui non † possent inter se transigere, *dicta l. cum ij, §. sed si plurib. vbi notant Bart. & alij omnes.* Et infert Bal. quod si testator rem pluribus legatam prohibeat alienari, non licet eis inter se alienare, sicuti etiam, secundum
13 eum, non licebit pluribus † emphyteuticis inuicem vendere rem emphyteuticam inscio domino, de quo Iason post alios, *in d. l. cum ij, §. si vno, num. 2. & idem voluit glos. in l. voluntas, C. de fideicom. vbi Corn. num. 8. Foller. in praxi censua. in §. huiusmodi census super rebus, num. 87. Bart. in tract. de alim. num. 38.* nam ratio, quæ prohibet transactionem super alimentis, ne scilicet alimentarij fame pereant, æquè militat in ea transactione, quæ fit inter alimentarios, sicuti in ea, quæ fit cum extraneo, *ita Iaf. in dicta l. voluntas, in fi. & Tiraquel. de retract. consang. §. 11. glos. 6. num. 12.* Vnde infertur ad id, quòd dixit Baldus, *in dicto §. sed et si pluribus*, vt scilicet procedat solum, quando subest eadem ratio, non si diuersa. Ideo fundo pluribus relicto, si prohibeat testator, ne quis partem
14 suam † vendat, poterit nihilominus vnus ex legatariis, alteri vendere sine offensione prohibitionis, *l. pater, §. 15. ff. de leg. 3.* & vnus ex vasallis potest
15 suam partem feudi alteri vendere † inscio domino, *vt inquit Bal. in d. l. voluntas, in fi. & ponit Tiraquel. loco prædicto*, vbi resoluit hanc esse regulam, & contraria procedere, quando vel prohibitio est in rem facta, vel eadem subest prohibendi ratio.

Sexto id procedit, quomodocunque agatur de alimentis, siue principaliter, siue accessoriè, & incidenter: sufficit enim, quod causa qualitercunque attingat negocium alimentorum, quia expe-
16 diri non † poterit sine prætore, vt concludit Bart. *in l. 35. num. 1. ff. de alimen. & cibar. lega.* vbi infert, quòd super modo diuidendi cognitionem causæ potest transigi, & subdit, quòd causa dicitur alimen-

torum, quidquid tangit alimenta, & id omne gaudebit alimentorum priuilegio, & infert ad ſtatuta loquentia de cauſis damnorũ datorum. Hinc poſt Ruin. quem citat, concludit Cordub. *in d. §. parens, num. 56.* quod alimentarius non poteſt inconſulto
17 prætore eligere † fundum, ex quo capiat alimenta, quia dicitur cauſa alimentorum. Id quod ideo ſit, quia quandocunque ſuccedere poteſt damnum alimentario, vel poteſt incidere in extremam inopiam, & fame perire, ſemper militat ratio prohibitionis, & conſequenter militare debet idem ius, aliàs per indirectum fame periret, & alimenta perderet, & quod non licet directè, non debet per indirectum concedi, & fieret hoc modo fraus legi, & actu prohibito, cenſetur prohibitum id omne, per quod ad illud peruenitur, *l. oratio. ff. de ſponſa.* & pro-
18 hibitus † alienare non poteſt actum facere, per quem poſtea ſequatur alienatio, *gloſ. in l. item quia. ff. de pact. l. codicillis, §. matre, vbi Bart ff. de leg. 2. Dec. in conſ. 200. num. 2. conſ 445. num. 26.*

Septimò amplia, vt quòd dictum eſt de tranſactione, locum quoque habeat in pacto, nam pa-
19 cto non poteſt quis renunciare alimentis † ſibi debitis, *gl. in d. l cum ij, in princip. ff. de tranſact.* quia ſecundum ea fieret fraus legi, *& eam gl. ſequuntur Doctores communiter, vt teſtatur Laſ. ibi, num. 10. hoc etiam voluit Bart. in tract. de alimen. num. 35. Pract. Papien. in form. libel. quo agit pro lega. rei ſing. in princ. num. 35. & communem quoque dicit Bertran. in conſ. 205. colum. 2. vol. 7. Foller. in d. praxi cenſua. d. §. huiuſmodi cenſus ſuper rebus, num. 87.*

Et ideo non valet pactum, quòd pater non te-
20 neatur alere † filium. *ita Specu. in titu. qui fil. ſint legit. §. 1. num. 12. ver. ſed pone.* vbi dicit, quòd pater ſecundum naturam tenetur alere filium, & pactum contra ius naturale non valet, *l. ius agnationis, ff. de pact. ſequitur Bar. in l. ſi quis à liberis, §. parens, in fi. vbi allegat tex. in l. aliam. §. eleganter. ff. ſolu. matrim. Alber. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſtit. & iur. vbi Bal. qui hoc etiam tenet in l. ſcimus, C. de inoffic. teſtam. Barbat. in cap. quæ in eccleſiarum, colum. 5. de conſtitut. Alexan. in l. ſi cum dotem, §. 1. colum. 3. ff. ſolu matrim. Papien. in form. libel. qua agit pro leg. rei ſing. num. 85. Cranet. in conſ. 116. num. 2.* vbi dicit, quòd alimenta debentur iure naturali, *Dec. in l. iura ſanguinis, num. 2. 4. & ſequenti, ff de reg. iur.* vbi tractat, an hoc poſſit fieri ex cauſa, & an procedat, etiam ſi dolo vel culpa filius euertit portionem ſibi à patre ſemel aſſignatam, de quo ego aliquando dixi, *in titu. ex quibus cauſis alimenta poſſint denegari, & cum Dec. tranſit Cagno. ibi, num. 4. Cranet. in conſ. 189. num. 3. Laſ. in Authen. quod locum, num. 8. C. de collatio.* vbi etiam, ſi filius dilapidauerit partem ſuam, quia nullo euentu alimenta tolli poſſunt. Et hanc partem tenuit etiam Ioan. Fabr. *Inſtitut. de iure naturali, nu. 4. in princip. Pet. de Rau. in ſuo Alphab. in ver. filiatio, Viuius commun. opin. lib. 1. opin. 22. col. 2. ampliat. 2.* vbi loquitur, quando recepit iã ſuam portionẽ, *Soarez in ver. alimẽta, num. 169. Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. parens, nu. 46.* vbi idem dicit in patre, qui non poteſt alimenta remittere,
21 † quæ ſibi à liberis debentur, & reprehendit Felin. *in cap. ſi diligenti, num. 5. de foro compet.* qui contrarium tenebat, eo quod parentibus alimẽta minimè debeantur naturali iure; nam dicit ipſe, licèt non debeantur iure naturali, tamen debentur naturali ratione, *ſecundum Bar. ibi, non omitto, quod etiam in filio contrarium tenuit Dec. in l. penult. colum. 5. C. de pact. quem ideo benè reprehendit Crau. in conſ. 189. num. 3.*

Eodem modo viribus non ſubſiſtit ſtatutũ, au-
22 ferens filio alimenta, † *vt cõcludit Bal. in conſ. 21. num. 2. volum. 3. quem citat & ſequitur Cranet. in conſ. 189. num. 3. Cagnol. in l. iura ſanguinis, num. 3. ff. de reg. iur. idem voluit Bal. in l. 1. §. ius naturale, colum. 5. ff. de iuſtit. & iur. Anchar. in cap. 1. queſt. 11. de conſtit.* vbi dicit, non valere ſtatutum mandans, quòd pater non teneatur alere filium maiorem annis decem & octo, *Caccialup. in l. omnes populi, ff. de iuſti. & iure, Didac. in epitome de ſponſal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 3. & num. 5. in princ. & in ver ſecundo infertur.* Hanc ſententiam, quòd filius ſtatuto non excludatur ab alimentis, tenuerunt *Iac. de Aret. Spec. Alber. & Roch. de Curt. quos refert approbando Viuius commun. opin. lib. 1. concluſ. 22. ampliat. 1.* Hoc ipſum voluit Dec. *in d. l. iura ſanguinis, num. 2.* licèt dicat, quod ex cauſa poteſt valere ſtatutum, ſed intellige, quando cauſa eſt talis, per quam voluit lex, poſſe filio alimenta denegari, quia tũc ſicuti à iure non debentur, ita à ſtatuto diſponi non poteſt, quod denegẽtur, atque ita valebit ſtatutum iis caſibus, quibus à iure denegantur alimenta. Et ideo Abb. *in cap. Rainutius. num. 12. de teſtam.* inquit, quod legitima poteſt
23 prorſus tolli, cum filius habet bona, † ex quibus poteſt ſeipſum alere, nam eo caſu pater alere non tenetur circumſcripto ſtatuto, *Lup. in rep. cap per veſtras, in 3. notab. §. quarto, in princ. ff. de donat. inter vir. & vxor. Io. Cirier. in tract. de primogen. lib. 2. cap. 16. vbi dicit communem, eos refert Didac. d. cap. 3. §. 6. num. 5. ver. ex hac ſecunda principali.* Et cum dicta ſententia, quod alimenta filiis debita, non poſſint ſtatuto tolli, tranſeunt communiter Canoniſtæ, *vbi poſt Roch. de Curt. inquit Viuius loco prædicto, Soarez, in ſuo Theſau. recept. ſentent. in ver. alimenta, num. 169. Natta in conſ. 201. num. 10. Brun. in tract. de excluſ. fœmin. artic. 1. num. 5. Beninca. in tract. pauper. quæſt. 7. in ſecunda ſpeciali iudi. num. 20. poſt Ang. & Laſ. quos citat,* declarans procedere ſolum in alimentis iure naturæ debitis, ſecus in aliis, *Ioan. Lup. in d. cap. per veſtras, in tertio notan. num. 21. colum. 1. folio mihi 149.* vbi infert, quòd eo caſu, cum filius ha-
24 bet aliunde † bona, ex quibus poſſit viuere, pater poterit omnia ſua ſubiicere maioratui nulla filiis relicta legitima, *ſequitur Didac. d. §. 6. num. 5. ver. quarto deducitur ex his, Ludou. Molin. in tract. de primogen. Hiſpan. lib. 2. cap. 1. num. 23.* vbi tamen dicit, hoc non procedere in principe, qui non poteſt diſponere, quod fiat maioratus in præiudicium filiorum etiam habentium bona aliunde, ex quibus viuere poſſit, & ſubdit hactenus in regnis Hiſpaniæ hoc non fuiſſe ſeruatum. Sed eius dictum non placet, quia ſi fieri poteſt lege, vel ſtatuto, vel conſuetudine, eodem modo fieri poterit à principe non recognoſcente ſuperiorem, qui eſt lex animata in terris, & habet poteſtatem legis condendæ. Sed etiam non placet dictum Ioan. Lup. quod liceat patri facere primogenium de omnibus bonis, quando filius habet aliunde, ſed non ex bonis patris. Nam etſi eo caſu pater non teneatur alere filium, tenetur tamen illi relinquere legitimam, ſicuti filiam quantumuis

tumuis diuitem tenetur dotare: nam, *vt dixi suo loco*, argumentum de alimentis ad legitimam, non semper procedit. Intelligi ergo debet Lupus, quãdo in regia dispensatione conceditur expressè facultas sic faciendi, quia tunc vigore principalis potestatis, sustinetur actus, qui ab ipso patre fieri non posset.

Similiter non valet consuetudo, quod filij non
25 † alantur à parentibus, *ita Abb. in cap. fina. num. 22. de consuetud. & ibi Roch. de Curt. sectio. 5. incipien. circa secundam partem.* Et ratio est, quia alimenta iure naturali debentur, *vt dictum est*, & naturalia iura immutabilia sunt, & consuetudo contra ius naturale
26 † non valet, *secundum glos. in dicto cap. fina. Didac. in dicto §. 6. num. 3 ponit Crauet. in cons. 116. num. 2.* vbi infert, quòd consuetudo non valet, per quam inducitur, quòd bona ecclesiæ non sint pauperibus distribuenda, & eroganda tempore necessitatis, & mouetur ratione prædicta, quòd esset contraria iuri naturali, *idem tenet Cagnol. in d. l. iura sanguinis, num. 3. Soarez in ver. alimenta, num. 169.* & facit, quia consuetudo & statutum à pari procedunt, *vt notant Doctores in l. de quibus, ff. de legib.* & consuetudo dicitur ta-
27 citum † populi statutum, *§. ex non scripto, Institu. de iur. natur. gent. & ciuili.* Cum ergo expresso statuto id fieri non possit, multo minus tacito, *argumento l. qui ad certum, ff. loca.* & vbi non valeret statutum,
28 non etiam valet † consuetudo, *Barto. in cons. 136. incipien. Capitaneus, volum. 1. & in simili ita arguit Crauet. in cons. 137. num. 3.*

Pariformiter is, cui alimenta debentur, non po-
29 terit causam alimentorum compromittere † in arbitrum, vel arbitratorem sine decreto Prætoris, *Specul. in titulo, de arbitr. §. restat, num. 3.* vbi dicit, quòd non valet, nisi fiat in aliquem tanquam iudicem, quia tunc sustinetur tanquam transactio facta authoritate iudicis, *idem Specu. in tit. qui fil. sint legit. §. 1. num. 27.* atque ita videtur Specu. velle, quod valeat compromissum in arbitrum, sed non in arbitra-
30 torem. Et † ratio est, quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum, *l. 1. ff. de arbitr.* Ideò paria sunt, quod expediatur causa alimentorum coram iudice, vel coram arbitro, *sequitur cum hac distinctione Alber. in l. de alimentis. in fi. C. de transact.* Sed etiam in arbitrum compromitti non posse, tenet Alber. *in l. cum ij, in fin. principij, ff. de transact.* vbi absolutè vult, quæstionem alimentorum nullo modo compromitti posse. Et hæc opinio mihi videtur verior, quæ prohibet transactionem, multò magis prohibet compromissum, *l. non distinguemus, §. liberali, ff.*
31 *de arbitr.* & qui non potest alienare, † non potest compromittere, *cap. cum tempore, vbi Butr. & Abb. de arbitr. Lapus alleg. 102. Cardin. cons. 95. Roman. in cons. 175. Socin. cons. 18. colum. 10. volum. 1. Dec. in cons. 44. cons. 39. colum. 2. cons. 282. colum. 2.* & qui non potest alienare sine decreto, † si compromittat, dicitur læsus,
32 *l. minor viginti quinque annis filiofamilias, §. 1. ff. de minor.* Et ideo Ias. *in d. l. alimentis, num. 2.* discedit à prima opinione, & residet cum Alber. *in dicta l. cum hi*, Curtius iun. *in dicta l. de alimentis, colum. 2.* expressè probat primam, quia facilius permittitur transactio, quàm compromissum, *l. fratris, C. de transactio. iuncto dicto §. de liberali, eandem sententiam probauit Alcia. in dicta l. cum hi, num. 1. Cordub. in dicta l. si quis à liberis, §. parens, num. 50.* vbi in fine subdit, quod hæc opinio habet rationem.

Hanc tamen sententiam limita non procedere
33 in arbitro † electo ex forma statuti, & ita in arbitro necessario, quia tunc valet compromissum, *ita Bapt. de S. Blas. in tract. de differ. inter arbitr. & arbit. q. 23. vbi ita intelligit Specu. in d. §. restat, num. 3. & cum eo transit Blanc. in tract. de compromis. q. 4. tit. de quib. caus. posses. comprom. fier. num. 19.* tales enim arbitri sunt iudices,
34 & æquiparantur iudicibus, † & habent iurisdictionem. *l. si cum exceptione, §. hæc autem actio. ff. quod met. cau. l. si arbiter. ff. de probat. l. arbitro. ff. qui satisda. cogan. cap. peruenit, 11. quæstio. 1. Dec. in l. cum speciali, colum. 1. de appellat. ponunt Butr. & alij, in cap. suspicionis, de offic. deleg.* & quod habeant iurisdictionem probat latè Blanc. *in tract. de comprom. in 6. princip. quæstio. in princ.* vbi disputat, an sit ordinaria, vel delegata, & multas alias quæstiones. Et videmus, quod idem est in dote, quæ æquiparatur alimentis. Nam licet in ea non habeat locum compromissum voluntarium,
35 habet tamen locum necessarium in arbitros † iuris, *secundum Corne. in cons. 137. colum. 1. volum. 4. quem sequitur Blanc. in dicto tract. dicto titu. de quib. cau. compromiss. fieri poss. num. 20.* Et licèt regulariter res prohibita alienari non possit compromitti, *vt dixi supra*, tamen procedit hoc in compromisso voluntario, non autem in necessario, nam quæ fiunt ex neces-
36 sitate † statuti, non regulantur secundum ea, quæ fiunt voluntariè per partes, *vt per Bartolum in l. 3. §. vtrum. ff. ad Syllania.* Et dicit Roman. *in cons. 118.* quòd actus factus ex necessitate, non cõprehenditur sub lege prohibente actum fieri. Ponit Blanc. *in d. titu. 4. par. num. 28.* vbi concludit, quòd etiam de re pro-
37 hibita alienari potest compromissum fieri † in arbitrum iuris, & ponit exemplum in simili de minore, & de aliis, quibus iura interdicta est alienatio, & reprehendit Dec. contrarium tenentem, *in cons. 44. & cum eo transit Pinell. in l. 1. par. 3. num. 45. C. de bon. matern. folio mihi 364.* vbi dicit idem in pa-
38 tre, qui etsi bona filiorum alienare non † possit, nec etiam compromittere, ex voluntate tamen benè potest, imò cogitur compromittere in arbitrum statutarium, vt per eum, necessitas enim iuris facit probabilem conuentionem, *vt inquit Bal. in l. de re, in secunda lectu. ff. de transactio.* vbi infert, quod pater compromittit in arbitrum iuris, & est generalis regula, quod prohibitio alienandi non inclu-
39 dit † alienationem necessariam, *Io. And. in c. verum, de cond. appo. Bar. in Authen. hoc ius prorectum. colum. fina. C. de sacrosan. eccles. Archidiac. in cap. Apostolicos, 12. quæstio. 2. Ange. in Auth. de alienat. & emphyt. num. 15. Doctores in l. filiusfamilias, §. diui, ff. de leg. 1. & in Authen. res quæ, C. commun. de lega. Pinell. qui multos allegat, in l. 1. par. 1. num. 24. C. de bon. mat. plures D. Becius, in cons. 100. num. 6.* Declarat item procedere prædictam conclusionem in alimentis debitis de futuro, & ex vltima voluntate, non autem in præteritis, & ex contractu, quia in eis aliud est, & fieri potest compromissum, *vt dicam infra in limitationibus principalis dicti.*

Et quòd

Et quod de filio dictum est, non posse eum pacto, vel transactione alimentis renunciare, procedit etiam in filio spurio, † *vt voluit Alber. & Bal. in l. 1. §. ius naturale, ff. de iustit. & iur.* & ratio est, quia in alimentis, & iis, quæ naturali iure vel ratione debentur, nulla est differentia inter spurios & legitimos, *vt dixi in tit. quib. alim. debean.* non minus natura illos agnoscit, quàm legitimos. Et hanc sentẽtiam probauit Didac. *in d. epitom de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. nu. 3.* vbi mixtim tractat de spuriis & legitimis filiis, *Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. parens, num. 47.*

Infertur ex prædictis, quòd mulier non potest renunciare † alimentis sibi debitis occasione dotium, *glos. in cap. literas, de restitut. spoliato.* quæ ex eo mouetur, quod eiusmodi alimenta sunt appendices matrimonij. Et illam glos. sequitur & dicit singularem Bal. *in cap. iurauit, num. 6. de probatio idem voluit Ias. in l. cum hi, in princ. num. 2. ff. de transact in l. si donaturus, §. si quis indebitam, num. 7. ff. de cond. cau. da. idem Ias. in l. diuortio, in princ. num. 21. ff. solu. matrim. Dec. in l. de alimentis, num. 6. in fi. C. de transact. Crauet. in cons. 189. num. 3. & Caphal. in cons. 485. num. 92. Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. si quis ex iis, num 139. & in §. pareus, num. 57. ff. de liber. agnosc.* Et hoc est quod voluit Roma. *in l. 1. ff. solu. matr. & in l. qui superstitis, ff. de acq hæred.* vbi vult, quòd mulier nõ possit renunciare doti, quia ex eis sumere debet alimẽta, & in hoc bene procedit argumentum ab alimentis ad dotem, *vt per Bart. ferè in proposito in l. si certus annis, nu. 3. C. de pact. vbi Ias nu 3. & Dec. nu. 8. dicunt esse commu. reprobata opinione Salicet. contrarium tenentis in l. 1. C. de fideicom. & sequitur Cordub. in d. §. parens, num. 57.* Et hoc est quod inquit glo. *in d. cap. literas,* quòd alimenta sunt appendices matrimonij, non enim voluit, quòd fauor hic alimentis impendatur contemplatione dotis, sed sui ipsius, id est, matrimonij, cuius onera ex dote sustinentur, atque ita argumentum deducitur ab alimentis ad dotem, non autem à dote ad alimenta. Hæc illatio intelligitur secundum aliquos, etiam in alimentis præteriti temporis, *Ias. in d. l. diuortio, num. 21. Dec. in d. l. de alimentis.* Sed Bal. *in d. c. iurauit,* loquitur indefinitè. Hæc autem quæstio ad eum locum pertinet, vbi tractabimus, an alimenta præterita peti possint.

Ampliatur quoque hæc conclusio, vt procedat, etiam si partium neutra contradicat, quia nihilominus iudex potest transactionem impugnare, *vt dicam hoc eodem titulo, in priuileg. incipit, duas habemus regulas.*

Principalis nostra conclusio, quæ habet quod de alimentis non liceat transigere prætore inconsulto, limitatur non procedere, quãdo transactio fieret cum iuramento per multas rationes. Prima, quia contractus quilibet, quantumuis inualidus iuramento † firmatur, *cap. licet mulieres, de iureiuran. in 6. vbi hoc not. Dom. Anchar. & alij, Bar. in l. si quis pro eo, num. 8. ff. de fideiussor. Bal. in c. cum contingat, num. 8. de iureiur. vbi Imola, num. 16. & Alciat. num. 115. Io. And. in cap. quamuis, in ver. seruari, C. de pact. in 6. glos. in Auth. sacramenta puberum, C. si aduer. vend. vbi Bart. num. 3. dicit communem. Corne. num. 22. Curt. iun. num. 25. & Ias. num. 36. Alexan. in cons. 20. col. 3. volum. 3. Afflict. in decis. 83. num. 3. Corn. cons. 2. col. 3. vol. 2. Curt. iun. in cons. 118. nu. 4. cons. 152. nu. 2. Goz. ad. in cons. 16. col. 2. num. 5. ver. quinto adduco, Socin. iun. in l. sciendum, nu. 58. ff. de verb. oblig. Cassan. in cons. 39. num. 23. Sylua. in cons. 40. num. 3. Riminal. instit. quib. alien. non licet, in princ. num. 208. Didac. in cap. quamuis, in 2. par. §. 1. num. 7. de pact. in 6. Gomes. de contract. cap. 14. nu-*mero 2. etiam si contractus sit ipso † iure nullus, *secundum Bar. Bal. Castren. & alios. in d. Auth sacramenta puberum, cum aliis apud Ant. Gabr. commu. opin. lib. . . tit. de minorib. conclus. 5. ver. nono amplia, num. 20.* Et procedit etiam, quando in contractu certa solennitas requiritur, quia nihilominus firmatur † iuramento, *Ioan. And. ad Specu. in tit. de senten. §. vt autem, in addit. incip. procedendum, Alexan. in cons. 53. colum. 4. volum. 3. Doctores, in d. Authen. sacramenta puberum.* Secunda est, quia seruandum est iuramentum, † vbicunque id fieri potest sine interitu salutis æternæ, *d. cap. quamuis, & d. cap. licet mulieres.* Tertia, quia videmus iuramento firmare renunciationem, quam filia recepta dote facit patri de omnibus paternis bonis, licèt † sine iuramento non valeat, *d. cap. quamuis, vbi Io. And. Io. Monach. & alij, Ias. in d. Auth. sacramenta puberum, num. 40.* Quarta, quia fundus dotalis, qui sine iuramento non potest alienari, validè alienatur, † si contractui iuramentum accesserit, *glos. in d. c. licet mulieres, cum similib.* Quinta, pactum de non succedendo, quod est nullum, *l. pactum quod dotali, C. de collatio, l. fi. C. de pact.* tamen validatur † iuramento, *vt per Doctores ibi, & in l. qui superstitis, ff. de acquir. hæred.* Sexta est, quia nulla dispositio simpliciter loquens trahitur ad actum iuratum: sed vis iuramenti illiusque † authoritas semper excepta videtur, *gl. fi. in cap. cum non deceat, vbi Io. And. Imola, Abb. Perus. & alij, de electio. in 6. Innoc. in cap. cum inter, circa fi. de renunciat. Cinus, Salic. Castren. & alij, in l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ. cũ infinitis, quos congerit Lamberteng. in tract. de contract. eorum, qui sine certa solennita. in fi. num. 11.* Multæ item aliæ rationes possent allegari, quas sciens omitto.

Et in terminis, quod transactio de alimentis sit valida, quando sit cum iuramẽto, voluit † id principaliter Bar. *in l. si quis pro eo, num. 17. ff. de fideiussor.* vbi inquit, quòd confirmatur iuramento actus, qui principaliter prohibetur propter subditorum vtilitatem. Et ponit exemplum *in l. cum hi, ff. de transact. eadem probauit Cuma. ibi, Imola in d. cap. cum contingat, in vlt. car. de iureiur. Alex. in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 5. quæst. Bar. num. 95. ff. de verb. oblig.* vbi dicit, quòd hæc opinio est tutior per regulam, quòd iuramentum seruari debet, quando id fieri potest sine interitu salutis æternæ, *Ias. in l. de alimentis, num. 4. C. de transact.* quia super alimentis transactio est prohibita ob priuatam vtilitatem, ne modico recepto renunciet quis alimentis, *vt dictum est supra.* at conualidatur cum iuramento actus, qui ob vtilitatem priuatam est prohibitus, *vt dictum est suprà.* Mouetur etiam, quia cum iuramento renunciari potest legi prohibitiuæ, *secundum Io. And. in addit. ad Specu. in tit. de instrum. edit. §. porrò, in additio. magna.* Et subdit, quòd ista pars est tutior, quia iuramentum hoc casu seruari potest sine interitu salutis æternæ. Et Dec. *ibi, num. 12.* inquit, hanc opinionem esse verio-

rem,

rem, quia renunciari potest iuri prohibitiuo, cum iuramento, & quia solennitas requisita in aliquo actu, non requiritur in actu iurato, *Curtius iun. in fi. dum sequitur Decium ibi, latè Curt.iun. in repet. num.3. & seq.* vbi inquit, esse quæstionem pro amico, & consuluisse pluries pro hac parte, quia legi prohibitiuæ, & formam tradenti potest cum iuramento renũciari, & quia prohibitio in casu nostro est principaliter inducta fauore priuati, & proinde iuramẽtum non est contra bonos mores. Et ante prædictos idem voluit Corne. *ibi, num.3. & cum ea transit Ias. in l cum hi, in princ. num.11. ff. de transact.* motus rationibus, de quibus supra, dicens opinionem Bart. ibi, esse falsam, & quod consuleret contrariũ, quia prohibitio non est inducta fauore publico, nec ex eo quod transactio sit contra bonos mores. Et hãc inquit communem scribentium conclusionem Alciat. *in cons.267. num.3. Tiraq. in præfatio. l. si vnquam, num.141. C. de reuocand. donat. vbi allegat Anchar. in c. accessorium, colum.3. de reg. iur. lib.6. Abb. in c. cum contingat, colum. pen. extra de iureiur. Didac. in cap. quamuis. par.2. in §.6. num.4. de pact. in 6. Bertran. in cons.205. volum.7.* vbi adducit, quod in simili dicitur de donatione excedente quingentos aureos, qua etsi simpliciter non valeat, confirmatur tamen iuramento, & de transactione, quæ fit cum iuramento super his, quæ dependet à testamento: valet enim, licet regulariter sit prohibita, *Gigas de pension quæstio.51. num.25.* vbi dicit *esse communem opinionem, allegans etiam Bauer. in tract. de viribus iuram. ver.46.* Et infert, quod eadem ratione
51 valebit transactio iurata † super pensione, quæ fuit assignata alimentorum loco, *Vasq. de succession. creat. lib.2. §.18. requisi.29. limit.1. num.169.* vbi tamen limitat non procedere, quando primum iurasset
52 † non transigere, in quo tamen contrarium tenet Bonacos. *de æquita. cano in ver. secunda conclusio, colum.4. eandem dixit communem Vasq. in eodem tracta. lib. tertio, §.29. limit.32. num.9. vbi etiam dicit veriorem, allegat Alciat. in dicto cap. cum contingat, num.192.* Et mouetur, quia mulier cum iuramento potest alienare dotalem fundum, & filius cum iuramento renunciat paternæ hæreditati, & tamen vterq; actus est simpliciter prohibitus, & vtroque casu subest timor, ne renuncians & vendens fame pereat, *Virgin. in constitutio. Piceni, glos.2. num.61. ver. decimus casus,* vbi tamen subdit, quod hoc casu concedi debet absolutio propter læsionem, vel dolum, quia in eo iuramento deest iustitia, veritas & iudicium.

Pari modo sustinetur pactum & renunciatio
53 † super alimentis, quando est iuramentum interpositum, quia, *vt dictum est*, non datur discrimen inter pactum & transactionem, & Doctores supra citati loquuntur promiscuè de pacto, & transactione.

Et per easdem rationes valebit compromissum,
54 quando est iuramento † vallatum, *vt concludit Alcia. in cons.267. num.3.*

Sed contrariam opinionem, quod etiam adhibito iuramento, non liceat sine prætoris decreto transigere super alimentis, probauit Bartolus *in l. cum hi, §. solet, in fi. ff. de transact. & est in fi. princ.* mouetur, quia lex dat formam, & loquitur prohibitiuè, addit, quod transactio est prohibita fauore vltimæ voluntatis & alimentorum, ne transigens fame pereat, *sequuntur Innocen. Imola, Abb. & Barbat. in cap. cum contingat, de iureiuran.* vbi Alciat. *num.132.* dicit, esse communem, subdens, quòd contraria nõ obtineret in practica, quia nulla lex est ciuilis vel canonica, quæ constituat contractum inualidum confirmari iuramento, *Spec. in tit. qui fil. sint legit. §.1. num.12. ver. sed pone quidam, & ibi Ioan. And. in addit. Bal. in l. pactum, quod dotali. quæst. vlt. C. de collatio. & in d. cap. cum contingat, colum.2. ver. item si diuertat, Alber. in d. l. de alimentis, in fi. Anchar. in cons.375. num.4.* vbi dicit idem esse in pacto, quia si non valet trãsactio, per quam aliquid recipitur, multo minus valebit pactũ gratuitum, *Felyn. in c. ex rescripto, num.12. de iureiur. vbi loquitur in pacto, eum sequitur Didac. in epito. de sponsa. par.2. c.8. §.6. num.3. vbi alleg. Domin. in d.c. quamuis pactum, Vitalis similiter in pacto, in tract. clausu. in ver. an posit alim. renunc. circa princ. Tiraq. in præfat. d. l. si vnquam, num.156. C. de reuoc. donat. Bossius in sua praxi crim. in tit. de alimen. præstan. vxo. num.11. Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. parens, nu.16.* quia finis omnis humanæ controuersiæ, quoad approbationem est iuramentum, *c. etsi Christus, de iureiur. Bonacos. in tract. de æquita can. ver. secunda conclusio, colum.4. ver. & nota, quod si quis,* vbi ampliat, etiam si pater iussisset non præstare filio alimenta, *Viuius commun. opin. lib. 1. conclus.22. colum.2. ver. amplia secundò.* Mouentur principaliter, qui iuri prohibi-
55 tiuo etiam cum iuramento renunciari † non potest, *Bar. in l.2. in fi. C. ne fideiuss. dot. dent. in d. l. si quis pro eo, in 3. & 5. memb. ff. de fideiussor. vbi etiam Ange. idem Bar. & Fulg. in d. l. cum hi, in princ. Bal. in c. cum contingat, colum.1. ver. item quia iurib. vbi etiam Butr. in tertio casu, in fi. de iureiur. Ang. in cons.353. colum.1. alios multos citat Tiraquel. de legib. connub. glos.4. num.27.* vbi ponit exemplum in statuto prohibente, ne mulier vel minor contrahat sine consensu affinis, vel sine alia quapiam solennitate. Id quod procedit non solum, quando ius illud introductum est principaliter ad
56 publicam † vtilitatem, quo casu res est sine dubio, *vt per Doctores in l. nemo potest, ff. de leg. 1. Alexan. in consilio 90. in fi. volum.1. Gozadin. in cons.61. num.16.* qua ratio-
57 ne non valet alienatio † rei ecclesiæ etiam iurata, *vt per Aretin. in cons.114. num.23. cum similib.* nec alterius rei quæ non sit in nostro commercio, *vt post Bar. per per Bauer. de virib. iuram. num.45. & ponunt Doctores, in cap. si diligenti, vbi Felyn. de foro compet.* sed etiam, quando introductum est, ad priuatam vtilitatem, quæ
58 tamen separari non potest à publica, † *vt per Bart. l. Modestinus, ff. de donatio. Gozad. in cons.88. colum. pen. & fi.* & non est omnino certum, quòd iuramentum validet actum nullum. Nam Bartolus contrarium tenet *in l. qui superstitis, ff. de acquiren. hered. Alexan. in cons.196. num.9. vol.6.* vbi dicit, quod confirmari non potest id, quod nullum est, *Bologn. in cons.45. colum.2. ver. præterea sequeretur, Dec. cons.536. num.16. Ioan. Fab. in Instit. quib. alien. non licet, vbi etiam Port. super ver. interdicta, Ruin. in cons.60. num.5. volum.4. in cons.55. volum.5. Socin. iun. in cons.48. num.17. volum.1. & Alciat. in c. cum contingat, dicit non esse bene expeditum, vtra sit communis opinio, & hanc inquit dubiam quæstionem, Didac. in c. quamuis, in 2. par. §.1. num.7. de pact. in 6.*

Ego

Ego primam opinionem existimo veriorem, vt quæ tutiora habet fundamenta, & qui contrarium
59 tenent ferè omnes loquuntur in alimentis, † quæ filio debentur, *ita Specu. Ioan. And. Alber. & alij citati*, & Specu. mouetur ratione, quia alimenta filiis debentur iure naturali, quod nullo modo tolli potest. Et ideo Curt.iun. *in repet. l. de alimentis, num. 6. C. de transact.* licet primam teneat opinionem in aliis, tamen in filiis dicit aliud esse, quia vbi debetur alimenta iure naturæ, non valet super eis transactio, quamuis iurata. *Eandem facit distinctionem Cordub. in dicto §. parens, num. 81.* Et hoc casu cessant rationes allegatæ pro prima parte, & iuramentum dicitur contra bonos mores, quando est contra ius naturale, & hoc tenuit pro sublimitatione conclusionis, vt non procedat in alimentis, quæ iure naturæ debentur filiis.

Sublimitatur etiam hæc opinio, vt non procedat quãdo renunciationem, vel transactionem superueniret extrema egestas, & inopia, quia tunc
60 poterit alimenta † petere, non obstante renunciatione, *ita Feder. Sen. in cons. 64. incip. quod pactum, in fine*, vbi tamen loquitur in filio, quia secundum eum, tunc iuramentum esset contra ius naturale, præcipuè si mendicitas esset notoria, & manifesta. Idem dicit Imola, *in d. c. cum contingat*, vbi vult, quòd etsi transactio valeat, si tamen postea fame moriatur, alimentarius iustè agat ad alimenta non obstante transactione, *& eum sequitur Alciat. in cons. 267. num. 3. Felin. in cap. ex rescripto, num. 12. de iureiur. vbi tamen allegat solum Feder. & cum hac opinione transit Vital. d. tract. clausul. in ver. anpoßit renuncia. alimen.* quia vt ipse dicit, sicuti non tenetur quis seruare iuramentum, per quod incidit in periculum mortis, ita etiam non tenetur seruare, quando incideret in opprobrium, & ex terminium famis, nam ea est mors, *dicta l. necare*, & propterea posset vtraque sublimitatio coniungi, vt scilicet tunc valeat transactio, quando laborat extrema inopia. Melius est tamen singulis in casibus tenere sublimitationes. In quo tamen aduerto, maximam esse discrimen inter primam & secundam, quandoquidem prima transactio erit à principio nulla, quia repugnat iuri naturali; secunda verò à principio valebit, licet postea non obliget, quando alimentarius ad eam inopiæ extremitatem peruenit, per quam fame periret, si non sibi succurreretur aduersus trãsactionem. Et hoc casu facilius admittitur contrauentio, quia mutatus est rei status, & quælibet
61 conuentio † intelligitur rebus manentibus in eodem statu. *l. quod seruus, ff. de cond. ob cau. Et loquendo in renunciatione, Bal. in l. pactum quod dotali, quæst. 4. de collation. vbi eum sequitur Castr. & Dec. Roman. Aret. & Imo. in d. l. qui superstitis, cum aliis apud Tiraquel. in l. si vnquam, in præfatio. num. 130. C. de reuoc. donat. D. Becum in cons. 74. num. 21.* dicit enim contrauenire ex noua causa, nam etiam si nulla vnquam præcessisset obligatio alẽdi, sicque nulla renunciatio, teneretur nihilominus alere superueniente extrema egestate, intelligendo non solum in patre & aliis affinibus, sed etiam in extraneis, quia, *vt dixi suo loco*, quilibet habens tempore maximè inopiæ, cogitur egenti dare, etiam si alioquin nulla foret obligatione obstrictus. Et ideo inquit Crauet. *in cons. 115. supra allegata*,
62 quòd non valet consuetudo, † per quam liberetur beneficiatus ab onere distribuendi partem fructuum in pauperes.

Secundo principaliter limitatur cõclusio prin-
63 cipalis, quando † transactio facta fuisset vtiliter, & in commodum alimẽtarij, vt quia fecisset suam conditionem meliorem, quia eo casu valet inconsulto prætore, *vt est text. in d. l. cum hi, §. eam transactionem, ff. de transact. & ibi notant omnes.* Et infert glos. quòd ecclesia, & minor alienabunt validè, non obstante iuris prohibitione, vbicũque alienatio ten-
64 dit † ad eorum vtilitatem. Et Bal. *in l. contra iuris, in fi. princ. ff. de pact.* quod ecclesia potest sine legitima solemnitatem facere contractum sibi vtilem. Mouetur ex illo *§. eam transactionem, Alber. in Authen. hoc ius porrectum, colum. vlt. C. de sacros. eccles. Faber in §. & ne huius, Instit. de eo, cui liber. cau. quam sententiam probarunt in ecclesia, Iac. de Aretin. Din. Cardin. Floren. Cæpolla, Barbat. Iaſ. Socin. & Dec. quos citat Tiraquel. de legib. connub. glos. 8. num. 62.* Et dicit Abb. *in cap. 1. glos. fina. de restit. in*
65 *integr.* quod prælatus alienãs † vtiliter in foro conscientiæ excusatur, quod etiam voluit Dec. *in l. non omnis, §. si pupillus, post princ. ff. si certum pet. multos allegat Redoan. in tract. de reb. eccles. non alien. in rub. de cau. vtilit. num. 174. Rebuff. in compend. alienat. rer. eccles. num. 34. Capic. in decis. 113. colum. 1.* Et in minore, quod contra-
66 ctus ab eo celebratus sine tutore † vel curatore valeat, si vtilis sit, est text. *in l. neque, C. de contrab. & commit. stipulat. Bal. in cons. 72. volum. 4. Roman. in cons. 316. & cons. 453. Abb. in cons. 22. colum. 2. volum. 1. Alex. in cons. 59. colum. 2. colum. 2. Barba. in proœm. Clem. in 2. lectu. colum. 3.* & procedit etiam si pupillus obligaretur, *l. si pupilli, in princ. ff. de neg. gest. l. pupillus, §. 1. ff. de autho. tuto. alia iura citat Tiraq. in tract. de legib. connub. glos. 8. num. 66.* vbi, *num. seq.* dicit, id generale in omnibus, quibus interdicta est bonorum suorum administratio, vt scilicet cesset prohibitio, quando actus vtiliter geritur. Et per hanc rationem Bal. *in d. l. neque*, inquit, mulierem & minorem validè contrahere, si viriliter contrahant, nõ obstante statuto, per quod an-
67 nullatur contractus † gestus sine interuentu consanguineorum, & subdit, hoc esse mentis tenẽdum. Idem dicit *in l. 1. ff. de contra. iudic. tute. infinitos citat Tiraquel. loco prædicto, num. 76.* vbi infert ad infinitas similes decisiones, *alios addit Lamberteng. in d. tracta. de contract. eor. in fi. num. 165. & seq.* vbi dicit magis communem, & subdit, idem esse in ecclesia & minore contrahente sine tutore, & decreto prætoris. Addo idem esse in vasallo, qui etsi non possit sine consensu domini alienare feudum, tamen hoc fallit,
68 quando alienatio † est vtilis, & tendit in feudi augumentum. valet enim eo casu, *secundum Isern. in c. Imperialem, colum. 6. in fi. ver. item secus, de prohib. feud. alien. per Feder. & sequitur Afflict. ibi, num. 55. idem voluit Isern. in cap. 1. in fine, de illo qui interfic. fratr. dom. Afflict. in decis. cap. 11. num. 1. Capic. decis. 100. num. 3. Bal. in cap. 1. §. contrario, vbi Præpos. in princ. de inuest. it. de re alie. facta, & ibi Afflict. num. 4. dicit illum textum ad hoc semper allegari, Duen. in reg. 40. limit. 6. latè Dominus Becius, qui plures citat in cons. 101. num. 3.* Et quamuis quoad alienationes, quæ

nes, quæ fiunt de bonis Ecclesiæ, vel minorum, & quoad contractus eorum, qui statuto prohibentur contrahere sine certa solemnitate, non desint contradicentes, *vt potest videri apud Tiraq. & Lamberteng. in locis supra citatis*, tamen quo ad transactionem, quæ fit de alimentis, res est in dubitata, quia textus *in d. §. eam transactionem*, est clarus, præcipuè, quia prohibitio inducta est ob priuatam vtilitatem, *vt dixi suprà*, ideò vbi concurrit vtilitas alimentarij, cessat prohibitio, & nemo læditur, *ita intellexit Ioan. Fab. in §. & ne huius. Instit. de eo, cui lib. cau. Alciat. de verb. signi. lib. 1. & Tiraq. d. glo. 8. num. 63. in fi.* licèt plurimum laborent Ang. Cast. Fulgos. & Ias. *in d. §. eam.* nostram limitationem sequūtur omnes *in d. l. de alimentis, vbi præcipuè Dec. num. 12. vers. secundo fallit, Pinel. in l. 1. par. 3. num. 31. C. de bon. mat.* vbi late differit, an valeat alienatio rerum Ecclesiæ sine solemni-
69 tate, & num. 30. dicit patrem legitimum † administratorem posse validè bona filij alienare, si vtiliter id faciat, *& num. 45.* post longam disputationem concludit, patrem posse vtiliter, & prudēter transigendo alienare bona filiorum, & quod valeat transactio sine prætore, si ei vtilis sit, cui debentur alimenta, ponit Paris. *in cons. 16. nu. 104. vol. 2. Gigas in tracta. de pensio. q. 5. 1. num. 21.* vbi dicit idem
70 esse in pensione pro alimentis assignata, † & ponit exemplum, quando transigitur circa tempus soluendi alimenta, vel pensionem, *Crot. in cons. 74. nu. 18.* vbi ait, quòd licebit etiam permutare, si hoc expediat alimentario, *Bertrand. in cons. 205. num. 1. in fi. vol. 7. Alciat. in cons. 267. numero 4. vbi allegat Rom.*

Aduertendum tamen, quòd si decretum iudicis non sit appositum in transactione, is qui cum alimentario transegit, tenebatur probare vtilitatem illius contractus, quia deficiente solemnitate ne-
71 cessaria, actus non † præsumitur vtilis, *secundū Bar. in l. quæcunque, ver. scias tamen, C. de bon. quæ lib. Dec. in cons. 572. col. 2. Tiraq. clarè d. glos. 8. num. 89. Lamberteng. in d. tract. in fi. num. 170.* contrariorum enim eadem est disciplina, & idem operatur oppositum in oppo-
72 sito † quod propositum in proposito, *l. & si contra, in fi. ff. de vulg. & pupill. Bal. in l. 1. num 3. C. quan. lice. ad emptio. disced. Neuiza. in cons. 38. nu. 12. Natta in cons. 442. num. 8. Euerar. loco 75. in prin.* at vbi solemnitas interuenit, contractus præsumitur vtilis, & contra-
73 rium probare tenetur, qui illum impugnat † sub prætextu quod sit damnosus, *Bal. in c. sicut, num. 6. de re iud. Ale. in cons. 79. num. 18. vol. 1. idem Bal. in cap. 1. col. 2. ver. quæritur, tit. qui feud. da. poss. Tiraq. d. glo. 8. num. 64. Lamberteng. d. num. 170.*

Aduertēdum item, quia vtilitas non probatur ex eo, quod partes in instrumento dicant actum esse vtilem alimentario, quia in prohibitis confessio non nocet, *Bart. in l. si forte, ff. de castr. pec.* & in alienatione rerum Ecclesiæ, quod non attendatur ea
74 assertio, ponunt † multi citati à Redoa. *in d. tract. in rub. de cau. vtilit. nu. 72. & seq.* & licèt gl. Inno. Host. & Card. Flor. *in c. ea noscitur, de hu, quæ fiūt à præla. sine cōsen. capitu.* teneant contrarium, tamen eorum opinio sustineri non potest, quando aliud non concurrit, ex quo assertio illa iustificetur, præcipuè
75 longi vel longissimi temporis † cursu, secundum *Butr. in d. c. ea noscitur, Guid. Pap. in q. 151. in fi.* tunc enim comprobatur confessio, quia non est verisimile, quòd actus fuisset tamdiu toleratus ab Episcopis, qui quotannis Ecclesiam visitant, *vt in simili dicunt Hostien. Cardin. Butr. Imola & Abb in c. illud, de præsumpt. & declarauit aliquando, cum in facto mihi contigisset.*

Volunt etiam multi, quod vtilitas debeat esse
76 euidens, † vt actus inconsulto prætore factus sustineatur, *ita Lamberteng. loco prædicto, num. 170.* alias si vtilitas possit esse & non esse, non dicitur euidens, & actus non sustinetur.

In hoc etiam casu concludit Alciat. *in cons. 267.*
77 *num. 4.* sat esse si ex post facto † appareat transactionem fuisse vtilem, pro quo facit quod ea, quæ sequuntur, declarant actum præcedentem, & obseruantia declarat actum. Verum hæc Alciati opinio mihi nequaquam placere potest, quia vt contractus sit vtilis vel damnosus Ecclesiæ, inspici de-
78 bet tempus celebrati ipsius contractus, † est tex. *in c. ad aures, in ver. tunc, & ibi notat. gl. fi. de reb. Eccles. non alien. ad idem est tex. in c. cum dilecti, vbi glos. 2. de empt. & vend. & illam glo. dicit notabilem Ias. in cons. 54. num. 20. cons. 55. num. 3. cons. 119. num. 8. vol. 1. Calder. in cons. 5. de rer. permut. Bertran. in cons. 42. num. 11. vol. 1. Cran. in cons. 271. col. 6. Rebuff. in compend. de alien. rer. Eccles. num. 73. in fi. Redoan. in d. tract. in tit. de cau. vtilit. num. 137.* & est regulare, quod tempus celebrati contractus inspi-
79 ciendum est, vt cognoscamus, † an ex eo inferatur, Probat tex. *in l. si voluntatem, C. de rescind. vend. in fi. Bar. Bal. & alij omnes in l. 2. C. eo. tit.* est etiā tex. *in l. 2. C. de præd. & om. reb. nauicul. lib. 11.* vbi Ioan. de Plat. *in 5. notab.* infert post And. de Barulo, ad casum nostrum, dicens, quod ille textus facit contra prælatos, qui cum rem aliquam ruinosam, & modici valoris vendiderunt, videntes postea eam effectam pretiosiorem, tentant rehabere, quia alienatio fuerit Ecclesiæ damnosa, quod tamen facere non possunt, quia attendi debet status rei, qui erat tēpore alienationis factæ, Et hoc ponunt omnes Doctores *in l. 2. C. de rescind. vend.* dum volunt eum, qui agit ad rescissionem contractus, probare valorem secundum tempus celebrati contractus.

Videntur tamen hæc intelligenda, vt procedant si velit alimentarius acquiescere transactioni, non alias. Nam eiusmodi contractus claudicat, quia potest alimentarius cogere cum qui secum contraxit, vt transactioni stet. Ita enim videmus in contractu inualido, qui celebratur cum Ecclesia vel minore, quia possunt Ecclesia vel minor compellere contrahentes ad illius contractus obser-
80 uantiam, † licèt ipsi ad id non teneantur, probatur *in l, Iulianus, §. si à pupillo. ff. de actio. emp. glo. Hostien. Butr. & Abb. in c. 1. tit. ne se. vacan. Innoc. Hostien. Io. And. Card. Florent. Butr. & Abb. in c. 1. de his, quæ fiunt à prælat. sine consens. capit. & infinitos citat Tiraq. in d. tract. de legib. connub. glos. 8. num. 91. & pluribus sequentibus, vbi confirmat multis exemplis, & id in nostro proposito considerat Ias. in d. l. cum hi. §. eam trāsactionem, num. 2. ver. limita tamen, vbi dicit esse perpetuo notandum, Socin. iun. in cons. 28. num. 11. vol 2.* Et facit generalis regula, quod nullitas potest ab eo solo allegari, in cuius fauorem fuit in-

troducta, & tunc solus actus est nullus, quando is
81 vult, † cuius fauore actus dici potest nullus, *secundum gl. in l. eleganter, in princ. vbi notat Bar. ff. de dolo malo, gl. in l. iuris gentium, §. prætor ait, in ver. dolo malo, vbi Bal. Ang. & alij, ff. de pact. Crot. in cons. 119. num. 7. Bero. in consilio 30. num. 26. volum. 2. Ruin. in cons. 48. num. 12. volum. 4. Crauet. in cons. 179. num. 5. Borgnin. de tutor. num. 170.* In proposito tamen nostro, non video, quomodo prędicta possint habere locum, cum possit alimentarius iuri competenti renunciare, *vt supra diximus*, & cesset hoc casu ratio prohibitionis: nam cum facit suam conditionē meliorem, desinit actus esse nullus, quia non subest timor, ne ad inopiam redactus fame pereat. Cessante autē ratione cessat nullitas, & consequenter est in facultate alimentarij approbare, vel impugnare trasactionem. Et quod dicitur de ecclesia aliud est, quia tunc non desinit actus esse nullus, sed cogitur cōtrahens persistere in eo contractu adhibitis de nouo solennitatibus ex parte ecclesiæ, *ita probat tex. in d. l. Iulianus. §. si à pupillo, Ias. in d. §. eam transactionem*: quia tamen non inuenio decisum, non audet firmare contrarium.

Ad vnum tamen aduerte, quod si prædicta sunt vera, locum habebunt, etiam si transactio probaretur vtilis, quia posset alimentarius cogere contrahentem ad obseruantiam transactionis, etiam quando non esset vtilis, ex quo nullitas fuit inducta fauore alimentarij, & hæc esset magna extensio. Posito tamen, quod supradicta declaratio locum habeat, & quod sit in facultate alimentarij improbare, vel approbare transactionem non factam vtiliter, non tamen ei licebit approbare,
82 postquam semel ab aduersario † erit impugnata, vel ab eo allegata nullitas, *Bal. in cap. 1. colum. 3. ver. capio primam gloss am, de præscript. & ponit Ias. in l. non eo minus, num. 1. ver. limita. C. de procurat. & in l. licet, num. 10. C. eodem, Felin. in cap. causam, num. 9. de iudic.* Et in contractu mulieris tradit Lup. *in rub. de donationib. inter virum & vxorem, §. 68. num. 7. Tiraq. dicta glos. 8. num. 88. Pinel. in l. 1. part. 3. num. 33. C. de bon. matern.* vbi post Baldum, quem citat alio etiam modo limitat hanc regulam.

Hanc tamen limitationem principalem sublimitat Bart. post Iacob. Butr. quem citat *in d. l. cum hi, §. si prætor*, vt procedat, quando per transactionem non receditur à forma alimentorum: at si recedatur,
83 † non valet transactio, etiam si foret vtilis alimentario, *sequitur Ias. in eadem l. cum hi, §. eam transactionem, num. 1. ver. secundo nota*, & est mirabilis declaratio, quam alij non tangunt.

Tertio principaliter declaratur conclusio minimè procedere, quando alimenta non deberentur ex vltima voluntate, sed ex pacto, vel alio contractu celebrato inter viuos, quia licebit super eis
84 inconsulto † prætore transigere, *vt voluit glos. in d. l. cum hi, in princip. in ver. alimentorum, ff. de transactio. per tex. ibi, in ver. planè*, vbi dicitur sine authoritate prætoris, posse transigi super alimentis, quæ non sunt donata causa mortis, *sequuntur ibi Bar. Alber. Bal. Castr. Fulgos. & Ias. Salic. in l. de alimētis, num. 2. Corn. num. 1. Ias. num. 1. & Curt. iun. num. 8. C. de transact. & Dec. num. 12. in tertia limitat. & Alciat. ibi, hanc etiam limitationem tenet Felin. in c. si diligenti, num. 5. ver. intellige, de foro compet. Cagno. in Liura sanguinis, num. 4. ff. de reg. iur. Bertran. in cons. 205. colum. 3. volum. 7. Foller. in pract. censua. in §. huiusmodi census super rebus, num. 87. Cordub. in d. §. parens, num. 76. & ante omnes Bart. in tract. de alimen. num. 33. & seq.* Et quoad decisionem omnes sequūtur, nec est qui contradicat. Dubiū tamen est, quæ sit ratio diuersitatis, cur non valeat, quando alimēta debentur ex vltima voluntate, contra verò sustineatur, quando debentur ex contractu. Et aliqui tenuerūt ideo primo casu non valere, quia versetur duplex fauor, alimentorum scilicet, & vltimæ voluntatis. Nam, *vt diximus*, alimentorum causa vndecunque proueniant, semper est fauorabilis, vltima quoque volūtas multis fauoribus est dotata in iure nostro, quare duplex causa plus debet operari, quam simplex. Hac ratione mouetur Bar. *in d. l. cum hi, in princ. num. 6.* dicens, quòd in iis duobus simul iūctis versatur fauor publicus, vt scilicet testamenta mandentur exequutioni, & ne homines tenues fame pereant. Hāc etiam rationem allegat *in tract. de alimen. num. 34.* licèt transeat ad aliam, Bal. *in eadem l. cum hi, in princ. colum. ver. in eadem, ibi speciale, Ias. d. l. de alimen. in princ. Duran. lib. 1. disputat. c. 44. Oroscius in d. l. cum hi, num. 9.* Aliam tamen rationem assignat Bar. *in d. tract. de alimen. num. 34.* quia scilicet lex præsumit alimentarium non futurum minus diligentem in conseruando alimenta, quàm in acquirendo. Sed hæc ratio cessat, quando alimenta fuerunt relicta in testamento, vel vltima voluntate: docet enim experientia maiori cum diligentia conseruari ea, quæ cum laboribus acquirūtur, quàm quæ nobis relinquuntur, & nulli ferè sint, qui patrimonium labore partum dissipet, multi verò disperdāt à parentibus relicta. Hanc rationem considerauit Bar. *in tract. de alimen. num. 34. Albe. in d. l. cum hi, in princ. Salicet. in d. l. de alimentis, C. de transact. sequitur Dec. ibi, num. 12 ver. 3. regula procedit*, vbi vult procedere etiam in donatione causa mortis, *Bertran. in d. cons. 205. nume. 2. volum. 7. Ias. in d. l. cum hi, num. 8. in princ. ff. de transactio. Cordub. in d. §. parens, num. 78.*

Hæc tamen ratio non videtur generalis; Nam videmus, quod de alimentis donatis causa mortis, non licet transigere sine prætore, *d. l. cum hi, ver. planè*, & tamen in ea donatione requiritur acceptatio, atque ita factum donatarij, non dico requiri acceptationem expressam, sed sufficere tacitam, puta
85 quod donatarius præsens sit, † & taceat, *Ang. in cons. 183. colum. 2. Curt. iun. in rub. C. de pact. colum. 1. & ibi Purpur. quam opinionem tenuit etiam Galiaula in rub. ff. de verborum obligat. folio 5. Didac in rub. de testam. par. 3. in princip. num. 13. ver. verum si donatarius, & num. 14. ver. quinimò sufficit.* potest enim fieri etiam pacto nudo, *glos. in l. cum pater, §. Mœuio, vbi Bart. & Doctores, ff. de deleg. 2. Bal. in l. vnica, §. sin autem, in fi. C. de caduc. tollen. Didas. loco prædicto, num. 14.* Nec satisfacit responsio Decij, *in dicta l. de alimentis*, qui dicit, donationem causa mortis propter alia, quæ concurrunt, iudicari vltimam voluntatem: id enim nō refert, nec mutat iuris intellectum, quando sat est, quod in ea considerari possit acquisitio, sicuti in contractu. Aliter tamen respondeo, quòd scilicet non attendimus

dimus simplicem acceptationem, ex quo in ea nulla versatur donatarij industria aut calliditas, quæ tamen sola consideratur in contractibus inter viuos. Si enim esset in cõsideratione acceptatio, vtique de alimentis relictis in quacunque vltima voluntate idem dicendum esset, quòd de acquisitis ex contractu. Quando etiam per vltimam voluntatem nunquam quærantur inuitis, sed semper volentibus. Et quamuis acquirendi verbum sit generale, & includat etiam donationem, *§. 1. Instit. de donatio. & Instit. per quas person. nob. acquir.* tamen quando industria & sagacitas hominis consideratur, tũc secundum subiectam materiam, nõ dicitur acquirere qui sibi factam donationem acceptat, sicuti in simili acceptãs donationem non dicitur acqui-
86 rere, † quando fit mẽtio de acquisitione cum pretio, *vt per Castr. in cons. 194. volum. 1. D. Becum in cons. 41. num. 20. in ver. non obstat igitur, & in cons. 52. num. 105.*

Item prædicta ratio non videtur generalis, quia secundum eam non liceret transigere de alimentis quæsitis per donationem inter viuos, cuius tamen contrarium volunt, seu præsupponunt ferè omnes Doctores, nam in ea nulla cadit alimentarij industria, nulla sagacitas, sicuti nec relicto facto in vltima voluntate, atque ita pungit Ias. *in d. l. de alimentis, num. 1. in fine.*

Addo, quod ex alio non est generalis, quia de alimentis, quę debentur ex sanguinis affectione, vel etiam naturali ratione, vt quę à parentibus debentur, à fratribus, vel personis per nos supra enumeratis liceret transigere sine prætore, nam ea acquiruntur sine facto alimentarij & deferuntur à lege, non autem prouisione hominis. Et tamen Doctores videntur præsupponere, quòd de illis quoque non liceat transigere. Et hic est tertius casus, qui non fuit explicitè consideratus à Doctoribus circa facultatem transigendi. Quod si fortè dicamus hoc casu licitam esse transactionem, quia non debentur ex testamento, vel vltima voluntate, replicari poterit, quod illa videtur magis debita, quàm si essent testamento relicta, & quod casus videntur pares, quia dispositio hominis, & dispositio legis æquiparantur, *§. disponat, in Auth. de nupt.* Cum ergo secundum mẽtem Doctorum transigere sine prætore liceat super alimẽtis debitis ex donatione inter viuos ex naturali ratione, & sanguinis charitate, fatendum est, rationem hanc non esse generalem, nec bonam, sed eam meliorem esse, quæ fundatur in fauore alimentorum, & vltimæ voluntatis, quod gratia multa inducta sunt contra communes iuris regulas.

Notandum tamen est, quod ad prohibendum transactionem sine prætoris interuentu sufficit a-
87 limenta quoquo modo deberi † ex vltima voluntate etiam inspecta originali causa, *vt voluit Guliel. Cun. in d. l. cum hi, in ver. planè*, vbi ait, quod hæres ex testatoris præcepto vendicet alimenta, non poterit is emptor de alimentis transigere sine decreto, quia etsi habeat emptionis titulo atque ita ex contractu, quia tamen contractus fuit ordinatus à testatore, perinde est, ac si testator ipse reliquisset alimenta, *cum sequitur Bal. in vtraque lectu.* quia originalis causa attendi debet, *§. agri plagam, l. vxorem, ff. de leg. 3.* subdit Bal. quod causa remota est attendenda. Hoc etiã voluit Castr. *in d. l. cũ hi, nu. 1. in princ. l. Tiraq. de legib. connub. gl. 8. num. 185. in l. boues, §. hoc sermone, in 9.*
88 *limit. num. 13.* Et ratio est, quia actus semper † tribuitur non exequẽti, sed ordinanti, *c. cum aliquib. de rescript. in 6. l. item eorũ, §. si decuriones, ff. quod cuiusque vniuersit. nom.* & à primordio tituli posterior formatur euentus, *l. 1. cira fi. C. de impon. lucrat. descrip.* Ideo si testator hæredem suum grauet restituere Titio certa bona post mortem, is verò decedens Titium instituat in illis bonis, dicitur Titius illa bona habe-
89 re, nõ ab hærede grauato, sed † à testatore grauante, *l. vnum ex familia, §. si de Falcid. ff. de leg. 2.* & ibi infert Imo. quòd officialis electus ab eo, cui cõsilium generale eligẽdi concessit facultatem, dicitur à consilio generali electus, non ab illo particulari, & id videtur à testatore factum, quòd eo mandante factum est, *l. pater ex prouincia. de manum. vindicta, Alex. in cons. 215. colum. 4. volum. 6. Castren. in cons. 441. colum. 2. volum. 1. Socin. cons. 114. colum. fi. volum. 3. Cranet. in cons. 144. num. 1. & seq. Tiraq. d. gl. 8. num. 184. & seqq. dixi in cons. 29. num. 3.* Licèt ergo ille habeat alimenta ex cõtractu emptionis, quia tamen hæres vendidit mandante testatore non poterit transigere de his sine interuentu prætoris. Et hoc modo sublimitatur ea declaratio Doctorum, qui dicunt licere inconsulto prætore transigere de alimentis debitis ex contractu, non enim procedit in contractu qui fuit ordinatus à testatore, quia inspecta origine habentur ex vltima voluntate.

Quartò, intelligẽda est conclusio nostra, vbi locum non vendicet, quando testator licẽtiam con-
90 cessisset † transigendi sine prætore, quia tunc licita est transactio sine decreto, *vt voluit Ang. in l. de alimentis, quem citat Dec. ibi, in fi. C. de transact.* Sed in contrariũ facit, quia prętoris decretum requiritur per modum solemnitatis, & est publici iuris, ergo non potest remitti, *argum. eorum, quæ notantur in l. 2. C. vt in possess. legat.* Verum prima opinio est verior, & eam probauit Gul. Cun. *in d. l. cum hi, in ver planè, vbi Bal. in 2. lectu. illum sequitur, ff. de transact. sequitur Tiraq. d. gl. 8. num. 94. in fi. Menoch. de arbit. iudic. casu 171. num. 68.* Mouetur, quia testator potest remittere decreti interpositionem, *vt notatur in l. si quando, C. quan. decre. non est opus.* Et inquit Bal. quod vbi decretum procedit de conscientia testatoris, non opus est decreto, *argum. l. pen. & fi. ff. de transactio.* Et pro hoc facit, quia etsi minor non possit bona immobilia alienare sine decreto, si tamen ea vendat ex permissu testa-
91 toris, † nulla requiritur solemnitas, *est tex. in l. 1. §. 1. in l. magis puto, §. si pupillus, & l. fina. ff. de reb. eor. in l. 1. & l. prædium, vbi gl. & Io. Fabr. C. quan. decre. non est opus, Bart. Bal. & Aret. in l. qui Romæ, in §. coharedes. ff. de verbor. oblig. Alexan. in cons. 215. in princ. vol. 6.* vbi inquit, hoc esse verum, siue licentia testatoris sit generalis siue specialis, *Afflict. in decis. 285. num. 10. Neuiz. in cons. 84. num. 3. & 4. Tiraq. d. gl. 8. num. 194. & seq. Lambert. in tract. de contract. eor. qui sine cert. solemnit. glos. 1. num. 3.* Et idem est, quãdo alienatio fieret in exequutionem actus ge-
92 sti à testatore, † quia eodem modo solemnitas non requiritur, *vt vult Bart. in l. 2. in fi. in princ. ff. de stipulat.*

seruo. quem sequitur Iaſ. in l. 1. §. fuit quæſitum, num. 15. & ibi Ripa, num. 10. ff. de verb. oblig. Dec. in l. ſingularia, num. 15. ff. ſi cer. pet. Neuizan. d. conſ. 84, num. 3. Menoch. in tract. de arbitr. iudi. caſu 171. nu. 69. & poſſent multa alia allegari, quæ omitto. Stat ergo limitatio, quod vbi teſtator permittit tranſactionem ſuper alimẽtis, tunc non exigitur iudicis decretum. Ad rationes autem in contrarium allegatas, reſponderi poteſt, quod decretum à iure requiritur ad priuatam vtilitatem, *vt ſupra diximus*, tractando de renunciatione iurata, ergo teſtator poteſt illam ſolemnitatem remittere, *vt notant Doctores in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1.* Et facit, quia ſi teſtator poteſt alimenta non relinquere, multo magis poterit relinquendo ordinare, quòd ſuper eis tranſigi poſſit, quia qui poteſt quod eſt plus, poteſt etiam quod eſt minus, *l. cui quod plus, ff. de reg. iur.* Et rei ſuæ quilibet poteſt conditionem ap-
93 ponere, † quam vult, *l. in traditionibus, de pact. Zabarel. in Clemen. quia contingit, in 11. notab. de relig. dom. Anch. in conſ. 27 nu. 2. cũ aliis per D. Bec. in conſ. 101 nu. 25. & ſeq.*

Quintò reſtringi debet principalis concluſio, ad alimenta futura, nam quoad præterita licet ſine
94 prætoris interuentu † tranſigere, *ita voluit gloſ. in d. l. cum hi, in princ. in ver. alimentorum, ff. de tranſactio. vbi Alber. in princ. & Iaſ. num. 9. Bal. in l. pactum quod dotale, in ſi. C. de collat. Bal. in l. de alimentis, C. de tranſactio.* vbi dicit, rationem diuerſitatis eſſe, quia ex futuris alimentis pendet vita hominis, nõ ex præteritis, ideo fauorabiliora ſunt futura, *ſequitur Salicet. ibi, Corneus num. 1. & 2. Iaſ. num. 4. Dec. num. 9. Curt. iun. num. 1. & Alciat. colum. 2.* Ex hac ratione infertur, non eſſe bonam rationem, quam ex multis ſupra allegauimus, quod ſcilicet tranſactio prohibita ſit fauore alimentorum, & vltimæ voluntatis, nam ſi eſſet generalis, vtique etiam de præteritis alimentis tranſigere non liceret, quod tamen eſt falſum. Hanc quoque diſtinctionem probauit Fel. *in 6. ſi diligenti, num. 6. de foro compet. ſequuntur Oroſc. & Connan. quos citat Cordub. in d. §. parens, num. 74. vbi dicit communem.* Et pro hac parte facit, quia etſi alimenta ſemper ſint fauorabilia, tamen quãdo contra ius aliquod priuilegium eis cõceditur ſemper reſtringitur ad alimenta futura, quia in eis ſolis militat ratio, quæ eſt cauſa priuilegij, ne ſcilicet alimẽtarius fame pereat, vt paſſim in diſcurſu operis notari poſſunt exẽ-
pla. Contra hoc tamen facit, quia diſpoſitio *d. l. cum hi*, procedit ſiue alimenta relinquantur pauperi ſiue diuiti, & tamen in diuiti ceſſat ratio, ne alimentarius fame pereat, *ita Iaſ. in d. l. cum hi, §. eam tranſactionem, in princ. ver. 3. nota.* Reſponderi tamen poteſt, quod in diuite aliud eſt, quia poteſt effici
95 pauper, & fame perire, & non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri. At in alimentis præteritis, ceſſat omnino ſuſpicio, ne pereat, quia iam vixit eo tempore, quo debebantur alimenta, & hanc conſiderationem fecimus aliquando ſupra ad aliud propoſitum.

Sextò principaliter limitatur, ne procedat in permutatione, quæ tamen nõ ſit damnoſa alimen-
95 tario, quia † ea fieri poteſt prętore incõſulto, *vt probatur in d. l. cũ hi, §. ſi cui, vbi notant omnes, præcipuè Bar. Bal. Caſt. & Iaſ.* In eo textu nec non *in §. ſi.* ponuntur exempla permutationis, quæ ibi poſſunt videri. Si vero non ſit vtilis, non eſt licita ſine prætore. Et aduertendum, quòd ille tex. ad validitatem tranſactionis non requirit, quod ſit vtilis, ſed ſufficit, quod non ſit damnoſa, *& ita loquuntur Doctores ibi, excepto Bal.* aliàs ſi de vtilitate loqueretur, eſſet ſuperflua deciſio, cum iam in *§. eam tranſactionem*, generaliter ſtatutum ſit valere tranſactionem, quæ ſit vtilis alimentario. Conſidera etiam quod *in d. §. ſi cui*, non tractatur de minutanda ſubſtantia relicti, nec de tollendis alimentis, ſed de mutanda forma, & qualitate præſtationis, & facilius toleratur alteratio qualitatis, quam ſubſtantiæ, quia non eſt curandũ de modo, ſi idẽ ſequatur effectus in ſubſtantia, *l. 3. C. de inſtit. & ſubſtit.* Hinc dicimus, quod
96 qualitas facilius † præſumitur quã ſubſtãtia, *Ang. & Alex. in l. ſi certis annis, C. de pact.* & leuiores probatio-
97 nes ſufficiunt † ad probandũ qualitates, quam vbi agitur de ſubſtantia, *c. cum per tuas, de probatio, l. ſolent. ff. de alim. & cibar. lega. latè Cæphal. in conſ. 170. num. 25.* & regulariter res prohibita alienari poteſt permutari, vt in re ſpirituali, quæ poteſt cũ alia re ſpirituali,
98 † permutari, licet non vendi, *probat text. in c. ad quæſtiones, vbi gl. & Doctores, de rer. permut. gl. in c. ſuper eo, de tranſactio.* & mulier licèt fundum dotalem marito
99 inſcio, nõ poſſit vẽdere; poteſt tamẽ † permutare, *Cin. in Authen. ſine à me, C. ad Velleia. Alber. in l. 1. §. & cum cum lex, C. de rei vxor. actio. Cuman. in l. quamuis, ff. ſolu. matrim.* Quod aliunde non prouenit, quam quia permutatio longè minus affert detrimentũ, quam venditio, præcipuè quando fit ſine damno, *vt inquit Tiraq. de retract. conſang. §. 30. gloſ. 2. num. 28.* Quod autem tranſactio licita ſit, quando fit permutatio rei ad alimenta relicta, voluit Crot. *in conſ. 65. num. 19. vbi allegat Caſtren. in ſimili quæſtione.*

Septimò reſtringitur, vt non procedat prohibitio, quando minima ſunt alimenta, quæ fuerunt
100 relicta, quia tunc licet tranſigere † ſine prætore, *vt eſt tex. in d. l. cum hi, §. fi. Tiraq. in tract. de iudic. in reb. exig. feren. ver. 32. Cord. in d. §. parens, nu. 79.* Et pro hoc facit, quia etſi tutor adminiſtrare non poſſit, niſi facto inuentario, & ad illud teneatur, tamen fallit, quando bona minoris ſunt modici valoris, ita quod plus impenderetur in ipſius inuentarij confectio-
101 ne † quam ſit valor bonorum, *Bar. in l. mediterraneæ, C. de annon. & tribut. Abb. in c. de appellationib. extra de appellat. Tiraq. in d. tract. de iud. in reb. exig feren. ver. 45.*

Octauò, declarat Alciat. *in conſ. 267. num. 3. in fine*, non eſſe locum prohibitioni, quando per eam tranſactionem declaratur ſolum quantitas, vel
102 ſumma præſtanda pro alimentis, † quia eo caſu decretum non requiritur, ſed nihil allegat. Ego huic limitationi non aſſentior, quia prætoris decretum eſt neceſſarium, quandocunque ex actu poteſt læ-
diius alimentorum. Et Bartolus *in l. 3. num. 15. ff. de alimen. & ciba. lega.* dicit, quod cauſa alimentorum dicitur ad hunc effectum, quandocunque aliquid tractatur, quod pertineat ad alimenta, *& dixi ſupra hoc eodem priuilegio. in ſexta ampliatione.* Cum verò in declaranda quantitate poſſit maxima fieri diminutio in damnum alimentarij, dicendum eſt decretum fore neceſſarium.

Nonò

Nonò, licèt transactio permittatur authore prætore super alimentis, hoc tamen intelligitur, quando persona est alioquin habilis ad transigendum, quia cum de vno disputamus, cætera habilia
109 supponuntur, *§. in extraneis, Institu. de hæred. qualit. & differ.* At si is cui relicta sunt alimenta non sit habilis, non valebit transactio, & cum authoritate prę-
103 toris, exemplum est in seruo, † qui cum non possit pacisci, vel aliquem facere contractum. *l. is personam, ff. de reg. iur.* & se obligare, vel alium sibi, *l. serui, ff. de actio. & obliga. l. nec seruus, vbi glos. ff. de pecul.* etiam cum prætoris interuentu, *l. contra iuris, in fi. ff. de pact.*
104 non poterit etiam super alimentis † sibi relictis transigere, *ita Bart. in l. cum hi, §. eã transactionem, nu. 5. ff. de transact.* vbi dicit, domino videri relicta ea alimenta, quæ seruo alicuius relinquantur, *l. filio, ff. de cond. & demon.* Ideò dominus ipse, non seruus debet
110 extrinseca soleat præsumi *secundum glos. Innoc. Butr. Imo. & Abba. in cap. peruenit, de censib. Hostien. Ioan. And. Butr. Imo. Abb. & Felin. in cap. Albericus, de restitu. cum infinitu similib.* tamen in transactione, quæ fit super alimentis, licet lapsum fuerit longum tempus solen-
111 nitas hæc non præsumitur, *vt concludit † Vasq. illust. q. cap. 64. num. 21.* Mouetur, quia solemnitas extrinseca nõ præsumitur, quando est talis, cui partes non
112 possunt † renunciare, *Anch. in cap. 1. de rebus eccles. non alien. glos. & Bart. in l. 1. C. de fide inst. Bar. in l. faciendum, ff. de verbor. oblig. cum aliis quos ille citat, num. 17.* Et huic solemnitati alimentarius renunciare non potest, *vt diximus supra*, ergo nõ erit præsumenda. Aduerte tamẽ, quia Vasq. loco prædicto, & Cordu. qui eum sequitur *in d. §. parens, num. 54.* loquuntur de solemnitate, quæ requiritur ex dispositione, *l. de hu, ff. de transact.* id est, quod visa, lecta, & cognita prius sint testamenti verba, sed per idẽtitatem rationis idem dici potest in solennitate, quæ requiritur ex dispositione, *l. cum hi, ff. eodem titu.*

Decimò, est casus, in quo etiam cum prætoris interuentu non licet pacisci, quando scilicet gra-
106 tis † quis remitteret alimenta, quia tunc non valet, *vt per Bal. in l. cum hi, in princ. colum. 2.* vbi dicit, quòd vxor, cui relicta sunt alimenta à marito, non potest illa refutare etiam cum authoritate iudicis, vt intelligas aliud esse quod super alimentis transigatur, aliud verò, quod alimentis renuncietur, nam qui transigit aliquid recipit, *vt ff. de transact. l. 1.* qui verò renunciat nihil retinet. Et hanc differentiam ponit Ias. *in d. l. cum hi, in princ. nu. 10.* vbi inquit, quod in pacto nihil datur, & transactio cum prætoris interuentu est valida, renunciatio autem etiam cum
113 prætore est nulla. Et licet in præsenti conclusione tractauerimus etiam de pacto & renunciatione, tamen intelligenda sunt ea, quæ diximus, de renunciatione etiam cum decreto prætoris. Et pro dicto Bal. facit, quòd ponunt Doct. loquendo de minore, qui etsi cum authoritate curatoris possit facere
114 quemcunque contractum, non tamen potest do-
107 nare † per tex. *l. si. §. cum autem, C. si maior fac. alien. rat. habuer.* vbi Bal. dicit, quod minor etiam cum decre-
115 to iudicis non potest donare, allegatque alium tex. *in l. ab agnato, ff. de curato. furios.* Et dicit Bal. *in cons. 108. volum. 1.* quod minor de bonis suis immobilibus, nõ potest authorante iudice dotare personam extraneam, *Aretin. in cons. 24. in 4. dubio, in fi.* Quinimò curatorem habere non potest ad donandum, quia curator non datur, nisi subsistente iusta causa, donatio autem non est causa iusta dandi curatorem,
108 quia donare † est perdere, *l. contra iuris, §. fina. ff. pact.* sicuti etiam remittere est donare, *glos. in l. si quis obligatione, ff. de reg. iur. Bar. in l. Modestinus, ff. de donatio.* Et quod ad donandum non possit minori dari cura-
109 tor, † voluit Bal. *post Iac. Butrig. in l. 1. C. si aduers. donat.* vbi infert, quod si donat seruata statuti solennitate, ea donatio est nihilominus nulla, quia solennitas introducta in fauorem minoris, non debet retorqueri in odium, *exornat Natta in cons. 166. num. 17. & seq. & in cons. 173. num. 1. & seq.* Quæ enim dicuntur de authoritate tutoris & curatoris, adhibenda in contractibus minorum, & de iudicis decreto in aliis contractibus, intelliguntur, quãdo actus, qui fit, potest esse vtilis & damnosus, at ibi certitudine damnosus est, decretum iudicis, vel curatoris authoritas nullum addit robur.

Addo etiam pro declaratione præsentis declarationis, quod etsi temporis lapsu solemnitas † ex-
110 trinseca soleat præsumi *secundum glos. Innoc. Butr. Imo. & Abba. in cap. peruenit, de censib. Hostien. Ioan. And. Butr. Imo. Abb. & Felin. in cap. Albericus, de restitu. cum infinitu similib.* tamen in transactione, quæ fit super alimentis, licet lapsum fuerit longum tempus solen-
111 nitas hæc non præsumitur, *vt concludit † Vasq. illust. q. cap. 64. num. 21.* Mouetur, quia solemnitas extrinseca nõ præsumitur, quando est talis, cui partes non
112 possunt † renunciare, *Anch. in cap. 1. de rebus eccles. non alien. glos. & Bart. in l. 1. C. de fide inst. Bar. in l. faciendum, ff. de verbor. oblig. cum aliis quos ille citat, num. 17.* Et huic solemnitati alimentarius renunciare non potest, *vt diximus supra*, ergo nõ erit præsumenda. Aduerte tamẽ, quia Vasq. loco prædicto, & Cordu. qui eum sequitur *in d. §. parens, num. 54.* loquuntur de solemnitate, quæ requiritur ex dispositione, *l. de hu, ff. de transact.* id est, quod visa, lecta, & cognita prius sint testamenti verba, sed per idẽtitatem rationis idem dici potest in solennitate, quæ requiritur ex dispositione, *l. cum hi, ff. eodem titu.*

Quæ supra dicta sunt concernunt casus, in quibus licet transigere sine decreto, at vbi etiam decretum interuenit, non potest adhiberi sine iusta aliqua causa. Iura autem loquuntur simpliciter de decreto, quia præsumunt iudicem non sine causa interpositurum authoritatem suam, *vt declarauit in*
113 *cons. 49. num. 30.* Ideo ex decreto † præsumuntur solennitates, *l. ab ea par. in 2. respon. ff. de probat. & ibi dixi, alios citat Menoch in tract. præsumpt. lib. 2. præsum. 75. ferè per tot.* Benè verum est, quod aliquando lex vltra decretum requirit pro forma cognitionem causę, sed etiam tunc præsumitur interuenisse si appa-
114 ret de decreto, † *vt latè per Vasq. in d. tract. illustr. quæst. c. 39. nu. 1. & seq.* Iusta ergo causa requiritur, & sine ea iudex non debet comprobare transactionem fa-
115 ctam super alimentis, & circa tria † principaliter versatur cognitio, causam scilicet, modum & personas, *d. l. cum ij, §. vlt.* Et quamuis multæ causæ recitentur *in d. l. cum ij*, tamen possunt dari aliæ similes, *vt ibi probatur in §. causa, ibi, aut si alia quædam causa sit, declarat Menoch. in tract. de arbitr. iudic. casu 170. num. 6. vbi recitat nonnullas causas.* Et præcipuè, si alendus vno sit in loco, & debitor in alio, vel si vrgeat grauis aliqua occasio comparandæ pecuniæ, & quando à pluribus alimenta præstanda sunt. Et latè prose-

quitur, sed quia hæc omnia sua habent distincta capita, vtilius duxi ea referre in loco opportuno, vbi tractabimus, quando in domo, vel extra domum præstanda sint alimenta, qualia sint præstanda, & quid alimentorum loco præstandum sit.

SVMMARIVM.

1 *Imputantur filio in legitimam, ea quæ pater simpliciter dat illi.*
2 *Alimenta præstita à patre, non imputantur filio in legitimam.*
3 *Alimenta præstita sorori dotatæ non imputatur in legatum factum pro dote.*
4 *Imputari minimè possunt, quæ ad hæredes non transmittuntur.*
5 *Imputari non debent filio ea, quæ sibi à patre prouenerunt inter viuos.*

PRIVILEGIVM LVII.

QVÆ pater dat filio simpliciter, non expresso titulo donationis, regulariter imputantur filio in suam legitimam, & eam
1 extinguunt † pro rata, *Bartolus in l. 1. §. si parens, ff. si quis à paren. fuer. manum. Alexan. Iason & alij, in l. illud, C. de collatio. Alexan. in cons. 42. volum. 2. Socinus in cons. 18. volum. 4. Bertran. in cons. 85. volum. 2. ponunt Doctores in l. in quartam, ff. ad leg. Falcid. vbi Ripa, num. 145.*

2 Tamen alimenta quæ pater præstitit filio, † non imputantur in legitimam, *vt est textus in l. quæ pater, ff. famil. erciscun. Doctores in l. filia licet, C. de collatio. Bal. qui loquitur de solis vestibus, in l. omnimodo, §. imputari, numero 4. in fi. C. de inoffic. testam.* vbi dicit, quod non conferuntur, nec imputantur, *Bereng. in l. in quartam, cap. 3. num. 97. Paris. in cons. 130. num 2. volum. 1. Duen. in regu. 222. num. 2.* Et idem est in alimentis, quæ ab
3 hæredibus præstantur filiæ dotatæ, † quia non imputãtur in legatum sibi factum pro dote, *vt per Ange. in §. fuerat, num. 35. Institut. de actio.* Et prædictam sententiam, quòd filio non imputentur alimenta relicta à patre, tenuit etiam Sebast. Medic. *in tract. de compensat. in prima part. quæstio. 14. vum. 5.* vbi quod non computantur. Hoc tamen non est inductum speciali fauore alimentorum, sed generali ratione, quia alimenta non transmittuntur ad hæ-
4 redes, *vt dixi suo loco*, quæ verò ad hæredes † non transmittuntur minimè imputantur, *vt per Doctores in dicta l. omnimodo, §. imputari, & ponunt vt plura exẽpla à Bereng. d. num. 79.* Est & alia ratio excludendæ imputationis, nam minimè imputantur, quæ ad fi-
5 lium perueniunt à patre inter vinos, *l. si quando, §. & generaliter C. de inoffic. testam. l. illud, C. de collatio. Doct. in d. l. in quartam, tertio excluditur imputatio*, quia pater præstando alimenta filio magis exoluit proprium debitum, quam conferat beneficium. Tenetur enim pater alere filium, *vt dixi*, & pro alimẽtis filius dicitur quodammodo creditor. Ideo alimenta cedunt in exonus patris, & tanquam æs alienum persolutum non imputantur.

SVMMARIVM.

1 *Pubertas in masculo incipit à decimo quarto anno, in fœmina vero à duodecimo, & ibi ponit rationes differentiæ.*
2 *Pubertas in contrahendis matrimoniis dicitur post decimum quartum annum in masculo, & duodecimum in fœmina.*
3 *Pubertas attenditur in condendis testamentis.*
4 *Pubertas fauore alimentorum, incipit ab anno decimo octauo in masculo & à duodecimo in fœmina.*
5 *Pubertas triplicis est generis: plena, plenior, plenissima.*
6 *Baptizans debet decem octo annis præcedere baptizatũ.*
7 *Annus perfectus, an requiratur, vel sufficiat inchoatus in pubertate, vide ibi remissiuè.*
8 *Pubertas in alimentis, quæ relinquuntur diuiti, quando incipiat.*
9 *Ratio dominatur legi, sicut anima corpori.*
10 *Legatum in dubio strictè est interpretandum.*
11 *Testator censetur in dubio minus grauare hæredẽ, quam fieri possibile.*

PRIVILEGIVM LVIII.

PVBERTAS in masculis incipit regulariter completo decimo quarto anno, in
1 fœminis † verò post duodecimum est, *in §. nostra autem maiestas, Instit. quib. mod. tute. fin. l. fi. C. quan. tut. vel curat. esse desi.* Augetur enim crescit, & adulta perficitur fœmina ante masculos, *vt inquit Plutarch. in suis prob. sequitur Coras. in l. precibus, numero 24. C. de impub.* Dicit tamen glos. *in l. qua ætate, ff. de testa.* quod mulier ideo citius pubescit, quia mulier citius est sagacior, quàm masculus. Eadem gl. *in l. 2. C. de his, quæ ven. ætat. impet.* dicit, ideo prius pubescere, quia mala herba citius crescit. Bal. autem & alij, *in §. præterea, vbi Bauer. num. 8. Instit. qui testam. face. poss.* dicunt hac ratione fœminam prius pubescere, quia citius deficit. Neuizan. autem *in Sylua nupt. lib. 2. num. 106. post AEgid. quem citat*, vult, causam esse, quia natura modicum curãs de fœmina, cito eam perducit ad augmentum. Id quod conuenit Philosopho, qui dixit, mulierem casu nasci, cum natura perfectioni intẽta semper velit masculum producere, *Tiraq. de legib. connubial. gl. 1. num. 99. alias autem rationes ponit Tiraq. in l. 6. num. 38. & est gl. 1. par. 6. vbi Macrob. citat & alios.* Et eiusmodi pubertas † attenditur
2 in contrahendis matrimoniis, *§. 1 Institu. de nupt. cap. continebatur, & cap. atteſtationes. de desponsat. impub. gl. in cap. 2. eod. tit. Calcan. in cons. 120. Tiraq. d. l. 6. num. 36.* vbi dicit, virum decimo quarto anno tantum ferre semen. Refert tamen, *num. 37.* viros aliquos minoris ætas reddidisse mulieres prægnantes, id quod an verum sit, mihi non probatur. Nam id idoneis testibus conuinci potest, vbi nõ est pubertas proxi-
3 ma, eadem ætatis etiam in testamentis † condendis attenditur, *l. qua ætate, ff. de testam. §. præterea, Instit. qui testam. face poss.*

Sed vbi alicui alimenta relinquuntur vsquequo ad pubertatem peruenerit, tunc debentur masculo vsque ad decimum octauum, fœminæ verò † ad
4 decimum quartum, *l. Mela ait, ff. de alim. & cibaria leg.* vbi dicit, in alimentis hoc fuisse inductum pietatis fauore. Et glos. ibi dicit, esse speciale in alimentis, & ibi notant omnes, *Roman. in sing. 604. Cremen. qui dicit speciale, in sing. 78. Pract. Pap. in form. lib. quo agit pro lega. rei siu-*

rei singul. num. 85. in 1. gl. Auctor in tract. de præscript. in tit. Status hominum, & tempora, num. 6. vbi dicit, prouenire hoc ex ratione humanitatis, vt porrigantur alimenta nonnihil ad robustiorem ætatem, qua possit legatarius seipsum alere, *Dec. in l. fi. nu. 3. C. de Carbon. edict. Vital. in tract. clausul. in titu. an possit alimen. renuncia. colum. 13. ver. & scias quod fauore alimentorum, Coras. in d. l. precibus, num. 24.* vbi inquit, constitutionem hanc ratione moueri, cum videamus ante illam ætatem non sufficere pueris suam artem, vel industriam, ad quærendum victum, *Ripa in l. 2. num. 12. ff. de vulga. & pupil. Gomez in tract. de testam. cap. de substit. pupil. num. 1.* vbi dicit, textum illum esse singularem, sed posse malè verificari in alimentis relictis vulgari sermone alicui impuberi. *Et allegat idem tenuisse Roder. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. Cordub. in l. si quis à liberu, §. verum, num. 5. & sequen. ff. de liber. agnoscen.* Et idem ante alios voluit glos. *in l. arrogato, §. non tantum, ff. de adoptio.* quæ docet triplicem
5 esse † pubertatem, plenam scilicet, pleniorem, & plenissimam: Ea verò plena est, quæ quarto decimo anno perficitur in masculo, & duodecimo in fœmina, sed plenior, quæ in masculo excedit decimum septimum annum, in quo admittitur quis ad postulandum, *l. 1. §. pueri etiam, ff. de postulan. §. fi. Instit. qui manum non poss.* Plenissima autem, cũ de alimentis tractatur vel etiam de adoptione, aut arrogatione, quia hoc quoque vltimo casu decimus octauus annus requiritur, vt quis possit adoptare, *d. l. arrogato, §. non tantum, & gl ibi post alios, sequitur Anan in rub. delict. puero. num. 1.* Sed Eman. Costa, *in cap. si pater, in 1. par. in ver. impuberes, num. 1. de testam. in 6.* dicit triplicẽ esse pubertatem: vnam ordinariam, quæ attẽditur in nuptijs, testamento, & alijs; aliã plenam, quæ dicitur in alimentis, & arrogatione; tertiam verò plenissimã, quæ ad vigesimũ quintum ætatis annum producitur, quæ attenditur, quando pubertas ponitur in conditione ab eo, qui sciebat illum iam esse puberem, *l. cum filio, ver. ego quidem, ff. de legat. 3.* Et sinè melior est distinctio hæc, quia iura loquentia de plena pubertate, intelligunt de ea, quæ completur decimo octauo anno in masculis, *d. §. non tantum, & in d. §. minorem, Instit. de adoptio.* Et ideo Abb. *in cap. debitum num. 3. de baptismo,* inquit quod bapizans, vel leuans, de sacro fonte aliquem debet eo maior † esse decem octo annis, sicuti qui adoptat, quia pater legitimus, vel adoptiuus talis esse debet. Et verum quod Ancharan. ibi inquit sufficere quatuordecim annis illum anteire, *& sequitur Dec. in dicta l. finali, numero tertio, C. de Carbon. edic. vbi Abb. reprehendit.* Cum igitur plena pubertas tendat vsque ad annum decimumoctauum, non mirum est, si in alimentis ætas illa attenditur: fit enim in eis tamquam fauorabilibus plena interpretatio, *vt dixi suprà.* Rursus videntur alimenta relicta ea intentione vt prouisum etiam legatario, donec per seipsum possit alimenta comparare, at id facere non potest, nisi postquam assequutus est eam ætatem, & ideo secundum subiectam materiam diuersimode capitur pubertatis mentio.

An verò anni sint perfecti, vel sufficiat inchoa-
6 tos esse, vide † Doctores *in dicto §. præterea, Instit. qui*
7 *testamen. face. poss. vbi Bauer. num. 9.* Sed in casu nostro resolutio ab eo pendet an verò inchoato decedens alimentarius transmittat ad hæredes alimenta pro toto anno, Et de hoc tractabimus suo loco.

Conclusio autem principalis videtur non habere locum quando alimenta † relinquerentur diuiti, vel aliunde habenti vnde se alat, quia in *d. §.*
8 *Mela* ait, alimenta præstantur vsque ad annum decimumoctauum pietatis intuitu, at vbi ratione pietatis aliquid indulgetur, non habet locum, quando pietas cessat, quando alimentarius est diues, *vt diximus sæpè*, præcipuè dum firmauimus causam alimentorum non dici piam, nisi cum alimenta pauperi, vel indigenti relinquuntur. Contra tamen Doct. in distinctè dicunt fauore alimentorum concedi hoc priuilegium, alimenta verò semper sunt fauore digna, etiam si diuiti debeantur, ego non inuenio aliquẽ tangentem, sed existimo restringi ad annum decimumquartum, si legatarius non sit pauper, quia cessat ratio *l. Mela ait*, ergò cessare debet illius dispositio: quia cum ratio sit anima legis, sicuti anima corpori † dominatur, ita legi dominatur ratio,
9 *l. scire leges, ff. de legib. l. cum mulier, vbi Doctores, ff. soluto matrimonio, l. non dubium vbi glos. & Doctores, C. de legib.* & ratio legis, quando est stricta, legem ipsam re-
10 stringit ad suos limites, *l. cum pater, in. §. dulciss. mu, vbi Barto. Imo. & alij, ff. de leg. 2. l. adigere, §. quamuis, vbi Bar. & alij, ff. de iu. patron. alios citat Euerar. loco 34. in princ.* & legatum in dubio strictè † est interpretandum, *l. apud Iulianum, §. Seio, ff. de leg. 1. l. nummis, ff. de leg. 3. l. l. vna ex familia, §. si rem. ff. de leg. 2. Iaſ. in l. non dubium nu. 43. C. de legib. Dec. in l. in testamentis, num. 1. ff. de regul. iur.* & testator in dubio † censetur minus grauare hæredem, quam sit possibile, *l. Titia, §. qui inuita, ff. de*
11 *leg. 2. d. l. num ex familia, §. si rem accedat, quod non sunt multiplicanda speciali sine* ratione.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus in bonis publicatis non est hæres propriè.*
2 *Fiscus in bonis confiscatis æquiparatur prælato.*
3 *Fiscus habetur pro hærede.*
4 *Fiscus succedit in omne ius condemnati.*
5 *Fiscus dicitur successor vniuersalis.*
6 *In fiscum transeunt omnia condemnati iura actiua, & passiua.*
7 *Fiscus efficitur per condemnationem dominus ipso iure sine apprehensione.*
8 *Possessio bonorum publicatorum non transit in fiscum sine apprehensione.*
9 *Fiscus tenetur satisfacere omnibus creditoribus.*
10 *Condemnatus confiscatione bonorum liberatur à creditoribus, nec de cætera molestari potest.*
11 *Condemnatus confiscatione bonorum, non potest conuenire suos debitores.*
12 *Vsusfructus non transit in fiscum ex confiscatione, sed commoditas vtendi, & fruendi.*
13 *Vsusfructus feudi non transit in fiscum, sed commoditas.*
14 *In Confessione generali non veniunt alimenta. limita num. 22.*

15 *Alimenta non veniunt in confiscatione bonorum, etiam in condemnato læsæ maiestatis.*
16 *Alienare qui non potest, etiam potest actum facere, per quem alienatio sequatur.*
17 *Confiscatio non includit iura de futuro.*
18 *Fiscus non succedit filio in bonis, quæ à patre habuit post publicationem.*
19 *Confiscatio non includit iura conditionalia.*
20 *Iura personalia non transeunt in fiscum.*
21 *Condemnatus, quando restituitur recuperat alimenta à die sententiæ non præstita.*
22 *Confiscatio includit alimenta præteriti temporis.*
23 *Vsusfructus finitur, & solidatur cum proprietate, quando vsufructuarius patitur maximam aut mediam capitis diminutionem, secus quando minimam.*
24 *Vsusfructus quo casu transeat in fiscum.*
25 *Fructus prædij quando relinquuntur, tunc illi veniunt in confiscatione bonorum.*
26 *Fructus prædij quando relinquuntur, tunc capi debet de manu hæredis, secus quando relinquitur vsusfructus prædij.*

PRIVILEGIVM LIX.

1 FIscvs sequuta bonorum publicatione, licèt non sit hæres † propriè, *glos. Bart. & alij in l. inter eos, §. fina. ff. de fideiusso. Ias. in l. ex facto, §. Iulianus, in 2. not. ab. ff. de vulg.* & æqui-
2 paretur † prælato, *Bal. in c. 1. de successo. tenean. Afflict. c. 1. nu. 32. de frat. de no. benef. inuest.* habetur tamẽ pro hæ-
3 rede, † *glos. in l. non intelligitur, §. cum causa. vbi Bart. ff. de iur. fisci, l. si marito, in princ. ff. soluto matrimo. l. cum fisco, ff. ad Syllan. Roma. cons. 93.* & eum hæredem animatum appellat, *Bal. in l. fi. num. 15. C. de contrab. empt.* & succe-
4 dit in omne ius † condemnati, *l. 2. C. ad leg. Iul. de vi publi. l. si ademptis, C. de sent. pass. l. si vt proponis, C. de bon.*
5 *damna.* & dicitur successor † vniuersalis. *secundum Castren. in cons. 441. num. 5. volum. 1.* & in eum transeunt
6 omnia condemnati iura actiua † & passiua, *Bar. in l. tam mandatori, C. de non num. pecun.* & efficitur ipso
7 iure dominus † sine apprehensione, *l. commissa, ff. de publica. l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiest. Bar. in l. 1. §. an bona, & l. imperator, ff. de iure fisci,* licet possessio non trans-
8 feratur nisi † apprehensione, *l. cum duobus, §. idem respondit, ff. pro socio, Martin. Laud. in tract. de fisco, num. 63. Socin. iun. in cons. 127. volum. 2. Boer. in decis. 267. num. 9.* & quia succedit in ius condemnati, tenetur satisfa-
9 cere † creditoribus omnibus, *l. 2. & l. tutelæ, §. fi. vbi Bar. no. ff. de fideiuss. Bar. in l. 1. C. de fideiuss. Albe. in l. actione, §. publicatione. ff. pro socio, Bened. in c. Raimutius, in ver. vxore, num. 850 de testam. Calcan. in cons. 66. nu. 5. in fi. vbi dicit communem, & post eum Clar. in pract. crim. q. 78. num. 28. D. Becius in cons. 57. num. 4. vbi dicit communem,* & in tantum transeunt in fiscum, quod condemnatus
10 liberatur à suis creditoribus, qui cum de † cætero molestare non possunt, *glos. in l. si debitori deportato, ff. de fideiusso.* vbi ideo fideiussor non potest accedere, *Bar. in l. vbicunque, ff. eo. Calcan. in d. cons. 66. num. 5. in fi.* Et Bal. *in l. tam mandatori, num. C. de non nume. pecun.* inquit, quod etiam naturali obligatione condemnatus liberatur, & iura naturalia transeunt in fiscum. *Calca. loco prædicto, Clar. in loco supracitato,* & talis debitor condemnatus, non potest debitorem suum
11 conuenire, † vel contra actiones exercere, *l. 2. C. ad leg. Iul. de vi public. d. l. si debitori, ff. de fideiusso. Bar. in l. creditor, ff. de solut. Dec. in cons. 25. colum. 1.* & licèt vsus fructus non transeat in fiscum, tamen commoditas
12 vtendi & fruendi † in eum transfertur, *l. si postulauerit, §. iubet, ff. de adulter. Nellus in tract. bannito, in 1 par. 2. temp. quæst. 27. Alexan. qui tamen declarat in l. si finita, §. si de vectigalibus, num. 51. ff. de damn infect.* & voluerunt
13 multi, quod etiam feudi commoditas † transeat in fiscum, *Spec. in tit. de feud. §. quoniã, ver. 40. Alber. in tract. statu. in 3. par. quæst. 6.* Sed quia multi tenent contrarium, pro nunc non firmo.

Ius tamen quod competit alicui ad consequendum alimenta, non venit in generali omnium bo-
14 norum confiscatione, † *Specu. in tit. de exequutio. §. sequitur, num. 11. circa fi. ver. alimenta quoque,* vbi dicit, quod filio condemnato pater non cogitur dare curiæ alimenta, quia ad illa non tenetur indistinctè, sed eo solum casu, cum non potest operari, vel alias sibi prouidere, & quia legatum alimentorum etiam condemnato debetur. Prima autem ratio non videtur concludere, præsupponit enim, quod veniant in confiscatione, quando filius aliunde non habet, quod tamen est falsum: nisi respondeatur, quòd cum debeantur sub conditione, filio scilicet aliunde non habente, vel donec aliunde habeat, non veniunt in confiscatione, sicuti nec alia iura conditionalia, *idem voluit Alber. de statut. in tertia part. quæstio. 11. Nellus in tracta. de bannit. in 1 par. secunda tempo. quæstio. 56. num. item 36. est textus in l. is cui, ff. de alimen. & cibaria. leg. vbi glos. dicit, esse speciale in alimentis, Salicetus in l. si ademptis. C. de sent. pass.* vbi dicit, quod alimenta relinqui possunt etiam damnatis, ideo non transeunt in fiscum, & licèt obscurè loquatur, ratione tamen mouetur, quia futura non veniunt in confiscatione: at vbi alicui relinquuntur alimenta, tot sunt legata quot anni, & in principio cuiusque anni cadit legatum, *l. si cum præfinitione, ff. quando dies lega. ced.* Ideo confiscatio non impedit, quominus legatarius consequatur alimenta, quorum dies cedit post confiscationis sententiam. Ideo placuit Bal. *in l. corruptionem, num. 7. C. de vsufruct.* vbi tamen dicit, quòd alimenta, quæ continentur in vsufructu, non debentur, nec conseruantur damnato, sed extinguuntur cum ipso vsufructu, *Boss. in tit. de bon. publicat. num. 72.* vbi adducit rationem, quia legatum est conditionale, quod non transit in fiscum, & subdit, aliud esse in vsufructu, & subdit, vidisse ita iudicatum paucis ante diebus. Mouetur etiam, quia damnatus est capax eiusmodi legati, edit enim & bibit, id quod proce-
15 dit etiam in damnato † ex crimine læsæ maiestatis, *vt voluit Gigas in tracta. de crimine læsæ maiestat. in titu. de pœn. committen. crim. quæst. 9. num. 5.* vt intelligas grauitatem criminis non immutare hanc iuris determinationem, *Cordub. in l. si quis à liberis, §. sed vtrum, num. 6. ff. de liber. agnoscen.* vbi post Corneum, quem citat & allegat, rationem esse, quia alimenta cohærent personæ, & ab illa separari non possunt, *Clar. in pract. crimin. quæstio. 78. num. 23. adducitur,* quia tale legatum est conditionale, *Caualcan. in tract. de vsufruct. mulie. relict. nu. 238.* vbi tamen post Fran. March.

decis. 833.

decis.833.par.1. ampliat, hoc etiam procedere, quando debentur alimenta propter vsumfructum relictum, *id quod placuit etiam Baldo, in d. l. corruptionem. Ascan.Clem.in tract.de patr.potest.effect.17.num.69.vbi ita residet*, & facit pro confirmatione, quia qui nõ po-
16 test alienare † non potest facere actum, per quem sequatur alienatio, & qui non potest alienare per contractum, non potest etiam per delictum. Rationes multas allegant præcitati Doctores. Prima est, quia alimenta dicuntur ius futurum, ex quo in principio cuiusque anni debentur, & iura de futu-
17 ro non veniunt in confiscatione, † *glos.in l.non ad ea, ff.de cond. & demonstr. probatur in l. si tibi mandauero, §. is cui bona, ff.de manda. in l.si deportati seruo, ff.de leg.2. & ita tenent Guliel.Cun. & Bart.in l.si qua pœna, ff.de his, qui sunt sui vel alien. iur.* vbi inferunt, quòd si filius patre viuente banniatur cum publicatione bonorum, de-
18 inde verò pater moriatur, † fiscus non succedit, sed filius, *Castren.in cons.212.per totum, volum.2. Ias.in l si stipulatus fuerim, num.6. ff.de verbor.oblig. Bal.in l etiam, ver. fina. C. ad leg. Falcid. & in l.1. colum.pen. ver etiam si tas, C. de hæred. instit. Alexan.in cons.23.num.5.volum.1. Nellus in d.tract.in 1.part.2.temp.quæstio.18.num.18. Alexan.in l.3.§. pen.num.2. ff.quod quisque iur. & ibi Dec. Curt.sen.in cons. 60.colum.10.num.12. Neuizan in cons.73.num.10. Boss.in tit. de publica.bono.num.66. Alba.in cons.17.num 21. Cagno. in l.ea sola, num.6. ff.de reg.iur. Natta in cons.472. num.4. & 7.* vbi inquit hoc procedere, etiam si condemnato bona quærantur ex causa præterito. Quod ante eum etiã voluit Ruin. *in cons.123.volum.4. Pinel.in rub. C.de bon.matern. par.1.num.3. Clar. in d.q.78.num.28. Menoch. qui alios citat in cons.101. num.24. Bursat. in cons.14. num.24.* Secunda est ratio, quia alimenta debentur sub conditione, non solum, quia debeantur ei solum, qui non habet aliunde, sed etiam quia est legatum annuum, & pro primo anno est purum, & pro sequentibus conditionale, vt est natura omnium legatorum annuorum. Iura autem condi-
19 tionalia, † non veniunt in confiscatione, *glos.in d.l. non ad ea, quam sequuntur ibi Doctores communiter, Alex. in l si marito, in princ. ff solu.matrim. Roma in cons.247. Socin. in cons.27. num 15. & seq. volum.2. Ias.in l.si quis arbitratu. colum.fi ff.de verb.oblig. & in d.l.si stipulatus fuerim, §.si.num.1. Curt sen.d. cons.60. Roma in sing. 70. Dec.in cons. 438. colum.fi. Boss in tit. de publicatio. bono. num.14. Clar. dicta quæstio.78. num. 23. vbi dicit communem, Siluan. in cons.79. num.31. Natta in cons.472.num.5. Gomez in tit.de delict. cap.fi num.2. vbi dicit gl.in d.l.non ad ea, esse singularem & vnicam, vbi tamen eam limitat trib.modis, Menoch. in cons.101. num.25. Pinel.in d.rub.par.1.num.3.* Tertia est ratio, quia alimenta sunt personalia, & ita personæ inhærent, vt ab ea non possint euelli, *vt dixi in priuilegio continente quæstionem, an ius alimentorum possit alij cedi*, iura verò personalia non transeunt in fiscum,
20 † *l.ex facto, §.si quis rogatus, ff.ad Trebellia.* qui text. loquitur in iure eligendi, de quo etiam notant Docto. *in l.cum pater, §. hæreditatem, ff.de legat.2. Lofred. in cons.5.num.17.* vbi loquitur de iure reuocandi donationem inter viuos ex pacto ob ingratitudinis causam. Et est regulare, quòd in fiscum non transeunt ea, quæ non possunt transire in extraneum hæredem, *gl.in l.1. C.de bon.libe. quam sequuntur ibi Bar. Bal. & alij omnes, glos. & Bar.in l.eum qui, ff. de interd. & releg. Alexan.d.cons.23.num.9.volum.1.Dec. & Cagn.in l.ea sola, ff.de reg.iur. Socin.iun. in cons.51. num.3.volum.2.in cons.49.num.12.volum.3. & communem dicit Alcia.in cons. 522.num.6. Rol.in cons.98.num.16.vol.2. Clar.d q.78.num.7.*

Infertur ergo ex prædictis, quòd si damnatus
21 restituatur recuperabit ea alimenta † quæ sibi non fuerunt præstita à die sententiæ, *l.is cui, vbi gl. & Bar. ff.de alim. & cibar.lega.* Sed non est verum, quòd hoc sit speciale in alimentis, quia est generale in omnibus iuribus conditionalibus, item in iuribus de futuro, item in personalibus, *vt dictum est.* Specialitas autem in eo consistit, quod alimenta non veniant in confiscatione. *Ita distinguit in declarando Salicet.in l. si ademptis, C. de sent.pass.* Sed etiam non videtur speciale, quòd in confiscatione non veniant alimenta, quia eadem ratio militat in alimentis non confiscandis, quæ in repetitione iam debitorum, ideo melior erit ratio, quia iustum est, quòd illi alimẽta dimittantur, cui vita dimittitur, *secundum Cornelium Tacit. lib. 4. annal. quem etiam citaui supra, dum tractaui, an seruo vel in metallum damnato possit dari legatum alimentorum.* Qui enim vult consequens, censetur velle omne necessarium antecedens, *l. ad rem mobilem, cum turib.vulgatus*, & alimenta magis debentur naturæ, quàm personæ, *vt inquit Felin.in c.qualiter & quando, il 2.num.28. de accusat. & dixi in loco præcitato.*

Intellige tamen nostram conclusionem in alimentis, quæ debentur in futurum pro tempore, quod cessit post sententiam, quia in ea nõ veniunt in confiscatione, secus tamen est in iis, qui debentur pro tempore lapso ante sententiam, quia ea
22 veniunt in † confiscatione tanquam iura, & actiones. Certum est enim, quòd in generali bonorum publicatione veniũt actiones, *vt est tex.in d.l.si ademptis, C.de sent.pass. & per illum tex. ita tenet Albe.in l.1. ff.de statu hom. Imo in cons.35 Zabar.in cons.83. Martin.Lauden. in tract. de fisco, q 47. Dec.in cons.442. colum.1. Pinel. in d. rub.C.de bon.mater.par.1. num.3.dixi supra in prin.* In prædictis enim alimentis, cessant omnes rationes supra consideratæ, quæ impediunt confiscationem, quia ea non sunt conditionalia, nec continent ius de futuro, nec sunt personalia. Verificatur autem hæc limitatio in alimẽtis, quæ debentur iure actionis, alia enim non debentur pro tempore præterito, & in eis superflua esset limitatio, sed cum disputamus de vno, præsupponimus terminos habiles, & in his terminis loquuntur Doctores.

Posset tamen dubitari, an in confiscatione veniant alimenta, quę debentur sub nomine vsusfructus, vt in vxore, cui maritus vsumfructum reliquit. Certum enim est, quòd stãtibus filiis restringitur ad alimenta secundum consuetudinem Bulgari, *gl.in Authen.quod locum, C.si muli.secun.nup.* Et videtur dicendum, quod aut bannitur quis taliter, quod patitur maximam aut mediam capitis diminutionem, & tunc non confiscantur alimenta,
23 quia † vsusfructus eo casu finitur, & consolidatur cum proprietate, *l.fina. C.de sent.pass.§.finitur, Institu. de vsufruct. l. si vsusfructus, ff.de iure dot. l.corruptionem, C. de vsufruct. vbi Baldus ponit, num.7.*

Quando verò patitur minimam capitis diminutionem,

tionem, quia vsusfructus non finitur, *vt in dictis iurib. Bal. in d. l. corruptionem*, transibit eo casu in fiscum nō vsusfructus, nec eius ius, sed commoditas, quia illa potest alienari, *vt per Bal. in d. l. corruptionē*, vbi inquit, non etiam deberi bannito alimēta. Et reprehendit Martin. contrarium tenentem, *eum sequitur Franc. March. decis. 833. in 1. par. Caualca. de vsufruct. mulie.*
24 *relict. nu. 238.* Et quod isto casu fiscus † gaudeat fructib. est tex. *in l. si postulauerit, §. iubet. ff. de adult. Nell. in d. tract. in 1. par. 2. temp. q. 27.* Et prædictam distinctionem probat Alex. *in l. si finita, §. si de vectigalib. num. 51. ff. de dam. infect. sequitur Hieron. Gabrie. in cons. 123. num. 10. & Pancirol. in cons. 181. num. 11. volum. 1.* Hæc tamen procedunt, quando vsusfructus ipse debebatur, vt quando etiam ante confiscationem legatum vsusfructus restringitur ad alimenta, non videtur mihi dubitandum, quin ea sint excluſa à confiscatione, sicuti si alimenta simpliciter fuissent relicta: nam de eo vsufructu idem omnino disponunt iura, quod de legato alimentorum, vt passim annotauimus in discursu operis. Ergo sicuti non veniret legatum alimētorum explicitè factum, ita non debet venire legatum vsusfructus quod ex legis dispositione, seu ex consuetudine approbata importat solum alimenta.

Quando non alimenta, nec vsusfructus continerentur in legato, sed alicuius prædij, vel massaritij fructus essent relicti, tūc res esset clara quod illi
25 venirent † in confiscatione, *vt voluit Caual. in d. tract. de vsufruct. mulie. relict. num. 339.* Aliud enim est relinquere vsumfructū prædij, aliud verò fructus eiusdem, nam primo casu vsufructuarius curā habet, & solicitudinem colendi prædia, & fructus ex eis
26 percipit sua manu: secūdo verò casu fructus † percipi debent de manu domini seu hæredis, *vt declarat idem Caualcan. ibi, num. 151. & dixi latè, in cons. 155.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio est omni casu regulariter permissa.*
2 *Appellationi deferendum est in dubio.*
3 *Appellatio in casu dubio admittenda est, etiam. in casibus quibus regulariter est prohibita.*
4 *Appellatio est defensio contra oppressionem iudicis, & tiriaca contra illius venenum, etiam in causis minimis.*
5 *Appellationi non defertur in causa alimentorum. contra num. 8.*
6 *Appellationi non defertur in causa dotis.*
7 *Appellatio non admittitur in causis piis.*
8 *Appellatur in causa alimentorum.*
9 *Appellatio non datur in causa subsidij charitatiui.*
10 *Appellatio non datur in causa pensionis assignatæ loco alimentorum.*
11 *Appellare non licet in causis, quæ celeritatem requirunt.*
12 *Appellatio non admittitur in causa dotu, quando exigit celeritatem.*
13 *Partis quoad partem, eadem est ratio, quæ totius quod totum.*
14 *Transactio est prohibita in causa alimentorum, etiam si tractetur solum de parte.*
15 *Appellare licet, quando agitur de præteritis alimentis.*
16 *Alimenta futura dicuntur, quæ veniunt post contestatam litem.*
17 *Appellatio deuoluit negotium ad superiorem iudicem.*
18 *Appellatio suspendit exequutionem indicati.*
19 *Appellatio admittitur in causa alimentorum. sed non suspenditur exequutio.*
20 *Debitor ex causa alimentorum non auditur in appellatione, nisi prius solutis alimentis.*
21 *Appellatio tunc non admittitur in causa alimentorum, quando actor non habet aliunde.*
22 *Appellatio admittitur in causa alimentorum, quæ petuntur iure actionis, & non suspenditur exequutio.*
23 *Appellatio nō suspendit exequutionem sententiæ, quando lis est cum paupere.*
24 *Appellatio in causa alimentorum admittitur, quando de eis principaliter tractatur, sed vide ibi de veritate.*
25 *Appellatio admittitur in causa alimentorum, quoad fauorem alimentarij, non etiam debitoris.*
26 *Appellatio admittitur in causa dotis, cum mulier pauper appellat, secus quando aduersarius.*
27 *Appellatio admittitur in remed. l. fi. C. de edict. diui Adr. tollen. quando sententia est lata contra actorem.*
28 *Actori non licet, quod reo denegatur.*
29 *Appellare quando non licet in conuentione, non etiam licebit in reconuentione.*
30 *Actor & reus in medio causæ, & in ordinatoriis iudicij pariformiter tractantur.*
31 *L. quod fauore, non habet locum in iudiciis, vt euitetur inæqualitas.*
32 *Appellatio, si remouetur per rescriptum fauore impetrantis, non licebit ei quoque appellare.*
33 *Ratio vbi vnica potest assignari, habetur pro expressa.*
34 *Appellatione pendente, quando actori præstanda sint alimenta remissiuè.*
35 *Sententia in causa alimentorum in Gallijs est exequutoria.*

PRIVILEGIVM LX.

APpellatio est regulariter in omni
1 casu permissa, † nisi reperiatur expressè prohibita, *secundum glos. in l. qui restituere, ff. de rei vendic. Bal. in l. vnica. C. si de mom. poss. circa princip. Socin. in cons. 39. num. 1. volum. 4.* Imò, quando dubium est, an sit deferendum appellationi, tunc
2 pronunciandum est esse illi locum, † *glos. & Doct. in cap. vt debitus, in ver. ex rationabili causa, de appellat. Innocen. in cap. dilectus, il secondo, de rescript. Bal. in l. properandum, §. sin autem, C. de iudic. Ang. in l. quoniam iudices, C. de appellat. Roman. & Alexan. in locis citatis à Tiraquel. in loco inferius citando, Bal. Nouel. in loco quoque proximè referendo, id quod secundum Bar. Baldum, Franc. Iason. Dec. Rip. & alios quos citat Contard. in l. vnica, in limita. 27. num. 2. C. si de momen. de possess.* Procedit etiā in casibus, qui-
3 bus appellatio est † alioquin prohibita. Et ratio est quia appellatio, est defensio, quæ datur oppressis contra iudicis iniuriam, *cap. cum speciali, §. porrò, de appellat.* & inuenta est, vt subueniatur priuatis lumi-
4 ne, † *l. per hanc, C. de tempor. appellat. quem tex. Bal. in cap. licet, in princ. de offic. ordina.* dicit aureum esse, & dicitur tiriaca aduersus iudicis venenum, *vt inquit Bal. in d. l. vnica, in fi.* & admittitur etiam in causis minimis, *l. & in maiorib. C. de appell. Tiraq. de iudic. in reb. exig. feren. ver. 9. facit.*
5 In causa tamen alimentorum nō est locus † appellationi,

pellationi, vt probat tex. *in l. fina. ff. de appel. recip. per quem ita dixit Bar. in l. Mela. in fi. ff. de alim. & cibar. leg. & in tract. de alim. num. 47. vbi tamen refert Franc. Tigr. contrarium tenere, idem Bart. in l solēt, colum. fi. ff. de alim. & ciba. lega. Pract. Pap. in form. libel. quo agitur pro re singula. num. 85. Afflict. in decis. 152. num. 3. Vital. in tract. clauſ in tit. an poſsit alim. renuncia. colum. 12. circa fi. Euerar. loco 24. in fi. Tiraq. de priuileg. piæ cau. priuileg. 153. Crot. in conſ. 178. in fi. Gram. in conſ. ciui. 146. num. 14. Natta in conſ. 08. num. 1. & in conſ. 410. num. 15. Gigas in tract. de penſio. q. 95. num. 3. Cæphal. in conſ. 485. num. 86. Marc. Mant. in ſing. 22. num. 4.*

Et quia valet argumentum ab alimentis ad do-
6 tem, multi voluêre, quod idem † ſit in cauſa dotis, *Bal. in l. 1. colum. 4. ff. ſolu. matrim. de quo ponit Bal. Nouell. in tract. dot. par. 9. in 7. ſpecia. colum. fi. circa finem.*

Pari modo volũt aliqui, quod in piis cauſis non
7 admittatur appellatio, † quia cauſa alimentorum dicitur pia, & æquiparantur, & procedunt à pari cauſa dotis, & cauſa alimentorum. Verum vtroque in cauſa veritas eſt contrarium, quia regulariter in cauſa dotis datur appellatio, *vt per Bal. Nou. in d. ſpecia. 7. colum. 1. & 2.* Similiter in cauſa pia eſt locus appellationi, *vt voluit Roma. in dicta Authen. ſimiliter, in ſexto ſpecia. iudic. C. ad leg. Falcid. Alexan. ad Bar. in d. l. Mela, Euerar. d. loco 24. Tiraq. in d. priuileg. 153.*

Imo multi etiam tenuerunt appellationem da-
8 ri in cauſa alimentorum, vt poteſt videri † apud Specu. *in titu. de appellatio. §. in quibus, verſic. ſed nunquid quando iudex, Vital. in dicto tract. clauſ. an poſsit alim. renuncia. colum. 10. Tiraquel. loco prædicto.* Mouentur omnes ea ratione, quia appellatio ſemper eſt permiſſa, niſi inueniatur expreſsè prohibita. Verior tamen eſt prima opinio, quod non detur appellatio, quam ſequitur etiam Belencin. *in tract. de charita. ſubſid. quæſt. 55.* vbi dicit, idem eſſe in ſubſidio cha-
9 ritatiuo † impoſito pro alimentis epiſcopi. Et per eandem rationem Gigas, *d. quæſtio. 95.* inquit, idem
10 eſſe in penſione, † quæ aſſignatur, vel reſeruatur pro alimentis. Et ratio eſt, quia cauſa alimentorum deſiderat celeritatem, cum venter non patiatur dilationem, & dum cauſa appellationis cognoſcitur, poſſet creditor fame perire, appellatio au-
11 tem ſolet reiici in cauſis, quæ celeri † expeditione ſunt terminandæ, *Spec. in d. tit. de appella. §. in quibus, ver. octauò, Iaſ. in l. 1. colum. 1. ff. de feri. probatur in l. ſi. ff. de feri. probatur in l. ſi. ff. de appel. recip. in cap. ſi. 2. q. 6. Maran. de ordin. iudic. par. 6. ver. & quandoque appellatur, num. 229. Contard. in d. l. vnica, in vlt. ratio. decid. num. 17.* Hanc rationem in materia alimentorum ferè omnes conſiderarunt, præcipuè *Bar. Vital. Bal Nou. Euerar. Tiraq. & Cæph. in locis ſupra relatis,* & per eam rationem inferunt Bal. Nouel. & alij, quod etiam in cauſa dotis
12 non dabitur appellatio, quando cauſa † exigit celeritatem, per eandem rationem dicunt Roma. & alij ſuprà citati, quòd appellatio datur in cauſa pia, quia ceſſat cauſa celeritatis, quę militat in cauſa alimentorum.

Et procedit concluſio principalis, ſiue de omnibus alimentis tractetur, ſiue de eorum parte, puta de veſtibus, de vino, vel de frumento, quia eadem
13 eſt ratio partis, quæ ad partem, † quæ eſt totius, quoad totum, *l. quæ de tota, ff. de reiuen. Euerar. in loco 80.*

Et pro hoc facit, quod voluit Caſtren. *in l. cum ij, in princ. num. 5. ff. de tranſact.* vbi dicit, quòd tranſactio
14 eſt prohibita in † cauſa alimentorum etiam quando de parte tractatur, ſequitur Cordub. *in l. ſi quis à liberis, §. ſi vel. parens, num. 30. ff. de lib. agnoſcen.*

Intellige tamen prædicta procedere, quãdo petuntur alimenta futuri temporis, aliâs ſi petantur
15 præterita, erit locus appellationi, † *vt declarat Io. And. ad Spec. §. in quib. in ver. ſed nunquid, ſuper ver. aliorum, & hanc ſententiã commu. dicit Alber. in l. pen. in fi. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. Cuma. in l. fi. num. 4. ff. de appel. recipien. Aret. in conſ. 97. in cauſa & puncto, num. 3. ver. pro hoc dicto, Dec. in l. de alimentis, num. 10. C. de tranſact. poſt Iaſ. ibi, qui idem vult, hanc ſententiam tenuerunt multi citati à Cordub. in d. §. ſi vel parens, num. 26. & 32. qui tamen omnes non dicunt id ad quod citantur, præcipuè Bar. & Bal. Gigas de penſio. quæſt. 51. in fi. Foller. in praxi cenſu. ver. ſed huiuſmodi cenſus ſuper rebus, num. 86. deciſ. Pedem. 86. in fi.* vbi infert, ad collectas, vt ſcilicet pari modo non detur appellatio in collectis futuris, licèt aliud ſit in præteritis, *ſequitur Lancel. in tract. de attenta. in 2. par. c. 12. limit. 24. vbi allegat etiam Duen. quem tamen non inuenio in loco per eum citato, Contard. in d. l. vnica, limit. 3. num. 54.*

Et in preſenti caſu dicuntur alimẽta futura, quę debentur à die litis conteſtatæ, quia reſpectu illius
16 temporis dicuntur futura, † *vt voluit Caput aquen. in deciſ. 118. vol. 1. quem citat Contard. d. limi. 3. num. 56. & ſeq. & Lancel. d. limit. 24. num. 8.* Ratio autem prædictæ limitationis eſt, quia in alimentis præteriti temporis ceſſat ſuſpicio, ne is fame pereat; iam enim vixit, & propterea non eſt neceſſaria celeritas. Et ſi dicatur, quòd cauſa alimentorum ſemper eſt fauorabilis, & exigit celeritatem, reſpondetur, verum hoc eſſe, ſed non tantam celeritatem requirit, quando agitur de præteritis, quanta eſt neceſſaria, quando tractatur de futuris.

Secundò, quod dicimus non appellari à ſententia lata in cauſa appellationis intelligitur, quoad hoc, vt ſuſpendatur exequutio ſententię, nã quoad deuolutionem negotij, & cauſæ datur appellatio, aliâs enim appellatio nõ ſolum deuoluit negociũ,
17 ad iudicem † ſuperiorem, ad quem appellatur, *l. 1. in princ. ff. de appel. gl. in l. 1. & ibi Bar. nu. 3. ver. circa tertiam. C. quãdo prouoc. nõ eſt neceſſaria, Bar. in l. ſi expreſsim, nu. 5. ff. de appel. Innoc. & Io. And. in c. 1. de confirm. vti. vel inuti. Bal. in d. l. 1. nu. 12. ver. quartò quæro, Alexan. in conſ. 53. nu. 2. volum. 5. Anan. in conſ. 26. nu. 9. vbi Bologn. nu. 13. ver. præterea. Pariſ. in conſ. 28. nu. 22. vol. 4. Menoch. de arbitr. iud. q. 67. nu. 13.* ſed etiã ſolet ſuſpendere exequutionem ſen-
18 tentię, † quia pendẽte appellatione nihil debet innouari, *vt in rub. & toto tit. ff. nil. nou. appel. pend. c. ſuper eo. il 1. de appel. c. ſi à iudice, eo. tit. in 6. Abb. in rub. de appel. vbi Dec. col. 4. ver. ſecũdò principaliter, Rom. in conſ. 37. nu. 4. Pariſ. in conſ. 28. nu. 26. vol. 4. Bero. in conſ. 110. nu. 40. vol. 3. Soc. iu. in conſ. 75. nu. 24. vol. 4. Natta in conſ. 583. nu. 5. Vantius in tract. nullita. in tit. quoties, & intra q. tempus, nu. 48.* & ſententia pendente appellatione nõ poteſt mitti exequutioni, *l. 1. vbi gl. Bar. & alij, ff. nil nou. appel. pẽd. l. 3. vbi Doct. C. de appel. c. bonæ, c. dilecto, eo. tit. c. venientes, in fi. de iureiur. Alexan. in conſ. 99. nu. 3. vol. 5. Iaſ. in conſ. 187. col. 7. ver. quartò accedat, vol. 2. Dec. in conſ. 97. col. 2. Bero. in conſ. 116. nu. 10. vol. 3. Natta in conſ. 583. nu. 5.*

Et quod

Et quòd in causa alimentorum admittatur ap-
19 pellatio, † sed exequutionem sentẽtiæ non suspendat, Bal. hoc voluit *in l. si instituta, §. si de inofficioso, numero 2. ff. de inoffic. testam.* vbi dicit, quod licet detur appellatio, tamen interim fit exequutio, *Aret. in cons. post Ioan. And. quem citat in cons. 97. num. 3. Ang. in l. pen. in fi. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* vbi inquit, procedere, siue alimenta petantur officio iudicis siue iure actionis, quia etsi de hoc non extet lex expressa, dictat tamen ratio, quòd præstentur alimenta ne interim alimentandus fame pereat, & quamuis loquatur per verbum fortè, non tamen minus dicitur affirmare eam propositionem, *Afflict. in decis. 52. num. 3. Bal. Nouel. in d. tract. dot. part. 9. in priui. 7. colum. 1.* vbi relata opin. Ioan. And. dicit illam sibi placere, at non distinguit, an petantur officio iudicis, vel iure actionis, *Monteleon. in sua praxi arbi. par. 1. in 6. quæstio. princip. dubio 13. num. 13. Foller. in d. praxi cen sua. in ver. huiusmodi census super rebus, num. 86. vbi allegat Iaf. in l. de alimentis, qui tamẽ nihil de hoc dicit, Contard. in l. diffamari, in 3. limita. num. 54.* vbi intelligit secundum Ange. non modo, quando petuntur officio iudicis, sed
20 etiam, quando iure actionis, & post Rotam, quam citat, dicit fortius, † quod in causa appellationis debitor nõ debet audiri, nisi solutis prius alimentis, *Ioan. Bapt. Asinius in sua praxi. §. 31. cap. 2. in 2. princip. limitat. num. 6. Lancel. in tract. de attenta. par. 2. cap. 12. limita. 24. per totam, post decis. Pedemon. 25. num. 20.* qui hanc distinctionem extendit etiam ad collectas. Et Bal. Nouel. *in d. specia. 7.* dicit idẽ esse in dote, in excommunicato, & aliis casibus similib. Sed etsi hæc plana videantur, tamen intelligenda sunt in eo, qui aliunde † non habet, quo casu hoc voluerunt etiam
21 Mart. de Fano, Gui. Suzar. Spec. & Ioan. And. quos citat Bal. Nou. loco prædicto, qui subsistente inopia dicit, non esse discrimen constituendum inter qualitatem iudicij, in quo petuntur alimenta.

Tertiò, declaratur prædicta conclusio, vt non procedat, quando alimenta petũtur iure actionis, quia tunc datur appellatio, & nõ suspenditur exe-
22 quutio, † *vt voluit Spec. in dicto tit. de appellatio. §. in quibus, num. 11. sequitur Io. And. ibi, in additio. Bal. in l. fi. num. 1. ff. de appellat. recipien.* vbi refert Gul. Cun. & Martin. de Fano sic tenuisse, & rationem esse inopiam debitoris, & subdit, idem esse in omnibus iudiciis, quæ celeritatem desiderant, *idem voluit Cuma. ibi, numero 4. hoc etiam placuit Vital. in d. cla. an possit alimen. renuncia. colum. 2. vbi allegat etiam Roman. & refert simpliciter verba Barto. Lancello. in tract. de attenta. in 3. par. cap. 38. num. 67. vbi tamen allegat solum Specu. & Ioan. And. decis. Pedem. 25. num. 20. Cordub. in d. §. si vel parens, num. 28.* Hoc tamẽ, quod dicitur de iure actionis non procedit, quando is, qui petit, esset inops, quia tunc etiam suspenditur exequutio, licèt detur appellatio, *vt supra dixi post Bal. Nouel. in dicta par. 9. specia. 7.* Et ratio est, quia subest semper celeritatis causa, si alimentarius est inops, *& ita intelligunt Bart. Cuma. in d. l. fi. & alij supracitati, Cordub. loco prædicto, num. 31.* Ampliatur enim dispositio ad omnes casus, quib. conuenit ratio, *l. regula, §. fina. vbi notant Bar. & Bal. ff. de iu. & fact. ignor. l. 2. §. si mater, in ver. quid si curatores, & in ver. quid si decesserint, ff. ad Tertullia. ponit Euerar. loco 35. colum. 1.* Ideo autem prædicti Doctores dixerunt de officio iudicis, quia officio iudicis petuntur alimenta, quæ debentur pauperi, sed possunt item pauperi relinqui, atque ita deberi iure actionis, & hoc priuilegium non competit ratione actionis, sed ratione paupertatis, & inopiæ, qua ratione videmus, quod ibi causa est cum paupere, qui habuit pro se sententiam, in fauorem non suspenditur
23 exequutio, sed † interim est alendus, *vt voluit Specu. de inquisitio. §. fina. ver. porrò, Bal. in l. fi. C. de ordine cognitio. Castren. in l. diuortio, in princ. ff. solu. matrim. Felin. in c. si qui testium, colum. 3. de testib. Ripa in l. 2. num. 4. ff. de re iudi. & dixi supra, dum tractaui de alimentis præstandis pendente appellatione, in tit. quib. debeantur alimenta.* Et generaliter in quocunque paupere id tenuit Benincas. *in tract. pauperta. in 7. quæstio. in 4. specia. indic. num. 7.* vbi alia adducit, similiter introducta circa alimenta pauperis. Et prædictam opinionem, quod non suspendatur exequutio, quando actor est pauper, tenuit etiam Aretin. *in d. cons. 97. in fi. Lancel. Gallus. in consuetud. Alexan. in ver. solidos, quæstio. 6. num. 27.* Quare tenendum est, quod siue iure actionis, siue officio petantur, semper sententia mittatur exequutioni, si qui petit, est pauper & non habet aliunde, & posset id multis mediis confirmari.

Quartò restringitur, vt non procedat, quando
24 de alimẽtis principaliter tractatur, † quia tunc datur appellatio, Alber. *in l. fi. ff. de appellat. recipien. Cordub. d. §. si vel parens, num. 33. vbi citat Vital. & Lup. Rebuf. reg. constitut. tom. 1. de sent. prouis. artic. 1. glos. 2. num. 34.* Sed hæc sententia erronea est, & Doctores prædicti non hoc dicunt, & supra probauimus appellationem non suspendi, etiam si principaliter tractemus de alimentis, quando pauperi debentur, & non minus debet esse fauorabilis causa alimentorum, quando principaliter de eis agitur, quam vbi de eis tractatur incidenter, ne incidens sit fauorabilius ipso principali, & non est opus multis rationibus ad confirmandum hanc opinionem, quia supra in præsenti conclusione ex communi omnium sententia probauimus, non esse locum appellationi.

Postremò nostra cõclusio intelligi debet, quando sententia lata est in fauorem alimentarij. Nam si contra eum lata sit, debet ei appellatio permitti,
25 † alias quod est introductum in fauorem, retorqueretur in odium, contra *l. quod fauore, C. de legib.* Et hoc casu cessat ratio, ideo cessare quoque debet dispositio. Et in proposito dicit Bal. Nouel. *in dicta specia. 7. in fi.* quod etsi sententia lata pro muliere in fauorem dotis non suspendatur per appellatio-
26 nem, quando mulier † est pauper, tamen aliud est, quando sententia esset lata contra mulierem. Et quamuis Bal. Nouel. eo loci nihil alleget, tamen in nostris terminis est decisio Ang. *in l. fi. ff. de appellat. recip.* vbi dicit, licere appellare, quando pronuntiatur, alimenta non esse præstanda, quia cessat ratio prohibitiua appellationis, & mens legis prohibentis, ergo cessare debet dispositio, lex enim extenditur ad eos casus, ad quos producitur eius mẽs & ratio, *vt inquit Dyn. in l. certum, in fi. de reg. iur. in 6.* Et facit, quod in simili voluit idem Ang. *in l. quisquis, C. quor.*

quor. appellat. non recip. vbi dicit, quod etsi non ap-
27 pelletur † à sententia lata in iudicio, *l. fina. C. de edicto Diui Adrian. tollen.* tamen fallit, quando iudex pronunciat contra actorem, puta eum non esse mittendum in possessionem, & subdit, quod tunc datur appellatio. Et sic practicauit & inquit Iacobin. *ibi, num. 10.* hoc esse stupendum & elegans dictum, & se quoque obtinuisse in practica, *idem voluit Zuccard. ibi, num. 443. Tiraq. in tract. le mort seisit, le vif. par. 6. declarat. 6 num. 3. Duen. in reg. 44. in 1. fallen. Menoch. in tract. de adipiscen. possess. remed. 4. num. 876.* vbi idem dicit in sententia lata in causa alimentorum, citans Bal. Nouel. loco prædicto, qui tamen non hoc dicit in alimentis, sed in dote.

Contra tamẽ hanc limitationẽ facit, quia quod quisque iuris in alium exercet ipse eodem iure vti debet, *l. 1. ff. quod quisque iuris*, & actori non debet li-
28 cere, † quod reo denegatur, *C. non licet actori, de regu. iur. in 6. l. non debet actori, ff. eod. tit.* ideo si in causa con-
29 uentionis non licet appellare, † non etiam licebit in reconuentione, *glos. in cap. 2. de mutu. petit. Bal. in cap. quibusdam, ver. in simile habemus, de consuetud. Abb. in d. cap. 2.* & in medio causæ actor & reus pariformi-
30 ter † iudicantur, *gl. in c. cum ad sedem, in ver. cum pertinentiis, de restit. spoliat. & in cap. cum partium iura, de regu. iur. in 6.* & idem est in tendentibus ad ordinationem iudicij, *Bart. in l. de die, ff. qui satisda. cogan. cum aliis apud Dec. in l. fauorabiliores, num. 3. & sequen. ff. de reg. iur.* & in iudiciis, ne inducatur inæqualitas, non
31 est locus † regulæ, *dicta l. quod fauore, vt declarat Bellame. in cap. ex conquestione, num. 8. de restit. spoliat.* & ideo videmus, quod si quis impetrat rescriptum, per quod remoueatur appellatio, illud intelligitur, et-
32 iam in † odium impetrantis, *Felin. in rescript. num. 2.* Ergo videtur idem dicendum in priuilegio à iure cõcesso, vt intelligatur in odium eius, cui fuit concessum. Et ideo *in d. remedio, l. fi. C. de edict. diui Adria. tollen.* aliter distinguunt Doctores, vt scilicet id solum attendatur, an sentẽtia ferat damnum, quod reparari non possit in petitorio, quia si non potest reparari, admittitur appellatio tam respectu rei, quam actoris, *vt per Odofr. in l. vnica, C. si de mon. poss. Bar. in l. 2. num. 5. ff. quor. appellat. non recip. & latè ponit Cõtard. in d. l. vnica, in 1. limit. & in limit. 17. num. 4. vbi latè de hoc differit*, sed in effectu, quãdo ratio prohibitionis est certa & expressa, vel vnica reddi po-
33 test, quo casu habetur † pro expressa, *glos. in l. quamuis, C. de fideicom. vbi Bal. & Castren. idem Bal. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. Euerar. loco 35. colum. 11. ver. sed ne erres*, tunc res est expedita, quia ea cessante cessat dispositio, *d. l. cum pater, §. dulcissimis.* Et hæc est vnica ratio, quæ defendit opinionem Ang. quam in terminis alimentorum sequuntur Menoch. & Contard. in locis prædictis. Ideo non est curandum de regula, *l. quod fauore*, nec de regula, *l. fauorabiliores*, sed an militet ratio celeritatis, vel non, quare stabit firma limitatio, quod si feratur sententia contra alimentarium, licebit appellare.

Generaliter autem, quando pendente appella-
34 tione † ministranda sint alimenta, diximus supra *in tit. quibus debeantur alimenta, & tractat Par. de Put. in tract. synd. in ver. expensæ, num. 2. folio mihi, 124. vbi latè agit, & allegat Bal. in l. 1. ff. solu. matrim. Hostien. & Specu. tradit etiam Lup. in in repet. cap. per vestras, ante notabilia, ampliat. 18. §. 39. num. 3. ver. ex quo infertur*, vbi pariter allegat Bal. in loco prædicto, Ripa in l. 2. num. 4. ff. de re iudic. & alios citatos, vbi ex professo tractant materiam. In Galliis autem vigere constitutionem regiam, quod
35 omnis sententia † qualitercunque lata, in causa alimentorum est exequutoria, *vt inquit Rebuf. d. arti. 1. glos. 2. num. 34.*

SVMMARIVM.

1 *Factum legitimè non retractatur ex superueniente casu.*
2 *Donatio est contractus nominatus, etiam inspecto iure antiquo.*
3 *Donatio perfecta non potest reuocari.*
4 *Donatio reuocatur propter ingratitudinem, si donatarius neget alimenta donatori.*
5 *Dominium non transfertur sine traditione.*
6 *Dominium vt sine traditione transferatur, non potest consensu partium induci.*
7 *Dominium translatum non retro transfertur sine traditione, & actu retrosimili.*
8 *Dominium retrotransfertur in donatorem, quando donatio reuocatur ob non præstita alimenta promissa, vbi latè.*
9 *Dominium sine traditione transfertur in Ecclesia, & pia causa.*
10 *Dominium non retransfertur in donatorem ob non præstita alimenta promissa, quando donatio facta est Ecclesiæ.*
11 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum. fallit num. 13.*
12 *Fiscus non vtitur priuilegio contra fiscum.*
13 *Priuilegiatus vtitur priuilegio contra priuilegiatum, qui tamen non habet priuilegium in ea specie.*
14 *Ecclesia cadit ab emphyteusi, si non soluit canonem tempore debito.*
15 *Ecclesia cadens ab emphytheusi ob culpam prælati, qui non soluit canonem, restituitur in integrum.*
16 *Ecclesia vtitur iure minoris.*
17 *Donatarius non priuatur re donata, licet alimenta non præstiterit donatori, quando defecit in modico.*
18 *Vasallus non priuatur feudo propter modicam ingratitudinem.*
19 *Emphyteuta nõ expellitur propter deteriorationem modici momenti, & num. 27.*
20 *Conditio non dicitur deficere, quando defectus est in modico.*
21 *Aliquid dictio verificatur in modico, & est vniuersalis, atque ibi latè.*
22 *Emphyteuta priuatur emphyteusi ob non solutum canonem, licet ille consistat totus in re minima.*
23 *Emphyteuta priuatur, quando deficit in minima parte canonis.*
24 *Emphyteuta tunc maximè cadit ab emphyteusi ob minimum defectum, quando tenetur ex pacto.*
25 *Emphyteuta non soluẽdo priuatur propter contemptum.*
26 *Contractus non seruatur ei, qui deficit ex parte sua etiam in re minima.*
27 *Emphyteuta ob modicam deteriorationem nõ priuatur.*
28 *Donatarius, qui ob alimenta non præstita, priuatur re donata, purgat moram tribus concurrentibus.*

29 *Donatario competit condictio ob causam ad repetendum donata, quando alimento promissa non præstantur.*
30 *Condictio omnis est in personam.*
31 *Condictiones aliquæ sunt in rem scriptæ.*
32 *Donatario datur actio præscriptis verbis ad repetendum donata, quando donator non præstitit alimenta.*
33 *Donatario datur actio ex l. si quis maior, ad repetendum data, si contractus est inratus.*

PRIVILEGIVM LXI.

QVæ semel legitimè constituta sunt, non
1 retractantur ob causam ex post † superuenientem, *c. factum legitimè, vbi Dyn. de reg. iur. in 6. l. in ambiguis, §. non est nouum, vbi Dec. & Cagn. ff. eo. tit.* & contractus à principio sunt voluntatis, postea verò necessitatis, *l. sicut, C. de actio. &*
2 *oblig.* donatio autem est contractus † nominatus, *gl. in l. in ædibus, §. 1. in ver. ex rebus, ff. de donat. in l. 2. & in l. si. ff. de cond. ob cau. Cin. in l. 2. vbi Bart. Bal. & alij, C. eod. tit. Bart. Ang. Castren. Alexan. & Ias. in l. iurisgentium, in princ. ff. de pact.* qui omnes volunt, id verum esse inspecto etiam iure antiquo. Communem dicit Iason, loco prædicto, Corne. *in cons. 101. in princ. volum. 1. Ripa, in l. si.*
3 *num. 120. C. de reuocan. donat.* Ideo donatio † reuocari nõ potest, *vt probatur in l. Aristo. ff. de donatio.* vbi, quod donatio contractus est sua natura irreuocabilis, *latè prosequitur Imo. in c. fi. num. 25. ver. secundo potest, de donat. communem etiam dicit Clar. in tract. de donat. quæst. 1. num. 3. vbi citat etiam Bertachin.*

Tamen, si donatarius recuset alimenta præstare
4 donatori, priuatur rebus donatis, & donatio † reuocatur propter ingratitudinem, *ita gl. in l fi. in ver. voluerit, C. de reuoc. donat.* vbi mouetur argumento *l. alimenta, in princ. & §. 1. ff. de liber. agnosc. & l. diuus, ff. de iure patron.* arguendo de liberto ad donatarium. Et hanc opinionem tenuerunt Cin. & Bal. *ibi, & communem dicit Ripa, num. 167. Corne. in cons. 120. colum. 1. volum. 1. Abb. in cap. fi. de dona. Crot. in cons. 76. num. 21. Lupus, qui alios citat in rub. de dona. inter vir & vxo. §. 70. num. 25. Cravet. in cons. 51. num. 5. Cagno. in l. in condemnatione. ff. de reg. iur. Kolan. in tract. de lucro dot. q. 67 in fi. Cordub. in l. si quis à liber. §. item iudex num. 59. ff. de liber. agnoscen. Clar. in tract. de donatio. quæstio. 21. num. 3. Iacobin. in sua mueslit. in ver. & cum pacto, num. 7. Ripa in d. l. si vnquam, num. 72. C. de reuoc. donat. Gomes. de contract. cap. 4. num. 14. in fi. Riminal. in §. 1. num. 536. Instit. de donat. & hanc opinionem defendi in tit. quibus debeantur alimenta, in quæst. an donatarius teneatur alere donatorem.*

Sed hoc procedit, quando donatio est simplex, & à donatario alimenta non fuerunt promissa, sed simpliciter debentur à lege per obligationem antidoralem: at si in donatione cõuentum sit, quod donatarius alat donatorem, tunc aliud est magis speciale. Nam regulariter dominium non trans-
5 fertur † sine traditione, *l. traditionibus, C. de pact. §. per traditionem, Instit. ut. de rerum diuis. l. penult. C. de rei vendic. l. si ex stipulatione. ff. de acquiren. possess. Bal. in l. ea lege. num. 3. C. de cond. ob cau.* vbi dicit, rationem esse, quia dominiũ naturaliter incipit à possessione, & principia naturalia non possunt in totum remoueri ab actibus hominum. Et quod requiratur traditio, voluit Abb. *in cons. 94. colum. 4. in fi. ver. nunc, volum. 2. Alexan. in cons. 28. in princ. volum. 2. dixi in cons. 52. num. 75.*

Et nõ potest id induci, etiam partium expressa dis-
6 positione, † quod dominium sine traditione trãsferatur, *secundum glos. in d. l. traditionibus, vbi eam sequitur Dec. num. 2. ver. quartò etiam, Bar. in l. cum falsa, in prima oppos. C. de iur. & fact. ignor. in l. 1. num. 19. ver. aut loquimur in contractib. ff. de cond. & demonst. Castr. & Aret. in l. qui absenti, §. 1. ff. de acquir. possess. Dec. in cons. 300. num. 4. Ruin. in cons. 112. num. 4. volum. 4. Natta in cons. 456. num. 3.* Et quod dicitur de dominij translatione, locum habet etiam, quando agimus de eo iam translato
7 retransferendo, † vt quia contractus rescindatur, & resoluatur: nam etiam si partes à contractu perfecto discedant, non tam dominium retrotransfertur in primum dominum, nisi sequuta retraditione, sed requiritur noua traditio, & actus, qui sit retrosimilis, *vt est tex. expressus in l. ab emptione, vbi notant glos. Bart. & aly omnes, ff. de pact. l. 1. vbi etiam Doctores, C. quando licet ab emptio. disced. glos. in l. 1. C. de inoffic. donat.* quę dicit, hoc esse verum, etiam quando contractus resoluitur ipso iure, *& ibi eam sequitur Bal. nume. 12. idem Bal in l. 1. quæstio. 6. C. si quid in fraud. patro. Bar. in l. ideo, ff. de cond. furti. Ruin. in cons. 132. num. 14. & 15. cons. 173. num. 15. volum. 1. Rube. in cons. 58. num. 4. Ripa in l. si vnquam, num. 109 & ibi Tiraq. in ver. reuertatur, num. 17. & 18. C. de reuoc. donat. D. Becius in caus. 42. num. 20.*

Tamen, si in donatione appositum est pactum, quòd donatarius teneatur alere donatorem, & ille deficiat in obseruatione pacti, retrotransfer-
8 tur † dominium rerum donatarum in donatorem, & ei datur vtilis rei vendicatio, *vt est text. in l. 1. C. de donat.* quæ sub modo, vbi dicit, quod vendicari possunt: rei autem vendicatio datur soli domino. Et hoc dicit glos. ibi introductum esse speciali fauore alimentorum. Ad idem est tex *in cap. verum, secundum intellectum, glos. 1. de condit. appos. sequitur Bal. in cons. 250. volum. 2. Roman. in cons. 284. num. 3. idem voluit gl. in d. l. traditionib. in ver. non nudis. Aretin in l. 1. colum. pen. ff. de legat. 1. vbi dicit dari vtilem actionem in rem, Corne. in cons. 101. colum. 2. ver. similiter & donatio, & in cons. 102. colum. 2. ver. & insuper, vol. 1. & in cons. 45. col. 1. ver. circa secundum, volum. 4. Ripa in cons. 146 num. 1. idem Ripa, in l. si num. 129. C. de reuocan. dona.* vbi post Bart. dicit, bonum esse donatori, quod semper apponat pactum præstandi alimenta, *& in l. in insulam, num. 86. ff. de verbor. obligat.* vbi post Bal. *in d. cons. 250.* inquit, moram non posse purgari, tum quia exequutio iam facta est à lege, tum etiam quia non purgatur quando res non potest in pristinum reduci, *Alcia. in cons. 111. num. 5. Curt. iun. in d. l. traditionibus, num. 26. Bertran. in cons. 66. volum. 3.* vbi dicit, quod mora purgari non potest, *idem Bertran. in cons. 74. eodem volum. Didac. lib. 1. variar. resolu. cap. 14. num. 4.* vbi inquit, sine dubio dari vtilem rei vendicationem donatori ad repetendum donata, *Cordub. in dicta l. si quis à liberis, §. vtrum, num. 20.*

Confirmatur hæc constitutio, quia videmus idem seruari in ecclesia, & pia causa, in quam sine
9 traditione transfertur † dominium, *l. si. vbi Doctores, C. de sacros. eccles. glos. in d. l. 1. C. de don. quæ sub modo, & ibi etiam ponunt Doctores, & in l. traditionibus, C. de pact.* & ibi Ias. *num. 17.* dicit idem esse in pauperibus, & Cur.

iun.

iun.*nu.25.* dicit, intelligendum esse de vtili dominio & rei vendicatione, *Iason in cons.143.nu.4.vol.4.Paris.in cons.77.nu.4.vol.1.Ruin.in cons.128.nu.6.vol.1. Alcia.in cons.12.nu.6.Tiraq.in l.si vnquã,in ver.donatione largitus,nu.153. & nu.169. & in ver.reuertatur, nu 338. C.de reuoc.dona. & in tract. de priuileg. piæ cau.priuileg.107.* Ratio priuilegij est fauore alimentorum, vt voluit gl. *in d.l.1. C.de do. quæ sub modo.* vbi etiam sequitur Bar. qui infert, quod ideo rei vendicatio concurrit cum condictione, quia cum sit vtilis tantum, non dicitur propriè res mea, & condici potest, secus si esset directa, quia res esset mea, & condici non potest res propria. Et hoc casu, quia deficit directum dominium iudicatur de illa re, tanquam de aliena, *vt inquit Bal.ibi, in fi. per l.in bello, §. si quis seruum, ff. de capti.* Et quod sit inductũ fauore alimẽtorum, ponit etiã Salic. *ibi, in 3. oppos. nu. 4.* dicẽs, idem statui in ecclesia, & *nu.8. post Bal. in l.ea lege, C.de cond.ob cau.* dicit, colligi posse bonum consilium ad impediẽdum alienationẽ rei donatæ, quod sc. adiicitur rẽ tradi, vt aliquid soluatur annuatim pro alimẽtis. Et hoc voluit ante omnes Cin. *in d.l.1. & idẽ voluit Salic. in l.ea lege, oppo.14. C.de cond.ob cau. Ripa, in d.l.fi.nu.129. C.de reuoc.donat.* Verum Curt.iun. *in d.l.traditionib. nu.26. C. de pact.* dicit, hoc esse regulare in omnib. donationibus, vt propter inobseruãtiam pactorum retrãsferatur dominium in donatorem sine traditione, & hoc duplici ratione: Primò fauore donantis, qui exercet liberalitem; secundò odio donatarij ingrati, qui pacta non obseruat, sed eius opinio est falsa, quia ob pacta non seruata, datur quidem condictio ob causam ad repetendum donata, *vt toto tit. ff. & C. de condic. ob caus.* sed dominium nõ retransfertur nec datur rei vendicatio. Et idem est respectu eius, qui liberalitatem exercet: is enim licet fauore dignus sit, non tamen reperitur, quod ob non seruata pacta possit vendicare donata. Stat ergo verior ratio fauore alimentorum.

10 Prædictum tamen priuilegium † non habet locum, quãdo donatio facta esset ecclesiæ, *vt inquit Bal. in d.l.1. ver. Canonistæ non concederent, C. de dona. quæ sub modo,* vbi dicit apud Legistas, hoc verum esse etiam in Ecclesia, sed quod Canonistæ non admittunt, ideo subdit, casum non esse figurãdum in Ecclesia, vel hospitali, sed in aliis. Et quamuis non dicat, ra-

11 tio esse potest, quia priuilegiatus † non vtitur priuilegio cõtra pariter priuilegiatum, *Auth. quas actiones, C. de sacros. eccles. c. in præsentia, de proba. l. sed & milites, §.1. ff. de excusa. tuto. l. assiduis, §. exceptis, C. qui pot. in pign. habe. Bal. in c.1. ver. sed contra hoc immediatè, de probat.* vbi infert, quod fiscus non vtitur contra fiscum eo

12 † priuilegio, quod sibi datur. Idẽ est, quando fiscus cũ dote concurrit, *l.2. C. de priui. fisc.* Et quod dictum est supra de fisco, voluit etiã Dec. *in d. c.1. nu.15. Iaf. in l. ne quisquam, ff. de eden. Natta, in cons.141. nu.4. Caccialup. in l. omnes populi, nu.128. ff. de iust. & iur.* vbi loquitur de eligendo iudice, *Berengar. in l. in quartam, c.1. nu.212.*

Contrarium tamen tenuit Rom. *in cons.284. nu.3.* vbi tenet, quod etiam contra Ecclesiam competat priuilegium reuocandi donationẽ, & transferendi dominium, nihil tamen allegat præter text. *in d. l.1. & in d.c. verum.* Et hanc opinionem tenendo, posset ad contrarium fundamentũ responderi, quod priuilegiatus vtitur priuilegio etiam contra priuilegiatum, qui tamen non habet priuilegiũ in ea spe-

13 cie, de qua † tractatur, *vt est text. in d.l. fi. ff. ex quib. cau. maior,* vbi minor restituitur contra minorem, *cap. ad aures, vbi Abb. in 2. not. ab. de præscript. ita declarant Cin. & alij, in d. Auth. quas actiones, Docto. in l. priuilegia, ff. de priuileg. cred.* Et hanc declarationem sequuntur omnes, *vt inquit Dec. in cap. in præsentia, nu.51. de probat.* Ecclesia autẽ non reperitur isto casu specialiter priuilegiata. Ego non video quare eo modo priuari non debeat Ecclesia, sicut Laicus, propter pacta nõ seruata. Videmus enim, quod Ecclesia, quę rem habet in

14 emphyteusim, † cadit à iure suo, sicut priuatus quilibet, si promissum canonem non soluit, *Bal. in c.1. nu.10. de alien. feud. vbi Aluar. in §. inde potest, col.3. & Afflic. nu.15 idem Bal. in Auth. qui rem, nu.4. C. de sacros. eccles. gl. in c. cõstitutus, in ver. iuxta ratam, vbi Host. & alij, de relig. domib. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. nu.25. gl. in d. Auth. qui rem, vbi Salic. nu.2. vbi Cagn. nu.61. Bal. in l. placet, nu.3. C. de sacros. eccle. & ibi Parpal. in repe. nu.120. dicit esse magis commu. opinionem, post Iaf. nu.16. in 1. lect. & nu.18. in 2. Redoan. in tract. de alien. rer. eccle. in tit. de caducit. feud. ob non solut. c.2. nu.3.* Ergo eodem modo priuabitur ob pactum non seruatum: strictius enim ligat pactum, quam lex, & cum *d. l.1.* loquatur indefinitè, debet indefinitè quoque intelligi, *l. de pretio. ff. de publicia.*

Benè admitto, quod Ecclesia restituetur in integrum, si ob culpam prælati, qui alimenta non præ-

15 stitit, cecidit à iure suo, sicuti restituitur, † quando priuatur ob canonem non solutum, *c.1. extra, de restit in integr. l. vt inter diuinum, C. de sacros. eccles. l. rem publicam, C. de iure rer. fisca. lib.10. Spec. d. tit. de loca. §. nunc aliqua, nu.26. Iaf. in l.2. nu.49. C. de iure emphyt. Curt. iun. de feud. in 2 part. quæst.18. nu.3. Ruin. in cons.100. nu.7. cons.156. in fi. volum.1.* vtitur † enim iure minoris, *vt voluit gl. in*

16 *c. audita, vbi etiam Abb. de restitut. in integr.* & restituitur etiam ad lucra, *vt per Abb. ibi, num.15.*

Restringe secundo priuilegium prædictum, vt procedat, quando id, quod pro alimentis erat præstandum, est quid magni valoris; aliãs si erat quid

17 modicum, non ideo erit locus † reuocationi, *ita tenet Salic. in l. ea lege, in 4. oppos. nu.11. C. de condic. ob cau.* Mouetur, quia emphyteuta non priuatur ob modicum canonem nõ solutum, *vt probatur in l. qui rem, C. de sacros. eccles.* & quia pro tam modico, non est de alimentis prouisum alimẽtario, nec satisfit, *d.l.1.* fa-

18 cit, quia propter † modicam ingratitudinem vasallus non priuatur, *Bal. in c. solo, vbi gl. C. de lib. cau. Barbat. in cons.45. col.15. vol.4. Tiraq. in tract. de iudi. in reb. exig. fer. n. ver.49.* Et dicit Bal. *in d. Authen. qui rem, in 2. not. ab.*

19 quòd emphyteuta ob deteriorationem † modici momenti, non potest expelli, quia contractus non rescinditur pro modico, *sequitur ibi Fulg. Castr. & Iaf.* & facit, quia redhibitoria non datur pro minimo vitio, *l. si tamen, §. vlt. ff. de ædil. edict. Bal. in l. si prædium, col.1. ver. quæro pro quib. reb. C. de ædilit. actio.* Addo, quod modo deficiente in modico, non debet reuocari

20 contractus, sicuti dicimus non deficere † conditionem, si defectus sit in modico, *secundum Bal. in l. pro hæreditariis, col.2. ver. vndecimò, C. de hæred. actio.*

Contrarium tamen voluit Bal. *in d. l. ea lege, nu.5. ver. octauò ad idem,* vbi consulit, quod apponatur sem-

per in instrumento donationis aliquid præstãdum in causa alimentorum. Et pro eius dicti confirmatione Ripa, *in l. fi. nu. 129. C. de reuoc. dona.* considerat verba *d. l. 1. ibi, vt certa sibi alim. peteret.* Illa enim dictio *certa*, idẽ significat, ꝙ aliqua, *l. si certis annis, C. de pact.*
21 & dictio, †*aliquid*, verificatur in modico, *l. hanc legem, ff. de contrah. emp.* per quã dixit Old. *cons. 226. col. 4. ver. secundò*, vbi donatio, *nu. 8.* quod dictio, *aliqua*, arctat significationem orationis ad rẽ modicã. Et dicunt Bart. & Ang. *in l. si seruũ, §. ait prætor, ff. de acq. hæred.* naturã eius dictionis esse, vt in qualibet particula, & ita etiã in minimo verificetur. Et inquit Dec. *in c. de appell. col. 2. ver. primus est, quãdo dispositio, extr. de appell.* ꝙ vbi dispositio loquitur per dictã dictionẽ semper, minimũ est considerandũ. Et dicunt Bal. & Dec. *in quoniã, de testib.* sat esse, si etiã quid minimũ conferat ad causam: id, quod requiritur in eo tex. *Et plures citat Tiraq. in l. si vnquã, in ver. omnia, vel partẽ aliquã, nu. 14. & 15. C. de reuoc. donat.* Est enim dictio vniuersalis, quę omnia comprehendit, & nihil omittit, *vt dixi in cons. 33. nu. 20.* Cum ergo tex. dicit certa alimenta, perinde includit quod minimum, ac si dixisset aliqua alimenta. *secundum Salic. ibi*, Ripa, ibi adducit etiã, quod emphyteuta nõ solũ priuatur re emphyteutica ob
22 non solutum canonem, quando † consistit totus in vno numo, & in re minima, *vt voluit Bar. in d. Auth. qui rem, nu. 6. vbi Bal. nu. 3. Ias. nu. 16. qui dicit communẽ, & Ias. idem dicens, nu. 20. Ias. in l. 2. nu. 53. C. de re emphy. Afflict. in dec. 80. nu. 2. Soc. in cons. 167. nu. 7. in fi. vol. 2. Barb. in cons. 26. in fi. vol. 2. Ruin. in cons. 167. nu. 10. vol. 1. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gl. 6. nu. 26. in fi.* sed etiã quãdo ex maiori ca-
23 none deficit solutio vnius † numi, *vt volunt Spec. in d. §. nũc aliqua. nu. 40. Castr. & Alex. in l. in exequutione, §. itẽ si ita, ff. de verb. oblig. Ias. in d. l. 2. vbi reprehendit Bal. contrarium tenentẽ, & ante hos Alber. in Auth. qui rem, nu. 4. Oldr. in cons. 29. Imo. in c. potuit, nu. 27. de loca. Gozad. in cons. 57. nu. 20. Crot. in l. 4. §. Cato, nu. 29. ff. de verb. obli. Bero. in cons. 120. nu. 17. vol. 1. Tiraq. d. glos. 6. nu. 26. & in tract. de iud. in reb. exig. feren. ver. quinquagesimo primo, il secondo, Rolan. in cons. 17. nu. 14. vol. 2. Natta in cons. 479. num. 7.*

Addo, quod volui in gl. *in l. res bona fide. ff. de cõtrah. emp.* per quam dicit Bal. quod facilius cadit emphy-
24 teuta, ob defectũ vnius numi, quãdo est pactũ, † *idẽ Bal. in rub. C. de contrah. empt. nu. 10. q. 10. Barba. in cons. 40. col. 11. vol. 1. Tiraq. d. ver. quinquagesimo primo.* Cõfirmatur, quia priuatio emphyteutę nõ soluẽtis inducitur, p-
25 pter cõtemptum, non † propter rẽ, *vt dicit Bal. in c. 1. §. aut si libellario, col. 1. quib. mod feud. amit. sequitur Natta d. cons. 479. nu. 9.* Ergo non debet attẽdi, an id, quod erat soluendũ, sit multũ, vel modicũ, *& id ipsum consideratur in d. l. 1. C. de don. quæ sub modo ibi, eo, quod legi illi obtẽperare voluerit*, & non minus dicitur inobediens, qui deficit in modico, quã qui in multo, & non est absurdum, nam regula, quod contractus non sit illi obseruãdus, qui ex parte sua nõ obseruat, procedit
26 etiã, quando pars deficit † in minimo, *secundũ Bal. in l. iurisgentiũ, §. adeo, in ver. pacta conuenta, in 2 not. ab. ff. de pact. Dec. in l. cum proponas, nu. 5. vbi Curt. iun. ad Alex. nu. 2. C. de pact. Natta in cons. 373. nu. 29. ver. nec releuat, Caph. in cons. 66. nu. 28. D. Bec. in cons. 45. nu. 10. Meno in cons. 55. nu. 6.* Et non obstat id, quod inquit Sal. *in d. l. ea lege*, quod sc. emphyteuta nõ priuetur, quia si intelligit, quod non priuetur, si deficit in modica solutione, habet contra se communẽ opinionem: si verò intelligit, quod nõ priuetur ob modicam deteriorationem,
27 quo casu benè dicit, †*& idem tenuerunt supracitati Docto. quib. addo Rol. in cons. 49. nu. 21. vol. 2. Menoch. de arbitr. iud. casu 78. nu. 6. Ludouic. decis. Perus. 22. nu. 21. & sequuntur infiniti Modern.* Respondeti potest, tunc non priuatur, quia ea pœna respicit rem, non autem contemptum, & in casu nostro deficiens in solutione, dum non obtẽperat legi contractus, dicitur contemnere, ideo pro modico defectu priuatur: Rursus, qui male vtitur re illam deteriorando, non impugnat contractum, sicuti qui non soluit quod promisit, *vt in d. l. 1.* Ergo non mirum, si non vtroque casu inducitur priuatio emphyteutæ.

An autem isto casu licitum sit moram purgare?
28 † Concludit Cin. *in d. l. 1.* licere, si tria concurrant, quod lis non sit contestata, quod fiat intra modicum tẽpus, & quod ius creditoris nõ sit factum deterius, sed quia actum est hoc eodem titulo in priuilegio, an liceat purgare morã in causa alimentorum, non repeto; addo tamen quod idem tenuit Curt. iun. *in l. traditionib. nu. 26. C. de pact.*

Dantur autem plura remedia, quando donatarius non implet contractũ, & non præstat alimenta, nam competit propter vtilem rei vẽdicationem
29 condictio ob causam † ad repetendũ data. *l. si vt proponis, C. de cond. ob. cau. in d. l. 1. C. de don. quæ sub modo, vbi gl. Bal. Sali. & alij, Corn. in cons. 252. col. 4. ver. circa secundum, vol. 3.* Et de hac cõdictione loquuntur Doct. quando mentionem faciunt de actione personali, nam
30 condictio est † in personã, *§. sic itaq. Instit. de action. gl. in d. l. 1. l. actionum, in princ. ff. de actio. & oblig. §. appellamus, Instit. de actio.* & condictio dicitur omnis actio personalis, quia condicere est denunciare, & in realibus nõ est necessaria denunciatio. *ita declarat Ias. in l. certi condictio. in princ. nu. 3. & 5. ff. si cert. pet.* Multæ tamen
31 condictiones, † quæ sunt in rem scriptæ, & dantur contra possessorem, *l. 3. §. vbi gl. in ver. est autem personalis, & ibi not. Doct. ff. ad exhib. l. fi. vbi Bar. & alij, ff. de oper. noui nunt. & multos citat Tiraq. de retract. consang. §. 8. gl. 5. nu. 8. vbi potest videri*, datur etiã actio præscriptis ver-
32 bis, † sed nõ ad reuocandũ data, imo ad implemẽtũ promissorũ, *l. legem, C. de donatio. l. si donationis, C. de cõtrah. empt. gl. in d. l. 1. vbi Bar. in princ. & Salic. nu. 2.* quod
33 si contractus esset iuratus, daretur pro † rescissione actio, ex *l. si quis maior, C. de transact. Corn. in cons. 252. colum. 4. volum. 3. Ripa in cons. 146. nu. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Retentio regulariter est prohibita, & vna res pro alia retineri non potest, & infertur ad plura.*
2 *Animal alienum inuẽtum in proprio fundo dare damnũ, retineri potest à domino fundi, vt cognoscat cuius sit.*
3 *Animal alienũ, qui pauit, põt retinere, donec sibi satisfiat.*
4 *Retinere potest res pro impensis in ea factis.*
5 *Libri scholaris vel Doctoris, capi non possunt pro exequutione indicati.*
6 *Libri scholaris retineri possunt, pro impensa facta in funus eiusdem scholaris.*
7 *Bona fideicommissi retineri possunt pro impensa facta, in eorum conseruationem.*

8 *Reten-*

1 *Retētio datur pro melioramentis non liquidis, quando fideicommissum est restituendum.*
9 *Retentio non datur pro melioramentis nō liquidis, quando offertur cautio, sed sententia mittitur exequutioni.*
10 *Retentionis exceptio cōpetit etiā in exequutione sentētiæ.*
11 *Retētio datur etiā contra singularem successorē debitoris.*
12 *Hypotheca tacita datur ei, qui pauit equum, vel animal aliud, & nu. 19.*
13 *Hypotheca cum priuilegio prælationis datur ei, qui pauit animal alienum.*
14 *Animal alienum, qui pauit, si illud locauit ad vecturam, tenetur imputare vecturam in alimenta.*
15 *Hospes, qui præstitit alicui alimenta, potest illius res retinere, donec sibi satisfiat.*
16 *Carcerum custos, non potest retinere carceratum pro alimentis præstitis, & pro custodia.*
17 *Res nō meliorata nō pōt retinere pro ea, q̄ fuit meliorata.*
18 *Homo liber non cadit in obligatione.*
19 *Pascua qui locauit, vel fœnum vendidit in alimoniam animalium, habet tacitam hypothecam, cum priuilegio prælationibus in animalibus.*

PRIVILEGIVM LXII.

1 RETENTIO regulariter est prohibita, & vna res nō potest pro † alia retineri, *vt est tex. & ibi Doct. in l. fi. C. commoda, & l. si non inducta, C. in quib. cau. pign. taci. cōtrahat. Doct. in l. si nō sortem, §. si centū, ff. de cond. indeb.* vbi regulā constituūt, quod creditor nō potest pro suo credito rē debitoris penes se retinere. Imo dicūt Alb. & Fulg. *in d. §. si centum*, quod aduocati & procuratores non possunt retinere scripturas, & ꝓinstrumentā clientū, donec sibi satisfiat pro mercede, vel salario debito, *sequitur Iaſ. in d. l. si non sortē. §. si centū, nu. 10.* vbi cōstituit regulā negatiuam, quā limitat quinque modis, vt per eū, eodem modo regulā facit Neguſ. *in tracta. de pign. in 3. mem. 5. par. nu. 1.* vbi etiā multis modis limitat. Et ratio est, quia hoc esset sibi authoritate propria ius dicere, contra *l. 1. ne quis in cauſ. propr.* & ideo si
2 quis alienū pecus inueniat, in † proprio fundo damnū dare, nō poterit illū retinere donec reficiatur damnū, sed bene potest illud retinere, vt cognoscat cuius sit ad effectū, vt contra illū agat ꝓ damno dato, *vt est tex. in l. Quintus, & l. seq. ff. ad leg. Aquil. Spec. in tit. de actio. in ver. sed nūquid pecudē, Bar. & alij in l. hoc amplius, §. de his autē, ff. de dam. infec. Bal. in l. 2. C. de ſeru. fugi. Alcia. in tract. præſum. reg. 1. præſ. 50. vbi cōcordat cōtrarias opiniōes.*
3 Si quis tamē alienum animal pauit, † potest illud retinere, donec restituatur sibi expensa, vel pretiū alimētorum, *Guid. Pap. in tract præſump. char. 4. eum refert & ſequitur Alci. in d præſ. 50.* dicit retineri quidem posse pro alimentis præstitis, sed nō pro damno dato, Coraſ. qui neminē allegat *in rub. ff. de ſeruit. nu. 140.* vbi tamen, *nu. 138.* dicit, ex communi Doct. calculo, non licere vti equi, vel alterius animalis retentione pro damno dato in prædio, & inquit pro pabulo licitā retentionem esse, etiā si diu pecus aluerit illud retinendo inclusum, cū ignoraret eius dominum, *Sola in conſti. Pede. in decret. de captu. debit. in gl. 3. par. nu. 6.* Ratio est, quia res pōt semper retineri pro impen-
4 sis in ea factis, † *gl. in l. ſi non ſortem, §. ſi centū, ff. de cond. indeb.* Et ibi notant Bar. & alij, *vt per Iaſ. nu. 10. & Bal. in fi. C. quomo.* quod sartor potest retinere vestē, donec sibi soluatur merces, *Neguſ. in 3. mem. 5. par. princ. nu. 8.*
5 Et licet regulariter non possit fieri exequutio † in libris scholariū, *ſecundū gl. in l. nepos Proculo, ff. de verbor. ſignif. Bal. C. in rub. qui bonis ced. poſſ.* tamē si quis impēdit in funus scholaris potest pro ea impēsa libros, &
6 alias res scholaris † retinere, *Bal. in d. l. fi. idē Bal. in l. restituenda, per illum tex. C. de petit. hæred. & in l. 1. C. ob chirograph. pecun. Iaſ. in d. §. ſi centum, nu. 10. Menoch. de recuper. poſſeſ. remed. 11. nu. 12.* Et ideo videmus quod grauatus retinet rem, donec à fideicommissario sibi satisfiat
7 pro expensis † factis in re subiecta restitutioni, *l. domos, vbi Bar. Bal. Alber. Imo. Cuma. Alex. & Iaſ. & alij, ff. de leg. 1. l. mulier, §. ſed etenim, ver. ſed & ipſe, ff. ad Trebellian.*

Procedit autem huiusmodi retētio, etiam si de-
8 bitum ex † causa melioramentorum, non sit liquidum, *vt est tex. in l. cū ſeruus, in fi. ff. de cond. & dem. l. item liberatur, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth ſolu. Tiraq. de retract. conuentio. §. 7. gl. 1. nu. 13. Ruin. in conſ. 84. nu. 17. vol. 1. Capic. in deciſ. 17.* vbi, *in fi.* dicit, ita fuisse iudicatū. Sed id verum est, nisi cautio offeratur, quādo enim of-
9 fertur † tunc si non fuit liquida, sententia mittitur exequutioni, & non datur retentio, *ſecundum Caſtr. in cōſ. 270. col. 2. ver. 2. videndū, vol. 2 Goza. in conſ. 100. nu. 21. Neguſ. in tract. pign. in 4. mem. 5. par. nu. 15.* vbi tamē aliud vult, quādo in sentētia dicitur solutis prius expensis, quia tunc ista cōditio debet purificari, *de quo vide Marzar. in form. fideicom. q. 66.* Non curo enim prosequi, sed sat est loca signare, vbi videre possit lector, quando controuersia erit inter partes.

Est autem adeo fauorabilis hæc retentio, quod
10 competit etiam in exequutione † sententiæ, *l. in hoc iudiciū, §. 1. ver. ſed is qui à iure, ff. com. diuid. Rom. ſing. 174. tu ſcis, Bal. in l. peremptorias, nu. 12. C. de reſcin. non poſ. Caſtren. in conſ. 166. colum. 3. ver. ſed benè videtur, vol. 2. Corn. in conſ. 147. colum. penul. in fi. volum. 2. Dec. qui alios citat in conſ. 119. num. 2. Craue. in conſ. 148. num. 2. Capic. in deciſ. 119. per totam, Tiraquel. d. gloſ. 1. nu. 15. Neguſ. d. 4. mem. 5. par. nu. 10. vbi citat Bar. Alexan. & Iaſ. Rolan. in conſ. 28. num. 3. volum. 1. Caph. in conſ. 299. nu. 36.* Et datur etiam contra
11 singularem † successorem debitoris, *ſecundum gl. Cin. Alber. & Salic. in l. 1. C. etiam ob chirograph. Ripa in l. vbi purè, §. qui in diſtrahendis, nu. 3. ff. ad Trebel. Boer. in deciſ. 44. nu. 14. Didac. lib. 1. variar. reſolut. c. 8. nu. 3. ver. cæterum, & ſi, post Neguſ. in d. 4. mem. 5. par. nu. 21. in fi.* sieuti datur singulari successori ipsius creditoris, *vt probat Socin. in conſ. 158. nu. 28. vol. 2. Crau. in conſ. 148. nu. 1. & 2. & præter eos Rom. in ſing. 177. vbi Apoſtil. allegant Rip. Neguſ. & alios, Galeſius in tract. de form camer. inſtr. fol. mihi 69. nu. 15. Cephal. in conſ. 299. nu. 35. D. Becius in conſ. 97. nu. 21. Sebaſtian. Medic. in tract. comp. in 2. par. q. 16. nu. 18.* Et de iure retentionis late agunt Neguſ. *d. 4. mem 5. par. à princ. vſque ad nu. 22. vbi multas concluſiones conſtituit, late Rol. in conſ. 28. vol. 1. Iaſ. d. §. ſi centum, Menoch. d. rem. 15. num. 499. & multis ſeqq. Tiraq. d §. 7. gl. 1. nu. 1. vſque ad finem, vbi multas deciſiones inuenies, quibus in actu practico inſtruaris.*

Ampliatur autem nostra conclusio, vt non solum detur retentio equi vel serui, quibus sunt præstita alimenta, sed etiam detur impensam facienti
12 pignoratitia † actio, quia vterque remanet tacitè obligatus, *vt est tex. vbi gl. & Doct. notant in l. neceſſarias, in princ. ff. de pignor. actio.* imo is, qui præstitit alimenta,

13 præfertur † anterioribus creditorib. *vt notat Bart. in l. interdum, nu. 1 ff. qui potio. in pigno. habean.* vbi dicit, hoc esse notandũ specialiter in alimentis, quia si is, qui equũ habet pignoratũ, impẽdit in alimentis illius, vel serui custodientis, quod in eis præfertur omnibus anteriorib. Sequitur Neguſ. *in 3. mem. 7. par. nu. 16.* vbi subdit, quod repetens talia alimenta, non tenetur probare, quod ea præstiterit, quia præsumitur præstitisse, ex quo retinuit penes se, *Bar. Imo. & Alex. in l. cum seruus, ff. de verb. oblig.* Addit etiam, & id seruiet pro limitatione nostrę conclusionis, quod si is, qui
14 fecit impensas, dedit equũ ad vecturã, imputat † in alimenta quidquid exigit in eam causam, *allegat Bal. in l. 2. C. de par. pignor. Alex. in l. si seruus, ff. de pignor. actio.*

Et quod dictum est supra de animali, cui quis alimoniã pręstitit, locum quoque habet in homine, qui est in hospitio receptus, nam pro salario hospi-
15 tij, & pro alimentis potest hospes † retinere illius res pro solutione prandij, vel cœnæ, *vt declarat Pet. Rebuff. in reg. constit. tom. 1. art. 4. de lit. oblig. gl. 2. nu. 31. vbi dicit esse speciale.* Cõtra tamẽ facit decisio Iac. de Are.
16 qui dicit, q̃ carcerarius † nõ potest retinere carceratum, donec soluerit expensas, & salariũ custodiæ, *sequitur Gui. Pap. q. 448.* licèt dicat contrarium seruari de facto. Sed hoc procedit in libero homine, secus in rebus, *Caualca. in decis. 44. nu. 47.* vbi multos allegat, qui tamẽ hoc non dicunt, sed generaliter loquuntur de retẽtione. Et hoc est multum speciale,
17 si est verũ, quia regulariter res nõ meliorata, † retineri non potest, pro ea, quæ fuit meliorata, *Castr. in cons. 220. in 1. dub. vol. 2. Tiraq. d. §. 7. gl. 1. nu. 11.* Cũ ergo nihil in conseruationẽ rerum fuerit impensum, non deberent ipsæ res fore obligatæ, nisi dicamus, quod res veniunt accessoriè ad personã, quæ cũ sit libera,
18 † non cedit in obligatione, *l. liberis, §. si quis sciens, ff. de liber. cau. vbi loquitur de venditione, Dec. in l. libertas, nu. 5. ff. reg. iur. l. 1. vbi gl. citat concordantes, C. de patr. qui fil. distr.*

Per prædicta Caualc. *d. decis. 44. nu. 47.* dixit, quod
19 qui herbam vendidit, † vel pascua locauit pastoribus, habet hypothecã super animalibus cũ prælatione, & dicit se ita aliquando consuluisse, *allegat l. huius, ff. qui potio. in pigno. hab.* vbi loquitur de eo, qui credidit in cibaria nautarum. Et ea opinio est in ducatu Mediolani consuetudine approbata, vt armenta sint obligata pro pretio fœni, quod fuit ab illis consumptum, nec alia causa sit anterior. Et, vt alias dixi, hæc sententia non est vera, quia l. huius loquitur, quando expresse in eam causam factum est mutuum, at secus est, quando simpliciter venditum est fœnum, vel locata pascua.

Aduertendũ etiam, circa eiusmodi retentionem ad ea, quę ponunt Tiraq. Menoch. Neguſan. & alij supracitati, vt scias, eã bene deducere in iudicium.

SVMMARIVM.

1 *Patria potestas res est inæstimabilis.*
2 *Pater negans alimenta filio perdit patriam potestatem.*
3 *Pater qui negat filio alimenta, si ille pereat fame, punitur, ac si necasset propriis manibus.*
4 *Pater priuatur patria potestate, si infantem filium exponat. & ibi declaratur.*
5 *Pœna est commensuranda delicto.*
6 *Pœnæ locus non est nisi in casibus à iure expressis.*
7 *Priuatio iuris competentis dicitur pœna.*
8 *Derelinquẽs rem aliquam, perdit omne ius q̃ habet in ea.*
9 *Vasallus derelinquens dominum periclitantem, perdit allius gratiam, & infertur ad alia.*
10 *Pater negans filio alimenta, punitur extra ordinem.*

PRIVILEGIVM LXIII.

1 PATRIA potestas est res præ † cæteris inæstimabilis, *l. si filius familias, §. secundum vulgarem, ff. de leg. 1.* tamen, si pater impiè filio negat alimenta, eam perdit, quia non de-
2 bet eum habere in potestate, † cui negat alimenta, *vt inquit gl. in l. nec filium, C. de patr. potest. & hoc dicit notandum Abb. in c. fi. nu. 5. de conuers. infid.* & ibi post gl. *in l. necare, ff. de liber. agnosc.* dicit, quòd si filius periret ob denegata alimenta, puniretur pater, ac si propriis
3 † manibus filium necasset Quod inquit notandum *& sequitur Brun. in statu exclus. fœmin. art. 1. nu. 26. Pinel. in l. 1. par. 3. nu. 57. C. de bon. mater. vbi allegat l. 1. §. sed scimus, C. de lati. lib. tollen.* quæ dicit, expellentem à domo, manere penitus segregatum, à substantia expulsi, *Cordub. in l. si quis à liber. §. si quis ex his, num. 10. ff. de lib. agnosc. vel alen. & illam gl. in l. necare,* sequitur Bart. *in tracta. de alimen. nu. 14.* dicens, quod eo casu pater tenetur lege Cornelia. Et pro hoc facit, quia eodẽ modo pater
4 priuatur potestate patria, † si filiũ infantem exponat, *vt est tex. in c. 1. de infan. & languid. expos. vbi Gofre. intelligit indistinctè.* Verum est, quod Innoc. Host. Vincent. quos citat & sequitur Abb. *ibi, nu. 2.* dicunt, hoc procedere solum, quãdo non solum expositus erat infans, sed etiam, quãdo erat languidus, quia sicuti detestabilius est denegare alimenta infanti, & languido, ita grauiori pœna est dignus. Quatenus autem ibi pœna priuationis imponitur duob. cõcurrentibus, quod filius sit infans, & quod lãgueat, videtur hoc repugnare, glos. *in d. l. nec filium,* quæ vult, quòd priuatio indistinctè cuiuscunq; status & qualitatis filius sit. Et videtur confirmari ratione, quia
5 in eo quis est puniendus, in quo deliquit & † pœna est delicto commensuranda, *Auth. omnes peregrini, vbi Bal. in fi. C. commu. de succes. io. Bar. in l. leuia, in princ. ff. de vsucap. Dec. in c. cũ Ecclesia S. Mariæ, in princ. de const. Crau. in cons. 46. nu. 15.* at alimenta non debẽtur filio ratione patrię potestatis. Ergo deneganda alimẽta filio, nõ peccat contra patriã potestatem, & consequenter non deberet eã amittere. Item nõ videtur in filio maiore vel pubere, eadem ratio aggrauãdi pœnã, quæ est in infante, & languido: nã infans, vt qui ignorat quidquid videt, & expers est iudicij, & nihil põt per seipsum, & inhibilis est, nõ solũ ad iudicia, sed etiã ad omnia alia, *vt dixi in cons. 9. nu. 22.* nõ habet aliud remediũ, & vbi prodita sunt ordinaria remedia, non est ad pœnas conuolandum, quibus nõ est
6 locus, nisi in casibus à iure † expressis, *gl. in Authen. de non eligen. secun. nub. §. cum igitur, l. & si quis, §. diuus, ff. de relig. & sump. funer. Alex. in cons. 103. nu. 15. vol. 1. Barb. in cons. 51. num. 18. vol. 1. Dec. in cons. 552. nu. 1. Curt. iun. in cons. 137. nu. 17. Crau. in cons. 205. nu. 31.* & priuatio iuris alicui cõ-
7 petentis † dicitur pœna, *l. si quis maior, C. de transact. §. fi. vbi Docto. Instit. de lega. Aret. in l. Titia, col. 3. ff. de verb. oblig. Barbat. in cons. 24. vol. 1. Soc. in cons. 27. nu. 26. vol. 4. Bero.*

in cons.

in conſ.15.nu.6.vol.1.D.Bec. in conſ.104.nu.12. Et videmus, quod *in l. 1. C.de patr.qui fil. diſtr.* non imponitur pœna patri vendenti filium extra cauſam neceſſitatis. Quidquid tamẽ ſit, etſi meo iudicio verior ſit opinio Abb.nec valida ratione ſuſtineatur gl. *in d. l. nec filium*, eſt ſeruanda hęc opinio in iudicio fauore alimentorum, & difficilè cõtrarium poſſet obtineri: licèt, vt dixi, hæc rationem non habeat, ſed fundetur ſola cõparatione domini & patroni, de quibus paulò infra dicemus. Si verò cõmunem teneamus, ratio eſſe poterit, quia negans alimenta alicui videtur illum habere pro derelicto, proinde perdit omne ius † quod in eo habet, vt inquit tex. *in l.fi.ff.pro derelicto*, & tex. *in l.2.in fi. C.de infant.& expoſitis*, dicit, quod nemo poteſt ſuum dicere, quem pereuntem contemplerit. Et Bal.ibi dicit, quod vaſallus † deſerens dominum periclitantem, vel inſultatũ ab inimicis, perdit illius gratiã, ſicuti dominus derelinquens vaſallũ pereuntẽ, perdit omne ius vaſalligij. Et idem inquit de ciue deſerẽte ciuitatem, cum videt illã perire, quia perdit omne ius ciuitatis, quod ego vidi ſeruari in ciuitate Mediolani, cũ in ea ſæuiret decennio nunc elapſo grauis epidimia, editũ enim fuit decretum contra ciues, qui pro ſalute propria ciuitatem deſeruere. Sed ad hoc reſponderi poteſt, quod non eo ipſo videtur ꝑ derelicto habere, cũ alimenta nõ miniſtrat, *vt declarat gl. in d.l.fi. ff.pro derelic.per tex.in d.l.2.C.de infant.expoſ.* bene verũ eſt, quod extra ordinem punitur qui † alimenta negat filio, *vt dicitur in ea l.2.* Et dicit Eman.à Coſta, *in l. ſi ex cautione, in ver.ſeu doli, nu.6.C.de nõ num. pecu.* quod in extraneorũ ferme conditionem rediguntur parẽtes, qui filiis alimenta impiè denegarunt, *ſequitur Cordub. in d. l. ſi quis à liberis, §. etſi impubes, num. 43.* & quando pater malè vtitur ſua authoritate, priuatur, *vt in l.fi.C.de ſpectacu. & leno.lib.10.vbi Io.de Plat.*

SVMMARIVM.

1 *Patronus negans alimenta liberto in caſibus, quibus tenetur, perdit ius patronatus.*
2 *Dominus qui negat ſeruo alimenta cogitur illum vẽdere.*
3 *Patronus propter ingratitudinem priuatur iure ſuccedendi liberto.*
4 *Pœna quæ infligitur patri exponenti infantem ipſo iure imponitur.*
5 *Verbum præteriti tẽporis ſignificat canonẽ latæ ſententiæ.*
6 *Participium præteriti temporis importat latæ ſententiæ canonem, & requirit declarationem.*
7 *Eo ipſo dictio, importat ipſo iure.*
8 *Pœna quando imponitur pro facto negatiuo requiritur monitio.*
9 *Priuatio ipſo iure nõ ĩducitur niſi in caſib.à iure expreſſis.*
10 *Patronus non perdit ius ſuum ob alimenta non præſtita ſi libertus reperitur ab alio alimentatus.*

PRIVILEGIVM LXIIII.

QVæ ſupra dicta ſunt in patre, procedunt eadem fermè ratione in patrono, qui ſi in caſibus, quibus libertum tenetur alere, neget alimenta, perdit † ius patronatus, *vt eſt text.in l.alimen ff.de lib.agnoſc.vel alen.in l.Diuus Claudius, ff.de iur. patron.* vbi dicitur, quòd patronus non cogitur præcisè alere libertum, ſed cauſatiuè, ne ſcilicet iure ſuo priuetur, *Cordub. in d. l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, ff.de lib.agnoſcen. & in §. ſolent, nu.14.* Idem eſt in domino, qui tenetur ſeruũ alere, quod ſi ei neget alimẽta, cogetur illum vendere, vti † fit, quando contra eum nimia vtitur ſæuitia, *vt eſt text. in l.2. ff.de his, qui ſunt ſui vel alien. iur. Cordub. d. §. ſolent, nu.16.* Et de vtroque caſu, id eſt, de patrono & domino, eſt tex. *in c.1.de infant.expoſ.* qui loquitur de exponentibus, & vult, quod ſeruus efficiatur liber, & libertus aſſequatur ingenuitatem, ſi fuerunt expoſiti. Et ibi hoc notant omnes Doctores. Punitur etiam patronus iure, qui habet ſuccedendi liberto, nam nulla maior eſt ingratitudo, quam alimenta denegare, *vbi diximus ſupra in donatario, & ponunt Doctores.præcipuè Ripa in l.fi.C.de reuocan.donat.* & propter ingratitudinem patronus eo † iure ſuccedendi priuatur, *l. cum patronum, ff. de iure patron.* Et probatur expreſsè *in d l.alimenta, in princ.*

Et quia ſupra dubitauimus, an hæc priuatio inducatur ipſo iure, vel requiratur interpellatio, reſpondendo ad quæſitum, dico, quod ſi quærimus de infantibus vel lãguidis expoſitis, imponitur pœna † ſine aliqua interpellatione. Probatur in tex. *d. c.1. de infan.expoſ. ibi, hoc ipſo patria poteſtate fuit liberatus*, nam verbũ præteriti temporis, ſignificat canonem latæ † ſententiæ, *ſecundũ gl. in l.iubemus nulli, §. œconomi, in ver. priuatur, C. de ſacroſ. eccleſ. vbi Bar. & Bal. dicunt, eam gl eſſe ſingularẽ, & notandã gl. in l. in criminali, in ver. habeatur, in fi. C. de iuriſd. omn. iud. vbi Bal. & Ang. notant.* Et idẽ eſt de participio liberatus, poſito in tex. quia nõ requirit † declarationem, *gl. in Auth. caſſa, in prin. C. de ſacroſ. eccleſ. in l. ſi quis maior, in ver. priuatus, C. de tranſac. vbi Bar. & Salic. notant.* & pro vtroque tã de verbo, quam de participio loquendo, infinitos citat Tiraq. *in l. ſi vnquã, in ver. reuertatur, nu.32. & ſeq, C. de reuoc. don.* Idipſum probatur ex verbo, hoc ipſo, quod legitur in eo text. & ſignificat idẽ, quod ipſo iure, vt videmus in dictione † eo ipſo, *vt inquit gl. in ver. quã ſit, in ver. eo ipſo, de elect. in 6. vbi Gemin. & Franch. in §. ſi. gl. in c. cupientes, §. cæterũ, in ver. ſuſpenſos, in princ. eo. tit. & infinites allegat Tiraq. d verbo reuertatur, nu.142. vbi nu.143.* Idẽ dicit de verbo ipſo facto, & nihil intereſt, ꝙ dicatur ipſo facto, eo ipſo, vel hoc ipſo, quia ſemper infertur, ꝙ ipſo iure priuatio inducitur ſine aliqua declaratione & citatione. Et clarũ eſt quod interpellatio non requiritur, quia exponendo filium, ſeruum, vel libertum, delinquit committendo. At vbi negat alimenta, non eſt dubium, quin præcedere debeat interpellatio, quia, *vt dixi*, tractando de ingratitudine pater, dominus & patronus, nonẽ tentur alere, niſi in ſubſidium, ergo interpellari debent, & à filio aliis conuinci. Prętererea, vbi pœna imponitur pro facto negatiuo, † tunc requiritur monitio, *ſecũdum Innoc in c.extirpandæ, §. quia vero, de conceſſ. præben. Bal. in Auth. hoc amplius, ver. quæro vtrum, C. de fideicom. Alex. qui alios citat in l. ſi ita ſtipulatus, ff de verbor. oblig. in l. ſi mora, ff. ſolu matrim. in conſ.10.nu.3. vol.7. Dec. in c. prætereà, il 2. col.1. de appella. in conſ.605.nu.2. Anchar. in c. licet canon, vbi Gemin. & Franch. de elect. in 6. Felin. in c.2. col.1. de magiſtr. alios citat Tiraq. in d ver. reuertatur, nu 68.* Et in terminis tex. *in d. l. alimenta*, loquendo de liberto, præſupponit petitionem præceſſiſſe. Rurſus, dum agitur de

priuatione ob denegata alimenta, nullibi extant in iure verba, quæ significãt priuationem induci ipso iure. Ergo sententia requiritur, quia regulariter
9 non inducitur † priuatio ipso iure, nisi in casibus expressis. Et vbi non est expressum in iure, requiritur sententia, *Innocen. in c. bonæ, il 2. col. fi. de electio. Imo. Abb. & Felin. in c. querelam, de iureiur. Rom. in cons. 325. colum. 1. ver. secundò, quia ad pœnam, Parpal. in l. si quis maior. in 17. notab. & ibi Cagno. in repetit. nu. 121. C. de transact. Tiraq. qui alios citat in d. ver. reuertatur, num. 248.* Erit ergo conclusio, quod propter expositionem inducitur priuatio ipso iure nulla præcedente interpellatione, vel sententia, at ob denegata alimenta requiritur monitio & sententia.

Principalis tamen conclusio limitatur non procedere, si libertus reperiatur à tertio aliquo alimẽ-
10 tatus, quia tunc patronus † non perdit ius suum, *d. l. alimenta, §. 1. Corne. in cons. 120. col. 2. ver. est tertio, volum. 1. Rolan. in tract. de lucro dot. qu. est. 67. cap. fi.*

SVMMARIVM.

1 *Factum non retractatur etiam si veniat ad casum à quo non potuisset incipere.*
2 *Extinctum, quod semel fuit, non potest reuiuiscere.*
3 *Emancipatus non renunciat emancipationi, & renunciando non incidit in patriam potestatem.*
4 *Libertati suæ præiudicare nemo potest.*
5 *Emancipatus filius reincidit in potestatem patris, si patri neget alimenta.*
6 *Correlatiuorum eadem est disciplina.*
7 *Argumentum valet à liberto ad filium.*
8 *Emancipatio reuocatur propter grauem iniuriam.*
9 *Filiationis ius perdit filius ingratus.*
10 *Ingratitudo tollit debitum naturale.*
11 *Dos data filiæ non reuocatur propter ingratitudinem.*
12 *Dos non est sine matrimonio, nec ante matrimonium.*
13 *Dos non publicatur propter delictum vxoris.*
14 *Dos capi non potest pro exequutione sententiæ latæ contra vxorem pro debito ciuili.*
15 *Maritus est dominus rei dotalis.*
16 *Dos profectitia non venit in publicatione bonorum filiæ.*
17 *Dos aduentitia non venit in publicatione bonorum filiæ.*
18 *Alienare, qui non potest, non etiam facit actum ex quo sequatur alienatio.*
19 *Emancipatus ab auo non reuocatur in potestatem patris licet neget patri alimenta.*
20 *Hæres mariti non opponit adulterium vxori repetenti dotem, & ibi infertur ad alia.*
21 *Hæres, quibus casibus opponat adulterium, feloniam, caducitatem & alia similia.*
22 *Emancipatio non reuocatur ob denegata alimenta iis casibus, quib. donatio nõ reuocatur, ppter ingratitudinẽ.*
23 *Vidua transiens ad secunda vota reseruat filiis primi matrimonij, ea quæ habuit à primo viro.*
24 *Hæres impugnans voluntatem defuncti, priuatur commodo testamenti.*
25 *Hæres repræsentat personam defuncti.*
26 *Promissio facta defuncto, extenditur ad hæredem.*
27 *Pactum factum cum defuncto extenditur ad hæredem.*
28 *Libertus non minorem reuerentiam exhibet patri sui patroni quàm patrono.*
29 *Libertus tenetur alere patrem sui patroni.*
30 *Emancipatus an perdat emancipationem, quam habuit, ab auo, si neget alimenta patri, qui est hæres aui.*
31 *Hæredis persona alia est à persona defuncti secũm veritatẽ.*
32 *Statutũ loquens in casu vero, non habet locũ in casu ficto.*
33 *Statuta debent verè & propriè loqui.*
34 *Extensio in pœnalibus non datur de vno casu ad alium.*
35 *Extensio de persona ad personam difficilius admittitur.*
36 *Pœna non imponitur nisi in casibus à iure expressis.*
37 *Lex: Erubescimus cum fine lege loquimur, vbi exornatur.*
38 *Libertus non redigitur in seruitutem, licet patrem vel filium patroni non aluerit.*
39 *Antidoralis obligatio est personalissima.*
40 *Liberti hæres non tenetur alere patronum.*
41 *Merita parentum transeunt ad filios.*
42 *Pater male tractans filium tenetur illum emancipare.*
43 *Pater tenetur filium emancipare, quando acceptauit relictum factum cum onere illum emancipandi.*
44 *Pater cogitur filium emancipare, cui necessitatem imposuit peccandi.*
45 *Victricus, qui priuignum adoptauit, cogitur illum emãcipare, si probat non sibi expedire.*
46 *Emancipatus non redigitur in potestatem, quando pater eum coactè emancipauit.*
47 *Actus non tribuitur exequenti, sed ordinanti.*
48 *Pater, qui patria potestate priuatus fuit, eo quod filiam induxit ad peccandum, non restituitur ad eam, licet filia redeat ad honestam vitam.*
49 *Trebellianica nõ detrahitur ab hærede, qui coactè adiuit.*
50 *Præmium non datur ei, qui ex necessitate vindicauit.*
51 *Bannitum, qui ex necessitate officij capit, non consequitur præmium destinatum capientibus.*
52 *Necessitas. Excusatur, qui ex necessitate actum facit.*
53 *Necessitas licet non excuset in grauibus delictis, præbet tamen iustam causam minuendi pœnam.*
54 *Emancipatus filius, qui ob negata alimenta redactus fuit in patriam potestatẽ, non potest de cætero emancipari.*
55 *Scholaris per sententiam sui culpa deletus de matricula non potest in ea describi in futurum.*
56 *Notarius priuatus officio ob crimen falsi non potest iterum creari notarius.*
57 *Emancipatus filius, qui ob negata patri alimenta reuocatur in patriam potestatem, habetur pro emancipato, quoad ea quæ suum concernunt incommodum.*

PRIVILEGIVM LXV.

QVOD semel legitimè cõstitutum est, non solet retractari, si ad eum casum peru-
1 enerit, à † quo non potuisset incipere, *c. factum legitimè, de reg. iu. in 6. l. in ambiguis, §. non est nouum, ff. de reg. iur.* Et quod semel extinctum est,
2 non potest ex post † reuiuiscere, *l. eius qui, §. fi. ff. de iure fisci, gl. in l. si cũ quis, §. fi. ff. de fur. in l. qui res, §. aream, ff. de solu. Tiraq. in l. si vnquam, in ver. suscepert liberos, num. 191. in fi. C. de reuoc. donat. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, in 8. par. nu. 161. ff. ad Trebel.* Imo filius emãcipatus non possit expresse renunciare emancipationi, & re-
3 nunciãdo † nõ reincidat in patris potestatem, *l. qui liberatus, ff. de adoptio. Corn. in cons. 228. nu. 7. vol. 4.* & ne-
4 mo possit suæ † libertati præiudicare, *l. scietis, C. de ingen manum. l. nec si volens, C. de liber. cau. Ascan. de patr. potest. c. vlt. num. 94.*

Sed etsi pater emãcipauerit filium, & per emancipationem

cipationē amiserit ius patriæ potestatis, tamen si filius inde patri egenti recusset alimēta præstare, † recuperat pater potestatem in filiū, & filius, qui erat sui iuris effectus, reincidit in patris potestatem, *ita voluit Iac. de Aret. & post eum Bar. in l. alimenta, §. Imperatoris, in fi. ff. de alim. & cibar. leg.* mouetur ex *l. ingratus, ff. de iu. patron. ex l. 1 C. de ingrat. liber. & hoc voluit Cin. in ea. l. 1. C. de ingrat. liber.* quia est magna iniuria, quæ æquiparatur atrociori manui, *Io. de Plat. in §. fi. Instit. quib. mod. ius patr. pot. solut. & ibi Ang. in fi.* Dicūt enim, quod filius emancipatus, derelinquens patrē, valetudine vel egestate laborātem, potest exhæredari, & reuocari in potestatem *Hoc idē voluit Ang. in tract. de testam. gl. 45. nu. 22. Rip. in l. fi. nu. 4. C. de reuoc. don. Marsil. sing. 413. Benincas. in tract. de pauper. q. 7. in 2 specia. iud. nu. 27. Ascan. Cle. in tract. de patr. potest. effec. nu. 2. & in c. vlt. nu. 89. Cord. in l. si quis à liber. §. si quis ex his, nu. 5. ff. de lib. agnos.* vbi dicit probari hoc non in iurib. allegatis per Docto. sed ex regula correlatiuorū, quia si pater negās alimenta, perdit ius patriæ potestatis, eodem modo filius qui patrem deserit, emancipationis iura amittet, ex quo † correlatiuorum eadē est disciplina, *l. 1. C. de cupress. lib. 10. Marsi. in l. circumcidere, §. 1. ff. ad leg. Cor. de sicar.* Errat autē Cord. dum dicit, hāc sententiam non probari communi ratione quæ deducitur à liberto ad filium, nā licet arguere † ab vno ad alterū, *vt in Auth. vt liber. de cætero, §. 1. collat. 6. & in § si quis sanè, in Auth. quib. mod. natur. effic. legit.* nec in hoc est aliqua dissimilitudo, vel diuersitatis ratio. Errat etiā, dum credit eam solā rationem mouisse DD. nam Cin. *in d. l. 1.* mouetur, quia denegare alimēta, est graue iniuriā patri inferre, nā emancipatio reuocatur propter † grauem iniuriā, *vt probatur in d. l. 1.* eadē ratione etiam mouetur Bar. *in tract. de alim. nu. 9.* Præterea, qui recepit egregium beneficium, priuatur beneficio propter ingratitudinē, vt videmus in donatario & aliis, & ideo cū filius à patre maius acceperit beneficium, quā possit excogitari, cōgruum est, & rationi conueniens, quod eo priuetur ob ingratitudinē Errat rursus Cord dū arguit à correlatiuis, nā argumētum nō benè deducitur de vno ad aliud, cum emāncipatio, & patria potestas nō sint correlatiua, benè procedit argumentum hoc modo, pater derelinquēs filium debet puniri, ergo & filius derelinquens patrem Sed vis correlatiui non operatur, quod sicut pater perdit ius patrium, ita filius perdat emancipationem, bene † perdit ius filiationis, vt diximus de filio ingrato, ex doctrina Bar. *in l. duus. ff. ad leg. Pomp. de parricid.* & ingratitudo † tollit debitum naturale, *secundum Bal post gl. in l. fi. col. 2. in fi. C. de dot. prom.* Contra tamen prædicta facit, & voluit Bal. *in l. fi. num. 11. C. de dot. promiss.* vbi inquit, quod etsi pater non teneatur filiā ingratā dotare, ex quo potest illā quoq; exhæredare, tamen si iā dotauit, non reuocat ob superuenientē † ingratitudinē. Et hoc dicit notandū Iaf. *in §. fuerat. nu. 17. Instit. de actio. vbi allegat etiā Imo. Bal. Lup. in c. per vestras, post ampliat. §. 4. nu. 6. de donat. inter vir. & vxor. Solto mihi 39. Gerar. sing. 1 nu. 2. Ferdin. in l. filius familias, §. diut. nu. 109. ff. de leg. 1.* sicuti ergo non perdit dotem datā, ita non deberet perdere libertatē. Etsi dicatur, quod id sit fauore dotis, respondetur, quod idem esse deberet fauore libertatis, qui præponderat doti: Respōdeo quod dictum Baldi optimè procedit, quādo post commissam ingratitudinem pater dotauit, quia tunc, etsi non teneretur, tamen videtur ingratitudinem remittere dotādo, secus quādo dotasset post commissam ingratitudinē, quia eo casu reuocatur dos, si ingratitudo superueniat. Sed hęc solutio redderet inanem & indubitabilē quæst. Bal. ideo dico eā decisionem procedere, quia ius in dote erat iā quæsitum marito. Dum enim Bal. dicit dotē datam, præsupponit filiā esse nuptā, quia dos non est sine matrimonio, † *l. 3. ff. de iur. dot.* & ante matrimonium non est dos, *l. fi. C. de don. ante nupt. §. pen. Instit. de nupt.* alias Bal. loquutus fuisset, non de data dote, sed de destinata, ergo reuocari non potest in præiudicium mariti sicuti ob delictum vxoris † non publicatur. *Nellus in tract. bannito. in 1. par. 2. tempo. q. 28. Boss. in tit. de public. bono. nu. 73.* & fuit originalis opinio Bar. *in l fi quis tantā, col. 4. C. vnde vi, Cæph. in cons. 214. Clar. in pract. crim. q. 78. nu. 15.* Et hac ipsa ratione, si vxor cōtrahat debitum ciuile, non potest pro eo fieri exequutio in reb. dotalibus † in præiudicium viri, *gl. in l. à diuo Pio, §. in vēditione, vbi Alex. nu. 29. & Ias. col. fi. ff. de reiudic. Guid. Pap. q. 447.* Et ratio est, quia constante matrimonio maritus est dominus rei † dotalis, *l. doce ancillam, C. de rei vēd. ff. de vsucap.* & seruire debet dos oneribus matrimonij, *l. pro onerib. & l. in reb. & l. vbi adhuc, C. de iur. dot.* Eadem ratione ne tertio prejudicium inferatur, videmus, quod publicatis bonis filiæ, non venit dos à patre profecta, † quia propter filiæ delictū non est puniendus pater, *notāt Docto. in l. 2. §. quod si in patru, ff. solu. mat. Bar. in l. si finita, §. si de vectigalib. q. 6. ff. de dam. infecto, Salic. in l. si filius, C. de bon. damn.* Et idē est in dote profectitia, ex quo pater in ea ius † habet vsusfructus, *Rubeus in cons. 28. per tot.* Et ratio est, quia si filia nō potest patri præiudicare contrahēdo, *vt per Rube. loco prædicto,* nō etiā præiudicabit delinquēdo, & qui nō potest alienare, nō potest facere actū per quem sequatur alienatio, † *gl. in l. itē quia, ff. de pact. l. codicil. §. matre, vbi Bar. ff. de leg. 2. D. Bec. in cōs. 25. nu. 2.* Etsi nō potest patri præiudicare, nō etiā præiudicabit marito, & hæc est melior responsio, quam ea quæ legitur *in additio. ad Lupum, loco prædicto, & Gerar. d. sing. 1 nu. 12.*

Hæc tamen principalis conclusio non habet locum in eo, qui fuit emāncipatus ab auo, is enim non potest reuocari in patriam † potestatem à patre, vti concludit Bar. *in l. qui libertus, ff. de adoptio.* vbi inquit, quod propter ingratitudinem à filio commissam, pater nō eum reducit in patriam potestatem, à qua fuerat liberatus per auum. mouetur ex *l. fi. in fi. C. de reuoc. don.* vbi hæres non reuocat donationem prætextu ingratitudinis commissæ contra donatorem defunctum, vt dixi supra, loquendo de alimentis denegandis propter ingratitudinem. Et videri potest Ripa, *in d. l. fi. nu. 241. & sequenti,* vbi ponit de hærede † mariti, an opponat adulterium vxori repetenti dotem, & hærede domini, an opponat vasallo felloniam, vel aliud delictū, & de hærede filij, an obiiciat mariti transitum ad secundas nuptias. Et Cuma. *in cons. 164.* idem dixit de hærede domini, qui caducitatem non obiicit emphyteutæ, *& latè prosequitur D. Bec. in cons. 9. ferè per totū, vbi tamen limitat Bero. in cons.*

in conſ.49.nu.13.in 3. vbi nu.27. Sylu.de feu.recogn.quæſt.28. ponit etiam prædictos caſus, Ant.Gabr.commu.opin.lib.7.tit. de maleſic. concluſ.35.nu 1.& per totam. Mouetur etiam Bart. ex tex. *in d.l.1. ibi emancipatione reſciſſa, C.de ingra.* quæ meo iudicio non poteſt ad id induci, niſi Bar. intelligat, quod propriè is dicatur reſcindere, qui cã fecit. Sed id non eſt verum, & Bar.ſolũ ſequitur Aret. *in d.§.ſi. in ſi. Inſtit.quib.mod.ius patr.poteſt ſolu.*

Sed ſicuti, quæ dicuntur de reuocanda donatione per hæredem, & de opponẽdo caducitatem, fel-
21 loniam & adulterium, † multis modis à Doctorib. limitantur, *vt per Clar.de feud.quæſt.64.& 65.Vaſq.illuſt. quæſt.96.per totum, Ant.Gab.d.concluſ.25.per totam, vbi ponit limitationes, Ripa in d.l.ſi. & per Doctores alibi*, ita erit declaranda præſens limitatio, vt iiſdem modis in-
22 telligatur, ſicuti etiam declaranda † ſecundum ea, quæ Doctores dicunt in reuocãda donatione propter ingratitudinem commiſſam. Et in prædictis terminis ego intelligo quæſt. Bar. *in d.l ſi liberatus.*

Quod ſi quæratur, an filius qui ab auo fuerat emancipatus, poſſit in patris poteſtatem reuocari ob denegata patri alimenta, diuerſa erit quæſtio. Nã ſi pater non ſit hæres aui, res apud me eſt indubia, qui etſi neget alimenta, non perdit id, quod à patre non eſt conſequutus, & quando pœna priuationis inducitur, non extenditur ad ea, quæ aliunde prouenerũt, quam ab eo, ob cuius offenſionem inducitur priuatio, vt dicimus de muliere trãſeunte ad ſecunda vota, quæ tenetur filiis primi matri-
23 monij reſeruare, † quę habuit à primo viro, *vt in l.fœminæ, C.de ſecun.nup.* & in eo, qui impugnat voluntа-
24 tem defuncti, qui † priuatur commodo teſtamẽti, *vt in l.cum pater, §.libertis, ff.de leg.2.* At ſi pater ſit hæ-
25 res aui, maius erit dubium, quia cum hęres † repræſentet perſonam defuncti, *§.1.in Auth.de iureiur.à morien.præſt.l.hæredem, ff.de reg.iu.* ingratitudo commiſſa contra hæredem idẽ operari debet, ac ſi contra defunctũ foret commiſſa: nã in facto videmus, quod promiſſio expreſſe concepta erga defunctũ, exten-
26 ditur † ad illius hæredem, *gl.& Bar.in l.ſi ſic, ff.de verb.*
27 *oblig. Alex.in conſ.13.col.pen.vol.5.* Idem in † pacto, *l.ſi pactum, ff.de probatio.l.iuriſgentium, §.pactum, ff.de pact.* Ergo idem videtur dicendum de tacita legali obligatione. Item videmus, quod libertus non minorem
28 reuerentiam tenetur exhibere † patri ſui patroni, quã ipſimet patrono, *l.4.§.prætor, & l.generaliter, ff.de in ius voc. Ruin.in conſ.144.nu.11.vol.5. Crot.in l.ſi conſtãte, num.162.ff.ſolu.matr.* Et conſequenter eidem tenetur
29 alimenta miniſtrare, † *vt inferunt Ruin.& Crot.* quia valet illatio à reuerentia ad alimenta, vt per eos. Ergo ſic obligatio cõcepta erga patrem erit ad filium extendenda. Itẽ ſicuti obligatio alendi patrem, quę eſt in filio, deſcẽdit in hæredẽ filij etiam extraneũ, *l.ſi quis à liber.§.itẽ reſcriptũ, vbi Bar.& alij, ff.de libe.agnoſ. vel alen.& dixi ſuo luco.* Pari modo ea obligatio extendi debet ad hęredem patris, vt eodem modo extendatur actiua, ſicuti paſſiua obligatio correlatiuis.

Exiſtimo tamen contrariam ſententiam eſſe veriorem, & eo caſu non eſſe reuocandam emancipa-
30 tionem. † Nam hæres non verè, ſed per fictionẽ eadem reputatur perſona cum defuncto, vt probatur *in d.c.1.de iureiur.à morien.præſt.* vbi eſt poſita dictio, quodammodo, quę eſt nota improprietatis, *l in ſuis,*
31 *ff.de lib.& poſth.* verè enim alia eſt perſona † hæredis, alia defuncti, *Gemin.in c.2.in ſi.de iur.cal.6.* & diſpoſitio pœnalis loquens à caſu vero non debet extendi
32 ad caſum fictum, ſicut ſtatutum loquens, † in caſu vero, non habet locum in caſu ficto, *ſecundum Bar.in l.ſi is, qui pro empt. in 3. quæſt. princ. ff.de vſucap.* & ſtatuta
33 debẽt propriè, † non fictè intelligi, *l.1.§.hæc verba, vbi Doct. ff.de neg.geſt.l.prætor ait, ff.de ſuis & legit. c.in noſtra, de iniur.* Addo, quod priuatio eſt pœna, vt dixi paulò ſuprà, & in pœnalibus non datur extenſio de vno
34 caſu ad aliũ, † *vt ponunt Docto.in Auth.quas actiones, C.de ſacroſ.eccleſ.* præcipuè de perſona ad perſonam, ea.n.
35 difficilius ſemper † inducitur, *l.ſi quis ita, §.pen. ff.de teſtam.tute. Aret.in l.Gallus, §.& quid ſi tantum, col.5. ff.de lib.& poſth. Iaſ.in l.cum res, col.3.in 3.not. ff.de leg.1.* Rurſus
36 pœna non habet locum, niſi in caſibus † à iure expreſſis, *gl.in §.cum igitur, in Auth. de non eligen.ſecun.nub. l.at ſi quis, §.Diuus, ff.de relig.& ſumpt.funer.cum aliis apud D.Bec. conſ.102.nu.31.* At non reperitur expreſſum, q filius priuetur emancipatione facta ab auo, quãdo alimẽta patri, hæredi aui debentur, & erubeſcimus,
37 cum ſine lege † loquimur, *l.illã, C.de collatio.* & quod lege cautum nõ reperitur, eſt ſuperſtitioſis inuentionibus præſumendum, *§.optimum, in Auth.de nõ eligen.ſecun.nub. Craua.conſ.25.nu.9. D.Becius conſ.5.nu.4.* Ideo videmus, quod etſi libertus teneatur alere nõ ſolum patronũ, ſed illius quoque parentes & filios, *l.ſi quis à liber.§.ſolẽt, ff.de lib.agnoſc.cum aliis ſupra citatis, in tit.quib.alim.debean.in q.de liberto,* tamen ob id, quod
38 parentem vel filium patroni non † aluerit, minimè redigitur in ſeruitutem, *ſecundum Cordub.in d.§.ſolent, nu.13.* Ergo pari modo non debet puniri filius, qui non aluit patrem hæredem aui emancipantis. Accedat, quòd à patre non recepit beneficium emancipationis, ſed ab auo, & lõge grauius eſt peccatum alimẽta denegare ei, à quo quis recepit beneficium
39 quam hæredi, & obligatio ad antidora † quæ nepotem obligat erga auum emancipantem eſt perſonaliſſima, *vt per Iaſ.in l.ſi non ſortem, §.libertus, nu.4. ff.de cond. indeb.* & non extenditur de perſona ad perſonam, *vt dixi*, dum tractaui, an libertus teneatur alere patronum, & dicam rurſus *infra hoc eodem titulo*, dum tractabo quæſtionem, an libertus redigatur in ſeruitutem ob denegata alimenta patrono.

Quinimo nepos emancipatus vigore emancipationis, nõ tenetur alere hæredem aui emãcipantis, quia nullibi reperitur cautũ, pro quo facit, quia hæ
40 res † liberti, non tenetur alere patronum, *l.hæres liberti, ff.de obſeq. liber.* & obligatio antidoralis cum ſit perſonalis non deſcendit in hæredem, nõ negotamen, quin hoc caſu filius teneatur tanquã filius patrem alere, ſed dico non perdere emãcipationem, quam ab auo eſt conſequutus ſi non alat, & quæ in contrarium dicta ſunt de hærede, tolluntur vnica reſponſione, quia ſc. obligatio alendi, deſcendens à viro recepti beneficij, eſt antidoralis, & conſequenter perſonalis, & non tranſit ad hæredem, ſicuti alia iura, verè tamen animus non quieſcit, quia pa-
41 rentum merita † tranſeunt ad filios, *Bal.in conſ.335. colum.2. volum.1. Soc.conſ.84. colum.3. volum.3.* & remunerantur filij ex meritis parentum, *l.3. ff. de priuileg. veteran.*

veteran. Tiraq. in l. si vnquam, in ver. donationem largitas, num. 40. C. d. reuoc. donat.

Limitatur secundò principalis nostra conclusio, vt non procedat, quando pater coactè emancipasset filium, quia tunc si filius postea neget alimenta, non cum reuocabit in potestatem suam, & pro declaratione sciendum est, quòd multis in casibus pater cogitur filium emancipare, præcipuè quando filium male, & contra paternam
42 † pietatem tractauit, *l. si. ff. si quis à par. fuer. manumis.* Item cum acceptauit legatum sibi relictum,
43 cum onere † emancipādi filium, *l. si cui, ff. de cond. &*
44 *demon.* Rursus si filiæ imposuit † necessitatem peccandi, *l. lenones, C. de episc. audi.* & demum, quādo priuignum adoptauit, cogitur enim eum adultum e-
45 mancipare † si probet sibi nō expedire esse sub potestate, *l. nonnunquam, & l. seq. ff. de adopt.* id quod locum habet in quocunque adoptiuo filio, *l. 3. §. si quis minor. ff. de minor.* Hos omnes casus refert glos. *in fi. in ver. penè, Instit. quib. mod. ius patr. potest. solu.* vbi etiā Doctores, qui quærunt, an iis casibus filius cogi possit emancipationem acceptare, si nolit, *alios casus ponit Soc. an reg. 286. Ascan. in tract. de patr. potest. c. vlt. num. 89.* In prædictis ergo casibus, si filius neget alimēta patri, non emittit emancipationem, nec poterit vti
46 ingratus † accusari. Probatur *in l. si quis hac lege, ff. qui & à quib. l. 1. C. de lib. & eor. lib. ita ponit Io. de Plat. in l. fi. num. 4. ver. sed nunquid filia, C. de spectac. scen. & lenon.* vbi dicit generaliter, filiam semel liberatam ex necessitate non posse propter ingratitudinem reuocari in potestatem patris. Et respondet *ad l. 1. C. de ingrat. lib.* quod procedit, quia emancipando pater liberalitatem exercuit, *Io. Orosc. qui indiuiduè loquitur in d. l. qui liberatus, num. 5. ff. de adopt. vbi inquit se ita respondisse de iure. sequitur Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 12. ff. de lib. agnosc.* Et prædictorum ratio est, quia propter ingratitudinem priuatur quis beneficio accepto: at filius, qui fuit ob inuito patre emancipatus, nullum recepit beneficium: nam eo casu cogitur pater emancipare filium, non confert beneficium in filium, neq; emancipatio prouenit à patre, sed à lege, vel homine cogente, *arg. l. velle non creditur, ff. de reg iur.* vbi Decius dicit, quod non reputatur velle, qui aliquid facit iussu patris, vel domini, & actus non tribuitur patri exequen-
47 ti, sed legi vel homini † ordinanti, & præcipienti, *l. item eorum, §. si decuriones, ff. quod cuiusque vniuer. ca. cum aliquibus, de rescript. in sexta, l. si hæres in testamento, ff. de actio. empt. l. vnum, ex familia, §. si de Falcidia, ff. de legat. 2.* vbi Imo. inquit, quod electus ab officiali, qui fecit electionem de ordine consilij, videtur electus à consilio. Et hæc conclusio probatur multis adductis à Tiraq. de legib. connubial. *glos. 8. num. 184. & plurib. sequent. Crauet. in cons. 144.* Et est tex. *in l. pater ex prouincia, ff. de manum. vind.* vbi dicit, quod pater dicitur seruum manumisisse, qui filio commisit, quod manumitteret. Ita in proposito lex ipsa videtur emancipasse filium, quem mandat liberari à patria potestate. Cessante igitur beneficio cessat antidoralis obligatio, quæ filiū adstringebat, & ea obligatione sublata, non reuocatur in patris potestatem. Accedat stante dicto præsuppositio, quod ius patriæ potestatis semel ex delicto, vel culpa amissum, nunquam potest recuperari. Ideo pater qui patria priuatur potestate eo, quod filiam induxerit ad peccandum, *vt dixi*, non eam recuperat
48 licet † redeat ad honestam vitam *secundum Gul. Cun. in d. l. si lenones, C. de episc. aud. per l. fi. in fi. ff. de pac. l. si post mortem. §. fi. ff. de contratab. Io. de Plat. in d. l. fi. num. 4. C. de spectac. lib. 11.* Addo quod semper fauorabilius succurritur ei, qui liberalitatem exercuit, quā ei, qui
49 coactus donat, ideo qui coactè adiuit non † detrahit Trebellianicam, *l. nam & quod. §. qui compulsus, ff. ad Trebell. & qui non vltrò vindicauit,* non est dignus
50 præmio, † vt inquit tex. *in l. 3. §. vtrum, ff. ad Syllania.* & potestas, qui ex necessitate officij tenetur capere bannitum, non consequitur præmium à statuto de-
51 stinatum capientibus † bannitum, *vt voluit Bart. in d. §. vtrum. num. 2.* vbi idem dicit de eo, qui fecit actum non spōte, sed incitatus à iure, vel à facto, *sequitur Nell. in tract. bannit. in 2 par. 2. temp. quæst. 22. n. 22. & seq.* & econtra qui actum facit ex necessitate ma-
52 gis excusatur, † *l. liberorum, §. excusantur. ff. de his, qui no. infam. l. liber homo, la 2. in princ. ff. ad leg. Aquil.* vbi glos. & licet in delictis grauioribus, non in totum excuse-
53 tur, pœna † tamen mitigatur, *l seruos, C. ad leg. Aquil. de vi public. vbi Bal. & Salic. cum aliis apud Tiraq. in tract. de pœn. temper. cau. 36. per totam, Dec. d. l. velle non creditur, num. 7. cum similibus.*

Declara etiam nostram cōclusionem, vt in tantū filius ob denegata alimēta in patris potestatem redigatur, quod in futurū pater non poterit illum
54 emancipare † sine speciali principis rescripto. Id quod probatur *in l. 2. C. de liber. & eor. liber.* vbi libertus redactus propter ingratitudinem nō potest ex post manumitti. Et dicā latè infrà tractādo speciali quæstio. de liberto, & inquit Bal. *ibi, in fi.* quod Doctor semel priuatus propter delictū non potest intrando examen de nouo doctorari. Et idem Bal *in l. acceptam, in q. 18. num. 30. C. de vsur.* dicit, quo scholaris † deletus de matricula per sententiam, quia rec-
55 tori non paruerit, no poterit iterum in matricula describi, nisi ex gratia. Et idem Bal. *in l. 2. circa mediū, C. de manum. vindic.* dicit, quod tabellio ob falsitatem commissam ex authoratus, non potest de no-
56 uo creari, † & possent multa alia similia congeri.

Quartò intellige, quòd hoc casu filius redactus in potestatem patris, habeatur nihilominus pro
57 emancipato † quoad ea, quæ concernunt ipsius filij incommodum, *vt concludit Ferdin. Loaz. in l. filius familias, §. diui, num. 148. ff. de leg. 1. Ripa in l. fina. num. 167. C. de reuoc. donat. vbi dicunt hoc esse singulare, & exornatur à Loaz. in loco prædicto.*

SVMMARIVM.

1 *Libertas, res est inæstimabilis.*
2 *Libertus negans alimenta patrono, redigitur in seruitutem, & ibi vide latè declaratum.*
3 *Pretium non attenditur quando non correspondet valori rei.*
4 *Libertus semel ob negata patrono alimenta redactus in seruitutem, non potest libertate postea donari.*
5 *Libertus si alimenta neget filio patroni, non reuocatur in seruitutem. vide tamen ibi.*

6 *Libertus tenetur filio patroni exhibere reuerentiam, obsequium & honorem.*
7 *Merita parentum transeunt ad filios.*
8 *Ingratitudo futuro pacto remitti non potest.*
9 *Patronus pacisci non potest ne propter ingratitudinem reuocet libertum in seruitutem.*
10 *Generali concessione non conueniunt, quæ in specie concedi non potuissent.*
11 *Libertus tunc solum ob negata patrono alimenta, reuocatur in seruitutem, quando alere tenebatur.*

PRIVILEGIVM LXVI.

1 QVAMVIS libertas † res sit inæstimabilis, *l. libertas, ff. de reg. iur.* tamen si libertus de-
2 neget patrono alimenta, redigitur in seruitutem, † *l. alimenta, §. 1. ff. de libe. agnosc. cap. octaua, 12. quæst. 2.* vbi generaliter loquendo in quacunque ingratitudine dicit talem esse immerita libertate priuandum, *l. 2. C. de liber. & eor. liber.* Et dicit Bal. *in l. 1. C. de ingrat. lib.* quod Philosophus quidam, qui primus seruitutem introduxit, dicebat, esto seruus, qui liber esse nesciuisti. Refert eum & sequitur Las. *in l. ex hoc iure, num. 54. in fi. in 2. effect. antidoralis obligationis, ff. de iustit. & iur. sequitur Ripam l. fina. num. 4. C. de reuocan. donat.* sed verè hoc fuit dictum Claudij Cæsaris, aut Neronis, *vt post Sueton. & Corn. Tacit. & Valer. Maximum dicit Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. libertis, num. 31. C. de reuocan. donat. Bart. & Alber. in d. l. alimenta,* vbi dicunt, libertum non priuari præcisè, sed causatiuè, si nolit alimenta præstare, *Specu. in tit. qui fil. sint legit. num. 9.* vbi tamen declarat procedere, quando habet pro se, & patronus est pauper. Quod tamen voluit Salicet. *in l. solo, num. 2. C. de liber. cau.* dicens, idem esse in ecclesia, & eius patrono, *Cordub. in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 4. & §. solent, num. 2. ff. de lib agnosc. & Tiraq. in d. ver. libertis, nu. 31.* Ampliat nostram conclusionem procedere etiam in liberto, qui sit minor, imo & pupillus, dum tamē pubertati proximus, & idē dicit, si aliam quantumuis leuem ingratitudinem commisit, & extendit etiam ad filios libertorū ingenuos, etiam si patronus fuerit damnatus, & remisisset liberto omne ius, quia non censetur remisisse ingratitudinem. Ampliat item, quando patronus pecuniam recepisset pro danda libertate, quia nihilominus reuocat libertum in seruitutem, quia nullo pretio emitur libertas, iuxta illud: *Non bene pro toto libertus venditur auro.* Et non attenditur † pretium quod non
3 correspōdet valori ipsius rei, *Io. And. Butr. Anch. Imo. Abb. Barba. & alij, in c. ad quæstiones, de rer. permut. Cyn. in l. cum te, C. de pact. inter empt. & vend. Bar. Imo. Roman. & Cast. in l. Aristo, ff. de donatio. Tiraq. de retract. consang. §. 10. glos. 1. num. 9.*

Ampliatur autem conclusio prædicta, vt post commissam ingratitudinem, & amissam libertatem non possit inde libertus amplius libertate do-
4 nari per ea, quę † diximus supra de filio emancipato, qui propter ingratitudinem perdit emancipationem, & probatur expresse, *in l. 2. vbi Bal. C. de liber. & eor. liber. Las. in l. dedi, §. 1. num. 7. ff. de cond. ob cau. & hoc ponunt Io. de Plat. in l. fi. num. 4. C. de spectacu. scenic. & lenon. lib. 11. Gerard. sing. 1. Las. in Lex hoc iure, num. 54. ff. de iusti. & iur. in l. naturalis, num. . . ff. de præscrip. ver. Lupus in c. per vestras, §. 4. num. 6. de donat. inter vir. & vxor. folio mihi 139. Ascan. in tract. de patria potest, cap. 5. num. 63. Ferdin. Loaz. in l. filius familias, §. diui, num. 149. de leg. 1.* In quibus locis inferunt ad Doctorem, notarium, scholarem, militem & alios, qui aliquando fuerint adepta semel dignitate priuati.

Limitatur tamen nostra conclusio, vt locū non
5 vendicet in filio patroni, qui si libertus ei neget † alimenta, non reuocatur in seruitutem, *vt concludit Cordub. in d. l. si quis à liber. §. solent, num. 13.* vbi ait procedere, quia libertus non est libertatem cōsequutus à filio patroni, sed à patrono, ideo cum diuersa sit ratio, diuersum quoque erit ius, sed mihi non
6 placet hæc limitatio. Nam libertus † tenetur erga filios patroni ad alimenta, reuerentiam, obsequia, operas & honorem, *l. 1. & 2. C. de in ius voc. l. officio, C. de neg. gest. l. etiam libertis, & l. libertos, C. de obseq. patro. præst.* etiam si filij sint emancipati, & hæreditate paterna abstinuerint, *l. filij, ff. de iur. patron. l. si operarum, ff. de oper. liberto.* ergo pari modo debet priuari, si deneget filio, sicut si patri denegaret. Et licet ab eo non receperit libertatis beneficium, tamen videtur recepisse ab eo, ex quo patrem repræsentat, præcipuè
7 si sit illius hæres, & videmus, quod merita † parentum trāseunt ad filios, *Bal. in cons. 355. colum. 2. volum. 1. Tiraq. de retract. consang. §. 10. gl. 1. num. 40.* Et in terminis est text. *in l. liberti, C. de liber. & eor. liber.* vbi dicitur, quod liberti tenentur hæredibus patroni eandem reuerentiam exhibere, quam debent patrono, & cōtra libertos ingratos, datur eadem actio hæredibus patroni, quæ ipsi patrono. Et melius probatur *in l. qui manumittūtur, C. de oper. liber.* vbi dicitur, quod solam reuerentiam debet libertus filio patroni, & non potest in seruitutem redigi, nisi ob commissam ingratitudinem, *& ita tenet per eos text. Tiraq. in d. l. si vnquam, in ver. libertis, num. 31. C. de reuoc. donat. Vide tamen, quæ dixi in præcedenti quæstione.*

Quod verò dictum est paulò supra, libertū priuari libertate propter ingratitudinem, etiam si patronus ei remiserit omne ius, posset aliquibus dubium videri, sed omnis cessat difficultas, si consi-
8 deres, quod futura † ingratitudo pacto remitti nō potest, *secūdum Spec. in tit. de donat. §. 1. ver. quod si actum est, Bar. Aal. & Castren. in l. fi. C. de pact. Bal. in l. fi. C. de bon. liber.* vbi, *num. 4.* dicit, quòd patronus non potest et-
9 iam expresso pacto renunciare, † ne reuocet libertum in seruitutem propter ingratitudinē, *idem Bal. in l. 1. C. de ingrat. lib. & multos comprobat authoritatib. Ripa in l. fi. num. 180. C. de reuoc. donat. Tiraq. in præfatio. l. si vnquam, num. 149. C. de reuoc. donat.* vbi ponit, quid iuris sit accedente iuramento, *alios citat Vasq. de succes. sio. creatio. §. 21. num. 165.* Non mirum ergo, si facta generali remissione omnis iuris, non venit hoc ius,
10 nam in generali concessione nō veniunt † ea, quæ in specie quis non posset concedere, *l. obligatione generali, ff. de pignor. cum similib.*

In omnibus casibus prædictis, quibus intelligitur priuatio, vel alia pœna ob nō præstita alimen-
11 ta, intelligendum est, si is eo casu alere † tenebatur, quia cum de vno disputamus, cætera omnia supponuntur habilia.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus filius, qui patri negat alimenta perdit legitimationem, & reducitur ad spurietatem.*
2 *Libertus & filius æquiparantur.*
3 *Spurius, qui ob negata patri alimẽta perdit legitimationem, non potest de cætero legitimari.*
4 *Legitimatus per sequens matrimonium non perdit legitimationem, licet patri sit ingratus, & neget alimenta.*
5 *Legitimatio, quæ fit per sequens matrimonium est fauorabilissima.*
6 *Legitimatus per sequens matrimonium potest promoueri ad episcopatum.*
7 *Legitimatus ex subsequenti matrimonio succedit in feudo.*
8 *Legitimatus per subsequens matrimonium dicitur verè & propriè legitimus.*
9 *Legitimatus ex sequenti matrimonio est nobilis, si pater sit nobilis.*
10 *Legitimatio per sequens matrimonium imitatur naturam.*
11 *Matrimonium non potest ita contrahi, quod filij antea suscepti non legitimentur.*

PRIVILEGIVM LXVII.

PAri ratione filius, qui fuit legitimatus, si patri neget alimenta reducitur † ad statutum spurietatis, & priuatur legitimatione, perinde ac si ea non fuisset sequuta, *vt vult Bald. in c. 1. §. filij nati, in fi. si de feud. fuer. contr. inter dom. & agna. per text. in l. manumissiones. ff. de iustit. & iur.* & id inducitur ad similitudinem liberti, qui propter ingratitudinem efficitur seruus, *l. diuus in fi. & l. ingratus. ff. de iure patro. & dixi in præcedenti priuilegio. æquiparantur enim filius, &* † *libertus, §. liceat. in Auth. quib. mod. natu. effici. legit. & §. 1. in Authen vt libe. de cetero. Roman. sing. 225.* Et quod legitimatus priuetur legitimatione voluit Ias. *in l. ex hoc iure, num. 54. ver. eodem modo si pater, ff. de iustit. & iur.* vbi dicit esse singulare, & nõ legisse alibi. Et mouetur comparatione liberti ad filium legitimatum, *Cremen. sing. 20. vbi dicit esse benè notandum, & allegat Bald. in l. fin. in fi. C. de lib. & eor. liber. Gerar. sing. 1. num. 3.* sed *num. 7.* exercendi ingenij gratia mouet aliquas difficultates, quas ego tetigi supra in priuilegio loquẽte de filio emancipato, *Marsil. in sing. 413. vbi allegat gl. & Bald. qui tamen mihi hoc non dicunt, Ripa in l. fin. num. 8. C. de reuoc. donat.* vbi addit rationem, quia legitimatio est donatio, *authen. item siue legitimus, & in corpore, vnde sumitur, C. de naturalib. liber.* donatio autem propter ingratitudinem reuocatur, *d. l. fin. Io. Lup. in repet. c. per vestras, in notab. §. 4. num. 6. de donat. inter vir. & vxor. folio mihi 139. Rebuff. in regias constitut. tom. 1. tit. de senten. prouisio. artic. 1. gl. 2. num. 25. Ferdin. Loaz. in l. filius familiâs. §. diui, nu. 148. ff. de leg. 1. Ascan. in tracta. de patr. potest. c. 5. num. 63. Addo Ias. in l. naturalis, num. 1. ff. de præscript. ver. in l. ex facto, in princip. numer. 17. ff. de vulg. Cordub. in §. si quis ex his, num. 8.*

1 2

Ampliahoc in tantum verum esse, quod de cætero non poterit pater amplius illum legitimare, quia quod semel aufertur propter delictum non
3 amplius † redditur, vt probaui paulò supra loquendo de ingratitudine commissa per filium emancipatum, *Ias. in l. ex hoc iure, & in d. l. naturalis, Io. Lup. qui loquitur propriè de filio legitimato, d. §. 4. fol. 139. num. 7. Ascan. d. c. 5. num. 63. post Ias. in l. dedi §. 1. nu. 9. ff. de cond. ob. caus. & Gerar. sing. 1. num. 5. & dixi supra proximo priuileg. loquendo de liberto.*

Limitatur tamen, vt non procedat in filio legitimato per subsequens matrimonium, quia propter ingratitudinem non perdit iura legitima, *ita*
4 † *voluit Roman. d. sing. 225. allegat hoc voluisse Bal. in d. §. filij nati, vbi tamen mihi hoc non dicit, & idem voluit Gerar. sing. 1. num. 19. Ferdin. Loaz. d. §. diui, num. 148.* Et vera est limitatio, quia ea legitimatio est fauora-
5 bilissima † *secundum Tiraq. de primogen. quæst. 34. n. 28.* vbi inquit eam fieri, per principem principum propter conuersionem, & pœnitentiam peccati, ideo taliter legitimatus promoueri potest ad
6 episcopatum, † *gl. in c. innotuit, in ver. coniugata, de electio. vbi Butr. Abb. & alij, Dec. qui communem dicit in cons. 155. num. 3. in fi.* admittitur item ad feudum, *vt*
7 *dicunt* † *Hostien. & Ioan. Andr. in c. lator qui fil. sint legit. vbi Butr. Cardin. Abb. & alij volentes, quod ita intelligatur text. in c. 1. §. naturales, si de feu. fuer. controuer.* & di-
8 citur verè, & propriè legitimus, † *§. 1. in Auth. quib. mod. natu. effic. legiti. gl. in c. tanta, vbi Abb. num. 4. & 7.*
9 & dicitur † nobilis *secundum. Tiraquel. in tracta. nobilita. c. 15. num. 21.*

Ratio autem, quare non ita perdat legitimationem is, qui sequenti matrimonio factus est legitimus quemadmodum legitimatus ex rescripto, assignari potest, quia eam legitimationem filius non habet à patre, sed ab eo, & licet pater ipse videatur author contrahendo matrimonium, tamen quia ante natorum filiorum legitimatio venit in consequentiam, non attenditur actus patris, cum ergo non habeat à patre, non illam perdit, quod secus est in legitimato per rescriptum, qui à patre solo beneficium legitimationis consequitur, Addo quod legitimatio, quæ fit per se-
10 quens matrimonium, imitatur † naturam *secundũ Bald. in cons. 319. num. 1. vol. 4. & in c. innotuit, num. 12. in fi. de electio.* Ideo sicut natus post cõtractum matrimonium non perdit iura legitima per ingratitudinem, ita nec legitimatus per sequens matrimonium. Melior tamen ratio est, quia legitimatus per sequens matrimonium dicitur coactè legitimatus, nam pater, qui ducit in vxorem eam, quam habuerat in concubinam, & ex qua susceperat filios, cogitur filios antea natos habere pro legitimis, & consequenter etiam legitimare: nam
11 † non posset pater ita matrimonium contrahere, quod filij non legitimentur, *argum. l. nemo potest, ff. de leg. 1.* Ergo filij propter ingratitudinem non priuantur ea legitimitate, quam inuito patre habuerunt, vt diximus supra loquendo de filio coactè emancipato.

SVMMARIVM.

1 *Apostata dicitur qui exit religionem, in qua votum solenniter emisit, & ibi an hoc verum sit.*

2 *Filius impunè potest exire religionem, vt patrem inopem alat.*
3 *Debitor non potest ingredi religionem, vt debitum soluere prætermittat.*
4 *Filius ingredi non potest religionem, quando pater extrema laborat inopia, sed tenetur illi subuenire.*
5 *Religiosus tenetur potius patri egenti subuenire de alimentis, quam prælato suo.*
6 *Religio filium eximit à patria potestate.*
7 *Religio filium non liberat ab obligatione, qua tenebatur erga patrem.*

PRIVILEGIVM LXVIII.

QVI monasterium seu religionem aliquã ingressus professionis votum solenniter emittit, non potest inde exire sine
1 peccato, & exeundo dicitur apostata, † *Doctor. in rub. & in c. 1. de apostat.* Imo. Innoc. *in c. fi. de renunciat. & in c. intelleximus, de æta. & qual.* dicit esse illum apostatam, qui & si habitum, & tonsuram retineat, deserit tamen monasterium, & nulli prælato subiicit se, *& ponunt Doctores in c. ex parte, de temp. ordin. vbi quærunt de veritate, & in c. Ioannes, de regular.* Id tamen intelligendum est impropriè, *secundum Calder. in cons. 1. de apostat. vbi dicit communem, Anan. in c. tuæ, num. 11. de apostat. Clar. in praxi crimin. q. 78. nu. 4.*

Tamen si filius existens in religione habeat patrem inopem inhabilemque ad sibi victum pa-
2 randum, potest † exire religionem, vt patrem alat vt probatur ex text. *in l. qui cum vno, ff. de re milit. vbi in §. fi. emensionis crimine excusatur,* qui ob parentum affectionem, aliquandiu siue superioris licentia deseruit castra. Et ibi infert Raine. de Forliu. ad filium religiosum, qui affectione parentum deserit religionem, *allegat q. idem tenuisse Diuum Thom. de Aqui. refert, & sequitur, Nellus in tracta. bannito. in 1. par. 2. tempo. num. 48. in fi. Marsil. in sing. 149. Duennas, in regula 66. limit. 10. circa finem,* vbi tamen refert Raine. & Diuum Tho. loqui de fratre, non de filio, licet à fortiori dicat, idem esse in filio *Ascan. Clemen. in tracta. de patr. potestat. effect. 17. num. 4.* Et pro hoc fa-
3 cit, quia qui est alicuius debitor † non potest religionem ingredi, vt debitum soluere prætermittat, *c. generalis, distin. 54.* Qua ratione si pater extre-
4 ma laboret egestate impedit ne filius † ingrediatur religionem, *vt voluit Alexan. de Ales, in 3. par. sum. de quarto præcept. quæst. 4. §. 2. Tho. in 3 quolib. quæst. 5.* qui addit idem esse, si pater non sit extrema pressus egestate, sed ita laboret, vt viuere non possit sine multa existimationis suæ iactura, & turpitudine suæ conditionis, vt quia nobilis cogatur seruire alij, vel mendicare, *sequitur Angel. de Clauas. in summa in ver. religiosus, quæstio. 11.* Facit etiam, quia
5 religiosus, † qui patrem dimisit inopia grauatum, tenetur magis patri subuenire de alimentis, & aliis, quæ continentur in primo decalogi præcepto, quam prælato suo, *secundum Nicol. de Lira. super Matth. cap. 15. quem citat, & sequitur Angel. de Claua. loco prædicto, quæst. 32.* vbi tamen dicit aliud esse si necessitas superuenit post ingressum mo-
6 nasterij. Licet enim religio † eximat filium à potestate patris, vt probatur *in c. 1. 20. quæst. 2. Doctores in auth. ingressi, & in auth. si qua mulier. C. de sacros. eccles. glos. & Bar. in l. si ex causa, §. Papinianus, ff. de minor. in c. cum scimus, de regu. Ang. loco prædicto, quæstio. 48. Tabien. in sum. in ver. religio. q. 31. Bar. in l. patre furioso, nu. 4. vbi etiam Bal. ponit, & Ias. num. 47. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. Bald. in l. 2. C. de lib. exhib. & multos citat Ascan. Clemen. in tracta. de patr. potesta. c. vlt. num. 67. vbi late agit de veritate,* tamen non liberat ab ea obligatione † qua ante ingressum tenebatur: at
7 de iure diuino, & naturæ tenetur filius patrẽ honorare, & ab eo præcepto nulla professio absoluit, quia consilia in religionib. obseruantur, vt perfectius impleantur præcepta, *vt inquit Ang. loco prædicto. q. 32.* Id verò quia pertinet ad Theologos, & ecclesiæ determinationem, non aliter firmo, nisi quatenus sit eodem modo ab ecclesia approbatum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, qui vxori negauit alimenta non lucratur dotem ex pacto, statuto, vel consuetudine.*
2 *Maritus, qui vxorem domo expulit sine causa, non lucratur dotem.*
3 *Maritus non lucratur dotem si vxori ægræ non subministret medicum, & medicinas.*
4 *Maritus lucratur dotem, etiamsi alimenta vxori non præstitit, quando ea non decessit.*
5 *Successione tamquam indignus priuatur, qui defunctum male tractauit, vel domo expulit.*
6 *Maritus qui negauit vxori alimenta lucratur dotem, si postea sequuta est reconciliatio.*
7 *Vxor mortua præsumitur ob medicum non adhibitum.*
8 *Vulneratus præsumitur mortuus ex negligentia, quãdo medicus non fuit adhibitus.*
9 *Maritus qui alimenta negauit vxori, cum tamen alere non teneretur, lucratur dotem.*
10 *Maritus, qui ex permißione statuti occidit vxorem lucratur dotem, & ibi de veritate.*

PRIVILEGIVM LXIX.

ADeo etiam fauorabilis est causa alimentorum, quod etsi ex forma pacti, statuti, vel consuetudinis maritus debeat integram dotem, vel illius partem lucrari, tamen si vir
1 vxori deneget alimenta, † nihil lucrabitur, *ita voluit Bald. in l. quod in vxorem. num. 1. C. de neg gest.* Mouetur, quia lucrum illud dotis marito defertur propter onera matrimonij, ergo cessare debet, vbi cessant onera, quia deficiente causa deficit causatum. Illud autem Bald. assumptum, quod lucrum statuto deferatur propter onera matrimonij est certum, & firmum, *vt per glos. in l. si donaturus, §. fin. in ver. duntaxat, ff. de cond. cau. da. & Alex. dicit ibi communem esse opinionem, & subdit Ias. quod omnes Doctores transeunt cum ea glos. Bald. & Fulgos. in l. non sine, in princip. C. de bon. quæ liber. Castren. in cons. 333. vol. 1. multos alios citat Rol. in tracta. de lucro dotis, quæst. 4. num. 10. & sequen. de quo tamen late agit Phanuc. in eo. tracta. glos. 8. num. 6.* Et pro dicta opinione allegatur etiam Bald. *in auth. dos data, num. 2. C. de donat. ante nupt.* vbi dicit, quod sicuti mulier non lucratur donationem si non sustinet onera dotis dan-

dandæ, ita maritus non lucratur dotem ex ſtatuto, vel pacto ſi non ſuſtinet onera matrimonij, ſed nihil loquitur de alimentis, licet ex eius dicto benè inferri poſſit, cum ſine dubio inter onera matrimonij præcipuum illud ſit alendi vxorem, ſed expreſsè hanc partem tenuit Caſtren. *in l. ſi ab hoſtib. §. ſi vir. num. 4. ff. ſoluto matrimonio*, vbi inquit, quod ſi maritus recedens ab vxore non prouidit illi de alimentis, ita quod mulier non habens alimenta deceſſerit, maritus non lucratur dotem, & & ſubdit eſſe quotidianum, & menti tenendum, quia habuit in facto Florentiæ. Et mouebatur per illum textum, & per text. *in l. necare, ff. de lib. agnoſcen.* & inquit locum hoc habere, ſiue lucrum proueniat ex pacto, ſiue ex diſpoſitione legali. Et Alexan. ibi, *num. 3.* inquit hoc eſſe valdè ſingulare, licet ipſe in contrarium multa alleget, & præcipuè, quod lex pœnalis non debet extendi, cum quo tranſit etiam Iaſ. *nu. 4. qui multis confirmat ſimilibus, Ioan. Lup. in rub. de donat. inter virum & vxorem, §. 70. nu. 23. ver. amplia prædicta, vbi ſic tenuiſſe dicit Bald. & Cuman. in dicta l. ſi vir.* Et mouetur ex diſpoſitione *l. necare*, & adducit in ſimili, quod dicimus de donatario, qui priuatur bonis donatis, ſi nõ ſubuenit donatori egenti, *Boer. in deciſ. 244. numero 12. Rolan. in tracta. de lucro dotis, quæſtion. 64. numer. 6. & quæſt. 68. num. 11. Phanuc. in eod. tracta. gloſ. 14. num. 6. ver. quartus eſt caſus, vbi allegat conſilium Caſtren. & dicit eſſe de mente omnium.* Et vt dixi ratio prædictorum eſt, quia ſi non ſuſtinet onera matrimonij, propter quæ defertur hoc lucrum, non debet illud percipere.

Et per eandem rationem dixit Bald. *in l. 1. §. ſed ſcimus. C. de lati. liber. tollen.* quod maritus expellens
2 domo † vxorem ſine cauſa non lucratur dotem, *Alexand. in conſ. 122. colum. 3. in fi. vol. 7. Anan. in cap. 1. colum. 3. de infan. & ſanguin. expoſ. Ruin. in conſ. 8. colum. 2. volum. 2. Lup. in d. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 70. numero. 32. ver. quid autem ſi maritus, & in capit. per veſtras, in 3. notab. numer. 4. folio mihi 134. vbi citat multos alios, Boer. dicta dec. 244. in fi. Phanuc. d. gloſ. 14. num. 6. ver. quintus quando.*

Et quia inter alimentorum præſtationem numerantur etiam medicinæ, vt dicam ſuo loco, & medici, ideo gloſ. *in d. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir ff. ſoluto matrimonio*, dicit quòd maritus non lucratur, ſi v-
3 xori infirmæ † medicum non adhibuit, & medicinas non miniſtrauit. Et Bald. ibi dicit illam gl. eſſe auream, quia maritus dicitur indignus eo lucro, & præſumitur vxorem non ex vi morbi, ſed ex eo mortuam, quod medicus nõ fuerit eius curæ adhibitus. Eandem probarunt ſententiam Caſtren. Alexand. Luc. de Pen. Abb. Corne. Ioan. de Amic. Campeg. Marſil. *& alij, quos citat, & ſequitur Rolan. in d. tracta. quæſt. 64. num. 6. Phanuc. in eod. tract. gloſ. 14. num. 8. Cordub. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his, num. 29. ff. de lib. agnoſcen.* vbi ponunt caſus, quando adhibuit quidem, ſed imperitum, & quando non potuit adhibere, quia non erat in loco, & quando fuit præuentus, & plures alios.

Intellige tamen principalem noſtram concluſionem procedere, quando vxor ob alimenta denegata deceſſit, nam eo caſu priuatur maritus, ſe-
4 cus ſi non deceſſiſſet, quia tunc † maritus gaudet lucro. Doctores enim, qui dicunt eum non lucrari dotem, mouẽtur per *l. necare. ff. de lib. agnoſcen.* quia paria ſunt, quod occidat, vel alimenta ſubtrahat. At vbi mulier non deceſſit, tunc ceſſat ratio. Et Caſtren. *in d. §. ſi vir*, ponit caſum quando mulier fame periit, atque ita concordat contrarias opiniones, *Boer. d. deciſ. 244. in fi. ſequitur Rolan. d. quæſt. 68. num. 11.* Iſta tamen diſtinctio non eſt bona, quia nõ ea ratione maritus perdit lucrum, quia denegando alimenta videatur necare, ſed quia lucrum non debetur ei, qui non ſuſtinet o-
5 nera matrimonij, *vt dixi*, & quia expellens † perſonam, atque illam contemnens non debet habere eius bona *ſecundum Bald. in d. l. ſed ſcimus. C. de lati. lib. tollen.* Non tamen eſt dubium, quin ſi vxor fame perit, hæc ſit iuſta cauſa priuandi virum, ſed ſufficit etiam, quod non miniſtret alimenta. Proinde Phanuc. *d. gl. 14. num. 6. ver. quintus quando*, reprehendit eam diſtinctionem, ſubdens Caſtren. ideo de morte feciſſe mentionem, quia ſi fortè maritus poſt expulſionem, & denegata alimenta reuocaſſet vxorem in domum, & cœpiſſet eam benignè tractare, tunc non attenditur præcedens culpa, ſed inducitur reconciliatio, & culpa videtur remiſſa, & vltima tractatio attenditur, quidquid ſit.

Infertur ex prædictis, quod ſi ſequatur reconciliatio maritus, qui etiam denegauit primum a-
6 limenta, vel vxorem expulit, lucratur † dotem *ita poſt Imo. ponit Alexan. in dicto §. ſi vir, num 3.* An autem lucretur fructus dotis, quos iam perceperat, eſt contentio inter Bald. & Caſtren. vt videri poteſt apud Lup. *dicto notab. 3. numero quarto, ver. ego verò reperio.*

Sed ſi placeat dictinctio, & concordia Boer. erit aduertendum in practica, quia hæredes vxoris habuerunt intentionem fundatam probato, quod maritus denegauerit alimenta, etiamſi non probent, quod vxor fame interierit, nam præſumetur mortua propter inopiam, ſicuti dicimus, 7 quod vxor † præſumitur mortua ob medicum non adhibitum *ſecundum gloſ. in d. §. ſi vir.* Quam dicit notandam Bald. ibi circa medium, vbi in-
8 fert, quod vulneratus, † non præſumitur mortuus ex vulnere, ſed ex negligentia, & ſua culpa, quando medicus non fuit adhibitus ad eum curandum. Et Caſtren. *ibi num. 3.* dicit illam gl. ſemper ad hoc allegari, & eſſe ſingulare dictum communiter approbatum, & menti tenendum, *ſequitur Alexander, num. 6. & Iaſon, num. 8. Lupus in rubrica, de donatio. inter vir. & vxor. §. 70. num. 27.* Ideo pro euitanda priuatione vir neceſſe habebit probare, quod adhibuerit medicum.

Declara ſecundò non procedere noſtram concluſionem, quando maritus non tenebatur vxorem alere, quod contingit in caſibus recitatis per nos in *titulo, quibus ex cauſis alimenta denegari poſſint*, quia pro eo, quod maritus fecit lege permitten-
9 te, † non debet priuationis pœna plecti. *l. Gracchus. C. de adulter.* & non poteſt imputari marito,

quòd non aluerit vxorem, quam non tenebatur alere. *vt per multa dicit D. Bectus in consil. 37. num. 16.* Ideo Cyn. *in l. si ab hostibus. §. si vir. ff. soluto matrimon.* dicit, quod maritus, qui statuti permissu occidit
10 vxorem adulteram lucratur dotem † secundum statuti formam, licet aliâs maritus occidens vxorem perdat lucrum delatum à statuto, *sequitur Bar. Angel. & Ias. idem voluit Mathesil. notab. 73. nota vnam doctrinam, Campeg. in tract. de statu. exclus. fœmin. quæstio. 5. & plures probarunt hanc sententiam relati à Rolan. in tracta. de lucro dot. quæstio. 63. vbi tamen post Cyn. Alexand. & alios* dicit aliud esse, quando lucrum esset delatum ex pacto, quia tunc non est verisimile, quod vxor cogitauerit de tali casu, *ita etiam declarat Phanuc. in eo. tracta. glos. 14. num. 5.* Et quamuis in lucro delato ex conuentione communis sit opinio, quod maritus illud non cõsequatur, occidendo vxorem per rationem prædictam, tamen ea ratio mihi nunquam placuit. Nam etsi vxor non videatur cogitasse de funesto illo euentu mortis violentæ, tamen non erat opus eius cogitatu, sed pacto locus est, quomodocunque moriatur, & contractus perficiuntur consensu duorum, nec sufficit, quod alter ex contrahentibus non cogitauerit, quia sat est, quod potuit, & debuit cogitasse, illud autem, quod non præsumatur cogitasse de tali casu, procedit, quando actus dependet à solius potestate, non quando à duorum voluntate. Sicuti igitur occidendo lucratur eo casu, ita denegando alimenta, quia ex vi occisionis inducitur priuatio, quando denegantur alimẽta, *vt dixi.* Infertur itaq;, quod cũ maritus alere non teneatur adulteram vxorem, lucrabitur tali casu dotem ex forma statuti, etiamsi ob denegata alimenta periisset, & idem erit in omnibus casibus, quibus iure permittente denegantur alimenta.

SVMMARIVM.

1 *Princeps potest debitoribus inducias concedere ad soluendum.*
2 *Inducia generaliter concessa non extenduntur ad eũ, qui sit debitor ex causa alimentorum.*
3 *Generalis dispositio non includit causas, quæ reperiuntur specialiter priuilegiatæ.*

PRIVILEGIVM LXX.

1 PRinceps potest debitoribus inducias † concedere ad soluendum, *l. secunda, C. de precib. Imperato. offeren.* vbi appellat hanc moratoriam præscriptionem, tamẽ generalis concessio
2 non extenditur † ad debitum contractum ex causa alimentorum *vti concludit Marcus Antonius Cuccus, in tracta. de morator. præscript. num. 90.* vbi *num. 95.* dicit idem esse in debito ex causa annonæ, vel administrationis panis, & *num. 99.* inquit, idem debere intelligi in debito pensionis, quæ fuerit constituta loco alimẽtorum. Et quoad primum dictum mouetur, quia valet argumẽtum à dote ad alimenta, at debitum pro dote non includitur rescripto concedente dilationem, *vt per eum, num. 78.* Ergo neque debitum ex causa alimentorum. Melior tamen est ratio, quia alimenta non recipiunt dilationem, *vt dixi hoc eodem titulo.* Et cum Princeps sit iustissimus non præsumitur eum fuisse concessurum in specie dilationem ad soluendum debitum alimentorum. Ergo generalis concessio non debet ad id extendi, quod non fuisset concessurus in specie, *l. obligatione generali, ff. de pignor.* Accedat, quod alimenta in materia dilationum reperiuntur singulariter priuilegiata, vt scilicet breues dentur dilationes in causis, quod non appelletur, quoad suspendendum exequutionem sententiæ, quod pendente lite præ-
3 xi *in hoc titulo.* Dispositio autem generalis † non includit causas, quæ reperiuntur in specie priuilegiatæ, *glos. in l. tertia, C. de silentiar. lib. 11.* Accedat, quod Princeps mouetur ex quadam æquitate ad concedendum dilationem, imo ex miseratione, sed nulla æquitas, aut miseratio retardare debet exactionem alimentorum, quia eorum fauor præponderat omni causæ. Posset tamen dubitari, si hæc conclusio locum vendicet in alimentis præteritis, vel quæ debentur actionis iure, vel diuiti non pauperi. Et sanè quamuis causa alimentorum semper sit fauorabilis, tamen vbi fauor exorbitat, tunc intelligi debet quando pauperi debentur alimenta, & agitur de futuris, non de præteritis.

SVMMARIVM.

1 *Arbitratore electo à partibus non arbitrante extinguitur compromissum.*
2 *Arbitrandi facultas non transit ad hæredes.*
3 *Consultore nominatim electo non consulente expirat compromissum factum ita, quod iudicet de consilio eius.*
4 *Arbitratore non arbitrante in causa dotis recurritur ad arbitrium boni viri, & compromissum non expirat.*
5 *Arbitratore non arbitrante in causa alimentorum compromissum non expirat, sed recurritur ad bonum virum.*
6 *Arbitratore non arbitrante recurritur ad iudicẽ quando ille erat debitor.*
7 *Arbitrandi facultas non finitur arbitratore non arbitrante, quando res non est integra, vt quia matrimonium est contractum.*

PRIVILEGIVM LXXI.

ARbitratore à partibus electo, non arbitrante, non recurritur ad arbitrium boni viri, nec ab eius persona receditur, sed extinguitur compro-
1 missum, † stipulatio annullatur. *l. si merces. in princ. ff. loca. l. fin. C. de contrah. emptio. l. si quis arbitratu, vbi glos. magna, in princip. allegat multos con-*
2 *cordantes, ff. de verb. oblig.* & facultas, † arbitrandi nõ transit etiam ad hæredes arbitratoris *l. cum stipulatus sim mihi à Proculo, ff. de verb. oblig. Bar. in l. si stipulatus fuerim illud. ff. eo. tit.* Et ratio est, quia censentur partes elegisse industriam personæ, proinde si arbiter electus à patribus debet iudicare de consilio ali-

3 lio alicuius nominati, is verò † recuſet dare conſilium, vel morte, vel alio caſu impediatur, finitur compromiſſum, nec poteſt alius eligi conſultor, licet aliud ſit, quando conſultoris perſona non erat certa, *ita Bar. poſt alios in l.1. §.ſi plures, numero 8. & 14. ff. de exercito. Abb. in cap. fin. in fi. de electio. Butr. 1mo. & Abb. in cap. ex parte, de conſtitu. Iaſ. qui dicit communem in d.l. ſi quis arbitratu, ad finem.* Fauore tamen alimentorum, ſi quis fuit ad arbitrandum electus non arbitratur, quia non velit, vel non poſſit, compromiſſum nō extinguitur, ſed recur-
4 ritur ad arbitrium boni viri, *vt* in caſu † dotis probatur *in l.3. C. de dot. promiſſ. in l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dot. gloſ.3. in d.l.ſi. vbi etiam Bar. C. de contrah. empt. & ibi Bald. in 5. oppoſit. Bald. in l. fin.. C. de ſenten. quæ ſine cert. quant. Roman. in d.l. ſi quis arbitratu.* & valet argumentum à dote ad alimenta, *vt dixi ſupra*, & probaui etiam, quod ſicuti incertitudo non vitiat legatum, vel promiſſionem dotis, ita non deſtruit promiſſionem, vel legatum alimentorum. Et in
5 ſpecie, † quod compromiſſum non extinguatur in cauſa alimentorum, licet arbiter electus non arbitretur, voluit Bar. *in l.1. num.54. ff. ſoluto matrimonio, ſequitur Iaſ. in d.l. ſi quis arbitratu, num.10. in 4. limita. Tiraquel. in tracta. de priuileg. piæ cauſæ, in priuileg.145.*

Duæ tamen oriuntur difficultates, prima quia text. *in d.l.3. & in d.§. gener*, loquuntur, quando arbitrium erat collatum in perſonam debitoris, *vt aduertit Iaſ. in d.l. ſi quis arbitratu, nume.10. Tiraquel. d. priuileg. 45.* Et hic caſus multum differt ab eo, quando collatum eſt in perſonam tertij, nam
6 quando in eum confertur, qui eſt debitor, † tunc ſemper illo ceſſante recurritur ad iudicem, *l. hæc vendicatio, ff. de rei vendic. gl. Bar. & alij omnes in l. ſi quis arbitra.* Sed ſi benè videantur illa iura, optimè probant in ſui ratione. Non enim mouentur, quia taxatio fuerit commiſſa debitori, ſed quia in promiſſione dotis videtur ſemper incluſum eſſe arbitrium boni viri. Et perinde eſt, ac ſi iam dos eſſet taxata, quod non contingit in aliis rebus promiſſis, quia cum de ſe non ſint certæ, ſi arbiter non taxet, incertitudo vitiat promiſſionem, nec recurritur ad iudicem, quia electa videtur induſtria, & confidentia perſonæ, at promiſſio dotis habetur ſemper pro certa, quia videtur taxata ſecūdum quantitatem patrimonij, & qualitatem perſonarum, *vt dicitur in d.§. gener.*

Secunda eſt difficultas, nam ideo in dote recurritur ad iudicem, quādo arbitrator non arbitratur, quia ex quo matrimonium iam eſt contractum, deſinit res eſſe integra, vnde ſicuti mandatum non extinguitur morte mandantis re non
7 integra. *l. mandatum. C. manda.* ita poteſtas † arbitrandi non reſoluitur eo non arbitrante, cum iam propter dotem contractum ſit matrimonium. *ita Iaſ. d.l. ſi quis arbitratu, num.10.* Hæc autem ratio ceſſat in alimentis, quia ſemper res eſt integra, nec deſinit vnquam eſſe integra, atque ideo cum non conueniat ratio, non poteſt à dote duci argumētum ad alimenta, & de vno non poteſt argui ad alterum, vbi ratio eſt diuerſa, vti ſuo loco dixi. Sed pro reſolutione dicendum eſt rationem conſideratam à Iaſone eſſe falſam, & non ideo recurri ad iudicem in dotis promiſſione, quia deſierit res eſſe integra. Potuit enim promitti dos re adhuc integra ante matrimoniū, vel ſponſalia, puta quando promiſſio dotis fit mulieri, quandocunq; nupſerit, ſed promiſſio dotis continet in ſe certitudinem, & eſt à iure taxata, ſecundum quantitatem patrimonij, & qualitatem perſonarum, *vt dixi hoc eodem titulo, vbi tractaui, an incertitudo vitiet legatum, vel promiſſionem alimentorum*, & qui dotem promittit, licet id velit eſſe tertij alicuius arbitrio taxandum, tamen ſemper videtur promittere, quod iuſtum videbitur cuicunque bono viro *d. §. gener, & in d.l.3.* Hæc autem ratio æque conuenit alimentis ſicuti doti, quia ipſa quoque ſunt à iura taxata ſecundum quantitatem patrimonij, & qualitatem perſonarum, *vt dicam in titulo, qualiter alimenta ſint præſtanda*, ergo in alimentis idem dicendum eſt, quod in dote.

SVMMARIVM.

1 *Donatio excedens quingentos aureos non valet niſi ſit inſinuata.*
2 *Donatio excedens quingentos aureos non valet niſi inſinuetur, etiamſi facta ſit filio à patre.*
3 *Inſinuationi renunciari non poteſt.*
4 *Donatio facta alicui cum obligatione alimenta præſtādi valet ſine inſinuatione.*
5 *Inſinuatio non requiritur in donatione remuneratoria, vel ob cauſam.*
6 *Donatio dicitur remuneratoria, quando fit pro futuris meritis.*
7 *Donatio ſemper dicitur ob merita.*
8 *Donatio facta piæ cauſæ non requirit inſinuationem, etiamſi excedat quingentos aureos.*
9 *Donatio excedens quingentos aureos non inſinuatur, quando ſit ex cauſa dotis.*

PRIVILEGIVM LXXII.

DOnatio excedens valorem 500. aureo-
1 rum non † valet, niſi fuerit inſinuata. *l. ſancimus, vbi Doctores omnes, l. pen. C. de donatio. §. perficiuntur, Inſtit. de donatio.* & procedit etiam
2 ſi pater, vel aſcendens † aliquis donat filio, vel deſcendenti alij, quia nihilominus inſinuari debet, *l. datam, vbi Bald. notat. C. de donatio. l. donationes, quas parentes, C. de donatio. inter vir. & vxor. vbi Ang. notat expreſsè Bald. in l. irritam. C. de vſucap. pro dona. Cuman. in conſ.27. Aret. in conſ.2. colum. 2.* & inſinuationi re-
3 nunciari † non poteſt, *vt per Bar. in l. ſancimus. §. fin. C. de dona. vbi Alexan. in l. nemo poteſt, vbi etiam Alexan. ff. de leg.1. Ioan. Fab. in §. aliæ, Inſtit. de donat. Cur. ſen. in conſ.66. & in conſilio ſequen. Dec. in conſ.442. numer.10. cum infinitis apud Anton. Gabriel. com. opin. li.3. tit. de donatio. concluſ.1. num.9.* quia publicè intereſt ne quis malè vtatur ſuis rebus. *§. pen. Inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur.* & quia inſinuatio introducta eſt ad remouendum fraudes, quæ committi ſolent præſertim inter coniunctos, *d. l. data.*

Sed ſi alicui fiat donatio, qui ideo promittat alere donatorem toto tempore vitæ ſuæ, non erit

4 necessaria † insinuatio, *ita Alexand. in cons. 12. num. 7. ver. insuper dicta donatio, vol. 1. Rimin. in §. 1. Institu. de dona. num. 490. Cordub. in l. si quis à liberis. §. vtrum, numer. 19. ff. de lib. agnoscen.* vbi hoc ponit inter priuilegia alimentorum, sed in hoc alimenta nihil habent specialitatis, nam ea donatio nō est simplex, sed ob causam, & in donatione remuneratoria,
5 vel ob causam non requiritur † insinuatio, etiam si in aliam causam fiat quam alimentorum, *gl. Bar. Imo. & alij in l. Aquilius regulus, ff. de dona. Bald. in l. 2. in fi. C. ne lice. poten. & hanc sequitur Cuman. Aret. Alexan. Iason, & Anton. de Canar. quos refert Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. donatione largitus, in 5. declaratione, num. 109. C. de reuoc. donat. Anton. Gabriel. d. conclus. 1. numero 60.* Dicitur enim potius permutatio quædam, quam donatio. *d. l. Aquilius regulus, & l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hæred. vbi Bald. Tiraq. loco prædicto,*
6 *num. 11.* & dicitur remuneratoria, † quando fit pro futuris meritis, *l. fi. cum authen. ibi posita, C. de dona. ante nupt. Bar. in d. l. Aquilius regulus.* Et dicit Bald. *in cons. 18. colum. 2. vol. 1.* quod donatio ob causam de futuro est contractus, & non continet causam lucratiuam sed onerosam. Et Alexand. *in d. cons. 12.* mouetur per prædictam rationem, quæ est generalis, & conuenit non solis alimentis, sed cuicunque alij rei in donatione deductæ. Atque ita videtur Riminal. & Cordub. non benè hoc enumerasse inter priuilegia alimentorum. Veruntamen etiam circumducta ratione meritorum futurorum, vel etiam, quod fit ob causam, cum omnis ferè donatio præsumatur ob merita, nec aliter
7 quisque † donaturus præsumatur. *l. nec adiecit, vbi Bald. ff. pro socio, l. 1. C. de annon. ciuil. lib. 11. Tiraquel. in d. ver. donatione largitus, nu. 77. & sequen.* Quando donatio fit ob causam alimentorum insinuatio non requiritur, puta si quis prædia donaret ad alimēta, vel pro alimentis, vel vt se aleret. Id autem deduco, quia causa alimentorum dicitur pia si debeantur pauperi, *vt iam dixi.* Donatio autem facta
8 † piæ causæ non exigit insinuationem, *l. pœn. in princip. C. de dona. Specu. in tit. de instr. editio. §. porro, ver. item nota, quod insinuationes, per text. in l. illud, C. de sacros. eccles. Ioan. Andr. in c. in præsentia, col. vlt. de probatio. eandem sequuti sunt Hostien. Butr. Bar. Calder. Cuman. Roman. Abb. Castren. & plures alij citati à Tiraquel. in tracta. de priuileg. piæ causæ, priuileg. 124. & est communis secundum Ruin. in cons. 182. num. 13. vol. 1. Clar. de donatio. quæstio. 17. Viuius, qui dicit magis communem in com. opin. lib. 1. opin. 78. limita. 1. hanc quoque tanquam communem sequitur Gabriel. d. conclus. 1. num. 28.* Cum itaque valeat argumentum à pia causa ad alimenta, nulli dubium, quin in alimentis ita valeat donatio sine insinuatione sicut in causa pia. Confirmatur mea sententia, nam dos, & alimenta æquiparantur, vt liceat à dote arguere ad alimenta, *vt sæpius dixi in discursu huius tractatus*, at fauore dotis non requiritur insinuatio, licet donatio excedat
9 quingentos † aureos, *vt est text. in l. fi. C. de iur. do. vbi ita intelligit glos. in ver. induere, & eam sequitur Salicet. ibi, & in l. sancimus, colum 1. C. de donatio. & ante eum Bar. & Bald. in ead. l. fin. Dec. in cons. 414. ver. tertiò non obstat, num. 14. Calcan. in cons. 13. col. 3. Tiraquel. d. ver. donatione largitus, nu. 241. Gabriel. d. conclus. 1. num. 36. quamuis contrarium tenuerit Anan. in c. cum tu, col. pen. ver. quartò quæritur, de vsur.* Idem ergo erit in alimentis, vt donatio pro eis facta non insinuetur. Et hoc modo ampliabitur conclusio Riminal. & Cordub. vt nō modo non requiratur insinuatio, quando donatio fit cum onere alendi donatorem, sed etiam quando fit in solam donatarij vtilitatem, vt scilicet alimenta consequatur.

SVMMARIVM.

1 Stipulari alteri nemo potest.
2 Stipulari etiam matri nemo potest.
3 Mater non potest stipulari pro filio.
4 Stipulari licet pro absente in causa alimētorum, si fiat cum iuramento.
5 Stipulatio pro absente valet si sit iurata.
6 Iuramentum obligat Deo, qui supplet partis absentiam.
7 Stipulari pro pia causa absenti licet.
8 Stipulari licet pro absente in causa dotis.

PRIVILEGIVM LXXIII.

1 STipulari alteri nemo † potest cum sua principaliter non interest, *l. stipulatio ista, §. alteri. ff. de verbo. oblig. §. si quis alij, instit. de inutil. stipula. Tiraquel. de retracta. consang. §. 1. glos. 9. num. 130.*
2 vt nec etiam matri possit quis † stipulando acquirere. *l. debitor. §. fi. ff. ad Trebel. Doctores in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. Alexan. in cons. 13. num. 5. ver. plus tenuit, vol. 1.* nec econtrà quæri potest filio ius ex stipula-
3 tione † matris, *Bar. in d. l. quod dicitur, colum. fin. idem Bar. Bald. & Salicet. in l. pactum. C. de pact. conuen. alios citat Anton. Gabriel. com. opin. li. 3. tit. de verb. oblig. conclus. 1. num. 7.* sed si quis cum iuramento promittat absenti alimenta, tertio cuipiam stipulanti, co-
4 getur † iuramentum obseruare. Ita ex alimentorum priuilegio concludit Cordub. *in d. l. si quis à liberis. §. vtrum, num. 28. ff. de lib. agnoscen.* Allegat glos. & Bar. qui de alimentis nihil dicunt, *allegat etiam Bertran. in cons. 361. num. 6. volum. 2.* qui hoc dicit. Sed non est in alimentis singulare, imo locum vendicat in quacunque alia causa, nam semper ex alterius stipulatione acquiritur absenti actio, si pro-
5 missio sit iurata, † quia Dei præsentia suppletur absentia partis. Et ita generaliter loquendo voluit gl. *in c. quoties cordi oculus, 1. quæst. 7.* quam ad hoc inquit singularem Imo. *in c. cum contingat in carta 13. vbi etiam Butr. col. 3. Bald. in authen. sacramenta puberum, colum. fi. C. si aduers. vend. alios citat Alexan. in d. l. stipulatio ista. §. alteri, num. 9. ver. primus quando, atque ibi Ias. num. 4. qui in contrarium allegat Bald. Ioan. Fabr. & Roman. addo Ruin. in cons. 49. in fi. volum. 1. Soc. iun. in cons. 118. col. 3. vol. 2. Afflict. in decis. 135. in fi. & ... in cons. 395. Grat. in cons. 12. numer. 9. volum. 1. Natta in cons. 501. num. 36. cons. 506. numer. 17. cons. 531. num. 17. Rolau. qui alios citat in cons. 19. num. 29. vol. 1. Gabriel. d. conclus. 1. num. 69. & nouissimè Seraph. in tract. de priuileg. iuram. priuileg. 24. num. 1. & sequen.* vbi dicit quod etsi aliqui velint glossam illam restringere ad pias causas, *vt Bald. in l. illud. C. de sacros. eccles. & in l. generaliter. C.*

ter. C. de non nume. pecun. tamen Doctores communiter intelligũt indistinctè. Et duas rationes ponit Bar. *in l. si quis pro eo, in princip. in 6. memb. ff. de fideiuss.* quia sicuti stipulatio alteri facta conualidatur per pœnam, *vt in d. §. alteri*, ita conualidari debet per iuramentum. Item quia ex stipulatione facta alteri oritur naturalis obligatio, *secundum gl. in d. §. alteri*, ea verò naturalis potest firmari iuramento. Sed alia etiam est ratio: nam iuramentum
6 videtur Deo † præstitum, *c. debitores, de iureiur.* & Deus supplet absentiam partis, *l. properandum. §. sin autem reus. C. de iud.* item iurans cogitur obseruare iuramentum, quandocunque potest id fieri sine interitu æternæ salutis, *c. si verò, de iureiur.* singularitas autem in causa alimentorum est in eo, quod ex alterius stipulatione etiam absenti quæritur actio.

Nam idem videmus in stipulatione facta fa-
7 uore piæ causæ, † *vt per Bald. in l. illud, num. 2. in fi. ver. ego addo vnum. C. de sacros. eccles.* vbi ait, quod piis locis, & Ecclesiis absentibus quilibet stipulari potest directis verbis, allegat glos. quam dicit esse ordinariam, & non esse alibi *in d. c. quoties cordis oculus, sequitur Castren. ibi in fin.* dicit Abb. *in proœm. Gregor. vol. 5.* quod absenti quæritur, quando promissio fit intuitu diuino, & memoria dignum inquit Felin. *ibi col. 7. ver. & ex isto, alios citat Tiraquel. de priuile. piæ cau. priuileg. 115. & Cotta in memor. incipien. absenti potest acquiri, vbi ait hoc esse memoriæ dignum prò his, quæ notantur in d. l. stipulatio ista. §. alteri, & allegat multa alia ad confirmationem, multos etiam citat Gabr. d. conclus. 1. nu. 72. licet alios alleget tenentes contrarium.*

Hoc etiam verum est in dotis promissione, quæ
8 sustineturad fauorem tertij alió stipulante, † vt probat text. *in l. Gallus. ff. solut. matrimon.* vbi gl. notat *in ver. permittendum, & sequitur Bar. in 3. not ab. Imo. in princ. & Castr. col. fi. Ias. in d. §. alteri, in 2. limitat. col. 2. Bald. Nouel. in tracta. de priuileg. dot. priuileg. 22. in 6. par. Bar. in cons. 123. col. 2. vol. 1. Bar. Bald. & Imo in d. l. stipulatio, vbi Alexan. & alij, Alexan. in cons. 13. num. 14. volum. 1. Roman. in dicta l. Caius, num. 5. Castren. in cons. 92. colum. 2. Dec. in cons. 35. Tiraquel. in d. tracta. piæ cau. d. priuileg. 115. ver. & in hanc partem, optimè facit Gabr. dicta concluss. 1. num. 73. vbi refert contrarium tenere Bar. Bald. Imo. Fabium, & Anchar.* Quæ si procedunt in pia causa, & in dote, locum item habebunt in alimẽtis, quę gaudent eodem fauore, *vt dixi in proximè præcedenti priuilegio:* Quare non solùm valebit stipulatio, quando promissio est iurata, sed etiam, quando est sine iuramento. Hoc tamen priuilegium obtinebit solùm in alimentis debitis pauperi, non autem in his, quæ debentur diuiti.

SVMMARIVM.

1 *Dos soluto matrimonio per mortem filiæ redit ad pátrem dotantem, quando actio est communis patri, & filiæ.*

2 *Dos soluto matrimonio morte filiæ vadit ad nepotes ex ea si egeant, non ad patrem.*

3 *Dos soluto matrimonio per mortem filiæ remanet apud filios ex ea, secundum opinionem Martini.*

4 *Dos vbi actio est communis patri, & filia, remanet apud filios matre mortua ita, vt de ea disponere non possit.*

5 *Pater non habet vsumfructum in dote aduentitia.*

6 *Lucrum dotis à statuto delatum locum habet non obstante fideicommisso iniuncto rei dotali.*

PRIVILEGIVM LXXIIII.

IN re communi inspecto, quando matrimonium soluitur morte filiæ si dotis actio est communis patri,
1 & filiæ dos redit † in solidum ad patrem dotantem, etiam si ex filia superstint nepotes, *l. dos à patre profecta, C. soluto matrimon. & ibi, num. 99. latè agit, Picus in l. in quartam, nu. 212. ff. ad leg. Falcid.* vbi inquit communem esse opinionem, siue ex filia supersint nepotes, siue non. Eandem quoque communem dicit vtroque casu Soc. iun. *in cons. 154. nu. 18. vol. 1. asserens esse de hoc textum clarum, & indistinctè loquentem in d. l. dos à patre, Neuiza in cons 95. num. 1. Bertran. qui idem dicit de vestibus, & alijs appendicibus dotis in cons. 46. num. 5. vol. 5. vbi subdit ita glossatores antiquos tenuisse.*

2 Verum si ex filia extent nepotes † egentes tunc dos transit ad eos si aliunde non habent, *ita decidit Bened. de Plumb. in l. post dotem, num. 15. ver. putarem etiam. ff. soluto matrimon.* vbi subdit hoc esse expressum *in l. quamuis ff. soluto matrimonio*, vbi dicitur rectè constante matrimonio dotem restitui vxori, vt inopes filios prioris matrimonij alat, quæ decisio, & limitatio est notanda, si est vera, quia etsi multi dicant inspecta consuetudine prævalere
3 opinionem Martini, qui tenuit, † quod extantibus filiis dos apud illos remaneat, *vt per Bar. & alios omnes in l. post dotem*, vbi Ias. *num. 102.* dicit id generaliter obseruari per vniuersum orbem, & esse localem consuetudinem, vel specialem. Et hanc Martini opinionem dicunt vbique seruari Fulgos. Cuman. Castren. Cord. & Guido Papæ, quos citat, & sequitur Neuiza. *in cons. 45. num. 6. Rum. in cons. 56. num. 10. vol. 3. Boro. in cons. 140. numer. 24. vol. 2. Socin. iun. in cons. 114. num. 20. vol. 3. Rub. cons. 25. num. 15. Bertran. in cons 86. num. 12. vol. 2.* in tantum, quod fi-
4 lia non † potest de ea dote disponere, *vt inquit Bertran. in cons. 126. vol. 3.* tamen etiam tenent contrarium, & cum sola fundetur consuetudine, patitur multam controuersiam, ex quo non eadem viget vbique consuetudo, & Doctori de ea attestanti, quamuis illustri, non creditur, nisi respectu regionis, in qua est versatus. *vt volunt Doctores, in l. de quibus. ff. de legib.* Sed opinio Benedicti non videtur concludenter probari *in d. l. quamuis.* quia, etsi loquatur in filiafamiliâs, non tamen facit mentionem, quod dos esset communis, & potest esse, quod foret propria filię, licet glos. ibi loquatur de patris præiudicio, quod non potest in alio considerari, quam respectu communionis, quæ glos. potest saluari, quod loquatur de præiudicio respectu vsusfructus, quem pater habet in bonis fi-
5 liæ, quia communis † est opinio, quod pater non habeat vsumfructum in dote aduentitia filiæ, *vt notant omnes Doctores in l. 2. §. quod si in patris, vbi Socin.*

in 2.notab.ff.soluto matrimonio, Bald. Nouel.in tract.dotis, par.6.priuileg.33. & de communi atteſtatur Crau. in conſ.84.num.7. Præterea cum textus *in l. quamuis*, tractet, an conſtante matrimonio dos poſſit vxori reſtitui, præſupponit terminos quæſtionis eſſe habiles in reliquis, atque ita nihil obſtare præter legem, quæ vult, quod ſine cauſa dos reſtitui non poſſit conſtante matrimonio. Ceſſat autem argumentum Bened. dum ait, quod ſi viuente matre poteſt dos alienari pro filiorum alimentis, multò magis eam habebunt matre mortua. Si quis tamen vellet eam deciſionem ſuſtinere, poſſet dicere, quod dos eſt principaliter deſtinata, vt ſeruiat oneribus matrimonij. *l. vbi adhuc, C.de iur.dot.* Ideo cum filij egẽt alienatio fieri videtur de conſenſu eius, qui dotem dedit, atque ita patris: qui enim vult vnum cenſetur velle, quidquid ex eo conſequitur, *l.ad rem mobilem.* Et per hanc rationẽ dixit Bald. *in conſ.39.colum.2.volum.1.* quod lucrum
6 dotis † ordinatum à ſtatuto locum habet non obſtante fideicommiſſo iuncto à patre, *Campeg in tracta.dot.par.5.quæſt.18. Crau.in conſ.186. Rolan.late de lucro dotis, quæſt.57.per totam, de quo tamen videri poteſt Phanuc.in eod.tracta gl.10.num.57.* Non ergo agitur de aliquo patris præiudicio, quando dos alienatur in alimenta filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex officium ſuum non impartitur non petenti, vbi ampliatur.*
2 *Iudex non compellit partes ad compromiſſum etiam ſtatuto iubente niſi petatur.*
3 *Teſtes publicatis atteſtationibus non reiicit iudex, niſi parte non opponente.*
4 *Iudex in pronunciando ſequi debet partium voluntatem, & ſecundum eam ferre ſententiam.*
5 *Arbiter iuris tenetur ſequi partium conuentionem in iudicando.*
6 *Arbiter iuris æquiparatur iudici.*
7 *Arbiter voluntarius tenetur iudicare de iure.*
8 *Laudum latum ſecundum conuentionem partium nõ producit actionem.*
9 *Iudex non tenetur iudicare ſecundum conuentionem partium in alimentis.*
10 *Ius publicum tolli non poteſt conuentione partium.*
11 *Iudex non ſequitur conuentionem partium in criminalibus.*

PRIVILEGIVM LXXV.

1 DVAS habemus regulas in iure noſtro: primam, quod iudex † non impartitur officium ſuum non petenti, *l.de pupillo. §. qui opus. ff.de ope.noui nuntia. l. 4. §.hoc autem iudicium. ff. de dam.infec.* etiamſi lex loquatur per verba præciſa, & neceſſitatiua, *Bar.in l.admonendi, col.fi.ff.de iureiur.* Hinc infert Butr. *in c.pen.de iudic.* quod ſi ſtatutum mandat cauſam expediri cum conſilio ſapientis, intelligitur ſi petatur, & non aliter, *Alexan. in conſ. 122.colum.fin.volum.2.* Idem eſt, quando ſtatutum mandat, quod partes à iudice cogantur compro-
2 mittere, † quia id non faciet ante partium petitionem *ſecundum Butr.in c.venerabilis.de iudic. Alexan. in conſ.82. vol.1.* & multas deciſiones ſimiles congerit Ripa *in d.§.hoc autem iudicium, in princ. alios citaui in conſ.124.num.1.* & iudex non tenetur repellere partem, niſi aduerſario opponente, *gl.in clem.2. de teſtib.* vbi dicit, quod etſi publicatæ fuerint, & didicitæ atteſtationes, tamẽ iudex non reiicit no-
3 uas † probationes ſuper antiquis capitulis niſi pars opponat, *Butr.in c.vltra tertiam, colum.fin.de te-*
4 *ſtib.* Secunda eſt regula quod iudex † in pronunciando ſequi debet voluntatem partium, & ſecũdam eam ferre ſententiam. *l.ſi conuenerit, ff.de iudic.* quia nihil aliud quærit iudex, quam vt partes ſint concordes, & ſecundum earum concordiam dirimat controuerſiam, *l.1.§.poſt operis.ff.de oper.nouinunt.* Hinc dicimus quod in confeſſum nullę ſunt iudicis partes niſi in condemnando, *l.proinde, la ſeconda, in fine, ff.ad leg.Aquil.l.certum, §.finali, ff.de confeſſ.* Idem eſt in arbitro iuris, qui eligitur ex for-
5 ma ſtatuti, is enim † tenetur iudicare ſecundum conuentionem partium. *ita tenet Socin.in conſ.27. col.4.num.15. vol.1. Iaſ.dicta l.ſi conuenerit, numero 15.*
6 Et ratio eſt quia talis arbiter † æquiparatur iudici, *l.cum ſpeciali, & l.apertiſſimi, C.de iudic. cap.ab arbitris, de offic.deleg.lib.6. alios citant Socin. & Iaſ. in locis allegatis,* licet aliud in arbitro voluntario, quia is
7 debet æquam † ferre ſententiam, *l. qualem, ff.de arbitr.* Et quando partes ſunt concordes ſententia
8 arbitri nihil operatur, ex quo non † producit actionem, & eſt ſuperflua, *l.1.C.de arbitr. Bartol.in dicta l.ſi conuenerit, vbi gloſ. quam Doctores communiter ſequuntur, & de communi teſtatur Iaſ. num.7. ver.iſtam primam. & ver. tenendo tamen.*

Vbi tamen agitur de tranſactione facta ſuper alimentis contra formam *l.cum ij, ff.de tranſact.* etiamſi partes conueniant ſuper obſeruantia tranſ-
9 actionis, iudex † nõ tenetur. nec debet ſecundum illam iudicare, *l.cum ij, in principio,* vbi Ang. *in ver. ſequitur,* dicit eſſe ſpeciale in tranſactione facta ſuper alimenta relictis in vltima voluntate quod iudex non ſequatur volũtatem partium, ſed motum animi ſui, *Iaſ.d.l.ſi conuenerit, num.3.* vbi inquit rationem eſſe, quia lex tali conuentioni reſiſtit, quæ non poteſt fieri ſine cauſæ cognitione, *Cordub.d.l.ſi quis à liberis, §.vtrum, num.25.ff.de libe.agnoſc.* Addi etiam poteſt alia ratio, quia præſtatio alimentorum concernit publicam vtilitatem, &
10 ius publicum † tolli non poteſt conuentione partium, *l.ius publicum, ff.de pactis.* Per quam rationem idem videmus in cauſis criminalibus, quia in eis
11 iudex † non ſequitur conuentionem partium *ſecundum Imo.Cuman.Alexand. & Iaſ. in d. l. ſi conuenerit.* Agitur enim de publico intereſſe, *l.licitatio, §.quod illicitè.ff.de publica. & vectig.l.ita vulneratus, ff. ad leg.Aquil.*

SVMMARIVM.

1 *Omiſſum in contractibus habetur pro omiſſo.*
2 *Extenſio non fit in contractibus de perſona ad perſonam.*
3 *Maritus, qui ſtipulatur ſibi alimenta cenſetur etiam ſtipulatus pro vxore.*

4 Primi-

4 *Priuilegium personale non egreditur personam.*
5 *Priuilegium personale egreditur personam quãdo priuilegiatus aliter non gauderet priuilegio.*
6 *Immunitas concessa vni ex sociis omnium bonorũ extenditur ad omnes socios.*
7 *Coniunctus gaudet beneficio coniuncti.*
8 *Socius non gaudet priuilegio socij, quando materia est separabilis.*
9 *Stipulatio procuratoris de iudicio sistendo extenditur ad dominum.*
10 *Stipulatio includit aliam personam, quando aliâs esset inutilis.*
11 *Persona extrinsecus intelligitur in stipulatione, quando venit ex natura actus.*
12 *Retentio facilius conceditur, quam petitio.*
13 *Extensio admittitur de vno ad aliud in indiuiduis.*

PRIVILEGIVM LXXVI.

Missum in contractibus habetur ℘ † omisso, *l. quidquid astringendæ, ff. de verb. obligat. l. si extraneus, ff. de cond. ob caus. l. si cum dotem, in princip. ff. soluto matrimonio, Bald. in cons. 296. volum. 2. cons. 145. colum. pen. volum. 3. Crot. in consilio 32. num. 9. Paris. in cons. 117. num. 6. volum. 1. Bero. in cons. 147. num. 2. volu. 1. Neuiz. in cons. 29. num. 2. Alcia. in cons. 305. numer. 2. Cæphal. in cons. 370. num. 15.* vbi quod in contractibus nihil debet inquiri, prẽter id quod scriptum reperitur, *Bello. in cons. 29. num. 6. Rolan. in cons. 59. num. 25. volum. 3.* & vbi etiam locus est extensioni & tamen non fit de persona † ad personam, *d. l. quidquid astringendæ*, & in stipulatione non subintelligitur extrinsecus persona, quæ nõ sit expressa, *l. ita stipulatus, §. Grisogonus, in fi. ff. de verb. obli.* tamen, quando maritus stipulatur sibi alimenta præstari, intelligitur etiam stipulatus † pro vxore *vt voluit glos. in capitulo admonere, in ver. partem 33. quæstio. secunda.* Mouetur per illum textum, qui dicit, quod vxor est pars corporis viri. Eam sequitur Oldra, *in cons. 95. num. 10.* dicens, quod inter virum, & vxorem non debet esse diuisio, sed humani iuris communicatio. Et allegat factum Aspueri regis, qui declarauit edictum pœnale propositum, ne quis ad eum non vocatus ingrederetur, non includere vxorem, *idem voluit Crau. in cons. 51. numero 3. addo quod illam glos. dicit singularem Barbat. in capitulo secundo. numero 46. de foro compet. & in cap. iuranit, numero 24. de probatio. Felin. in cap. quam sit, nume. 1. de Iudæis, Ruin. in cons. 144. numero 8. colum. quinta, vbi dicit illam glos. esse notabilem, & nouissimè illam sequitur Padil. in authen. res quæ. numero 87. C. commun. de legat.* vbi infert, quod pater qui tenetur alere filium, eadem ratione cogitur alere nurum, quia est pars corporis. Potest huius dicti alia ratio assignari; Nam etsi priuilegium † personale non soleat egredi personam priuilegiatam, nec ad alium extendi, *c. sanè, de priuileg. cap. petistu, 7. quæstio prima, cap. postulasti, de conces. præben. cap. priuilegium, vbi glos. & Din. de reg. iur. in 6.* tamen fallit, quando nisi fiat extensio, priuilegiatus nõ potest commodè gaudere priuilegio solus, tunc enim includuntur personæ † necessariæ. Ideo Bald. *in authen. habita, colum. 2. C. ne fil. pro patre,* dicit, quod si testator reliquit alicui habitationem domus, intelligitur pro familia, *sequitur Felin. d. c. cum sit, in princip.* Et dicit glos. *in l. fi. C. de muner. & honor. non continu. li. 10.* quod immunitas vni exsociis omnium bonorum concessa extenditur † ad alium socium, *sequitur Alexand. in cons. 122. col. 4. vol. 4. Barbat. in cons. 36. num. 18. vol. 2. Iaf. in l. 1. col. 2. C. de transact. Natta in cons. 65. & 66. & cons. 1. num. 10.* vbi post Bald. *in addit. ad Specul. in tit. de magistr. in fi.* dicit, quod socij Doctorum gaudent eorum priuilegiis. Et est generaliter verum, quod socius, vel coniunctus † gaudet beneficio socij vel coniuncti, *vt per Barbat. d. cons. 36. numer. 18. Iaf. d. l. emancipati. num. 3. vsque ad 25. Abb. & Felin. in d. c. quam sit, apost. ad Bar. in l. precibus, ver. eodem obseruando, C. de appellat. Marsil. sing. 180.* Id quod procedit solùm in materia indiuidui: tunc enim ne priuilegiatus priuetur priuilegij beneficio, & vtilitate, permittitur quod socius eodem gaudeat priuilegio, secus est quando materia † est separabilis, *vt benè declarat Dec. in d. l. emancipati, numero 5. & Cagnol. num. 103. & 105.* Alia etiam est ratio, quia etsi persona non soleat extrinsecus intelligi, tamen fallit, quando talis est, cuius nomine intelligatur stipulatio facta, vt probatur *in l. si procurator, quæ est penul. ff. si quis cau ion.* vbi procuratoris † stipulatio de sistendo iudicio extenditur ad dominum, quia censetur eius nomine facta. Et ibi notat Iaf. *in fi. & ante eum Bart. in l. post dotem, in 2. lectu. ff. soluto matrimonio, vbi Iaf. num. 21. allegando Din. Alber. Salicen. & alios dicit esse communem.* In stipulatione autem alimentorum intelligitur persona vxoris, quia est pars corporis mariti, & censetur eius nomine facta. Et in d. *l. post dotem,* idem dicunt de stipulatione dotis facta à patre per quam acquiritur ius filiæ, & eius nomine censetur facta, ex quo actio est vtrique communis. Conuenit etiam alia limitatio, quod tunc in stipulatione † subintelligitur, quando aliâs esset inutilis, *l. Caius, ff. soluto matrimonio, Bald. in l. si patruus, C. com. vtri. iud. Iaf. d. l. si procurator, in fi.* Similiter intelligitur persona extrinsecus, quando ita exigit natura † actus, *Bar. in d. l. Caius, Bald. Angel. Bened. de Plumb. Alexand. & alij in d. l. post dotem vbi Iaf. num. 19. & sequen.* & natura alimentorum est, vt maritus stipulando pro se videatur etiam stipulari pro vxore. Quod tamen dictum est de stipulatione, non mihi verum videtur, quod stipulatus sibi alimenta videatur etiam stipulatus pro vxore, & quamuis non inueniam Doctorem reprobantem, tamen dico glos. *in d. c. admonere, non loqui de stipulatione, vbi Oldr. refert in d. cons. 95.* Sed de eo qui excipit alimẽta, qui casus est longe diuersus, nam facilius conceditur retentio † quam petitio, *l. Paulus, ff. de do. excep. l. per retentionem, C. de vsur. dixi in cons. 4. numer. 5. & ita loquitur text. in c. studeat, 50. distinct.* vbi suspenso relinquuntur alimenta pro se, & familia. Text. autem *in l. 3. ff. de vsu. & habit.* non loquitur in alimentis, sed in habitatione, quæ foret inutilis nisi extenderetur ad vxorem, & familiam: sed alimenta potest quis sibi stipulari, &

ri, & vtilis erit stipulatio exclusa vxore. Et dixi
13 quod in indiuiduis datur extensio † de vno ad alterum, ex Dec. *in l. emancipati, num. 5. Cagnol. nu. 103. & 105. Ruin. in cons. 77. vol. 4.* Benè verum est quod in huiusmodi alimentis veniunt ea, sine quibus alimentandus non posset viuere, vt dicam latius *in tit. qualiter alimenta sint præstanda.*

SVMMARIVM.

1 *Debitor in diem, vel sub conditione non cogitur soluere ante diei, vel conditionis euentum.*
2 *Agens ex contractu conditionali probare debet euentum conditionis.*
3 *Conditione pendente res non dicitur debita.*
4 *Conditionem non sufficit euenisse, nisi etiam id iudici probetur.*
5 *Debitor in diem, non cogitur soluere ante diem, etiamsi creditori superueniat necessitas.*
6 *Patronus laborans inopia exigere potest operas à liberto ante euentum diei vel conditionis.*
7 *Pater dilapidans bona cogitur legitimam filio tradere dum viuit.*
8 *Debitor in diem suspectus de fuga retineri potest vt caueat, licet exigi non possit ante diem.*
9 *Debitor fisci quãdo exigitur ante diem, deducit interusurium medij temporis.*
10 *Debitor debitoris fiscalis cum ante diem exigitur detrahit medij temporis interusurium.*
11 *Legatum in diem minus æstimatur propter interusurium medij tempo is.*
12 *Princeps potest militibus distribuere prædia priuatorum.*
13 *Imperator militibus distribuens prædia priuatorum tenetur dominis refundere pretium.*
14 *Vendere quando quis cogitur, intelligitur iusto pretio.*
15 *Plus petere tempore, aut re, nemo debet.*
16 *Hæredes mariti soluunt vxori dotes ante annum deducunt interusurium medij temporis.*

PRIVILEGIVM LXXVII.

1 DEbitor in diem, vel sub conditione non cogitur ante diem, † vel euentum cõditionis soluere, *l. qui hoc anno, ff. de verb. oblig. l. si in annos, ff. de cond. & demonstr. §. omnis, & §. sub conditione, Instit. de verb oblig.* Et ideo creditor agens ex con-
2 tractu conditionali vel in diem, probare † debet euenisse diem, & conditionem fuisse purificatam, *ita tenent Doctores communiter in l. hoc iure, quam legunt cum l. in illa, ff. de verb. oblig.* nihil enim debe-
3 tur ante diem, vel conditionis † euentum, *l. cedere diem, ff. de verb. signifi. l. vnica, §. sin autem sub conditione, C. de caduc. tollen. Corn. in cons. 75. col. 1. vol. 4.* Imo non sufficit, quod verè dies aduenerit, & conditio sit
4 purificata, nisi etiam id probetur iudici: † aliâs enim non datur actio, *Bald. in l. cum testamento, C. de manum. testam. Iaſ. d. l. in illa, col. 3. Dec. in cons. 177. Bello. in cons. 59. num. 4.* In tantum autem verum est quod ante diem, vel conditionem actio non competat,
5 vt procedat etiamsi necessitas superueniat, † vt probatur *in l. dotis, C. de collatio.* vbi maritus, qui dicitur dotis debitor in diem, vel sub conditione, non cogitur ante diem restituere dotem, etiamsi vxori incumbat necessitas eam conferendi. Et Riminal. ibi colligit ex eo textu, quod etiam vrgẽte necessitate debitor, non exigitur ante diem.

Tamen patronus, si egeat, potest ante diem
6 vel conditionem exigere à liberto operas † sibi promissas pro futuro tempore, & vlterius etiam compellere ad præstandum pretium operarum vt est text. *in l. 1. C. de oper. liber.* vbi dicunt, non aliter id domino licere, quam necessitate vrgente pro alimentis, *sequitur Riminal. in d. l. dotis.* Et ratio est, quia libertus tenetur patronum alere, atque ei subuenire in necessitatibus, *vt inquit text. ibi & notant glos. & Doctores omnes.* Sed id videtur concessum patrono non præcisè, sed causatiuè si nolit alere, aliâs autem si velit alere, non cogitur futuras operas ante tempus præstare, quinimo cum libertus non teneatur alere patronum nisi deductum ad extremam inopiam, non videtur quod cogi possit alimenta patrono præstare, dum est creditor operarum, atque ideo patronus cogitur futuras operas vendere. Cum ergo ratio hæsit, quia libertus tenetur alere, infertur, quod hoc non est speciale fauore alimentorum: Haberet enim locum in quocunq; creditore in diem vel sub conditione, qui ad inopiam, & egestatem deductus cogeret debitorem ad soluendum ante diem, quod ego non inuenio decisum. Benè habemus, quod ante diem cogitur pater legitimam
7 † vel alimenta soluere, quando dilapidat bona, *vt per Bal. in l. 2. num. 3. ver. pater habens, C. si in fraud. patr. Castren. in l. Imperator, ff. ad Trebel. vbi Alexand. num. 13. & Claud. Aquen. num. 6. Castren. & Iaſ in authen. si qua mulier, C. de sacros. eccles. & dixi latè supra in priuileg. incip. pater dum viuit.* sed id permittitur, quia pater tenetur ad alimenta, & cogitur ea præstare ante diem, vt aliquo modo cautum sit filio. Vbi autem non esset debitor ex causa alimentorum sed alia, secus esset. Similiter videmus, quod si debitor in diem labatur facultatibus vel suspectus sit de fu-
8 ga, non cogitur soluere ante diem, † sed detinetur donec fideiubeat *Bald. in l. 1. in fin. C. de cond. ex le. in l. 3. in fin. C. commod. Alexand. in l. 3. in princip. ff. soluto matrimonio, in l. si ab arbitro, ff. qui satisdar. cog. vbi Iaſ. num 7. dicit ad hoc esse gloſſam singularem in l. quæsitum in ver. interest. ff. de pigno. alios citat ibi in cons. 68. n. 10.*

Aduerte etiam in praxi, quia etsi cogatur libertus operas præstare ante diem, & earum pretium soluere, tamen in æstimandis operis deducendum erit interusurium medij temporis, ita enim videmus in fiscali debitore, qui etsi vrgẽte necessi-
9 tate ante diem exigi † possit, tamẽ deducitur medij temporis interusurium, *l. 1. vbi glos. Bald. & Salicen. C. de condic. ex le. Afflict. in c. 1. in ver. vectigalia, numer. 51. in tit. quæ sint regalia.* Et idem est in debi-
10 tore † eius qui est fisci debitor *secundum Cyn. in l. prima, §. exactio, C. de rei vxor. actio. Bald. in authen. bona damnatorum, C. de bon. damnat.* idem videmus in legato in diem, quod vbi deducitur in æsti-
11 mationem, tanto minus † æstimatur propter interusurium, *l. lege Falcidia, in princip. l. circa, in principio, l. in quantitate, §. in diem, in l. qui quadraginta, in*

prin

princip. ff. ad leg. Falc. & Moderni, & ponunt Moder. Gal. in tract. de vsur. num. 275. & sequen. Et vbi Imperator dat militibus prædia priuatorum, vti † facere
12 potest propter vtilitatem publicam, *l. item si verberatum, §. primo, ff. de rei vend. l. Lucius, ff. de euictio.* red-
13 dit tamen pretium † domino, *l. secunda, C. ex quibus causis ferm. ad liber. perue. Archid. in cap. per principalem, 9. quæstio. 3. Ioan. Andr. ad Specul. in rub. de exequuti. senten. in fi. Bald. in dicta l. 2.* Et in notabili casu latè hãc conclusionem probant Nat. *in cons. 554. per totum, & Rolan. in cons. 69. per totum, volum. 2.* vbi super eodem facto consulentes concludunt, Hispaniarum regem, qui pro defensione status Mediolani Castrum Valentiæ æquauit solo, teneri ad refectionem omnium damnorum erga vasallum, qui de eo Castro inuestitus erat. Et adducunt multa iura ex quibus inferri optimè potest ad casum nostrum. Facit etiam, quia etsi multis in casibus
14 contra iuris regulas cogatur quis vendere, † id tamen intelligitur refecto iusto pretio, *l. si fideiussor, §. meminisse, vbi glos. Bart. Bald. Imo. & Cuman. ff. de leg. 1. Tiraquel. de retract. consang. §. primo, glos. 18. num. 2. & sequen. Rolan. in cons. 71. num. 9. vol. 3.* & qui ante diem soluit plus soluit, *§. si quis agens, ver. plus autem Instit. de actio.* vbi Ioan. Fabr. Ioan. de Plat. Et Angel. dicunt procedere siue à lege, siue ab homine adiecta sit solutioni, & ibi prosequitur Ias. *numer. 2.*
15 nemo autem potest plus re † vel tempore petere, *dicto §. si quis agens,* vbi indicta est pœna plus petentibus, *& in l. vnica, C. de plus petitio.* facit etiam, quod voluit Bald. *in authen. ei qui iurat, numer. 39. C. de bon.*
16 *auth. iud. possid.* vbi inquit, quod hæredes † mariti cum soluant vxori dotes ante annum & diem à lege prȩstitutum, deducere possunt interusurium temporis intermedij, *sequitur Cuman. in l. diuortio, in principio, vbi Alexand. num. 21. Socin. num. 17. ff. soluto matrimonio, Salicen. in l. 1. §. sin autem, numer. 6. C. de rei vxo. actio Aret. in §. fuerat, num. 8. Instit. de actio. Corne. in cons. 129. col. 2. vol. 1. Ias. in l. qui Romæ, in principio, numero 6. ff. de verb. oblig. Rebuff. in reg. Gall. constit. tomo. 1. de senten. prouis. articul. 3. glos. 1. numero decimo, in fine.* Nulla ergo ratio impedit, quo minus libertus quoq; inter vsurium operarum pro medio tempore deducat, & tanto magis æstimentur repræsentato opere, quanto interest eius soluere ante diem.

SVMMARIVM.

1 *Auxilium non dicitur propriè præstari post commissum delictum.*
2 *Auxilium tribus temporibus præstatur ante scilicet, & post delictum, & in ipso delicto.*
3 *Auxilium præstat delinquenti, qui post delictum tradit ei alimenta.*
4 *Auxilium præstans post delictum punitur.*
5 *Alimenta si quis delinquenti post delictum præstat non punitur.*
6 *Misericordia ductus si quis delinquit mitius punitur.*
7 *Aduocatus dicitur opem delinquenti præstare.*
8 *Aduocatus non punitur si delinquentem miserationis gratia defendit.*
9 *Damnatus ad metalla agit ad alimenta.*
10 *Carcerato si quis prohibet victum præstari punitur.*
11 *Hospes qui cibum dedit delinquenti post delictum non punitur.*
12 *Receptans bannitum, quem tamen ignorabat esse talem non punitur.*
13 *Auxilium quando, & quibus casibus dicatur quis præstare, vide remissiuè.*

PRIVILEGIVM LXXVIII.



1 Vxilium licet propriè præstari non dicatur † post commissum delictum *secundum Bart. in l. non solum, §. si iuramento, ff. de iniur.* vbi inquit vidisse assessores multos in hoc errare, *idem Bart. in l. si quis in graui, §. si quis quam ff. ad Sillan. Bar. & Bald. in l. raptores, C. de episc. & cler. Arimin. ad Ang. de malefic. in ver. & Andream, num. 5. vbi dicit communem alios citat Marsil. in §. constante, num. 54. in pract. crimin. Clar. in sua praxi, §. fi. quæst. 90. num. 2.* tamen generaliter sumpto vocabulo dicitur etiam auxilium, quod præstatur post commissum delictum. Tri-
2 bus enim modis datur auxilium ante † delictum, in ipso delicto, & post delictum, *vt declarat Bartol. in l. in furti, §. ope, ff. de furt. Ang. in d. ver. Andream auxiliatorem, colum. 1. ver. quæro quot modis, Bald. in l. ob hæc verba, ff. de iis, qui not. infam. Præt. Papien. in forma inquisitionu, in ver. auxilium, & fauorem, & multos ad hoc citat Carrer. in sua praxi, §. homicidium, il. 4. num. 2.* & dicitur auxilium, & fauorem præstare delinquenti, qui ei post commissum delictum præstat
3 alimenta, † *secundum glos. in clem. 1. de pœnis, Cardin. in clem. 1. quæst. 17. de foro compet. Cæpol. in cons. crimin. 27. colum. 2. circa med. ver. de auxilio, & fauore, Carrer. d.*
4 *§. homicidium, il. 4. num. 16. & 43.* & qui opem † præstat etiam post delictum punitur *l. raptores, propè fin. C. de episc. & cler. l. vnica, §. pœnas autem, C. de rapt. virgin. l. vnica, C. de his, qui latron. Bartol. in d. l. si quis in graui, §. si quisquam, & in d. l. in furti, §. ope, Felin. in c. 1. limitat. 3. de offic. de leg. & in capitulo, sicut dignum. de homicid. Bossius in tit. de homicid. numero trigesimo quinto, Carrer. d. §. homicidium, il. 4. Natta in consilio quadringentesimo quinquagesimo octauo, nu. 7. Clar. d. quæstio. 90. num. 1.*

Tamen fauore alimentorum, si quis post com-
5 missum delictum præstet alimenta † delinquenti non punitur, *vt voluit expressè Iacob. Boluen. in l. capitalium, §. famosos, num. 108. ff. de pœn.* vbi mouetur, quia si delinquentem iam damnatum licet impunè alere, *vt probatur in l. 3. in princip. ff. de his, quæ pro non scrip. lege legatum, ff. de c. diminutio.* multò magis licebit ei ante sententiam subuenire, & pro eius dicto facit, quia nulla maior misericordia impendi potest, quam egenti dare, *vt dixi supra sæpissimè,* qui autem aliud facit contra legum rigorem
6 misericordia ductus, † mitius punitur, si id sit illicitum, *vt est text. in l. fin. post princip. ff. de custod. reor. l. & eleganter, §. item Labeo, ff. de dolo ma.* vbi qui misericordia ductus alienum seruum compeditum soluerit, vt fugeret actione in factum, tãtummodo tenetur, quod si ex alia causa fecerit punitur de furto. Et dicit gl. *in c. 2. in ver. intentio de apostat.*

quod

quod facilius expiatur delictum ex quadam pietate commissum, quam vbi impietas illi causam dedit. *Et ibi hoc notat Abb. alios citat Tiraquel. in tracta. de pœn. temper. cau. 24. per totum.* Facit etiam, quia etsi non liceat aduocare pro delinquente, imo vi-
7 deatur eo casu aduocatus opem † præstare, *Bart. in l. post legatum, §. sunt qui. ff. de his quib. vt indign. id Bar. in d. l. in furti, §. ope, col. 1. Marsil. in d. §. constante, nu. 69. de quo videri possunt multi citati à Carrer. in §. d. homicidium, il. 4. num. 49.* tamen qui misericordiæ causa
8 patrocinium præstat † puta principi supplicando non punitur, *arg. l. quidam, ff. de reb. dub. l. relegati, ff. de pœnis, Boulen. in d. §. famosos, num. 107.*

Prædictam verò sententiam Boulen. impugnat Cord. *in l. si quis à liberis, §. sed vtrum, ff. de liber. agnosc.* vbi dicit, puniendum esse eum, qui delinquenti præstat alimenta. Mouetur, quia criminosi viri debẽt fame, & egestate laborare, vt eorum exemplo cæteri à scelere abstineant, *l. bona fides, ff. depos.* subdit quoque delinquentẽ consentire pœnę per *l. Imperatores, ff. de iu. fisci.* De qua quæstione, quamuis à proposito extranea latè ibi agit. Verum re melius discussa existimat aduertẽdum esse, quod aut agimus de bannito, vel de inquisito, & accusato. Primo casu non est dubium, quin præstans alimenta bannito puniatur: Videtur enim illum receptare, cum tamẽ cauendi sint, non recipiendi, aut fouendi. Et hoc est, quod dixi supra. Statutum enim prohibẽs, ne quis receptet bannitum, locum habet in eo, qui eidem victum ministret: Secundo casu distinguendum est, aut alimenta præstantur vt facilius, & commodius delinquens fugiat, & occultetur. Et hoc casu tenetur de auxilio, aut non ad hunc finem præstantur, & non tenetur. Indicia enim auxilij post delictum præstiti eò tendunt, vt delinquens impunis euadat. Cæterum si non ad eum finem dirigantur, non sunt in consideratione. Ideo videmus quod damnato præstantur alimenta, *d. l. 3. de his quæ pro non script.* Et dicunt Bar. & Ang. *in l. si victum, ff. de re iud.* quod
9 etiam damnato † in metallum datur actio ad alimenta, ideo datur actio iniuriarum ei qui prohi-
10 bet victum deferri carcerato, † *vt probatur in d. l. si victum, vbi Imo. & Ias. latè agunt de intellectu illius text. & diximus supra abundè.* Eadem ratione dicimus, quod hospiti, & cauponi non imputatur quod cibum dederit bannito, vel etiam delinquẽti, quia id non tendit ad recipiendum illum de manibus
11 iustitiæ, † *vt inquit Bar. in l. 1. ff. de receptato. Carrer. d. §. homicidium, il. 4. num. 38.* Est ergo conclusio, quod vt aliquis ex eo puniatur de auxilio, quod post delictum præbuerit alimenta, attendi plurimum debet qualitas personæ, puta si erat inimicus occisi, si alia concurrebant indicia: aliâs enim sola præstatio alimentorum non sufficeret ad probãdum auxilium, id quod procederet, multò magis, si is ignorasset delictum fuisse ab illo cõmissum,
12 vt de receptatore dicimus, qui excusatur, † si ignorauit eum, quem receptauit esse bannitum, *secundum Bart. in d. l. omnes, Bal. in d. l. quicunq;, in princip. C. de seru. fugit. Salicen. in l. 1. in fi. C. de his qui latron. Rom. in cons. 472. Socin. in cons. 262. vol. 2. Alex. ad Bart. dicta l. 1. de receptato. Marsil. in l. 1. C. de rapt. virgin. infinitos cumulat Carrer. dicto §. homicid. il 4. num. 32. & seq.* Quando autem, & quib. casib. plectatur qui præ-
13 stitit auxilium, *vide* † *apud Marsil. in d. §. constante, Carrer. loco prædicto. Clar. dictæ q. 90.* Et dixi aliquid *in cons. 40.* Et ex iis poteris dignoscere, quando de auxilio puniri possit, qui delinquenti ministrauit alimenta. Facit, quod dicam infra de bannito.

SVMMARIVM.

1 *Monachus non potest quidquam habere proprium.*
2 *Monachus habens proprium remouetur à communione altaris, & ei denegatur sepultura.*
3 *Monachus aliquid habens ex licentia abbatis, vel Papæ, intelligitur habere ratione administrationis.*
4 *Seruus nõ habet proprium, sed ex permissu domini habet peculium.*
5 *Seruo relictum ita domino acquiritur, vt nec etiam momento sit apud seruum.*
6 *Monachus potest aliquid habere ratione vsusfructus, vt si victum quærat, & vestitum.*
7 *Episcopalis dignitas eximit à multis contentis in monachali regula. sed non in totum.*
8 *Monachus factus episcopus non potest habere propriũ.*
9 *Monachus factus episcopus non deponit habitum.*
10 *Monachus factus episcopus, si depositio habitu monachali assumat roche, tum excommunicatur.*
11 *Monachus non potest eleemosynam facere etiam cum licentia abbatis vbi ampliatur.*
12 *Monachus potest bona monasterij elargiri pauperi, & inopi, sine abbatis licentia.*

PRIVILEGIVM LXXIX.

1 MOnachus non potest aliquid habere † proprium, *vt in cap. cum non dicatis, 12. quæst. 1. c. ad monasterium, in princip. de statu monach. in auth. ingressi, C. de sacros. eccles.* imo si habeat peculium sine licentia abbatis remouetur ab altaris communio-
2 ne, & decens † priuatur sepultura, & fratrum cõmunione, *vt dicitur in c. monachi, de sta. monach.* imo si ex licentia Pontificis, vel abbatis, aliquid illi dimittatur, intelligi debet nõ quod de eo possit pro
3 libito disponere, sed vt habeat † administrationem, *Bart. in d. auth. ingressi, Innocen. in cap. dilectus. de præben.* vbi quod monachi, quibus permittit Abbas aliqua, non dicuntur habere proprium, tamẽ
4 ex permissu domini potest habere peculiũ. † Declarat in proposito Abb. *in c. nisi essent, nu. 12. de præben.* Et ideo Bar. *in auth. excipitur. C. de bo. quæ lib.* dicit, quod si quis monacho relinquat sub eo modo, ne quid monasterio quæratur, intelligi debebit, quoad relicti vtilitatem, non autem quoad proprietatem, quia non valeret ex quo relictum monacho acquiritur monasterio. *c. vnico 18. quæst. 1.* Sicuti quod seruo relinquitur, ita domino acquiritur † vt nec momento remaneat apud seruum,
5 *l. placet, ff. de acq. hæred. & de hac decisione multa ponit Abb. in d. c. monachi, num. 8.* vbi inquit habuisse de facto, & debere intelligi, quod religiosus administrationem habeat in casu licito. Et idem Abb. *in d. c. nisi essent. nu. 12.* dicit, quod si non accessit Papę

dispen-

dispensatio, potest Abb. pro libito auferre, quod semel permisit.

Tamen religioso vel monacho permittitur, quod possit habere aliquid proprium ratione vsusfructus, ex quo subueniat suis necessitatibus,
6 id est comparet sibi victum, & vestes, † *vt voluit Bar. in d. auth. ingressi, C. de sacros. eccles. Innoc. in c. insinuante, ne cler. vel monach. Calder. in cons. 2. tit. de regul.* vbi ait, quod monacho concedi potest, vt habeat vsum fructum pro suis necessariis. Et dicunt Inno. Abb. & alij *in d. c. nisi essent*, quod monacho potest per Abbatem assignari certa pēsio super fructibus beneficij, Abb. *in d. c. monachi, num. 4.* vbi, quod religiosi possunt de abbatis licentia habere administrationem pro alendo seipsum, *allegat c. insinuante, qui cler. vel nouent.* Et subdit, quod nec etiam Papa possit monacho concedere quod habeat proprium ad effectum disponendi pro libito, de quo tamen videndum est quod ponūt Doctores *in c. cum ad monasterium, de stat. monach. & ponit Gigas ad pension. in 15. quæst. num. 1. & sequen.* Et prædicta sunt notanda, quia procedunt non solùm in simplici monacho, sed etiam in eo, qui factus est
7 episcopus. Nam etsi dignitas episcopalis † eximat à multis ex cōtentis in regula monachali, *vt in c. 1. vbi gl. 18. quæst. 1.* tamen non in totum eximit, vt est text. *in c. clerici, de vi. & honest. cleric.* & monachus fa-
8 ctus episcopus non potest habere † proprium, *gl.*
9 *1. in c. quia in tua. 12. quæst. 1.* Ideo non deponit † habitum. *glos. in c. noua, 16. q. 7. in c. sanctimonialis, 23. dist. Doctores in c. quod timorem, vbi Butr. de statu regulat.* &
10 si depósito habitu assumat rochetū, efficitur † excommunicatus, *Cardin. in clem. ne in agro, in princip. q. 3. de vita & hone. cleric. Ias. in d. auth. ingressi, num. 16.* vbi etiam subdit, quod talis episcopus non potest comedere carnes.

Adest & aliud speciale fauore alimentorum, quod huic mihi iure annectendum videtur, quia etsi monachus regulariter nihil habeat propriū,
11 & de alieno largiri species furti sit, ita vt etiam † eleemosynam non possit facere sine abbatis licentia, *arg. x. non est putanda, 1. quæst. 1. & in clem. quomodo. §. sed & tales, de vita, & hone. cler.* dicitur, quod religiosus sine abbatis licentia non potest eleemosynæ causa dare vestem, quam diu portauit, tamen pauperi fame pereunti potest monachus sine ab-
12 batis licentia largiri pro eleemosyna † bona monasterij, *vt voluit gl. 2. in princip. in c. non dicatis, 12. q. 1.* Ratio est, quia ex Dei præcepto subueniendum est ei, qui fame laborat, *ca. non satis 86. dist in.* monachus autem Deo magis quam abbati debet obtēperare, *c. Iulianus 11. q. 3.* Et illam gl. dicit notabilem Abb. *in c. clerici. nu. 6. de vita & honest. cler.* vbi tamen intelligit, quando commodè non potest habere licentiam ab abbate; *Bonifac. de Vitalin. in clem. quoniam, in 3. par. 2. par. ver. sed & tales, nu. 6. de vita & honest. cler. vbi allegat Zenzelin. Benincas. in tracta. pauper. q. 7. in 9. specia. iudicio. num. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum legitimè factum non reuocatur nisi lite finita.*

2 *Sequestrum fieri potest de fructibus fundi litigiosi, quādo timetur de eorum dilapidatione.*

3 *Sequestrum non relaxatur lite pendente, licet res sit tempore peritura, sed vendita re pretium retinetur.*

4 *Sequestrum relaxatur vt ex eo alatur dominus rei, qui non habet aliunde.*

PRIVILEGIVM LXXX.

SEquestrum, quando ex aliqua causa factum est, non reuocatur nisi finita lite, † ex text. *in l. fi. §. quod si ei, ibi. sequestrari in eum diem in quo controuersia sopiatur, C. de ord. cogni. Bar. in l. si oleum, in princip. ff. de dona. Pract. Pap. in tit. de sequestro, in ver. audeat, vel præsumat, num. 2. ver. deinde quæritur,* quādo ei non prohibetur sequestratio, quando agitur de alimentis. Quinimo si dubitetur ne quis fructus fundi litigiosi conuertat in vsus suos, &
2 alimenta familiæ, potest iudex eos ponere † sub sequestro, text. est cum gl. *in l. diuus, ff. de petitio. hared. vbi illum ponderat Ang. Archid. in c. quia res, 11. quæstio. 1. Bald. in l. fideiussor, §. fi. ff. qui satisd. cogan. Ang. in l. Imperatores. §. fin. ff. de appellatio. Abb. in c. 2. de sequestr. poss. & fruct. & commune dicit Cur. in tracta. de sequestr. siue in l. vnica, nume. 11. C. ne prohib. sequestr. pecun.* vbi hanc partem defendit ab impugnationibus aliorum. Et in tantum verum est, quod si res sequestrata foret tempore peritura, adhuc sequestrum
3 non † relaxatur, sed venditur, & loco rei retinetur pretium, *secundum Bar. in l. interesse, ff. de acquir. possess. Innocen. in c. fin. de sequestr. poss. & fruct. Bart. & alij in d. l. si oleum, Ang. Aret. in d. l. Imperatores. §. fi. Pract. Papien. in d. tit. in ver. sapiens, nu. 6, Salic. in d. l. vnica, vbi Curt. num. 60. in fi.*

Si tamen ille, cuius bona sequestrantur, aliunde non habet vnde viuat, iudex debebit tantum
4 sibi relaxare de re sequestrata † quantum sufficiat pro alimentis, & expensa litis, *vt est text. in d. l. fin. §. quod si ei, C. de ord. cognitio.* vbi Salic. *num, 4. dicit illum tex. esse bene notandum, quia vix similis inuenitur, & illum text. ad hoc citat Bar. in tracta. alimento. num. 44. Rom. in d. l. si fideiussor. §. fi. Salic. in d. l. vnica, C. de prohib. sequestr. pecun. vbi Cur. nu. 12. allegat tex. in l. is cui, §. qui legatorum, ff. vt in possess. lega. quem post Bar. ibi dicit ad hoc esse singularem Ias. in authen. res, quæ num. 31. in fi. C. com. de lega. & ibi sequitur An. de Padil. num. 83. Lamberteng. in tract. eor. qui sine cer. solenn. gl. 1. num. 56.* & Aufrer. *ad Capell. Thol. q. 477. circa medium,* dicit, quod ne pauper fame moriatur, non potest fieri fructuum sequestratio, *Lancello. in tracta. de attenta par. 2. c. 4. declar. 4. num. 23.* Et ratio prædictorum est, quia possessor pendēte lite debet fructibus gaudere. Præterea si actori sunt ministranda alimenta à reo, quando habet pro se præsumptionem, est pauper. *vt dixi supra in tit. quibus debeantur alimēta,* quanto magis erunt danda reo de rebus propriis, cum maiori fauore dignus sit reus, quàm actor, *l. fauorabiliores, ff. de regiu.* Et si teneretur actor de proprio subuenire, quanto magis ei subueniendum est de suo, etsi res, quam certo constat esse restitutioni subiectam, potest alienari pro ali-

mentis grauati, vti dicunt Doct. *in d.auth.res quæ, & dixi hoc eod.tit.* multò magis alienabitur, quando certè non scimus ad alium pertinere.

SVMMARIVM.

1 *Filius naturalis non impugnat patris testamẽtum, nec succedit contra illius voluntatem.*
2 *Legitima non debetur filio spurio, aut naturali.*
3 *Testamentum non rumpitur, nisi ab iis quibus legitima debetur.*
4 *Naturalis filius impugnat testamentum patris, si sibi non reliquit alimenta.*
5 *Naturalis filius succedit matri ab intestato in omnibus bonis.*
6 *Filius naturalis succedit vna cum legitimis.*
7 *Naturalis quoad matrem habetur in omnibus pro legitimo.*
8 *Mater tenetur legitimo filio relinquere legitimam.*
9 *Legitima debetur filio naturali in bonis maternis, aliàs agit de inofficioso contra testamentum.*
10 *Donatio facta a patre non reuocatur natiuitate filij naturalis.*
11 *Naturalis filius, vel etiam spurius postea natus reuocat paternam donationem vsq; ad alimentorum quantitatem.*
12 *Filius naturalis reuocat ex dispositione l. si vnquam donationem factam a matre.*

PRIVILEGIVM LXXXI.

1 FIlius naturalis non succedit contra volũtatem patris, nec impugnat † illius testamentum, *vt voluit gl. in l.1. in princip. in ver. naturales, vbi eam sequitur Bar. ff. de bono. poss. contra tab. & est tex. in l. spu. vbi eam ponderat Bald. C. de natural. lib. & illam gl. dicit singularem Bal. in l.1. C. quor. bono. & sequitur idem Bald. in multis locis citatis ab Alexan. in cons.74. in fi. vol. 2. Barbat. in cons.58. vol.2. & in cons.49. vol.4.* Et Alexan. in loco prædicto inquit, idẽ esse in filio spurio. Et ratio est, quia spurio, vel etiam naturali nõ
2 debetur † legitima, *vt per Ferdin. in l. in quartam, num. 41. & seq. ff. ad leg. Falcid. Ascan. Clemen. in tracta. de patr. potesta. cap.5. num.32. & sequenti,* & non rumpunt te-
3 stamentum illi quibus † nulla debetur legitima, *Bald. in l. maximum vitium, num.21. C. de lib. præt. Castr. in cons.213. volum.1. Alexan. in cons.47. num.12. in 2. vol. 2. Dec. in cons.105. num.1. vol.1. Afflict. in decis.158. num.5. & 6. Ruin. in cons.40. num. 2.9. & 15. vol.3. Bero. cons.70. num.8. cons.150. num.7. vol. Garzias in l. Gallus, §. & quid si tantum, num.209. & num.215. ff. de lib. & posthum. vbi etiam Galliau. num.54. Crot. num.109. & Ruin. num.137. Socin. iun. in cons.87 num.4. vol.4. Gram decis. 57. num. 33. Clar. in tit. de testa. quæst.42. ver. quæ quidem, D. Bertius in cons.103. num.19.* Et quòd naturalis filius non succedat contra voluntatem patris, tenuit etiam Bald. *in l. sciendum. in 1. lect. in fin. ff. de inoffic. testam. vbi dicit, illam gl. esse singularem, alios citat Ascan. d.c.5. n.33.* vbi dicit quòd nec legitimam petere, nec relictã consequi potest. Et probatur *in auth. licet, C. de natur. libe.* vbi dicitur, quod non extante legitima sobole, licet patri relinquere filio naturali, quantum vult.

Fauore tamen alimentorum, quæ pater tenetur relinquere filio naturali, vel spurio, licebit filio indigenti contrauenire paterno testamento,
4 atque illud impugnare, † *vt in specie declarat Dec. in l.1. num.11. C. de bono. poss. contra tab. vbi tamen nihil allegat.* Sed ratio est, quia cum alimenta filio naturali à iure conceduntur, id omne videri debet permissum, sine quo consequi non potest debita alimenta, *capitulo cum quid, de reg. iur. in 6. & hanc decisionem sequitur quoq; Paleo. in tracta. de noth. & spur. cap. trigesimo quarto, numer.10.* Hæc autem specialitas optimè succedit in testamento patris, sed in testamento matris aliud est, filij illegitimi quia quoad matrem habentur pro legitimis, & ei suc-
5 cedunt † in vniuersum ab intestato. §. *penult. Instit. de succes. cognat.* etsi extent legitimi, cum eis con-
6 currunt † in successione, *l. penult. in fi. vbi Bal. & Cor. C. ad Orficia. & ponit ibi Cagnol. nu.34. & seq. & nu.42.*
7 Et quod habentur in omnib. pro legitimis † quoad matrem, probat Alexan. *in l. ex facto, §. si quis rogatus, il primo, num.45. ff. ad Trebel. Bened. in cap. Rainu. in ver. testam. il primo, num.84. extra de testam. Boer. in decis.240. num.14. Doctores in l. hac consultissima §. ex imperfecto. C. qui testam. facere poss. Alciat. in l. familiæ, §.1. num.7. ff. de verb. signifi.* Sicuti igitur filiis legitimis
8 mater tenetur legitimam relinquere, † aliàs testamẽtum subiacet nullitatis vitio, *Sapia in rub. C. qui admitti, num.48. Clar. de testa. quæst.45.* ita legitimam
9 debet relinquere † filio naturali, *vt per Ascan. d.c.5. num.41. ver. hinc est tertiò.* & quod naturalis accusare possit matris testamentum de inofficioso, probat text. *in l. si suspecta, §.1. ff. de inoffic. testam. Paleot. in d. tracta. cap.38. num.6.* Id ergo quod dictum est fauore alimentorum, posse naturalem, vel spurium impugnare paternum testamentum, non æquè procedit in testamento matris, quia impugnare illud potest, etiamsi non tractatur de fauore alimentorum.

Per rationem prædictam idem dicendum est in donatione, quam pater fecit, quia etsi ea non
10 reuocatur natiuitate † filij naturalis, vt probatur *in l generaliter, §. cum autem, vbi Pet. Dim. Cyn. Rainer. Forliu. Alex. Corne. & alij, C. de instit. & substut. cum infinitis, quos cumulat Tiraq. in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, num.56. C. de reuoc. donat. Paleot. in d. tracta. c.34. num.1. vbi dicit ita tenendum esse in consulendo & iudicando,* tamen naturalis vel etiam spurius dona-
11 tionem reuocabit † vsque ad legitimam quantitatem alimentorum, *vt voluit Paleot. in loco prædicto. num.10.* Mouetur, quia si potest pro alimentis impugnare testamentum, eadem ratione poterit impugnare donationem. Et dicit Ripa *in d.l. si vnquã, num.51.* quod donatarius tenetur etiam alere spurios, seu naturales filios donatoris, de quo latè dixi *supra in tit. quibus debeantur alimenta.* Et id quidem rectè procedit in donatione, quam pater fecit. At in donatione facta à matre, filius naturalis, qui potest matri succedere secundum distinctionem *auth. si qua illustris. C. ad Orficia.* reuocabit donatio-
12 nem † ex dispositione *l. si vnquam,* vt voluit Tiraq. *in dicto ver. susceperit liberos, num.62.* qui dicit, quod naturales etiam iure canonico inspecto succedũt matri, sicut legitimi, *secundum gl. capitulo nisi cũ pridem, in ver. manzeres, de renuncia. Hostien. in capitulo, la-*

tor, qui fil. sint legit. Atq; ita duplici priuilegio gaudent alimẽta, & ceu naturales filij vigore alimentorum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres iussus dare alicui redditus vnius fundi, potest soluere reddituum valorem inuito legatario.*
2 *Hæres iussus dare alicui redditus vnius fundi, potest legatario remittere fundum colendum.*
3 *Hæres iussus dare redditus fundi pro alimentis, non potest soluere æstimationem.*
4 *Roman. in cons. 388. col. 1. declaratur.*
5 *Fructus fundi & redditus fundi, idem sunt.*
6 *Fructus fundi quando relinquuntur, vel etiam redditus, semper deducitur portio coloni.*
7 *Fructus intelliguntur deducti impensis.*
8 *Testator relinquendo vinum, frumentum, vel quid simile, intelligitur legare de eo, quod percipitur ex suis fundis.*

PRIVILEGIVM LXXXII.

Vando testator mandat alicui dari redditus alicuius fundi, tunc inuito legatario potest hæres soluere æstimationem,
1 & valorem reddituum, non autem ipsos † redditus, *vt est text. in l. fundi Trebatiani, ff. de vsufruct. lega. facit l. liberto. in princ. ff. de annu. lega. & l. nihil. ff. de l. 1.* hoc etiam notandum inquit Rom. *sing. 434.* & gl. *in d. l. fundi*, dicit ibi esse casum, in quo aliud pro alio soluitur inuito creditore. Et hanc ponit pro limitatione Iaſ. *in l. 2. §. mutui datio, col. pen. ver. septimò fallit, post Alber. ibi, ff. si cer. peta. & illum tex. dixit etiam not. Bald. in l. vnica, §. ex certo, ante numerum primum, ver. extra quæro, C. de caduc. tollen.* Ad hoc quod hæres tenetur facere & curare quod fundus ille diligenter colatur, & seminetur, sequitur Alexa. *ibi ad Bar. in 1. & 3. additio.* Imò hæres potest remit-
2 tere † legatario fundum colendum pro libito, *vt voluit Bald. in l. si quis argentum, in princip. num. 6. ver. si verò nota. C. de dona.* vbi si testator reliquit religiosis decem sextaria vini, potest hæres assignare religiosis inuitis vineam, quæ deductis expẽsis reddat tantum vini, nec illi poterunt recusare curam vineæ, quod meo iudicio est notandum, *sequitur Alex. ad Bar. in d. l. fundi Trebatiani.*

Verum vbi illi fructus relinquuntur in causam
3 alimentorum, non poterit hæres † æstimationem soluere, vel quid dare diuersum à fructibus relictis, quia ille fundus remanet obligatus pro alimentis legatis, *vt voluit Rom. in cons. 388. col. 1.* & dixi supra, loquendo de hypotheca, quæ tacitè constituitur pro alimentis relictis, & ita limitat additio ad Rom. *in d. sing. 434.* Hoc tamen priuilegiũ
4 non conuenit illi textui, nec † ex eo benè deducitur: nam quidquid gl. ibi dixerit, non licet aliud pro alio soluere, sed si fundus consueuit locari numis, præstanda erit pecunia: si verò locari cõsueuit ad quãtitatem fructuum, tunc fructus peti & præstari debent, atque ita non potest peti aut præstari pecunia p fructib. neque fructus pro pecunia. Ita declarat Bar. *in d. l. fundi, num. 3.* vbi limitat, quando post fructuum consumptionem tractandum est necessariò de æstimatione. Nihil ergo est speciale in alimentis, nisi dicamus quod relictis fructibus alicuius fundi, licet hæredi fundum alienare, dummodo solitos redditus præstet, vt ibi dicitur, *in princ.* quod secus est, quando fructus fundi relinquuntur in alimenta, quia tunc, cum fundus sit obligatus pro alimentis non potest in præiudicum legatarij alienari. In quo tamẽ vide, quod generaliter dixi supra, hoc eodem titulo, & facit, quia vbi vsus fructus fundi relictus est, non licet hæredi illum alienare, *vt probatur in d. l. fundi, & ibi benè declarat glos.* & aduertatur, quia non interest quod relinquantur fructus, vel red-
5 ditus † fundi, nam idem est, *vt declarat Bar. in l. fun-*
6 *di, in princ.* & siue fructus fundi, siue redditus † relinquatur, semper deducitur portio coloni, *vt per Bar. ibi num. 4.* fructus enim semper intelliguntur deducta impensa culturæ, atque ea, quæ colligen-
7 dorum, & custodiendorum causa fit, † *secundum gl. Bar. Ang. & alios in l. in fundo, ff. de rei vend. gl. in §. ex diuerso, Instit. de rer. diuis. cum infinitis adductis per Tiraq. de retract. consang. §. 15. gl. 1. num. 1.* Est etiam aduertẽdum circa legatum frumenti, vini, & similium rerum, quæ ex fundis percipiuntur, quod in dubio testator relinquere videtur de eo, quod percipi-
8 tur † ex suis fundis est text. *in l. 3. in princ. vbi Bar. & Bald. ff. de vino, tritico, oleoq; lega. Din. Cyn. Bal. & alij in l. si domus, ff. de leg. 1.* Et procedit non solùm in relictis ex testamento vel vltima voluntate, sed etiam in eo, quod debetur ex contractu, vel inter viuos, *vt per Bal. in d. l. si quis argentum, num. 2.* vbi ait, quod promittens certam quantitatem frumenti in genere, censetur de eo promittere ex fundis suis. Textus autem prædictus *in l. fundi Trebatiani*, procedit, quãdo mandat testator fructus dari legatario, secus quãdo legatus esset vsus fructus fundi.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non admittitur ad agendum.*
2 *Excommunicatus non potest reconuenire.*
3 *Excommunicatus si spolietur non est ante omnia reintegrandus.*
4 *Excommunicationis exceptio admittitur etiam in laicali foro.*
5 *Excommunicationis exceptio probari potest etiam post conclusionem in causa.*
6 *Excommunicatus admittitur ad excipiendum.*
7 *Excommunicatus minori excommunicatione admittitur ad agendum.*
8 *Excommunicatus admittitur ad agendum, quando res est tempore peritura. vide tamen nu. 11.*
9 *Excommunicatio non impedit quominus vxor possit agere ad restitutionem dotis marito vergẽte ad inopiam.*
10 *Vxor communicata non repetit dotem marito vergente ad inopiam, quando potest absolutionem procurare.*
11 *Excommunicatus non admittitur ad agendum etiam quando actio est tempore peritura.*
12 *Excommunicatus agere potest, vt debitor fugitiuus retineatur, non autem vt soluat.*
13 *Excommunicatus est habilis quoad extraiudicialia.*
14 *Beneficiatus suspensus est alendus de fructibus beneficij, quando aliàs esse fame periturus.*

15 *Excommunicatus admittitur ad agendum quando laborat extrema famis necessitate.*

16 *Excommunicatus admittitur quando non est in sua facultate exire de excommunicatione.*

17 *Excommunicata licet nō repetat dotem à marito vergente ad inopiam, tamen filij sui admittuntur ad agendum.*

18 *Filij quomodo admittantur ad agēdum pro restitutione dotis, quando mater est excommunicata.*

19 *Interesse quodcunque sufficit vt admittatur quis ad agendum.*

20 *Excommunicatus quando admittitur ad agendum debet constituere procuratorem.*

PRIVILEGIVM LXXXIII.

1 EXcommunicatus non admittitur † ad agendum, *c. intelleximus, de iudic. c. cum inter, de exceptio. c. excommunicamus, §. credentes, de hæretic. c. si verò, infra de senten. excom. c. de exceptio. in 6.*

2 imò nec potest reconuenire, † *vt in d. c. cum inter, vbi Abb. & Dec. nu. 10. Doctor. in d. c. intelleximus, vbi etiā Dec.* nullo enim modo potest stare in iudicio, & exceptio excommunicationis impedit, ne spoliatus † ante omnia restituatur, *vt voluit Abb. in c. cū quis, nu. 9. vbi Bero. nu. 40. de restit. spoliat. Corset. in reg. spoliat. ante omnia restitu. fallen. 17. Felin. in c. dilectus filius. il. 1. nu. 11. de rescrip. Ripa l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 86. ff. de acquir. possess. alios citat Menoch de recuperan. poss. remed. 1. nu. 322. & seq.* & exceptio † hæc recipitur etiam in foro laicali, *l. placet, C. de sacros. eccles. & not. in l. 1. C. de iu. & fac. igno.* & probatur etiam post conclusionem † causæ, *Abb. in c. exceptionem, col. 6. de exceptio. de quo tamen videri potest Asin. cōtrarium post alios tenens in sua praxi iudic. §. 23. c. 5. limit. 9.*

6 Admittitur tamen excommunicatus † ad excipiendum, *vt in d. c. intelleximus, & cap. cum inter, sicuti & ad replicandum, Specul. in tit. de exceptio. & replicatio. §. fin. nu. 3. & est communis opinio, secundum Dec. in c. à nobis, num. 7. de exceptio.* & intelligi debet de excommunicatione maiori, quia minor † non impedit, *Abb. in d. c. à nobis, & in d. c. intelleximus, nu. 6.*

Tamen quando maritus vergit ad inopiā, mulier potest non obstante excommunicatione agere ad restitutionem dotis, quia dos, quæ alimētorum loco succedit, subest periculo perditionis, & quando periculum est in mora, vt quia res est tempore peritura, vel debitor est fugitiuus, tunc

8 excommunicatus † admittitur ad agendum, *secūdum Abb. in c. cum inter col. 3. ver. Et per hanc rationem, de exceptio. quod singulare dicit Felin. in c. dilectus, il. 1. col. pen. ver. fallit quarto, de rescrip. & in d. c. cum inter, col.*

9 *10. ver. limita secundo.* Per quæ iura † concludit in ꝓposito Lup. *in repet. cap. per vestras, §. 27. nu. 8. de donat. inter vir. & vxo. folio mihi 114.* vbi subdit, hæc esse memoriæ tenenda tamquam noua & ab aliis in specie nō tacta, & ibi impugnat Bar. qui *in l. si constante, num. 64. ff. solu. matr.* vult, quod vxor excommunicata non possit agere ad repetitionem dotis. Credo tamen Bartoli sententiam saluari posse, quando periculum non esset in mora, & potest

10 mulier excommunicata procurare † absolutionem, nam tunc non admittitur ad agendum, sed submittendo se ecclesiæ debet petere absolutionem per ea, quæ ponit Hostien. *in c. significauerunt, exceptio.* vbi ait, quod etiam, quando actio est tem-

11 pore peritura, excommunicatus non † admittitur ad agendum. Et per eam decisionē dicit Abb. *in d. c. cum inter, nu. 13.* quod excommunicatus potest quidem agere, vt fugitiuus debitor retinea-

12 tur, sed non vt exerceat actionem tempore † perituram. Sed Lupus loco prædicto, imò Dec. *in d. c. cum inter, num. 18.* dicit non esse audiendum, eum etiam contra debitorem fugitiuum, nisi quoad capturam illius, quæ extra iudicium solet concedi, quia excommunicatus non est inhabilis, quo-

13 ad extra iudicialia, † *vt notatur in capitulo, veritatis, de dolo, & contum.* Quando autem præiudicium est irreparabile, vt quia excommunicata vxor fame esset peritura, existimo sine dubio eā esse admittendam ad agendum, quia non obstante excommunicatione, succurrendum est illi, vt possit ad ecclesiam redire, per ea quę ponit gl. *in capitulo pastoralis, §. verum, in gl. fin. in fi. de appellat.* vbi ait quod,

14 & si regulariter beneficiatus non sit alendus † de redditibus beneficij, tamen fallit quando esset fame periturus. Et eam gl. sequuntur omnes, *vt inquit Præpos. in capitulo, præter hæc, num. 9. distinc. nu. 32. Abb. in d. parag. verum, num. 16.* vbi quod subuenitur

15 excommunicato existenti in extrema famis † necessitate. Et non aliter, idem voluit Dec. *num. 9. Felin. in cap. apostolicæ, col. 5. de except. Franc. March. decis. 880. num. 28. Didac. lib. 3. variar. resolut. cap. 13. ver. 12. hinc etiam.* Et idem dicendum est, quando aliquo

16 impedimento † obstante non esset in facultate mulieris exire de excommunicatione, *vt per Dec. in dicto §. verum, num. 9. Franc. de March. d. decis. 880. nu. 28. & dixi in tit. quibus debeantur alimenta, in quæstione de clerico suspenso, depositio, vel excommunicato.* Aduerte tamen, quia & si non admittitur regulariter vxor excommunicata ad repetendum dotem ob vergentiam mariti ad inopiam, tamen filij vti coniunctæ personæ poterunt nomine matris ad pro-

17 priam vtilitatem conuenire patrem † personali actione vel tertios possessores actione hypothecaria pro dotis restitutione, nec eis obiici poterit exceptio excommunicationis maternæ; quia etsi vtantur alterius iure, tamen agunt vtilibus tantū actionibus, & ad vtilitatem propriam, vt per Bar. *in l. si constante, num. 64. vbi confirmat multis similib. & Bald. nou. ibi, num. 62. dicit hoc esse notabile in practica;* Hæc tamen Bartoli doctrina mordetur ab Imola *ibi, col. 5. in fi. ver. vltimò adde.* quia filius non est propriè in rem suam procurator, ex quo ad eum non spectat commodum restitutionis, nec ei est quæsita actio aliqua. Subdit tamen optimum esse re-

18 medium, quod filij petant sibi prouideri † officio iudicis de alimentis, & si dubitet ob malam patris administrationem, de futura sint in posterum alimenta, petat prouideri. Sed ea remedia, quæ Imo. proponit, eadem ferè sunt cum deductis à Bar. & non conueniunt quæstioni, quia agimus an pro restitutione dotis filij agere possint nomine matris excommunicatæ, non an detur sibi officium iudicis pro alimentis. Crot. autem *in d. l. si cōstante, num. 86.*

num.86. impugnat Bar. quia coniuncta persona, tunc vtiliter agit pro coniuncta inuita, quando sua interest principaliter, at filiorum principaliter non interest dotem restitui, sed secundariò, vt ex ea præstentur sibi alimenta, vt etiam considerauit Imola loco prædicto. Et hanc rationem approbat etiam Lupus loco prædicto, *nu.13.* vbi allegat solùm Imo. & Ro. sed non Crot. à quo ipse fundamenta desumpsit. Hoc tamen argumẽtum non subsistit, quia tunc attenditur interesse, quãdo vellet coniuncta persona agere alia inuita, at secus quando non agit ea reluctante, non etiam videtur, quod benè comprehendatur Bar. *in secũdo remedio*, nam quomodocunque interesse † possit, datur actio, *secundum Bald. in l. si defunctus, in prin. ver. sed contra hæc oppono, C. de suis, & legit. Abb. in c. veniens, il. 2. num. 9. de testib.* vbi quod sufficit interesse apparens, *Cur. ad Alex. in l. ille à quo, §. si de testamento, num. 3. ff. ad Trebellia.* Sed alia ratione destruitur decisio Bar. quoad omnia remedia, quia filij patre viuente, non possunt alimenta prætendere ex bonis matris, & ideo nullum versatur interesse respectu dotis maternæ, sed alimenta petere debent à patre, qui si dilapidat bona, agere possunt eo remedio, quo dictum est supra. Hac eadem parte admitti filium contra patrem dilapidantem, intelligendo tamen, quando pater est soluendo ex propriis bonis.

Tenendo tamen priuilegium prædictum intellige, quod vxor nõ agat in iudicio per seipsam, sed procuratorem constituat: quia & si aliquando excommunicatus admittatur, tamen cogitur constituere † procuratorem, quando appellationem prosequitur, vel quando se defendit, vti tenent Calder. Imola, Aret. Barbat. Felin. & alij omnes *in cap. intelleximus, de iudic.* vbi Dec. *num. 7.* attestatur de communi, & *num. 11.* dicit, quod excommunicatus potest procuratorem constituere omni casu, quo potest esse in iudicio. Et hanc sententiam in proposito ita declarat Lup. *d. §. 27. num. 12. ver. sed quamuis.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus pro dotis restitutione non conuenitur vltra quam facere possit, deducto ne egeat.*
2 *Hæredes mariti, si filij sint, non conueniuntur vltra quàm facere possint pro restitutione.*
3 *Maritus tenetur vltra quàm facere possit, & similiter filij quando vxor extrema laborat egestate.*
4 *Ecclesia potest exigere à debitore vltra quàm facere possit, quando prælatus eget.*

PRIVILEGIVM LXXXIIII.

1 MAritus in dotis restitutione conueniri non potest vltra quàm facere potest, & in exactione † dimitti sibi debet quantum sufficiat pro alimẽtis, *l. non tantum, vbi Doctores, præcipuè Ias. ff. de re iudic. Din. Bar. Alexan. & alij in l. maritum, ff. soluto matrimonio, glos. Doctores in §. iunt præterea, ver. item si de dote. vbi Aret. num. 2. & Ias. in princip. Instit. de actio. Socin. in cons. 121. num. 48. vol. 4. Amanel. de Claris aquis, sing. 188. Afflict. in decis. 222.* vbi dicit idem esse in eo, qui promisit dotem, & idem est in filiis hæ-
2 redibus mariti, quia etiam ipsis † relinqui debent alimenta, *l. etiam, vbi Bar. ff. solu. matrim. gl. in d. l. maritum*, idem est in socero, *l. sicut autem, & l. seq. vbi gl. & Doctores, ff. de re iudic. ad idẽ est tex. in l. diuortio, §. interdum, & l. rei iudicatæ. §. fi. ff. solut. matrim. Ias. d. §. præterea, ver. item si de dote, num. 3. vbi ponit rationem, Ruin. in cons. 144. num. 12. vol. 5. Crot. in l. si constante, nu. 162. ff. solut. matrim.* intelligendo tamen de socero vxoris, & vbi tractatur de restituendo dotem.

3 Si tamen vxor egeat † & laboret egestate, poterit in solidum exigere nulla habita ratione alimentorum mariti, *& ita tenet. Iac. de Aret. in l. si maritus, ff. solut. matr. Guliel. Cun. & Bald. in l. si quis crediderit, ff. de pact. Bar. in l. maritum, ff. solut. matr. Bal. in l. 2. num. 5. C. quod cum eo. idem Bald. in l. præses, C. de seruit. & aqua, & est communis opinio, secundum Alex. in l. maritum, col. 3. ver. in quantum Bar. hic, Aret. d. ver. item si det dotem, num. 4. vbi idem dicit in hæredib. mariti, & Ias. nu. 10. Campeg. in tracta. dot. q. 241. & seq. Didac. in reg. possessor, in 2. par. §. 3. col. 15. Padil. in d. l. præses, num. 8.* Et ad hoc multæ rationes allegari possunt, quas retuli supra *in tit. quibus debeantur alimenta in quæstio. an dimittenda sint alimenta iis, qui non possunt conueniri vltra quam facere possint, in quarto casu.* Et facit in simili, quod voluit Dec. *in capitulo episcopus, nu. 2. de præben.* vbi inquit, quod si ecclesia non possit à debi-
4 tore † exigere vltra quàm facere possit, tamen si prælatus ipse egeat, poterit in solidum exequi.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas testatoris seruatur pro lege.*
2 *Arbitrium quod iterum non redit, debet esse liberum.*
3 *Tutor potest alimenta pupillo pinguiora præstare, quam testator ordinauerit, & ibi de veritate.*
4 *Tutor potest immodicam alimentorum taxationem restringere.*
5 *Testator non potest contra legem quicquam disponere.*
6 *Testator ordinare non potest quod filius non alat penes se matrem aut fratres pauperes.*
7 *Tutor non semper sequi debet testatoris iudicium.*
8 *Alimenta non possunt à lege tolli.*
9 *Testator disponere non potest quod frater hæres non alat fratrem indigentem.*
10 *Pater non potest disponere, quod filij spurij non alantur.*

PRIVILEGIVM LXXXV.

1 TEstatoris voluntas seruanda † est pro lege, *§. disponat, in Auth. de nupt. c. vltima voluntas, 12. quæst. 2.* & supremi iudicij coarctanda non est libertas, *l. si fratres, §. idem Papinianus, ff. pro socio*, & liberum debet † esse arbitrium, quod iterum non redit, *l.*
2 *1. C. de sacros. eccles.* tamen si testator in testamento decernit tam modica alimẽta, quę non sufficiant,
3 poterit tutor ea præstare † pinguiora vsq; ad condecentem quantitatem, *§. ius alimentorum. in fine, ff. vbi pupil. educ. debe. per quem ita dicit Brun. in tracta. de augmẽ. & dimin. conclus. 10. princip. num. 11. & in tracta. de diminutio. & deteriorat. conclus. 5. num. 30. quem citat & sequitur Cordub. in l. si quis à liberis. §. sed si filius, nu. 9.*

ff. de lib. agnosc. Ille tamen text. non probat decisionem prædictam, nec mentionem facit de ordine testatoris: Benè dicit, quod aucto pupilli patrimonio, augentur & alimenta, sicuti minuũtur illo imminuto, sed melius probatur *in l. & si quis, §. quidquid ergo, ff. de relig.* vbi dicitur, sequendam nõ esse testatoris voluntatem in faciendo sumptum. Et ex illo textu post Asinium, & Bar. notat Cord. 4 loco prædicto, quod vbi taxatio † alimentorum est immodica, potest tutor illam restringere. Pro- 5 batur item ratione, quia testator † non potest cõtra leges disponere. *l. nemo potest, vbi omnes Doctores, ff. de leg. 1.* Ideo præcipere non potest, quod filius 6 penes se non retineat, nec alat matrem † pauperẽ, vel fratres mendicos, *vt inquit Gratus cons. 35. num. 3. & seq. vol. 2. per tex. in l. conditiones, & l. filius, ff. de cond. inst. Simon de Pretis, in tracta. de interpret. vlt. vol. lib. 2. interpret. 2. dubit. 2. solut. 2. num. 62.* Et diximus supra non posse patrem priuare filium debitis alimen- 7 tis, & tutor non semper † sequi debet testatoris iudicium, *vt Crau. in cons. 190. nu. 5.* Et quamuis dispositio testatoris habetur pro lege, tamen alimenta 8 non possunt etiam lege tolli, † *secundum Bald. in l. 1. §. ius naturale, col. fi. ff. de iust. & iure, Didac. de sponsal. par. 2. 2. cap. 8. §. 6. num. 5. Vasq. de succes. 10. creatio. lib. 1. num. 312. folio mihi 476.* & pater non potest dispo- 6 nere, quominus frater hæres † testatoris alat fratrem indigentem, quia hoc esset contra ius naturale, quod immutabile est, *ita Bal. in cons. 103. num. 3.* 10 *volum. 5.* & non potest disponere pater † quod filij spurij non alantur, *Bal. in l. id quod pauperib. col. fi. ver. vltimò quæritur, C. de episcop. & cler. post Din. in cons. 17. Ias. in cons. 27. num. 13. vol. 1. vbi loquitur in auo, Crau. in cons. 219. num. 7. Rol. in cons. 54. num. 68. & seq. vol.... & Paleot. in tract. de noth. & spur. cap. 47. nu. 6. Cordub. qui alios citat, in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, num. 82. ff. de lib. agnosc. quod etiam dixerat prius, num. 19.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor qui recedit à domo, nulla facta pupillo alimentorum prouisione, remoueri potest tanquam suspectus.*
2 *Tutor, qui pupillo non prouidit de alimẽtis, potest puniri pro qualitate facti.*
3 *Tutor tenetur erga pupillũ ad ea, ad quæ tenetur quilibet diligens paterfamiliâs.*
4 *Tutor curare debet quod pupillus artibus imbuatur.*
5 *Tutor dicitur in culpa, quando non curauit pupillum moribus & artibus instrui.*
6 *Tutor, qui negligit prouidere pupillo potest à iudice ex officio remoueri.*
7 *Iudex potest ex officio remouere tutorem suspectum.*
8 *Tutor à matre nominatus si non sit idoneus, iudex poterit alium dare idoneum.*
9 *Pupillus si ex ordine testatoris sit apud aliquem educãdus, vbi non sit tutus, prouidebit iudex de alio loco.*
10 *Persona est cunctis rebus præferenda.*

PRIVILEGIVM LXXXVI.

1 2 TVtor si negligit præstare alimẽta pupillo, puta recedendo à domo, † nulla facta prouisione, remoueri potest vti suspectus, *l. si. ff. vbi pupil. educa. debe. imo potest etiã, p† facti qualitate puniri, l. 3. §. tutor, qui alim. ff. de suspect. tuto. per quæ iura ita decidit Bar. in tract. de alim. nu. 46.* Et non mirum, quia 3 tutor tenetur erga pupillũ ad ea omnia, † quæ diligens paterfamiliâs solet expedire, *l. generaliter, ff. de administr. tuto. Rom. in cons. 425.* nullus autem tam negligens est paterfamiliâs, qui familiam suã deserat, & alimenta nõ ministret, imo tenetur tutor non solùm ad ea, quæ respiciunt necessitatem; & sine quibus pupillus viuere non potest, vt sunt alimenta, sed etiam curare debet ea, quæ respiciunt benè esse pupilli, vt puta quod bonis imbuatur 4 † morib. arte instruatur, & doceatur pro sua conditione, & qualitate, *l. cum plures. §. cum tutor, ff. de* 5 *administr. tuto. Ro. d. cons. 425.* aliàs est in culpa, † *Soc. cons. 2. col. 2. vol. 1. Plot. de in lit. iuran. §. 5. num. 24. & seq. Caual. in tract. de tutor. num. 275.* Et aduertendum est quòd talis tutor, qui negligit prouidere pupillo, 6 potest à iudice ex † officio nemine instante remoueri, *vt dicitur in d. l. fin.* Et est regulare, quod iudex 7 ex officio possit tutorem suspectum remouere, † *l. tutor quoq;, §. præterea, ff. de suspect. tuto.* eodem modo si mater cogitans de secũdis nuptiis nominet tutorem, quem iudex non iudicet idoneum, poterit 8 alium dare † tutorem, *auth. sacramentum, C. quando mul. tute. offic. Bal. in l. precib. col. 9. C. de impub.* Imò iudex non sequitur patris iudicium, quando illud esset pupillo damnosum, veluti si mandat testator pupillum apud aliquem educari, & non expedit 6 pupillo, iudex † alij dabit educandum, *l. 1. in princ. ff. vbi pupil. educ. debe. Soc. in cons. 193. in 2. q. vol. 2. Crau. in cons. 190. num. 9.* Si ergo tutor remoueri potest, quando negligit circa res minoris, multò iustior erit causa illum remouendi quando negligit cir- 10 ca personam, quæ † est vniuersis rebus præferenda, *l. in pecudum, ff. de vsur. l. iustissimè, ff. de ædilit. edicto, Natta in cons. 430. nu. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Cõcessum præsumitur quidquid non reperitur expressè prohibitum.*
2 *Accusare potest quicunque qui non reperitur prohibitus.*
3 *Alimentatus non potest accusare alimentatorem.*
4 *Priuignus non potest accusare victricum, à quo fuit alimentatus.*
5 *Alimentatus accusat alimentatorem in crimine læsæ maiestatis, & aliis delictis atrocibus.*

PRIVILEGIVM LXXXVII.

1 COncessum in dubio præsumitur quidquid non reperitur expressè † prohibitum, *c. inter corporalia, extra de translat. prælat. l. ab ea parte, ff. de probatio.* & ideo licet cuique accusare, & edictum de acccusationibus est prohibitorium, & admittitur quicunque non † reperitur expressè 2 prohibitus, *ita Azo. in summa. C. de his qui accusa. non poss. nu. 2. in fi. ver. quis possit accusare, Specul. in tit. de accusatio. in princ. §. 1.*

Sed qui fuit alimentatus in alicuius domo, nõ potest accusare † alimentatorem, *vt est tex. in l. iniquum, C. de his, qui accus. non poss.* quia non debet quis 3 malum retribuere pro bono, quod recepit, *vt in-*

quis

4 quit ibi Bal. & procedit etiam in priuigno, † seu alumno, qui non admittitur contra victricum ad accusandum, *secundum Salic. ibi, num. 4. Iacob. Nou. in tracta. ad defens. nu. 20. & seq.* fallit tamen in crimine læsę maiestatis, & in aliis atrocibus criminibus, in
5 quibus licet alumno † alimentatorem accusare, *l. pen. C. de his, qui accusa. non poss. Specul. in tit. de accusat. §. 1. nu. 25. cir. fi. Gigas in tracta. de crim. læsæ maiest. lib. 2. tit. qui accusa. posśint, q. 14. in fi. Nouel. in d. tracta. ad defens. tit. quæ perso. accus. poss. num. 2.* Et dicunt Specul. Salic, & Nouel. in locis prædictis, quod idem est in aliis criminibus atrocibus, & quod possunt etiam accusare prosequendo suam, vel suorum iniuriam, & quod possunt ciuiliter agere contra alimentatorem. Ratio autem principalis nostræ decisionis est, quia maximam cōtraxit obligationem alimentatus, & ingratitudinem committeret, & habetur loco filij, qui non potest patrē accusare, nisi in crimine læsæ maiestatis, vel aliis grauibus, & lex existimat turpe esse, quod qui vitam habuit per alimentationem, vitæ alterius insidietur.

SVMMARIVM.

1 *Pater quando dilapidat bona, quæ sunt recasura ad filium tenetur fideiubere.*
2 *Pater quando dilapidat bona, quæ filio postea pro alimentis debentur non est locus cautioni, sed ea sunt restituenda.*
3 *Pater si dilapidat bona, filius agere potest vt assignetur sibi prædium pro alimentis.*
4 *Anima. Quando agimus de anima, tutior semper via est eligenda.*

PRIVILEGIVM LXXXVIII.

QVando filiis debētur ex aliquo casu bona, quæ nunc pater possidet, si pater ea dilapidet, non cogitur statim ea restituere, sed prouidetur per remediū cautionis: quidquid enim foret de iure Digestorum nunc, vbi a-
1 gitur de bonis aduentitiis, est locus † cautioni inter patrem & filium, *vt probatur in l. iubemus, §. in supradictis, C. ad Trebel. & notatur in l frater à fratre, ff. de cond. indeb. Bar. in l. si quis pro eo. §. 1. ff. de fideiuss.* Et ideo Imola *in l. Imperator, ff. ad Trebel.* dicit, quod dispositio illius legis nō habet hodie locum, cum prouideri possit per cautionem aduersus dilapidationem paternam, *& cum eo transit Ias. in l. si constante, nu. 197. ff. solu. matr.*

2 Verum quando agitur de alimentis † præstandis filio, & bona sunt filio restituenda, vt ex eis alatur, non erit satisdationi locus, nec filius tenetur committere se fragilitati cautionis. Ita concludit Ripa *in d. l. si constante, num. 100.* vbi inquit, quod si pater dilapidat bona materna, poterit filius agere ad dotis restitutionem, nec excludetur si pater offerat fideiussorem: si enim esset locus cautioni, cogeretur filius fame perire, vel mendicare, dum propter patris dissipationē ageret contra fideiussores. Et in his terminis approbat decisionem Bar. *in l. Imperator*, qui in eo quoque casu tenuit, non esse locum fideiussioni, sed bona esse restituenda, *& sequitur ibi Alex. num. 8.* qui mouetur ex glos. ibi, & subdit quod inter patrem, & filium non est locus cautioni, indistinctè, & semper, sed solùm in duobus casibus expressis *in d. §. in supradictis*, quod etiam voluit Bertr. *in cons. 108. num. 3. vol. 1.* & pro hoc facit decisio Bald. *in l. 2. C. de his quæ in fraud. patr.* vbi vult quod patre dissipante possit fi-
3 lius † agere, vt sibi assignetur vnum prædium, ex quo sumat alimenta, de qua decisione dixi supra hoc eodem tit. Et facit ratio, quia cum venter nō patiatur dilationem, longè melius est incumbere pignori, quàm actioni, & magis est consultum alimentis, & cum agimus de re, ex qua oriri potest præiudicium irreparabile, eligere debemus eam partem, per quam tutius est consultum, vti dicūt
4 Doctores, quando agimus † de salute animæ, *c. consilium, de obseru. ieiun. gl. c. 1. de scrutin. Marsil. in sing. 151. Alci. in tract. præsum. reg. 3 præs. 1. nu. 13. & seq.* Atq; ita fiet, cum de alimentis est quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Seruus glebæ non potest alienari sine fundo.*
2 *Iudæus non potest emere fundum, cui asscripti sint serui Christiani.*
3 *Seruus asscriptus potest sine fundo vendi, quando extat famis necessitas.*
4 *Seruus asscriptus potest vēdi sine fundo pro redemptione personæ.*
5 *Propter quod vnumquodq; tale, & illud magis.*

PRIVILEGIVM LXXXIX.

1 SEruus glebę asscriptus sequitur fundum, & non potest sine fundo † alienari, *vt est tex. in l. quemadmodum, C. de agricol. & censit. li. 11.* & ratio est, ne fortè deseratur cultura, *vt inquit gl. in d. l. in ver. vend.* In tantum autem prohibita est venditio quod si asscripti sint Christiani, non poterit
2 fundus vendi Iudæo, † cum Christianus possideri non possit à Iudæo, & venditio aliter facta vitiatur in totum, & vtile destruitur propter inutile, *Io. de Plat. ibi, num. 9. ver. sed quid si vendidi fundum, vbi mouetur per gl. ibi, in ver. manserunt, in fi.* Sed vbi subsit famis necessitas & inopia, potest dominus fun-
3 di vendere † asscriptitium sine solo. *ita voluit gl. ibi in ver. vendi. ver. item an propter famē, sequitur Bart. n. 6.*
4 vbi dicit idem fieri posse pro † redemptione personæ, *Io. de Plat. num. 5.* vbi dicit, rem prohibitam alienari, posse tamen distrahi propter famem. Et facit, quia vt dixi, ideo prohibita est seruari alienatio sine fundo, quia publicè interest, quod non deseratur cultura, *secundum gl. ibi, vbi Bar. nu. 6. & Io. de Plat. num. 9.* At alimenta non sunt minus fauorabilia, quam sit cultura, imo maiori fauore digna sunt; quia fauorabilis est cultura propter personas, & cura annonę consideratur ob fauorem populi, ergo alimenta fauorabiliora sunt, quia pro-
5 pter † quod vnumquodq: tale, & illud magis, *auth. multò magis, C. de sacros. eccles.* Et hāc conclusionem, quod vendi possit seruus glebæ sine fundo propter famem, voluit etiā Lamberteng, *de contract. eo. gl. 1. nu. 56.* vbi dicit quod eodem modo alienari possunt res in causam libertatis sequestratæ, *l. fi. ante fin. C. de ord. cognitio.*

SVMMARIVM.

1 *Pater qui filio bannito misit alimenta, non incurrit pœnam statuti punientis eum, qui mittit subsidium bannito.*
2 *Pater cogitur alere filium bannitum.*
3 *Receptans in domo coniunctum, nõ punitur pœna statuti loquentis de receptatore.*
4 *Statutum ita debet interpretari vt corrigat ius commune quanto minus fieri potest, etiamsi sit contra ius commune.*
5 *Verba legis intelligi semper debent ita, ne iniquitatem contineant.*
6 *Verba legis restringuntur ad id, quod est rationis.*
7 *Iniquitas debet per omnem interpretationem excludi à lege.*
8 *Lex quamuis dura, est seruanda, & ibi quomodo intelligatur.*
9 *Mens, non verba legis, est amplectenda.*
10 *Statutum aliquando potest alimenta tollere ex causa.*
11 *Pater si mittit alimenta filio bannito punitur, quando statutum prohibet expresse alimenta bannito filio præstari.*
12 *Pater mittendo alimenta filio bannito contra statutũ, mitius punitur.*

PRIVILEGIVM XC.

STatutum semper seruandum est, sicuti & lex, quia quod principi placet, legis habet vigorem, & legem offendit, qui illius verba non seruat, stante tamen statuto, quod nemo audeat subsidium dare bannito, excu-
1 sabitur pater, † qui filio bannito misit alimenta, *ita determinat Ighe. in l.3.§.si quis tabulas, num.36.ff.ad Sillan.* vbi loquitur in fortioribus terminis, quando statutum expresse prohibet alimenta prestari, *& eum sequitur Socin.iun.in cons.54.vsq; ad nu.20.vol.3. vbi multa adducit, & præcipuè doctrinam Nelli in tracta. bannitor.in 1.par.2.tempor.q.48.* vbi vult quod nõ so-
2 lùm possit, sed etiam teneatur pater alere † filium bannitum, *Benincas.in tracta.de pauper.in 7.q.in 2.spec.iudic.nu.7.Gallia.in consuet.Alex.in ver.solidos, nu.11. cacit l.fin.ff.de receptator.* vbi excusatur à pœna rece-
3 ptationis, † qui coniunctum recepit in domum, & statutum intelligi ita debet, vt quantũ fieri po-
4 test deroget iuri communi, † *glos.& Doctores in l.fi. §.in computatione, C.de iure deliber. Ale.in cons.106.num. 25.vol.3.* etiam quando est contra ius commune, *Paris.in cons.59.nu.20.vol.3.Grat.in cons.47.n.20.vol.3.* sed minus derogat, quando patris persona remanet ab eius dispositione exclusa, quàm vbi inclusa est, & legis verba quantumuis generalia, & in-
5 definita, interpretari † debent, ne iniquitatẽ contineant, *Oldrad.in cons.66.Crau.in cons.186.nu.14.* Et dicit Ang. *in cons.6.in fi.* quod generalissima statuti verba restringuntur, ne ad iniquissimum sensum trahantur, & semper legis verba restringuntur ad
6 id, quod † est rationis, *secundum Bald.in auth.col.1.C. de sacros.eccles.Ias.in l.non dubium nu.36.& seq.C.de legib.* & iniquitas debet per omnem interpretatio-
7 nem excludi à lege, † *Crot.in l.1.nu.4.& 6.ff.de leg.1. Rip.in l.ex facto in princ. num.46.ff.de vulg.* Et ratione caret illa pronunciatio, quod lex quamuis dura
8 seruanda sit † de qua *in l.prospexit.ff.qui, & à quibus, ita Iac.& Are.quem citat Bal.in d.l.non dubium,* & consueuit spiritũ Petri bella. perturbare, *vt refert Cyn. in l.1.C.quæ sit lon. consuet.* Sed non debet turbare, quia intelligi debet, quando est adeo præcisa legis dispositio, quod nulla potest interpretatione moderari, tũc seruatur lex. Sed vbi potest eius rigor iusta aliqua moderatione tẽperari, aliud est,
9 nam semper debemus † voluntatem legislatoris amplecti, non nuda eius verba, vt dicitur *in l.non dubium, in prin.C.de legib.* Cum verò pater naturali iure filium alere teneatur, non est credendum, quod lex generalis soluere voluerit naturale præceptum. Prædictam tamen decisionem intellige, nisi filius sit hostis patriæ, & tale delictũ commiserit, propter quod possit alimentis priuari, *vt dixi supra in tit. ex quib.cau.alim.deneg.poss.* quia, *vt ali-*
10 *quando dixi*, potest statutum tollere † alimenta filiis debita, si id faciat ex causa, *vt per Dec.& Cagn. in l.iura sanguinis, ff.de reg.iur.* Sed contra hoc facit tex. *in c.1.& in c.si quis reliquerit, dist.30.* vbi pater sub prætextu religionis, & fidei non potest filio negare alimenta, ergo neque eo prætextu, quod in patriam, principem vel rempublicam commiserit. Sed concordari potest contrarietas ex his, quę dixi *in præd.tit.* vt scilicet procedat, quando filius nõ mutauit fidem, aut religionem, puta quia patre fidem catholicam amplectente filius Iudæi simul prosequatur: At si filius Christianus efficiatur hęreticus vel apostata, tunc rectè denegantur alimenta. Arbitror etiam, quod decisio Ignei sustineri non possit in suis terminis, quando lex man-
11 dat expresse, ne filius bannitus † alatur, quia pater eo casu dicitur legis cõtemptor. Benè admitto, quod mitius cum eo agendum sit propter affectionem; & charitatem, propter quam licitum
12 sit patri † subueniendo filio redimere proprium sanguinem, *l.1.C.de bon.eor.qui ante senten. mort. sibi consciue.*

SVMMARIVM.

1 *Collecta pro fundo obligato ad alimenta soluitur à domino, non ab eo, cui alimenta debentur.*
2 *Alimenta dantur in subsidium vitæ.*
3 *Gabella non est soluenda pro iis, quæ habentur proprij vsus causa.*
4 *Collecta non debetur pro alimentis.*
5 *Collecta solui non debet à pauperibus, qui non habent pro suo victu.*
6 *Collectam soluit conductor bonorum, secundũ aliquos.*
7 *Collecta ad eum spectat, cuius sunt fructus.*
8 *Collecta non est onus fructuum, quando imponitur personæ pro rebus.*
9 *Collectam soluit, qui possidet prædium.*
10 *Collecta pertinet ad eum, qui fructus percipit iure proprio, non alieno.*
11 *Collectam soluit colonus partiarius pro fructibus, qui supersunt deducta omni impensa.*
12 *Fauoris causa cessante, fauor ipse cessat.*

PRIVILEGIVM CXI.

PRiuilegio quoq; alimentorũ concessum est, quod alimẽtarius nõ teneatur collectã † soluere p fundo, ex cuius fructib.
1 cõtequi debet alimẽta, p id quod voluit Bar. *in l.1. num.5.*

num.5.ff.de alimen.& ciba.lega. vbi arg. *l.cum in plures, §.pen.ff.loca.* vult, quod hæres teneatur ad gabellam soluendam pro rebus, quas tenetur præstare legatario alimentorum. Et idem dicit, quando gabella imponitur personæ contemplatione rei, quia gebella non est de his, quæ ad alimenta pertinent, Cordub. tamen *in l. si quis à liberis, §. vtrum, num.74.ff.de liber.agnosc.* distinguit, aut fructus certi fundi legantur ad alimenta, & tunc legatarius sustinebit functiones, *arg.l.si pendentes, §.si quid cloacarij.ff.de vsufr.* vbi vsufructuarius tenetur ad collectas; sed quando alimenta simpliciter legantur, non tenetur legatarius. Hæc verò distinctio non subsistit, quandoquidem *in 2.memb.* quando simpliciter relicta sunt alimenta, est indubitabilis, cũ nulla facta sit mẽtio de fundo, nec legatarius habeat aliquid in bonis testatoris præter legalem hypothecam, quæ datur pro legatis, & creditor hypothecarius non tenetur ad collectas, ex quo non possidet, *vt dicam infra*; In primo verò membro, quando fructus certi fundi legantur ad alimenta, non est simpliciter verum, quòd legatarius onera collectarum sustineat, sed considerandum est, quod alimenta non subiiciuntur oneri
2 collectarum, nam † dantur in subsidium vitæ, *vt inquit l.filiarum, vbi not.Bal.C.de patr.pot.* & collecta
3 non debet solui proiis, † quæ habentur proprii vsus causa, vt de gabella inquit *Bal.in l.2.§.sed si voluntate.ff.ad leg.Rhod.de iac. Imola & Alex in l. cæterà, §.sed & si quis ad opus, vbi Iaſ. num.9.ff.de leg.1.Ruin.in conſ.112.num.5.in fi.& num.8.vol.5.Rol.in conſ.34.num. 15.conſ.42.num.28.vol.3.D.Becius in conſ.69.nu 9.* Et
4 in terminis, quòd pro † alimentis non debeatur collecta, voluit Egid. Thomat. *in tracta.collectar.in §.subiiciunt hoc loco, num.25.in princip.folio mihi 218.& num.32.ver.2.respondeo, folio 230.* Et dicit Bal. *in auth. defuncto, nu.12.C.ad Tertulli.* quod pauperes, † quorum opera vix sufficiunt pro alimentis, non tenentur ad collectam, imo si descripti sint deleri debent de æstimo, *sequitur Iaſ. in l.auus, num.13.ff.de pactis.* Et si dicatur, collecta est onus fructuũ, quâ ratione volunt multi, quod conductor, qui per-
6 cipit † fructus, illam soluat, *vt probat tex.cum gl.ſi.in l.1.C.de annon. & tribu.lib.10.vbi Bar. dicit illam gloſ.esse mirabilem, & perpetuo tenendam menti*, & onus collectæ ad eum spectat cuius † sunt fructus, *l.ſi pendentes, §.ſi quid ff.de vsufru. Iſern.in c.1.quæ sint regal.Rom.in l.inter quos.§.damni.ff.de dam.infec.* respõdeo esse hoc verum in collecta rebus imposita, & in oneribus
8 † realibus, non autem in ea, quæ personæ imponitur pro rebus, *vt declarat Bar. in d.l.1. C. de annon. & tribu.li.10.vbi Io.de Plat.explicat clarius, idem voluit Corset.in notab.incip.locatio, il.1.Alex.in conſ.4.num.5. vol.5.Socin.in conſilio 119. numero ſecundo, vol.1.Iaſ.in conſilio 109. numero ſexto, volum. 1. Natta in conſ. 409. num.4. Rol.in conſ.79.num.15.vol.4.* Nos autem loquimur non in tributo neque in oneribus realibus, sed in personalibus. Et pro hoc facit, quia is
9 regulariter tenetur ad collectã, qui possidet † prędium *l.Imperatores, in princ.ff.de publica.l.ſi. C.ſine cen. vel reliq.Caſtr.& Rom.in d.l.Imperatores, Barba. in conſ. 44.col.1.vol.3.Dec.in conſ.202.num.1.& 6. Cur. iun. in conſ.42.num.1.Afflict.in deciſ.252.num.4. Natta in conſ. 312.num.5. Cæphal.conſ.290. num.1.& ſeq.* At legatarius alimentorum præstandorum ex fructib. certi fundi non possidet prædium, ergo, &c. Et quod dicũt Doctores, eum teneri ad collectas, qui fructus percipit intelligi debet, quando eos percipit iure proprio, & habet ius in re, secus quando non
10 habet ius in re, vel non iure proprio † percipit, *ita Natta d.conſ.312.* Benè admitto, quod inquit Cordub. loco prædicto legatarium teneri ad collectã, quando fructus relinquuntur ad alimenta, & excedunt quantitatem necessariam pro alimentis. Et pro hoc facit quod voluit *deciſ.Pedem.83.num.8.*
11 vbi inquit, quod & si colonus † partiarius, non teneatur ad collectam, tamen hoc fallit, quãdo deducta omni impensa supereſſent aliqui fructus. Facit etiam ratio, quia fauor alimentis à lege impensus non extenditur vltra, quàm alimẽtorum
12 exigat necessitas, & fauoris † causa cessante, fauor ipse cessare debet, *vt per multa probat Tiraq. in tracta. ceſſan.cau.par.1.nu.104 & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus non potest bona ecclesiæ damnare suis coniunctis.*
2 *Prælatus non potest ecclesiæ bona etiam cum debitis solennitatibus concedere agnatis suis in feudum.*
3 *Prælatus potest seruatis solennitatib. bona ecclesiæ concedere agnatis suis in feudum sine fraude.*
4 *Clericus de fructibus beneficij, vel de bonis acquisitis ex re ecclesiæ potest alere suos coniunctos aut filios.*
5 *Clericus potest filiam dotare de bonis ecclesiæ, vel quæsitis ex re ecclesiæ.*
6 *Clericus potest consanguineis suis egentibus subuenire de rebus ecclesiæ.*
7 *Exequutor deputatus ad distribuendum inter pauperes, potest pro seipso capere, si egenus sit.*

PRIVILEGIVM XCII.

1 Clericus non potest bona ecclesiæ, & fructus † donare suis coniunctis, *vt est text.in c.quisquis, 12.quæstio.2.* Est enim semper suspecta omnis actio, quæ à clerico fit super re ecclesiæ cũ consanguineo. Ideo multi dicunt, quod prælatus
2 † non potest rem ecclesiæ, etiam seruatis solennitatibus concedere agnato suo in feudum vel emphyteusim, *& est text.in §. hoc verò, in ver. œconomi, vbi gloſ.Authen.de alienat.vel emphy. text.in authen. quibuscunque, vbi Bartol.Bald.& alij, C.de sacroſ. eccleſ. Aluar. in cap.1.in princip. qui succeſſio. teneant. Imola in c.vt super, de reb.eccleſ.non alien.* licet veritas sit in cõtrarium, quando concessio fit sine fraude, & cum
3 debitis †solennitatibus, vt ex communi opinione probaui *in conſ.249.num.15.& sequen.* Verum potest clericus filios alere legitimos, vel natura-
4 les de fructibus beneficij, vel de bonis † quæsitis ex beneficio, *vt vult gloſ.in c. omnino, in ver.mercede, 31.diſtin. Felin. in c. poſtulaſti, numero ſexto, de reſcript. hanc sententiam probauit Ioan. Lup.in repet.c.per veſtras, in 3. notab.§.23.numero 13. de donatio. inter virum & vxorem, folio mihi 155.* vbi dicit procedere non

solùm in filiis ante clericatum quæsitis, sed etiam in natis post clericatum. Et dicit quod sicuti te-
5 netur clericus filiam alere, † & potest id facere de dictis bonis, ita potest de eisdem bonis dotare, *Duen. in reg. 367. amplia. 3.* Et hoc dicit But. *in c. peruenit, per illum. ex. de arbitr.* procedere non solùm in filia, sed etiam in sorore, *sequitur Abb. ibi, num. 5. & plures alios citat Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, num. 25. & latius num. 95. ff. de lib. agnoscen.* Et quod clerici possint de fructibus beneficij alere filiam & suos, voluit glos. *in d. ca. quisquis.* Sed hoc, secundum Cordub. loco præcitato, locum habet, quando consanguinei sunt pauperes & egentes:
6 † tunc enim eis sicut cæteris pauperibus clerici subuenire debent, *vt probatur ex textu allegato in d. glos.* Et dicit Ioan. Lup. loco prædicto, quod eis tãquam pauperibus subueniendum est. Et pro hoc facit quod voluit Cardin. *in Clem. 1. quæst. 22. in fi. de testam.* vbi ait, quod exequutor deputatus ad di-
7 stribuẽdum bona inter pauperes, † potest pro seipso capere, si sit in extrema necessitate, *sequitur Lup. in d. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 65. num. 42. folio mihi 68.* Et de clerico, quod possit fructus beneficij erogare in subuentionem consanguineorum, quando sunt pauperes, dixi supra *in tit. quibus & à quibus alim. sint præstanda*, dum tractaui, quis præferendus sit, quando pluribus alimenta danda sunt, *& ponit Benincas. in tract. pauper. in 8. quæst. in 3. speciali contract. nu. 20. & seq.*

SVMMARIVM.

1 *Maioratus potest constitui in omnibus bonis suis sine licentia Principis, quãdo fit sine præiudicio legitimæ, vel ab eo, qui legitimam non debet.*
2 *Maioratus non potest in omnibus bonis ordinari sine licentia Principis, vbi agitur de præiudicio legitimæ.*
3 *Maioratum instituens tenetur filiis, vel descendentibus prouidere de alimentis necessariis.*
4 *Rescripta Principum interpretanda sunt secundum iustitiam fori, & poli.*
5 *Rescripti verba conformari debent iuri, & æquitati.*
6 *Licentia Principis interpretari debet, vt sit conformis iuri, & æquitati.*
7 *Maioratus inductus à consuetudine, intelligitur cum onere alendi secundo genitos.*
8 *Maioratus non destruitur, si non est prouisum secundogenitis de alimentis, sed prouideri debet.*
9 *Maioratum instituens prouidere debet de alimentis etiam filiis spuriis, & naturalibus.*
10 *Maioratus successor tenetur prouidere de alimentis secundogenitis, & aliis filiis etiam naturalibus.*
11 *Maioratus successor tenetur dotare filias omnes.*

PRIVILEGIVM XCIII.

MAioratus potest de omnibus bonis constitui sine Principis licentia, vel authoritate, quando vel constituitur sine præiudicio legitimæ descẽdentibus debitæ, vel ab eo ordina-
1 tur, † qui nullam habet, cui legitimam debeat. *ita voluit Roder. in l. quoniam in prioribus, in declarat. legis regni, limit. 2. num. 17. vbi adducit nonnulla fundamenta, Vasq. in tract. de successio. creat. lib. 3. §. 26. limit. 31. num. 95. & seq. vbi dicit singulare, Ludou. Molin. de primogen. Hispan. li. 2. c. 1. num. 5.* vbi verò ex primogenito minuitur legitima, vel aliter præiudicatur legitimæ,
2 tunc necessaria † est Principis facultas, *vt voluit Roder. & Vasq. in locis prædictis, Molin. d. c. 1. num. 9.* Et eo casu institutor primogenij, siue maioratus, te-
3 netur † prouidere aliis filiis de necessariis alimentis, *ita vult Ioan. Andr. loquendo in simili, in c. sine culpa, de reg. iur. in 6. Abb. in c. licet, num. 10. de voto, Ripa in l. in quartam, num. 133. ff. ad leg. Falcid. vbi ait, alimenta illa in Gallia appanagium appellari, Cordub. in l. si quis à liberis, §. si mater num, 55. ff. de lib. agnosc.* Et quando primogenium constituendi facultas est generalis, & nihil loquitur de alimentis, nihilominus intelligi debet; facta aliis filiis alimentorum prouisio-
4 ne, quia Principum rescripta interpretanda † sunt secundum iustitiam fori & poli, *Bald. in l. 1. num. 6. de constit. Princip.* Et dicebat glos. *in c. paratus, 33. q. 1.*
5 quod verba rescripti conformari † debent iuri,
6 & æquitati. Et in proposito ita in facultate † Principis dixit Roder. *d. limit. 2. numer. 9. Didac. in Epit. de sponsal. in 2. par. c. 8. §. 6. num. 5. ver. 4. deducitur,* & ante
7 eos in consuetudine † inducente primogenium, quod intelligatur, dummodo cæteris filiis relinquantur alimenta, voluerunt Hostien. Io. Andr. Abb. & alij, *in d. cap. licet. de voto, & in vtroque casu late prosequitur Molin. d. c. 1. numer. 10. & seq.* vbi *num. 15.* dicit valere Principis facultatem, per quam permittitur primogenij constitutio, nulla facta aliis alimentorum prouisione, & *num. 25.* subdit, nunquam hactenus visas fuisse in Hispaniis similes facultates. Intelligetamen, quod si omissa sit prouisio, non per hoc ipsa institutio vitietur, nam sustinetur, sed bonis maioratui subiectis alimen-
8 ta † secundogenitis ministrantur, *vt per Molin. lib. 2. cap. 15. num. 26.* & non solùm legitimis, sed etiam naturalibus & spuriis relinquenda sunt alimen-
9 ta † ab institutore maioratus, *vt per Molin. loco prædicto, numer. 42.* vbi subdit, quòd onus hoc transit
10 † in successorem maioratus, & sicut alere tene-
11 tur filios, ita dotare † filias, quia dos loco alimentorum succedit, *vt ibi, & in d. capitulo primo, & ca. 15.* Vide apud eundem Molin. quomodo extendatur, & restringatur conclusio prędicta, quia multa ponit, quæ transplantare meum non est institutum.

SVMMARIVM.

1 *Vendere inuitus nemo cogitur rem suam, & inhumanum esset id facere.*
2 *Contractus procedunt à libera contrahentium voluntate.*
3 *Vendere vbi quis cogitur, intelligitur iusto pretio.*
4 *Vendere annonam cogitur quisque penuriæ tempore.*
5 *Vendere cogi quis potest etiam certo taxato pretio, quando vrget necessitas.*
6 *Vendere victualia non coguntur ciues, quando non adest penuria.*

7 *Vendens victualia vltra pretium taxatum à superiore non est tutus in conscientiæ foro.*

8 *Pretium potest de publico taxari respectu victualium ob publicam vtilitatem.*

9 *Pretium potest de publico taxari respectu pannorum pro faciendis vestibus.*

PRIVILEGIVM XCIIII.

1 VEndere regulariter nemo cogitur rem † suam, *l.inuitus, C.contrah.empt. l.nec emere, C.de iure delib.* & inhumanum est, quemquam compellere ad vendendum, *l.quamuis, in fi.princ.ff.de pigno.actio.* & contractus procedere debent à libe-
2 ra cuiusq; † voluntate, *l.sicut, C.de actio, & oblig.* & generale est in omni contractu, *l.dudum, C.de contr. emp.* quinimo vbi quis cogitur vendere, intelligi-
3 tur pro iusto pretio, † & non aliter, *l.si quis sepulch. in princ.ff.de religio. l.si fideiuſ.§.1.vbi Bar.& alij, ff.de leg. 1.gl.in l.si hæres, in ver.ex testamen.ff.de actio.emp.facit l. alienus, ff.ad leg.Falcid. Fabia.in tract.de empt.in 5.quæst. princ.col.8.vers.circa quintum, & dixi in consi.52.nu.48.* Sed vbi subest necessitas in ciuitate, vel prouicia, vt quia penuria sit annonæ, tũc coguntur omnes
4 † vendere, *vt est tex.in l,1.vt ne licc. in emp. specie.se excus.lib.10.* quia in hoc versatur publica vtilitas, *vt ibi dicitur.* Et dicit Bar. *in l.annonam, de extraord.crim.* quod habentes annonam coguntur carestię tempore illam vendere. Idem voluerunt *Bald.& Albe. in l.1.C.de episc.aud. & ibi subdit Salic.* quod valet statutum mandans cuique mercatori, vt præsentet, seu consignet singula die tot frumenti sextaria. Et ponit Bar. *in l.1.§.cura carnis, ff.de offi.præfec.vrb.& Barb.in c.1.de emp.& vend.* vbi loquendo dicit, quod agricolæ & comitatenses nulla etiam subsistente necessitate cogi possunt deferre ad ciuitatem sua victualia vendenda, ciues autem non coguntur vendere, nisi ea victualia exposuerint venalia, *vt dicitur in decis. Tholos.446.* vbi refertur esse id speciale in victualibus. Sed quando vrget necessitas coguntur etiam ciues non solùm vendere, sed et-
5 iam non excedere † taxatum pretium. *Et Aufred.in additio. multos allegat pro comprobanda ea opinione, Ias. in l.1.col.2.C.de legib. Luc.de Pen.in l.1. C. de quib. mune. non licc.se excus. Felin.in c.1.de iudæ. Ant.Burg in c.1.nu. 16.de empt.& vend. Ripa latè in trac.de remed.præseruat. contra pestem, num.187.& seq.* vbi concludit *num.195.* quòd vrgente penuria pretium taxari potest minus, quã res ipsa valeat, *l.2.ff.ad leg.Rhod.de iac.* Cessante autem penuria taxari debet iustũ pretium.
6 Et non possunt ciues † compelli, quando non exposuerunt venalia eorum victualia, *Socin.in tracta. Fallen.reg.435.num.15. Rol. qui multos alios citat in cons. 80.num.14.vol.3. Didac.li.3.variar.resolut.c. 14. num.3.* vbi subdit, quod vendens victualia vltra pretium
7 à republica definitum, non est tutus † in foro cõscientiæ, *Viuius li.commun. opin. conclus.433. col.1.vbi subdit esse magis communem, & Aufred.d.decis.446.* Ponit aliud singulare in ista materia, quod & si regulariter non possit certum pretium taxari mercatoribus, tamen in victualibus † aliud est, quia ea
8 concernunt vitam hominis, *allegat Barbat. d. c.1. de*
9 *empt.& vendit.* vbi subdit, idem esse in pannis † pro vestibus conficiendis, quia hi continentur alimentorum vocabulo. Addo Anan. *in cap.si quis propter nu.7.de furt.* vbi idem voluit quoad æstimationem pannorum per eandem rationem.

SVMMARIVM.

1 *Frater per inofficiosi querelam rumpit testamentum fratris, in quo fuit instituta turpis persona.*

2 *Fratris testamentum instituta turpi persona rumpitur, etiamsi legitima sit fratri relicta, & ibi de veritate.*

3 *Clausula codicillaris non sustinet testamentum patris, qui instituit turpem personam.*

4 *Fratris testamentum, quando rumpitur ob institutionem turpis personæ, tunc etiam legata, & fideicommissa reuocantur, & corruunt.*

5 *Fratris testamento rupto ob institutionem turpis personæ sustinetur legatum factum in causam alimentorum.*

6 *Legitima fratri debita cum instituitur turpis personæ comparantur legitimæ, quæ debetur filio in bonis patris.*

7 *Legitima filio debita in bonis patris non minuitur ob legata.*

8 *Legitima non minuitur ob legata facta pro restitutione malè ablatorum, vel recompensatione seruitiorum, de quibus non apparet.*

9 *Legitima non minuitur per legata ad pias causas relicta.*

10 *Frater præteritus vel exhæredatus instituta turpi persona, an si querela testamentum rumpatur in totũ.*

11 *Frater si ob institutionem turpis personæ agat solum ad legitimam, legata subsistunt.*

PRIVILEGIVM XCV.

1 FRater per querelam inofficiosi destruit testamentum fratris, in quo † fuerit instituta turpis persona, *l.fratres, C.de inoff. test.* vbi Gul. Cun. dicit, totum testamentum subuerti, etiam si in eo aliquid relictum fuerit fratri, Et Castren. ibi dicit fortius hoc procedere, etiam quando frater integram legitimam reliquisset
2 fratri, † Sali. ibi sequitur, quo ad primum dictum, licet aliud velit, si integra legitima sit relicta, & *idem voluit Cast. in l.omnimodo, C.de inoff.testa.* Et hãc sententiam dicit multum æquam Rube. *in l. Titia, §.Imperator, nu.181.ff.de leg.2.* vbi subdit, quod eueniente casu consuleret pro ea. Et communem dicit Ias. *in cons.71.nu.7.vol.1.* subdens, solùm Ang. tenuisse contrarium, *eãdem communẽ dicit Dec. in cons. 530.nu.13. Ruin.cons.5.nu.14.vol.3. Coz.ad. cons.85.nu.2. eandem communem dicit Cagn.in l.1.num.20.ff.de inoffic. testa.* & Clar. *in tract.de testam.q.50.nu.3.* dicit, quod hæc opinio semper sibi placuit, & id procedit in odium infamis, & in fauorem fratris, cui relinquenda erat legitima etiam sine onere, *vt inquit gl. in §.si verò expressim, in Authen.de hæred.& Falcid. quam sequitur Roder. in l. quoniam in prioribus, in euidential. num.13. C. de inoffic.testamen. Afflict.decis.125.num.2.* Et in tantum verum est, quod si testamentum contineat clausulam codicillarem, non ad-
3 huc sustinebitur, † quia circa eam ius antiquum

non

non est immutatum secundum quod clausula nihil operabatur, quando testamentum erat rescissum per querelã, *ita voluit Cast. latè agens in cons. 269. nu. 2. vsq; ad fin. vol. 1. & ibi subscripserunt Cuman. Fulgo. & hanc dicit elegantem determinationem Ias. in d. cons. 71. in fi. idem tenent Dec. Ruin. Cagnol. & Vasq. quos citat & sequitur Rol. in cons. 87. nu. 12. in 3. vo. & Vasq. hoc dicit in tract. de successio. creatio. lib. 1. §. 10. nu. 561. hoc quoq; probauit Goz. ad d. cons. 85. nu. 2.* Et quando per eiusmodi querelam testamentum rumpitur tunc et-
4 iam legata corruunt † & fideicommissa, *ita Imo. in l. filio præterito, nu. 66. ff. de iniusto, rup. test. Iacob. de Are. Pet. Cyn. Cast. Salic. Alex. Ias. & alij in d. l. fratres, C. de inoffic. testam. Ang. in Authen. vt cum de appella. cognos. §. fi. Cast. & Ale. in l. si patroni. §. fi. ff. ad Trebel. Ale. in auth. ex causa, nu. 19. C. de lib. præter. & communẽ dicit Ias. in loco prædicto, eandem inquit communem Vasq. d. §. 10. nu. 580. vbi latè eam defendit, Rol. in d. cons. 87. nu. 11. & seq. vol. 3.*

5 Legatum tamen † alimentorum factum ab eo, qui instituit turpem personam, & cuius testamẽtum rumpitur ob querelam præstandũ est, *ita concludit Afflic. decis. 125. in fi.* vbi inquit sic fuisse iudicatum: Sed re diligentius considerata, nihil est eo casu specialitatis, vel fauoris circa alimenta, quia Afflictus mouetur ex aliis, & præcipuè, quod testamentum per querelam non rumpitur in totũ, sed quoad legitimam, & quod legata omnia sustinentur, licet institutio vitietur. Et principaliter, quærit Afflic. an soror, quæ testamentum querelauit, teneatur pro rata legitimę, quam consequitur contribuere ad solutionem legati alimentorum. In qua quæstione nihil allegat validi, cũ tamen potuisset hoc allegare, quòd legitima, quæ debetur fratri, quando in testamẽto fratris est in-
6 stituta turpis persona comparatur legitimæ † quæ debetur filio in bonis patris, *Igne. in auth. ex causa. num. 218. C. de lib. præt.* At legitima filij non minui-
7 tur † ppter legata, *l. Papini. §. 4. ff. de inof. test. l. scimus, §. repletionem, C. eo. tit.* Et procedit etiamsi legata facta sint pro restitutione malè ablatorum, aut re-
8 compensatione † seruitiorum, si aliter non appareat de malè ablatis, vel de seruitiis, *Alex. in cons. 45. col. 6. vol. 1. & in cons. 18. vol. 4. facit Castren. in cons. 82. in prin. vol. 1. Cuccus, qui alios citat, in tract. de legit. in §. nec vsufructu defraudari, num. 42. in fi. vbi multos allegat, &*
9 *nu. 41.* dicit, quod etiam legata † ad pias causas relicta non minuunt legitimã, *& Crau. in cons. 141. n. 4. & cons. 165. nu. 4.* idem dicit in donationibus, *idem vult plures alios cumulando, Rol. in cons. 65. nu. 18. vol. 1.* Cum ergo præsupponat Afflic. sororem in suo casu consequi solam legitimam, non est dubium, quin legatum alimentorum veniat soluẽdum ab hærede instituto, non autem à sorore, aliàs legitima sororis reciperet grauamen, contra gl. *in d. §. si verò expressim, de hæred. & Falcid. cum aliis paulò supra citatis.* In cæteris verò, quæ ibi ponit Afflict. res est maximè controuersa: multi enim tenẽt, quod instituta turpi persona, frater præteritus vel ex-
10 hęredatus † querelando non rumpat in totum testamentum, sed tantummodo vsq; ad legitimam, & non vltra. Et præcipuè Ang. *l. 1. ff. de inof. test.* cuius opinio fuit approbata à consilio Neapol. per regiam sententiam, quæ fecit transitum in iudicatum, *vt inquit Afflict. in decis. 204. nu. 2. Cagnol. in d. l. 1. nu. 11. in fi.* qui tamen loquitur, quãdo est aliquid relictum, Cur. iun. ibi dicit, quod requisitus pro contraria parte noluit consulere cũ Decio. Rode. *in l. quoniam in priorib. in euidẽtial. n. 12. & seq. C. de inof. testa.* vbi allegat Ang. pluribus in locis, & subdit quod fautores contrariæ opinionis loquuntur contra text. apertum *in d. l. omnimodo, vbi est casus expressus, Ias. in d. l. fratres, nu. 2. ver. 3. extende, C. de inoffic. test. hanc dicit magis communem Paris. in cons. 64. nn. 26. vol. 3.* vbi inquit iuuari meliorib. iuribus, & rationibus. *Et est magis communis, Fab. in auth. nouissima, nu. 32. C. de inof. test. Corne. in cons. 176. col. 2. ver. & licet Dinus, vol. 4. vbi latè comprobat hanc sententiam, Afflict. in decis. 125. communem dicit, Ruben. d. l. Titia, §. Imperator, nu. 176. ff. de l. 2. Vasq. d. li. 1. §. 10. nu. 589. Cuccus in tract. de legit. §. vlt. nu. 7. clar. de test. q. 50. n. 5. vbi dicit communem, Anch. Mod. famil. q. li. 1. q. 11. num. 6. & seq.* vbi latè disputat, quod si id procedit quando aliquid tantum minus legitima fuit relictum, multò magis locũ vendicabit, quando integra legitima est relicta: Benè verum est, quod multi tenẽt rumpi in totum testamẽtum, quando nihil omnino est relictum fratri, & is est præteritus in totum vel exhæredatus. Et hãc casuum diuersitatem considerant Cagnol. Vasq. & Clar. in locis citatis. Et ratio videtur clara, nam si filius cui aliquid fuit relictũ, non potest patris testamẽtum querelare, sed agit ad supplementum, quanto minus id fratri concedẽdum est, qui multò est filio remotior, illud autem odiũ infamis personæ non debet plus operari quam fauor filij, & non tam considerari odium personæ exclusæ, quã qualitas intercluse; & mihi nõ placet dicere quod lex solùm illud odiũ consideraverit, sed ad vtrãq; personam respexit, scilicet hæredem odiosum, & fratrem fauorabilem.

Similiter quod dictum est supra, in princ. vitiari testamentum, etiam quoad legata, non est tutũ quia si frater agit solùm ad legitimam, subsistunt
11 legata, *vt dictum † est, & in specie id voluit Alex. in l. si patroni. §. fi. ff. ad Treb. sequitur Afflic. in d. decis. 125. nu. 4. & pulchrè probat Igne. in auth. ex causa, nu. 208. 212. & 216. C. de liber. præter. vbi dicit tres de hoc esse tex. in terminis, in auth. & latius cæteris hunc articulum attingit Fab. in d. auth. nouissima, num. 291. C. de inoffi. testam.* vbi dicit, quod frater querelans teneatur præstare legata in eodem testamento relicta.

Quod etiam dicebatur de clausula codicillari, non caret dubitatione, *vt post alios videri potest apud Anch. Mod. d. q. 1. per totam, Fab. d. num. 291.* Ex prædictis autem cognosci potest si legatum alimentorum præstari debeat rupto testamento per querelam inofficiosi, quando frater instituit turpẽ personam. Sed quidquid sit si etiam deberentur alimenta, non tamen infertur aliquid speciale, quia ideo omnino est in omnibus aliis legatis.

SVMMARIVM.

1 *Appellans in causa alimentorum non auditur, nisi prius soluat alimenta.*
2 *Attentans non auditur nisi prius reuocet attentata.*
3 *Spoliator non auditur nisi prius purget spolium.*

PRI-

PRIVILEGIVM XCVI.

VIsvm est supra hoc eodem titulo, appellationem interpositam in causa alimentorum, non suspendere sententiam seu exequutionem, sed admitti ad effectum deuolutiuum tantummodo, nunc autem aliud est magis speciale, quia appellans non auditur, nisi
1 prius † soluet alimenta, *ita fuit decisum in Rota, vt refert caput Aquen. in decis. 118. lib. 1. citat & sequitur Cõtard. in l. vnica, in 3. limit. num. 57. C. si de mom. poss.* Et notandum est hoc priuilegium, & non caret ratione, qui enim neget alimenta, prohibet ne appellatus defendat causam, quam defendere non potest, si interim nõ alatur. Cum ergo subtrahat parti defensionem, non debet audiri: alij etiam sunt casus, in quibus non auditur aliquis, veluti cum agit quis per attentatorum viam, non auditur aduersarius,
2 † nisi prius restituantur attentata, *secundum Aret. & Ias. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poss. Rota in decis. 102. fatalia, in nouis*, vbi dicitur, quòd appellãs non potest cogi, vt prosequatur causam appellationis, donec petit restitutionem attentatorum, *sequitur Abb. Felin. & alij, in c. ex ratione, de appellat. Vant. in tract. de nullita tit. quoties, & intra quos, num. 14. Rube. in d. §. nihil commune, num. 297. quæ sententia placuit etiam Menoch. in tract. recuper. possess. remed. vlt. num. 47.* Est verum quòd contrarium voluit Afflict. *in decis. 131. n. 2. post Bart. & Alexan. quos refert.* Idem videmus in spoliatore, qui nõ auditur, nisi primum restituat rem,
3 & purget † spolium, *cap. sæpè, de restitut. spoliat. l. 1. C. si per vim, vel alio modo, l. si quis ad se fundum, C. ad leg. Iul. de vi pub.* Et possem alios casus referre, quos omitto.

SVMMARIVM.

1 *Monachus non potest obligare monasterium pro alienis debitis.*
2 *Monachus potest obligare monasterium pro expẽsis quas fecit in studio ad quod contulit se de licentia Abbatis.*
3 *Pater obligatur pro expensis necessariis, quas fecit quis pro filio existente in studio.*
4 *Monasterium soluit quidquid erogatum fuit pro monacho infirmo, vt curaretur.*
5 *Monasterium obligatur pro expensa facta in doctoratu monachi.*
6 *Consequenti concesso veniunt omnia, sine quibus ad illud non peruenitur.*
7 *Præsens dicitur in loco, qui abest de licentia superioris.*
8 *Salarium debetur stipendiario pro tempore quo abfuit de licentia superioris.*
9 *Priuilegia alimentorum remissiuè, quæ sint.*

PRIVILEGIVM XCVII.

MONACHVS non potest monasterium obligare † pro alienis debitis, *argum. cap.*
1 *quod quibusdam, de fideiusso. & c. si quorundam, de solutio.* imo non potest etiam res obligare, quæ ad suum vsum fuerunt concessa, *l. 1. §. ff. quæ res pign. oblig. poss. & dixi supra, vbi tractaui, an monachus possit sine abbatis licentia facere eleemosynam*, tamen si monachus incumbat studio, & in scholis vitam agat, poterit monasterium obligare pro his expensis, † quę sunt necessaria ad sui sustentationem,
2 *est text. in l. sed & Iulianum, §. sed quod dicitur, ff. ad Mace-*
3 *don.* vbi pater obligatur ad necessarias † expensas, quas alius fecit pro filio existente in studio, & valet argumentum à patre ad Abbatem, vel monasterium. Et in specie quod eo casu monachus obliget monasterium, est gl. *in c. non dicatu, 12. q. 1. vbi eam notat Archid. gl. in l. si longius, §. 1. ff. de iudic. & idem voluit Archid. in c. cum pastoralis, 2. q. 7.* vbi subdit, attendi debere id, quòd consueuit expendi in studio, & idem in
4 monacho infirmo, † quod erogatum in eius curationem monasterium soluat, voluerunt Archid. & Io. And. *in c. 2. ne cleric. vel mona. in 6. & etiam procedit in*
5 *expensa doctoratus*, † *Archid. in c. monachus, 16. q. 1. Io. And. & Abb. in c. nonnullus, de magistr. Abb. in c. multa, colum. 2. de præben.* Et id intelligitur, quando fuit in studio de licentia Abbatis, quia cum Abbas concedit licentiã recedendi à monasterio, & standi in alio loco,
6 videtur ea omnia concedere, † sine quibus nõ posset monachus abesse, *argum. in c. cum quid, de reg. iur. in 6. & ibi voluit gl. in c. ex parte, in ver. licet, in fi. de accusat.* vbi, quod monachus non obligat monasterium, nisi quoad expensas, quas fecit occasione propriæ necessitatis, si tamen abfuit de licentia abbatis, & nõ aliter. Et ponit latè Felin. *ibi, num. 2. ver. in eadem gl. in fi. Doctores tenent.* Et quamuis rationem nõ ponãt, id prouenit, quia monasterium seu abbas non tenetur alere monachum inobedientem, qui sine iussu, aut licentia recessit, aliãs esset alios inducere ad eandẽ inobedientiã, & ad cõtemptũ religionis.

Item monasterium non tenetur monacho præstare alimenta extra septa monasterij, *vt suo loco dicemus.* Primi verò dicti ratio est, quia adesse videtur, non abesse, † qui de licentia superioris abest, *vt*
7 *inquit gl. in l. hac lege, vbi Io. de Plat. notat, C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12.* & gl. ibi, inquit, quod clericus, qui abest de licentia Papæ, consequitur præbendam pro toto tempore absentiæ, *idem ibi vult Ioan. de Plat. in 2. notab.* vbi subdit, quod si absit nulla impetrata licentia, non habet præbendam. Et Bart. *in l. hac lege*, inquit, quòd si ciuitas licentiam dat stipendiario,
8 † quod absit per aliquot menses, ille habebit salarium pro tempore absentiæ, *& ante eum idem voluit glos. in l. desertorem, §. si ad diem, ff. de re milita. quam dicit singulare Bal. in l. si ea conditione, C. de cond. insert, vbi idem dicit in Doctore, & multe, idem Bal. in Auth. habita, nu. 22. C. ne fil. pro patre.*

Multa quoque alia adduci possunt specialia alimentorum, sed ea omnia curiosè afferre esset magis laboriosum, quàm subtile, *vt in terminis inquit Bar. in l. Mela, in fi. ff. de alim. & cibar. lega.* ego verò consultius duxi multa, quæ hic potuissent inculcari, suo loco disponere sub illis capitibus, quibus magis videntur conuenire, id quod præmonere volui, ne fortè existimet quis fuisse penitus omissa, quæ hic non inueniet expressa Interim autem ge-
9 neraliter multa † alimentorum priuilegia videat apud Bart. *in d. l. Mela, in tract. de alim. Papien. in form. libel. quo agitur pro lega. rei sing. in princ. num. 80. & seq. Vital. in tract. clauss. in tit. an poss. renuncia. alimen. colum. fi. ver. vltimo quæro, quæ specialia, Alex. in cons. 214. num. 11. volum. 6.*

FINIS TITVLI OCTAVI.

TRACTATVS DE ALIMENTIS, PRÆCLARISSIMI IVRISCONSVLTI, DOMINI IOAN. PETRI SVRDI CASALENSIS.

TITVLVS IX.

Generalia quædam circa alimenta.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum ab alimentis ad dotem, est validum.*
2 *Dos est fauorabilior alimentis.*
3 *Dos continet causam alimentorum.*
4 *Simile non est idem.*
5 *Similitudo est rerum eadem qualitas.*
6 *Nominis diuersitas arguit rei diuersitatem.*
7 *Argumentum à simili non habet locum, quando extat dissimilitudo.*
8 *Argumentum ab alimentis ad dotem, non habet locum, vbi est ratio diuersitatis.*
9 *Argumentum ab æquiparatis, procedit solum in casu æquiparato.*
10 *Argumentum ab alimentis ad dotem, sumitur solum negatiuè, non affirmatiuè.*
11 *Argumentum à maiore ad minus, sumitur negatiuè, non affirmatiuè.*
12 *Argumentum à minori ad maius, est validum.*
13 *Dos & alimenta habent se tanquam excedentia, & excessa.*
14 *Dos succedit loco alimentorum.*

QVÆSTIO I.

GENERALIA quædam præfari operæpretium, quibus passim toto hoc opere dicta facilius intelligantur, ita verò fiet, vt dum quæstiones tractantur, non sit in verificandis suppositis immorādum, & multa vno in loco cōgesta inueniri possint, quæ vix commodè aliis partibus annecti queant. Et primum quidem sciendum est, valere † argumentū ab alimentis ad dotem. 1 Æquiparātur enim à iure secundum glos. *in l. ob as, C. de prad. minor. vbi Alexan. ad Bart. Salic. in l. qui liberos, ff. de ritu nupt. Alexan. in l. omnis, §. si mulier, ff. de cond. indeb. Bart. qui argumento vtitur in l. fi. ff. de his, quib. vt indign. in l. fi. C. de dot. promiss & in Authen. res quæ, C. commu. de lega. Castren. in cons. 80. colum. 2. ver. non illud autem constat, volum. 1,* vbi inquit, quòd obligatio dotandi, & obligatio alendi iudicantur quasi ad paria, *allegat not. in Authen. res quæ, & per Cin. in l. alimenta, in fi. C. de nego gest. Curt. sen. in l. de alimentis, num. 15. C. de transactio* vbi, quòd hæc est recepta regula, *Ias. in d. l. cum is, §. si mulier, num. 1. ff. de cond. indeb. vbi alt glos. in d. l. ob as. esse singularem, allegat Imo. & alios,* & arguit, non ab alimentis ad dotem, sed econtra à dote ad alimenta, *& hanc partem tenuerunt, Ioan. And. Alber. Bald. Ang. Florian. Imo. Ioan. de Ana. Barb. Socin. Firmian. Calcan. & alij multi citati à Tiraquel. in tract. de priuileg. pia causa, in præfatio. colum. mihi 12. vers. item cum dos,* vbi arguit ab alimentis ad dotem, & à dote ad alimenta: subdens, quod legatum dotis, & legatum alimentorum æquiparantur, *Euerar. loco 29.* vbi *in principio,* inquit, quod argumentum est efficax & validum, & eo Doctores multis in locis vtuntur, & quia multa sunt alimentorum priuilegia, potest ab eo argumento inferri ad fauorem dotis ad multas decisiones, & ipse ibi multas cumulat Corasius *in dicta l. qui liberos, num. 113.* vbi inquit, esse probabilem argumentationem, *Ripa in l prima, numero 79. ff. soluto matrimonio, Garzias in tracta. de vltimo fi. iur. ciuil. & canon. num. 107. vbi allegat Iacob. Butr. Petr. & Cin. in l. nec mater, C. de iure dotium, Vasq. in tracta. de successio. creatio. libro 2. parte 3. §. 20. requis. 29. declarat. 3. numero 156. Tiraquel. in tracta. primogenio. quæstione sexagesima secunda, numero 4.* dicens, *dotem & alimenta æquiparari, allegat Corn. & alios subditque Docto. vbi quod argumentū sumere ab vno ad alterum, Rum. in cons. 94. num. 9. volum. 5. Dominus Becius cons 8. num. 7. Cordub. in dicta l. si quis à liberis, §. idem iudex, num. 24. ff. de liber. agnoscen. vel alen. vbi addit Duen. Siluan. Rol. & alios tenentes hanc conclusionem, quod liceat arguere ab alimentis ad dotem.* ideo inquit Bart. *in l. cū de in rem verso, col. 1. ver. contra hoc facit, ff. de vsur.* cp dos est digna pari fauore alimentorum.

Imo Cin. *in l. 1. in 2. quæstio. C. de alen. lib.* inquit, do- 2 tem † esse alimentis fauorabiliorem, *sequitur Salic. in l. neque mater, C. de iure dotium, & in Authen. res quæ, colum. fina. C. de iure dotium, Fulgos. in cons. 228. colum. fin. Alexan. in cons. 7. colum. fi. volum. 2. Socin. in cons. 291. num. 8. & 9. volum. 2. Ias. in d. Authen. res quæ, colum. 4. ver. iuxta hoc notat, Curt. sen. in cons. 39. colum. fi. Bal. Nouel. in tracta.*

dotis,

dotis, par. 6. priuileg. 15. Ripa, in l. 1. num. 54. & num. 103. ff. soluto matrimonio, Tiraquel. in tract. de primogen. quæst. 62. num. 5. Abb. in cap. peruenit, in 2. not. ab. de arbitr. & præter eos Cyn. & Bart. in l. non omni, C. de admmistr. tuto. Natta in cons. 410. num. 16. Euerar. d. loco 29. in princ. D. Bec. in con-
3 *silio 8. num. 8.* dos enim † continet causam alimentorum, & habet illorum præstationem adiunctam, *l. pro oneribus, C. de iure dotis, l. si cum dotem, §. sin autem in fauissimo, ff. solu. matrim. Fulgos. d. cons. 228.* sed præterea dos cõtinet procreationem sobolis, *l. 1. vbi Doctores, ff. solu. matrim* & in hoc alimenta excedit.

Contra tamen negant multi validè duci posse argumentum ab alimentis ad dotem, vel à dote ad alimenta, *Ang. in l. à filia, in princ. ff. ad Trebellia. & in l. fi. C. de dot. promiss. eum sequitur Imo. & Roman. in l. 1. ff. soluto matrimonio,* vbi Alexand. *num. 12.* ponit quinque instantias, in quibus apparet, non benè argui de vno ad alium: Nam pater tenetur alere filiam naturalem, sed non dotare, pater non alit filium diuitem, sed dotat filiam, quæ habet aliunde, frater alit sororem coniunctam ex vno tantum latere, sed eam non tenetur dotare, qui negat alimenta, videtur necare, nõ qui negat dotem, postremò alimenta minore cum incommodo præstantur, id est, per tempora, & particularis solutio sicut affert damnũ creditori, ita vtilitatem præstat debitori, at dotis vnica fit præstatio. Eandem conclusionem probauit Salic. *in Authen. res quæ,* vbi Ias. *num. 8.* refert, & ipse multas instantias addendo, quòd filius matrem alit inopem, sed non dotat, Crot. *in l. 1. num. 66. ff. soluto matrim.* vbi addit aliam instantiam, quia scilicet à sententia lata in causam alimentorum non appellatur, quod secus est in causa dotis, *Bal. Nouel. in d. par. 6. priuileg. 15. colum. 2. in ver. licet autem filius, Bal. in l. fi. ver. sin autem legatum, C. de bon. quæ liber. Castren. & Imo. in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de cond. & demonst. Bero. in cons. 165. num. 31. volum. 2. Tiraq. d quæst. 62. num. 12. Natta d. cons. 410. num. 15. decis. Pedem. 124. num. 15. Paleoth. in tract. de noth. & spur. cap. 49. num. 1.* Prædicti omnes mouentur ex differentiis supra recitatis, quæ tamen nihil obstant, quia cum aliud sint alimenta, aliud dos, non est mirum, si inter ea subsunt differentiæ: cadit enim similitudo non identitas, & si-
4 mile † non est idem glos. *in l. quod Nerua, ff. de depos. cap. innotuit, vbi Abb. in 7. not. ab. de sectio. cap. 2. de transla. prælato l. 1. C. de vete. iur. enuclean.* & similitudo est re-
5 rum differentium eadem qualitas, † *vt allegando Boëtium voluit Ioan. And. in cap. non potest de præben. in sexto, nouel.* & si esset vnum & idem, non appellaremus
6 † diuersis vocabulis, *l. si idem. C. de codicil.* etsi inter dictas res nulla omnino esset differentia, vt quæ essent vnum & idem, & dicunt Philosophi, quod inter individua non potest dari omnimoda similitudo. Propterea Cordub. *in d. l. si quis à liberis, §. idem iudex, num. 30. ff. de liber. agnosc.* rectè miratur de eiusmodi contradictione, quia argumentum à simili
7 procedit solum in casibus, in quibus † non cadit dissimilitudo, *l. non possunt. ff. de legib.* In illis vero casibus, quibus adest dissimilitudo, non procedit argumentum, *glos. penultima. in l. creditori. ff. de oper. noui nuntia. vbi Ias. num. 7. Socin. iun. l. 4. §. Caio, num. 493. ff. de verbor. oblig. Cordub. in loco prædicto.* Vera igitur & approbata est conclusio, quod regulariter, & in dubio valet argumẽtum ab alimentis ad dotem, quia hæc à iure parificantur, sed non est perpetua hæc regula. Declaratur enim non procedere, quan-
8 do subest diuersitatis ratio, † *ita declarat Euerar. loco 29. colum. penult. ver. & procedit hæc argumentatio, Coras. in l. qui liberos, num. 113. ff. de ritu nupt. Ripa in l. 1. num. 79. ff. solu. matrim. Cordub. d. §. idem iudex, num. 30. & sequen.* Et quamuis prædicti non allegent aliquid, tamen patet ad sensum, & nõ eget ratiõe, aut probatione.

Potest etiam declarari, vt procedat solum in casibus æquiparatis, non autem in aliis, quia hæc est
9 natura argumenti ab æquiparatis, vt iis † tantum casibus locum habeat, *l. Stichus, ff. de manum. testam. gl. in l. omnes dies, ff. de feriis, in c. postquam, & in c. licet canon. de electio. in 6. Geminia. in c. 1. de tempo. ordinatio. lib. 6.* præcipuè quando æquiparatio non est facta in omnibus & per omnia, *vt per Ripa, in l. 1. num. 2. ff. soluto matrimonio.*

Declaratur quoque procedere argumẽtum so-
10 lũmodo, quando sumitur affirmatiuè † ab alimentis ad dotem, non autem si negatiuè, *ita Ripa in d. l. 1. num. 79. ff. solu. matrim.* Sed contrarium probauit Bal. *in Auth. res quæ, C. commu. de legat. prout eum refert Socin. iun. in l. . num. 231. ff. solu. matrim. & Cordub. in §. idem iudex, num. 29.* vbi ait, quod dicitur in alimentis, negatiuè locum habere quoque in dote, atque id confirmatur ratione, quia si alimenta sunt fauorabiliora, quam dos, erit argumentum à maiori ad mi-
11 nus, quòd negatiuè, non affirmatiuè † sumitur hoc modo, quod non licet maiori, non licet minori, *c. si ergo, 8. quæst. 1. & ibi not. glo. tex. in c. si Paulus, vbi etiam gl. 30. q. 5. gl. Io. And. Abb. & alij in c. cum in cunctu, de electio. ponit Euerar. loco 66. vbi alios citat.* Ita ergo concipi poterit argumentum ab alimentis ad dotem, non tenetur quis ad alimenta, ergo nec ad dotem, nõ autem tenetur alere, ergo & dotare. Sed quia Doctores omnes, *vt vidimus supra,* arguunt affirmatiuè de alimentis ad dotem, puta pater tenetur alere, ergo tenebitur etiam dotare, ideo sustineri non potest decisio Bald. vltra, quòd mihi Bald. non dicit id ad quod allegatur. Præterea multi dicunt, dotem esse alimentis fauorabiliorem, *vt supra retuli,* ergo cum de alimentis arguimus ad dotem, nõ negatiuè, sed affirmatiuè, sumendũ erit argumentum tanquam
12 de minori ad maius, † quia si id, de quo magis, *cap. cum in cunctis, vbi gl. citat concordantes, de electio. & ibi sequitur Io. And. Abb. & alij, §. illud quoque, in Auth. vt determinat, sit num. cler. & alios congerit Euerar. loco 65. colum. 1.* Hac verò in quæstione, si meum interponendum est iudicium, aduertendum existimo, an verum sit, quod dictum est alimentis fauorabiliorem esse dotem. Et sanè falsum credo, quia si quid fauoris inest doti, id omne ideo habet, quia habet annexam causam alimentorum, vnde propter quod vnumquodque tale, & illud magis, *Authen. multo magis, C. de sacrosan. eccles.* Et si attendamus fauorem respectu iudicij, nulli dubium, quod alimenta sunt fauorabiliora, imo verum est in vniuersum dicere, quod alimenta sint dote fauorabiliora. Propterea infertur argumentum rectè negatiuè, duci ab alimentis ad dotem, puta si non includun-

tur alimenta, ergo nec dos, & affirmatiuè à dote ad
13 alimenta † habere se tanquam excedentia, & exceſſa, vt ſcilicet alimenta excedant, & dos ſit exceſſa, licet ipſe contrarium teneat. Nec placet mihi diſtinctio Mainer. *in l quoties, num. 146. ff. de regu. iur.* vbi ait, alimentorum cauſam eſſe dote fauorabiliorem, vbi de alimentis agimus filiorum naturalium. At ſecus vbi de legitimorum & naturalium alimẽtis tractamus. Repugnat enim rationi, quod maiori fauore proſequamur naturales, quam legitimos. Quare concludendum eſt ſemper ab alimentis ad dotem duci poſſe argumentum, ſi diuerſitatis ratio non obſtet, à dote vero ad alimenta perraro videmus Doctores noſtros arguere. Sed rectè quoque ducitur affirmatiuè, *vt ſupra dixi*, & ſecundum prædicta conciliãtur deciſiones Doctorum, & inſtantiæ, quæ in contrarium allegantur. Annecti quoque poteſt huic capiti, id quod
14 Doctores dicunt, † dotem ſuccedere loco alimentorum, *Cin. & Bal. in l. neque matrem, C. de iure dotium, Bartolus in l. fin. ff. de his, quib. vt indign. Afflict. in deciſ. 111. num. 10. Rolan. conſ. 91. num. 19. volum. 1. Tiraquel. & alios citans in tracta. primogen. quæſtio. 62. num. 5. Natta in conſilio 415. num. 16. Boer. deciſ. 104. num. 11. D. Becius, conſ. 8. num. 7. Cravet. conſ. 236. num. 4. in fi. Aſcan. Clemen. in tracta. de patr. poteſt. effect. 11. num. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Legitima ſuccedit loco alimentorum.*
2 *Legitima eſt fauorabilior alimentis.*
3 *Argumentum à legitima ad alimenta, eſt validum.*
4 *Legitima quando petitur requiritur libellus.*
5 *Legitima poteſt in totum tolli ſtatuto.*
6 *Alimenta à filio præſtita, non imputantur in legitimam ſibi à patre debitam.*
7 *Pater non poteſt filio alimenta præſtita compenſare cum bonis aduentitiis.*
8 *Intereſſe ſubrogatur loco principalis debiti.*
9 *Legitimæ imputat filius, quidquid capit ex teſtamento patris.*
10 *Legitimæ non imputantur, quæ ex teſtamento patris capiuntur inter viuos.*
11 *Legitimæ imputãtur quod donationis titulo filius inter viuos conſequitur à patre. declaratamen, vt ibi.*
12 *Legitima poteſt à patre validè aſſignari in vita filio.*
13 *Legitimam pater viuens non cogitur aſſignare filio, ſed poteſt ſi vult.*
14 *Pater non poteſt filio aſſignare certum quid pro alimẽtis.*
15 *Donatio inter patrem & filium, non valet.*
16 *Diuiſio, quam pater facit inter filios, non valet.*
17 *Donatio facta filio à patre confirmatur morte.*
18 *Donatio facta filio à patre, non confirmatur morte niſi præceſſerit traditio.*
19 *Donatio filio facta vt confirmetur morte, ſufficit ficta traditio.*
20 *Donatio inter patrem & filium, confirmatur iuramẽto.*

QVÆSTIO II.

SI QVÆRATVR, an liceat arguere ab alimentis ad legitimam: dici poſſet prima facie, quod ſic, quia legitima ſuccedit loco † alimentorum, *Authen. de trien. & ſemiſ. §. prohibemus, Bart. in Authen. de hæred. & falcid. in princ. hoc voluerunt, Ricard. Malumb. Bart. Alexand. Iaſ. Suarez, Alciat. Lup. & Didac. quos citat & ſequitur Ludou. Molin. in tract. de primogen. Hiſpan. lib. 2. cap. 15. num. 2.* vbi tamen loquitur non generaliter, ſed de alimentis, quæ ſecundogenitis præſtantur, & ibi dicit non quod legitima ſuccedat loco alimentorum, ſed quod alimenta accedunt loco legitimæ. Quod autem legitima ſuccedat loco alimentorum, voluit Aſcan. Clemen. *in tracta. de patr. poteſta. effect. 16. numero 24. Lup. in cap. per veſtras, in tertio notabili, §. 24. num. 7. folio mihi 157. quod ante eos, Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero, num. 6. ff. de cond. & demonſtr. vbi eum ſequuntur Aug. Caſtren. & Imola.*

2 Secundo facit, quia legitima eſt † fauorabilior, quam cauſa alimentorum, vel ſaltem æqualis, *vt inquit Curt. ſenior in l. de alimentis, num. 2. C. de tranſact.* Et
3 hanc partem, & quod rectè arguatur à legitima † ad alimenta, tenuit Barto. *in d. §. Titio genero, vbi Ange. Caſtren. & Imo. Vaſq. in tracta. de ſucceſſio. creatio. lib. 2. §. 20. in requiſi. 42. num. 341.* vbi infert idem eſſe in dote. Contrariam tamen partem quod argumentum non valeat à legitima ad alimenta, voluit Corne. *in conſ. 316. colum. 4. ver. & negatur, volum. 1.* quia ſecundum eum in multis diſcrepãt, primo quia alimenta non debentur filio, quia habet aliunde, ſed debetur legitima, ſecundo alimenta debentur patre viuente, legitima verò poſt mortem, tertio ſpurio iure canonico debentur alimenta, ſed non legitima, quarto legitima ſemper vniformis reſpectu quotæ, ſiue nobili debeatur, ſiue ruſtico. Alimenta vero diſpari modo præſtantur diuiti, aut pauperi, & proinde cum in paucis conueniant, & in multis diſcordent, non licebit de vno arguere ad alterum, præcipuè cum iure cautum non inueniatur legitimam loco alimentorum ſuccedere. *idem tenuit Bereng. in l. in quartam, in præfatio. num. 39.* vbi negat legitimam loco alimentorum ſucceſſiſſe, *Tiraquel. in tracta. primogenituræ, quæſtio. 55. num. 18. in fine, Cagno. in l. finali, num. 291. C. de pactis,* vbi allegando Baldum, *in l. 1. colum. 9. C. quando non peten. par.* dicit, non valere argumentum, quia alimenta præſtantur in annos, vel menſes, legitima verò vnica ſolutione traditur, & alimenta, qui negat, videtur necare, ne ita negans legitimam. Et allegat multos repugnantes dicto argumento, præcipuè Doctores, qui diſputant, ſi ſtatutum poſſit in totum tollere legitimam, qui concludunt poſſe ex cauſa, ſed alimenta deberi, atque ita conſtituunt inter alimenta & legitimam. Hoc idem probarunt Baldus, Caſtrenſ. Iaſon, & alij, *in l. ſi quis in ſuo, C. de inofficioſo teſtamento,* vbi mouetur, quia in pe-
4 tendo legitimam † requiritur libellus, & ſeruatur iuris ordo, *in dicta l. ſi quis in ſuo, ibi, ſed expectato iudiciorum ſtrepitu, at in petitione alimentorum proceditur ſummariè, vt in l. de alimentis, C. de tranſactionibus, vbi Curt. ſen. num. 12.* hoc notat. Similiter, quod non detur argumentum tenuit Euerar. *in loco ab alimen. ad dotem, qui eſt vigeſimus nonus, colum. 5. ver.* & eadem ratione mouetur, quia in vno proceditur ſummariè, ſed in altero ſeruatur ordo iudiciorum, & ſubdit, quod ea propoſitio legitimam loco alimentorum

ſuccedere,

succedere, non est simpliciter, nec indistinctè vera, *Maran. de ordin. iudicio par. 4. distinct. 9. num. 168. ver. 6. dicitur summaria*, vbi notat, esse differentiam in ordine procedendi, *Cordub. in l. si quis à liber. §. idem rescripsit, num. 154. ff. de liber. agnoscen. & in §. idem iudex, num. 20.* vbi, *num. 22.* dicit, à legitima ad alimenta non esse licitum argumentum, nisi ex manifesta similitudine, & argumenta, quæ pro contraria parte adducuntur, probant contrarium, quia si legitima successit loco alimentorum, benè licebit ab alimentis arguere ad legitimam, sed non econtra, & non est verum, quòd legitima sit alimentis fauorabilior, *vt Curt. sen. dicebat.* Nam videmus, quod à
5 statuto legitima potest in totum tolli, † secundum communem opinionem, *de qua per Decium & Cagno. in l. iura sanguinis, ff. de reg. iur.* Sed alimenta non possunt tolli, item non agitur summariè in causa legitimæ, sicut in causa alimentorum, & non reiicitur appellatio à sententia lata pro legitima, sicut ab ea, quæ fertur pro alimentis.

Imo videtur, quòd alimenta quoque non succedant loco legitimæ: videmus enim, quod pater
6 non imputat filio † alimenta, quæ illi præstitit, *secundum Bal. in l. omnimodo, §. imputari, num. 7. C. de inofficioso testamento*, vbi loquitur de omnibus expensis, quas pater fecit pro filio agente in studio, intelligendo tamen de consumptis, *sequitur Berengar. in l. in quantam, cap. 3. num. 79. ff. ad leg. Falcid.* Et dicit Corneus, *in l. cum oportet, in princ. colum. 2. ver. illud autem, C. de bon. quæ liber.* quod pater non potest alimenta fi-
7 lio præstita † compensare cum bonis aduentitiis penes eum extantibus, *sequitur Paris. in cons. 130. numero 2. volum. 1.* At si alimenta loco legitimæ succederent, non posset filius vtrumque consequi alimenta, scilicet & legitimam, quia vnum recipiendo videtur habuisse, vti dicimus de interesse, quod sub-
8 rogatur loco eius, quod quis dare, vel facere † tenebatur, ideo reputatur vnum, & idem cum eo, quod venerat in obligatione, *secundum Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, num. 40. circa finem, ff. de verbo. obligat. ponunt Doctores, in l. vinum, vbi præcipuè Curt. iun. & Butigel. num. 55. ff. si cert. pet. a. idem Butigel. in l. 4. §. Cato, num. 45. ff. de verb. obligat. Aret. in cons. 83. colum. 2. ver. 3. Dec. in cap. 1. in 1. lectura, num. 22. in fi. de iudic. cum multis similib.* Non ergo potest filius consequi à patre legitimam, cum est consequutus alimenta, sed responderi potest contrarium procedere, si consideremus alimenta, quæ patre viuente præstantur: ea enim non succedunt loco legitimæ, ideo nec imputantur in legitimam. At si alimenta præstantur post mortem patris, ea loco legtimæ succedunt, & imputantur in legitimam. Et ita intelligo doctrinam prædictam, licet Doctorem non inueniam declarantem. Imputantur enim in legitimam filij,
9 quæcunque † ex testamento patris capiuntur, siue iure institutionis, siue legati, siue in vim modi, vel alterius cuiusuis dispositionis, *l. quoniam nouella, C. de inoffic. testam. l. etiam. §. penult. ff. de bon. lib. l. omnimodo, & l. scimus, C. de inoffic. testam. Bar. & alij, in l. quartam, ff. ad leg. Falcid.* Si ergo pater in testamẽto relinquat filio alimenta, nulli dubium, quin legatum illud imputetur in eis legitimam, facta æstimatione, secundum text. *in l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid.* Quod tamen non potest dici in alimentis præstitis à patre viuente. Ratio autem diuersitatis, quare alimenta inter viuos præstita non imputentur, relicta autem in testamento imputentur ea est, quia
10 non imputantur in legitimam, † quæ ex partis substantia inter viuos capiuntur, *l. si quando, §. generaliter, C. de inoffic. testam. l. illud, C. de collatio. in d. l. in quartam.* Et licet illud limitetur, quando aliquid sim-
11 pliciter datur non expresso † donationis titulo, *Bart. in l. 1. §. si parens, ff. si quis à paren. fuer. manum. Alex. & alij, in d. l. illud, Alex. in cons. 142. volum. 2.* Ea tamen limitatio procedit, quando datum æquiualebat legitimæ, secus quando vel excedebat, vel non accedat ad valorem legitimæ, *vt declarat Socin. in cons. 18. volum. 4. quem sequitur Ripa, in d. l. in quartam, num. 145. & seq.* Accedat, quod alimenta præstando filio exsoluit debitum, ideo non imputat, nam ad duo tenetur erga filium, nempè alere dum viuit, & legitimam tempore, mortis relinquere, vniuer. Ergo debiti solutio non parit liberationem respectu alterius.

Addo, quod alia maxima videtur differentia inter alimenta & legitimam, de qua tamen prædicti Doctores, non meminere, nam pater potest in vi-
12 ta sua assignare filio † irreuocabiliter aliqua bona pro sua legitima, *vt voluit Bal. in l. cum oportet, in §. non. C. autẽ, in fi. de bon. quæ liber.* vbi ait, quod pater potest in vita præueniendo mortem suam assignare filio certam suorum bonorum portionem pro legitima, *argum. l. cum quo, ff. ad leg. Falcid.* & infert, quod si filij inter se contrahant super bonis assignatis, *vt suprà*, oritur naturalis & ciuilis obligatio. Et post eum idem omnino voluit Angel. *in l. si non mortis, ff. de inoffic. testam.* vbi cũ pater recusaret filium emancipare, velletque certum quid assignare, sed dubitaretur, ne pater mutato proposito illud postea reuocaret, vel ne filius ea omnia perderet, quæ in meliorando illa bona erogasset, consuluisse dicit, quod pater exprimeret donare se in causam legitimę, quia hoc modo actus fit irreuocabilis, & cautum itur pro melioramentis. Et pro hoc facit, quia
13 etsi pater cogi non possit dare filio legitimam † ante mortem, tamen si vult potest viuens illam assignare, *Bal. in l. illud, colum. 3. ver. tertiò quæro, C. de sacrosc. eccles. & in l. si successione, ver. quid de legitima. C. de reuoc. his, quæ in fraud. credit.*

14 Sed econtra, nõ potest pater validè in vita † assignare certum quid pro alimentis, vt voluit glos. *in l. 2. C. de inoffic. donat.* dum inquit, patrem validè, filio donare aliquid diurnum in causam alimentorum. Dum ergo dicit aliquid diurnum, excludit donationem cuius emolumentum longioris temporis posset durare. Et Bal. *in d. l. 2. num. 5. ver. tertiò oppono*, dicit, quod vbi pater viuens aliquid donat ob alimenta, requiritur confirmatio post mortem patris, vt valida sit donatio pro futuro tempore, & interim reuocari potest. Et subdit, esse notandum, *sequitur Ferdin. Loaz, in repe. l. filius familias. §. diui. num. 31. ff. de leg. 1. post Laf. in l. frater à fratre, colum. pen. de cond. indeb. Duen. reg. 223. limita. 5.*

Verum hęc glossę opinio non videtur tuta, qua

Bal. *in d.l.succeſſ. C.de reuoc.his,quæ in fraud.credit.* tenet aſſignationem factam filio à patre, ſuſtineri non minus pro cauſa alimẽtorum,quam legitimæ. Adducit illud Euangelij, *tolle portionem ſubſtantiæ, quæ te contingit.* Et cum eo videtur tranſire Io.Bapt.Sanſe *ver.in l.frater à fratre,quæſtio.25. num.100. ff.de cond.indeb.* Bene verum eſt, quod Bal. ibi non tractat, an aſſignatio ſit irreuocabilis, non enim eſt dubium, an poſſit fieri pro alimentis,quia id certum eſt,donec pater perſiſtit in ea volũtate, ſed difficultas ſi muta to propoſito velit reuocare,an poſſit. Et hoc Bal. non tangit. Rurſus Gul. Cun. *in l.peculium ex eo conſtit. ff.de pecu.prout eum refert Roman.in l.de donatio. C.de collatio. & additio. ad Bal.in d l.2.* dicit, ſuſtineri donationem factam ob cauſam alimentorum abſque alia confirmatione, atque ita videtur in alimentis idem eſſe,quod in legitima. Porrò,vt nihil ſit pacificum id quoque, quòd pro legitima dixerunt Bal. & Ange. ſuſtineri aſſignationem, multos habent contradicentes, vt rectè affirmari queat, aliquid eſſe communiter reprobatum. Volunt enim Doctores, neque etiam in cauſam legitimæ ſuſtineri irreuocabiliter aſſignationem à patre factam,
15 moti à regula, quod prohibetur donatio † inter patrem & filium, *l.1.§.ſi pater,ff.pro donato,l.cum de bonis, C. de donatio.* & quod ea diuiſio inter patrem &
16 filium non valeat,† eſt text. *cum gloſ.in l.ſi ancillam,§. ſi pater, ff.pro ſuo,& in l.ſi filia,§.pater inter filios,ff.famil. erciſcun.* Et in terminis,quod pater non poſſit irreuocabiliter filio aſſignare legitimam, tenuit Bal. *in l.3.colum.1. C.pro donato. Barbat. Socin.& Corn.ques citat Dec.in conſ.86.num.8. ver. in contrarium vero, Ioan.Bapt.in d.l.frater à fratre,quæſt.25.num.100. & ſeq.ff.de cond.indeb.* vbi reſoluit non valere in filio in poteſtate,licet aliud ſit in emancipato, *Iaſ.in l. frater à fratre, colum. penul. ver. iſtam limitationem, Ferdin. d. §. dim, num. 31.* Quare concludendum eſt in filio in poteſtate valere quidem aſſignationem factam à patre tam pro alimentis, quam pro legitima, ſed eſſe reuocabilem, dum viuit pater, & morte confirmari, ſi tamen ſequuta ſit traditio,quia id eſt generale,quod
17 licèt donatio † à patre facta filio cõfirmetur morte, *l. donationes, quas parentes, C.de donat. inter virum & vxorem, Dec.qui alios citat in conſ.239. num.2. Cravet. in conſ.19.num.2.* tamen intelligitur ſi traditio facta eſt,
18 & † non aliter, *Bal.in Authen.ex teſtamento, C.de collat. in l. 2. C. de inoffic. donat. Alexan. ad Bart.in l. Papinianus, ff.de donat. inter virum & vxor. Corne.in conſ.108. in princ. vol. 4.* Eſt verum, quod ſufficit facta traditio, quæ
19 fit per conſtitutum,vel † etiam retentionem vſusfructus, *vt per Dec. in conſ. 202. colum.4. ver. tertio etiam fundamento, & in conſ. 239. colum.2. & in conſ. 296. circa princ. Cravet.d. conſ. 19. num.2. & in conſ.141. num.1. in fi. cum multis aliis, quos omitto.* Vt igitur ſuſtineatur aſſignatio, quæ à patre filio fit pro legitima, vel alimentis,cautius eſt,ꝙ eam pater confirmet iureiu-
20 rando,quia eo conualidatur etiam † donatio,*Bart. in l.Titia,la ſeconda, §. Imperator, ff.de lega.2.Bal.in l.ſi. in fi. C. de vſucapio. pro donato. Docto. omnes in cap. cum contingat,de iureiur.in l.frater à fratre, ff.de cond indeb.infinitos ad hoc allegat Duen.in reg. 219. in ſecunda ampliat. addo Alcia.in conſ.45.num.2. Cravet.in conſ.202.colum.2. Socin. iun.in conſ.13. colum.1. volum.2. Ruin. in conſ.179. colum.2. volum.1. Capic. deciſ.56. colum. 1. Neuizan. conſ. 8. num.3. Crot.in conſ.11. num.28. Rolan.in conſ.77. num.3. volum.1.*

SVMMARIVM.

1 *Alimenta æquiparantur piæ cauſæ.*
2 *Captiuos redimendi cauſa æquiparatur cauſæ alimentorum.*
3 *Argumentum ab alimentis ad piam cauſam non ducitur quando militat diuerſa ratio.*
4 *Appellatio admittitur à ſententia lata in cauſa pia.*
5 *Argumentum à pia cauſa ad alimenta ducitur ſolum,vbi alimenta dicuntur cauſa pia.*
6 *Alias dictio importat ſimilitudinem.*
7 *Eccleſia non tanto fauore gaudet,quanto alimenta.*

QVÆSTIO III.

AB alimentis quoque ad piam cauſam volunt multi, argumentum duci poſſe ea
1 ratione,quod alimenta † pię cauſę æquiparantur, *§.interdicimus, in Authen.de eccleſiaſt.tit.l.Mela,in princ.ibi pietatis intuitu, ff.de alim.& cibar.lega. gloſ.in l.alio,& ibi Bart.ff.eodem tit.Iaſ.in conſ.95. num.2.volum.1. Cravet.in conſ.199.num.10. Euerar. loco 24. in princ.* Vnde eſt, quod cum cauſa captiuos redimendi ſit pia, ipſa quoque æquiparatur cauſæ
2 † alimentorum, *ſecundum gloſ.in l.ſancimus, C.de ſacroſ. eccleſ.vbi Bal.dicit eſſe notandum.* Et ab illo aſſumpto ex vi argumenti Euerar.loco prędicto,infert ad multas notabiles deciſiones, quæ apud eum videri poſſunt. Similiter Tiraquel. *in tract. de priuileg. piæ cauſæ,* arguit infinitis in locis ab iis, quæ dicuntur de cauſa alimentorum ad cauſam piam.

Procedit autem argumentum, quando in vtro-
3 que militat eadem ratio, at ſi diuerſa † ſit, non valet argumentum, *vt bene declarat Euerar. dicto loco 24. in fine, Tiraquel. in d. tract. de pia cauſa. priuileg.15.3.in fi.*

Ex quo deducitur,quod ſi non appelletur à ſententia lata in cauſa alimentorum, *Bar. in l ſolent, colum.fina.& in l.Mela, ff.de alimen. & cibar.lega.* tamen à
4 ſententia lata in cauſa pia benè † admittitur appellatio, *ſecundum Roman.in Auth. ſimiliter, in 6. ſpecia. cauſa piæ,circa iudic. C.ad leg. Falcid. Alexan ad Bar.in d.l.Mela, Euerar. & Tiraq. in locis præcitatis,* quia in cauſa pia ceſſat cauſa reiiciendi appellationem: quia ſcilicet patitur dilationem, quod ſecus eſt in cauſa alimentorum.

Infertur etiam, quod argumentum iis tantum caſibus duci poterit, quibus cauſa alimentorum
5 dici poteſt pia,† vt quãdo debentur pauperi, & nõ habenti aliunde, vt diximus inter alimentorum priuilegia. Sed hæc illatio non ſubſiſtit, quia cum pia cauſa ſit fauorabilior alimentis licet ſemper eo modo arguere de alimentis ad piam cauſam, quo arguimus à minori ad maius affirmatiuè.

Ex prædicta quidem rectè procedunt, cum, *vt dixi,* arguimus ab alimentis, ad piam cauſam affirmatiuè, ſed an pari modo liceat arguere à pia cauſa ad alimenta negatiuè. Et Euerar. *dicto loco 24. colum.2. in princ.* dicit, quod ſic. Et facit, quia ſi alimenta, & pia cauſa æquiparantur, validum eſt argumentum ab æquiparatis. Et hoc procedit ſine dubio, quan-

bio, quando alimenta pauperi relicta sunt, quia tunc continent piam causam. Sed quæstio est, quando non debentur pauperi. Et hoc casu mihi videtur valere argumentum solummodo negatiuè, vti sumitur à maiori ad minus, puta si in causa pia, hoc non licet, non etiam licebit in causa alimentorum, & textus *in §. interdicimus, in Authen. de eccles. titu.* parificat piam causam & alimenta eo tantum casu, quo alimenta pauperi debentur, id est, tunc solum cum verè dantur in piam causam, vt probatur ibi, in captiuorum redemptionem, & egentium pabulum, & alias pias causas. Ea enim di-
6 ctio † *alias*, significat similitudinem, *l. si fugitiui, vbi glos. C. de seru. fugitiu. Abb. in cap. sedes, de rescript. Afflict. in decis. 241. num. 1. Curt. iun. in cons. 38. num. 1. circa medium, Natta in cons. 298. num. 1. Ceph. in cons. 66. decis. Pedem. 166. num. 7.* Propterea cum sit æquiparatio extra casum paupertatis, non licebit etiam extra illum arguere. Et eodem modo intelligi debet textus *in d. l. Mela. in princip. in ver. sed etsi generaliter, ff. de alimen. & cibar. legat.* quia non continent pietatem, nisi cum debeatur pauperi. Contra tamen prædicta facit,
7 quia fauor alimentorum prævalet † fauori ecclesiæ *secundum Roman. in cons. 267. quem citat & sequitur Phanuc. in tract. dot. glos. 10. num. 64.*

SVMMARIVM.

1 *Alimenta quamuis pluries relicta, semel tantum debentur.*
2 *Legata plura in eandem causam facta non debentur, sed vnicum tantum, etiam si sint qualitatis non speciei.*
3 *Visitator recipiens vnius diei, procurationem ab vno non potest illam consequi ab alio.*
4 *Legatum alimentorum continet debitum generis.*
5 *Causæ plures lucratiuæ possunt concurrere in testamentis diuersorum, quæ recipiunt functionem in suo genere.*
6 *Legatum annuum continet plura legata.*
7 *Alimenta iure actionis debita peti possunt pro tempore præterito.*
8 *Habitatio relinqui potest ei, qui habet habitationem.*
9 *Legatum factum in vnam causam, cessat ea causa cessante.*
10 *Legata plura eiusdem quantitatis deberentur, quando facta sunt in diuersis scripturis.*
11 *Legata plura, eiusdem quantitatis etiam facta diuersis scripturis, non debentur si sint in eandem causam.*
12 *Alimenta relicta à testatore, & rursus ab hærede, debentur semel tantum.*
13 *Testamentum hæredis habetur pro testamento defuncti.*
14 *Legatum diuersis scripturis relictum à diuersis personis, quæ reputentur vna, & eadem debetur semel tantum.*
15 *Compensandi animus non præsumitur, quando debitor legat creditori.*
16 *Compensandi animus non præsumitur in hærede legante, qui tamen est debitor ex hæreditaria causa.*
17 *Compensatio non inducitur, quando hæres legat quinquaginta, cum testator iam legasset centum.*
18 *Causæ duæ lucratiuæ regulariter non possunt concurrere.*
19 *Causæ duæ lucratiuæ concurrere possunt circa res, vel quantitates diuersas.*
20 *Res non dicitur eadem, nisi ad oculum sit demõstrabilis.*
21 *Causa duæ lucratiuæ concurrere possunt circa res, quæ inuicem recipiunt functionem.*
22 *Alimenta non debetur pluries ex multiplici legato continente conditiones incompatibiles.*
23 *Conditione non impleta dispositio habetur pro non facta.*
24 *Modus si non impletur emolumentum non debetur.*
25 *Vsusfructus fundi potest ei relinqui, cui iam alimenta debentur ex alio relicto.*
26 *Maritus relinquendo alimenta vxori, videtur compensare cum iis, quæ intra annum luctus debentur.*
27 *Compensatio legati inducitur cum debita necessario.*
28 *Actionem, qui habet, videtur rem suam habere.*
29 *Vxori indotatæ, quæ patrem habet diuitem, non debetur quarta.*
30 *Maritus secundus, cui ab vxore plus est relictum, quam filio prioris matrimonij non potest repudiare legatũ.*
31 *Habere videtur, qui facit quo minus habeat.*
32 *Legatarius potest vnum ex pluribus legatis ab eadem persona factis vnum acceptare, & alterum repudiare.*
33 *Legatarius, potest vnius rei partem legatam acceptare, & alteram separata actione relictam repudiare.*

QVÆSTIO IIII.

MVLTIPLICABILIA non sunt alimenta, & si bis relicta, aut promissa sunt, se-
1 mel † tantum debentur, *l. dominus, §. 1. ff. de vsufruct. & l. libertus, ff. de alimen. & cibar. lega. Duran. de arte testan. titu. 6. de lega. caute. 23. num. 1.* vbi dicit, quòd si vir vxori alimenta legauit, deinde filius, eidem alimenta relinquat secundum legatum modicæ erit vtilitatis. Et dicit Bar. *in l. re coniuncti, num. 42. ff. de lega. 3.* quod causa alimentorum non est reiterabilis, *allegat §. basilicæ, l. alimenta. ff. de alimen. & cibar. legat. sequuntur Doctores ibi præcipuè Crotus num. 73. & Ripa, num. 141. ff. de leg. 3.* Hinc infert Salicet. *in l. planè, la prima, §. si eadem, ff. de legatis, 1.* dicit, quod si vxori testator alimenta legat, si ducet vitam vidualem, deinde hæres similiter ei relinquat alimenta, non debebitur vtrunque legatum, sed alterum tantum erit præstandum. Et dicit Iason *ibi, num. 10.* quod hæc quæstio parum habet dubitationis, quia legatum alimentorum non est reiterabile. Et mouetur etiam quia vtrumque legatum factum in eandem causam, quo casu non du-
3 plicatur etiam si esset legatum quantitatis, † non speciei, *vt in l. si libertis quos, in princip. ff. de alimen. legat.* Et hæc conclusio patet ad oculum, *vt inquit Bonifac. de Vital. in Clemen. ad nostrum, numero quadragesimo octauo, de censib.* vbi ait, quod semel in die alimentatus, non potest ea die iterum alimentari, cum venter non recipiat alimentationis geminatio-
3 nem. Et infert, quod ideo visitator, vel † Episcopus, qui ab vno recepit vnius diei procurationem, non potest, nec debet ab alio recipere pro eadem die. Et refert ibi iurium antiquorum & hodiernorũ dispositionem. Eandem conclusionem cum Duran. probauit Pet. Pecchi, *in tracta. de testamen. coniugato. lib. 5. cap. 10. num. 6.* volens, quod vtrumque legatum non debeatur, quãdo factum est ob eandem alimentorum causam, *Caualca. de vsufruct. mulie. relict. num. 31. Cranet. cons. 32. num. 1.*

Contrarium tamen quòd imò multa legata facta à diuersis personis eidem legatario debeantur, voluit Simon de Pret. *in tract. de interpret. vlt. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubit. 11. num. 13. folio mihi 425. vbi reprehendit Duran. & Pecch. dicens, eorum dictum non esse verum.* Mouetur autem, quia legatum alimentorum continet debitum generis, frumẽti, scilicet vini & alio-
4 rum similium, quæ inuicem † recipiunt functionem in suo genere, *in l. cum hi, §. fi cui, ff. de transact. l. 2. in princ. & §. 1. vbi glos. & Doct. ff. si cert. pet.* Et in his, quæ continent genus, sustinentur plura legata, si facta sint in testamentis diuersorũ, quia possunt eo casu
5 concurrere in eadem persona † plures causæ lucratiuæ, *l. si quis duos, vbi Bart. ff. de solut. Bart. in l. Mæuius, §. duorum in princ. & num. 8. ff. de legat. 2.* vbi etiam Castren. *col. fi. num. 9.* addit, quod legatum alimentorum suapte natura multiplex est, quia annuum, *l. si cui annuum, ff. de annu. lega.* & legatum annuum di-
6 citur † continere plura legata, *l. cum in annos, ff. de annu. lega.* Eandem sententiam, quod alimẽtorum sit multiplicabile, & à pluribus testatoribus fieri possit, & semper debeatur, probauit Cordub. *in l. si quis à liberis, §. sed si filius, num. 102. ff. de liber. agnoscen. vel alen.* vbi dicit, hanc opinionem esse veriorem, & securiorem. Mouetur *l. si pluribus, §. 1. ff. de lega. 2.* vbi legatum † pluribus relictum toties debetur, quoties est relictum, & quilibet capere potest legata sibi relicta, si non reperitur expressè à iure prohibitus, *l. in fraudem, in princ. ff. de his, quib. vt indign.* Ponderat etiam dictam *l. alimenta, §. basilicæ, ff. de alimen. & ciba. legat.* vbi legatarius non capit bona alimentorum legata sibi facta in eodem testamento, quia non apparet, quod testator voluerit bis dare, atque ita impeditur duplex præstatio, nõ quia legatum non sit reiterabile, sed quia facta sunt plura eiusdem rei legata in eodem testamento. Confirmatur hæc opinio, quia vbi alimenta iure actionis debentur,
7 tunc † peti possunt pro tempore præterito ab eo, qui aliunde habuit, & alitus fuit, *secundum Bart. in l. libertis, quos, ff. de alimen. & ciba. legat. Alexan. in l. de alim. in princ. C. de transact. Ruin. in cons. 80. num. 5. volum. 2. & dixi latè suo loco*, nec impeditur exactio, quia iam sit alimentatus, ergo no est verũ, quod non sint multiplicabilia, quandoquidem si non possent multiplicari non deberẽtur ei, qui fuit alitus, nam is recipit æstimationem à grauato, & habet alimenta à seipso, vel alio.

Et non obstat text. *in d. l. dominus, §. 1.* quia non loquitur, an eadem persona possit pluries recipere alimenta, sed an locum habeat ius accrescendi in legato alimentorum, ita si relicta sunt pluribus, portio deficiens in persona vnius accrescat alteri, *ita respondent Simon loco prædicto, num. 15. & Cordub. num. 104.* Et per prædicta Simon *d. interpret. 1. dubit. 8. num.*
8 *89. ver. præterea,* dicit, quod ei † qui habet habitationem potest etiam relinqui habitatio, sicuti ei, qui possit seipsum alere possunt relinqui alimenta.

Difficultas est respondere ad aliam rationem, quòd legatum sit ob causam, quę causa cum sit impleta ex primo legato, non potest amplius impleri ex secundo, qua ratione dicimus quod legatum
9 factum ex † causa, cessat ipsa causa cessante, *l. qui tutelam, in princ. ff. de testam. tute. l. tutor peritus, §. princ. ff. de excusat. tuto. l. etiamsi partis, ff. de legat. Tiraq. in tract. cessan. cau. par. 1. num. 121. Bero. in cons. 23. num. 24. cons. 32. num. 3. volum. 2. Caph. in cons. 81.* Hinc etiam fit, quod etsi legatum vtrunque debeatur, quãdo vnum re-
10 linquitur in testamento, & † alterum in codicillis etiam si eiusdem sit quantitatis, *l. quinquaginta, ff. de probat. Alexan. in cons. 4. volum. 1. Iaſ. in l. huiusmodi, §. cum pater, num. 17. ff. de lega. 1.* vbi Iaſ. *num. 11.* dicit communem. Tamen fallit, quando vtrunque relictum est
11 in eandem causam: † tunc etenim semel tantum debetur, *d. l. libertis, quos, in princ. ff. de alim. lega. ita declarat gl. in d. l. quinquaginta, Bart. in d. l. cum centum, ff. de alim. lega. in l. 2. §. pen. in fi. ff. de dote præleg. Cuma. in cons. 134. fine disputatione. Abb. in cons. 4. volum. 2. Cuma. Castr. Alex. & Iaſ. in d. l. planè, §. si eadem.* Et certè ex Doctoribus quos vidi, nemo est qui ad hãc rationem accommodatum det responsum. Ego itaque dico quod, etsi causa legati dicatur consumpta, quando legatarius semel alimẽta recepit, tamen ea causa non magis perducitur ad affectum cum vno quam cum alio legato, quia potest quis alere ex legato relicto ab vno, non cum relicto ab alio, ideo à pluribus consequi potest idipsum, quod pro alimentis est sibi necessarium, nec impleta est illa causa per legatum factum ab vno.

Secundò responderi potest negando, quod vbi alimenta relinquuntur alicui dicatur legatum restrictum ad eam causam alimentorum, quoniam potest legatarius id, quod pro alimentis consequitur ab hærede cõuertere in aliam causam, & vsum, nec cogitur ex eo se alere, vt patet ad sensum, & probaui supra, *in titu. qualiter sint præstanda alimenta:* alias, si causa esset determinata, non liceret rebus in alimenta legatis vti ad alium finem. Ecce ergo, quod legatum non est ad eam causam limitatum.

Retenta autem conclusione, quod alimẽta sint multiplicabilia, limita, ne locum vendicet, quando hæres ei alimenta relinqueret, cui à testatore
12 † fuerunt iam relicta, nam eo casu semel tantum debentur, *ita Salic. in d. l. planè, la 1. §. si eadem, ff. de leg. 1. sequitur Iaſ ibi, num. 10. Duran. d. caut. 23. in princ. Rimin. sen. in cons. 230. num. 2. Simon d. interpret. 1. dubit. 11. num. 16. in princ.* Allegat Iaſ rationem, quia legatum est factum ob eãdem causam, ergo non multiplicatur. Sed hæc ratio ex prædictis ostenditur falsa, & si vera esset, non possent alimenta à pluribus diuersis & extraneis personis relinqui, quod tamen est falsum. Alij dicunt, ideo non multiplicari, quia testa-
13 mentum heredis habetur pro † testamento defuncti, & vnicum reputatur testamentum, *l. huiusmodi, §. si Sempronius, ff. de leg. 1.* & vbi res eadem in duorum testamento relinquitur, quæ reputantur pro vno,
14 tunc † semel tantum debetur, *d. §. si Sempronius, gl. 2. in d. §. si eadem, vbi etiam Iaſ. num. 9.* Hanc tamen rationem improbat Iaſ. *in d. §. si eadem num. 10.* dicens, non esse verum, quod defuncti, & hæredis testamentum reputetur vnum & idem. Et subdit, id esse cõtra text. *in l. Mæuius, in princ. ff. de leg. 2.* qui expressè probat, diuersa esse testamenta defuncti & hæredis. Addo, quod *in §. si Sempronius*, non dicitur, quod duo illa testamenta reputentur pro vno,

sed

sed benè dicitur, quod duæ personæ reputentur pro vnica.

Et tamen Saliceti decisio, nunquam mihi placuit, quia licet hæres sit debitor ex causa alimentorum tanquam hæres ex testamento defuncti, tamen legando alimenta, non præsumitur id facere animo compensandi, quia debitor legando creditori, non præsumitur velle † compensare, *l. creditorem, ff. de lega. 2.* præcipuè, quando debitum erat voluntarium, & non necessarium, *l. vnica, §. sciendum. C. de rei vxor. actio. Bar. Bal. Alexan. Corn. Iaf. Curt. iun. & alij, in Authen. præterea, C. vnde vir & vxor. dixi in cons. 112. num. 42.* Et in specie, quod hæres debitor ex causa hæreditaria, † legando non videatur compensare, est tex. *in l. Lucius Titius, in princ. ff. de leg. 1. quem dicit singularem, Bal. ibi, in princ. & Roman. in sing. 146. Docto. in l. Marcellus, §. quidam liberis, ff. ad Trebellia.* Et per illum text. dixit Fabian. *in Authen. præterea, num. 63.* quòd si testator mihi legauit † centum, deinde hæres eius mihi leget quinquaginta, non fit compensatio. Et si dicatur aduerte, quæ duæ causæ lucratiuè non possunt † concurrere, *l. si. §. 1. ff. de his, quæ in fraud. credit. l. Mæuius, §. duobus, ff. de lega. 2.* Respondeo, quod ea regula procedit solum, quando duæ causæ concurrunt circa eandem rem, secus, quando circa res diuersas, † vel quantitates, tunc enim admittitur concursus, *l. planè, la prima, §. sed si non concursus, ff. de leg. 1. l. fundum Cornelianum, ff. de nouatio. l. Lucius Titius, in princ. ff. de leg. 1.* At si replicetur eandem esse rem, nempè, tam ab hærede, quam à defuncto relicta esse alimenta, dici poterit non sufficere, quòd in effectu eadem sit res, † nisi etiam sit demonstrabilis ad oculum, *ita voluit Imo. in l. si cum dotem. §. si pater, colum. 2. ver. item non obstat secunda, ff. solu. matrim. & idem dicit Roman. in Authen. præterea, num. 13. colum. pen. ver. ad hoc tamen respondens, C. vnde vir & vxor. vbi eum sequitur Fabian. num. 63. Aretin. in §. si res aliena, num. 5. ver. aut ergo quæris, quando, Instit. de legat.* Sed in casu nostro non agitur de re, quæ sit ad oculum demonstratiua, & ideo possunt duæ causæ lucratiuæ concurrere, & non est dubium, quod alimenta non possunt ad oculum demonstrari, ergo possunt consequi, ex duplici causa lucratiua. Præterea, vbi illud, quod debetur, est tale, quod recipit functionem in suo genere, vt frumentum, & aliæ res, quæ in alimenta præstari solent, & † tunc possunt concurrere duæ causæ lucratiuæ, *in l. si quis duos, §. si. ff. de solutio. Aret. in d. §. si res aliena. colum. pen.* Concludo itaque vtrumque alimentorum legatum deberi licet, vnum fiat à defuncto, alterum ab hærede. Sed quia Doctores non tangent, difficile esset in practica obtinere, proinde in iudicando & consulendo esset inhærendum decisionibus & authoritatibus.

Declaratur secundo regula nostra, quando alimenta à duobus legerentur, sub conditionibus incompatibilibus, & quæ eodem tempore non possint verificari, puta in vno testamento adiicitur onus habitandi, vno in loco, in alio verò testamento, imponitur necessitas habitandi in alio loco, eo enim casu † alimenta illi debentur solum in loco, in quo iniunctum onus seruat, *l. Stichus, §. fi. l. libertis quos, §. fi. ff. de alim. & cibar. lega. Simon de Pret. in d. lib. 4. interpret. 1. dubita. 11. num. 16.* Idque procedit, non quia multiplicabilia alimenta non sint, sed quia vtraque conditio impleri non potest, & conditione non impleta † legatum habetur pro nõ facto, *l. pecuniam quam, ff. si certum petat. l. necessario. §. quod si pendente, ff. de pericu. & commod. rei vend. Socin. iun. in cons. 4. num. 16. volum. 2. Ripa in cons. 81. num. 23. Cæphal. in cons. 17. num. 6. Crauet. in cons. 170. num. 8. Tiraq. in l. si vnquam, in ver. reuertatur, num. 277. C. de reuoc. dona. Rolan. in cons. 58. num. 15. volum. 3. decis. Pedem. 50. num. 12.* Cum enim legatarius modum adiectum implere non possit, legatum non consequitur, nam vbi modus non impletur, emolumento † priuatur legatarius, *Bar. in l. quibus diebus, §. Termilius, num. 17. ff. de cond. & demonst. & ibi etiam Socin. num. 14. ver. secunda cõclusio. Bal. in cons. 219. colum. 2. ver. amplius considerandum, volum. 2. Alex. in cons. 127. num. 2. ver. adhuc videtur, volum. 7. & in cons. 102. volum. 1.* Id verò, vt dixi, non eo fit, quod alimentorum natura repugnet, sed pro eo, quod modus impleri non potest à legatario.

Quod si magis placeat prior opinio, quæ habet alimenta non esse multiplicabilia ad euitandum eam, remedium est, quod volens alimenta alicui relinquere, cui iam ab alio debeantur, leget vsumfructum fundi, non autem alimẽta, quia is alimenta à primo consequatur, & vsusfructus legatum à secundo, & poterit † fructus eius fundi vendere, alienare, & pro libito disponere, *l. necessario, §. fi. ff. de pericu. & commod. rei vend. ita cautelam docet Duran. de arte testan. tit. 6. caut. 23. in princ.*

Addo prædictis, quod etsi, *vt dixi supra*, debitor ex causa voluntaria, relinquẽdo alimenta, non videatur habere animum compensandi, tamen secus est, quando foret debitor legalis, & ideo si maritus, qui post mortem tenetur vxorem alere, cuius dotes retinentur ab hærede, relinquat ei alimenta, † eo casu præsumetur fecisse compensandi animo, *ita Bal. in l. si donatarius, §. 1. colum. 1. in fi. ff. de condit. ob cau. sequitur Alex. in l. diuortio, in princ. num 28. ff solu. matrim.* Et ratio est, quia debitor legalis, dicitur necessarius, † & legatum semper compensatur cum debito necessario, *l. si cum dotem, §. si pater, vbi notat omnes Doctores, ff solu. matrim. Authen. præterea, vbi etiam Doctores, C. vnde vir. & vxo. Cardin. & Imo. in cap. officij, vbi Didac. de testamen. Afflict. decis. 44. num. 9. Neuizan. in cons. 62. num. 22. cum similibus.*

Si placeat ea opinio, quod alimenta non sint multiplicabilia, & contingat plura in eiusdem alimentorum causam fieri legata à diuersis personis, an possit legatarius vnum acceptare, & alterum repudiare, nam si vnum acceptasset, res esset clara, quia per acceptationem actio fuit perfectè acquisita, & qui † actionem habet ad rem, videtur rem ipsam habere, *l. qui actionem, ff. de reg. iur.* & dicitur habere alimẽta ab vno. Facit, quod voluit Cuma. *in l. in fuis, ff. de lib. & posthum.* vbi inquit, quartam ex dispositione, † *Auth. præterea, C. vnde vir & vxor*, non deberi vxori indotatæ habenti patrem diuitem, à quo possit alimenta consequi. Et idem ipse voluit *in cons. 131. Alexan. in d. Authen. præterea, colum pen. vbi Iaf. num. 7. & seq.* vbi verò neutrum acceptauit, videretur non posse legatarium repudiare primum legatum, vt

tum, vt secundum acceptet, quia hoc esset in damnum hæredis, à quo secundum legatum fuit relictum, per ea quæ ponit Bertr. *in l. hac edictali, §. si verò plus, num. 22. C. de secundis nupt.* vbi ait, quòd si mater
30 † filio instituto ex secundo viro plus marito relinquat, quam vni ex filiis prioris matrimonij, nõ poterit maritus ad præiudicium filiorum prioris matrimonij repudiare legatũ, ille enim dicitur habe-
31 re, † qui facit quo minus habeat, *l. sed etsi lege, §. proinde, ff. de petitio. hæred. l. si verò, §. peruenisse, ff. solu. matr.* Credo tamen licere legatario vnum ex legatis sibi factis à diuersis personis repudiare, & alterum acceptare. Probat text. *in l. neminem, cum l. sequen. ff. de lega. 2.* vbi fortius dicitur, quòd legatarius potest ex
32 pluribus legatis factis † ab eadem persona vnum repudiare, & alterum acceptare. *Docto. in l. si ex toto, §. si ita legatum, vbi Ripa, num. 1. ff. de legat. 1.* Imo fortius si eadem res per partes in diuersis orationibus re-
33 linquatur, poterit legatarius † vna parte repudiata alteram consequi, *vt voluit Bar. in d. l. neminem, colum. fina. Castren. in l quidam eulogio, C. de iure deliberandi, in 3. oppositio.* vt inquit Aret. *in l. si solus, colum. 2. ff. de acquir. hæred.* hoc esse dictum vnicum, & non haberi alibi, *Gomez. de testam. cap. 12. num. 33.*

Et non obstat, quod voluit Cuman. *in cons. 131.* quia ibi non est ius in acceptatione legati, sed in ipso actu relinquendi, nam eo ipso, quod plus viro relinquitur, quam filio ex priori matrimonio; statim ius acquiritur filio, siue quod viri relictum est, acceptetur, siue repudietur, quia sufficit quod mater fecit, quantum in se fuit contra legem.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi locum habet etiam in legatis.*
2 *Ius accrescendi addit portionem portioni.*
3 *Ius accrescendi applicat portionem ipso iure, non autem medio exceptionis.*
4 *Ius accrescendi tribuit ius sine portione.*
5 *Ius accrescendi adiicit etiam ignoranti.*
6 *Ius accrescendi non habet locum in legato alimentorum.*
7 *Ius accrescendi nõ habet locũ in dispositionibus limitatis.*
8 *Ratio quando cessat, ipsa quoque cessat dispositio.*
9 *Ius accrescendi habet locum etiam vbi extat taxatiua.*
10 *Legata alimentorum non recipit multiplicationẽ, quando sit ab eodem, & in eadem scriptura.*
11 *Causæ duæ lucratiuæ non possunt concurrere.*
12 *Ius accrescendi facilius admittitur in institutione, quam in legato.*
13 *Ius accrescendi non potest à testatore prohiberi.*
14 *Ius accrescendi non potest in institutione prohiberi à testatore.*
15 *Ius accrescendi prohiberi potest in legatis.*
16 *Ius accrescendi non habet locum in legato vestimẽtorum.*
17 *Partis quoad partem eadem est ratio, quæ totius quoad totum.*
18 *Ius accrescendi non habet locum in legato victus.*
19 *Victus legatum idem continet quod legatum alimentorum.*
20 *Ius accrescendi non habet locum quando vsus fructus relinquitur ad alimenta.*
21 *Ius accrescendi non habet locum, quando legantur alicuius prædij fructus ad alimenta.*
22 *Fructus alicuius prædij, quando relinquuntur, videtur relictus vsus fructus.*
23 *Ius accrescendi non habet locum in legatis quæ sunt tempore limitata.*
24 *Ius accrescendi non habet locum in legato alimentorum in piam causam relicto.*
25 *Ius accrescendi non habet locum in legato, quod tacitè importat alimenta.*
26 *Taciti & expressi idem est iudicium.*
27 *Ius accrescendi locum habet in legato alimentorũ, quod non sufficit ad integra alimenta.*
28 *Ius correctum quod nõ reperitur, quare stare prohibetur.*

QVÆSTIO V.

1 NOTVM est omnibus, quod ius accrescendi habet locum † etiam in legatis, si legatarius velit, *l. vnica, §. vbi autem, C. de caduc. tollen. Bart. in l. re coniuncti, num. 51. vbi Crot. num. 94. Ripa num. 183. ff. de leg. 3. Iaſ. in l. 1. num. 12. C. quan. non peten. par. Paris. in cons. 37. num. 10. volum. 3.* & portio
2 † accrescit portioni, *l. si totum, vbi Bar. ff. de acquir. hæred. l. si ex pluribus, ff. de suis & legitim. l. cum ex filio, §. si. ff. de vulg. & pup. Bart. in l. re coniuncti, num. 48. & ibi alij omnes, præcipuè Ripa num. 197. & num. 200. Iaſ. in l. Lucius, num. 31. ff. de vulg. & pup. Dec. in cons. 304. num. 3. & in l. 1. in 2. lect. num. 38. C. quan. non peten. part. & Cagnol. in rub. eiusdem tituli, num. 38. Crotus in cons. 32. num. 18. Caſſan. cons. 14. num. 9. Cæphal. in cons. 59. num. 40. & in cons. 60.*
3 *num. 6. cons. 29. num. 9.* & ipso iure, † non autem iure exceptionis, *l. vnica, §. in hu autem, C. de caduc. tollen.* &
4 non requiritur petitio † vel agnitio, *Ripa in l. re con-*
5 *iuncti, num. 217. in 7. concluſ.* imo acquiritur † ignoranti, *l. hæredi cum posthum. ff. de acquir. hæred. Dec. in rub. C. quando non pet. par. in 2. lect. num. 15. Cæphal. 29. num. 8.*

Dubium tamen est, si pluribus eodem verborum contextu legentur alimenta, an inter eos locus sit iure accrescendi, ita vt portio vnius quoquo modo deficiens, accrescat alteri. Et Barto. quidem *in d. l. re coniuncti, num. 42.* dicit, portionem non ac-
6 crescere, † quia ipsa alimenta non sunt multiplicabilia, & legatum non est iterabile, *allegat l. dominus, §. 1. ff. de vsufruct. l. pen. §. 1. ff. ad leg. Falcid. idem quoque voluit Bar. in d. l. dominus, §. 1. in fi.* vbi mouetur, quia legatum alimentorum est naturaliter taxatum & limitatum, & regulariter ius accrescendi non ha-
7 bet locum in dispositionibus † limitatis, *l. Lucius, §. quæ habebat, vbi Bal. ff. ad Trebellia. Bal. in l. 1. colum. si. C. de secundis nupt. Iaſ. in d. l. re coniuncti, in 2. lect. num. 199.* Et quod ius accrescendi non habeat locum in legato alimentorum, probarunt omnes Doctores, *in d. l. re coniuncti, præcipuè Iaſ. num. 174. Crot. num. 73. & Ripa, num. 141. idem Iaſ. in l. 1. §. 1. ff. si quis ius dic. nõ obtemp. in l. 1. C. de testam. milit. in l. qui quartam, §. si. quis vnam, ff. de legat. 1. Ruin. in cons. 86. num. 4. volum. 2. Io. Lup. in cap. per vestras, in 3. notab. §. 25. num. 7. de donatio. inter vir. & vxor. folio mihi 157. Euerar. in loco 70. à natu. dictio. taxatiuæ, colum. fi. ver. hinc etiam est quod si duobus, vbi text. illum dicit singularem, & ad hoc eundem textum dicit valde notabilem Abb. in cons. 78. in fi. volum. 2. Iaſ. in l. si mora, num. 7. ff. soluto matrimonio.*

Hæc tamen opinio non videtur vera, siue recipiamus Bartoli rationẽ, siue Baldi, nam quod attinet ad

net ad Bartolum, dictum est supra legatum alimentorum esse multiplicabile, ergo locum habe-
8 bit ius accrescendi. Cessante enim † ratione cessat dispositio, *cap. cum cessante. de appellatio.* Quo verò ad rationem Baldi, quod legatum alimentorum sit naturaliter taxatum, ea vera est. Sed non ideo benè infertur, quòd excludatur ius accrescēdi, nam vbi dispositio est expressè taxata, puta quando adiecta
9 est dictio taxatiua, est nihilominus † locus iuri accrescendi, *secundum Ang. in l. quoties, §. si duo, colum. 2. vbi etiam Imo. ff. de hared. instit. Imo. in l. 1. §. si ex fundo, & in l. hæreditas, colum. 8. ff. de hared. instituen. Barbat. in cons. 71. colum. 3. volum. 4. Aret. in §. hæres, Instit. de hared. instituen. Corn. in l. extraneum, colum. 2. C. eodem tit. Caphal. in cons. 153. num. 11.*

Verum Bartoli & aliorum decisio, quod ius accrescendi non habeat locum in legato alimentorum, est verissima, & probatur concludenter in ea lege, *dominus, §. 1. ff. de vsufruct.* Et non obstat, quòd legatum alimentorum est reiterabile, quia est ve-
10 rum, quando à diuersis fit: at vbi fit ab eodem † & in eadem scriptura, non recipit multiplicationem, *d. l. quinquaginta, ff. de probatio. Doctores in d. l. planè, la 1. §.*
11 *si eadem, ff. de leg. 1.* & duæ † causæ lucratiuæ non possunt cōcurrere, *l. fi. §. 1. ff. de his, quæ in fraud. cred. & dixi supra.* Neque obstat doctrina Ang. & Imo. *in d. §. si duo,* quia loquitur non in legato, sed in institutione. Idque ea ratione, quia difficilius excluditur ius
12 † accrescendi in institutione, quam in legato. Ita videtur intelligere Ias. *in l. si mora, num. 7. ff. solu. matr.* Et verè Ang. & Imo. loquūtur in institutione, imo
13 multi tenent, testatorem non posse † prohibere ius accrescendi, *vt voluit Din. quem cit at Bal. in l. si quis ita hæres instituatur si legitimus, ff. de hared. instituen. Imo. in d. §. si duo, & d. §. si ex fundo, gl. Bal. Salicet. Roman. Imo. Ang. Cuma. Per. de Vbal. Ang. Aret. Alexan. Ias. Put. Ro. de Curt. Franc. Curt. quos omnes citat & sequitur Bertr. in cons. 151. num. 7. volum. 3. vbi dicit hanc esse magis communem.* Et
14 hanc partem loquendo expressè in † institutione, quod testator non possit prohibere ius accrescendi, probauit gl. *in l. si seruus communis ab extero, vbi Ang. Imo. & Castren. ff. de acquir. hared. Alexan. qui latè defendit, in l. quoties in fi. C. de hared. instit. & in l. si quis priore, in fi. ff. ad Trebel. eamque dicit communem Dec. in rub. C. quando non peten. par. in 2. lect. num. 21. Ias. in l. re coniuncti, nu. 207. vbi Crot. num. 61. ver. contrariam tamē, vbi testatur de communi, sequitur ibi Rip. num. 134.* Et idem voluit Crot. *in cons. 79. num. 21.* licet in legatis admittant omnes,
15 prohiberi posse ius † accrescendi, *secundum glos. in l. dominus, §. 1. in ver. recurrit, Ias. d. l. re coniuncti, num. 208. vbi Ripa, num. 133. vbi ait Doctores hoc vbique tenere.* Non est ergo mirum, quod in institutione taxatiua dispositio non excludit ius accrescendi, cum id facere non possit testator expressè, & in legatis aliud sit, ex quo in legatis cessat ratio, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, atque ita ex vtraque ratione Bartoli scilicet & Baldi, sustinetur propositio illa, quod in legato alimentorum non est locus iuri accrescendi.

Ampliatur autem, vt procedat etiam in lega-
16 to vestimentorum, in quo † non est locus iuri accrescendi, *secundum Bal. in d. l. dominus, §. 1. sequitur Ias. in repet. d. l. re coniuncti, num. 175. Ruin. in cons. 86. num. 4. volum. 2. Lup. in d. cap. per vestras, in 3. not ab. §. 24. num. 7. folio mihi 157.* Et ratio est, quia & ipsum vestimentorum legatum est naturaliter taxatum. Potest & alia adduci ratio, quia vestitus est pars alimentorum, *vt dixi in tit. qualiter alimenta præstentur.* Et eadem est
17 ratio partis, quoad partem, † quæ est totius quoad totum, *l. quæ de tota. ff. de rei vendic.* Sed si rectè consideretur, hoc non videtur verum. Nam vestitus est reiterabilis, & multiplicationē recipit, & qui multa habet vestimenta, plura quoque habere potest: non sic in alimentis, quia cum est alitus quis, non potest iterum ali, quia ratione etiam non videtur verum, quod legatum vestitus naturaliter sit taxatus sicut legatum alimentorum. Cogita igitur, quia mihi non placet decisio.

Amplia secundò, vt idem sit, quando alicui relinqueretur victus, *secundum Ruin. in cons. 86. num. 3. & seq. volum. 2.* vbi tenet, quod eo quoque casu non sit
18 locus † iuri accrescendi. Et ratio est, quia legatum victus æquiparatur legato alimentorum: imo nil
19 aliud continet quam † alimenta, *l. si. ff. de alim. & cibar. legat l. verbo victus, cum l. seq. ff. de verbor. signif. dixi in tit. quando alimenta censeantur relicta.*

Idem quoque, & tertio dicendum est, quando
20 vsusfructus alicuius prædij foret † relictus pro alimentis, vel ad alimenta, vt vult text. expressus, *in d. l dominus, §. 1. ff. de vsufruct. Abb. in d. cons. 78. in fi. volum. 2.* Et eodem modo in fructibus prædij ob alimenta
21 † relictis, tenet Ruin. *d. cons. 86. per totum, volum. 2. sic etiam loquitur Euerar. d. loco 70. colum. fi. ver. hinc etiam est.*
22 Idem enim est, relinquere fructus alicuius † prædij vel illius vsumfructum, *l. si quis ita, ff. de vsufruct. l. cum ita, ff. de vsufruct. lega. glos. in l. idem est, ff. de vsufruct. quem-adm. cau. cum declaratione tamen quam posui in cons. 155. num. 1. & sequenti.*

Extendit quarto loco, Ruin. *in d. cons. 86. num. 1. vo-*
23 *lum. 2.* conclusionem prædictam procedere † in omni legato, quod est tempore conclusum, & limitatum ex rationis identitate: sed melius facit generale axioma in materia iuris accrescendi, quod scilicet non habeat locum in dispositionibus limitatis, & quādo legatum est à testatore tempore res non patitur dubium, quia si accresceret id fieret contra testatoris dispositionem & mentem.

Ampliatur quinto, vt procedat etiam in legato alimentorum facto ad pias causas, quia etsi multa sint piæ causæ priuilegia, tamē in eiusmodi legato
24 † non erit locus iuri accrescendi, *ita per d. l. dominus, concludit Bal. in l. 1. num. 48. C. de sacros. eccles. sequitur Ripa in d. l. re coniuncti, num. 141. in fi.* Cum enim ratio excludendi ius accrescendi non minus verificetur in legato facto pietatis causa, quam in alio, debet in eo, sicut in aliis locum habere decisio.

Sexto amplia procedere in legato alimentorum, non minus tacito quàm expresso, puta quando esset relictum annuum factum alicui pauperi, quod continet alimenta secundum ea, quæ posui
25 suo loco, nam in eo non erit locus † iure accrescendi, *Rip in d. l. re coniuncti, num. 142.* vbi mouetur ea ratione, quod legatum annuum factum pauperi, præsumitur factum in causam alimentorum. Præterea

26 terea taciti, & expressi idem † est iudicium, *l. cum quid, ff. si cert. pet.* & sat est, quod dicatur legatum alimentorum, quia semper infertur necessario, quod non admittat ius accrescendi. Et ex Ripæ decisione inferri potest ad multa, præcipuè quod idem sit, quando relinquitur vxori vsusfructus, qui ex consuetudine Bulgari restringitur ad alimenta, & ad eos omnes casus, quibus verba legati important alimenta: In his enim omnibus non erit locus iuri accrescendi per prædicta.

Prædicta omnia limitarem, licet à Doctoribus tactum non inueniam, non locum habere, quando ex legato in alimenta relicto sufficienter non esset prouisum necessitatibus legatarij, siue id proueniat ex voluntate legantis, siue ex casu: ex voluntate, puta si minus relictum sit cuique, quàm requiratur ad vitæ sustentationem, vt si tribus vel quatuor vnica oratione relinquantur viginti pro alimentis, quæ omnibus certè non sufficiunt, & quando fructus alicuius fundi legantur pluribus ad alimenta, qui tamen non possunt sufficere: casu verò, vt quando alimenta integra præstari nõ possunt habito respectu ad redditus testatoris, vel quia hæreditas sit modica, vel etiam ære alieno exhausta. Iis enim casibus crederem locum esse iuri † accrescendi, quia cessant omnes rationes impeditiuæ: & prima quidem, quod alimenta non sint multiplicabilia, nam hoc modo non multiplicant, sed quæ diminuta præstabantur, eo argumento supplentur, & ad integritatem rediguntur. Cessat etiam, quod alimenta sint naturaliter taxata, quia per ius accrescendi non augetur naturalis illa taxatio, sed imperfecta testatoris taxatio reducitur ad naturalem taxationem. Cum ergo rationes omnes cessent, propter quas limitari solet regula,
28 † standum erit regulæ per rationem, quod stare non prohibetur, quod correctum nõ inuenitur, *Auth. præcipimus, C. de appellatio.* Et in materia iuris accrescendi, videmus licitum esse arguere à cessante ratione, nam ideo dicunt in legatis posse testatorem prohibere ius accrescendi, quia in eis cessat ratio prohibitiua, *vt supra retuli.*

Hęc tamen limitatio, si sibi placebit, intelligenda erit, vt non in totum locum habeat ius accrescendi, sed eatenus, quatenus in primo legato, seu in portione legata deficit, plenè subueniendum pro alimentis legatariis, si quid enim vltra necessitatem supereſt, id non accrescit, quia, vt sæpè dixi, eatenus læditur regula, quatenus ratio patitur.

SVMMARIVM.

1 *Legatum alimentorum in dubio præsumitur annuum.*
2 *Legatum alimentorum etiam factum per certum tempus, præsumitur annuum.*
3 *Legatum annuum tot continet legata, quot sunt.*
4 *Legatum annuum præcipuè alimentorum pro primo anno est purum, & pro sequentibus est conditionale.*
5 *Legatum annuum debetur pro toto anno, quando legatarius decidit decepto anno.*
6 *Legatum annuum transmittitur ad hæredes pro toto anno quando legatarius cœpto tam anno decedit.*
7 *Vxor quando cœpto nupsit, consequitur pro toto anno legatum annuum factum sub conditione donec nubat.*
8 *Legatum conditionale non transmittitur conditione pendente.*
9 *Legato in conditionali, attenditur qualitas & capacitas legatarij, secundum principium anni.*
10 *Legato in annuo conuenire potest debitor, vt condemnetur pro omnibus futuris annis adueniente tempore.*
11 *Legatum annuum factum ad impiendum certum quid, eatenus debetur quando sequitur implementum.*
12 *Fructus quando alimenta relinquuntur ex fructibus certi fundi debentur tempore collectionis, & quatenus suppetunt fructus.*
13 *Legatũ annuum non debetur ex principio anni, quando aliter dignosci potest ex causa per testatorem adiecta.*
14 *Legatum annuum alicui simpliciter relictum, præsumitur in alimentorum causam factum.*
15 *Legatum annuum diuiti relictum, non præsumitur in alimenta factum.*
16 *Legatum alimentorum non est annuum, quando sit sine temporis præfinitione.*
17 *Legatum vsusfructus non dicitur annuum, si non est factum cum præfinitione seu distributione temporum.*
18 *Legatum annuum factum cum præfinitione temporis dicitur vnicum.*
19 *Legatum alimentorum cum temporis præfinitione, continet plura legata.*
20 *Hæres qui non soluit legatum, non dicitur in mala fide ante petitionem legatarij, ideo præscribit.*
21 *Legatario præscribitur per hæredem spatio triginta annorum ante petitionem.*
22 *Legatum vnicũ tollitur vnica præscriptione, secus quando continet plura legata.*

QVÆSTIO VI.

1 LEGATVM alimentorum in dubio † præsumitur annuum, *l. qui concubinam vxori, ff. de leg. 3. l. pecunia, in fi. ff. de alimen. & cibar. legat. & ibi notat Bart. num. 2. Bal. in l. cum hi, in ver. planè, il primo. ff. de transact. & in l. 1. num. 3. C. de fideicom. Ias in l. Marcellus, num. 6. ff. ad Trebellia. Simon de Pret. de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubitat. 11. num 95. Lancello. Gallia. in consuet. Alex. in ver. solidos, quæstio. 6. num. 127.*

2 Id quod procedit etiam si ad certos annos † factum esset, puta ad decennium, quia nihilominus dicitur annuum, *l. si cũ præfinitione, vbi Bar. ff. quan. dies lega. ced.* quia intra illud tẽpus seruat illã naturam.

Hinc est, quod tot continet legata, quot sunt
3 anni, hęc enim est natura † annuorum legatorum, *Bar. in l. si in singulos, ff. de annu. lega.* vbi distinguit inter legatum & contractũ, *l. cũ in annos. ff. quan. dies leg. ced. Bal. in tract. de præscript. in 4. part. 4. part. q. 4. Natta cons. 548. nu. 5. dixi in cons. 123. num. 5. Simon d. lib. 4. interpret. 1. dubitat. 9. num. 59. Cordub. in l. si quis à liberis, §. vtrum, nume. 40. ff. de liber. agnoscen.*

Infertur quoque, quod legatum alimentorum
4 pro primo anno † est purum, & pro sequentibus conditionale, *l. à nobis, ff. de annu. leg. si cum præfinitione, ff. quan. dies leg. ced glos. in l. 4. ff. de annu. leg. l. Stichum, aut Pamphilum, §. stipulatio, ff. de verbor. oblig. Bal. qui in legato alimentorum ita dicit, in cons. 181. num. 1. vol. 1. Ias d. l. Marcellus, §. 1. num. 6. ff. ad Trebellia. Simon d. dub. 11. num. 95.*

Hinc

Hinc etiam est, quod vbi annus est cœptus legatum debetur pro † toto anno cœpto, *l. à vobis, & l. filia, ff. de annu. lega. l. 1. in fi. ff. quando dies leg. ced. Bal. in l. 1. num. 3. C. de fideicom. Signor. in cons. 66. quæst. 10. Ias. in l. diuortio, in princ. num. 7. ff. solu. matrim. Mantica de coniectu. vltim. volunt. lib. 10. tit. 2. num. 14. Caualcan. de vsufruct. mulie. relict. num. 166. ver. hinc est, Simon d. dub. 11. num. 95. vbi loquitur in specie de alimentis.*

Imo si legatarius inchoato anno decederet, integrum totius anni legatum ad hæredes † trãsmitteret, *d. l. à nobis, gl. in l generali, §. hæredis, ff. de vsufruct. lega. Signor. in d. cons. 66. quæst. 10. nu. 10.* vbi vxor, quę vix inchoato anno nupsit, consequitur integri anni totũ legatum, licet † factum fuerit sub conditione donec nubat, *Pract. Pap. in form. libel. pro legato rei sing. in princ. nu. 36. Ias. Rub. Capic. Zanch. & Caualc. quos citaui in cons. 123. nu. 8.* vbi post Bart. *in d. §. hæredis*, dixit procedere etiam, quando aliquid relinquitur ex fructibus certæ rei. Pro anno igitur inchoato ad hæredes transmittitur, quia legatum est purum, & in principio anni incipit deberi, sed pro annis sequentibus non, quia est conditionale, & legatum conditionale non transmittitur ad hęredes † legatarij decedentis conditione pendente, *l. 1. §. sin autem aliquid sub conditione, C. de caduc. tollen. vbi notant Bal. Fulgos. & Corn. ad idem est tex. in l. si ita legatum, §. 1. ff. de leg. 1. & alios citaui d. cons. 123. num. 7.*

Infertur pariter, quod ad dignoscendum legatarij capacitatẽ, inspicimus cuiusquam anni principium † in eo legato alimentorum, *Bart. in l. Titia, §. Titia, num. 11. ff. de leg. 2. idem Bal. in l. qui concubinam. §. vxori, ff. eo. tit. Ias. in d. l. Stichum, §. stipulatio, num. ... Bero. in cons. 32. nu. 32. vol. 2. Caualca. ff. de vsufruct. mulie. relict. num. 115. idem voluerunt Socin. Curt. & Paris. quos citat & sequitur Lancello. d. quæst. 6. num. 127.* vbi dicit, quòd legatum singulo anno augetur & minuitur secundum egestatem, & diuitias conditionemque mulieris, cui factum est & loquitur in alimentis.

Infertur quoque, quod si est annuum, poterit conueniri debitor, vt condemnetur ad soluẽdum pro futuris † annis adueniente tempore, *vt per Alexan. in cons. 95. colum. 2. volum. 1. ne singulis annis cogatur mouere actionem, Vrsillus ad Afflict. decis. 279. num. 2.*

Quod autem dixi, legatum annuum transmitti, & deberi pro toto anno inchoato, rectè procedit, quando est purè & simpliciter factum, at si sit factum respectu alicuius rei implendæ per legatarium, tunc eatenus † legatum debetur quatenus implementum est sequutum, & non vltra, *l. si seruus communis Mœuij, §. fi. ff. de leg. 1. declarat idem Bar. in l. à vobis, ff. de annu. leg. Bal. in l. 1. num. 3. C. de fideicom.* Ideo si alimenta alicui relicta sunt donec habitauerit cum filiis eatenus debentur, quatenus durat habitatio, & non vltra. Similiter, quod dictum est, legatum deberi in principio cuiusque anni, intellige, nisi ex voluntate testatoris expressa, aut tacita aliud appareat, nam si testator relinquat alimenta ex fructibus, certi fundi non debebuntur, nisi ex † collectis fructibus, & tempore collectionis, *l. 1. in fi. ff. quan. dies leg. ced.* vel quando ex causa adiecta † dignoscitur voluntas testatoris, *d. l. 1. in fi. & l. nec semel, §. in habitatione, & l. Firmio, ff. eo. tit. declarat Bal. in d. l. 1. num. 3. de fideicomis. & dixi in titu. qualiter alimenta sint præstanda.*

In tantum autem legatũ annuum dicitur, quod fit pro alimentis, quod si nulla alimentorum facta sit mentio, sed simpliciter alicui certum † quid annuum relinquatur, præsumitur in causam alimentorum relictum, *l. cum hi. si in annos, ff. de trãsact. Castr. in cons. 424. volum. 2. Io. de Amic. in cons. 56. num. 1. Ias. in d. l. Stichum, §. stipulatio, num. 11. ff. de verb. oblig. Bal. not. in l. 1. num. 44. ff. solu. matr. Ruin. in cons. 124. num. 9. volum. 1.* licet aliud sit, quando factum est diuiti, quia † tunc non præsumitur causa alimentorum, *secundum Ias. in d. l. cum hi, §. si in annos, num. 2. Lupus d. c. per vestras, in 3. not ab. 24. num. 6. & declarauit in tit. quando alimenta censeantur relicta,* vbi suus est locus eoque remitto Doctorem, ne idem sæpius diffusè agatur.

Prædicta omnia declara optimè, pcedere, quando legatum alimentorum sit distributis temporibus, sed si fiat simpliciter, & sine distributione, tũc legatum alimẽtorum, licet aliquo modo dici possit annuum, tamen vnicum est legatum, nõ autem plura, † *ita determinat Bal. in l. 1. num. 13. post Bulgar. ibi, C. de senten. quæ sine cert. quan. proferunt.* vbi loquitur nõ solum de legato vsusfructus, sed etiam alimentorum, *idem Bal. in c. inter pares, §. ex eadem lege, num. 5. de leg. Corradi, cum hac opinione transire videtur Castr. in l. Stichum, §. stipulatio, ff. de verb. oblig. vbi Alexan. num. 2. qui dicit esse menti tenendum,* quia non reperitur textus, qui melius probet quã *l. 1. ff. quan. dies vsusfruct. leg. ced.* Et ante eos hoc voluit Bar. *in l. Titia, §. fi. colum. fi. ver. quæro pone, ff. de leg. 2.* vbi dicit esse legatum vnicum, nisi additum sit verbum aliquod importans tẽporum dinumerationem, vt si dictum sit, *donec, quousque, quoad, quãdiu,* vel quid simile, de quo etiam verba fecit, tractando de vsufructu mulieri relicto, an restringatur id alimenta post mortem filij, qui viuebat tẽpore mortis patris, & quod sit vnicum legatum, voluit Balb. *de præsc. 4. par. 4. part. prin. quæst. 4. num. 5. Ruin. in cons. 34. num. 5. & seq. volum. 2.* vbi comprobat multis mediis, *Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. vtrum, num. 40. ff. de lib. agnosc. vel alen.* Et idem omnino est in legato vsusfructus, quod annuum est & vnicum reputatur † si nõ sit adiecta aliqua distributio temporis, *l. 1. ff. quando dies leg. vsufruct. ced. Castr. Alexan. Ias. & alij in d. l. si Stichum, §. stipulatio, in fi.* Est autem priuilegiatum in hoc alimentorum legatum, quod etsi regulariter † legatum annuum factum sit cum temporis præfinitione dicatur vnicum, *l. filium, ff. quando dies leg ced.* tamen legatum alimentorum annuum continet plura legata † quamuis factum sit cum temporis præfinitione, vt probatur *in l. si. cum præfinitione, vbi optimè Bart. declarat, ff. quan. dies leg. ced.* Est igitur conclusio, quod legatum alimentorum non continet plura legata, nisi vbi factum est cum temporum dinumeratione.

Vnde infertur, quod si est vnicum legatum, tollitur etiam vnica præscriptione. Certum est enim, quod hæres potest aduersus legatarium præscribet legatum, etiam inspecto iure canonico, quia non acquiritur inuito, & acceptatio est necessaria, vt acquiratur irreuocabiliter, & ante acceptationem, vel petitionem hæres, qui non soluit legatum

20 non dicitur in mala fide. Ita singulariter † declarat Anchar. *in c. sine possessione, col. 18. ver. item intelligo. de reg. iur. in 6. Soc. in con. 63. col. 3. ver. præterea, vol. 1. Dec. in consilio 594. num. 2. Ang. in tract. de testam. gl. 21. num. 8. Et cum hac opinione transeũt Neguſ. Balb. Pariſ. Rip. Soc. iun. & Rol. quos omnes citat & ſequitur D. Becius in conſ. 48. num. 4. vbi ſubdit, hanc eſſe verißimam & communem opinionem, addo Rube. in conſ. 3. in fi. Tiraq in l. ſi vnquam. in ver. reuertatur, num. 391. C. de reuocan. donatio. Vaſq. de controuerſ. illuſtr. cap. 55. num. 26. Lambert eng. de contract. eorum qui ſine ſolennit. gl. 3. num. 68. vbi, num ſeq. dicit, hanc eſſe communem, & ab ea nullo modo recedendum, & placuit quoque Io. Bapt. Bouio, in tract. præſcript. ſtatuta. gl. 19. num. 69.* vbi infert, quod eodem modo locus erit ſtatutariæ præſcriptioni, quæ ſubrogatur præſcriptioni iuris cõmunis, *Cord. d. §. vtrum, nu. 42.* Hoc autem, ſtante quod

21 legato præſcribatur non obſtante hęredis ſcientia, intelligendo tamen lapſu † triginta † annorum, *ſecundum Bal. in conſ. 137. & conſ. 168. vol. 5. Dec. in conſ. 267. num. 4. Tiraq de retract. conſang. §. 36. gloſ. 2. num. 40.* infertur, quod vnica præſcriptione tollitur in totum

22 ius legati, licet aliud ſit, † quãdo factum eſt ſub dinumeratione temporum, & continet plura legata, *ita Bal. expreſſe in d l. 1. num. 13. C. de ſent. quæ ſine cert. quan.* vbi loquitur de legato alimentorũ, & vſufructus. Idem voluit Caſtr. *in l. ſi Stichum, §. ſtipulatio, in princ. ver. ſecunda eſt vtilitas,* vbi ait, quòd ſi vnicum eſt legatum, vel vnica ſtipulatio, curſus triginta annorum perimit in totum, ſi verò continet plura, tunc pro ſingulo anno vna requiritur. In principio. n. cuiuſque anni, oritur noua obligatio, pro cuius morte, & extinctione vna requiritur præſcriptio, atque adeo ſicuti tot ſunt legata, quot anni, ita tot præſcriptiones requiruntur quot anni, *idem dixit Bal. in d. c. inter pares, §. ex eadem lege, num. 5. Alexan. in d. §. ſtipulatio, num. 2. pulchrè Rui. in d. conſ. 34. num. 5. & ſeq. vol. 2. & eſt gl. notabilis, in l. cum notiſſimi, §. in his, vbi notãt Bar. & alij, C. de præſcript. 30. anno. Iaſ. in d. §. ſtipulatio, in princ. ver. ſecunda vtilitas.* Hanc ſententiam in legato annuo communem dicit Bal. *in tract. de præſcrip. in 4. par. 4. par. princ. q. 4.* vbi diſtinguit inter annuam ſtipulationem & legatum, ſubdens, quod in annuo legato non ſufficit vna præſcriptio pro omnibus annis, ſed tot ſunt neceſſarię, quot ſunt anni, & præſcriptio fit de anno in annum, *allegat multas authoritates Cæph. in conſ. 98. num. 43. Caualcan. de vſufruct. mulie. relict. nu. 116.* Et eodem modo licet remiſſiuè, diſtinguit Bar. *in l. fi. ff. de annu. leg. Cord. in d. §. vtrum, num. 40, & ſeq. vbi alios allegat.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ſuper alimentis eſt interloquutoria.*
2 *Sententia dicitur interloquutoria, quando fertur inter principium, & finem cauſæ.*
3 *Sententia interloquutoria dicitur, quæcunque non definit principalem controuerſiam.*
4 *Sententia definitiua dicitur, quæ terminat totum negotium in iudicio deductum.*
5 *Sentẽtia definitiua dicitur, quæ rem terminat in iudicio deductam, licèt non eam, quæ nondum eſt deducta.*
6 *Deſtimatum fictione iuris habetur pro facto.*
7 *Sententia interloquutoria poteſt quandocunque ante definitiuam retractari.*
8 *Sententia ſuper alimentis lata non præiudicat in cauſa filiationis.*
9 *Filiatio non probatur per alimentationem.*
10 *Filiatio probatur per educationem, & alimenta præſtita tanquam filio.*
11 *Filiationis quaſi poſſeßio inducitur per alimentationem.*
12 *Filiatio magis probatur per tractatum, quam per nominationem.*

QVÆSTIO VII.

1 SENTENTIA lata ſuper alimentis † eſt interloquutoria, *ſecundum gl. in l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, in ver. iubebunt, ff. de liber. agnoſc.* Sed gloſ. *in eadem l. in §. ſi quis ex his, in ver. ſententia,* dicit, eſſe interloquutoriam diffinitiuam, quia per eam totum negotium alimentorum diffinitur. Et hanc partem probauit Bart. vtroque in loco reprobata gloſ. *in d. §. ſi vel parens, idem Bart. in tract. de alimen. num. 47. Iacob. autem Butig. quem citat & ſequitur Alb. ibi diſtinguit,* aut cauſa alimentorum tractatur principaliter, & tunc eſt diffinitiua: aut tractatur incidenter, & eſt interloquutoria. Cum ea diſtinctione tranſit Cordub. *in d. §. ſi quis ex his, nu. 13.* ſed prẽter eum idem voluit Prępoſ. *in c. cum ceſſante, num. 23. de appellatio.* ſed etſi prædicta non dicant, aduertendum eſt, quod gloſſæ illæ relatæ ad textum, non patiuntur concordiam illam: textus enim *in §. ſi vel parens,* & rurſus, *in §. ſi quis ex his,* non loquitur de cauſa alimentorum principaliter intenta, ſed de incidenti, & ideo nunquam eſſet diffinitiua. Item aduertendum, quod gl. *in d. §. ſi quis ex his,* dum dicit, *vel dic,* quod eſt diffinitiua, nõ recedit à prima ſententia, quæ dixerat eſſe interloquutoriam Præterea videtur, quod etiam ſi incidẽter tractetur, ſemper dicitur diffinitiua, quia diffinit totum negotium, quod prius erat in cõtrouerſia. Et hanc partem quod ſit diffinitiua, tenuit Franc. *in d. c. cum ceſſante, quæſtio. 21.* Et ea tamen diſtinctio videtur in ſe vera, quia vbicunque pendẽte principali controuerſia contingit diſputari ſuper aliquo emergẽti, tunc ſententia ſuper eo incidenti, lata dicitur in-

2 terloquutoria † non diffinitiua, tanquam lata inter principium & finem cauſæ, *ſecundum gl. in Clem. vnica, in ver. diffinitiua, de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Rom. in rub. ff. de re iud. nu. 2. vbi etiam Alex. nu. 6. Felin. in rub. extra, eo. tit. col. 2. ver. extra diffinitionem, & in c. qualiter & quãdo, nu. 6. ver. venio, de accuſat. Maran. de ord. iud. in 6. par. princ.*

3 *partic. 3. num. 2.* Quinimo omnis ſentẽtia † quæ non definit principalem cauſam interloquutoria dicitur, *ſecundum gl. in c. ei qui, in §. diffinitiua, 2 quæſt. 6.* non enim dici poteſt diffinitiua ſententia, niſi totũ diffiniat negotium principaliter † in iudicio deductum, *Imo. in l. ſi finita, §. non autem, col. 1. ff. de damn. infect. cum aliis apud Contard. in l. vnica, in 2. ratio. deciden. nu. 24. C. ſi de momen. poſſeſ.* Sed ſi contingat alimenta peti, antequam inchoatum ſit iudicium ſuper filiatione, vel ſucceſſione, videretur tunc ſententiam eſſe diffinitiuam, quia ſat eſt quod litem diffiniat in iu-

5 dicio deductam, licet † non illã, quæ nondum eſt deducta, *ſecundũ Bal. in l. qui reſtituere, ff. de rei vend. quem ſequitur Alex. in Rub. ff. de re iudic. num. 7. Rom. in conſ. 375. in princ. Natta in conſ. 583. num. .... Maran. loco prædicto, num. 3.*

num.3. nisi dicamus quod etsi principalis causa non sit deducta in iudicio, tamen cũ de proximo sit deducenda, habetur perinde, ac si foret deducta, præcipuè cum is iam destinauerit agere, nam destinatum iuris † fictione habetur pro facto, *l. etsi non sunt, §. quidergo, & l. lana, & l. vestimentorum. ff. de aur. & arg. lega. l. ligno, §. 1. ff. de leg. 3. l. cætera, §. hoc senatusconsultum, il. 2. ff. de leg. 1. Paris. in cons. 125. num. 11. volum. 4. Menoch. de arbitr. iud. casu 290. num. 19. D. Becius in cons. 60. num 32.*

Posset ex hac quæstione inferri, an sententia super alimentis possit retractari, vel non. Si enim est interloquutoria † poterit retractari, quandocunque à iudice antequam ferat diffinitiuam, *c. cum cessante, de appellatio. c. fi. de appellat. in 6. l. quod iussit, vbi Bart. Imo, Alex. Ias. & Ripa, ff. de re iudic. Paris. in cons. 107. nu. 103. volum. 3. Bero. in cons. 19. num. 23. & 27. volum. 3. Natta in cons. 336. num. 1.* Id quomodo procedat, dixi latè *in cons. 288. num. 21. & sequenti*, vbi posui nonnullas limitationes.

Sed in hoc stat conclusio, quod si de alimentis agatur in causa filiationis, sententia super alimentis lata minimè præiudicat † in causa filiationis, quia non pronũciatur illum esse filium, sed ali debere. Ita inquit text. *in d. l si vel parens, in ver. meminisse, atque ibi hoc notant Bart. & Alber. idem voluit glos. in l. 1. in ver. filium, C. quor. bonor.* vbi Bar. Bal. & alij, dicunt, quod sententia lata super possessione bonorum, ita demum facit ius in causa filiationis, si pronunciauit iudex illum esse filium, secus si nihil dixit de filiatione. Est etiam de hoc text. *in l. pen. ff. de his, qui sunt sui vel. alien. iur.* vbi Baldus expressè dicit, quod pater damnatus alere filium, potest nihilominus in principali iudicio negare illum esse filium, *Natta in cons. 138. num. 11. in cons. 473. num. 6. in cons. 532. num. 6. Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. si vel parens. num. 14. ff. de liber. agnosc. vel alen.* Et non mirum, quandoquidem filiatio † non probatur per alimentationem, *c. transmissæ, vbi notat Abb. qui fil. sint legit.* Ea enim præstatio fieri potuit, ex causa pietatis, vel alia, non autem filiationis, *vt ibi dicitur Alex. in cons. 74. viso, num. 2. volum. 2. Barbat. in cons. 27. colum. 2. ver. modo veniendo volum. 1. Paris. in cons. 17. volum. 1. Cordub. in d. §. si vel parens, num. 36.* Præcipuè si aliquando alens dixisset facere se amore Dei, vel aliam ob causam, *Rumin. sen. cons. 289. numero 19. & seq. volum. 2.*

Id tamen non habet locum, quando non solum alimentatio ipsa deduceretur, sed probatum simul esset, quod tanquam filium aluit, & educauit: tunc † enim plurimum operatur ad filiationis probationem, *l. 1. §. 1. vbi Bar. & Marsil. latè num. 19 ff. de quæst.* Et dicit Bal. *in l. non ignorat, num. 4. C. de his, qui accus. non poss.* quod magis præsumitur filius, qui alitur tanquam filius, quam qui filius nominatur, quia alimentatio magis conuenit filiationi, & est naturali charitati coniuncta. *Butr. in d. c. transmissæ, Alexan. cons. 8. num. 7. volum 7.* vbi concludit alimẽtationem constituere † filium in quasi possessione filiationis, ita vt onus probandi contrarium transferatur in aduersarium, *Dec. in cons. 54. colum. 1. in fi. ver. sed tamen prædictis, & id quoque voluerunt Bal. Ang. Fulgos. Castren. Abb. Felyn. Afflict. Ias. Paris. Rube. Alba. Paleo. & Rolan. quos citaui in cons. 1. num. 46.* Ea enim alimẽtatio probat tractatum, qui † magis inferat ad filiationem, quam nominatio, *vt post gl. Oldr. & multos alios probat Cravet. in cons. 958. num. 36.* vbi & si multum laboret, tamen poterat vno verbo allegare, Bal. *in d. l. non ignorat, num. 4.* vbi explicitè id dicit.

SVMMARIVM.

1 *Generi per speciem derogatur in quacunq; dispositione.*
2 *Generi per speciem derogatur etiam in diuersis dispositionibus, si regula iuris cõmunis est in statuto deducta quando species est generi contraria.*
3 *Genus relictum in testamento restringitur ad species nominatas in codicillis.*
4 *Legatum certæ quantitatis factum in codicillis in causam alimentorum, tollit legatum in eandem causam factum in testamento.*
5 *Pater si in testamento mille legauerat filiæ pro dote an si deinceps dotet in quingentis poterit filia supplementum petere.*
6 *Legatum certarum rerum pro alimentis factum reuocat præcedens legatum alimentorum.*
7 *Generi per speciem derogatur in legatis, quando utrumque factum est in eandem causam.*
8 *Posteriora prioribus derogant.*
9 *Generi per speciem derogatur quando scripturæ sunt diuersæ.*
10 *Filia nupta cum quinquaginta à patre, an consequi possit illud plus quod pro ea maritanda fuerat à patre prius relictum.*
11 *Dos potest augeri constante matrimonio.*
12 *Legatum vsus fructus restringitur ad alimenta, censetur reuocatum per sequens legatum factum in causam alimentorum.*
13 *Res eadem, quando bis fuit legata, semel tãtum debetur.*
14 *Legatum quantitatis non censetur factum in alimenta, nisi fiat pauperi.*
15 *Res diuersæ, quando in eadem dispositione legantur, tunc vtraque debetur.*

QVÆSTIO VIII.

TESTATOR alicui reliquit alimenta, deinde eidẽ certum quid iubet dari in eandem causam, an vtrumque legatum debeatur. Et in hoc res est clara, quia diximus supra, alimenta non recipere multiplicationem, quando ab eadem persona relinquuntur: sed an primum legatum videatur per posterius reuocatum, & videtur, quod sic, quia generi per † speciem derogatur, *l. in toto iure, vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. & in c. generi, de reg. iur. in 6. Tiraq. de legib. connub. glos. 7. num. 125.* Et procedit in quacunque dispositione, secundum Bero. *in cons. 57. num. 10. volum 3. Natta in cons. 7. num. 5.* Imo non solum in eadem, sed etiam in diuersis dispositionibus procedit Etsi regula iuris communis esset in statuto deducta, præcipuè, quando species est generi contraria, *ita Ruin. in l. 1. §. hoc autem edictum, num 75. ff. de oper. noui nuntiat. vbi Horman. num. 25.* Multo ergo magis locus est regulæ, quando tam specialis, quam generalis prouisio est facta in eadem dispositione, *vt per Ruin. in loco prædicto, num. 65. Horman. nu. 19. secundo facit tex. in l. Sæio, in princ. ff. de fun. instr.* vbi genus relictũ in testamen-

3 to, restringitur † ad species in sequentib. codicillis specificatas. Tertiò videtur textus expressus *in l. libertis, la 2. ff. de alim. & cibar. lega.* vbi, si testator in causam alimentorum certam leget quãtitatem in co-
4 dicillis, videtur per hoc † recessisse à legato, quod testator fecerat in eandem causam, eidem personæ in testamento, *& ibi ponunt Doctores, Didac. in c. officij, num. 10. de testam.* vbi ex hoc infert ad quęstionem de patre, qui cum pro maritanda filia mille in te-
5 stamento reliquisset † deinde eam nuptui tradendo dotem, constituit quingentorum aureorum, & quærit, an filia possit alia quingenta petere. Et quamuis duos textus prędictos non alleget, tamen ita determinat Crauet. *in conf. 35. num. 1. ver. amplius videretur*, vbi dicit, quòd si testator primò legat ali-
6 menta in genere, deinde aliquas † res in specie pro alimentis, videtur à primo legato recessisse per secundũ speciale. Et facit, quia vbi vtrunq; legatum sit in eandem causam, tunc generi per speciem de-
7 rogatur, † *secundum Dyn. quem citat & sequitur Bar. in l. Titia, §. qui Marco, num. 1. ver. quare dic, ff. de annu. leg.* fa-
8 cit regula, quod posteriora † prioribus derogant, *l. pacta nouissima, C. de pact.*

Prædicta ego vera existimo, siue in eadem, siue in diuersa scriptura fiat vtrumque legatum, dummodo ab eadem persona, licèt aliqui declarando regulam supradictam velint generi per speciem
9 non derogari † quando scripturæ sunt diuersæ, *secundum Bal in l. 1. §. hoc autem edictum, num. 6. ff. de ope. noui nunt.* vbi ita distinguit inter vnã, & diuersas scripturas, *Ange. in conf. 214. & in conf. 355. colum. 3. Alexan. in conf. 113. num. 9. volum. 2. Dec. in l. in toto, num. 10. ff. de regu. iur. & in l. certi condictio, in princ. num. 3. ver. quintò, & vltimo, ff. si cert. pet.* Cum alij contrarium velint, quod generi per speciem derogetur solum, quando agitur de diuersis dispositionibus, nõ de eadem, *vt per Bar. in l. quæsitum, §. si. colum. si. ver. vlterius habeo, ff. de fun. instru. ponit Caphal. in conf. 372. num. 27. & num. 30.*

Item prędens decisio procedere potest sine scrupulo, quando primum legatũ continet integra alimenta, sed si aliquid relinqueretur ad alimenta, quod tamen non esset sufficiens, & mox in eadem, vel etiam diuersa scriptura aliquid, item in eãdem causam legaretur, tunc posse dubitari, quia cessat regula, quod generi per speciem derogetur, cum vtrumque legatum sit speciale. Cessat etiam alia, quod legatum alimentorum non sit reiterabile, quia, *vt dixi*, illud locum non habet, quando integra alimenta non legantur. Obstat tamen alia ratio, quia vtrumque legatum sit ob eandem causam, *vt per Bart. in d. l. Titia, §. qui Marco.* Sed aduerte, quod tunc identitas causæ impedit vtrumque legatum deberi, quãdo ex primo legato satisfactum est causæ, vel causa est finita & impleta. At vbi causa non finitur, nec totaliter impletur per primum legatum, tunc valet secundum, quamuis factum in eandem causam. Probatur hæc cõclusio ex Bar. *in leg. Lucius, la 1. in fi. ff. de leg. 2.* vbi dicit, quod si testator
10 † centum legauit pro filia maritanda, mox viuens illam maritet, cum quinquaginta, non poterit filia mortuo patre petere alia quinquaginta, quia causa relicti, vt scilicet maritaretur, est finita. At si le-
11 gatum sit factum ex causa dotis, potest enim † dos etiam constante matrimonio augeri, *l. pen. & Auth. sed iam, C. de donatio. ante nupt. & idem tenuit Bal. in l. huiusmodi, §. cum pater, ff. de leg. 1. & ibi Alexan. colum. 4 citat concordante, idem voluerunt Bal. Ang. Castr. Salic. & Ias. in l. filia legatorum, C. de lega. Anch. in c. filius noster, in fi. & ibi Barbat. num 14. de testam. Imo. in d. §. cum pater, Iacob. de S. Georgio in d. l. filia, Dec. in conf. 81. num. 6. Didac. in c. officij, num. 10. de testam. dixi in conf. 119. num. 10. Alba, in conf. 52. num. 2.* Ita ergo in proposito licet vtrumque legatum sit in causam alimentorum, quia tamen causa non est ex primo legato finita. Cum ex eo non integra debeantur alimenta, & consequenter cum causa recipiat augumentum, videtur, quod sustineatur secundũ legatum, vsque ad integram quãtitatem alimentorum. Non ignoro quidem multos à Barto. dissentire in supracitata quæstione, sed nemo eius rationẽ impugnat, qua ego nunc vtor.

Principalem autem conclusionem inquit Crauet. *in conf. 32. num. 1.* procedere non solum, quando alimenta sunt explicitè legata, sed etiam, quando
12 legatus † fuit vsusfructus, qui ex cõsuetudine Bulgari restringitur ad alimenta, quia nihil interest quoad nostram quæstionem, quod alimenta verè, vel interpretatiuè sint relicta. Vtroque enim casu militat eadem ratio, quod vtrumque legatum est ob eandem causam. Imo. *num. 6. ver. septimo posito*, vult, quod idem sit, quãdo in posteriori legato habitationis, frumenti, vini, lignorum, & pecuniarum non fuit expressa causa alimentorum, quasi
13 tacitè intelligatur causa. Et quia eadem res † videatur pluries legata, quo casu non bis debetur, *l planè §. 1. vbi Doctores, ff. de leg. 2.* Sed eius opinio non caret scrupulo, quia legatum certæ quantitatis, nõ præ-
14 sumitur factum in alimentorum causam † nisi fiat pauperi, *l. cum hi, §. si annum, ff. de transactio. Bar. in l. seruus, ff. de annu. leg. Natta in conf. 379. num. 2. & seq. Mantica, de coniect. vlt. volunt. lib. 3. interpret. 1. dubit. 3. solutto. 2. num. 7. post medium, Caualcan. de vsufruct. mulie relict. numero 166. & dixi in tit. quando alimẽta censeãtur relict.* qualitas enim legatarij arguit causam, propter quam relictum est legatum. Et non videtur vera ratio Crauet. quod eadem res videatur legata, nam vbi alimenta legantur, tunc hæres dicitur debitor generis, id est, frumẽti, vini, & aliorum: vbi vero certitas frumenti, vini, lignorum, olei, & aliorum relinquitur, tunc genus item videtur relictum, ergo non debetur eadem res.

Subdit etiam Crauet. in loco prædicto, *num. 6.* quod vbi etiam primum legatum alimentorum non sit reuocatum ex secundo grani, vini, & aliorum fructuum, tamen illi fructus secundo loco relicti compensabuntur in legatum alimentorum, ita quod hæres tenebitur solum ad supplendum, si quid deest ad alimenta integra, & animum compensandi deducit ex coniecturis. Sed nec ea propositio saluari potest, si secundum legatum dicamus, non esse factum in causam alimentorum, vti supra probauimus, & cõtra eum facit, quia vbi res
15 † diuersæ legantur in eadem dispositione, tunc vtrumque legatum debetur, nec vnum venit ad extinctionem alterius, & idem est quando genus, vel

quan-

quantitas relinquitur, quia recipit duplicationem, *l. Lucius, §. impuberum, ff. de leg. 2. l. planè, §. si eadem, ver. eiusdem rei, vbi Doctores notant, ff. de leg. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor non potest secundo viro relinquere plus quam vni ex filiis primi matrimonij cui minus relinquit.*
2 *Vxor si plus secundo viro reliquit, quam filio prioris matrimonij, illud venit cum fructibus restituendum.*
3 *Vxor ex causa alimentorum non potest plus relinquere secundo viro, quam vni ex filijs prioris matrimonij.*
4 *Vxor si vsumfructum relinquat secundo viro vltra id, quod relinquit filio prioris matrimonij, reuocatur.*
5 *Vasallus etiam pro anima non potest feudum sine consensu domini alienare.*
6 *Bona subiecta fideicommisso non possunt in causam dotis vel alimentorum alienari.*
7 *Forensi si relinqui nihil potest ex statuto, poterit tamen relinqui in causam alimentorum.*
8 *Vxori si ex forma statuti non potest relinqui, valebit tamen legatum pro alimentis.*
9 *Dispositio generalis non refertur ad alimenta.*
10 *Exclusio generalis non includit alimenta.*
11 *Causa alimentorum semper videtur excepta.*
12 *Donatio inter virum & vxorem, ex causa alimentorum, est valida.*
13 *Specialitas non est inducenda nisi in casibus expressis.*
14 *Specialia non sunt multiplicanda.*
15 *Filiorum fauor præponderat piæ causæ.*
16 *L. hac edictali, C. de secund. nupt. non habet locum, quando secundo viro inopi aliquid relinquitur in alimenta.*
17 *Vxor inops habet quartam in bonis prædefuncti mariti diuitis.*
18 *Vxor inops non consequitur quartam in bonis mariti, si habet patrem diuitem.*

QVÆSTIO IX.

1 VXOR non potest secundo viro plus relinquere, quam vni ex filiis † primi matrimonij, cui minus dederat, *l. hac edictali, C. de secun. nupt.* & id quod supra relictum, habetur pro non scripto, *vt ibi, ver. si verò plus, & in §.* 2 *optimè, in Authen. de nupt. vbi Ang. notat,* imo id † omne cum fructibus restituitur, *secundum Bertran. d. §. si verò plus, num. 21. Ruin. in cons. ... vbi latè agit.* Et ita post hæc scripta, fuit iudicatum in Mantuano Senatu. Attamen dubitatur, an possit ex causa alimentorum plus relinquere contra dispositionem, *d. l. hac edictali.* Et Crauet. *in cons. 194. num. 3. & seq.* concludit, 3 nõ licere, † & illud omne reuocari posse, quia *d. lex* loquitur indistinctè. Et inter causam alimentorũ & alias causas, nulla subest diuersitatis ratio, & vbi 4 relinquitur vsusfructus, reperitur locum esse † dictæ legi, *secundum Bertran. ibi, in ver. ita tamẽ, num 4. & Crauet. opinionem sequutus est Gabriel. commun. opin. lib. 3. tit. de secun. nupt. concluf. 4. nu. 50.* Confirmatur id, quia videmus id, quod iure non est permissum ob defectum potestatis, non concedi sub colore necessitatis, vel piæ causæ, vt in feudo, quod ex quo non potest alienari in præiudicium agnatorum, nõ etiam 5 potest vasallus id facere † pro anima, *c. 1. qualit. olim feu. alien. poter. Bal. in c. 1. in princ. num. 18. de prohib. feu. alien per Feder. Socin. in cons. 19. num. 11. volum. 1. Afflict. d. c. 1. in princ. num. 71. Ias. in l. de quibus, num. 65. ff. de leg. b. Dec. in cons. 445. num. 24. & in c. quia in ecclesiarum, num 10. de cõstitut. Rimin. sen. in cons. 81. num. 16 volum 1. Negusan. qui loquitur in causa dotis in tract. pigno in 2. mem. 2. par. num. 43. Crauet. in respon. pro genero, nu. 293.* facit item, quod voluit gl. *in Auth. res quæ, in ver. obligatione, C. commu. de* 6 *legat.* vbi bona † fideicommisso subiecta, non posse alienari ex causa dotis, vel etiam alimẽtorum. Sed etsi Crau. loco præcitato, quæstionem prædictam generalibus tãtum adductis regulis absoluat, non caret tamen dubitatione. Et multa in contrarium allegari possunt, quæ Crau. dissimulanter agendo omisit. Et in primis Zabarel. *in cons. 66. in fi.* dicit, sta- 7 tutum prohibens † aliquid relinqui forensi, non includere legatum, quod factum est in causam alimentorum, *Gemin. in cons. 80. Abb. in cons. 27. num. 3. volum. 2.* Et dicit Cuma. *in cons. 30. in 1. dub.* quod statuto 8 prohibente, ne maritus aliquid relinquat † vxori, sustinetur legatum factum ad vxoris alimenta, *Papien. in for. libel. quo mulier agit ad dotem, in ver. quinquaginta, Brun. in tract. de constitut. & decret. in ver. legatum, colum. fi. Boer. cons. 40. num. 9. Rimin. iun. in tit. Instit. quibus alien. licet, vel non, in princ. nu. 85. Plot. inter consilia vlt. volunt. cons. 68. num. 73. Pet. Pecchius in tract. de testam. coniug. lib. 4. c. 9. Buss. in tract. crim. tit. de alimen. vxor. præstan.* 9 *num. 9.* Item generalis dispositio † non refertur ad alimenta, *secundum Bar. in l. Mela. ff. de alim. & cibar. leg. Dec. in l. principalibus, in fi. ff. si cert. pet.* Et dicit Cardin. *in d. cons. 66. in fi.* quod generalis exclusio non com- 10 prehendit alimenta. † Refert & sequitur Crauet. *in cons. 189. in princ.* Et hanc generalem regulam constituit etiam Ang. *in tract. de testam. in gl. item reliquit mulieri concubinæ, col. fi. num. 10.* & dicit Signor. *in cons. 176.* 11 *nu. 11.* quod in dispositionibus, quæ † fiunt inter virum & vxorem, semper alimentorum causa est excepta. Allegat multa iura: Pro cuius dicto facit etiam, quia inter virum & vxorem ex causa alimen- 12 torum sustinetur donatio, quæ inter illas † personas alioquin est prohibita, *l. ex annuo, & l. de fructibus, ff. de don. inter vir. & vxor. l. sicut, C. eod. tit.* & possent allegari infinita, in quibus cõtra legum, statutorum, vel etiã hominum prohibitionẽ sustinetur actus fauore alimentorum factus, vt in spurio, cui nihil relinqui potest, stante legis dispositione, in forense, in quem obstante statuto non potest alienari, in fœmina, quæ propter masculos absolutè est statuto exclusa, & multis aliis casibus, quibus sustinetur dispositio pro alimentis. Vides igitur quanta contra Crau. decisionem laborent. Ego sanè teneo illam veram esse, quia etsi fauorabilis admodum sit causa alimentorũ, tamen non sunt inducenda no- 13 ua † specialia in casibus à iure non expressis, *l. ius sin-* 14 *gulare, ff. de legib.* Et non sunt multiplicanda † priuilegia, vel specialia, *l. fi. C. de dot. promis. l. cum post, §. gener, ff. de iur. dot.* præcipuè cum filiis adimatur quidquid fauore alimentorum, secundo coniugi contra legem applicatur, & non est minori fauore dignus filius, quam alimentorum causa, cum fauor 15 filij præponderet etiam piæ † causæ, iuxta illud Diui Augustini, *qui vult ecclesiam instituere, & filium exhæredare, alium quærat consultorem, quam Augustinum, c. qui-*

cunque, 17.q.4. not. in l. Papinian. §.1. ff. de inoffic. testam. & in l. si quis ad declinandam, C. de episcop. & cleric. Socin. in l. cum auus, num. 42. ff. de cond. & demonstr. Ripa in l. ex facto, §. si quis rogatus, il 1. num. 41. ff. ad Trebellia.

Limito tamen, vt non procedat, quando secun-
16 dus vir erat pauper, & † non habebat aliunde, quia tunc, si quid ab vxore relinquatur illud, non reuocabitur per dispositionē, *d. l. hac edictali.* Et hoc modo procedant quęcunque supra allegaui cōtra decisionem Crau. & tunc solum fauore alimētorum transgredimur iuris communis regulas, quādo relinquuntur egenti, & non aliter. Et hoc modo declarat in simili Lancel. Gallia. *in consuetu. Alex. in ver. solidos, q. 6. num. 25. & seq.* Cum enim vxor eo casu teneatur maritum alere non dicitur committere in legem dum legat alimenta, *l. Gracchus, C. de adulter.* Sed fortè replicari poterit, quod si maritus est pauper, & vxor diues, tunc à iure inductum est beneficium, vt superstes coniunx quartam consequatur
17 † in bonis defuncti, *§. quoniam autem, in Authen. de exhiben. reis, & in Authen præterea, C. vnde vir & vxor.* Quibus iuribus prouidetur, ne superstes cum defuncti infamia mendicare cogatur, *vt per Doct. in Auth. præterea, num. 4. Socin in cons. 121. num. 44. vol. 4. Corne. cons. 249. col. 2. & 3. vol. 3. post Signor. in cons. 231. col. fi. Rolan. in cons. 14. num. 27. vol. 3. Natta in cons. 648. num. 17. Cæphal. cons. 244. num. 16.* Vnde inferunt prædicti Doctores,
18 quod non † est locus illi dispositioni, quando superstes potest aliunde alimenta consequi, puta à patre, vel fratre diuite, *Alex. d. Authen præterea, num. 11. vbi etiam ponit Dec. Natta d. cons. 648. & Cæph. d. cons. 244.* Verum id nō obstabit, quia nihilominus legatum imputatur in quartam secundum iura prædicta, proinde limitatio sustineri potest.

SVMMARIVM.

1 *Ius alendi regulatur secundum ordinem succedendi.*
2 *Mater magis tenetur filium alere quam frater.*
3 *Auus maternus potius tenetur alere, quam hæres patris.*
4 *Tutela defertur secundum ordinem successionis.*
5 *Tutelam petere non potest, qui statuto excluditur à successione.*
6 *Cura defertur ei, cui pertinet successio.*
7 *Pater & mater vocantur æqualiter ad successionem.*
8 *Mater succedit æqualiter filio cum fratre defuncti.*
9 *Filiæ naturali potest dos relinqui irreuocabiliter.*
10 *Argumentum à correlatiuis est validum.*
11 *Naturales inter se reciprocè succedunt, & eodem modo.*

QVÆSTIO X.

ALENDI onus secundum Alexan. *in l. alimenta, in fi. C. de nego. gest.* regulatur secun-
1 dum ordinem † succedendi, vt scilicet is teneatur alere, qui succederet ab intestato. Et infert, quod ex quo matri potius, quam fratri hæreditas defertur, ideo mater † magis obstringitur filium alere, quam frater. mouetur per *l. si quis à liberis, §. 1. ff. de liber. agnoscen.* vbi dicitur, quod alendi onus descēdit ab æquitate, & sanguinis charita-
3 te. Infertur etiam quod ali debet quis potius † ab auo paterno, quam ab hęredibus patris, & potius à patre quam ab auo paterno, *l. pen. vbi not. Bart. ff. de lib. agnoscen.* Et videtur hæc conclusio ratione fundari, nam iustum est, quod onus illum sequatur, qui est habiturus emolumentū, *l. secundum naturā, ff. de reg. iur.* Hinc videmus tutelam regulari secundum or-
4 dinem, † successionis, *Instit. de legit. agnat. tute. in prin. l. 1. in princ. ff. de legit. tuto.* Et dicitur *in l 3. in prin. ff. eo tit.* quòd tutelæ deferuntur per consequentiam hæreditatum. In tantum autem hoc verum est, quod si aliqui à successione excluduntur, ij censentur pa-
5 riter excluſi à tutela, † Bar. *in d. l. 1. in princ.* vbi infert, quod si cognati statuto præferūtur agnatis in successione, eodem modo in tutela præferendi sunt, *Anch. post cons. Bart. quod allegat in repet. c. canonum, statuta, car. 11. ver. quid si lex prouidet, de constitutio. Imo. in c. post translationem, de renunciat.* Et inquit Salicet. *in l. fi. C. de legit. tutor.* quod sicut per statuta terrarum moueatur hæreditas, ita & tutela, *idem Salic. in Auth. sicut, circa fi. ver. quæro tertio si statutum. C. de legit. tutor. Aretin. in cons. 109. num. 1. Ange. in §. actionem, num. 32. ver. ex quo sequitur, Instit. de action. Curt. sen. in cons. 47. colum. pen. ver. corroborantur, idem voluerunt Corn. Io. Bapt. de S. Seuer. & alij, quos citat Brun. dicens, hanc opinionem tenendam esse pro vera in tracta. exclus. fœmin. artic. 5. num. 116. & 123. Socin. iun. in l. sciendum, num. 132. ff. de leg. 1. Caualca. in tract. de tuto. num. 137. post Dec. in cons. 16. vbi latè agit Menoch. qui multos alios allegat in tracta. de arbitr. casu 150. num. 36.*
6 *& seq.* vbi probat idem esse in cura, † quæ defertur proximiori secundum ordinem succedēdi. Et prædicti omnes limitant in matre, vel auia, quę cum ad tutelam admittantur, non iure successionis, nec etiam contemplatione proximitatis, sed propter amorem erga filium, & singularem fiduciam de eis à lege conceptam, non excluduntur à tutela, quamuis statuto repellantur à successione.

Sed etsi Alexandri colorata sit ratio, tamen ea minime concludit. Propterea verior est opinio, quod alendi onus minimè regulatur secundum ordinem successionis: multæ enim in contrarium allegantur instātiæ, & præcipuè, quod pater & ma-
7 ter, æqualiter ad filij † successionem vocātur, *Auth. defuncto, C. ad Tertullia.* Et tamen in onere alendi pater prę fertur matri, *vt suo loco dixi.* Item mater & fra-
8 ter æqualiter filio, & fratri respectiuè † succedunt, *d. Authen. defuncto, §. consequens, & §. quoniam vero, ver. si vero, in Authen. de nupt. §. soror, & §. sed iam autem, ver. ita tamen, vbi gl. & Docto. notant, Instit. ad Tertullian.* Sed in onere alendi primum tenetur mater, quam frater, *vt per Doct. in d. l. alimenta, & dixi hoc eodē opere.* Et possent alia exēpla cumulari, quæ omitto. Ideo Rui. *in cons. 94. in fi. volum. 5.* reprehendit Alex. *in d. l. alimenta,* & firmat conclusionem, quod à successione ad alimentandi onus benè ducitur argumentum, *sequitur Cordub. in l. si quis à liberis, §. si mater, num. 38. ff. de libe. agnoscen. & non mirum.* Nam etiam ex parte eius, cui alimenta debentur, non benè infertur à successione ad alimenta, quia magis ei debentur alimenta, quam successio, *vt probatur in §. discretis, in Authen. quibus mod. natur. effician sui. & in Authen. licet, C. de natu. liber.* Per quæ iura hanc conclusionem firmat Bero. *in cons. 165. num. 21. in princ. volum. 2.* vbi infert, quòd fi-
9 liæ naturali potest dos relinqui † irreuocabiliter etiam iure ciuile inspecto, licet non sit successionis ca-

nis capax, in quo tamen illi non assentior, sed dicam suo loco. Sicuti ergo habito respectu ad alimentandum non valet argumentum à successione ad alimẽta, ita nec valere debet habitu respectu
10 ad illum, qui tenetur alere, ex quo † sunt correlatiui, *argum. l. fi. C. de indict. viduis tollen.* Et licet arguere ab vnius successione ad successionem alterius, præcipuè in naturalibus, nam eodem modo inuicem
11 succedunt, & inter † eos reciproca est successio, *§. filium, in Auth. quib. mod. natur. effician sui, Aret. in tract. de testam. in ver. volens intestatus decedere, col. 9. Didac. in epit. de succes. ab intest. colum fi. ver. decima tertia conclusio.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum non valet inducens votum captandæ mortis.*
2 *Census licite emi posse ad vitam mentis.*
3 *Census constitui potest non solum in pecunia, sed etiam in frumento, vino, & alis rebus.*
4 *Pactum de hæreditate viuentis valet, quando est de certis rebus, & non per viam successionis.*
5 *Pactum de succedendo est validum, quando venit in consequentiam alterius liciti contractus.*
6 *Pecunia sui natura sterilis est, & fructum non producit.*
7 *Incertitudo euentus facit licitum, q. aliàs erat illicitum.*
8 *Census annuus ad vitam emptus valet, licet tantũ emptor vixerit quod fructus excesserint pretiũ solutum.*
9 *Valor attenditur, qui est tempore contractus, non qui superuenit.*
10 *Tempus celebrati contractus attenditur, vt cognoscatur an contractus sit vtilis ecclesiæ, vel non.*
11 *Minor non restituitur, quando inspecto principio contractus poterat ita esse vtilis sicuti damnosus.*
12 *Factum legitime inspecto principio non reuocatur ex post facto.*
13 *Minor non restituitur si tempore contractus non est læsus, etiam si nunc appareat læsio.*
14 *Ecclesia non restituitur ob superuenientes probationes.*
15 *Minor non restituitur ad omissas probationes si illas ignorauit.*
16 *Census ad vitam concessus non retractatur si ex contingentia facti damnosus efficitur.*
17 *Mutuum factum cum onere alendi, vel annuum quid soluendi, non valet etiam si sit ad tempus limitatum.*
18 *Incertitudo vitæ non purgat suspicionem vsurarum.*
19 *Census emptio ad vitam, non est licita, quando capitale est restituendum.*
20 *Census emptio ad vitam non est licita quando inspecta ætate & quantitate pecuniæ esset iniusta.*
21 *Census emptio, an sit iusta, vel non, attenditur qualitas personæ.*
22 *Incertitudo quando militat in vna tantum parte contrahentium non iustificat contractum.*
23 *Transactio non sustinetur propter incertitudinem euentus, quando incertitudo non militat ab vtraque parte.*
24 *Donatio reciproca inter virum & vxorem, valet, quando ætas non est admodum impar.*
25 *Euictio debetur inter fratres, quando vni obuenere in diuisione omnia libera, & alij omnia obnoxia.*
26 *Tempus vitæ calculatur secundum l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid.*
27 *Vita hominis taxatur in quacunque dispositione secundum hæreditatum. ff. ad leg. Falcid.*
28 *L. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid. locum habet etiam in dispositionibus inter viuos.*
29 *Census emptio ad vitam non rescinditur propter minimam læsionem, sed debet esse magna.*
30 *Census annui, vel redditus annui pretium iustum, quale sit, remissiuè.*

QVÆSTIO XI.

CONTRACTVS aliquando ita celebratur, vt alter certa quantitate accepta alterum alere teneatur, an eiusmodi contractus valeat. Et sanè si vti par est intelligamus perimi quantitatem datam, nec post illius vitam esse restituendam videretur pactum hoc inducere votum captandæ mortis. Quanto enim citius dans moritur, tãto minus recipiens impendit
1 in alimenta, & planum est non valere † pactionem per quam votum prædictum inducatur, *l. pactum, quod dotali, C. de collatio. l. fi. C. de pact. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obligat. vbi Doctores inferunt ad notabiles quæstiones.*

Secundo contractus prædictus videtur sapere vsurariam prauitatem, quemadmodum cum quis certum quid dat, vt annuum aliquid exinde recipiat, *secundum Doctores in cap. nauiganti, de vsur.* Tertio posset, cui alimenta præstanda sunt, tamdiu viuere, quòd multo plus recipiet quam dedit.

Verum sine hæsitatione concludo contractum valere, & licitum esse. Nam videmus rectè & iustè
2 censum constitui, & emi posse † ad vitam mentis, & contractus dicitur licitus, quia sicuti potest diu viuere, ita potest cito mori, & dubius euentus finisque incertitudo contractum iustificat, *Cyn. & Bal. in l. si pater puellæ, C. de inoffi. testam. & in l. si ea pactione, vbi Salicet. & alij, C. de vsur. Io. And. Host. Butr. Anch. Abb. & alij omnes, in c. in ciuitate, de vsur. Io. And. ad Spec. super rub. de vsur. Alber. in Liubemus nulli, colum. fi. C. de sacros. eccles. Anch. in c. peccati venia, quæst. 6. de reg. iur. in 6. Castren. Alex. & Ias in l. de fideicommisso, C. de transactio.* Et præter eos licitum esse eiusmodi contractum, voluit Oldrad. *in cons. 207. & Bal in cons. 410. volum. 1. & hãc esse communem opinionem dixit Ias. in l. 1. in 1. lectu. num. 63. C. de summa trinit. Didac. lib. 3. variar. resolut. cap. 7. num. 3. vbi addit Abba Florenti. Conrad. Ioan. à Medin. & Modern. Gall. reprehendit q. Henricum quendam Gandauensem, qui contrariam partem defendere conatus est.* Horum item sententiam sequutus est Natta *in cons. 498. num. 13. vbi addit Cuman. Roman. & Laurent. de Rudolph. Pinel. in l. 2. par. 3. c. 4. num. 31. C. de rescind. vend. Nauar. in commen. de vsur. super Bulla Pij Quinti, quæst. 45. num. 128.* vbi dicit, licitum esse contractum, quo donat quis alicui mille, vt ille versa vice donet centum quolibet anno, dum vixerit, quia donator subit periculum perdẽdi mille primo anno, *sed neminem citat ex prædictis Io. Bapt. Lup. à Sancto Gemi. in l. 2. §. 2. comment. 2. num. 61. C. de pact. inter emptor. & vendit.* Sicuti igitur potest emi census ad vitam, quare eodem modo non erit licitus actus, per quem obligatur quis aliũ alere dum
3 vixerit. Potest enim census † constitui non solum in pecunia numerata, sed etiam in aliis rebus, puta frumento, oleo, hordeo, lignis, & aliis eiusmodi, *vt per Nauar. in d. tract. de vsur. quæst. 30. num. 120.*

Nec obstat, quod dicitur eiusmodi emptionem ducere votum captandæ mortis, quia curabit venditor mortē emptoris, vt se eximat ab onere, nam id potest quidem euenire, sed cum actus non sit ad id ordinatus, non habetur in consideratione. Præterea non attenditur contraria ratio, quādo dispositio non est de omnibus bonis, nec etiam de hęre-
4 ditate, sed de certis rebus † non per viā vltimæ voluntatis deferendis, vt quando promittit quis post mortem certum quid, *ita volunt Doctores in d.l fi. C. de pact. in l. stipulatio hoc modo concepta, Oldr. in cons. 139. Guido Pap. in cons. 31. colum. 2. Ias in cons. 5. colum. 4. vol. 3. Dec. in cons. 235. Rumus cons. 126. num. 5. volum. 1. Alciat. in cons. 135. num. 2. Paris. in cons. 26. num. 88. volum. 2. Ripa in cons. 122. num. 3. Crau. in cons. 19. num. 7. decis. Pedem. 100. num. 26.* Et quod dixi non attendi votum captandæ mortis, quando actus non est principaliter ordinatus, sed venit in consequentiam alterius, probatur ex eo, quod ponit Bart. *in l. fi. num. 1. ver. oppono, de hæredit. vel actio. vend. C. de pact.* vbi ait, pactum de succedēdo regulariter improbatum, tanquam inducens votum
5 captandę mortis, sustineri, quando † venit in consequentiam alterius liciti contractus, *sequitur Alex. in cons. 29. volum 5. Dec. in cons. 63. colum. 3. Paris. in cons. 26. num. 42. volum. 2. Boer. decis. 50. num. 8.* Nec refragatur, quod vsurariam sapiat prauitatem, quia supra demonstratum est, esse licitum, cum capitale sors extinguatur: contrarium autem procedit, quando ita datur, vt sors salua sit, quia tunc id, quod in annos soluitur videtur fructus sortis datæ, qui tamen
6 produci non potest à pecunia, † cuius natura sterilis est, *Scot. in 4. senten. dist. 15. quæstio. 2. Aristo. lib. 1. politic. cap. 6. & lib. 5. ethicor. Modern. Gall. in tract. de vsur. nume. 528. Didac. lib. 3. variar. resolutio. cap. 1. num. 5. ver. quarta ratio, Io. Bapt. Lup. in l. curabit, §. 3. nu. 20. C. de actio. emp.*

Tertiò non resistit damnum, quod potest danti contingere, quia cum illud à casu, & euentu prouenerit, non æstimatur: potest enim non solum cadere casus damno dantis, sed etiam recipi-
7 entis, & incertitudo † euentus facit actum licitum, qui fortè alias foret illicitus, *vt per Doctores in d.l. de fideicommisso, C. de transact.* & dicam paulo infra.

Ampliatur autem conclusio prædicta, vt licitus dicatur contractus etiam si ex facti contingentia is tantum vixerit, quod vtilitas ex alimentis percepta excesserit valorem rei datæ, quia euentus hic non alterat naturam contractus, *vt voluit Hostien. in tit. de vsuris, §. in aliis autem, ver. quid de his,* vbi ait, va-
8 lidam esse emptionem annui census, vel † redditus ad vitam alicuius, quamuis tanto tempore is superuixerit, quod fructus excedant pretium solutum. Idem voluit Oldr. *d. cons. 207. vniuersis, & hanc opinionem tenuerunt Bal. Alber. Gemin. Anchar. & alij supra citati in principio huius quæstionis, Ioan. de Anan. d. c. in ciuitate, ver. quartus articulus est, extra, de vsur. Castren. in l. si pater puellæ, C. de inoffic. testamen. Alexan. in d. l. fideicommisso, vbi Iason & Dec. C. de transact. idem Dec. in cons. 123. colum. 1. num. 1. Modern. Gal. in tract. de vsur. q. 72. num. 472. Boer. decis. 44. num. 37. Io. Bap. Lup. in c. nauiganti, commenta. 3. §. 2. num. 96. de vsu.* Confirmatur autem hæc sententia, quia contractus non sunt ex euentu æstimandi, sed ex eo, quod est, dum celebrantur, vnde
9 valor † attenditur, qui est tempore contractus, non qui superuenit, *l. si voluntate, C. de rescind. vend. cap. cum cum dilecti, ibi, tunc valentem, extra, de empt io. & venditio. Bart in l. 3. §. diui, ff. de iure fisci, Doctores in l pretia rerum, ff. ad leg. Falcid. Bart. in l. 2. in fi. C. de rescind. vendit. vbi omnes eum sequuntur, l. 2. vbi And. de Baru. & Io. de Plat. C. de præd. & omnib. reb. nauicu. lib. 11. Ruin. in cons. 161. num. 25. volum. 1. Bero. in cons. 72. num. 9. volum. 1. Modern. Gall. in tract. de vsur. num. 715. Pinel. in d. l. 2. par. 3. cap. 4. num. 15. cum multis aliis.* Et facit etiam tex. *in cap. ad aures, vbi glos. fi. de reb. eccles. non alien.* vbi ait, quod vt dignoscatur, an
10 † contractus in ecclesia vtilis, inspicitur tempus celebrati contractus, *& Rebuff. in compend. tit. de reb. eccles. non alien. num. 73. Redoan. in eod. tract. in tit. de cau. vtilit. num. 138. & dixi in cons. 246. num. 23.* Et quando contractus potest esse vtilis, & damnosus à princi-
11 pio, tunc minor non † restituitur, si casualiter ex post damnum contigit, *Castr. Alex. Ias. Dec. & alij, in d. l. de fideicommisso, C. de transactio quos loquendo de minore, allegat Natta in cons. 181, num 9.* Et ratio est, quia initio
12 benè constitutum, non † debet reuocari ex superuenienti casu, *l. non enim, ff. de itin. actuq; priu. l. sancimus, C. de administr. tuto. l. qui furere, vbi Bar. ff. de statu hom.* Et inquit Bal. *in cons. 19. colum. 3. volum. 4.* quod ex superuenienti casu non debet ad imperfectum reduci, quod legitimè factum est. Et dicit Alber. *in l. & si fine, §. quæsitum, ff. de minor*, quod si minor tem-
13 pore † contractus inspecto non est læsus minimè restituitur, si post contractum læsio superueniat, *Afflict. in decis 340. Craue. in cons. 11. num. 17.* vbi post Castren. dicit, quod ecclesia non restituitur in inte-
14 grum ob probationes, † quæ superuenerunt, & sic ob læsionem causatam post factum, de quo præter Crauet. extat decisio Spec. *in tit. de restit. in integr. §. fi. num. 5. ver. minor,* vbi dicit, quod minor non restituitur ad producendum probationes omissas, si il-
15 læ superuenere, cum prius illas † ignoraret. Idem voluit Bart. *in l. 1. §. nuntiatio, num. 33 ff. de oper. nou. nun. vbi pulchrè declarat Ruin. in repet. num. 220. & idem voluit Butr. in c. auditis, num. 28. de restit. in integr. Felin. in c. fraternitatis, colum. 5. in 1. fallen. de testib. Caph. in cons. 7. nu. 7.* Et quæ de dubio euentu dicta sunt, confirmātur à Doct. *in d. l. de fideicommis.* vbi inferunt ad alias decisiones, quas nō refero, ne sim longior. Et memini me alias in Taurinensi Senatu sustinuisse contra plures excellentes Aduocatos transactionem celebratam inter Magnificam Dominam Georgetam della Niue, & Magnificum Dominum Carolum Carretum, in qua Dominus Carolus nomine filiæ proprietariæ cesserat prædictæ Dominæ Georgetæ vsufructuariæ omnia bona, & iura hæreditaria recepta quātitate pecuniarum, mox verò dicebat filiam læsam, cū tamen læsio non posset probari inspecto tempore transactionis. Est igitur vera conclusio, quod contractus valet, & non retractatur ex eo, quod alimentarius tantum superuixerit, quod multo vltra quantitatem solutam receperit. Et Hostien. *in d. ver. quid de his*, dicit idem es-
16 se in eo, qui monasterio tradidit oues † ad vitam reddentes quatuor in singulos annos, adiecta pactione, quod sibi duo soluerentur in singulos annos durante tempore vitæ suæ, & inquit, quod si

oues

ques omnes perirent monasterium, nihilominus tenetur, nec ei dabitur restitutio in integrum, *Rodul. in tract. de vsur. par. 2. quæst 21. num. 35. Archiepisc. Flor. in summa tit. de vsur. cap 35 num. 41. Io. Bapt. Lup. in d. c. nauiganti, commen. 3. §. 2. num. 97.*

Intellige tamen non procedere conclusionem suprà positam, quando celebratus esset mutui con-
17 tractus, † quia tunc etiamsi promissio alendi, vel soluendi certum quid annuum sit limitata ad tempus vitę, nihilominus non valeret, sed infectus es-
18 set labe vsurarum, nam incertitudo vitæ † nõ purgat vitium, seu suspicionem vsuratum, *c. nauiganti, de vsur ita docet Alber. in l. iubemus, la 2. versic. quid de tali contractu. C. de sacros. eccles. & subdit ita decisum fuisse in Collegio Bergomensi, Dec. in cons. 123. colum. 1. ver. ad hoc breuiter. & in d. l. de fideicommisso, colum. fi.*

Secundò intellige hoc procedere, quando capitale non venit restituendum, quod si ex pacto de-
19 beret restitui, tunc † contractus nõ esset licitus, *secundum Dec. dicto cons. 123. colum. 2. ver. tertiò, in prædicto casu.* Et ratio est, quia tunc cessat ratio dubij euentus, cum ille cadere possit solum super lucro, non super sorte, atque ita soluens semper esset tutus, *Io. Bapt. Lup. d. num. 97.* vbi tenet etiam quod supra dictum est de mutuo allegando cum Decio, Oldra. Bal. Roma. & Boer.

Tertiò declara procedere, vbi inspecta ætate, & conditione alimentandi, & quantitate pecuniarum, quæ dantur, insurgeret verisimilis coniectura super iustitia contractus, vt quia verisimile. Esset illum non tàm diu victurum, quod recipiens pecuniam sit in damno, aliàs si ratione hoc modo inita contractus verisimiliter damnosus esset, a-
20 liud † foret dicendũ, *ita declarat Bal. in l. si ea pactione, C. de vsur. idem Bal. in d. l. si pater puellæ, C. de inofficioso testamen. vbi Castren. optimè declarat, vbi etiam Ias. in fine.* Et subdit Bal. in locis prædictis, quod si contrahens est adeo iuuenis, quod verisimiliter poterat tanto tempore viuere, quod extinxisset non solum capitale, sed etiam alias pecunias, tunc in foro conscientiæ tenetur reddere, quod vltra recepit, *Dec. dicta l. de fideicommisso, colum. fina. ver. secunda conclusio*, vbi subdit, isto casu plurimum attendi qualita-
21 tem personæ, † vt si consueuit fœnerari ad dignoscendum iustitiam contractus, *Boer. d. decis. 44. num. 35. Ioan. Bapt. Lup. num. 98. Dec. dicto cons. 123. colum. 2. ver. secundo loquuntur.* Et huic limitationi non parum applaudit, quod supra dictum est cõtractus attendi, vt cognoscamus si subest læsio, vel nõ. Et quamuis prædicti Doctores non faciant de hoc mentionem, tamen probatur melius, quia ratio dubij euentus admittitur solum, quando eadem spes lucri & damni est ab vtraque parte æqualis, alias si in
22 contingentia facti dubium esset ab vna † parte tantum contractus non esset licitus, vt bene considerat in proposito Aretin. *in dicta l. de fideicommisso, in fi.* dicens, quod si inter fratres remittentes fi-
23 deicommissum non est æqualitas, † quia vni deest spes suscipiendæ prolis, alter vero aptus sit gignendis liberis, non valebit remissio, & minor eo casu dicitur circumuentus, subdit̃que esse bene notandum, quia per Doctores non tangitur. *Idem voluit Riminal. ibi, & Alcia. & in materia fideicommissi idem dixit Dec. in cons. 86. colum. 4. ver. præterea in casu isto*, vbi ponderat, quod inspecto statu personæ verosimiliter, & à communiter accidentibus fideicommissum erat verificandum potius in persona vnius, quam alterius. Et idem Dec. *in cons. 11. colum. 5. num. 5 ver. postremò considerãdum est*, ait, quod ratio l. de fideicommisso, cessat, quando ab vna parte est inæqualitas, vt quia vnus habeat filios, alter filiis careat. Tiraquel qui optimè declarat *in l. si vnquam, in ver. donatione largitus. num. 134. C. de reuocan. donat.* vbi, *num. seq.*
24 allegat Bella Perticam dicere, quod etsi † donatio reciproca inter virum & vxorem, valeat, *secundum l. donationes, C. de donatio. inter virum & vxor.* debẽt coniuges esse paris ætatis, vel parum admodum inæqualis Pinellus quoque *d. par. 2. cap. 1. num. 9. C. de rescind. vend.* inquit, quod l. de fideicommisso, & iura omnia approbantia contractum ratione reciproci dubij loquuntur de incertitudine, quæ sit æqualis vtrique parti, non autem quãdo subest inæqualitas, *vt in casu Cassan. cons. 52.* Et sanè si rectè legantur omnia iura supra citata semper fundant se super æquali dubio, & præsupponunt aliud esse, quando dubium est ab vna tantum parte, & pro hoc facit, quia etsi facta inter fratres diuisione bonorum sequutaque euictione non teneatur vnus fratrum erga alterum, secundum glos. *in l. si familiæ, C. famil. erciscun.* quæ loquitur, quando sequitur euictio ex natura rei, vel præordinatione authoris, tamen hoc est verum, quando vterque subiacet periculo euictionis, vt quia bona feudalia, vel fideicommissa supposita sint æqualiter diuisa: tunc enim ratione mutui periculi cessat euictio, at si non subsit illa ratio, quia scilicet vni in diuisione obuenerint omnia bona liberè, alij verò feudalia, vel fidei-
25 commisso obnoxia, tunc † frater cui libera contigerunt euictionem præstat ei, cui obuenere feudalia. Ita cessante ratione glos. arguit Guido de Suzar. quem citat Bald. *in dicta l. si familiæ, num. 3. ver. ista gl. & hãc limitationem, Alex. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 34. ver. Baldus tamen dicit sibi placere multum, sequitur Alciat. num. 37. idem Alciat. in cons. 133. num. 5. consilio 138. num. 3. & in cons. 526. in fi. Menoch. in cons. 87. num. 84.* quamuis Dom. Becius *in cons. 24. num. 33.* velit illam restringere ad casum, quando diuidẽtes ignorabant qualitatem rei, id est, fideicommissum, vel feudum. Senatus tamen Mantuanus in ea causa data quoque scientia iudicauit euictionem deberi propter inæqualitatem, atque ita obtinuit Magnifica Domina Liuia, vxor Magnifici Domini Fabricij de Balneo, contra quam ego quoque eodem tempore consulueram, cum Rolando à Valle, & Francisco Becio, viris celeberrimis: æqualitas enim quantum fieri potest, seruanda est, non solum inter diuidentes, sed etiam quocunque in contractu.

Et aduerte, quod in calculando iustitia contractus dignoscẽdoque, an per ætatem eius, qui alendus est, subsit læsio aliqua, seruari debet modus de
26 † quo *in l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid.* vbi lex docet, quot annos quisque victurus præsumatur, & eius legis regula obtinet quibuscunque in controuersiis, dum

27 sis, dum tractatur de vita hominis taxanda, † *vt volunt gl. in l. cum hi, §. nihil autem, in ver. iuuene, & ibi notat Bal. in fi. ff. de transactio. gl. in l. omnium, la seconda, ff. de vsufruct. sequitur Roder. in l. quoniam in priorib. limit. 3. num. 8. C. de inoffic. testam. Lupus in rub. de donation inter virum & vxor. §. 25. num. 4. Alciat. in tract. præsumpt. reg. 1. præsumpt. 44. Pinel. in l. 2. part. 3. cap. vlt. num. 32. Didac. lib. 3. variar. resolut. cap. 9. num. 8. Modern. Gal. in tract. de vsur. quæst. 72. num. 475. vbi tamen nouam rationem exponit illius legis, Rolan. latè in cons. 29. nu. 25. volum. 4. & nouissimè Cordub. in l. si quis à liberis, §. sed si filius, num. 109. ff. de liber. agnosc. vel alen.* Et licet Aflict. *in decis. 34. per totam*, teneat dispositionem illius legis non habere locum in
28 contractibus, † & dispositionibus inter viuos, tamen eius sententia communiter reprobatur id, quod vel maximè patet ex Doctoribus omnibus in principio huius quæstionis citatis, qui volunt, eam ætatis rationem haberi in contractu vltra, quod proximè à nobis citati loquuntur in omnibus factis, & multi expressè in contractibus.

Aduerte etiam, quia citati omnes in præsenti quæstione loquuntur, quando ex post facto constat de læsione, quia scilicet alimentarius longissimo tẽpore superuixit, concludunt non impugnari contractum, nisi inspecto illius initio esset pronus ad inferendum læsionem. Sed quid si quæstionem contingat tractari paulò post celebratũ contractum? Et in hoc Fulgos. *in d. l. si pater puellæ, ff. de*
29 *inoffic. testam.* dicit, non attendi quamlibet † modicam læsionem, sed inspici debere enormissimam, quæ si intercedat, erit locus remedio, *l. 2. C. de rescin. vend.* Si verò non sit talis, non erit locus restitutioni in foro exteriori. Id quod voluit quoque Anch. *in sua disput. at. incipien. antiquis & modernis temporibus, in primo casu, Conrad. de contract. q. 8. conclu. 11. ad fin. Didac. lib. 3. variar. resolut. c. 7. num. 3.* Placetque mihi opinio, quamuis Castren. de quo prędicti non meminere, *in dicta l. si pater puellæ*, illam reprobet futili ratione, quod aliud sit emere rem, vel emere fructus rei. Et hanc sententiam probauit Pinel. *d part. 3. c. vlt. nu. 31.* vbi tamen in fine dicit, iustitiam eiusmodi contractus esse dimetiendam à communi hominum ęstimatione, quantum scilicet homines communiter darent pro alimentis ad vitã, in quo articulo, qua-
30 le scilicet sit iustum pretium † annuorum reddituum, vel etiam, qui ad vitam constituuntur, videri poterit Didac. *lib. 3. variar. resolut. c. 9. num. 7. vbi multorum recenset opiniones, & Io. Bapt. Lup. in l. 2. comment. 2. §. 2. num. 73. & seq. C. de pact. inter empto. & vend. vbi multos alios addit.* Prędicta non omittere volui, vt lector aliorum videret sententias. Ego vero nulli omnino consulerem contractum eiusmodi celebrare, quin ab eo abstinẽdum censeo: audiui enim à maioribus Ioan. Picum, qui ob egregias animi dotes Phœnicis cognomentum meruerat, tali pacto magna pecuniarum data quantitate alimenta stipulatum à diuite, quodam Florentino veneno absumptum, quod is morę impatiens naturalis mortis diem expectare non posset. Quare non ratione iniustitiæ, aut suspicionis, sed ne peccandi occasio præbeatur, nemo meo consilio ita contrahet.

SVMMARIVM.

1 *Clericus testari potest de bonis quæsitis ex fructibus patrimonialium bonorum suorum.*
2 *Clericus testari non potest de fructibus beneficij, vel quæsitis ex eis.*
3 *Clericus non testatur de bonis quæsitis cum penunia redacta ex fructibus beneficij.*
4 *Clerici bona præsumuntur prouenisse ab ecclesia, quando non constat, quod haberet patrimonialia.*
5 *Clerici bona in dubio præsumuntur ab ecclesia, quando non constat, nec de beneficio, nec de patrimonio.*
6 *Clericus, qui habet patrimonium, & beneficium præsumitur quæsiuisse ante promotionem, & defenditur in possessione.*
7 *Possessio transfert onus probandi in aduersarium.*
8 *Possessor. In dubio iudicatur pro possessore.*
9 *Possessor releuatur ab onere probandi.*
10 *Filius nõ præsumitur acquisiuisse de bonis paternis, quando possidet, aliàs secus.*
11 *Clericus potest redditus beneficij consumere in sua alimẽta & fructus patrimonij reseruare.*
12 *Altari qui seruit, viuere debet de altari.*
13 *Expensa victus, & aliæ deducuntur calculandis Ecclesiæ redditibus.*
14 *Ecclesiæ redditus, quando taxantur, deduci debet quidquid erogatum est in alimenta pauperum, & captiuorum redemptionem.*
15 *Fructus intelliguntur deductis expensis.*
16 *Factum quid præsumitur, ab eo, qui facere tenebatur.*
17 *Clericus beneficiatus, dicitur legitimus administrator bonorum sui beneficij.*
18 *Clericus beneficiatus æquiparatur vsufructuario.*
19 *Administrator præsumitur soluere de bonis, quæ administrat.*
20 *Extraneus non præsumitur dotare de proprio, quando administrabat bona mulieris.*
21 *Factum quid præsumitur eo modo quo fieri debet.*
22 *Argumentum à communiter accidentibus est validum.*
23 *Nemo præsumitur velle suum iactare.*
24 *Verisimile quod non est, falsitatis habet imaginem.*
25 *Argumentum à verosimili est validum.*
26 *Verisimilitudo transfert onus probandi in aduersarium.*
27 *Interpretatio sumi debet in dubio, per quam non merentur quis reprehendi à sapientibus.*
28 *Clericus præsumitur vixisse de fructibus beneficij.*
29 *Clericus in dubio præsumitur acquisiuisse de fructib. patrimonij, quando habet patrimonium & beneficium.*

QVÆSTIO XII.

NOn inutilis est quæstio, an clericus, qui habebat beneficium pingue, necnõ bona multa patrimonialia, præsumatur vixisse de fructib. beneficij, vel potius bonorum patrimonialium. Et inter alias vtilitates ea
1 est maxima, quia clericus potest testari † de bonis quæsitis ex fructibus patrimonialium bonorũ, ponũt Doct. omnes, *in c. relatum, tit 2. & in c. cum in officio, de testa. Abb. in c. cũ esses, nu. 24. ver. quoad primum, de testa. Corne. in cons. 88. col. pen. ver. si itaque, volum. 2. Didac. qui alios citat in c. 1. nu. 3 de testa. vbi loquitur etiam in Episcopo, Clar. in tract. de testam. q. 27. ver. sed quid dicẽdum. Menoch. de arbitr.*

de arbitr. iud. casu 195. num. 4. Port. Imo. in cons. 34. num 16. & in cons. 136. num. 16. Contra verò non potest testari,
2 aut disponere † de fructibus beneficij, vel de bonis occasione dictorum fructuum acquisitis, *d. c. relatum, il secondo, & d. c. cum in officiis, vbi omnes, præcipuè Didac. num. 5. ver. septimò, clericū, Abb. in repe. in d. c. cum esses, num. 23. Barba. in c. inquirendum, de pecu cle.* vbi idem dicit, in rebus quæsitis ex pecunia, quæ redacta sit de
3 † fructibus beneficij. Quod etiam voluerunt Bertran. *in cons. 258. vol. 2. & d. ver. septimò, clericū.* Et quod testari non licet clerico de fructibus prædictis, tenuit Bald. *in cons. 80 vol. 5. Card cons. 110. tria sunt, Clar. d. tract. q. 27. ver. quartò, videndum, Bello. qui dicit communem in cons. 3. num. 2. Vtinus commu. opin. lib. 1. opin. 41. decis. Peruf. 33. num. 15.* Vt ergo sciri possit, an bona, de quibus clericus testatus est, vel aliter disposuit, prouenerint à beneficio, vel à patrimonio. præsciēdum est, quos fructus præsumatur in alimenta, & necessarias impensas clericus consumpsisse beneficiine, an patrimonij, & si bona patrimonialia non habe-
4 ret, præsumendum esset, † bona prouenisse ab ecclesia, *c. 1. 12. q. 3. c. 1. de pecu cler. Abb. in rep. d. c. cum esses, num. 24. in fi. ver. aut non habebat, Roma in cons. 159. num. 4. Barba. in cons. 69. col. ante pen. ver. secundò idem, vol. 3. Vasq. illust. quæst c. 105. nu. 35. ver. secundo casu, Menoch. d. casu 195. num. 3.* Et idem est, quando sumus in dubio, & non apparet, q̄ clericus ante promotionem bona aliqua haberet, vel post ꝓmotionē habuerit aliquod
5 officium, quia tunc præsumitur, bona † de quibus est quæstio, prouenisse ex redditu ecclesiæ, *Io. And. in c. 3. de pecu. cler. Abb. in reper. d. c cum esses, num. 24. in fi. sequuntur Doctores communiter secundum Socin. in cons. 91. num. 1. ver. confirmatur hoc in casu, volum. 3. Bero. decis. 82. num. 6. Didac. d. c. 1. num. 6. in princ & fi. Alciat. de præsumptio. reg. 1. præsump. 29. num. 9. Clar. qui communem dicit, d. qu est 10. 27. ver. sed quid si nihil probatur, Menoch. d. casu 195. num. 9.*

At vbi clericus habebat bona patrimonij, & beneficij, subest verò dubium, an bona de quibus agitur, quęsita fuerint ante, vel post promotionem,
6 tunc si clericus, vel hæres eius possidet † defenditur in possessione, & ad Ecclesiam spectat onus probandi, quòd fuerint quæsita post promotionem, *vt per Gosi ed. in tit. de succesio. ab inteſt. Abb. in cap 1. de testamen. & ibi, num 3. in fi. de pecu, cler. Salicet. in Authen. licentiam, C. de episcop. & cleric. Roman. in cons. 159. colum. fi. ver. tertio casu principali, Card. in cons. 79. colum. 2.* Et cum prædictis videtur trāsire Alexan. *in cons. 116. num. 4. ver. accedunt notata, volum. 7. Barbat. in cap. colum. fi. de testam. Dec. in l. fi. num. 53. C. de edict. diui Adria. tollen. Ripa in c. sæpe, num. 2. ver. sextum est, de restitutio. spolia.* & vbi constat clericum ante promotionem habuisse bona patrimonialia, & is, vel hęres eius reperitur in possessione. Hanc partem probauit Didac. *in d. c. 1. num. 9. in fi. & Menoch. d. casu 195. in fi.* quamuis contrarium tenuerint Io. And. But. Card. Imo. Abb. & Henric. Boic, *in d. c. 3. de pecu. clerico. & Anch. & Imo. in d. c. cum in officiis, de testam. Barba. in d. c. 1. de testam. aliiq; multas citat Didac. d. c. 1. num 8. ver. cæterum, de testam. Io. Lup. in rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 60. num. 16. ver. sed quamuis, Vasq. d. c. 105. nu. 15. in princ. & ver. ad idem facit.* nam verè plurimum facit ipsa possessio, quæ solet onus probandi transferre in aduersarium; quia
7 possessio facit aduersarium actorē, & actore † non probante, obtinet is, qui possidet, *l. 1. C. de alien. iud. mutan. cau. fact. §. retinendæ, Institu. de interdict. Bal. in l. fi. quæst. 6. C. de edict. diui Adr. tollen est text. in c. sæpè, de restitu. spoliato.* Item in pari causa semper † est iudicandum pro possessore, *c. cum sint partium iura, de reg. iu. in 6. c. duob. de præben. in sexto.* Et quod dixi in possesso-
9 sorem transferre † in aduersarium probādi onus, probatur expressè *in l circa, C. de probatio. in l. ius eius, C. eod. tit. in l. liberis, §. fina. C. de liber. cau. in d. c. sæpè, Bar. in l 1. §. 1. in 3. oppo. 3. par. ff. de oper. noui nunt.* Et propterea videmus, quod vbi ignoratur, an filius acquisiue-
10 rit de bonis paternis, vel aliunde habitis, tunc † agentis contra possidentem, incumbit onus probandi, quod bona prouenerint à patre, *Bal. in Auth. ex testamento, C. de collatio. Alexander in cons. 171. col. 2. ver. sed in hoc pondero, volum. 6.* vbi dicit, allegantem esse suppositum oneri probandi, *Abb. in cons. 36. colum. 1. volum. 2. idem voluerunt Corn. Crot. & Ruin. allegati à Rolan. in cons. 9. num 9. volum. 2. Menoch. in tract. præsumptio. lib. 3. præsumpt. 50. num. 3.*

Vbi verò quærimus solum, an vixisse præsumatur de fructibus beneficij, vel patrimonij, in quo consistit nostra quæstio, fatendum est clericum præsumi, quod fructus beneficij consumpserit in alimenta, & alias impensas sibi necessarias, nam
11 potest clericus beneficiatus erogare redditum beneficij pro se sustinendo, † & fructus patrimonij reseruare sibi & posteris, *Innocen. Hostien. Abb. & alij, in capit. episcopus, de præben. Ioan de Ligna, in capit. gratia, de rescript. in sexto, Socinus in cons. 91. num. 3. ver. secundum, quod præsupponitur, volum. 3. Didac. qui plures allegat in dicto cap 1. num. 2. de testamen. Vasq. dicto cap. 195. numero 9. vbi dicit communem, Menoch. d. casu 105. num. 5. Vtinus commun. opin. lib. 2 opin. vbi pariter dicit communem, Port. Imo. in cons. 136. num. 12. Soarez. in suo thesau. receptar. senten. in ver. clericus, num. 98.* Et ratio est, quia seruiens
12 altari, debet † viuere de altari, *c. cum secundum, de præben. c. de his, 22. quæstio 2.* & dicitur expressè in epistol. Diui Pauli ad Corinth. *cap. 9.*

Secundo hoc etiam probatur, quia in calculandis redditibus Ecclesiæ deduci debent impensæ o-
13 mnes necessarię † pro victu, & alimentis beneficiati, & id solum dicitur esse in redditu, quod supereſt dictis expensis deductis, quæ dicuntur onera Ecclesiæ. *vt d. c. cum secundum, ita dicunt expressè Io. Andr. & Imo in dicto cap. cum in officiis,* vbi dicunt, illud solum prouenire ex redditibus Ecclesiæ, quod verisimiliter supereſt deductis omnibus prælati indigentiis inspecta illius dignitate & qualitate, & monet, ac instruit iudicem, vt in calculo deducat in primis dictas impensas.

Imo fortius vult, in loco prædicto deducendum
14 esse quidquid prelatus erogauit in alimenta † pauperum, redemptionem captiuorum, & similia opera pia. Et hoc idem videtur voluisse Bald. *in Authen. licentiam, C. de episcop. & cler. ita etiam tenet Alexan. in cons. 116. num 3. volum. 7. Socin. in cons. 91. num. 4. in fi. & num. 5. vbi allegat Abb. & Iaco. de Rau. vol. 3. Corn. in cons. 79. colum. 2. ver. & est aduertendum, volum. 3. idemque ad verbum repetit in cons. 88. col. penult. ver. & est aduertendum,*

volum. 2.

vol.2. Menoch. d.casu 195.num.4.ver.vel secundo, & num.8. Por.Imo.in cons 34.num.17.& 28. Ita enim in simili di-
15 cimus fructus † intelligi impensis omnibus deductis, *gl Bart.& Ang.in l.in fundo, ff.de rei vend.gl.in c.cum antea, in ver.fructus, vbi Barb.colum.2.de pign. Bar.in l.cum quæreretur, §.vltimo, ff.de leg.3. Bal.in l.1.colum.3.atque ibi Ang. C.de fruct.& lit.expens. cum infinitis adductis, per Tiraq.de retract.consang. §.15.glos.1.num.1.& seq.* Cum ergo beneficiatus non dicatur fructus aliquos percipere, nisi quod deductis omnibus expensis supereſt, fatendum est præsumi, quod redditus beneficij conuerterit in eum vsum in quem tenebā-
16 tur, factum enim semper quid † præsumitur ab eo, qui facere tenebatur, argumento eius, quod ponitur, *in l.fi. vbi Bar. Bal.& alij, C.de alimen.pupil.præstan. Bar.in l.cum seruus, ff.de verbor.oblig. Bal.in cons 378.vol.1. Abb.in cons.54.num.2.& seq. volum.1. Roman.in l.ciuitas, num.8.vbi Ias.num.18.& Butigel.num.40.ff.si cert.pet. Alciat.in tract.præsump.reg.1.præsumpt.50. Natta in cons.231. num.3.*

Tertiò principaliter moueor, quia clericus be-
17 neficiatus dicitur legitimus administrator † bonorum sui beneficij, & eam habet authoritatem, quæ sibi à canonibus conceditur, *Innoc.in cap.indecorum, de æta.& qualit.glos.in l.res ecclesiæ, 12.quæst.1. Archid.in cap. statutum, §.assessorem, de rescript.in 6.* & secundum ali-
18 quos dicitur vsufructuarius, † *gl.in c.præsenti.de offic. ordin.in 6. Barba.in c.requisisti, num.34. de testam. ponunt Doctores, in cap. cum in officiis, de testam.* Administrator autem, quando aliquid impendit circa bona, quæ
19 administrat, videtur in dubio soluere † nō de suo, sed de bonis administratis, *vt per Bal.in l.fina.C.de dot. promiss.* vbi etsi extraneus in dubio præsumatur dotem dare de proprio, & consequenter donare, ta-
20 men fallit, quando administrabat † bona puellæ. Et dicit Bal. *in l. Nesennius, num.5.ff. de neg.gest.* quod etsi videatur suo casu, quis alere animo donandi, tamen fallit, quando illius bona administrabat. *Et ibi quoque ponit Bal.in l.qui videri possunt, Anch in cons.300. Corne.in cons.111.colum.1.volum.2.Barb.in cons.69. colum.2. volum.3. Bal. Nouel.in l.1. num.79. ff.solu.matrim. Brun.de statut.exclus.fœmina.artic.6.num.240. Coras.in l.qui liberos, num.120.ff.de ritu nupt. Campeg.de dot. quæst.24. Alba in cons.12. num.1.& seq. Alciat.in cons.153.num.3.& tetigi sæpe in tit. quando alimenta præstita, repetantur in quæstio. da.matre, victrico,& aliis.* Ita ergo in proposito, cum clericus administrat bona beneficij, faciatque impensas necessarias, pro ipso beneficio,& onera beneficij sustineat, præsumendum est, quod faciat de fructibus beneficij, non de bonis propriis.

Quartò consueuere passim prælati viuere, & omnia necessaria sibi prouidere de fructibus beneficiorum, vt est notorium, ideo præsumitur sem-
21 per id factum esse, atque eo modo † factum, quòd, & quo fieri consueuit, *vt est tex.in l.fi.in fi.C.de fideiussor. quem ad hoc dicit notandum Bal.in rub. C.de fide instru. num.8.in fine, Alexan. ad Bar.in l.in bello, §.factæ, ff.de captiu.& postlim. reuers. latè Felin. in cap. cum M.Ferrarten. sis, num.5.de constitu. Sapia, in l. emancipati, num.30. C.de collatio. Ioan. Lup. in repet. cap. per vestras, in 1. not ab. §.1. num.1.& 2.de donat. inter virum & vxorem, folio mihi 123. Natta in cons.146.num.8.* Quibus in locis inferunt ad alias quæstiones. Valet enim argumentum à com-
22 muniter accidentibus, † *vt in l.certi condictio, §.si nummos, ff. si certum peta. latè alios cumulans Marsil. in singula.1.Euerard.loco 56.*

Quintò adduci etiam potest, quod non est verisimile, velle prælatus seruare fructus Ecclesiæ, & redditus patrimoniales dissipare, vel in vsus necessarios conuertere, cum sciat, vel scire debeat se de ecclesiasticis redditibus minimè posse disponere post mortem, sicuti posset de patrimonialibus.
23 Hoc enim esset suum prodigere † quod non est credendum, *l.cum de indebito, ff. de probatio.* Et quod
24 non est verisimile, habet falsitatis † imaginem, *Neuiza. in cons.66. num.55. Tiraq. in l.si vnquam, in præfatio. num 37. C.de reuoc.donat. D.Becius in cons.101.num.46.* Et
25 valet argumētum ab eo, quod † est verisimile, *l.generaliter, §.cum autem, C.de institut.& substitut. substitut. sub conditi fact. l. cum acutissimi, C. de fideicommiss. l.ex facto, §. si quis autem susceperit, ff. ad Trebellia. cap requisisti, de testamen. l.Titius, §.Lucius Titius, ff. de liber.& posthum.* Quinimo verisimilitudo militans pro vna parte trans-
26 fert onus probandi in aduersarium, † text. est iuncta glos. *in l. ex persona, & in l siue possideris, vbi Bal. Castren. Salicet.& alij, C. de probatio. Euerar.loco 5. colum.5. ver.item quarto valet.*

Sextò sine dubio, si prælatus fructus Ecclesiæ seruaret, & patrimoniales erogaret in vsus necessarios, iustè posset reprehendi à prudentibus tanquam incautè & imprudenter egisset, in dubio ve-
27 rò sumi debet interpretatio, per † quam faciens actum, non mereatur à prudentibus reprehendi, *l. Saluius Aristo. ff. de legat. præstan. Cranet. in cons.3.num.23. D.Becius in cons.51. num.13.*

Septimò hoc ipsum voluisse videntur omnes Doctores, supra à nobis citati, qui volunt, quod prælatus possit seruare fructus sui patrimonij, & se alere de fructibus beneficij. Item ij, qui tenent in rationādis beneficij fructibus, deducantur impensæ omnes necessariæ pro alimentis,& vita prælati, atque onera quæcunque beneficio iniuncta,
28 & ita in † indiuiduo dicit Mascard. *in suo tract. de probatio. conclus.715.in fi.*

Postremò, hæc sententia est apud illos indubitata, qui dicunt prælatum præsumi, quod de bo-
29 nis sui patrimonij acquisiuerit † quidquid post promotionem acquisiuit, etiam si habeat redditus tam Ecclesiæ quàm patrimoniales, *vt per Doctores, in cap.1.2.quæst.4.* In quo tamen videri potest Abb. *in d. c.cum esset, num.24. Innoc.& Doctores in c.cum in officiis, Bal.Salic.& alij in Authen.licentiam, C.de episcop.& cleri. Roma. in cons.346.num.4. Socin.d.cons.91.volum.3. Corne. d.cons.88. volum.2. cons.79.volum.4. Didac.d.cap.1.num.10. de testam. Vasq.illustr.quæstio.cap.105. Menoch.d.casu 195 per totum.* Quia si id admittitur pro vero supponitur in antecedens necessarium, quòd præsumatur vixisse de fructibus beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Vxori alimenta relicta non debentur secundæ, quā post post testamentum duxit.*

2 *Dispositio testatoris includit solum ea, quæ extabant tempore testamenti, non quæ superuenerunt.*

3 Cognatis relictum defertur solum iis, qui extant testamenti tempore.
4 Vxori relictum non debetur nisi vxor sit testamenti tempore.
5 Qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi.
6 Matrimonium expectare cum ea, quæ nunc habet maritum, turpe est.
7 Euentus tristis non est cogitandus.
8 Maritus non præsumitur cogitare mortem vxoris.
9 Clausula codicillaris sustinet testamentum aduersus præteritionem posthumi nati ex vxore, quam testator duxit post conditum testamentum.
10 Posthumum instituens, intelligitur non solum de primo, sed etiam de secundo.
11 Filij quando instituuntur, veniunt etiam ij qui ex secunda vxore postea suscipiuntur.
12 Legatum filijs relictis debetur susceptis, non solum ex prima, sed etiam ex secunda.
13 Indefinita æquipollet vniuersali tã circa personas, quam circa res.
14 Vxori relicta alimenta debentur solum primæ.
15 Filij quando excluduntur, non veniunt suscepti ex secunda vxore.
16 Vxori alimenta relicta debentur tam secundæ, quam primæ, quando testator eo tempore nullam habebat vxorem.
17 Indefinita non æquipollet vniuersali, quando militat diuersa ratio.
18 Filiis relictum non includit nascituros, quando verificari potest iniam natis.
19 Vxori alimenta relicta debentur etiam secundæ, quando agimus de vxore tertij, non testatoris.
20 Hæredis appellatione venit solum primus, quando testator loquitur de suis, secus si de hæredibus tertij.
21 Legata regulariter fiunt ob merita.
22 Vxori alimenta relicta, an debeantur etiam secundæ, quando agitur de vxore tertij, qui tunc vnam habebat.
23 Vxori alicuius tertij, quando relinquuntur alimenta contemplatione tertij, tunc debentur secundæ sicut primæ.
24 Dispositio non restringitur ad primum actum, quando in eo non impletur effectus.
25 Extensio de persona ad personam non fit.
26 Extensio ad aliam personam non fit, quando dispositio est concepta per nomina propria.
27 Extensio de persona ad personam non fit ex verisimiliter disponentis.
28 Institutio filiorũ non trahitur ad eos, quos testator ignorabat habere.
29 Vxori alimenta relicta nomine proprio non debentur secundæ vxori.
30 Masculinum non concipit fœmininum quando profertur sub nomine proprio.
31 Personalis dicitur dispositio, quando fit per nomina propria.
32 Dictus dictio non refertur nisi ad eos, qui corporeis oculis legi possunt.
33 Hæredis appellatio non includit hæredem hæredis, quando post expressionem nominis proprij dicitur de dictis hæredibus.
34 Vxori alimenta relicta non debentur secundæ, quando prius facta est mentio de proprio nomine, & postea per relationem dicta, vel prædicta.
35 Vxori alimenta relicta non debentur etiam primæ, si non reperitur vxor tempore mortis testatoris.
36 Vxori legatum non debetur, quando tempore mortis matrimonium est solum morte, vel diuortio.
37 Donatio inter virum & vxorem reuocatur morte, vel diuortio.
38 Inimicitia præbent iustam causam reuocationi legati.
39 Matrimonium non potest solum diuortio, quia quos Deus coniunxit, homo non separet.
40 Diuortium hodie non permittitur, sed ex causis thori separatio.
41 Maritus non succedit vxori, nec econtra, quando thorus separatur mala gratia.
42 Maritus succedit vxori, quando thorus separatur ob vxoris adulterium, vel aliam culpam.

QVÆSTIO XIII.

DVBITABILIS est quęstio, si testator relinquat alimenta vxori suæ, an ea defuncta si alia ducta decedat cum eodem testamento, debeantur alimenta secundæ quoque vxori. Et Bald. *in l. fi. num. 7. de indict. viduit.* 1 *tollen.* dicit, † non deberi, per tex. *in l. si quid earum, §. fina. ff. de legat. 3.* vbi, quæ prioris vxoris causa erant parata, non debentur secundæ, nisi ei quoque expressè fuerint assignata, *Iaf. in l. diuortio, §. quod in anno, num. 20. ff. solu. matrim.* vbi mouetur, quia omnis dispositio verificatur in prima vice, *l. boues, §. hoc sermone. ff. de verb. signif. Cremen sing. 8. vbi simpliciter transit cum Baldo, Tiraquel. in præfatio. l. si vnquam, num. 107. C. de reuoc. donat. vbi addit Felin. Dec. & Abb. & Cottam in locis ibi designatis, Didac. in c. requisisti, num. 3. de testam.* Et cum hac sententia transire videtur Ruin. *in cons. 30. num. 7. volum. 2. Menoch. in cons. 106. num. 68. & seq. vbi ait, hoc etiam voluisse Alexan. in cons. mox allegando.* Et mouetur ea ratione, quod dispositio testatoris refer- 2 tur semper † ad ea, quæ sunt tempore testamenti, non autem ad ea, quæ superuenerunt, est text. *in l. vxorem, §. testamento, il 1. ff. de leg. 3. & in l. si ita. ff. de aur. & arg. leg. l. si. §. 1 ff. de leg. 2. l. nomen, §. filio, ff. de leg. 3. Bal. in cons. 184. num. 1. volum. 2. Capra in cons. 45. num. 12. Corn. in cons. 14. colum. 2. ver. tamen his non obstantibus, volum. 1. Roina. sing. 503. Socin. iun. in cons. 99. per totum. volum. 3. Caualca. in tract. de vsufruct. mulie. relict. num. 85. Menoch. in cons. 97. num. 72. ver. huc spectant, Simon de Pret. de interpre. vltim. volunt. lib. 4. dubit. 9. num. 34. & seq. folio mihi 403. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 11.* Et quamuis iura prædicta loquantur de rebus, tamen idem omnino videtur respectu personarum, vt probatur ex doctrina Bar. *in l. si cognatis, ff. de reb. dub.* vbi relic- 3 tum factum cognatis † applicatur solum iis qui extabant tempore testamenti, non aliis postea natis. Accedat quod relictum vxori non habet lo- 4 cum, nisi † ea sit vxor tempore testamenti, *l item si legato, §. fi. ff. de lega. 3. l. 2. in fi. & l. 3. ff. de aur. & arg. lega.* 5 Rursus facit, quia qualitas adiecta verbo, † debet intelligi secundum tempus verbi, *l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxalib. l. 1. §. tutoris, ff. quod iussu, l. Titius, in principio, vbi Bar. ff. de testam. milit. Docto. in l. ex si facto, in princ. ff. de vulg. & pupil. Alexan. in cons. 5. num. 3. volum. 7.*

Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 9. num. 94. cum ſimilibus. Cum ergo dicitur, relinquo vxori meæ, intelligitur de ea, quæ relicti tempore erat vxor, non defutura.

Addo, quod de ſecunda vxore maritus non potuit intellexiſſe, niſi moriente prima, quam tunc habebat in matrimonio, præcipuè inſpecto noſtro tempore in quo exoluere diuortia, & nemini licet primam dimittere vxorem, vt aliam ducat, nec duas eodem tempore vxores habere, vt non eſt veriſimile, quod mortem viuentis vxoris cogitauerit: eſſet enim turpis cogitatio, vt inquit text. *in l. ſi quis poſthumus, poſt princip. ff. de liber. & poſthum.* vbi
6 turpe eſſe dicitur expectare † matrimonium cum ea, quæ nubere non poteſt, niſi viro mortuo, & ne-
7 mo cenſetur cogitare † triſtem euentum, *l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verb. oblig.* Et per illum tex. inquit Soc. *in conſ. 126. nu. 6. vol. 3.* quod maritus nõ cen-
8 ſetur ſperare, aut cogitare † mortem vxoris. Et infert, quod etſi donatio non reuocetur ob ſuperuenientiam filiorum, quando donans de liberis cogitando renunciauit *l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat.* tamen hoc non eſt verum, quãdo mortua ea vxore, quam tũc habebat, aliam duxit, ex qua filios ſuſcepit, quia de iis, qui ex alia vxore ſuperinducenda non naſcerentur, non cenſetur cogitaſſe, quando prima viuente ad donationem deuenit. Et dicit Bal. *in conſ. 239. quia vltimus, colum. 2. volum. 3.* quod etſi codicillaris clauſula conſeruet teſtamentum aduerſus nullitatem, quæ oritur ob poſthumi natiui-
9 tatem ignoranter †, præteriti, tamen hoc non habet locum, quando mortua vxore, quam habebat tempore teſtamenti, aliam duxit, ex qua ſuſcepit filium, quia ille poſthumus rumpit teſtamentum, nec prodeſt clauſula codicillaris, quia de illo non potuit teſtator cogitaſſe, & coniecturam voluntatis ad id referre debemus, quod veriſimile eſt ſecundum naturalem rationem, & prædictas deciſiones refert & ſequitur Tiraq. *in præfat. l. ſi vnquam, num. 103. & num. 108.* vbi alias comprobat ſimilibus addens, quod, qui loquitur de matrimonio, videtur intelligere ſolum de primo, *l. dotis promiſſio, §. ſi. ff. de dotis promiſ.* Et pro hac parte multa ponit Menoch. *in conſ. 106. num. 61. & ſeqq.*

Contra tamen principalem Baldi deciſionem tenuit Alexan. *in conſ. 171. viſo proceſſu, num. 3. ver. ſupereſt modo videre, volum. 2.* vbi ait, quod alimenta relicta intelliguntur non ſolum primæ, ſed etiam de aliis, mouetur ex text. *in l. placet, cum l. ſeq. ff. de lib. & poſthu.* vbi, qui poſthumum naſciturum inſtituit, intelli-
10 gitur † non ſolum primũ inſtituiſſe, ſed alios quoque. Et licet illa diſpoſitio fauorabiliter procedat, vt ſuſtineatur inſtitutio, tamen non minus fauorabilis eſt alimentorum cauſa, quam inſtitutionis, & per hoc reſpondet tacitæ obiectioni: Dicunt enim Doctores quod illud procedit ſpeciali ratione prædicta, *vt per laſ. in d. l. placet, num. 19. Tiraquel in d. §. hoc ſermone, limitatio. 3. num. 20. allegat etiam textum in l. qui filiabus, §. 1. vbi gl. ff. de leg. 1.* vbi relictum extenditur ad omnes tam natos, quam naſcituros, item allegat text. *in l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. in l. cum ita, §. ſi. ff. de legat. 2.* Et improbat Bal. *in d. l. ſi.* reſpondetque ad textum *in l. ſi quid earum, §. ſi. ff. de lega. 2.* quod loquitur in caſu certo, quando legatum reſtringitur ad ea, quæ vxoris cauſa erant parata. nam vbi non apparent, quod fuerint parata cauſa ſecundæ vxoris, ei non debentur, licet appareat parata fuiſſe cauſa primæ, ibi ergo ſecũda vxor excluditur, quia ei non cõuenit qualitas legato adiecta. Et per eaſdẽ rationes, ſed breuius recitatas, idem tenuit Alexan. ad Bal. *in dicta l. fina. num. 7. C. de indict. viduita. tollen. vbi refert, ſe contra Baldum conſuluiſſe Alexandrum, ſequitur Felin. in cap. fina. num. 6. ver. pro iſta fallentia, de treu. & pace, eandem deciſionem probauit Socin. in conſ. 48. num. 4. & ſequent. vol. 3.* vbi mouetur, quia indefinita in materia fauorabili æquipollet vniuerſali, *dicta l. placet, Gramma. in deciſ. 102. num. 114.* quia indefinita ſecundum eum refertur ad omnes, *Tiraquel. in d. §. hoc ſermone, in 3. limit. num. 13. Cordub. in d. l. ſi quis à liberis, §. vtrum, num. 35. ff. de libe. agnoſcen. vel alen.* Comprobatur hæc ſententia per text. *in l. filij appellatione, ff. de verbor. ſignif.* vbi filij appellatio comprehendit omnes tam naſcituros, quam natos, & tam ex prima, quam ex ſecunda vxore, alias non includeret omnes, vt ibi aduertit Rebuff. addo textum *in l. filius à patre, §. ſi quis ex certa, ff. de liber. & poſthum.* arguendo à cõtrario ſenſu, ibi enim dicitur, quod inſtituens filios ex certa vxore ſubmittit teſtamentum periculo nullitatis, ſi ex alia vxore filios ſuſciperet, quia illi eſſent præteriti non inſtituti. Præſupponit igi-
11 tur, quod ſi filios † ſimpliciter inſtituiſſet, nõ ſe reſtringendo ad vxorem certam, venirent etiam ſuſcepti ex ſecunda vxore, ita ex eo textu arguit Iaſ. *in l. placet, num. 4. & num. 21. ff. de liber. & poſthum. facit quod tradit Dec. in conſ. 236. num. 6. ver. ad tertium dubium,* vbi legatum, vel fideicommiſſum relictum filiis a-
12 licuius † debetur ſuſceptis nedum ex primo, ſed etiam ex ſecundo matrimonio, *ſequitur Mantica in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 7. num. 13.* Et per prædictas deciſiones conſului alias inter illuſtres dominos fratres Scarampos de Cario, quod legatum aureorum mille quingentorum, factum domino Ioan. Angelo à Domino Ludouico fratre, ſi filios haberet, purificatum fuit ex eo, quòd Dom. Ioan. Angelus ex vxore quam poſt teſtamentum duxerat filios ſuſcepit, licet ex alia, quam habebat tempore teſtamenti, nulli extarent filij, verũ eſt, quod aliæ concurrebant coniecturę, vt ibi videri poteſt. Accedat, quod pro comprobatione huius ſententiæ, quod indefinita † non modo circa res, ſed etiã circa perſonas æquipollet vniuerſali, *vt in l. ſi pluribus, in princip. vbi notat Barto. ff. de legat. 2. l. ſi ita relictum, in princ. ff. eod. tit. Dyn. & Rub. de reg. iur. in 6. alios cumulat Alexan. in conſ. 22. num. 4. volum. 4. quod eſt repetitum in conſ. 33. volum. 7. Ruin. in conſ. 34. num. 3. volum. 2.* Cum vero dixit de vxore, intelligit de omnib. non de ea ſola, quam tunc habebat, cum eadem ratione poſſit omnes includere.

In tanta igitur Doctorum varietate, quid dicendum, ſecunda quæſtio facta eſt dubia ex diuerſitate factorum, ideo ad compendium reducendo, & omnes caſus amplectendo, dico quod vbi te-
14 ſtator vxori ſuæ † alimenta reliquit, tunc includitur ſolum ea, quam tunc habebat in matrimonio.

Et hoc

Et hoc casu vera est Baldi decisio, quam in his terminis probat etiam Pet. Pecche *in tract. de testamen. coniugato, lib. 1. cap. 16. & hanc veriorem & communiorem dicit Caualcan. in tract. de vsufruct. mulie. relict. num. 196. circa finem, ver. mihi autem videtur, vbi eam sequitur post longam disputationem, licet in contrarium multa dixerit Simon de Pret. in tract. de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubit. 10. num. 4.* vbi ait, frustratoriam esse omnino hanc discussionem, quando agimus de vxore testatoris. Et hanc partem tenet Picus, ante eos, *in l. Titia, §. Titia, num. 109. ff. de legat. 2.* vbi dicit, *in ver. ego salua opinione,* quod testator ob aliqua prima vxoris benemerita, & ex particulari affectione, *l. nec adiecit, ff. pro socio,* sicuti in cõtrario loquendo in donatione, dicit idem Soci. *in cons. 126. volum 3. quem citat & sequitur Tiraquel. dicta præfatio. l. si vnquam, num. 110. C. de reuocan. donatio.* quod exclusio filiorum
15 prioris † matrimonij non extenditur ad susceptos ex alia vxore, quia potuit pater odio habere vxorem præsentem, & liberos, non autem eos, quos erat susceperturus. Transit item cum hac parte Felin. *d. cap. fina. num. 6. ver. sed profecto in stricta, de treug. & pace,* dicens, quod affectio, vel meritum vxoris, tũc viuẽtis potuit mouere testatorem, & sic ratio subiectæ materiæ prohibet intellige de secunda vxore, *Mantica, de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 15. num. 2. & 3.* & prædicti ferè omnes non aduertunt terminos Alexan. contradicentis plurimum differre à casu Baldi, quidquid tamen sit, in casu Baldi conueniunt prædicti omnes, legatum non deberi secundæ vxori.

Restringitur tamen, vt non procedat, quando is, qui legauit, nullam habebat vxorem, quia tunc
16 venit non minus secunda, † quam prima. Cessat enim ratio supra relata, quod testator considerauerit affectionem, vel meritum vxoris, quam tunc habebat, ita doctrinam Bal. declarat Alexan. *in d. cons. 171. num. 6. ver. præterea dato, quod. volum. 2.* vbi etsi primum reprehendat Baldum, tamen deinde inquit, quod si non habet vxorem, non potest moueri propter aliquam affectionem, ex quo affectio non cadit erga personas incognitas. Hanc limitationem probauit Picus *in d. §. Titio, num. 108. de lega. 2.* vbi ita fœdere distinctionis conciliat contrarias sententias, quia hoc casu non potuit moueri testator ob affectionem. Eodem quoque modo distinguit Felin. *in dicto cap. fi. num. 6. ver. sed profecto per eandem rationem & verba Pici, ita vt alter ab altero sit mutuatus resolutionem, Ruin. in cons. 124. num. 4. volum. 2. vbi tamen ex prædictis citat neminem, sed dicit hoc modo Alexan. decisionem saluari posse, Didac. in d. cap. requisisti, num. 3. de testamen. Mantic. d. lib 8. titu. 15. num. 3. Simon de Pretis dicto libro 4. interpret. 1. dubita 10. num. 6. in fi. ver. alias intellige, & declara.* Et hoc casu omnes rationes supracitatæ pro Alexandro bene procedunt, indefinita enim æquipollet vniuersali etiam circa personas, quia eadem ratio, circa secundam vxorem, quæ militat circa primam. Sed in primo casu Baldi non est eadem ratio, quia erga viuentem vxorem poterat subesse, vel effectio, vel meritum, quod non cadit in secunda, & quando militat diuersa ratio,
17 cessat regula prædicta, & indefinita † non æquipollet vniuersali, *Alexan in cons. 55. num. 16. volum. 4. Corn. in cons. 138. colum. 2. volum. 3. Dec. in cons. 388. num. 3. & in cons. 425. in fine, Ripa in rub. ff. solu. matrim. num. 37. Cravet. in cons. 33. num. 15. decis. Pedemon. 27. num. 5.* Et pro hac limitatione facit quod post Roman. *in consilio 231. inquit Socin. iun. in cons. 172. num. 34. ver. præterea, vt dixi, & num. 28. vol. 2.* vbi ait, quod relictum factum
18 † filiis, non includit nascituros, quãdo potest verificari in iam natis. Idem voluit Paris. *in cons. 71. num. 14. volum. 4. sequitur Menoch. in cons. 106. num. 60. & sequen.* vbi postea expresè approbat distinctionem prædictam constituendo differentiam, quando dispositio de præsenti poterat verificari, vel quando non poterat verificari.

Addo quod prędictam sententiam probauit etiam Ruin. *in cons. 22. num. 11. in fi. volum. 2.* vbi ait, quod si testamenti tempore nulli extant filij, dispositio de eis facta intelligitur de nascituris, *Alciat. in cons. 495. num. 1. & probaui in cons. 125. num. 20.* Quod si hæc sententia vera est, quando agitur de vxore testatoris, multo magis vendicabit locum, quando esset quæstio de vxore alicuius tertij, iuxta ea, quæ paulò inferius.

Declaratur item conclusio Baldi, vt non procedat, quando alimenta relinquerentur non vxori ipsius testatoris, sed alterius tertij alicuius: eo enim
19 casu † includitur non solum prima, sed etiam secunda vxor, *ita loquitur Alexan. in d. cons. 171. per totum, volum. 2. & ad id animaduertit Mantic. de coniect. vltim. volunt. dicto lib. 8. titu. 15. in fi. Simon in d. lib. 4. interpret. 1. dubit. 10. num. 6.* Prædicta decisio confirmatur ex eo, quod voluit Baldus *in l. fina. num. 4. C. de hæred instituend.* vbi dicit, quod vbi testator mẽtionem facit de hæ-
20 redibus † suis, tunc venit solum modo primus hæres, si verò disponit de hærede alicuius tertij, tunc venit etiam hæres hæredis, atque ita non solum primus, sed etiam secundus hæres, *& eum sequitur Anchar. in cons. 130. colum. 2. num. 3.* Et licet Bal. nullam rationem alleget, Anchar. tamen dicit, rationem
21 esse, quia relicta testatoris † fiunt ob merita, *l. nec adiecit, ff. pro socio,* merita autem non cadunt in ignoratos, ideo relinquendo suis hæredibus non refertur ad illos, erga quos testator nullam affectionem habebat, & qui non veniunt directè, sed obliquè ad eius successionem. Eandem Baldi doctrinam sequutus est Castren. *in cons. 197. colum. finali, volum. 2. sed clarius id declarat Alexan. in l. fina. num. 5. C. de leg.* vbi dicit, quod vbi testator mentionem facit de hærede proprio, videtur respectum habere ad effectionem erga hæredem scriptum, quæ cessat in hærede secundo, qui testatori incognitus, & incertus, *idem Alexan. in cons. 173. num. 6. ver. item fallit, quando de hærede, volum. 5.* quia loquendo de hærede alterius, non mouetur ex affectione, quam haberet ad illius, cum primum neque cognouerit, & ignorauerit, quis illi futurus esset hæres, *idem Alexan. in 49. num. 6. & sequenti, volum. 6. vbi dicit Bal. theoricam esse generalem, & notabilem, Ruinus in cons. 129. num. 6. in fine, volum. 2.* Ita ergo in proposito cum testator vxori suæ relinquit alimenta, cẽsetur motus affectione erga præsentem. Proinde non debetur legatum ei, quam postea duxit, & quæ tempore legati erat sibi incognita,

gnita, cum vero legat vxori alicuius tertij, tũc non moueatur particulari aliqua affectione, quam haberet erga vxorem tertij, sed potius amore tertij venit prima, secunda, & vlterior.

Difficultas est, si procedat hæc limitatio, quan-
22 do tertius eo tempore † vxorem habebat, an vero solum, quando carebat vxore. Porro, quando tertius carebat vxore res secundum prædicta dubio caret, quia militat ratio, quod non potuit testator magis affectionem habere ad primam, quam ad secundam, cum tunc nullam haberet, & vtraque sibi esset incognita, at vbi tertius ille habebat, & vtraq; sibi esset incognita, at vbi tertius ille habebat vxorem tempore testamenti, videtur motus testator particulari affectione erga illam, & in ea militat ratio, quæ allegatur in vxore testatoris, ideo videretur idem ius statuendum esse, & simile supra adductum de hærede non videtur procedere, quia cum testator relinquit hæredi alicuius tertij viuentis subsistit ratio deficientis erga incognitos, quæ tamen cessat, cum loquimur de vxore, quia hæres viuentis ignoratur, cum eius nulla sit hæreditas, vt viuentis vxor cognoscitur, & sciri potest. Et Ruin. *in cons. 30. nu. 3. & nu. 7. vol. 2.* videtur tenere, quod relictum hoc casu non extẽdatur ad futuras vxores, sed restringatur ad eam, quæ aderat tempore testamenti. dicit, *nu. 4. sed vbi tertius*, quod si filiabus alicuius tertij relicta est dos, tunc si tempore testamenti extabunt filiæ, nulla dos debetur nascituris. Et pro hoc facit, quod dixi supra ex Rom. *in cons. 231. Socin. iun. cons. 172. num. 24. volum. 2. & tetigi in cons. 125. num. 20.* quod relictum factum filiis non applicatur nascituris, quando potest verificari in iam natis, sed Mantica, *dicto titulo 15. in fine*, tenet deberi legatum etiam secundæ vxori, dũ subdit præsertim, cum Titius legatarius nullam haberet vxorem tempore conditi testamenti, illa dictio implicat casum magis dubitabilem æquè, ac si dixisset, *secunda vxor venit*, licet tempore testamẽti alia extaret, sed multo magis venit, quando testamẽti tempore nulla vxor extabat. Ego arbitror retento themate, in principio proposito, quod scilicet testator legauerit vxori alicuius alimenta deberi solum primæ, quæ est nota testatori, & præsumitur ab eo dilecta, non etiam secundæ, quæ erat incerta. Et hoc casu non video diuersitatis rationem, quod legatur vxori propriæ, vel tertij, quia vtroque casu eadem subest ratio, & non obstat consilium Alexandri, quia non loquitur, quando alimenta solum relinquuntur vxori, & filiis alicuius, sed quando alicui relinquuntur eiusque vxori, & filiis, atque ita quando & filiis relinquitur contemplatione viri, & patris respectiuè, *vt ibi, num. 6. in fine, ver. sed fuit motus propter affectionem. imo, num. 2. videtur isto casu loqui.* Et hic casus est clarus, vt dicam paulo post. Accedat, quòd vbi vxor extat tempore testamenti non potest discrimen constitui inter proprium nomen, & appellatiuum, ideo sicuti non venit secunda vxor, quando prima fuit proprio nomine designata, ita nec quando appellatiuo. Rursus non debet admitti ea, quæ non est vxor tempore testamenti secundum quod adesse debet qualitas requisita, & extare persona, quæ vult cõmodum consequi, *vt dicam hac eadem quæstione*, & omnia quæ supra dicta sunt in præsenti quæstione de vxore, locum habent etiam vbi alimenta filiis relinquerentur: nam Alexan. *d. cons. 171.* loquitur de filiis & vxore, & non est ius in qualitate personæ, sed in rationibus ipsius decisionis.

Limita etiam dictum Baldi ne locum habeat, quando vxori relinquuntur alimenta, vel etiam filiis alicuius tertij contemplatione illius tertij, non contemplatione ipsorum legatariorum. Etenim tunc debentur non solum primæ, sed etiam secun-
23 dæ, † Et hic est casus Alexan. *in d. cons. 171. num. 6.* vbi ait, quod testator id animo gessit, vt illum tertium onere alendi vxorem subleuaret, quæ ratio, quia militat in secunda, sicut in prima vxore, ideo vtrique legatum censetur factum, *allegat id quod voluit Bal. in l. inuitus, in fine, C. de procurato.* vbi ait, quod si
24 primus † actus non consumit effectum secundum intentionem loquentis, tunc dispositio intelligitur esse de actu vlteriore, *& Alexan. in loco prædicto dicit verba Baldi esse notabilia, & idem voluit Roman. in cons. 504. colum. 1. Felin. in cap. 2. colum. fi. in quinta fallentia, de treuga & pace, Ias. in l. cum seruus, §. si quis alicui, colum. fi. ff. de legat. 1. Dec. in cons. 562. colum. 1. Grat. in cons. 21. col. 1. volum. 3. Gram. decis 102. num. 84.* Cum enim finis & intẽtio testatoris sit virum subleuare ab onere alendi vxorem, hoc ipsum non consumetur eo ipso quod primæ vxori alimenta tradantur, fatendum est legatum extendi ad secundam vxorem, *Ruin. in cons. 30. num. 5. & 7. volum. 2. vbi sequitur Alexandrum.* Et infert ad dotis legatum factum filiabus contemplatione patris, vt scilicet exoneretur onere dotandi. sed nec isto casu videtur mihi ratio concludere, quandoquidem si patris contemplatione aliquid filiis relinquitur, ea cõtemplatio non id operatur, vt legatum ad personas extendatur, de quibus testator non cogitauit, sed dispositionem intra suos terminos & casus manentem qualificat, & non est verum, quod effectus non sit consummatus, nã si testator cogitauit solum de præsenti vxore, iam ea cogitatio effectum sortitur, cum vxori primæ soluuntur alimenta, etsi testator voluit illum exonerare onere alendi vxorem impletur sua voluntas, quando vxori alimenta præstantur. Accedat quod illa qualitas, quod sit vxor adesse debet tempore facti legati, nec sufficit quod superueniat, cogita igitur, quia non inuenio qui audiat manum ponere.

Conclusio autem Baldi caret omni amaritudine, quando testator vxorem nominauit proprio nomine, puta Isabellam, Annam, & similibus: tunc enim nulla fieri potest extensio ad secundam vxo-
25 rem, quia nunquam fit extensio † de vna persona ad aliam, *l. pater, §. quindecim, ff. de legat. 3.* Et dicit Bal. *in l. si quis certum, in fine, in 2. lect. C. de secund. nupt.* quod
26 dispositio facta per nomina † propria, non extenditur ad alias personas. Idem voluit Bart. *in l. omnes populi, num. 63. ff. de iust. & iure*, imo ad aliam perso-
27 nam non fit extensio etiam verisimili ex mente disponentis, *vt probatur in l. si quis ita, §. si quis cum ignoraret, ff. de testam. tute.* vbi testator dando tutorem filiis suis

liis suis non censetur ei dedisse, quem credebat decessisse, vel ignorabat se habere. Et dixit gl. *in l. Titius, in princ. in verbo oportet, in fine, ff. de liber. & posthum.* quod generalis filiorum institutio, non trahitur
28 † ad filium, quem testator ignorabat se habere, licet verisimile sit, quod filium foret, sicut alios instituturus, si sciuisset esse filium, vel extare, *& eam glos. sequitur Dyn. Oldrad. Nicol de Neapoli, Alber. Angel. & Cuman. ibi idem probarunt Dyn. Cin. Iacob de Aretin. Bart. & Alber. in dicto §. si quis cum ignoraret, cum multis aliis, quos ponit Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, libertis, num. 28. & sequenti, C. de reuoc. donatio.* Et hanc partem, quod
29 legatum factum sub nomine † proprio, non extendatur ad futuram vxorem per rationem prædictam tenuit Simon de Pretis, *d. dubitat. 10. num. 4.* facit, quia etsi regulariter masculinum concipiat
30 fœmininum, tamen hoc † fallit, quando ponitur per nomen proprium, quia tunc non fit extensio, *Barto. in l. i. ff. de verborum significationibus, Ang. in l. quicunque, colum. 1. C. de seru. fugit. Cardin. in Clemen. vnica, col. 2. de electio. Gemin in c. generali, colum. 3. de electio. in 6. Soc. in Reg. 255. limitatio. 8. Dec. in l. fœminæ, ff. de regu. iur.* Et possent multa alia similia cumulari, facit, quia
31 dispositio dicitur personalissima, † quando fit per nomina propria, & extinguitur cum persona, *l. Lucius, §. Sempronius, ff. de leg. 3.* vbi Bartolus dicit, quod prohibitio facta nominatiuè hæredis est personalis, & non includit hæredem hæredi, *Roman. in dicta l. si quis filium, §. fina. ff. de acquirenda hæreditate, Imo. Alexan. & alij, quos citaui in cons. 123. num. 14.*

Et procedit hoc etiam, quando testator prius esset locutus per nomina propria, mox verò alimenta relinqueret per verba relatiua, puta prædictam vxorem, vel prædictos filios, quia etiam tunc non fit extensio ad aliam vxorem, vel alios filios.
32 Nam illa dictio, *dictus*, † vel *prædictus*, cum sit relatiua nō potest referri, nisi ad eos qui corporeis oculis in testamento legi possunt, non ad eos qui non possunt legi, licet ratione possent comprehendi, *Bart. in l. qui liberis, §. hæc verba, in fi. ff. de vulg. & pup. per l. i. ff. de his, quæ in testam. delent. Bart. in cons. 7. volum. 1.* Et ideo Imo. dicit, quod etsi aliquando appellatione
33 veniat hæres hæredis, atque ita tam † secundus, quam primus, tamen hoc fallit, quando post expressionem proprij nominis testator mentionem facit de hæredibus prædictis, *ita ait, in l. si quis filium, in fi. ff. de acquir. hæred. Alexan. in cons. 173. num. 6. & 7. volum. 5. in cons. 176. num. 10. volum. 7. Fulgos. in cons. 70. num. 1. Dec. in cons. 213. num. 9. Ruin. in cons. 29. num. 4 & 5. vol. 2. Socin. iun. in cons. 131. num. 37. volum. 1. Ripa in l. filiusfam. §. diui, num. 111. ff. de leg. 1. Ruminal. iun. in cons. 179. num. 66. & 69. Simon de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 2. solu. 2. num. 213. & dixi in cons. 123 num. 13.* Et in specie Simon
34 loco prædicto † vult in casu relationis idem esse, quod in casu, vbi expressa sunt nomina propria.

Intellige etiam conclusionem Baldi, dummodo illa etiam prima sit vxor tempore mortis testatoris, quia si eo tempore matrimonium reperia-
35 tur solum, non debebitur vxori † legatum. Ita in proposito declarat Simon *d. dubitatio. cons. 4. ver. sed oportet, allegat. tex. in l. 3. & l. seq. ff. de aur. & argen. lega.* vbi dicitur, quod legatum factum vxori censetur ademptum, si tempore mortis mariti matrimo-
36 nium † reperiatur diuortio dissolutum. Et idem dicitur *in l. item legata, §. si. ff. de lega. 3. facit l. cum hic status, §. si diuortium, ff. de donat. inter virum & vxorem*, vbi donatio inter virum & vxorem reuocatur diuor-
37 tio † interueniente. Et dicit glos. *in d. §. si.* quod vt legatum vxori factum locum habeat, oportet eam esse vxorem mortis tempore. Et ratio est, quia per diuortium inducitur reuocatio legati, *d. l. item legata, §. si. d. l. 2. & l. 3.* Ratio autem rationis est, nam per diuortium inducuntur inimicitiæ, quibus postea
38 † legatum videtur tacitè ademptum, *l. 3. §. si ff. de aliment legat. l. si inimicitiæ, ff. de his, quib. vt indign.* Sed alicui fortè superflua videbitur hæc tractatio, quia hodie non est locus diuortio inter virum & vxo-
39 rem, sed quos coniunxit Deus, homo † non separet, iuxta illud Euange. *Didac. in epitom. de sponsa. par. 2. cap. 1. in princ. num. 8.* Sed est aduertendum, quod ho-
40 die successit thori separatio † loco diuortij, *vt voluerunt Cyn. in d. l. 1. Alexan. colum. fi. Ias. colum. 2. ver. quarto fallit, & Dec. num. 10. C. vnde vir & vxor. Simon de Pret. loco prædicto.* Id quod tamen intelligi debet, quando separatio fit mali gratia, non autem quando licitè fit, puta intuitu religionis, *vt per Dec. ibi.* Et prædicti omnes Doctores in simili dicunt, quod vbi sepa-
41 ratur thorus mali gratia, tunc maritus † non succedit vxori, nec econtra. Et consequenter etiam relictum factum reuocatur, intelligendo tamen, nisi vnius tantum culpa induceretur separatio, veluti si propter adulterium vxoris maritus separationem peteret, quia tunc maritus † posset succedere, ex quo nulla sui culpa intercedit, *Dec. dicto num. 10. in princ. ver. & hoc intelligendum videtur.*

SVMMARIVM.

1 *Restitutio minori concessa prodest maiori vbi causa est indiuidua.*
2 *Appellatio interposita per vnum ex litigatoribus prodest alijs si causa est indiuidua.*
3 *Clericus & laicus si litigant tota causa cognoscitur per ecclesiasticum, quando indiuidua est causa.*
4 *Socius gaudet priuilegio socij in indiuiduis.*
5 *Indiuidua dicitur alimentorum præstatio.*
6 *Facti obligatio est indiuidua.*
7 *Dare est dominium transferre.*
8 *Obligatio rem tradi est indiuidua.*
9 *Vsus relictus debetur solum secundū necessitatē personæ.*
10 *Vsus alicui relictus est incertus respectu temporis, quæ est duraturus.*
11 *Obligatio alendi respectu creditoris est personalis.*
12 *Seruitutes sunt indiuiduæ.*
13 *Obligatio rem tradi diuiditur inter plures hæredes mortuo promissore.*
14 *Hæres in dubio censetur grauatus solum pro hæreditaria portione.*
15 *Obligationis qualitas non variatur ex persona hæredis.*
16 *Facta sunt diuidua tempore contractus.*
17 *Promissio facta pluribus intelligitur cuique pro virili.*
18 *Pluribus relictum intelligitur pro virili.*
19 *Sententia contra plures lata intelligitur pro virili.*
20 *Obligatio rem tradi est indiuidua, sed inter hæredes diuiditur.*

21 *Additio inducit quasi contractum inter hæredem & legatarium.*

22 *Promissio quando fit à pluribus de re indiuidua tunc omnes tenentur in solidum.*

23 *Seruitutes non possunt à principio deduci pro parte in obligationem.*

24 *Obligatio solidi non censetur inducta nisi expresse dictum sit.*

QVÆSTIO XIIII.

NOn erit extra rem nostram quærere, si obligatio vel promissio alendi sit diuidua, vel indiuidua, nam plures resultant vtilitates, & ea præcipuè, quod vbi causa est indiuidua, restitutio concessa minori, prodest
1 etiam maiori † qui habet communionem cum eo, *Bar. in l. 1. C. si in communi eademq; cau. post gl. ibi, quam sequuntur etiam Bal. Salicet. & Castren. ponentes rationem,* quia cum res sit indiuidua si maiori sit vtilis, non etiam prodesset minori, *Bart. in l 2. §. si vtrum, in fi. ff. de minorib. Roma. in cons. 195. num. 5. Aretin. cons. 123. num. 11. Afflict. in decis. 213. Dec. in l. emancipati, num. 5. vbi Cagno. num. 103. C. de collatio. Aufrer. ad Capell. Tholos. decis. 55. ver. adde quod si restitutio, Ruin. cons. 77. num. 3. volum. 4. cons. 121. num. 9. in fi. volum. 5. Ripa, in cons. 184. num. 1. Neuizan. in Sylua nupt. lib. 6. num. 43. Phanuc. in tracta. de inuentar. parte 2. num. 31. Maurit. in tract. de restitutio. in integr. cap. 185. num. 4. & 5. Caualcan. in tract. de vsufruct. mulie. relict. num. 165.* Item appellatio per vnum ex liti-
2 gatoribus interposita prodest † aliis, si causa sit indiuidua, *l. 1. si vnus ex pluribus appel. l. si quis separatim, §. fin. ff. de appellat. glos. in d. l. 1. C. si in commu. eademq; cau.* Item in causa indiuidua, si vnus ex sociis est clericus tota causa deuoluitur ad iudicem ecclesiasti-
3 cum, † *vt post multos à se adductos ponit Marsil. in sing. 180. Neuizan. d. lib. 6. num 38. Boss. in tit. de foro comp. num. 144. & num. 146.* & generaliter, vbi causa est indiuidua,
4 socius vel coniunctus gaudet priuilegio † socij, & mediante illius persona consequitur id, quod alias non consequeretur, *l. illud, §. fina. ff. de contratab. l. Aristo, ff. quæres pignor. oblig. poss. Felin. late in c. 1. de præscript. & Ias. in l. emancipati, C. de collatio.* qui in *l. stipulationes non diuiduntur, num. 30. ver. non obstat, quod præstatio, ff. de verbor. oblig.* dicit, quod præstatio alimento-
5 rum est indiuidua. † Et ideo quando sunt plures hæredes debitores prouidendum est, quod vnus eorum subeat totum onus alendi, *l. 3. §. fi. & l. pecuniæ, ff. de alimen. & cibar. legat.* Subdit tamen super hoc melius esse cogitandum, sed Aliat. ibi, *num. 31.* tenet contrarium, quod scilicet alimenta non sint indiuidua, quia alias cogi posset in solidum quilibet hæres ex pluribus vnius debitoris ad soluendum alimenta, *l. 2. §. ex his, ff. de verbor. oblig.* Et tamen hoc est falsum, quia non onus exigitur in solidum, sed iudex ex officio compellit eos ad inuicem conueniendum, quòd ab vno præstentur, *d. l. 3. & l. pecuniæ, & eiusdem opinionis fuit Socin. iun. in eadem l. stipulationes non diuiduntur, num. 339. & Modern. Gall. in tract. de diuid. & indiuid. part. 2. num. 238.* vbi ait, neminem ex pluribus cogi posse ad in solidum præstandum alimenta, licet iudicis officio cogantur in vnum conuenire, *eosq; omnes refert & sequitur Cordub. in l. si quis à liber. §. si quis ex his, num. 207. ff. de liber. agnoscen. vel alen. vbi tamen nihil aliud allegat.*

Sed etsi non inueniam contradicentem, placet tamen potius opinio Ias. quod obligatio alendi sit indiuidua. Aut enim dicimus promissorem alendi teneri ad factum, & non est dubium, quod obliga-
6 tio † facta est indiuidua, *l. in exequutione, ff. de verbor. obligat. ponunt Bart. & alij, in l. 4. §. Cato, ff. eodem tit. vbi Ias. num. 2. Ripa, num. 3. Butig. num. 12. idem probarunt Bar. & alij in l. stipulationes non diuiduntur, ff. eod. tit.* Et hæc videtur verior, quia non tam tenetur dare aut tradere, quam facere, propterea potius videtur promissio facti, quam alia: non enim tenetur ad dan-
7 dum, quia dare est dominium transferre, † & accipientis facere, *l. vbi autem, §. fina. in fi. ff. de verbor. obligationib. §. sic itaque, Institu. de actio. l. non videtur data, vbi Dec. & Cagno. ff. de reg. tur.* & alimentandus non habet quærere, si res pro alimentis assignata sint dantis, vel nō, sed sufficit, quod habeat. Aut vero dicimus, eam esse obligationem rem tradi, & nihilo-
8 minus † dicitur etiam indiuidua *secundum opinionem Dini, in d. l. in exequutione, ff. de verbor. obligat. & in l. stipulationes non diuiduntur, vbi Bart. num. 9. inquit, illum benè sentire, & sequuntur omnes Doctores, præcipuè Alcia. in repetitio. num. 66. Crot. qui communem dicit, num. 36. & 38. Butigel. num. 65. vbi pariter dicit communem, hanc quoque magis communem ait Hormano. ibi, num. 153. & 183. post Ruin. num. 13. & 33. Alexan. qui dicit magis communem, & & Ias. num. 18. & seq. Curt. iun. cons. 34. num. 1. Caph. cons. 407. num. 45.* Et quamuis Ruin. loco prędicto aliter distinguat, quam cæteri faciunt, tamen inspecta quoque illius distinctione sustinetur nostra conclusio, cum alimenta non debeantur ex contractu venditionis. Vult enim, quod vbicunque obligatio rem tradi, descendit ab alio contractu quam venditionis, semper sit indiuidua, quamcunque ergo amplectamur partem semper obligatio alendi indiuidua erit.

Addo, quod alimentorum obligatio plurimum habet similitudinis cum vsu relicto ab aliquo, vel
9 promisso, quia sicuti vsus † debetur secundum necessitatem personæ, *l. plenum, §. primo, ff. de vsu & habitatio.* ita & alimenta, & sicuti vsus incertus est quoad tempus, eo quod dubium sit, quanto tempore
10 † superesse possit, qui vsurus est, & respectu etiam rei, quæ percipienda est, *secundum Pet. & Bart. in d. l. stipulationes non diuiduntur, num. 27.* ita alimenta sunt incerta, respectu temporis, & respectu rei pro alimentis præstandæ. Item sicuti solutum indebito vsus non affert vtilitatem tantam respectu partis solutæ, quantum affert totum, si totum foret solutum, ita est dicendum in præstatione alimentorum, ex quo si homo comederet solum dimidium tantum eius quod necessarium est sibi comedere pro vitæ sustentatione, cito moreretur, *secundum Bart. in d. l. stipulationes non diuiduntur, num. 27.* Quinimò Bar. in loco prædicto videtur tenere expressè, quod alimentatio sit indiuidua, nec videtur mihi allegari posse quicquam magis ad propositum pro huius conclusionis defensione.

Accedat quod alere, qui tenetur censetur quandam seruitutem habere, nam obligatio alendi ex

parte

11 parte creditoris dicitur personalis † & in perso-
nam, quia finitur illius morte, & extinguitur cum
eius persona, *l.3.in princ.ff.de aliment & cibarijs legatis.*
Sed ex parte debitoris dicitur in rem, quia transit
ad hæredem eius. *l.h' ertis, §.1.ff.de alimen. & cibar.leg.*
ita pulchrè inquit Bart. *in l.4.§. Cato, num.32.in fi.ff.*
12 *de verborum obligatio.* Seruitutes autem omnes † in-
diuiduæ sunt, *vt per Bart. & Docto.in d.§. Cato, & in d.l.*
stipulationes non diuiduntur, Coras. in l. via, num.17.ff. de
seruitut.

Et non obstat, quod si obligatio esset indiui-
dua, quilibet plurium hæredum teneretur in so-
lidum, quia respondetur hoc esse falsum. Obligatio,
rem tradi, licet sit indiuidua, vt dixi, tamen mor-
13 tuo promissore diuiditur inter plures † eius hæ-
redes, *secundum Castr.in d.l.stipulationes non diuiduntur, co-*
lum.pen. Non ergo mirum est, si obligatio quoque
alendi diuidatur inter plures, sequuta promissoris
morte. Sed quia Castr. eo loci reprehenditur ab A-
lexan *ibi, in 8. Bart. oppos. quem sequitur Clau. nec dissentit*
Herman.d.§. Cato, nu 185. Ideo respondeo aliter, quod
text. *in l.3.§.fi.& in l.alimenta, ff.de alimen. & cibar.lega.*
non loquuntur in pluribus hæredibus vnius pro-
missoris, ideo non mirum, si quilibet hæredum te-
netur solum pro sua portione, nam vbi alimenta à
pluribus hæredib. relinquuntur, vt ibi, tunc quis-
14 que eorum censetur pro hæreditaria † portione,
& non vltra grauatus, *argumento l si fundum sub condi-*
tione, §.si libertus, vbi Bart. Ang. Imo. Castren. & alij, ff.de le-
ga.1. Castren. cons.448.num.2.volum.1.D.Becius in cons.24.
num.5. Cum verò alimenta debentur ex promissio-
15 ne, tunc quia qualitas † obligationis non variatur
ex persona hæredum, *l.2.§.ex his, ff.de verb.oblig.* tunc
etiam in solidum vnus hæredum potest conueni-
ri, vt præstet alimenta tanquam fuerit promissum
quid indiuiduum, *vt per text.& Docto.in d.§. ex his.*

Etsi dicatur, quæ est ratio diuersitatis inter pro-
missionem alimentorum factã ab vno inter viuos,
& legatum etiam alimentorum factum ab vno,
sed soluendum à pluribus hæredibus, quod primo
casu vnus hæredum possit in soluendum conue-
niri, secundo verò non. Respondeo rationem es-
se, quia etsi vnum & idem sit factum, quod præ-
standum est: tamen quando relinquitur in testa-
mento, in quo plures hæredes sunt instituti, tunc
incipit deberi à pluribus, quia à pluribus hæredi-
bus est præstandum, & in ipsa origine, & initio di-
uiditur ex voluntate testatoris, at vbi ab vno pro-
mittitur, incipit deberi ab vno, & sumit initium si-
ne aliqua diuisione, proinde licet eo promissore
decedente multi extent hæredes, omnes tamen te-
nentur in solidum, ne in persona eorum varietur
qualitas obligationis. Et hoc est, quod inquit Bar.
d.l.stipulationes non diuiduntur, num.7. oppo.6. dum ait,
16 facta † tempore contractus esse diuidua, quia po-
test ab initio quis stipulari tradi sibi partem fundi,
l.locus, in princ.ff.de acquiren.possess. vel purgari partem
foueæ, *l.2.§. præterea, ff.de aqua plu.arcen.* Sed post-
quam in solidum deducta sunt in contractu non
possunt diuidi aliquo modo, ita in proposito, quã-
do testator aliquid indiuiduum mandat à plu-
ribus hæredibus præstari, tunc inducitur diuisio in
ipso principio, & quisque hæredum pro sua por-
tione obligatur, sed si quis indiuiduum promittit:
tunc, quia solidum in obligatione deducitur, non
fit diuisio inter hæredes promissoris, quia iam soli-
dum est in esse deductum, non autem à principio
diuisum, vt est primo casu.

Vnde infertur, quod si plures simul promitte-
rent vnum alere, illi non essent in solidum obliga-
ti, nec eorum vnus cõueniri posset pro omnibus,
quia diuisio est inducta à principio tempore pro-
missionis, nam vbi plures aliquid promittunt, tũc
quilibet censetur promittere pro sua virili, si cuti
17 econtra, si promissio † fiat pluribus, intelligitur
cuique pro virili, *l.si fundus, §.si duo, ff.de pignoribus, l.a-*
liena res, §.si pluribus, ff.eod.tit.l.reos, §.cum in tabulis, ff.de
duob.reis. Idem est in vltimis volũtatibus, vbi si plu-
18 res † vocantur quisque eorum pro virili admitti-
tur, *l.nonnunquam, ff.ad Trebellian.l.fin.in princ. C.de im-*
pub. Et idem est in sententia quæ contra plures lata
19 † afficit vnumquemque pro virili, *l.1. C.si plur.vna*
sententia, l.si qui separatim, §.quotiens, ff. de appellatio. Ti-
raq. qui latè probat primam sententiam in tract. de retract.
consang. §.31.glos.vnica, num.4.& seq. probaui pluribus in
cons.150.num.34.& seq. Et licet prædicta loquantur
in re diuidua, tamen, vt dixi, facta sunt diuidua à
principio, antequam deducantur in contractum,
vel obligationem per iam dicta.

Et præfata Bartoli doctrina, quod facta sint à
principio diuidua placet aliis ibi, præcipuè Alexan.
num.12.ver. nec obstat ille text. ibi, quia respondeo quod in
omnibus. rursus, ver. pro ista opinione, ibi, vnde nemo negat,
& Ias. num.17. dicit, eam esse ab omnibus approba-
tam, & differentiam à me suprà adductam expresè
facit Alexan. *ibi, num.12.* dicens, quod etsi obligatio
20 † rem tradi sit indiuidua, vt supra probaui, & in vl-
timis voluntatibus diuidatur inter hæredes, *l.si tibi*
homo, §.fundus, & l.turpia, §.fi.ff.de lega.1. quãdo tamen
originẽ cœpit in personas hæredum, qui obligan-
21 tur ex quasi contractu † inducto per additionem,
l.apud Iulianum, §.fina.ff.quib.ex cau.in possess.eat. Et ita,
quando non agitur de inter hæredes diuidẽda ob-
ligatione, quia teneretur defũctus, sed de ea, quam
defunctus iniunxit suis hęredibus, tunc dicitur di-
uidua, & hoc modo Alex. distinguit inter obliga-
tionem, quæ hærebat ossibus defuncti, & eã, quam
defunctus iniunxit suis hæredibus.

Est verum quod Ias. *in d.l.stipulationes non diuidun-*
tur.num.18.ver.ista solutio D.Alexan. impugnat dictum
illud Alexandri per rationem, quod obligatio rem
tradi, potest quidem à principio esse diuidua. Sed
hoc est verum, quando deducitur in contractu ex-
presè pro parte, secus, quando simpliciter deduc-
citur, quia tunc est indiuidua secundum Bart. *in l.2.*
num.4.ff.de duob.reis, vbi dicit, si plures promittunt
22 indiuiduum aliquid, † tenetur omnes in solidum,
id, quod destruit illationem, quam paulò suprà fe-
cimus de pluribus promittentibus vnum aliquem
alere. Verum si rectè consideretur, nihil officit ca-
sui nostro, in quo non agimus de promissione fa-
cta à pluribus, sed ab vno, vel etiam de obligatione
alendi multis hæredibus iniuncta ab vno testato-
re. Contrarium autem procedere posset, quan-

do esset quæstio de promissione à pluribus facta, subsistit ergo responsio supra data ad text. *in l. 3. §. fina, l. pecuniæ, ff. de alimen. & cibar. leg.* quod loquuntur in pluribus hæredibus, in quorum persona ea alendi obligatio sumpsit initium. Respondeo etiam quod ex alio argumentum Iasonis non obsistit. Nam Bart. *in d. l. 2. num. 4. ff. de duob. reis*, loquitur in seruitutibus, quarum obligatio est indiuidua, non solum postquam deducta est in contractum, sed etiam à principio tempore contractus, ita vt
23. non possint † pro parte deduci in stipulationem, *l. pro parte, ff. de seruitutib. Bart. in dicta l. stipulationes non diuiduntur, in princ. & num. 7. in 6. oppos.* Nos autem loquimur in obligationibus facti, seu tradi, quæ à principio sunt diuidua. Et Bart. *d. num. 7.* distinguit inter seruitutem & alias obligationes, sicuti etiam in principio legis, proinde non resistit obiectum illud. Et hoc modo declarantur Bart. & Ias. *in d. l. stipulationes non diuiduntur*, atque hoc modo defēditur illatio supra nos facta, quod plures promittentes, dare obligentur viriliter non in solidū, ex quo hæc obligatio, antequam in contractum deducatur est diuidua. Et ratio est, quia obligatio
24 † solidi nunquam censetur inducta, nisi expresè sit dictum. *glos. in l. 1. §. si apud duos, ver. peruenietur, ff. depos. glos. & Doctores in l. si paternam, C ad Velleian. Bart. qui dicit singulariter notandum in l. 1. in fi. C. quo quisque ordi. conuen. libro 11.* At vbi seruitus promittitur, tunc quia est indiuidua quisque censetur se in solidum obligasse.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio legitimæ non excludit ab alimentis.*
2 *Renunciari alimentis non potest etiam cum iuramento.*
3 *Renuncians successioni non excluditur ab alimentis.*
4 *Legitimæ renunciari non intelligitur nisi fiat expressa mentio.*
5 *Filia statuto exclusa à successione consequitur alimenta.*
6 *Legitima non includitur in renunciatione hominis.*
7 *Exclusio legis tacita nocet tertio non autem expressa hominis.*
8 *Legata si generaliter minuantur, vel adimantur, non venit legatum alimentorum.*
9 *Exclusio generalis non extenditur ad alimenta.*
10 *Patronus remittendo liberto omnem obligationem, non censetur remisisse onus alendi.*
11 *Alimenta non sunt priuilegiata nisi in casibus expressis.*
12 *Alimenta. In dubio pro alimentis est iudicandum.*
13 *Dispositio generalis habetur pro speciali quando verificari non potest in vna re tantum.*
14 *Renunciatio generalis includit ius fideicommissi conditionalis, quando verificari non potest in alio.*
15 *Procurator non potest dominum facere incidere in pœnam, nisi sibi mandatum verificari aliter non potest.*
16 *Renunciatio generalis includit legitimam quando nihil aliud posset operari.*
17 *Iuramentum habet vim expressi.*
18 *Iurans censetur cogitare de omnibus, quæ pōnt cōtingere.*
19 *Renunciatio includit legitimam si est generalis.*
20 *Iuramentum non ampliat, sed corroborat principalem obligationem.*
21 *Iuramentum includit solum casus comprehensos in renunciatione.*

QVÆSTIO XV.

RENVNTIARI an possit iuri alimentorum, diximus inter alimentorum priuilegia, vbi etiam tractauimus de renuntiatione iurata, nunc videndum in casib. quibus potest renunciari, an alimenta veniant in generali renunciatione. Et Ludo. Molin. *in tract. de primogen. Hispa. lib. 2. cap. 15. num. 78.* dicit, quod renun-
1 ciatio legitimæ † etiam iurata, non excludit à petitione alimentorum, *allegat Bal. in l. pactum quod dotali, num. 17. C. de collatio.* vbi ait, renunciari nō posse ali-
2 mentis etiam cum iuramento. † Ideo non probat conclusionem nostram, quę intelligi debet, quando potest quis renunciare; frustra enim quæreremus, si includantur tacitè, quando etiam expresè non possent includi, *allegat etiam Imo. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. oblig.* vbi Alex. *num. 9.* qui dicunt, quod mulier, quæ renunciauit successioni,
3 † non excluditur ab alimentis, sed nec id videtur cōcludere, quia vbi simpliciter successioni renunciatur, non etiam includitur legitima, *l. si quando, §. generaliter, C. de inoffic. testam.* vbi dicitur, quod dele-
4 gitima fieri † debet specialis mentio, *Gul. Cun. Bal. & Ang. in l. de his, de transact. Aret. in §. cum autem, in fi. Instit. de inoffic. testa. Alex. in cons. 89. num. 14. volum. 4. cons. 8. num. 22. volum. 3. Barbat. in cons. 52. in fi. volum. 2.* vbi fortius dicit, procedere accedente quoque iuramento, *Ias. in cons. 90. colum. fi. ver. nec prædictis habeat obstare, volum. 3. addo Fulg. in cons. 188. Rui. cons. 27. num. 10. volum. 1. Crot. in cons. 120. num. 29. vbi etiam cum iuramento, Socin. iun. in cons. 50. num. 11. volum. 2. Bero. in cons. 63. num. 62. volum. 2. Gram. decis. 102. num. 188. Rolan. in cons. 97. num. 13. volum. 2. cons. 62. num. 11. volum. 3. Menoch. cons. 71. num. 2.* Verū strīgit hoc meo iudicio, quia legitima subrogatur loco alimentorum, ideo si in generali renunciatione successionis non includitur legitima, multo minus includentur alimenta. Ad confirmationem huius opinionis facit, quia si filia excluditur statuto à successione, non tamen censetur ex-
5 clusa, quominus consequatur alimenta, † *secundum Bal. in l. alimenta, in fi. C. de nego. gest. Castr. in cons. 16 col. 1. in fi. vol. 2. Corn. in cons. 85. col. fi. vol. 3. Curt. iu. in cons. 10 colum. 3. in fi. Crau. cons. 189. in princ. & dixi latè tit. quib. & à quib. deb. alimen.* vbi probaui, quod filia, quę mediante dote, excluditur à patris vel agnatorum successione, interim est alenda, & si exclusio legis nō includit alimenta, multo minus id operabitur exclusio hominis, nam lex fortius excludit, quando qui-
6 dem renunciatio † hominis, non includit legitimam, *d. l. si quando, §. & generaliter, ff. de inoffic. testam. & dixi suprà.* at generalis exclusio legis etiā legitimam excludit, *Socin. cons. 150. vol. 1. col. 4. Dec. in cons. 392. col. fi. num. 5. Natta in cons. 308. num. 4. Rol. in cons. 62. num. 50. & seq. vol. 3. Caph. in cons. 304. num. 1. D. Bec. in cons. 107. num. 7.* Et q̄ exclusio legis fortius operetur, quam exclusio hominis, probant Alex. *in l. 1. nu. 6. C. qui admit. vbi Dec. in 3. lectu. num. 50. Iac. Niger, num. 17. Sapia, nu. 25. Zu-*
7 *car. num. 41.* qui omnes dicūt, quod tacita † legis exclusio, nocet tertio, cum tamen expressa hominis illi non noceat. Cōfirmatur item principalis conclusio ex regula quod generalis ademptio, vel diminutio

8 minutio legatorum non refertur ad legata † facta in causam alimentorũ, *vt in l. libertis, §. posthumis, ff. de alim & cib. legat. vbi Bar idem Bar. in l. mala, in princip. num. 5. ver. item per clausulam, ff. eo tit. & dixi inter priuil. alum.* Et dicit Card. *in con. 66. in fin.* quod generalis ex-
9 clusio † aut prohibitio non includit alimenta, *Dec. in l. principalibus, in fi. ff. si ter. pet. Crau. d. cons. 189. in princ. & latè multos cumulat Lancel. Gall. in consuet. Alexan. in ver. solidos, quæst. 6. num. 1. & seq. post Cuman. in cons. 30. in 1. dub.* Et quod generalis renunciatio non includat alimenta probari videtur, *in l. libertus, qui operarum, ff. de oper. libert.* vbi patronus, qui liberto omnẽ ob-
10 ligationem remittit non † censetur alimentandi onus remisisse. Et illum text. ad hoc citat Dec. *in l. iura sanguinis, num. 6. circa fi. ff. de reg. iur.* dicens, quod in generali remissione, non censentur remissa alimẽta. Et infert, quod filius, qui recepta sua portione renũciauit in manibus patris petere potest alimenta, si ad paupertatẽ deuenit, quando simpliciter renunciauit nulla facta alimentorũ mentione.

Retento tamen themate supra posito, quod simus in casibus, quibus alimẽtis renunciari possit, quos expressimus inter priuilegia alimentorum in quæstione, vbi tractauimus, quando & quomodo alimentis renunciari possit videretur alimenta in-
11 cludi in generali renunciatione, quia alimentorum causa non est priuilegiata † nisi in casibus à iure expressis, *secundum Grat. in cons. 69. in fi. volum. 2.* & tunc alimenta solum videntur fauorabilia, quando debentur pauperi, & ei qui non habet aliunde, *vt latè probat Lancell. d. ver. solidos, q. 6. & posui inter alimentorum priuilegia circa priuc.* Sed immo dicendum est semper alimentorum causam fauorabilem esse licet non semper gaudeat priuilegijs specialibus, *vt*
12 *dixi in loco præcitato.* Et in dubio semper † pro alimẽtis est iudicandum secundum Fortunatum Garziam *in tract. de pœn. iuris ciuil. c. fi. pag. 2. Cord. in l. si quis à liberis, §. vtrum, n. 75. ff. de lib. agnos. vel alendis.*

Intellige etiam principalẽ conclusionem non procedere, quando renunciatio non posset aliud includere, nec alio verificari, quia tunc veniunt alimenta, nam generalis dispositio, quæ non potest verificari, nisi in vna re pro speciali imo singulari
13 † habetur etiam in casibus, quibus nominatim aliquid fieri debet, vt est text. *in l. 2. ff. de lib. & posthum. vbi ita tenent.* Et notant Bar. & alij omnes Doctores, per quam dixit Bar. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, quæst. 6. ad fi. ff. de verbor. obligat.* quod etsi ius fideicommissi conditionalis non veniat in generali renunciatione omnis iuris, quod habet vel habere sperat, ta-
14 men † fallit, quando nullum aliud ius properaret renuncians præter fideicommissum conditionale, *sequitur Castren. in cons. 193. volum. 2. Socin. in cons. 150. colum. 6. volum. 1. Dec. in cons. 386. colum. fina.* Quinimo, etsi nunquam id procuratori demandatum intelligatur per id quod possit dominus incidere in pœnam, *l. si pater, ff. quæ in fraud. credit.* tamen fallit, quan-
15 do † mandatum nõ potest referri ad alium actum, *secundum Bal. in cons. 13. volum. 1.* & quod generalis dispositio habeatur pro speciali, quãdo potest solum verificari in vno, latè ponunt *gl. fina in c. ex parte, vbi omnes Doctores, de offic. deleg. Bart. in l. si domino, ff. de lega 1. Ias. cons. 45. num. 6. volum. 1. cons. 90. colum. fina. volum. 3. cons. 40. colum. 3. ver. quarto eo. volum. 3. Dec. cons. 283. num. 3. ver. prima est, & cons. 375. num. 2. cons. 414. num. 6. Ruin. in cons. 89. num. 8. volum. 1. Crot. in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 127. vbi Ripa, num. 79. Bero. in cons. 159. num. 29. & seq. in volum. 2. Tiraquel. de legib. connub. glos. 7. num. 128. cum pluribus sequentibus, vbi cumulat infinitas decisiones, Cassan. cons. 3. num. 10. Capic. decis. 88. num. 6. Crauet. in respon. pro genero, num. 343. & sequenti, Cæph. in cons. 228. num. 39. Menoch. in cons. 87. num. 20.* Et ad propositum facit, quia etsi generalis renunciatio non includit legitimam, secundum ea, quæ supra posui in princi-
16 pio huius quęstionis, tamen vbi renunciatio † non verificatur in alio, tunc comprehendit legitimam, *vt concludit Socin. iun. in cons. 136. num. 18. volum. 1. sequitur Crau. in d. respon. pro genero, num. 344. Menoch. in cons. 71. num. 73. Gabriel. commun. opin. lib. 6. tit. de legit. concluſ. 8. num. 16. D. Becius in cons. 34. num. 14. & Mantica in tract. de coniect. vlti. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 11.* Ergo eodem modo includere debet alimenta, quæ comparantur legitimæ, vt dixi hac eadem q. & sæpè alibi.

Declarari etiam debet suprascripta conclusio, ne procedat, quando renunciatio esset iurata, quia tunc includeret etiam alimenta ea ratione, quod
17 iuramentum habet vim † expressi, *Bal. in l. 1. in secunda quæstio. C. commoda.* vbi ait, generalem expressionem, cum iuramento idem operari, ac si esset specialis expressio. Et subdit, notandum esse, *& sequitur ibi Salic. colum. fi. Ang. in l. senium, C. qui testamen. face. poss. Roman. in l. 1. colum. 6. ver. secundo allegatur, vbi etiam Alexan. colum. 3. ver. secundo in quantum, ff. de iurisd. omn. iud. Dec. in cons. 345. Socin. iun. cons. 136. num. 26. volum. 1.* & iurans censetur cogitare de omnibus his, quæ con-
18 tingere † possunt, atque ei competere, *gl. & Bart. in l. 2. C. de rescind. vend. Butr. in cap. si diligenti. colum. 6. de foro competen. Alexan. in cons. 42. num. 18. volum. 1. Tiraquel. in præfat. l. si vnquam, num. 134. C. de reuocan. donatio.* Ideo Roman. *in l. 1. §. si quis ita, ff. de verbor. obligat.* inquit,
19 renunciatio generalis, si iurata sit, includit † legitimam, licèt ea requiratur specialem mentionem, *sequitur Alexan. in cons. 181. num. 4. volum. 5. & in l. pactum quod dotali, in fine, & ibi Corn. Ias. & Dec. C. de collat. Iason in dicta l. si quando, §. & generaliter, num. 6. C. de inoffic. testam. & in cons. 207. num. 3. volum. 2. Dec. in cons. 26. num. 3. in cons. 89. num. 4. in cons. 180. num. 4. Socin. iun. in cons. 136. num. 24. volum. 1. Ripa, in rub. ff. de verbor. obligat. num. 4. & in l. 1. in princ. num. 69. ff. de vulga. Benedict. in cap. Raynutius in ver. duas habens filias, num. 242. & in ver. testamento reliquit, num. 220. de testamen. Cagno. in l. 2. num. 93. C. de rescind. vend. Rolan. in cons. 96. num. 56. volum. 3. Dom. Becius in cons. 34. num. 15. Menoch. in cons. 71. num. 24. vbi testatur, hãc esse magis receptam.* Qua ergo ratione generalis renũciatio potest legitimam includere, ea ipsa debet comprehendere, sed quia hæc sententia etiam respectu legitimæ nõ caret contradictione, ideo limitatio quoq; ipsa nõ est mihi firma, nec verã eam arbitror: iuramentum enim non auget
20 obligationem, sed eam intra suos terminos † confirmat, *vt per Oldrad. in cons. 238. Dec. in cons. 240. & cons. 408. num. 7. vbi allegat Ange. Roman. & Alexan. idem Dec. in cap. 1. in 1. lect. num. 23. ver. 3. & vlt. de iudic. Crot. in cons. 97. num. 13.* vbi dicit, quod remanet impedimentum

propter

propter quod actus impugnabatur, *Bertr. in conſ.28. num.10. conſ.62.num.7.volum.1. & multos citat Tiraquel.in in præfatio l.ſi vnquam,num.165. C. de reuocan.donat. Natta in conſ.170.num 9. Caphal.in conſ.88.num.49 deciſ.Pedemon.92.num.6.* Ideo Bart.*in l.ſi quis, §.quæſitum,in fi.ff.ſi quis cautionib.* dicit, quod iuramentum includit ſo-
20 lum † caſus comprehẽſos in renunciatione, ſuper qua fuit interpoſitum, *Roman.in conſ.472.in fi. Caſtr.in conſ.377.colum.2.volum.1. Alex.in conſ.8.colum.fi volum.1. Dec.in l.ex his,num.30. Anchar. Modern.famil quæſtio.lib.2. q.69.num.9. D.Bectus conſ.90.num.20.deciſ.Pedem.92.nu.7. & 8.* Et quod dictum eſt legitimam includi in generali renunciatione iurata, habet infinitos contradicentes. *Et præcipuè Bal. in rub.ff. de iureiur. col.pen. ver.non tamen credo, Roman.in l.qui ſuperſtitis,in 3.limit.ff. de acquir.hæred. Guido Pap. in quæſt.427. Barba. in conſ.55. colum.pen.volum.2. Afflict.in c.ſi quis inueſtierit,num.26. de feu. da. inuic.leg commiſſo. Franc.in c.quãuis,colum.4.ver. fateor, tamen de pact.in 6. Curt ſen.in conſ.76. col.5.ver.& per doctrinam Dec.in conſ.180.num. 6.& ſeq. Bertr.in conſ.9. num.8.vol.1. Tiraq.in præfatio.l.ſi vnquam,num.160.vbi allegat Gul.Cun. Are Fabia & Brun Gram.in deciſ.17. num.27. & deciſ.102.nu.87. Boer.in q.3.nu.10. Crot.in conſ.120.nu.39.* Et natura iuramẽti eſt confirmare actum, non autem extendere ad caſus non comprehenſos in diſpoſitione, *vt dixi.* Et hanc inquit eſſe magis communem Gabriel. *commun.opin.lib.6.tit.de legit.concl.8. num.8.& cum ea tranſire videtur Seraph.in tract. de priuileg.iuram.priuil.7.num 10.* vbi tamen nititur cõtrarias ſententias conciliare & omni caſu, cum ſit controuerſa opinio non poteſt adduci deciſionem dubię quæſtionis, ne dubiũ declaretur per magis dubiũ, quare reſolutio erit quod generalis renunciatio non ſufficit ad tollendam legitimã quantumuis ſit iurata, ex quo iuramentum non trahitur ad caſus in quibus pro forma reperitur ſpecialis expreſſio.

SVMMARIVM.

1 *Legati dominium tranſit recta via in legatarium.*
2 *Legati quantitatis dominium non tranſit recta via in legatarium.*
3 *Dominium rei legatæ, non tranſit cum effectu in legatarium niſi ſequuta acceptatione.*
4 *Legatum acquiritur ſtatim à tempore mortis teſtatoris legatario ignoranti.*
5 *Fideicommiſſarius poteſt fideicommiſſum repudiare.*
6 *Vxor relicta alimentaria poteſt vltra alimenta dotem exigere.*
7 *Legatum ita interpretatur, vt afferat vtilitatem.*
8 *Ratio reſpicere debet omnes caſus, alias non eſt bona.*
9 *Ratio vt ſit bona, debet concludere de neceſſitate.*
10 *Maritus dicitur voluntarius, nõ neceſſarius debitor dotis.*
11 *Vxor relicta vſufructuaria non poteſt interim petere dotes ſuas.*
12 *Vſufructuarius non tenetur ſolus ad onera æris alieni.*
13 *Vxor alimentaria non poteſt interim dotes petere quando ita iuſſit teſtator.*
14 *Dos vxoris alimentariæ diminuit legitimam filiorum, quia detrahitur tanquam æs alienum.*
15 *Vxor iuſta dotes non petere legatum perdit ſi accipiat dotem ab hærede ſponte ſoluente.*
16 *Exigere qui nõ poteſt, nõ etiam capere poteſt à ſpõte dãte.*
17 *Hæredes poſſunt communi conſenſu contrauenire præcepta teſtatoris.*
18 *Contrahentes poſſunt concorditer diſcedere à pacto.*
19 *Remedia duo quando competunt pro eadem re vno electo tollitur alterum.*
20 *Hæres nõ cogitur dotẽ reſtituere vxori intra annũ luctus.*
21 *Effectus dum ſequatur non curamus de modo.*
22 *Effectus attendi debet, non verba.*
23 *Renunciatio iuris non præſumitur, quando alia coniectura ſumi poteſt.*
24 *Voluntas quæ eſt ex actu colligitur, non extenditur vltra quam ex actu inferatur de neceſſitate.*
25 *Donatio non præſumitur.*
26 *Actus præſumitur factus ex ea cauſa, quæ facienti eſt vtiliter.*
27 *Vxor alimentaria ita quod ſit tacita pro omni eo quod prætendit in bonis & hæreditate conſequitur nihilominus dotes ſuas.*
28 *Dos tendit ad pietatem.*
29 *Diſpoſitio generalis non refertur ad cauſam piam.*
30 *Compenſandi animus præſumitur in teſtatore quando iubet ne legatarius plus petat.*
31 *Compenſandi animus præſumitur in teſtatore quando legat pro omni & toto eo.*
32 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.*
33 *Filia iuſſa plus non petere non prohibetur conſequi dotes maternas.*
34 *Compenſare nõ creditur teſtator, qui legat de bonis ſuis.*
35 *Hæreditas continet iura actiua & paſſiua.*
36 *Filia iuſſa nihil petere in hæreditate non poterit etiam maternas dotes petere.*
37 *Teſtator quod prohibeat plus petere in bonis, vel hæreditate, plurimum refert.*
38 *Vxor alimentaria relicta ſub conditione ſi dotes non poterit, non poterunt etiam eius hæredes petere.*
39 *Vxor cui aliquid relinquitur ſi non nupſerit, perdit legatum nubendo.*
40 *Modus dicitur quando onus implendum eſt poſt quæſitum emolumentum.*
41 *Modus. Legatarius ſub modo tenetur cauere de modo implendo, aliàs non conſequitur legatum,*
42 *Modus vt impleatur à legatario agit actione ex teſtamento is, cuius intereſt.*
43 *Modus ut impleatur à legatario agere poteſt etiam tertius, cui interſit.*
44 *Exceptio ei competit, cui datur actio.*
45 *Legatum eſt donatio.*
46 *Legatũ large interpretatur, quãdo fit coniũctæ perſonæ.*
47 *Vxor alimentaria, donec dotes non petierit poteſt dimittendo alimenta, quæ diu perceperat dotes conſequi.*
48 *Legato in annuo conditio legatarij conſideratur in principio anni.*
49 *Vſura eſt quando pro retardata ſolutione ſortis aliquid ſoluitur.*
50 *Vſura eſt prohibita non ſolum in contractibus, ſed etiam in vltimis voluntatibus.*
51 *Vſura non permittitur etiam pro alimentis pauperum, vel redimendis captiuis.*
52 *Vſurarium eſt pactum, quod hæredes mariti certum quid ſoluant vxori, donec dotes reſtituant.*
53 *Legatum annuum factum vxori donec dos illi reſtituatur, non eſt validum.*

54 *Vxor alimentaria ita quod dotes non petat, potest aliquo tempore alimenta percipere postea verò dotes consequi.*
55 *Conditio impleri debet antequam emolumentum quæratur.*
56 *Modum qui non implet, priuatur relicto.*
57 *Dispositio indistincta, debet indistinctè intelligi.*
58 *Vxor alimentaria si tamen dotes non petierit, legatum perdit per solam petitionem.*
59 *Conditionem sufficit semel impletam esse, licet implementum non duret.*
60 *Verba intelligi debent cum effectu.*
61 *Effectus attendi debet, non verba.*
62 *Effectus præualet verbis.*
63 *Effectus facti, non factum attendi debet.*
64 *Volo, verbum, intelligitur cum effectu, quando dicitur, quia muros transcendere voluit.*
65 *Statutum imponens pœnam volenti mulierem corrumpere, intelligitur, si effectu corruperit.*
66 *Velle vti dicitur, qui voluntariè vtitur.*
67 *Emphyteuta non priuatur per solam venditionem, nisi etiam tradiderit.*
68 *Emphyteuta nō priuatur, quia rem exposuerit venalem.*
69 *Emphyteuta non priuatur propter venditionem, quæ ex aliqua causa sit nulla.*
70 *Vasallus non priuatur feudo per alienationem, quæ non habeat effectum.*

QVÆSTIO XVI.

EGREGIA est quæstio, an vxor, cui maritus legauit alimenta, possit dotem petere ab hæredibus, intelligendo, quando acceptauit legatum, quia vbi non acceptauit, res est clara. Nam etsi legatum acquiratur ipso
1 iure & dominium rei legatæ † transeat recta via in legatarium, *l. à Titio, ff. de furt. Bal. in Authen. contra rogati, C. ad Trebellian. Doctores in l. 1. ff. de lega. 1. & in l. 2. C. commun. de legat. Afflict. in decis. 299. num. 4. cum multis apud Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. reuertatur, num. 338. C. de reuocan. donatio. Alcia. in conf. 116. num. 7. Rubeus in conf. 58. num. 4. Crot. in conf. 119. num. 3. Natta in conf. 441. num. 17. & in conf. 531. num. 4. Caph. in conf. 49. num. 7.* ta-
2 men hoc non procedit in legato quantitatis, † sed solum in legato speciei, *Bart. in l. 1. num. 12. ver. tertio casu, ff. de leg. 1. & ibi eum sequuntur omnes alij, idem Bart. in d. l. 2. vbi alij omnes, C. commun. de legat. Alciat. d. l. 1. vbi Ripa, num. 54. Ruin. in conf. 153. num. 4. in 5. volum. Paris. in conf. 77. num. 4. volum. 1. Port. Imo. in conf. 198. num. 5.* Legatum autem alimentorum non continet speciem, sed quantitatem. Præterea regula prædicta
3 intelligi debet acceptatione † sequuta, quia ante non acquiritur ius, cum effectu, *l. si tibi homo, §. cum seruus, ff. de leg. 1.* Et dicit Castren. *in l. si ita legatum, §. illi si volet, num. 2. ff. de lega. 1.* quod legatum acquiritur ignoranti, sed non perfectè: Inest enim conditio, si volet resolutioni, vel perfectæ acquisitioni, ideo potest repudiare. Sed ante eum dixit Barto. *in l. Pomponius, num. 3. ff. de negot. gest.* quod legatum acquiritur legatario etiam ignorāti à tempore mor-
4 tis, † sed potest repudiare, & facta repudiatione fingitur retro nunquam quæsitum. Et Aretin. *in l. omnia, post principium, ff. si certum petat.* dicit, quod legatum non acquiritur incommutabiliter, nisi à die acceptationis, *Socin. in conf. 78. num. 6. volum. 4. Ripa, in l. 1. num. 51. ff. de leg. 1. Bertran. in conf. 116. num. 21. volum. 2. Natta in conf. 488. num. 16. & 20. decis. Bonon. 37. num. 8. Duen. regu. 210. limitat. 6.* Potest ergo legatarius repudiare legatum, sicuti fideicommissarius potest
5 repudiare † fideicommissum, *§. sed & quoties, vbi Bar. & alij, ff. ad Trebell.* vbi verò vxor legatum acceptat, concludunt Doctores communiter, quod potest
6 legatum habere, & dotes † exigere, fuitque originalis opinio Castren. *in conf. 224. legatum prædictum, colum. 1. volum. 2.* Mouetur ea ratione, quod si dotem non posset consequi, legatum alimentorum fuisse inutile, & vxor potius aleretur de fructibus suæ dotis, quam legatum afferat vtilitatem, fieri
7 enim semper † debet interpretatio per quam legatum afferat vtilitatem, *l. Mæuius, in princip. ff. de legat. 2.* etiam si intelligendo eo modo hæres grauaretur duplici onere, *l. Titia, §. qui in vita, ante fi. ff. de legat. 2.* Addit, quod in suo casu testator duplicem adiecerat conditionem, ideo non est credendum, quod & tertium onus voluerit apponere, *argumento l. licet Imperator, ver. quid enim, ff. de leg. 1.* Tertio mouetur, quia si id voluisset testator expressisset, sicuti fecit, quando voluit, erat enim sibi facilè hoc facere, *l. vnica, §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen.* atque ita vnica hac vltima ratione Castrensis mouetur. Nam secunda non est generalis, & prima solum conuenit, quando tanta est dos, quòd eius fructus sufficerent ad alimenta. Cum ergo rationes prædictæ non amplectantur omnes casus, non sunt sufficientes, vt enim bona sit ratio
8 omnes casus † debet respicere, *Bart. in l. si cum exceptione, §. post annuum, ff. quod met. cau. Iaf. in l. creditori, colum. 2. ff. de oper. noui nuntiat.* vbi quod ratio debet es-
9 se generalis, imo debet etiam concludere † de necessitate, *gl. in l. non omnium, ff. de legib. Doctores in l. 1. ff. si cert. pet. Tiraquel. in tract. cessan. cau. limita. 6. num. 3.* Sed eandem opinionem nulla tamen facta Castr. mentione tenuit Capra *in conf. 72. num. 18.* vbi dicit, quod talis vxor poterit dotem statim petere, si consistat in stabilibus, vel post annum, si sit in pecunia, vel bonis mobilibus, adducitur ratione, meo iudicio concludenti magis, quam sit illa Castren. quod testator non præsumitur in dubio reliquisse alimenta animo compensandi, *l. si cum dotem, §. si pater, ff. solu. matrim. l. vnica, §. sciendum, C. de rei vxor. actio. & eum sequitur Bellon. in conf. 31. num. 4. Caph. in conf. 184. num. 1. & per totum consilium, vbi hanc opinionem amplectitur, Castrensem item sequitur Picus in l. Titia, §. Titia, cum nuberet, num. 132. ff. de leg. 2. vbi ait, esse notandum, quia quotidianum, & in Auth. præterea, C. vnde vir & vxor, num. 60. inquit, hanc esse egregiam decisionem, Crot. in conf. 67. num. 43. vbi approbat rationem illam Castr. Bero. famil. quæst. 92. num. 1. 2. & 3. vbi tamen ex prædictis neminem allegat, Natta in conf. 186. num. 8. ea ratione ductus, quod legatum esset inutile, Rolan. in conf. 65. nu. 22. vol. 2.* vbi hanc tenet sententiam, quia non præsumuntur alimenta relicta animo compensandi, *idem Rol. in conf. 74. num. 26. vol. eo. Caualcan. de vsufruct. mulie. relict. num. 112. vbi alios addit.* Vera igitur ratio est, quia maritus debitor dotis, dicitur debitor ex causa voluntaria, non autem ex causa necessaria, & voluntarius debitor nun-

quam

quam censetur relinquere animo compensandi, *d. l. si cum dotem, §. si pater, Doctores in d. Auth. præterea.*

10 Et quod maritus dicatur voluntarius †debitor, tenet Bart. *in l. huiusmodi, §. cum pater, ff. de leg. 1. Rolan. d. cons. 65. num. 18. volum. 2.*

Sed Guido Pap. *in quæst. 541.* dicit, quod vxor re-

11 licta vsufructuaria, non potest durante † vsufructu petere dotes suas. Mouetur ratione quod vsufructuarius tenetur ad onera æris alieni, *Bar. in l. si. quæst. pen. ff. de vsufruct. lega.* Ergo debet ipsa sibi soluere & à seipsa exigere, *l. Lucius, la 2. l. vxori meæ, ff. de vsufruct. lega.* Eius tamen opinio falsa est, nam Bart.

12 *in d. l. si.* communiter † ab omnibus reprobatur, *vt per Bal. Ang. Castr. Aret. & alios ibi citatos per addition. Picus late in d. §. Titia, num. 140. num 158. Didac. lib. 2. variar. resolut. cap. 2. num. 3. ver. quinta conclusio, Duran. de arte testan. tit. 6. de lega. cau. 42. nu. 6. infinitos citat Rol. in cons. 8. num. 1. vsque ad 20. vol. 2.* Sublato autem Gui. Pap. fundamento tollitur quoque eius conclusio. Præterea si vera esset illa decisio, non noceret: præsupponit enim Guido Pap. quod vxor possit exigere dotem, sed id contendit, quod à seipsa, & de fructibus exigat, & illum expressè reprobat Cæphal. *in cons. 184. ver. nec refragatur,* vbi aut communiter reprobari.

Intellige tamen principalem decisionem non procedere, quando testator contrarium dispone-

13 ret mandans, quod vxor dotes suas non repetat, † quia tunc seruabitur dispositio testatoris, *§. disponat, in Authen. de nupt.* Et hoc præsupponit Castr. *in d. cons. 224. col. 1.* dum disputat de voluntate testatoris dicens, quod si voluisset expressisset, quod non est verisimile; q̃ voluerit hæredem grauare tot oneribus, vbi verò certa est testatoris voluntas, cessat omnis amaritudo. Et idipsum probant omnes ij, qui Castrẽsem sequuntur, præcipuè Rol. *d. cons. 74. num. 26. Caualcan. in tract. de vsufruct. mulie. relict. nu. 135.*

Aduertendum tamen, quod isto casu si filij petant suam legitimam dotes prædictæ in calculanda legitima detrahentur de hæreditate ad diminutionem legitimæ, † non autem legitimam impin-

14 guabunt, dum ab vxore detrahi non possunt, *ita Alex. in cons. 57 ponderatis his, num. 2. volum 3.* quia antequam deducatur legitima, detrahi debet æs alienũ, & in calculãdo legitima inspicimus facultates, quæ sunt tempore mortis testatoris, *Caualc. de vsufruct. mulie. relict. num. 110.* vbi malè intelligẽs Alexandrum, prolabitur in erroneam consequentiam, quod etsi vxor ex iussu testatoris dotem nõ petat, vsumfructum tamen dotium ipsarum percipit, nisi eum saluemus, quod cum sit omnium bonorum vsufructuaria, habebit etiam vsumfructum dotium, quæ sunt super ipsis bonis hypothecatæ.

Quando verò vxor prohibetur dotes petere, disputãt Doctores, si perdat legatum eas accipiendo ab hærede sponte soluente. Et Bart. *in l. amplius non peti, num. 7. ff. rem rat. hab.* mulierem, inquit, per-

15 dere † legatum, si dotes accepter, quia est, quid imputetur mulieri, quæ debuit hæredibus denunciare se paratam eos acceptilatione liberare, vel cauere de non petendo, *l. mulier, in princ. ff. de cond. institutio. l. Mutianæ, ff. de cond. & demonst.* Hanc partem probauit Campeg. *in tract. dot. part. 2. num. 57. Picus in d. §. Titia, num. 132. Riminal. iun. in cons. 42. num. 108.* Et

16 pro hoc facit, quia qui non potest exigere, † non etiam capere potest à sponte soluente, *cap. exigit, vbi glos. in ver. volente, de censibus, & dicta glos. in l. inuitus, in §. quod cuique, vbi Bart. Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. & in l. vnica, in ver. accipientem, C. vt public. lætit. idem Bar. in l. si quis pro eo, num. 11. ff. de fideiusso. exornat Ripa, in tract. de remed. præseruat. contra pest. num. 113.* vbi, an sacerdos pro sepultura recipere possit aliquid à sponte dantibus, *Cordub. in dicta l. si quis à liberis, § si quis ex his, numero 114. ff de lib. agnoscen. vbi, num. 213. tenet cum Bart.*

Contraria tamen opinio placuit Bal. *in l. 1. num. 10. ver. extra quæritur, C. de lega.* motus ratione, quia conditio, si dotem non exegerit, fuit apposita in fauorem hæredis, ideo potest illi conditioni renunciare, & illam remittere, *l. si quis in conscribendo, C. de pact. offerendo autem,* & soluendo non petenti videtur hæres remittere necessitatem non petendi, & videtur per ipsum hæredem stare, quominus conditio impleatur, proinde haberi debet pro impleta, *l. fideicommissa, §. si rem, ver. maximè, ff de legat. 3. idem tenuit Castren. in d. l. amplius non peti, vbi dicit contigisse Florentiæ in facto, cum hæredes vellent vsufructuariam decipere.* Cum hac sententia transit quoque Picus, *dicto num. 132.* quando scilicet vsufructuaria nihil petiit, sed acceptauit à sponte dante, *Ias. in d. l. 1. num. 8. C. de lega. dum remittit se ad Ang. & Castren. in dicta l. amplius non peti, Rolan. qui tamen non meminit de aliquo contradicente, in cons. 74. num. 28. volum. 2. Caualcan. in tracta. de vsufruct. mulier. relict. num. 112. Riminal. dicto cons. 42. num. 10. vbi allegat Alberic. in Authen. quod locum, num. 10. C. si mulier secun. nup. Aret. in tract. de testam. in gl. & dotes suas.* Pro hac parte facit, quia hæredes com-

17 muni consensu possunt contrauenire † præcepta testatoris facto ad eorum vtilitatem, *l. cum pater, §. libertis, ff. de lega. 2. l. quoties, C. de fideicommiss. Doctores in l. 1. C. de pact. Oldra. in cons. 241.* & idem est in contrahentibus, qui possunt communi voto discedere à

18 † pacto conuento, *cap. præterea, vbi Doctores, de sponsa. l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.*

In hac quæstione aduerto Bartolum præsupponere, quod stante ea forma legati dotes remanere debeant penes hæredes non solum durante legato alimentorum, vel vsusfructus, sed etiam eo finito in perpetuum, dum inquit, imputari legatario, qui non curauit liberari acceptilatione, vel cautionem dare, nam liberatio non esset necessaria, nisi dos deberet perpetuo esse penes hæredes, ea vero Bartoli propositio, si vera sit, videbimus paulo infra hac eadem quæstione, sed vbi etiam dos esset semper remansura apud hæredem, adhuc videtur rationem illam non esse bonam, quia non tenetur legatarius liberare: Sat enim est, quod non petat, ex quo non petendo implet testatoris præceptum Cordub. *dicto numero 217.* dicit, rationem esse, quia nihil interest, quod mulier petat, vel sine petitione oblatam accipiat, cum cogi non possit. Confirmatur ea ratio, nam

19 vbi duo competunt remedia, † vno electo alterum censetur sublatum, seu renuntiatum, *lege, in delictis, §. detracta, ff. de noxa. l. quod in hæredem, §. eligere, ff. de tributor. Barto. in l. eum qui certarum, §. fina. ff.*

de ver-

de verborum obligationibus, Socinus iunior. conſ.122.numer.10.& ſequen. vol.1. Capic.deciſ.40.num.6.& deciſ.110.num.6. Neuiz. in conſ.41.nu.22. Gabriel. communem opinionem, lib.2.tit.de actio.concl.2.per totam. vbi *nu.10.* ampliat etiam, quando competunt remedia ſtatuti,& iuris communis, *deciſ.Pedem.54.num.2.& deciſ.97.num.5.* Cum enim poſſit vxor dotem petere, vel legatum, nec poſſit vtrunq; habere, cum eligit dotem, videtur legato renunciare, facit etiam in ſimili, quod dicimus de alimentis debitis ab hæredibus viri intra annum luctus, quia cum non poſſit habere dotem, & alimenta, ſi dotem accipiat non poteſt petere alimenta, nec diſtinguitur à Doctoribus, quod dos fuerit ſponte data, vel non, imo non poteſt niſi ſpõte dari ex quo
20 hæredes intra † annum cogi non poſſunt, *Ang.in l.centum Capuæ, col.fin.in princip.ver. vlt. nota, ff.de eo, quod cert.loco, Iaſ.in l.fi.num.5.in fi.ff.eod.tit. Bald. Imo. & Roman.in l.ſi marito.§.fi.ff.ſolu.matr. & dixi ſuo loco.* Sicut ergo alimẽtis à lege debitis renunciaſſe videtur mulier, quæ dotem eligit, ita renũciare videtur alimentis relictis à teſtatore. Rurſus cum teſtator prohibet dotem exigi cenſetur proſpexiſſe ad vtilitatem hęredis,& conſideraſſe effectũ, ideo curandum non eſt, quod ſponte fuerit ſoluta, vel ab inuito per regulam, quod non curamus
21 † de modo, ſi idem ſequatur effectus. *l.3.C.de inſtit. & ſubſtit.* Et verba non ſunt attendenda, ſed effe-
22 ctus, † *Inno.in c.1.de bigam. Bar.d.l.3. Dec.conſ.385.col.2. in fi.facit, l.vbi ita donatur. ff. de donat.cau. mor. Alba.in conſ.22.num.5.* Nec obſtat Bald. ratio, quod hæres ſoluendo videatur renunciare conditioni appoſitæ à teſtatore,& illã remittere, quia hoc eſt fal-
23 ſum, renunciatio enim præſumi † non debet, quando ſumi poteſt alia coniectura, *Butr.in capitulo, accedentibus, de priui.leg. Alexand.in conſ.33.num.7. ver.quinimo, ſi dictus, vol.5. Dec.in c.gratum, nu.4.ver.4. limitatur, de offi.deleg.* At pro ſoluente dotem capi poteſt coniectura, quod dederit nõ animo remittendi conditionem, ſed conſequendi eam remiſſionem alimentorum. Ergo, & voluntas, quæ ex
24 actu tacito colligitur non debet † extendi vltra, quam ex ipſo actu de neceſſitate inferatur *Bart.in lege prima. §. hoc interdicto, ff.de itin. actuq; priua. & in authen.qui rem, circa fi. C. de ſacroſ.eccleſ. dixi in conſ.52. nu.78.* At ex ea ſpontanea ſolutione non infertur ex neceſſitate, quod hęredes poſſint cõmuni conſenſu diſcedere à teſtatoris præcepto. Hoc etenim verũ eſt, quando conſtat de voluntate. At vbi voluntas eſt incerta non eſt locus deciſioni. Et cum poſſit quis duplicem ad finem ſoluere, vnum ſcilicet, vt conſequatur liberationem ab alimentis, alterum, vt remittat conditionem, præſumendũ eſt potius, quod voluerit liberationem alimentis conſequi, quam remittere ius ſuum, quia dona-
25 tio, † & perditio non præſumuntur, *l.cum de indebito, ff.de probatio.* & actus, qui ex duplici cauſa fieri
26 poteſt, intelligi debet ex ea factus † per quam eſt vtilior facienti, *Alex.in conſ.55.col.2.& 3.vol.5.Crau. in conſ.109.n.9.* Et non eſt dubium, quod vtilior eſt cauſa conſequendi liberationem, quam remittẽdi conditionem, ergo ob eam cauſam cenſeri debet facta ſolutio.

Intellige tamen, quod non cenſeatur teſtator prohibuiſſe dotis exactionem, quando legando vſumfructum ſeu alimenta mandat, quod vxor ſit tacita pro omni, & toto eo, quod poteſt in eius bonis & hæreditate prætendere quouis modo,
27 nam eo præcepto non obſtante mulier † conſequetur legatum & dotes, *vt concludit Signoro.in conſ.176.q.proponitur, num.10.* Mouetur, quia ius dotis
28 tendit † ad pietatem, *l.cum his, §.ſi in ea. ff. de cond.indeb. l.aßiduis, C.qui potior. in pigno. habe.* Sed generalia verba non includunt † ius pietatis, *auth.habita, C.ne fil.pro patre*, ſecundo quia ius dotis reſpicit alimenta, *l.pro oneribus, C.de iur.dot.* at ius alimentorum ſemper videtur exceptum, *l.obligatione generali, ff.de piguor. & dixi ſupra.* Vtitur etiam multis aliis rationibus, quas omitto, *Signoro.ſequitur Cordub.in l.ſi quis à liberis, §.ſi quis ex his, num.213. ff. de liber.agnoſ. ſed Signoro.reprehendit Natta in conſ.410. num.13. & ſequen.* vbi reſpondet ſingulis fundamentis illius, & cõfirmari poteſt, quia teſtator cenſetur habuiſſe animum compenſandi, quando mandat ne lega-
30 tarius † plus petat *Caſtr.in conſ.193.in 2.dub.col.3.vol. 2. Abb.in conſ.81.col.2.vol.1. Crau.in conſ.131.num.17.in conſ.149.num.3. Durant.de arte teſtan. tit.6.caut.6.nu. 3.in fi.cum aliis infra allegandis.* Similiter animus cõ-
31 penſandi deprehenditur in teſtatore, † quando legat pro omni, & toto eo, *l.ſi vxor ſua, C.de bon.author.iudic.poßid. Abb.in conſ.81.nu.1.in fi. vol.1. Corne.in conſ.115.col.2.vol.3. Ruin. Soc. iun. Phan. Duran. Anchar. Moder. Bero. Crau. & Menoc. quos citaui, in conſ.112.n.17. & ſeq.* Hæc autẽ oĩa concurrunt in facto Sign. Ergo cẽſetur teſtator voluiſſe compenſationẽ inducere, prẽcipuè, quando verba eſſent generalia, ita vt ſalua ratione recti ſermonis reſtringi non poſſint, vti benè cõſiderat Nat. *d.conſ.410.* Vnũ tamen videtur obſtare cõtra Nattã, p defenſione Signoroli, quia mandat plus non peti in bonis ſuis. Bo-
32 na † enim dicuntur deducto ære alieno, *l.ſubſignatum, §.fi.ff.de verb.ſignific.* & dotes, quæ petuntur ab vxore non dicuntur eſſe in bonis teſtatoris, ſed ſunt tanquam æs alienum, *l.prætor, §.emancipati, ff. de collat.bonor.* Ideo inquit in propoſito Bar. *in l.vt iuruiurando, §.ſi liberi, in fin. ff.de oper. liber.* quod filia inſtituta in re certa, & iuſſa nihil pluris petere in
33 bonis patris, poterit † nihilominus vltra legatum petere dotes maternas, *ſequitur Bald.in l.liberti libertaque, num.28. C.de oper.li. in l.quoniam nouella num.9. C.de inoffi.teſt.* Intereſt enim, quod ſimpliciter prohibeatur plus non petere, vel quod prohibitioni addantur verba illi in bonis teſtatoris, *ſecundum Corn.in conſ.212.col.2.vol.1.* Id etenim, quod teſtator debet non eſt in bonis, ſed extra, *Ale.in l.ſi cum dotem, §.ſi pater, num.6.ver.pro hoc facit, ff.ſolu.matr. & eam deciſionem Bart.ſequuti ſunt Iaſ.Rimin.Dec. Fabian. Bero.Socin.iun.Neuiza.Capra, Natta, & alij quos citaui, d.conſ.111.n.82.* Et procedit etiam, quando teſtator eſt debitor neceſſarius quia ſi legat de bonis ſuis
34 excluditur coniectura † compenſationis, *ſecundũ Bald.in d.l.ſi cum dotem, ſi pater, in fi. ff. ſolut.matrimon. quem ſequitur Caſtren. Alexan. Corne. Capra, Felin. Iaſ. Fabian. Marſil. Pariſ. & multi quos adduxi d.conſil.112. num.83.* In propoſito igitur non videtur teſta-

tor voluisse legatum alimentorum compensari cum dotibus vxori relictis, ex quo mãdat solùm, ne plus petat in bonis testatoris, cum dotes non sint in eius bonis. Posset tamen saluari Natta quia in casu proposito per Signorol. testator nedum vult, quod vxor sit tacita pro omni eo, quod petere posset in bonis, sed etiam, de eo, quod potest petere in hæreditate. Nam & si bona intelligantur ære alieno deducta, tamen non ita est hereditas, quia æs alienum dicitur in hæreditate esse, &
35 hæreditas † continet non modo actiua, sed etiam passiua iura, probatur *in l. hæreditas, ff. de reg. iur. in l. nihil. ff. de verb. signifi. l. pro hæreditariis*, C. *de hæred. instituen. l. 1. C. si cer. pet. Ideo ait Bald. in d. l. liberti libertæque, num. 28. ver. aut dixit relinquo*, quod filia, cui aliquid relictum fuit pro toto eo, quod potest præ-
36 tendere super hæreditate, † non poterit consequi dotes maternas, quia sunt super hæreditate. *Alios concordantes citat Dec. in authen. præterea, numer. 13. C. vnde vir, & vxor, & in cons. 425. num. 7. col. 5. in fi. Ruin. in cons. 60. num. 8. vol. 2. Natta in cons. 186. num. 2. nec id est pacificum.* Nam & in hoc contrarium tenent Dec. *d. cons. 425. num. 10. Neuizan. in consil. 62. num. 23.* vbi volunt idem omnino significare, quod nil petat in bonis, vel nil petat in hæreditate, ex quo idem omnino iudicatur de bonis, quod de hæreditate, & econtrà, *l. nam quod §. fin. l. cogi. in princip. & §. 1. ff. ad Trebellian. Bar. in l. 3. in princip. ff. de bonor. possessio.* Præterea aliud est dicere in bonis, & hæreditate, aliud verò super bonis, & hæreditate: dotes enim neque in bonis sunt, neque in hæredi-
37 tate, sed ex quo bona sunt pro eis obligata, † dicuntur esse super bonis, & hæreditate, hoc discrimen constituit text. *in lege 2. §. in hac actione, il. 2. ff. vi bonor. raptor. & ita distinguit Alexan. in cons. 4. vol. 3. Anchar. Moder. famil. quæst. lib. 1. quæst. 60. num. 5. Et hoc idem innuit Signorol. in d. cons. 176. num. 13.* Hoc tamen non est tutum, *vt deduxi, d. cons. 112. nu. 9. & 91.* Subsistit itaque impugnatio, & destruitur consultatio Signorol. & consequenter mulier iussa eo modo, nihil petere, dotes quoque non consequetur. Id, quod in eo facto videtur etiam comprobari, quia prohibita fuit facta per verba illa ampla, vel quolibet alio iure, quæ tanquam vniuersalia impropriantur, & includunt omnia, vt sunt vulgata iura: propterea existimo cauendum esse à Signorol. quia verius est, excludi mulierem à petitione dotis.

Declarat etiam generalem limitationem supra datam, quæ vult, quod dos peti possit, quando testator ita iussit, vt procedat in tantum, quod etiam post mortem vxoris hæredes eius non possint repetere ab hæredibus viri, sed illæ perpetuò remaneant apud hæredes, atque cedant eius lucro,
38 † quando testator exactionem dotis posuit conditione dicens, *si dotes non petierit.* Ita voluit Bart. *in l. amplius non peti, num. 7. ff. rem rat. hab.* dum vult, quod mulier teneatur liberare hæredes per acceptilationem, vel cauere de non petendo. Et hoc etiam voluit Picus, *in l. Titia, §. cum nuberet, nu. 134. ff. de leg. 2. mouetur ex dicto Bartoli, & Doctor. in l. fi. C. de*
39 *indic. vidui. tollen.* vbi si testator legat vxori, si † non nupserit, illa verba inducunt viduitatem, & nubendo perdit legatum, & illud cum fructibus restituit, imo tenetur à principio cauere de nubendo, & quando per viam conditionis onus adiicitur, hæres videtur dotes habere causam conditionis implendæ, *l. si quis omissa. ff. causa testandi*, Cordub. *in d. l. si quis à liberis*, §. *si quis ex his, nu. 213.* Transit sicco pede, nec audet difficultatẽ ingredi, Alb. *in authen. quod locum, colum. 6. ver. item quæro de quæst. quam habui, C. si muli. secun. nupser.* tenet, quod hæredes vxoris non perdant dotem, sed differatur exactio durante legato alimentorum seu vsusfructus, quia compẽsandi animus non præsumitur, nisi clarè appareat, *l. creditor, ff. de leg. 2.* Hæc ratio nihil valet, quia de animo compensandi constat ex verbis illis, si dotes non petierit, nec posset testator clarius loqui. Eandem opinionem probauit Aret. *in tracta. de testam. in gl.* & dotes suas non petierit, vbi ait, vxorem non teneri ad liberandũ hæredes mariti per acceptilationẽ, quia hoc modo nunquam posset dotes petere, quod non est secundum intentionem testatoris. Pro elucidatione huius controuersiæ sciendum est, quod illud legatum *si dotes non petierit*, non est conditionale: sed sub modo. Dicitur enim modus, quan-
40 do aliquid † implendum est post emolumentum quæsitum, *l. cum tale. §. 1. ff. de cond. & dem.* vbi Bartol. docet, modum à conditione cognoscere ex eo, an implendum quid sit, ante vel post quæsitũ emolumentum, *idem Bar. in l. quib. dieb. §. Termilius, num. 1. ff. de condit. & demonstr. Bald. in cons. 219. num. 5. vol. 2. Imo. & Castren. in d. §. Termilius, Bald. in authen. cui relictum, nu. 22. C. de indic. viduit. tollen. Ruin. in cons. 28. numero nono, & sequen. volum. 2. Alciat. in consil. 210. num. 2. & cons. 236. num. 1. Bero. in cons. 30. nu. 6. & cons. 66. num. 5. vol. 2. Fortun. Garz. in l. iurisgentium, in princ. nu. 38. & in l. si vnus, §. pactus ne peteret, nu. 53. ff. de pact. Galiau. in rub. ff. de verb. oblig. num. 182. Crau. in cons. 59. num. 1. Natta in cons. 373. num. 28. Menoch. cons. 60. num. 47. cons. 78. num. 16.* Hoc autem onus non petendi impleri nõ potest, nisi sequuta morte vxoris, quia
41 dum viuit petere potest. Ergo est modus, nõ conditio, & quia legatarius cauere † debet de implendo modum, aliàs non potest agere, *l. si tibi, la 2. ff. de leg. 3. d. §. Termilius, vbi Bar. num. 14. & sequuntur Imo. Castren. & Socin. Ias. in l. siue apud acta, nu. 13. & ibi Cur. sen. nu. 4. C. de transac. Alcia. d. cons. 276. nu. 2. Bero. cõs. 27. nu. 4. vol. 2. Neuiz. in cons. 55. nu. 2.* Si cõtigat, cautionem esse præstitam de non petendo, tunc põderanda erunt verba cautionis, & si importabant, nẽ dotes vllo tempore petantur, stabitur stipulationi, si erunt dubia, tunc seruabitur, quod infra dicã, quod si fortè legatum habuit nulla præstita cautione, tunc casus est dubius, & quærendum est quid senserit testator, & an voluerit dotes nullo tempore, vel potius actione differri. Si enim voluit nullo tempore peti, tunc non solùm petendo tenerentur hæredes, vel vxor ipsa reddere cum fructibus rem legatam, *vti dicunt Alb. Ang. & Picus in locis ꝑdictis*, sed etiã cogi possent ad desistendum à petitione atq; ita possent exceptione repelli, qñquidem contra legatarium qui modum non im-

ple-

plet inter alia prohibitum est remedium, vt is, cu-
42 ius † interest, agat actione ex testamento, *l. 2. C. de his quæ sub modo, Bar. in d. §. Termilius, num. 17. ver. tertium remedium, idem Bart. in l. si stipulatus, §. 1. num. 2. ff. de fideiuss.* vbi ait, quod modus dispositionem inducit, & ex eo agi potest, & non solùm hæres petere potest cuius etiam pecuniariter non interes-
43 set, sed & tertius † cuius interest, *vt voluit gl. & Doctores in d. §. Termilius, vbi Castr. in fi.* Et est communis opinio, vti testatur Gomes. *variar. resolutio. tit. de succes. cap. 12. nu. 71. in fi.* Et sic potest agi, vt modus impleatur, & consequenter ne dotes petantur, multò magis mulier dotem petẽs poterit ex-
44 ceptione † submoueri, *argumento l. creditori in fin. & ibi gl. C. de pact. l. 1. §. hic autem, ff. de superficiebus, cap. qui ad agendum, de reg. iur.* Tota igitur difficultas est in inuestigando testatoris sensum, & vbi essent aliquæ coniecturę, puta quod dos esset magna, legatum autem alimentorum modicum, vel vbi testator valdè dilexisset vxorem, vel quid simile concurret, posset facilè intelligi, quod non voluerit extinguere in totum creditum dotale, vbi verò nullæ cadunt circumstantiæ, magis placet, quod testator cogitauerit differre exactionem, non extinguere debitũ, quia legatum interpretari semper debet, vt legatario prosit, quia est donatio,
45 † *l. legatum, ff. de leg. 2. Insti. de lega. in prin.* & largè in-
46 terpretari debet, † quando fit coniunctæ personæ. *l. si seruus plurium. §. fi. ff. dele. 1. & in l. Aurelius. §. Titius, vbi Bar. ff. de liber. lega.* qui text. loquitur etiam, quando hæres est coniunctus, concordantes allegaui *in cons. 112. num. 52.* & legatum principaliter fit ad vtilitatem legatarij, non autem hæredis, proinde interpretari etiam debet potius ad commodum legatarij, quam hæredis, & non obstat doctrina Bartoli, & aliorum, *in l. fin. C. de iudic. viduit. tollen.* cum mariti anima contristetur propter secundas nuptias vxoris, vt per Ias. *ibi in fin.* nuptiæ sunt omni tempore marito odiosæ, ideo omnis sumitur interpretatio contra secundas nuptias, quas ille abhorret, vt petitio dotis non semper displicet viro, sed donec vxor fruitur alimentis, vel vsufructu, proinde in sequendo coniectura tam testatoris voluntatem fit diuersa interpretatio, cum verò testator legat alimenta donec dotes non petierit, vel dum eas dimiserit penes hæredes clara est decisio, & prædicti omnes conueniunt, quod possit pro tempore alimenta conse-
47 qui, postea † verò dotes petere ne perdat præteriti temporis alimenta, & illud præter Doctores comprobatur, quia vbi relictum est conceptum per illa verba, *donec*, vsquequo quandiu, tot sunt legata, quot anni, ex quo relictum est annuum, *vt supra dixi*, vbi verò legatum est annuum, tunc cõ-
48 ditio legatarij † inspicitur in principio cuiusque anni, *Bart. in l. Titia, num. 11. ff. de leg. 2. dixi in cons. 123. num. 7.* Et si hoc anno petit, & modum non seruat, legatum præcedentium annorum, quod erat purificatum, & effectum habuerat, non amittitur.

Quando tamen alimenta relinquuntur donec dotes non petierit, licet omnes habeant pro absoluto legatum valere, tamen non caret dubio, quia cum ea alimenta dantur, vt vxor differat dotis exactionem, videtur vsura. Cõmittitur enim
49 quando † aliquid soluitur pro retardata solutione sortis. *Bar. in l. qui sine, ff. de neg. gest. in l. cum stipulatus sim. ff. de verb. oblig. Bald. in l. cum allegas, in fi. C. de vsur.* & vsura non minus prohibita est in vltimis
50 † voluntatibus, quam in contractibus. *l. 3. in fin. ff. de annu. leg. vbi Bar. id notat Bald. in l. cum allegas, Bar. in l. 2. ff. de his, quæ pœn. nom. vbi Socin. num. 6. Ias. in l. 1. nũ. 29. C. de sum. Trinit. & fi. Catho.* & licet alimentorum causa sit multum fauorabilis, tamen nulla causa adeo est pia, ex qua possit quid deberi vltra sortem vnde pro redemptione captiuorum, vel pro
51 alimentis pauperum non licet † fœnerari, *c. super ea, de vsur.* Et per hanc rationem concludit Anch. *in cons. 150. in quæstio. quæ vertitur num. 5. col. 2. ver. sed an ex pacto*, quod non valet pactum, quo hæredes
52 mariti soluto matrimonio † certum quid promittant pro centenario vxori pro alimentis suis, donec soluatur sibi dos, *allegat Bar. in l. cum stipulati, in fin. ff. de verb. oblig. Anchar. sequuntur Alexand. Purpur. Crau. & Lup. quos citat, & approbat Rol. in cons. 55. num. 26. vol. 2. Menoch. in cons. 441. num. 32. ver. respondetur non esse, vbi addit Ruin. & Socin. iun.* Attenditur enim effectus, non verba, quibus testator est vsus, & in proposito nostro facit, quod voluit Bartol. *in l. 2. ff. de his, quæ pœ. nom.* vbi tenet, quod legatum
53 annuum factum vxori, donec † dos illi fuerit restituta non valet, quia continet vsuram. *Idem tenet in l. 3. in fi. ff. de annu. leg.* Sed cæteris expressius hoc voluit Anchar. *in cons. 93. verba testamenti, numer. 3.* vbi vult, non deberi tãquam vsurarium legatum pro retardata solutione quantitatis, & quod censetur factum in fraudem, *eum sequitur Alex. in cons. 74. num. 6. vol. 5. Lancel. Dec. in d. l. 3. §. fin. Ruin. in cons. 25. num. 3. cons. 53. num. 4. vol. 2. Socin. in cons. 56. num. 1. & 2. vol. 3. Campeg. de dote. par. 2. quæst. 13. & ego pro hac parte in cons. 23. numer. 3. allegaui. Ias. Iacob. Put. Purpur. Crot. Rebuff. Bertran. Crau. Ioan. Lup. & Rom. Menoch. in cons. 441. num. 26. ver. clarius sententiam hanc addit Socin. iun. Neuiza. Didac. Plot. & Ferret.* Cum sit in facultate vxoris dotem exigere, ipsa vero eligat habere potius legatum annuum, videtur vsuram committi, & Menoch. loco prædicto distinguit inter casum, qui est in facultate hæredis, soluendo debitum eximere se à legati solutione, & alium, quando hæres non potest liberari soluendo sortem, sed facultas exigendi sortem committitur in voluntatem legatarij. Et mouetur ex eo, quod dicunt Doctores de muliere vidua, quæ cum possit dotes suas exigere, mauult tamen habere interesse, & per hanc rationem concludit annuum legatum factum vxori esse fœneratitium, si fiat donec dotem repetierit, videtur igitur dictum legatum alimentorum factum, donec vxor dotes suas non petierit nullius esse valoris, sed sapere vsurariam prauitatem, & miror, quod tenẽtes primam partem, ideſt, quod vxor possit dotes petere postquam per aliquot annos legatum exegit, nõ meminerint de Anchar. & totaliis Doctoribus, qui contrarium præcisè tenent nec Anchar. & testa-

tores sui mentionem faciant de prædictis, qui aduersantur ex diametro, mihi certè sæpissimè venit in mentem, cum essem consultus de modo testãdi, & vellet testator dotes ab vxore non exigi durante legato vsusfructus, vel alimentorum, qui casus sæpissimè contigit. Et sanè, vt meum non desit iudicium, firmiter teneo, eiusmodi legatum, non esse in fraudem vsurarum, nisi ex aliis coniecturis concurrentibus suspicio augeatur, nam præter quod dubium est, si vsura inducatur, quando testator in vltima voluntate sua aliquid relinquit dandum in annos, quamuis multi contrarium teneant, *vt dixi in eo cons. 23. & ponit Castr. à nemine citatus, in cons.101. circa fin. vol.1. Menoch. d. consil.441.* non debet in dubio fraus præsumi in moriente, *l.fi. C. ad leg. Iul. repetund.* & contrarium procedere posset, quando ex verbis colligi posset quod illud relinquitur contemplatione vsurarum, *vt loquitur Anchar. d. cons.93.* vt expressè relinquitur certa quantitas pro vsufructu dotis. Idem credo, quando quantitas relicta esset correspectiuata ad debitum, puta cum mandat solui octo, aut decem pro centenario. Idem quoq; arbitror quãdo quãtitas relicta habet proportionem cum solita vsurarum quantitate, vt quando pro trecentis aureis relinquuntur triginta in annos singulos, at secus, quando non designatur numerus legatæ, nec debitæ quantitatis, vel, quãdo non dicitur pro vsufructu, nec pro interesse, vel etiam, quando id quod in annos relinquitur longè excedit redditum, qui communiter etiam fœnerando exigi posset de sorte, vt quando vsusfructus est pinguis, vel alimenta sunt magni valoris, dos vero minus multò erit redditura, tunc enim, quia non est verisimile, quod testator cum tam graui iactura respexerit ad dilationem soluendæ dotis *argumento l.cum de indebito, ff. de probatio*, non poterit allegari suspicio vsurarum, & his modis saluari poterit discordia inexcusabilis inter Doctores pro quotidiana quæstione.

Ea vero pici distinctio *d.nu.134.* vbi vult, quod si sub conditione dictum sit, si dotes non petierit, in totum perdatur ius ad petendum dotem, si vero dictum sit, donec dotes non petierit non perduntur, non est perfecta. Quid enim si alimẽta illi reliquit, ita tamen quod dotes suas petere non possit, an eo casu agnito legato per aliquot annos possit postea vxor dotes petere. In hac quęstione Riminal. *in cons.42. num.110.* concludit dari
54 dotium † petitionem, & idem importari per eam formã, ac si dixisset, *donec dotes petierit*, quia ea verba modum important, non conditionem, *secundum Bar. in d. §. Termilius.* Ideo testator videtur exactionem prohibuisse pro eo tantum tempore, pro quo legatum percepit: hæ rationes non valẽt obolum, quia siue sit conditio, siue sit modus, ni-
55 hil interest: sicuti enim conditio † debet impleri, antequam emolumentum quæratur, *l. Thaus ancilla, §. Stichus, ff. de fideicommiss. liber. Bar. in l. quibus diebus, §. Termilius, num.6. Alexan. in cons.119. num.1. vol.1. Ruin. in cons.181. num.2. vol.1. Paris. in cons.19. numer.46. vol.2. Natta in cons.372. num.4. Rolan. in cons.63. nu.20.*

56 *vol.4.* ita, qui non implet † modum, priuatur relicto sibi commodo, *l. si hæres, ff. de cond. ob caus. l. liberto. §. Lucius, ff. de annu. lega. l.2. C. de his, quæ sub modo. Bar. in d. §. Termilius, num.17. vbi Socin. num.14. ver. secunda conclusio. Bald. in consil.219. colum. 2. ver. amplius considerandum. vol.2. Alexand. in consil.127. num.2. ver. adhuc videtur, vol.7. & in cons.112. vol.1. Bald. in consilio 212. num.1. vol.2. & in consil. 250. vol.3. Ruin. in consilio quadragesimo tertio, num.8. vol.2. Menoch. cons.78. numero 27.* & sicuti dixi supra, datur etiam contra legatarium actio, vt modum impleat. Quare vtroque casu tenetur legatarius implere siue modum, siue conditionem, idque solùm interest, quod conditio impletur ante emolumentum quæsitum, modus verò post, & non est verum, quod legataria dicatur impleuisse modum, ex quo durãte vsufructu, non petiit, quia testator non dixit durante vsufructu non petat, sed quod non petat
57 absolutè. Et cũ indistinctè † loquitur, sine distinctione debet intelligi, *l. de pretio, ff. de Public. actio.* Quod verò testator voluerit solùm prohibere petitionem, donec perceperit vsumfructum, hoc est de quo quærimus. Quare concludo non esse quoad nostrum propositum constituendum discrimen, quod testator leget si dotes non petierit, vel leget, ita tamen quod dotes non possit petere, & quod vtroque casu eadem sit decisio. Vnde infertur, quod si in legato conditionali vera esset opinio Bartoli, quæ placuit Pico, ea locum haberet etiam in casu Riminal. cuius ideo consilium probare non possum. Et quia dixi sæpè supra hoc eodem capite, quod modus debet impleri, aliàs legatarius priuatur legato, est aduertendum, quod si hæres eligeret non actionem ad implementum, sed ad priuationem commodi, tunc sine dubio, si vera esset opinio Pici, teneretur vxor restituere, quidquid percepit ante petitionem dotium, quia legatum est vnicum etiam, quando dictum est, *lego alimenta*, ita tamen, quod dotes non petat. Volunt enim Doctores, quod legatum dicatur annuum, & contineat plura legata tantummodo, quando est relictum in singulos annos, vel quando est factum per verba temporis distributiua, *donec, quam diu, quoad, vsquequo*, & similia, vt dixi hac ipsa parte in quæstione, *an alimentorum legatum sit annuum.* Proinde etiam pars percepta veniret restituenda, *vt dixi etiam alibi in hoc opere.*

Dubitari etiam potest stante conditione de qua supra, si vxor per solam petitionem dotium priuetur legato, & cum dixit, si dotem non petierit, vel vsquequo petierit, videtur indubitatum, nam petendo impletur conditio, *l. in conditionibus,*
58 *ff. de cond. & demonstr.* Et ita † tenet Cordub. *d. l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num.212.* facit, quia con-
59 ditio sat est, si fuit impleta † licèt implementum non duret, *l. si quis hæredem, C. de instit. & substit. l. in substitutione, ff. de vulg. l. hæredibus, in principio, ff. ad Trebellian. l. quidam testamento, in fin. princip. & l. rogo, ff. de fideicommiss. liber. Iaf. qui exornat in d. l. si quis hæredem, numero primo, & sequen. Crot. in cons.4. numer.18. Ruin. consil.89. numero nono, vol.4. Paris. in consilio 32. num.84.*

nu.84.vol.1.Alcia.in conſ.177.nu.4.Socin.iun.in conſ.29. num.15.vol.4.Neuiza.in conſ.31.nu.13. Gram. deciſ.69. num.102. Contra videtur priuationem non induci, niſi ſequuta exactione, nec ſufficere petitionẽ:
60 verba etenim intelligenda ſunt cum effectu, † *l. pen.§.pen.ff.ne quis eum.l.1.§. hæc verba, vbi Iaſ.ff.quod quisque iur.c.relatum, vbi gloſ.de cler. non reſid.ca.circa, vbi etiam gl.de ſponſal.* & effectus attendi debet, non
61 verba, † Bar.*in l.3.C.de inſtit.& ſubſti.Dec.in conſ.385.*
62 *col.2.in fi.* prævalet enim verbis, † *Innoc.in c.1.de bigam.Bar.in l.cotem ferro,§.qui maximos,ff.de publican.* Et teſtator cenſetur potius effectum conſideraſ-
63 ſe, quam nudum factum, ideo non factum, † ſed effectus debet attendi, *ſecundum doctrinam Bart.in l. quid ergo, §.cum autem factum, ff.de his, qui not.infam. Roman.in conſ.199.num.2.& 3.* Et quod verba intelligi debeant cum effectu probauit multis, *in conſ. 3.num.22.& ſeq.* Sed præterea dicit gl.*in l.ſi.ff.de rer. diuiſ.* quod etſi in textu dicatur voluerit tranſcen-
64 dere, † tamen intelligi debet tranſcenderit cum effectu. Et infert ibi Bart.ad ſtatutum pœnam ei imponens, qui voluerit mulierem corrumpere,
65 quia non habebit locum, niſi actualiter † corruperit, *ſequitur Barbat.in c.nonnulli,num.17. de reſcript. ad idem gl.in l. quod ſi ab initio.ff.ſi cer.pet.* vbi declarat
66 verbum voluerit vti, ideſt voluntaria † vſus fuerit, *& in l.1.in ver.voluerit, vbi Caſtr.& Alex.ff.de leg.1.in l. ſi.in princ.C.de cond.inſer.in ver.conditionem, l.ſi conſtituerit, in ver.voluiſſe,ff.ſi.regund.* Infert etiam Crem. in ſing.50. quod pœna capitis à ſtatuto impoſita ei, qui voluerit venenare, vel interficere, non habet locum, niſi ſequuto effectu. Ita ergo dicendũ eſt, non ſufficere ſingularem petitionem, niſi etiam ſequatur exactio præcipuè, quia multa contingere poſſunt, quæ exactionem impugnãt ab aduerſario Hinc videmus, quod etſi à lege imponatur pœna priuationis emphyteutę vendenti rẽ ſine domini voluntate, tamen intelligitur de vẽ-
67 ditione, † quæ habeat effectum per traditionem ſequutam *ſecundum Specul.in tit.de loc.§. nunc aliqua, q.95.num.118.Alber.in l.ſi.in fin.& ibi Salic. num.19.Iaſ. num.132.C.de iure emph.Alex.in conſ.173. num.2.vol.2. Tiraq.de conſti.poſſ.par.2.limit.26.num.1.& ſeq.& infinitos concordantes congerit Cordub.in tracta.de cau.quib. emphit.priuat.in tit.de cau. ex alienat.limit.38. in princ.* Sicuti etiam non inducitur priuatio ex eo, quod
68 emphyteuta expoſuerit rem † venalem, *vt per Iaſ. in d.l.ſi.in 5.notab.num.26. Bero.in conſ.170.nu.16.vol.1. Cordub.loco prædicto,limit.10.* Et ſimiliter, quando a-
69 lienatio fuit nulla ex † aliqua cauſa, *Iaſ. dicta l. fin. num.139.Alcia.conſ.258.nu.5. Tiraq.de retract.conſang. §.1.gl.2.num.6.Alcia.conſ.258.num.5.Cordub.limit.22. vbi infert ad plures caſus notabiles, & in limit.23.* Idem dicit, quando venditio eſſet ficta, vel ſimulata, *poſt Caſtr.Ferdin.Loaz.Tiraq. ab eo citatos*, & quæ dicuntur de emphyteuta procedunt quoque in vaſallo alienante feudum, quia in eisdem caſibus ſupra
70 † relatis non incidit in priuationem, *Clar.quæſt.31. num.1.& ſeq.* Propterea ex prædictis, vbi ſola proceſſiſſet petitio, dicerem, vxorem non eſſe priuãdam relicto facto ſub conditione, ſi non petierit, quia teſtator effectum, non verba conſiderauerit, ac ſi conditio non contineret ſolam petitionem, ſed exactionem, puta ſi dotes in domo dimiſerit, vel ab hærede non exegerit, res eſſet omnino indubitata, quia ad priuationem requiritur exactio, nec ſufficit ſimplex, & nuda petitio.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſi quis delinquentem extrahat graui pœna punitur.*
2 *Delinquentem extrahens ab hoſpitali erecto authoritate Epiſcopi punitur.*
3 *Iudex ſæcularis nõ poteſt delinquentem in Eccleſia exiſtentem obſidere, vel militibus circumſiſtere.*
4 *Eccleſias, qui cuſtodiunt ne delinquens exeat, malè faciunt.*
5 *Conſuetudo non valet quod delinquentes cuſtodiantur in Eccleſia, vel eis victus denegetur.*
6 *Eccleſiæ immunitas ne inde delinquens extrahatur, eſt de iure diuino.*
7 *Peccatum tanto eſt grauius quanto antiquius.*
8 *Conſuetudo Eccleſiæ præiudicialis induci non poteſt à laicis.*
9 *Animæ ſaluti conſulendum eſt in dubio.*
10 *Carceratus dicitur qui eſt ſub cuſtodibus.*
11 *Liberare non dicitur, qui extra ſuum territorium liberè non perducit.*
12 *Iudex ſæcularis captum in Eccleſia relaxaſſe non dicitur, ſi eum in reditu capi facit.*
13 *Carceratus dicitur is, cui poteſtas non eſt liberè eundi vel redeundi, quo vult.*
14 *Carceratus dicitur, qui ita diſtringitur, vt non poſſit euadere.*
15 *Carceratus dicitur quicunq; cuſtoditur.*
16 *Prohibito vno cenſetur prohibitum omne id per quod ad illud peruenitur.*
17 *Alienare prohibitus non poteſt actum facere per quem ſequatur alienatio.*
18 *Mens legis eſt ſicuti anima, & verba ſunt corpus.*
19 *Mens legis attendi debet tanquam virtus intrinſeca.*

QVÆSTIO XVII.



Ciunt omnes, quod delinquens ſi confugiat ad Eccleſiã ſaluus eſt, nec inde poteſt extrahi, quinimo extra-
1 hens † graui pœna plectitur, *c.inter alia, de immun.eccleſ.l.2. C.de his qui ad eccleſ.confug.* & eſt communis opinio *ſecundum Gomeſ.Inſtit.de actio.in princ.nu.67.ponit Clar.in ſua praxi crimin.quæſt.30.in princ.* & procedit etiam in hoſpi-
2 tali erecto authoritate † Epiſcopi *ſecundum Archid. in c.definiuit 17. quæſt.1. Bald.in l.ſi quis ad declinandam, C.de epiſc.& cler. Alexan. in conſ.9.col.2.vol.2.alios citat Didac.lib.ſecundo variar.reſolut.cap.20.num.4.verſ.tertio conſtat.* Et ampliatur concluſio multis modis per Didac. & Clar. in locis prędallegatis, vbi præcipuè ponunt quid in palatio Epiſcopi, & in ſolo, quod ab Eccleſia diſtat quadraginta paſſibus quid in oratoriis priuatis, quid in Eccleſia deſtructa, quid in non conſecrata. Verum eſt quidem, quod hodie multi de facto parum curant de eiusmodi immunitate, & vidi aliquando capi debitorem in palatio Epiſcopi, & in domibus Canonicorum

Ecclesiæ annexis pro debito priuato, sed & Deus sui iuris iustissimus iudex in tempore vindictam sumit. Dubitatur autem, si possit iudex sæcularis obsidere Ecclesiam, eamque militibus circumsistere, & prohibere, ne alimenta, aliaq; necessaria ad eum deferantur, qui se in Ecclesiam recepit, aut illum in compedes coniicere, id quod multi facere solent, dum per Ecclesiasticum iudicē cognoscitur, si qualitas impicti delicti patitur illum
3 extrahi de Ecclesia. Et sanè † text. est clarus quod non, *in l. præsenti, §. nec in ipsis Ecclesiis, C. de his qui ad eccles. confug.* vbi dicitur victualia, & quæ ad victum, vel requiem pertinent deneganda non esse. Hoc idem voluerunt Doctores omnes *in d. c. inter alia, Hostien. in sum. de immu. eccles. §. in quantum, col. 3. versiculo, & nota quod quamdiu*, vbi ait, quod donec delinquens est in Ecclesia, non est ab illa eiiciendus, detinendus, aut restringendus, nec ei deneganda est vestis, victus, aut requies, subdens crimen læsæ maiestatis hoc modo committi, *vt in l. secunda, C. de his qui ad eccles. confug.* Allegatur etiam Hostien. *in d. c. inter alia*, dixisse, quod malè faciunt
4 domini temporales † qui adhibent custodes, & obsident ecclesias, Guido Pap. *decis. 121. num. 3.* vbi dicit, quod ij non debent etiam de iure compeditari, & subdit, quod facientes contrarium, infringunt immunitatem Ecclesiæ, ac si illos extraherent, proinde incidunt in pœnam *l. fin. C. de his qui ad eccles. confug.* Hoc etiam placuit. Didac. *d. c. 20. num. 7. ver. 31. eadem ratione*, vbi ait, hoc nihil aliud esse, quam violare immunitatem Ecclesiæ. Idem voluit Clarus, *d. quæstio 30. numer. 21.* vbi dicit esse communem opinionem, Cordub. *in l. si quis à liberis, §. solent, num. 47. ff. de liber. agnoscen. vel alen.* vbi dicit, quod iudices qui hæc faciunt committunt in Bullam Cœnę Domini. In aliquibus tamen locis obseruat consuetudo, quod delinquentes obsidentur, & subtractis alimentis, atque aliis ad vitam necessariis coguntur exire, vt attestatur Ign. *in l. 1. in principio, num. 9. ff. ad Sillania. Remig. de immun. eccles. quæstio. 15. & rursus, folio 238. quæst. 6.* Ea tamen
5 consuetudo non valet, † vti probat Igne. loco prædicto, ea principali ratione, quod immunitas
6 hæc fuerit Ecclesiæ diuino † iure concessa, vt probat ibi, *num. 26.* Et in his, quæ à iure diuino procedunt, nihil potest populi consuetudo, sicut nec statutum, vti ponunt Doctores, *in capitulo finali, de*
7 *consuetud.* quia peccatum tanto est grauius, † quanto est antiquius, vbi dicunt Doctores, *in capitulo finali, de præscriptio.* At Didac. *d. c. 20. num. 2.* multis probat rationibus, quod immunitas ea, neq; naturalis est iuris, neque diuini, cum neque antiqua, neque Euangelica lege sancitum de ea quicquam reperiatur, quod si verum esset, sustineri posset forte consuetudo contraria aduersus ius
8 positiuum, nisi dicamus, quod laici † non possunt consuetudinem inducere, quæ sit præiudicialis Ecclesiæ, vt per Doctores, *in capitulo, Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitutio.* At vbi consuetudo esset legitimè introducta, haberetque necessaria requisita, aliud esset dicendum. Mihi verò quidquid aliis placeat, tutius videtur immunitatem seruare, & in re dubia † animarum saluti consulere, *vt*
9 *in capitulo, consilium. de obseruat. ieiun. glos. in capit. 1. de scrutin. in cap. iuuenis, de sponsal. Innocen. in capit. cum ad audientiam, de homicid. Felin. in capit. finali, de præsump. Marsil. sing. 151.* Nec mihi videtur sub prætextu cōsuetudinis lædēdam esse Ecclesiæ immunitatem, benè fateor, quod dum cognoscitur, si de Ecclesia possit extrahi, iudex Ecclesiasticus iustè vocabit illum custodiri. Et hoc modo seruatur ius Ecclesiæ, & nihil minuitur de iure publicæ vindictæ. Facit autem pro confirmatione prædictæ decisionis, quia dicitur esse in carceribus, qui habet
10 † custodes adeo, quod non potest ire quo vult, *l. qui neque, ff. de verborum significationibus*, vbi Iacob. de Aret. notat, & ponit Bar. *in l. qui carcerem, numero 1. in fi. ff. quod met. cau.* vbi ait, contractum factum à carcerato in fauorem carcerantis, esse meticulosum, licet contrahens fuerit extractus, si tamen habuit custodes, Abb. *in capitulo accedens, numero secundo, de procurato.* vbi damnat practicam, quam solent aliqui adhibere, quando volunt contrahere cum carcerato. Faciunt enim illum educi, de carceribus, & per familiam custodiri, dum contrahit. Sed per hæc non dicitur liberatus, nec validè contrahit, & infert, quod, qui tenetur aliquē
11 liberare, † vel constituere libertati, non satisfaciat obligationi, relaxando illum simpliciter in suo territorio, nisi etiam faciat illum extra suum territorium perduci ad locum, vbi liberum sit sibi stare, ire, & redire. *Felin. in c. cum ego enim, num. 9. versi. & istis adde omnino, de iureiuran.* vel etiam dicit, quod securitas data pro accessu extenditur ad recessum. Et post Bartol. *in l. prima, ff. de acquiren. rer. dom.* ait, quod iudex sæcularis non dicitur relaxasse carceratum, quem ceperat in Ecclesia, si in
12 reditu facit eum capi, † *Dec. in consilio 219. numer. 4. in fine, versicul. quarto.* Benè facit ad notabiles decisiones, arguendo, actum fuisse metu factum, *Marsil. in l si quis percussorem, numero 9. C. ad legem Corne. de sicar.* Et præter eos, Cuman. qui non solet allegari, *in consilio sexagesimo octauo, in princip.* dicit captiuum,
13 & carceratum intelligi † eum, cui libera non est facultas eundi, & redeundi. Et hac ratione impugnat contractum factum extra roccham in qua fuerat quis prius detentus. Et inquit Bald. *in l. finali, C. de post lim. reuer.* quod inuitus retineri dicitur, qui non permittitur abire. Et inquit text. *in l. succurritur, ff. ex quibus cau. maior.* quod carceratus
14 † dicitur, qui ita distringitur, vt euadere non possit. Et illum textum, ait valdè notabilem, Iaf. *in §. rursus, numero quarto, Institut. de action.* Et Gard. Alexand. *in capitulo, super eo, columna secunda, in fine, de appellatio.* tenet, quod carceratus dicatur quicun-
15 que † sub custodia positus, licet districtus non teneatur. Allegat Ang. *in dicta l. qui carcerem, Imo. in l. qui à latronibus, ff. de testamen.* & per hæc reprobat gl. *in l. finali, C. de curio. libro duodecimo*, quæ videtur contrarium tenere. Cum ergo existens in Ecclesia adhibitis custodibus inde recedere non possit, vtique dicitur detentus, & carceratus, imo maior vis hoc modo fit Ecclesiæ, quam extrahendo, quia extractionis actus est momentaneus. Illa verò cu-

rò custodia est actus successiuus, & continuus. Qua ratione dicimus, quod carcer infert continuum grauamẽ, & nulli dubium, quin actus successiuus plus grauet, quam momentaneus, rursus, dum iudex mandat delinquentem in Ecclesia custodiri, abutitur Ecclesia loco carceris, ita vt dici ei possit, *Fecistis eam speluncam latronum, vt in Euangelio.*

Confirmatur etiam dicta decisio, quia vno
16 † prohibito, censetur id omne prohibitum per quod ad illud peruenitur, *l. oratio, de sponsalib. l. cos, in fin. C. de vsur. l. finali, C. si mancip. l. 2. §. vtrum, ff. de iudic. l. idemq; §. 1. ff. pro socio, l. obseruare, ff. de offic. proconsul. l. scire, §. si iura, ff. de tutor. & curato. dat. ab his, l. in seruitutem, §. si quis, C. de bon. libe. l. quamuis, §. si cum essem, ff. ad Velleianum. facit reg. cum quid, de reg. iur. in 6.* Imo pro hac regula solet semper allegari text. *in l. finali, C. de his qui ad eccles. confug.* qui non potest aliter induci, nisi dum prohibet victum, vestem, & requiem ei negari, qui confugit ad Ecclesiam. Cum ergo interdicitur delinquentis extractio de Ecclesia, cẽseri etiam debet interdictus omnis actus, per quem ille exire cogatur, sed nihil magis potest illum educere de Ecclesia, quam famis, quia nulla necessitas plus fame stringit. Ergo, &c. Facit
17 etiam, quia alienare prohibitus nõ potest actum facere, † per quem sequatur alienatio, *gl. in l. item quia. ff. de pactis, l. codicillis, §. matre, vbi glos. & Bartol. ff. de legatis secundo, Dec. in cons. 30. num. 2. & in cons. 445. num. 26.* Rursus immunitas Ecclesiæ non tam in eo consistit, quod capi quis in ea non possit, quã quod ibi liber sit, & securus. At quomodo erit securus si denegantur, aut prohibentur necessaria ad vitam, atque ita prohibens, ne victus ad eum deferatur offendit magis finem, & mentem legis quam verba, & multò plus est mentem, rationem, & finem legis lædere, quam verba, mens enim le-
18 gis † est sicut anima, & verba sunt sicut corpus, & superficies, *Bald. in l. si quis seruo, columna finali, versic. ex his apparet, C. de furt.* Et dicit idem Bald. *in l. post fratres, la seconda, versiculo, item frater, ff. de legitim. hæred.* quod legis mens debet attendi, tanquam vir-
19 tus † intrinseca, & tanquam genus prædicans de singulis suis speciebus. Et dicit Abb. *in capitulo, nihil, columna quinta, versiculo, nec dicatur de electio.* quod mens, & ratio sic se habet ad legem, sicut anima ad corpus. Vnde sicuti anima dominatur corpori, ita mens dominatur legi, & eius verbis. Et idem ferè, sed per alia verba dicit Socin. *in consilio 241. columna secunda, versiculo, præterea. & tertio, volumine secundo, & multos citat Tiraquel. in tract. cessan. cau. parte prima, num. 134.* Postremo pro supra allegata decisione adduci potest pulchrum Taciti dictum, quod vitæ necessaria illi sunt relinquenda, cui vita dimittitur: Si enim in Ecclesia se recipiens vitam suam liberat, permittendum est, quod ibi habeat necessaria ad vitam. Addo quod dum victus delatio interdicitur vis infertur non solùm Ecclesiæ, sed etiam Ecclesiasticis personis deferentibus. Timeant igitur iudices iustum Dei iudicium, iuxta illud, *Discite iustitiam moniti, non temnere diuos.*

SVMMARIVM.

1 *Naturalis imputat in sortem fructus prædij sibi obligati, donec soluerentur aurei quadringenti pro alimentis relicti.*
2 *Testator legans certam quantitatem non potest ordinare quod donec soluatur, hæres tradat singulo anno certum quid.*
3 *Vidua non consequitur interusuria dotis ab hæredibus mariti si negligit dotes exigere.*
4 *Vsura non debet permitti etiam sub prætextu alimentorum.*
5 *Paria sunt fructus in sortem non imputari vel vsuram concedi.*
6 *Fructus rei pignoratæ, ne imputentur in sortem pacto fieri non potest.*
7 *Pactum, quod mulieri viduæ non imputentur in sortẽ fructus percepti ex re obligata pro dote, non valet.*
8 *Argumentum a contractibus ad vltimas voluntates valet.*
9 *Argumentum ab vltima voluntate ad contractum est validum.*
10 *Vsura non est, quando testator aliquid annuum relinquit donec soluatur legatum, si non est in facultate legatarij exigere relictum.*
11 *Vsura non committitur quando non præcedit pactio.*
12 *Vsura non est quando aliquid à sponte dante recipitur pro mutuo.*
13 *Rerum suarum quilibet est moderator, & arbiter.*
14 *Legem rei suæ ponere dominus potest prout vult.*
15 *Vsura nihil aliud est quam lucrum.*
16 *Vsurarum quæstio si in iure consistit spectat ad iudicem ecclesiasticum, secus si sit facti.*

QVÆSTIO XVIII.

PAter reliquit filio naturali quadringentos aureos soluendos à suis hæredibus, & pro eis obligauit in specie quoddam prædium, ita quod donec soluantur aurei relicti filius fructus percipit, & non imputat in sortem: dubitatur si filius, qui fructus percepit teneatur illos in sortem imputare? Et Crau. *in cons. 89. num. 1. & seq.* post aliqualem disputationem tenet,
1 † quod imputentur, quia ordinatio illa testatoris continet vsuram, proinde nõ valet. Allegat Aret. *in cons. 82. per totum* vbi dicit, quod nõ valet dispo-
2 sitio testatoris mandantis, quod donec † hæres soluerit legatum, tradat quadraginta aureos in singulos annos *idem voluit Barb. in cons. 66. num. 4. in fi. ver. cum ergo, vol. 2. Soc. in cons. 56. nu. 2. ver. ex quib. indubitanter, vol. 3. Ias. in l. cunctos populos, nu. 29. in rep. C. de sum. Trin. & fide catho. Purpur. in l. rogasti, §. si tibi, ff. si cer. pet. Crot. in l. nemo potest, nu. 5. & seq. ff. de leg. 1. & ibi etiam Ripa nu. 23. vbi tamen non meminit de Aret. idem Crot. in cons. 86. num. 3. Bertran. in cons. 199. num. 2. vol. 3. & hoc inquit mirabile, & non legisse alibi Lupus in c. per vestras, §. 6. in ver. & faciunt, de donatio. inter vir. & vxor. folio 173. Rebuff. in l. vnica, num. 22. & nu. 616. C. de sent. quæ pro eo q; inter. Rol. in cons. 55. nu. 21. vol. 2. vbi late agit, & ante pdictos omnes hoc voluit Cast. in cons. 101. circa fi. vol. 1.* Et licet pater teneatur ad alimenta erga filium naturalem, proindeq; illa dispositio possit

sustineri ratione alimentorum, tamen non tenetur, quando filius habet aliunde. At filius in proposito casu potest prouideri de alimentis exigendo legatum principaliter sibi factum, & cum eligat potius fructus prædij, atque ita interesse, quã sortem, nec curet quantitatem legatam exigere, sibi non debentur alimenta, ergo non fructus illi, argumento eius quod dicimus de muliere vi-
3 dua,† quæ si non curat dotes exigere, cum possit, non consequitur ab hæredibus mariti interusuria dotis, etiamsi non habeat aliunde secundum gl. & Doctores communiter *in l. diuortio, in princip. vbi Iaſ. verſic. quinta concluſio, ff ſolut. matr. Didac. lib. 3. variarum reſolut. cap. 1. verſ. 6. Hinc etiam conſtat, Crau. in conſ. 189. num 7. in fi. Rolan. in d. conſ. 55. num. 18. Plot. in tract. de in lib. iura. §. 11. nu. 27. Burſat. in conſ. 8. nu. 48.* Hæc autem ratio militat etiã in filio naturali, qui potest exigere legatum, & ex eo se alere, ergo fructus illi erunt imputandi in sortem.

Tertio præter Crau. facit, quia vsura non po-
4 test permitti etiam sub blando † vocabulo alimẽtorum, vel eorum intuitu, *Anch. in conſ. 150. num. 5. col. 2. verſ. ſed an ex pacto, & eum ſequuntur Alexan. Purpur. Crau. & alij citati a Rol. in in d. conſ. 55. num. 26. vol. 2. & dixi in hac parte in quæſtione, an vxor, cui maritus reliquit alimenta poſſit dotem exigere, verſ. quando tamen alimenta.*

Quarto paria sunt dicere, quod fructus nõ im-
5 putentur in sortem, vel quod † concedatur vsura, *cap. 1. capitu. conqueſtus, & cap. quia fruſtra. de vſu. & ita dicit Alex. in conſ. 31. num. 3. verſ. & hanc partem, vol. 6. Neguſ. in tracta. de pignor. in quinto mem. 5. par. num. 10. Rub. in conſ. 55. nu. 2.* & non valet pactum quod fru-
6 ctus minimè † imputentur in sortem, *vt inquit Bal. in l. 1. C. de diſtract. pigno. Abb. in c. 1. num. 2. de vſur. Cuman. in conſ. 19. in vltimo dubio, Neguſan. loco prædicto, num. 10 Guid. Pap. ſing. 502. Bertran. in conſ. 241. in quarto volumine, Natta in conſ. 536. num. 14. Caual. qui teſtatur de communi in tracta. de vſufru. mulie. relic. num. 207.* Et hoc procedit etiam in muliere vidua, quia nec
7 cum ea valet pactum † de non imputando fructus in sortem, *vt per Doctores, in cap. ſalubriter, de vſur. ponunt Lau. de Rodul. Archiep. Floren. Rum. Rub. & Cæphal. quos allegaui in conſ. 194. num. 14.* & si non potest fieri per contractum, non etiam poterit fieri à testato-
8 re, quia valet † argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, *l. ſi. vbi Salic. C. de legat. Inſtit. de lege canin. tollen. in princ. vbi gl. Ioan. Fab. Ang. & alij*, sicuti
9 etiam econtrà, † *l. pactum inter hæredem. ff. de pact. l. iure ciuili, ff. de cond. & demon. l. ſeruum filij, §. cum qui chirographum, vbi Doctores omnes, ff. de legat. 1. l. ſi diuortio, vbi Doctores omnes, ff de verb. obli.* Et pro hac parte facit distinctio Cagno. *in l. curabit, num. 14. verſ. ſecundus caſus, C. de actio. emp Didac. lib. 3. variar. reſolu. cap. 1. circa fi. verſ. ſed vbi legatarius, Moder. Gal. in tract. de vſur. q. 73. verſ. 483. Menoch. in conſ. 441. nu. 22. & ſeq.* Quibus in locis dicunt vsurarium esse relictum, quã-
10 do legatarius potest de presenti petere, † & exigere, licet aliud sit, quando petitio non est in illius facultate, puta, quia testator dilationem concessit hæredi ad soluendum: in præsenti enim facto est in facultate filij statim petere, & dilatio solutionis est ei imputanda, qui tacet & patitur. Hæc opinio est validissimis fundamentis, & rationibus fulcita, mihi tamen nunquam placuit, quia non potest cadere in mentẽ quod dicatur vsura, quando testator certum quid relinquit de bonis suis, & donec ab hærede præstetur, mandat interim pœnæ nomine tantũ dari legatario, quia hic nulla cadit conuentio, nulla pactio inter legatarium & hæredem, id quod est necessarium, vt contra-
11 hatur vsura, † vt consideraui *in conſ. 23. num. 6.* Rursus in testatore non potest considerari vsura, cum non teneatur ad sortem, nedum ad interesse, & si quid relinquit, id omne à mera illius liberalitate
12 procedit, quod autem sponte datur, licitè, † & sine labe recipitur etiam propter mutuum, *capitulo, ſicut epiſcopum, prima quæſt. 2.* vbi gl. ait, quod vitiũ hoc modo non imputatur, & probaui *in d. conſ. 23. nu. 4.* Postremo poterat testator fructus fundi relinquere, & præterita etiam alimenta, quare ergo non potest vnum relinquere purè, & aliud sub
13 conditione, cum de rebus † suis quilibet sit moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mand.* & rei suę
14 possit quis legem apponere, quæ magis † placeat, *l. in traditionib. C. de pactis, Zabarel. in clem. quia contingit, in 11. notab. de religioſ. dom. D. Becius in conſ. 101. nu. 25. & ſeq.* Et hoc quoque argumento vsus sum in eo *conſ. 23. nu. 9. verſ. 5. cum omne,* & ibi conatus sum sustinere, quod valet legatum aureorum quingentorum relictum hospitali soluendum intra quinquennium, & quod interim soluat hæres quinq; pro centenario, an verò assequutus fuerim veritatem, aliorum sit iudicium: scit autem Deus, me ex vera animi mei sentẽtia scripsisse. Vnum porrò in præsenti quæstione est optimè considerandum, quod etsi filius naturalis fructus prædij obligati consequeretur, non tamen pro hoc fieret locupletior, quia dum ex eis viuit parcit capitali aureorum quingentorũ sibi relicto, & tanto plus sequuta morte cogitur hæredibus restituere: dixi enim suo loco, quod cum certa quantitas naturali filio relinquitur ad alimenta, ea post mortem venit restituenda hæredib. Cum ergo filius vixit de redditibus prædij obligati, tanto minus consumpsit de sorte ad alimenta relicta, vbi verò nõ resultat lucrum cessat vsura, quæ nihil aliud est
15 quam † lucrum, vt probatur in sua definitione per Doctores, *in rubrica de vſur. extra, & in l. quod ſi Epheſi, in princip. vbi præcipue Caſtr. de eo quod certo loco, Salic. in l. 2. C. de vſuris, Natta in conſ. 45. num. 14.* Et ex quo filius non potest quicquam vltra alimenta percipere, non est curandum, quod ea alimenta consequatur potius ex fructibus fundi obligati, quam ex fructibus pecuniæ relictæ, sed vtrunq; relictum in eandem causam conuertitur.

Ad authoritates contrarias responderi potest, quod procederent, quando testator fuisset debitor, & vni reliquisset, quod iam debebat mandãs, quod illi certum quid detur, donec solutio retardabitur: tunc enim, quia debitum est iam formatum, & illa quantitas relinquitur ob solam dilationem temporis potest sustineri eorum decisio, quod sapiat vsuram, secus verò quando testator re-

tor reliquit, quod non debebat, quia cum à liberalitate proueniat non subiicitur suspicioni. Præterea responderi potest, quod contraria possunt procedere, quia legatarius ex temporis dilatione lucrum cõsequitur vltra sortem, sed in facto nostro filius nihil vltra consequitur, ex quo deductis alimẽtis, quidquid supereſt cogitur restituere. Et certè hæc consideratio lucri omnino cessantis tollit omnem difficultatem. Si enim legatarius fructus prædictos perciperet, & vlterius sortem posset exigere, vti loquuntur Doctores in contrarium citati, & esset sortis dominus, vtique posset lucrum, & consequenter etiam vsura considerari. Sed quia lucrum cessat, & filius sola alimenta potest habere, ita vt si plus percipit restituit, si minus hæres supplere tenetur vsque ad id quod pro victu est necessarium, tollitur omnis suspicio vsurarum, imo nullo modo potest dici vsura.

Intelligi tamen debet conclusio hæc, quando fructus prædij non excederent debitam alimentorum præstationem, quia tunc cessarent rationes supra consideratæ, & locus esset decisionibus contrariis. Cogita super præmissis omnibus quia noua sunt, & inuenio aliquem tãgentem, & quia ad Romanam Ecclesiam spectat cognoscere, an
16 sit, vel non sit vsura, ex quo est † quæstio iuris, nõ facti, *Panorm. in clemen. ex graui. de vsur. cuius opinionẽ sequũtur Doctores communiter, & ante eum, idem tenuerunt Bald. Anch. Castren. & Fulgos. quos citat Rol. in cons. 96. num. 45. vol. 2. vbi addit Alexan. Guid. Pap. Corn. Aflict. Rodul. Dec. Boss. Nattam. & Maran. & ita concludunt Doctores omnes Legistæ, & Canonistæ, quando quæstio est iuris, vt inquit Ias. in cons. 153. num. 3. vol. 4. Clar. qui plures addit in pract. crimin. quæst. 37. nu. 2. Bertran. in cons. 215. vol. 2.* Et quamuis multi dicant contrarium, illi tamen intelliguntur, quando quæstio est facti, an scilicet talis fecerit talem contractũ, at vbi iuris est, & solum dubitatur, an contractus sit, vel non sit vsurarius, nulli dubium, quin hoc solius Ecclesiæ iudicio subiaceat, cuius est leprã discernere à lepra, & de peccato iudicare. Ideo consulendi essent Theologi, & standum Ecclesiæ decisioni.

SVMMARIVM.

1 *Filius pro alimentis habet titulum lucratiuum, licet pater habeat onerosum.*
2 *Dispositio intelligi debet simpliciter, non secundum quid.*
3 *Tale non dicitur quod est tale secundũ quid, non simpliciter.*
4 *Lucrum dicitur quidquid à lege defertur.*
5 *Lucrum dotis marito delatum per mortem vxoris cõtineat titulum onerosum.*
6 *Lucrum non dicitur quod originem trahit à causa onerosa.*
7 *Actio reuocatoria non datur contra habentem onerosum titulum.*
8 *Ignorantia iuris excusat eum qui titulum habet onerosum, non qui lucratiuum.*
9 *Maritus an filiis primi matrimonij teneatur reseruare lucrum dotis sibi à statuto delatum.*
10 *Insinuatio an requiratur in lucro dotis, quod maritus ex statuto facit per mortem vxoris.*
11 *L. hac edictali, C. de secund. nupt. an locum habeat in legato alimentorum.*
12 *Insinuatio an sit necessaria quando fit donatio in causam alimentorum vel reseruato vsufructu.*
13 *Donatio ex causa alimentorum ei facta quem tenetur alere est insinuanda.*
14 *Regula seruari debet donec probetur limitatio.*
15 *Vita hominis taxatur secundum l. hæreditatum, ff. ad leg. falcid. quãdo quæritur, an maritus plus reliquerit vxori secundæ quam filiis primi matrimonij.*

QVÆSTIO. XIX.

QVæsitum fuit aliquando, si filius ad alimẽta titulum habeat onerosum, vel lucratiuum. Et Doctores *in d. l. si cum dotẽ. §. si pater, ff. solut. matrim.* videntur tenere, quod titulus sit lucratiuus, Et Bald. *in l. 2. num. 2. C. de reuoc.*
1 *his quæ in fraud. cred.* dicit † quòd & si respectu patris titulus sit onerosus, tamen respectu filij est lucratiuus: mouetur, quia quidquid debetur ex legali obligatione defertur lucratiuo titulo. *Sequitur Cordub. in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 274. ff. de lib. agnosc. vel alen.* Sed aduertendum quod Bald. loco præcitato non id dicit absolutè, sed comparatiuè ad creditores, quæ conclusio est in dubitata. Aliud verò est, quod quid sit tale simpliciter; vel
2 quod sit secundum quid, & dispositio, quæ † de aliquo loquitur nõ trahitur ad illud, quod est tale secundum quid, *l. si cui lana, & l. hoc legatum, vbi Bart. ff. de legat. 3. Bar. in l. Lucius, §. quæsitum ff. eo. tit. & in l. 1. §. hoc interdictum, ff. de fonte,* & procedit etiam in materia fauorabili *secundum Socin. in cons. 1. nu. 4. in fi. vol. 3. Ruin. in cons. 24. num. 13. vol. 2. Gozad. in consil. 60. num. 10. addo Alex. in cons. 106. num. 3. vol. 5. Ias. in*
3 *l. 1. num. 3. C. de successor. edicto.* & non est tale, † quod est solummodo secundum quid, *Bar. in l. maritus, §. legis Iuliæ, ff. de adult. Bal. in l. adoptiuum, §. patronum, ff. de in ius vocan. Alex. in cons. 178. col. 1. in fi. vol. 2.*

Secundo quoq; aduertendum est, non esse veram conclusionem, quam ex Bald. dicit Ias. *in d. §. si quis in fraudem*, quod titulo lucratiuo haberi di-
4 catur, quicquid † lege defertur, nam lucrũ dotis à statuto delatum marito, quamuis ex legis dispositione proueniat, non tamen per titulum lucra-
5 tiuum, sed onerosum, vt † probat expressus tex. *in l. vnica, §. lucratiuas, in ver. si verò vel socer, C. de impor. lucrat. descrip. vbi Ang. id expressè notat, voluit etiam gl. fin. in verbo duntaxat, in l. si donaturus, §. fin. ff. de cond. ob caus. dat. Bald. & Ioan. de Plat. in d. §. lucratiuas, Bald. in l. hac edictali, in princ. col. 2. vers. pone quod non est appositum, C. de secun. nup. in l. cum multæ, col. 2. C. de donat. ante nupt. & idem voluit ante eos Bar. in repet. l. si constante, in 10. quæst. secunda parte princip. ff. solut. matr. Dec. in cons. 353. col. 2. cum multis apud Tiraq. in l. si vnquam, in ver. donatione largitus, num. 175. C. de reuoc. dona. Ruin. in cons. 11. col. pen. vol. 5. Paris. in cons. 62. vol. 4. Rolan. in tract. de lucro dot. quæst. 4. num. 19. Phanuc. in eo. tract. gl. 8. nu. 1. & seq. vbi multos cumulat, & adducuntur præter l. vnicam, §. lucratiuas, alij textus præcipuè in l. ex promissione, ff. de actio. & oblig. l. Aquilius regulus, & l. si pater, ff.*

ter, ff. de donatio. l. pro oneribus, ff. de iure dot. Non enim attendi debet ius deferens, sed finalis causa dilationis, & ab ea iudicatur titulus oneroſus, vel lucratiuus, Bald. *in l. quod nomine, ff. de cond. indeb.* vbi
6 dicit, ideo non cenſeri lucrum, † quia originem trahit à cauſa oneroſa, ideſt à matrimonio eiusq; oneribus. Et dicit Phanuc. loco prædicto, *num. 5.* quod lucrũ dotis non magis cedit marito in cauſam oneroſam, quam cedat vendenti pretium pro re, quam vendit. Ea igitur Iaſonis concluſio non placet, ſed benè exiſtimo verum eſſe, quod filius ad alimenta titulum habeat lucratiuum, quia nihil ipſe patri tribuit in alimentorum recompenſationem. Et ſi dicatur quod tenetur exhibere reuerentiam patri, & eſſe illi in obſequiis: reſpondeo quod hæc & plura alia filius deberet, etiamſi pater alimenta non præſtaret, tanta obligatione propter generationem illi obſtringitur, niſi fortè dicamus modicum eſſe generationis beneficium, ſi genitum pater non alat, quod tamen abhortet à ratione, cum nullum maius conferri beneficium poſſit, quam generationis, & non eſt inutilis quæſtio, an titulus ſit lucratiuus, vel oneroſus: ex ea enim infertur ad reuocatoriam actio-
7 nem, † quæ contra habentem oneroſum titulum non datur, ſed benè contra habentem lucratiuũ, *ſecundum Bald. in d. l. 2. C. de reuoc. his, quæ in fraud.* Infertur etiam, quod ſi eſt lucratiuus, iuris ignorãtia non excuſat, ſed ſi eſt oneroſus † excuſat, quia
8 de eo lucro idem iudicatur, quod de damno vitãdo, *vt poſt Alex. concludit Dec. in conſ. 402. num. 7. Phanuc. d gl. 8. num. 5.* Ex ea quoque cognitione iudicant Doctores, an maritus teneatur aliquid reſeruare filiis, ex primo matrimonio, vt in lucro do-
9 tis examinat † Bald. *in auth. ex teſtamento, num. 6. columna finali, ver. ſed ſtatim iuxta prædicta*, C. *de ſecund. nupt. Bertran. in conſ. 212. num. 4. vol. 2. Corn. in l. fœmina*, C. *de ſecund. nup. Socin. in conſ 42. num. 8. vol. 4. Ruin. in conſ. 51. num. 4. vol. 1. multos citat Phanuc. d. gl. 8. nu. 13.* Infertur item, an ſit locus inſinuationi, quia ſi eſt merum lucrũ, & excedat quingentos aureos, erit inſinuandum, non verò ſi ſit onus. Ideo Rolan. poſt alios, quos citat *in tract. de lucro dot. q. 53. num. 4.* loquendo in lucro dotis, quod marito defertur
10 per ſtatutum, inquit, † quod ſi propter onera matrimonij applicatur viro, non eſt neceſſaria inſinuatio, de quo etiam aliquid tangit Phanuc. loco prædicto, *num. 12.* In quibus tamen deciſionibus non quieſceret animus, ſi de illarum veritate nũc eſſet tractandum. Pro nunc autem ſufficiat dicere quod, an relictum ex cauſa alimentorum ſub-
11 iaceat † diſpoſitioni *l. hac edictali, ponit Crau. in conſil. 194. num. 3. & dixi ſuo loco in hoc opere.* An verò inſinuatio ſit neceſſaria, quando donatio fit in cauſam alimentorum, non eſt dubitandum, ſi ei fit, quem donans non tenebatur alere, quia eſt pura, & ſimplex donatio, quando verò fit alicui, vt alat donantem, non etiam requiritur, quia eſt dona-
12 tio ob cauſam. Et Alexand. *in conſ. 12. num. 6. vol. 1.* ponit † de eo, qui donat reſeruato vſufructu. Et Cordub. *in d. l. ſi quis à liberis, §. vtrum, num. 19.* dicit, quod non requiritur, maius eſt dubium, quando fit ei, quem tenebatur alere. Et iſto caſu ego
13 dico, quod eſt inſinuanda, † tũ quia cauſa eſt lucratiua, tum etiam, quia licet pater teneatur filiũ alere, non tamen tenetur omnium alimentorum totius vitæ temporis ſolutionem repræſentare, ſed ſat eſt, quod per tempora faciat particulares ſolutiones, & illud commodum medij temporis eſt mera donatio. Ideo legi ſubiacet inſinuationis. Item cum donatur propter alimenta, remanet res donata apud donatarium, ſeu eius hæredes, etiamſi citiſſimè decederet, & ſtandum eſt re-
14 gulæ, † ſi non adducitur limitatio, *l. 1. vbi Doctores, ff. de reg. iur.* Benè admitto, quod æſtimatio rei non erit deducenda à vero valore pñtis temporis, ſed habebitur reſpectus ad obligationem, quæ purificatur de trimeſtre in trimeſtrem, vel de ſemeſtre in ſemeſtrem. In calculando autem alimentorum valore attendere debemus regulam *l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid.* quæ locum habet in omni re, *vt alibi diximus in hoc opere, facit Crau. d. conſ. 194. nu. 5.* vbi
15 idem dicit, quando † dubitatur, ne pater plus reliquerit ſecundæ vxori, quam filiis ex priori matrimonio. Et non eſt aliqua ratio diuerſitatis. Quare non ita attendatur illius legis diſpoſitio, vbi agitur de inſinuatione, ſicuti cum quæſtio eſt de diminuendo legato relicto ſecundæ vxori, propterea idem omnino ius eſt ſeruandum vtroque in caſu.

SVMMARIVM.

1 *Profectitium dicitur lucrum, quod facit filius ex fructibus fundi ſibi ad alimenta aſſignati.*
2 *Profectitium dicitur quidquid filius acquirit ex re patris.*
3 *Profectitium dicitur quidquid patris contemplatione ad filium peruenit.*
4 *Profectitia dicitur dos, quæ pro patre datur filiæ ab aliquo.*
5 *Profectitium dicitur id cuius pater eſt proxima cauſa.*
6 *Aduentitium dicitur lucrum, quod filius facit ex fructibus colonicæ patris rei aſſignatæ, à patre pro alimentis.*
7 *Diuiſio inter ſocios ruſticos fit per capita laborantiũ.*
8 *Induſtriæ pretium non eſt ſemper vniforme.*
9 *Aduentitium dicitur, quod prouenit ex propria induſtria, profectitium autem quod ex capitali.*
10 *Lucrum quod facit filius ex re patris tribuitur pro dimidia induſtriæ, & reſiduum capitali.*
11 *Operæ cedunt rei, & ad eum pertinent cuius eſt res.*
12 *Peculium dicitur non ſolùm capitale ipſum, ſed etiam omne eius incrementum.*
13 *Filius arãdo, vel ligonizando in fundo paterno acquirit patri.*
14 *Filius acquirit patri quidquid ex fructibus fundi ſibi in alimenta aſſignati acquirit.*
15 *Aduentitium dicitur lucrum, quod facit filius agricultor pro induſtria ſua ex fundo patris.*
16 *Aduẽtitium dicitur lucrum, quod facit filius ex re patris pro parte induſtriæ.*
17 *Aduentitium dicitur lucrum, quod facit filius exercẽdo mercaturam ex pretio fructuum prædy aſſignati ad alimenta.*

18 Indu-

18 *Industria dicitur, quando filius rem paternam vendit duplo iusti pretij.*

19 *Profectitium dicitur, quod immediatè descendit è re patris.*

20 *Aduentitia filio quæruntur, quoad proprietatem, & patri quoad vsumfructum.*

21 *Filius, qui fructus aduentitiorum percepit tenetur illos patre mortuo conferre cum fratribus.*

22 *Pater censetur filio donasse fructus aduentitiorũ, quando patitur gaudere aduentitiis.*

23 *Filius non confert cum fratribus fructus aduentitiorũ, quos percepit sciente, & patiente patre.*

24 *Profectitium lucrum acquiritur patri tam respectu proprietatis, quam vsus fructus.*

25 *Filius confert cum fratribus fructus peculij profectitij.*

26 *Filius non tenetur communicare fratribus lucrum illicitum, quod fecit ex pecunia patris, puta exercendo vsuras.*

27 *Filius non acquirit patri id, quod consequitur per delictum.*

28 *Emancipatus filius acquirit sibi, non patri.*

29 *Vsusfructus patri acquiritur in bonis filij ratione patriæ potestatis.*

30 *Patria potestas soluitur emancipatione.*

31 *Emancipatus exit potestatem patris, ac si esset mortuus.*

32 *Pater in bonis filij emancipati habet dimidiam vsusfructus.*

33 *Pater non habet vsumfructum in bonis per filium quæsitis post emancipationem.*

34 *Pater retinet vsumfructum, quem habebat in bonis filij, licet is fiat Episcopus.*

35 *Pater retinet vsumfructum antea quæsitum, licet filius decedat.*

36 *Pater emancipando filium nõ potest pacisci, quod habeat vsumfructum in bonis quærendis.*

37 *Pater habet pro virili sua vsumfructum in bonis materni filio delatis post emancipationem.*

38 *Auus habet pro virili vsumfructum in bonis maternis nepoti post emancipationem nato delatis.*

39 *Auus habet pro virili vsumfructum in bonis maternis nepoti ex filia post emancipationem delatis.*

40 *Corne. cons. 42. vol. 3. reprehenditur.*

41 *Pater emancipando retinet dimidiam vsus fructus, quẽ ante emancipationem habebat.*

42 *Pater emancipando potest expressè sibi reseruare totũ vsumfructum, quem habebat.*

43 *Pater quando cogatur emancipare filium.*

44 *Pater coactè emancipando nihil retinet de vsufructu, quem habet.*

45 *Pater qui viuente filio non habeat vsumfructum, sed commoditatem, nullam perdit in totum si filius moritur.*

QVÆSTIO XX.

PAter dedit fundum filio, vt ex illo se alat, an si quid filius lucretur ex fructibus fundi, dicatur aduentitium, vel profectitium, gl. *in l. cum oportet, in princ. C. de bon. quæ liber.* dicit † esse profectitium, quia lucrum illud factum est ex re patris, & quidquid acquirit filius ex re patris, profectitium † dicitur. *l. in fideicom. §. nonnunquam. C. de vsur. & fruct. legato. l. Balista, ff. ad Trebellia.* Et per hanc rationem, & non solùm dicitur profectitium, quod immediatè descendit à patre, sed etiam quidquid patris contemplatione † applicatur filio, *l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. §. 1. Instit. per quas personas nobis acquiratur, gl. in l. is qui hæres. §. fi. in ver. neq; filius familiâs. ff. de acquir. hæred. & in d. l. cum oportet, in ver. ex eius substantia, Bart. & alij in d. §. in arrogato,* vbi dicunt, quod quicquid habet filius beneficio, dicitur profectitium, *Ruin. in cons. 112. num. 3. vol. 1. Craue. in cons. 461. nu. 34. Mantic. de coniectu. vlt. vol. lib. 3. tit. 16. num. 1.* Ideo si dos filiæ datur pro patre ab aliquo tertio, iudicatur † profectitia, *l. profectitia. ff. de iu. dot. Bar. & alij in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid.* & sufficit, quod pater sit causa proxima, *vt declarat † Bar. in l. Gallus. §. quod si is. ff. de lib. & posthum. & in d. §. in arrogato, Ruin. d. cons. 112. nu. 4. Caroc. in c. cum quid, par. 2. amplia. 3. num. 7.*

Sed illam gl. decisionem intelligit Bar. *in d. l. cũ oportet, in princ. num. 1. ver. sed iuxta illud formo quæstionem respectu partis dominicæ.* Nam si filius fundum sua manu coleret, quicquid ex parte colonica, & ex sua industria acquireret, † esset aduentitium. Rationem ponit ex eo textu, quod aduentitium dicitur, quicquid quærit filius suo labore, opera, aut industria. Et cum eo transit Bertachin. *in tracta. de gabel. par. 2. quæst. 27. ver. subdendum est etiam,* & ibi ait, quod lucrum ex opera, & industria personæ, dicitur semper aduentitium. Ea enim pars colonica attribuitur labori, & industriæ, nõ autem rei. Ideo videmus, quod si plures rustici colunt prædium alicuius nobilis, diuisio fructuum fiat per capita eorum, qui insudarunt circa culturam ita, vt si vnus habeat duos filios laboratores, † alter verò est solus, tantam partem habebit vnus ex dictis filiis, quantam patruus, *Bald. in l. si patruus, num. 17. C. commu. ver. iud. in l. 1. num. 13. C. pro socio. Aret. in §. fin. num. 11. Instit. de societa. Ang. in cons. 112. & cons. seq. Ias. in §. sequens, num. 17. Instit. de actio. Pet. de Vbal. in tracta. de duob. fratr. par. 4. princ. num. 21. Paris. in cons. 85. num. 13. vol. 1. Bertran. in cons. 83. num. 5. volum. 3. Syluan. in cons. 41. per totum, præcipuè, num. 7.* Et idem ponit loquendo de filiis impuberibus, qui bestias custodiunt, *Bald. in cons. 172. in fin. vol. 5.* Et ex prædictis multi, dum loquuntur de rusticis colentibus bona propria, dimidiam fructuum attribuunt industriæ, quod tamen non est tutum, quia, *vt inquit Bal. in l. certum, num. 11. ver. ego tamen de æquitate. C. famil. ercis.* pretium industriæ, † non est semper vniforme, interdum enim plus operatur fœlicitas fortunę, quam opera, ideo ipse relinquit arbitrio iudicis. Hinc etiam videmus, quod & si profectitium censeatur lucrum, quod filius ex pecunia patris mercaturam exercendo, vel negotiando facit, tamen hoc intelligitur deducta industria, nam quod filio pro operis, & labore debetur, est aduentitium, † & illud solùm lucrum iudicatur profectitium, quod pecuniæ tribuitur, *Bar. d. l. cum oportet, in princip. num. 3. in fin. vbi ait, se declarasse in l. illam. C. de collatio. ponit Bald. post gl. in l. certũ, num. 4. & 11. C. famil. ercisc. & hanc partem tenuerunt*

Bar.

Bar. Bald. Rom. Castren. Corne. Socin. Decius, & alij multi citati ab Ascan. Clemen. in tracta. de patr. potesta. effect. 2. num. 11. & seq. vbi dicit, communem esse opinionem vsu approbatam, quod dimidia lucri detur
10 pecuniæ, & alia dimidia industriæ. † In eo verò *num. 12.* inquit, hoc totum iudicantis arbitrio cõmitti, qui poterit plus dimidia tribuere industrię, si ea sit precioſior re ipsa. Et rationem ponit Anchar. *cons. 67. num. 5.* quia sua industria debet vtiq; proficua esse. Et idem Anchar. *in cons. 302. num. 6.* dicit, quod industria etiam in diuidenda societate est attendenda.

Hæc declaratio, & si vera videatur, & ratione non careat, patitur tamen difficultatem, quia etiam pars illa colonica dicitur prouenire de re patris, licet non habeatur sine industria. Et non est curandum de operis, quando illæ fiunt in re pa-
11 terna, nam cedunt † ipsi rei, *l. si in area. ff. de rei vendic.* Rursus peculium recipit incrementum, & to-
12 tum incrementum dicitur peculium eiusdẽ † generis, *l. peculium nascitur, ff. de pecul.* Et per has rationes dicit Nicol. Matar. quem refert Bald. *in dicta l. certum, num. 11.* quod si filius in fundo patris labo-
13 rat Ligonizando, † vel quid aliud faciendo, acquirit patri pleno iure, licet hoc quæratur ex suis laboribus. Et ab hac sententia non discedit Bald. ibi in istis terminis, licet in alio casu, quando filius exerceat mercaturam, vel negociatur de pecunia patris, teneat aduersus Bartolum, quod in hoc quoq; posteriore casu dicit veriorem esse opinionem contra Bartol. licet minus æquam. Et idem Bald. *in eadem l. cum oportet, in princ. num. 5.* dicit indistinctè, quod si filius ex fructibus fundi sibi in alimentis assignati modicum consumpsit, &
14 ex residuo † emit, prædia illa, acquiruntur patri, quia prouenerunt ex re patris, *idem tenet Alber. in l. si donat. col. 2. ver. si verò pater, C. de collatio. Rola. in cons. 54. num. 15. vol. 3.*

Verum opinio Bartoli, non solùm est æquior, sed etiam verior: æquitate enim inspecta filius non est suo labore, & industria fraudandus. Et si veritatem attendamus, illud lucrum non prouenit totũ ex re patris, sed pro parte ex operis ipsius filij, & si prędium alij datum fuisset ad colendum, pater non percepisset fructus colonicæ portionis. Ideo Salicet. *in d. l. cum oportet, nu. 2.* dicit quod gl. ibi opinio non habet locum, quãdo filius percepisset fructus ex suo labore, & industria, vt quia
15 esset agricultor, † & fundum sua manu coleret, quia tunc quod pertinet ad portionem industrię, fructus illi reputantur aduentitij, *argumento l. 1. C. pro socio, & §. 2. Instit. de societa.* Et confirmatur, quia vbi filius aliquid acquirit mixtim, ideſt, partim ex re patris, partim verò ex propria industria, tũc pars, quę industriæ tribuitur censetur aduentitia,
16 quæ verò ex re patris prouenit † dicitur profectitia. Ita regulam constituit Bart. *in l. 1. §. nec castrense, num. 5. ff. de collatio. bono.* vbi loquitur de lucro facto ex negociatione paternæ pecuniæ. Et subdit ex consuetudine dimidium lucri concedi industrię, *sequuntur Alexander, & Iason in l. illud, C. de collatio. & hanc dicit esse communem Corne. in cons. 285. col. 3. vol. 1. Socin. in cons. 92. num. 15. vol. 1. idem voluerunt Bald. Roman. Dec. & alij, quos citat, & sequitur Craue. in consil. 165. num. 1.* vbi fortius inquit, quod arbitrio iudicantis committitur æstimatio lucri, quod industriæ attribui debet, quia si plus meretur industria, plus etiam ei tribuendum est, quam rei. Et hanc quoque probauit Dominus Becius *in cons. 113. num. 20. ver. ad tertium respondetur, vbi citat Menoc. Emanue. Soarez. Viuium, & Villalob. alios addit Ascan. Clem. d. effec. 2. num. 10.* Et Salicet. *in d. l. cum oportet, num. 2. ver. ego puto,* inquit considerandam esse prędij qualitatem, & quanti communiter dari consueuit partiariis colonis pro cultura.

Declarat secundò loco Bart. *in d. l. cum oportet, num. 2. ver. præterea,* istam legem non habere locũ, quando filius de fructibus prædij sibi assignati, p alimẽtis exercuisset mercaturam, & lucratus fuis-
17 set, quia illud lucrum vult in totum spectare † ad filium tamquam aduẽtitium, & proueniens à sola industria, *l. 3. in princip. ff. ad leg. Falcid. sequitur ibi Salicet. num. 3.*

Sed hoc intelligi debet, quoad portionem lucri resultãtem ab industria, nam vt dixi pars lucri tribuitur pecuniæ, seu rei. Et ideo Bald. *in d. l. cum oportet, num. 8.* dicit, quod si filius rem paternam
18 duplo vendit ex industria † vltra iustum valorem, quia ille excessus descendit ab industria, erit aduentitius, non profectitius, *& num. 10.* inquit, cõsiderandum esse, quantum posset de per se reddere pecunia, & quantum industria. Vides ergo differentiam à Bart. constitui, an filius acquirat immediatè de fructibus, an verò acquirat de pecunia comparata ex negocio facta cum ipsis fructibus. Et diuersitatis ratio est, quia acquisitio facta de fructibus dicitur prouenire à re patris, secus quando fit de pretio fructuum, vel de negocio. Et illud solùm profectitium dicitur, quod pro-
19 uenit immediatè † de re patris, *vt per Bart. in d. l. cũ oportet,* vbi ponderat dictionem ex, quæ significat causam immediatam, *Crot. in l. frater à fratre, num. 5. vbi Coras. num. 106. ff. de cond. indeb. Rolan. cons. 54. num. 9. & sequen. vol. 3.* Pro quo facit dictum Bar. *in l. sed si plures, §. in arrogato. ff. de vulg.* quod approbant alij supra à me citati, dum dicunt profectitium dici, quod habuit filius occasione patris, si tamen pater sit causa proxima, non remota.

Porrò hæc discussio, an lucrum illud sit profectitium, vel aduentitium, non est superflua, sed maximè vtilis ad multa, & præcipuè ad cognoscendum, an patri quæratur, vel filio, nam aduen-
20 titia filio quæruntur, quoad † proprietatem, & patri, quoad vsumfructum, & administrationem donec viuit, *l. cum oportet, in princ. C. de bon. quæ lib. & ibi notant omnes Doctores. §. quod autem, Instit. per quas personas nob. acquir. Bar. d. l. 1. §. nec castrense. ff. de collatio. bono. & in tract. de duob. fratrib. in 2. quæst. 1. quæst. princ. Corne. in cons. 105. num. 2. vol. 2. Guido. Papæ, quæst. 144. num. 3. Cur. iun. in cons. 152. nu. 3. Paris. in cons. 129. nu. 7. vol. 1. Pinel. qui latè agit in l. 1. par. 1. num. 34. & seq. C. de bon. matern. Ascan. Clement. in d. tracta. de patr. potest. effect. 2. num. 27. D. Becius, in cons. 113. num. 8. Caualcan. in tracta. de vsufruct. mulie. relic. num. 179.* Post mortem autem

autem patris sunt filij, præcipuè, *l.fin.de C. collatio.*

21 Sed si filius integros † fructus percepit aduentitiorum, tenetur illos mortuo patre conferre cum fratribus tanquam aduentitios, *vt per Ascan.loco p̃dicto, num.30.in fi.* Quod tamen est intelligendum, nisi illos fructus percepisset sciente, & tacente patre, quoniam pater eo casu videtur illos filio do-

22 nasse, † & donatio est valida in vita, nec opus est, quod morte confirmetur. *d.l. cum oportet. §. fin autem, vbi Bar. Bald. & Salicen. Bal. in auth. ex testamento, num.7. ver. nonum caput, C. de collatio. Bald. & Ang. l.2. C. de inoffi. donat. Alexan. in cons.138. num.3. vol.5. Corne. in cons.285. num.22. vol.1. Ruin. in cons.23. num.37. ver. sed contrarium, volum.5. Paris. in cons.137, num.7. & sequen. volum.1. Bero. in cons.139. num.22. volum.2. Neuiz. in cons.76. num.11. Crau. in cons.39. num.2. Crot. in l. frater à fratre, num.80. ff. de cond. indeb. Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. donatione largitus, num.211. C. de reuoc. donat. Crau. in l. cum filio, par.2. num.46. ff. de leg.1. dec. Pedemon.123. num.4. Caualcan. de vsufruct. mulie relic. nume.185. Ascan. in d. tracta. de patr. potesta. effect.2. num.31. vbi dicit communem, & effect.10. num.12. vbi idem repetit, D. Becius, cons.113. num.29. dixi in cons.116. nu.82. & sequen.* Hoc igitur casu filius non tenetur confer-

23 re † fructus prædictos *secundum Bald. & Angel. in d. authen. ex testamento. Angel. & Castren. in d.l. cum oportet. §. fin autem, Paris. d. cons.130 num.11. D. Becius, d. cons. 113. nu. 29.* Profectitia autem pleno iure, id est tam quoad proprietatem, quam quoad vsumfructum

24 patri † quæruntur, *d.l. cum oportet, & ibi omnes Doctores, C. de bon. quæ lib. §.1. Instit. per quas personas nob. acquir. Corne. in cons.258. per totum, volum.1. Tiraquel. qui alios citat in tract. de retract. consang. §.1. glos.9. nu....* In peculio enim profectitio nihil omnino immutatum est de antiquo iure, *d.l. cum oportet.* Et ideo filius mortuo patre tenetur aliis fratribus

25 communicare profectitium † peculium, *secundum Specul. in titu. de iudic. §. sequitur, ver. quod si aliter asserentis.* Mouetur ex text. *l. per seruum, §. fi. ff. de acquir. rerum dom. & id voluit glos. in d.l. cum oportet, vbi eam sequitur Fulgos. Corne. d. cons.285. colum.1. num.3. vol.1. & communem dicit Ascan. d. effect.2. num.8. D. Becius, d. cons.113. num.5.*

Principalem regulam, quæ habet, quod profectitium dicitur lucrum factum ex negociatione fructuum partis colonicæ, limita non procedere, quando negociatio esset illicita, puta si filius

26 lucrum fecisset † exercendo vsuram, quia tunc tale lucrum, neque patri acquiritur, nec fratribus post patris mortem est communicandum. *l. quod seruus, vbi Doctores omnes. ff. de acquir. poss. l. quod autem ex furto. ff. pro socio, Bar. in d.l. cum oportet, num.3.* vbi intelligit, nisi vsuras exercuisset de mandato, & nomine patris, quo casu acquireret patri eã portionem, quæ tribuitur pecuniæ, & subdit generalem regulam, quod filius patri nõ acquirit ex de-

27 licto. † Idem voluit Cyn. *ibi, quem sequitur Salicen. num.4.* licet Bald. videatur sequendo glossam ibi contrarium tenere, eo, quod vsuræ dicuntur fructus rei, & percipiantur ex re patris. Et primam Bar. opinionem tenuit Ioan. Andr. ad Specul. *in tit. de acto. Socin. in l. Gallus. §. quod si is, num.3. ff. de lib. & posthum. & ponit Riminal. dicto §.1. num.77. num.90. & num.130. Instit. per quas personas nob. acquir. Ascan. d. effect.2. num.16.* vbi *num.19.* dicit idem esse in acquisitis ex ludo illicito, quia ea patri nõ acquiruntur *secundum Doctores in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb. Alexan. in cons.77. in fi. vol.5. & ibi Ascan. ponit, qui ludus sit licitus, qui non.*

Intellige etiam prædicta omnia in filio in po-

28 testate, nam emancipatus † sibi acquirit, non patri, *l. si filius familiâs. ff. de verb. obliga. l. fin. ff. de stipula. seruo. Bald. in d.l. cum oportet, in princ. num.4.* vbi ait, quod si filius emancipatus aliquid acquirat ex re patris, vel sibi aliquid detur contemplatione patris, non acquiritur patri, quia repugnat personæ qualitas. *Idem voluit Castren. ibi, num.4. Socin. iun. in cons.27. num.12. volum.1. Calcan. in consil.19. num.28.* Et

29 procedit etiam respectu vsusfructus, quia † patri solet quæri ratione patriæ potestatis. *§.1. Instit. per quas personas nob. acquir.* patria autem potestas emã-

30 cipatione † soluitur. *§. præterea, Instit. quib. mod. ius pat. potest. solu. gl. & Doctores in l. si viua matre. C. de bon. mate. l. cum in adoptiuis, ver. si verò, in fi. C. de adoptio. Paris. in cons.53. num.39. volum.1.* & emancipatus exit

31 patris potestatem, perinde, ac si esset † mortuus *secundum Bald. Nouel. in tracta. dot. par.7. priuileg.34. num.3. cum similibus.* Potes etiam pro declaratione præsentis quæstionis, atque eius ornatu videre apud Doctores, casus quibus patri quæritur vsusfructus, quia ex iis rectè infertur ad supradicta. Non omitto tamen, quod prædictam sentẽtiam, qua diximus filium emãcipatum nihil patri quærere etiam respectu vsusfructus. *Probat etiam Dominus Becius, in cons.113. num.16.*

Sed contrarium videtur probare text. *in l. si viua matre. C. de bon. mat.* vbi dicitur, quod pater in

32 bonis aduentitiis filij emancipati habet † dimidium vsusfructus. Et ibi Bart. dicit, illã legem esse singularem, & menti tenendam. Et loquitur etiam in bonis descendentiũ emancipatorum. Et Bald. ibi dicit hoc esse mirabile. Ad idem est text. *in d.l. cum oportet. §. sancimus. C. de bonor. quæ libe.* Hoc etiam inquit perpetuò notandum Roman. *in sing. 547.* dicens esse casum singularem *in d.l. si viua matre, Corne. in cons.42. colum.3. ver. circa tertium autem quæsitum, & ver. ista autem dubitatio, volum.3. vbi tamen in suo casu declarat, vt dicemus infra, Iacob. Nouel. reg.135. in 1. fallen. sequitur Pet. Gerard. singu.76. ver. adde etiam vnum, Ascan. dicto tracta. effect.2. num.35. ver. amplia octauò.* Imo procedit hæc decisio non solùm in filiis emancipatis, sed etiam in nepotibus ex eo. Imo & in nepotibus ex filia, *vt dicam infra.* Corne. in loco prædicto videtur conciliare, vt prior opinio locum habeat in bonis quæsitis post emancipationem, in quibus patri non quæritur

33 vsusfructus, † secunda vero opinio procedat in quæsitis ante emancipationem. Sed in hac contrarium tenet Ascan. *dicto num.35. ampliatione 8.* vbi dicit, quod in quærendis, pater habet medietatem vsusfructus. Et in contrarium est text. *in l. si viua matre, in princip. C. de bon. mat.* vbi loquitur expresse in hæreditate acquisita post emancipationem, & tamen vult, quod pater habeat dimidium

vsusfructus. Ex alio, etiam falsa videtur ea distinctio, nam vbi agimus de bonis quæsitis ante emancipationem, pater habet vsumfructum integrum, nec subsequens emancipatio minuit ius patris. Ideo videmus, quod etsi dignitas Episcopatus liberet filium à nexu patriæ potestatis, tamen pater vsumfructum † sibi quæsitum retinet, 34 *authen. sed episcopalis. C. de episcop. aud. Dec. in c. in præsentia, num. 26. de probat. Bero. in decis. 122. numer. 33. Pinel. in l. 1. par. 1. numer. 42. ver. nono ampliatur. C. de bon. mater. Ascan. d. effect. 2. num. 34. ver. septimò amplia.* Et pro hoc facit, quia idem est mortuo filio, nam durat † vsusfructus patri quæsitus, licet filius moriatur, 35 *l. 1. ibi in diem vitæ. C. de bon. mate. l. fi. ver. sin vero. C. ad Tertullian. vbi Bar. Bald. Castrens. & alij, glos. Cyn. & Bar. in l. 3. C. de vsufruct. Pinel. dicta l. 1. par. prima, numero trigesimo nono, Ascan. dicto effect. secundo, numero trigesimo quarto, ver. amplia. sexto.* Et dicit Bald. *in l. quidquid. C. de bon. mater.* esse notandum, quod vsusfructus semel patri quæsitus, durat post mortem filij. Sufficit enim quod ab initio acquisitionis tempore viuat filius, nec requiritur perseuerantia. Et prædicti Doctores ponunt alia exempla, in quibus vsusfructus semel quæsitus non perditur, licet patria potestas cesset, & textus *in l. cum oportet. §. sancimus, quem citat Corne. dicto cons. 42. columna 3. ver. solùm autem circa hoc*, loquitur in bonis non quæsitis, sed quærendis, ibi, *rerum minimè acquisitarum.* Propterea attendi non debet illius distinctio tanquam repugnans rationi, & communibus Ioan Andr. ad Specul *in titu. de nat. ex libe. vent. in additio. vltima* teneat & ipse, quod pater habeat dimidium vsusfructus bonorum ante emancipationem quæsitorum. Vera resolutio est, quod pater in bonis quæsitis post emancipationem nullum omnino ius, nec proprietatis, nec vsusfructus habeat secundum supradicta. Et procedit in tantum, quod non valet pactum, seu cõ- 36 uentio † facta à patre tempore emancipationis, per quam reseruat sibi ius vsusfructus in bonis quærendis per filium, *vt per multa probat Oldra. in cons. 214. & suppresso eius nomine, idem omnino voluit Ioan. Andr. ad Specul. d. tit. de nat. ex libe. vent. in vltima additio.* Et dicit singulare Roman. *sing. 309.* licet dicat, quod erat fortè contrarium cõsulturus. Idem voluit Ias. *in l. fi. numer. 28. ver. limita tamen singulariter. C. de pact.* vbi ait nunquam esse obliuiscendum. Hanc etiam dicit singularem limitationem, Pet. Gerard. *in singu. 76. emancipatio, quando. addo Castren. l. si viua matre. num. 3. C. de bon. mater. & in d. l. cum oportet. §. cum autem, Ias. auth. ingressi, in fi. C. de sacros. eccles.*

Sed limitatur non procedere in bonis maternis, in quibus etiam delatis post factam emanci- 37 pationem pater habet † vsumfructum pro virili cum filiis. Ita probat text. *in dicta l. si viua matre. C. de bon. mate.* Et hoc non procedit in aliis aduentitiis, sed est speciale in maternis, quia vir reputatur vnum corpus cum vxore defuncta, & ea viuente fruebatur eius bonis, ideo in solatiũ doloris datur marito successio. *ita glos. ibi in ver. præscripta, Ioan. Fab. ibi in princip.* dicens, quod ea lex non obtinet in aliis aduentitiis. Et ibi est casus, quod vir succedit vxori in aliquo stantibus filiis contra legem. Et Bald. *num. 4.* dicit, esse notabilia verba glos. quia si extraneus instituat filium emancipatum, pater non habebit vsumfructum. Et dicit Salice. quod ibi vir succedit vxori ratione humanitatis, non affinitatis. Et est casus ibi in quo emancipatus aliquid patri acquirit contra regulas. Et dicit Castren. *num. 1.* quod regulariter pater vsumfructum non habet in bonis quæsitis post emancipationem. Fallit tamen in bonis prouenientibus à matre, & approbat rationem assignatam à glos. ibi Pinel. optimè declarans *in d. l. si viua matre*, quæ est tertia, *numero 3. C. de bon. mat.* vbi ponit differentias inter casum illius legis, & casum *l. cum oportet. §. cum autem, & idem dicit Castre. d. §. cum autem, num. 1.*

Imo vigore dictæ legis, si viua matre, pater, vel etiam auus habet pro virili vsumfructum, non solùm in bonis filii habitis à matre, sed etiã in bo- 38 nis nepotis † ex filio emancipato, intelligendo de nepote nato post emancipationem, & non solùm 39 in eo, sed etiam in nepote ex filia, † qui tamen nũquam fuit, nec esse potuit in potestate aui materni, vt probatur *in dicta l. si viua matre, in ver. quod si nepotes, vt benè aduertit Corne. ibi, qui ideo subdit esse mirabilem decisionem Pinel. ibi, num. 6. qui dicit esse notandam.*

Infertur ex prædictis malè consuluisse Corne. 40 † *in eodem cons. 42. vol. 3.* dum vult, quod in bonis maternis filio delatis post emancipationem nihil patri quæratur, cum tamen ei detur vsusfructus pro virili.

Infertur secundò, quod etsi vsusfructus patri quæsitus durante patria potestate non extinguatur ea cessante per clericatum, monachatum, episcopatum, vel mortem, *vt supra dixi*, imo inspecto antiquo iure, nec etiam per emancipationem, tamen nouo iure attento emancipando pater reti- 41 net dimidium vsusfructus † aduentitiorum, quẽ prius habebat, *d. l. cum oportet. §. cum autem, ver. sancimus. C. de bon. qua libe.* vbi dicitur, quod retinet dimidiam vsusfructus, quem habebat, si non renũciauit expresè. Et dicit ibi Bald. quod non est necessaria protestatio in his, quæ lex reseruat, *sequitur Castren. Oldra. d. cons. 214. Ioan. Andr. ad Specul. d. titu. de nat. ex lib. vent. additio. vltima, Castren. d. l. si viua matre, num. 3. Cæpol. caut. 115. multi post Cuman. consil. 83. num. 3. Ias. in l. si. num. 27. in fin. ver. intellige nisi. C. de pact. Corne. dicto cons. 42. columna tertia, in fi. ver. solùm autem circa hoc, volumine 3. Gerard. dicto singu. 76. num. 2. Pinel. dicta l. si viua matre, num. 4.* Et hoc modo intelligi debet, quod dixi paulò supra respondendo Corne. dum tenuit, quod pater emancipando retinet totum vsumfructum, quia hoc nõ procedit nunc. Potest tamen pater expresè sibi reseruare † totum vsumfructum, quoad bona iam quæsita, vt probat ille text. *in d. l. si viua matre, & ibi Doctores præcipuè Castr.*

Et quod dixi patrem emancipantem retinere dimidiam vsusfructus, quem habebat, non ven- 42 dicet locum, quando pater emancipat coactè, † & iussus

43 iussus à iudice, vt fit in casib. quos enumerat † gl. *in §. fi. Instit. quib. mod. ius patr. potesta. soluit.* Tunc enim, quia illa medietas datur in præmium, & remunerationem emancipationis, & patri non debeatur præmium, qui propter sæuitiam, iniurias, vel aliud vitium cogitur emancipare non
44 competit patri ius † aliquod in bonis aduentitiis filij. *Ita expreßè tenet Cuman. in cons. 83. num. 8. vbi latè comprobat, & eius decisionē dicit singularem Cæpol. caut. 115. multi sunt, circa med. Ias. in auth. ingreßi, in fi. ver. & adde etiam, quod in casibus, vbi dicit esse singularem decisionem additio. Rom. d. sing. 309.*

Vnum etiam est notandum in proposito, quod
45 pater mortuo filio perdit iā sibi quæsitam † commoditatem illis in casibus, quibus vsusfructus residet in persona filij, & pater solùm habet commoditatem, vt voluit Castren. *in l. finali, in fine, C. de vsufruct. & ante eum Bald. in l. cum oportet, in fine, princ.* dum ait, quod etsi pater habeat in feudo, in persona filij, extinguitur commoditas, quæ patri competebat, *sequitur Pinel. in dicta l. prima, par. 1. nume. 41. ver. hanc conclusionem.* vbi dicit esse elegantem decisionem. Hæc volui dixisse, quia licet videantur non ita principaliter ad nostram tractationē pertinere, sunt tamen singularia, & valdè vtilia in praxi, & non passim reperiuntur, vt ex eis quoque declaratur, quando pater vsumfructum habeat in bonis, quæ filius quæsiuit ex prædiis assignatis ad alimenta.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*
2 *Legitima filio relinquenda est institutionis titulo.*
3 *Legitima etiam canonico iure inspecto relinqui debet honorabili titulo institutionis.*
4 *Legitima etiam in testamento inter liberos relinquenda est institutionis titulo.*
5 *Legitima etiam ascendentibus relinqui debet institutionis titulo.*
6 *Legitima etiam, aut statuto alternata, aucta, aut diminuata retinet naturam suam, & relinquitur institutionis titulo.*
7 *Feudum in aliquod alteratum retinet in reliquis naturam suam.*
8 *Nouata actione priuilegia omnia transeunt in actionem nouantem.*
9 *Dos succedens loco legitimæ nullum recipit grauamen.*
10 *Dos succedens loco legitimæ transmittitur ad hæredes filia decedente ante nuptias.*
11 *Alimenta, quæ succedunt loco legitimæ, non sunt relinquenda titulo institutionis.*
12 *Legitima. Relictum pro legitima censetur titulo institutionis relictum.*
13 *Lege cautum, quod non reperitur, non est superstitiosis inuentionibus præsumendum.*
14 *Contractus vnus aliquando transfunditur in alium.*
15 *Contractus vnus, quando in alium transfunditur, tunc secundum attendimus, non primum.*
16 *Exceptio pecuniæ non numeratæ, vel compensationis non potest opponi contra actionem transfusam.*
17 *Accidentia omnia tolluntur substantia sublata.*
18 *Dux quando aliquis creatur, tunc in eum transferuntur ipso iure regalia reseruata.*
19 *Actum faciens videtur se obligare legibus loquentibus de illo actu.*
20 *Lex non debet imponi verbis, sed rebus.*
21 *Subrogatum non sapit naturam eius in cuius locum subrogatur, quoad ea, quæ sunt specialiter concessa.*
22 *Subrogatum non recipit accidentalem, sed primordialem naturam eius in cuius locum subrogatur.*
23 *Præteritio non annullat testamentum, quando præterito non debebatur legitima.*
24 *Filius præteritus non rumpit testamentum, quando ita statuto excluditur, dum tamen sibi relinquantur alimenta.*
25 *Testandi facultas alicui concessa dummodo alij certum quid relinquat testamentum erit, validum, licet illi nihil reliquerit.*
26 *Ciuis ita receptus, dummodo data soluat non desinit esse ciuis si non soluit.*

QVÆSTIO XXI.

QVod aliquando alimenta succedant loco legitimæ, vidimus, supra in titulo, *quomodo petantur alimenta, quæstio. prima.* Dicendum itaque hoc loco, an eo casu alimenta sint honorabili titulo institutionis relinquenda. Id quod videtur sine dubio, quia subrogatum sa-
1 pit † naturam eius, in cuius locum fit subrogatio, *l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.* At legitima
2 est relinquenda † filio iure institutionis. *§. aliud quoque capitulum, in Auth. vt cum de appellat. cognosca. collatio. octaua, glos. in authen. nouißima, vbi Cyn. Bartol. Bald. Angel. Salicen. Ias. & alij. C. de inofficioso testamento, Iason in rubrica, ff. soluto matrimonio, num. 32. Picus in l. in quartam, numero 60. ff. ad legem Falcidiam, Didac. in capitulo, Rainutius, in principio, numero primo, de testamen. Bened. in ver. in eodem testamento, 1. primo, numero 15. Padil. in l. eam quam, numero 76. C. de fideicomm. Duran. de arte testan. titu. 3. cau. 1. in principio, Clar. de testamen. quæstio. 38. in principio, Marsil. in sing. 547. Igne. in authen. ex testamento, columna 16. C. de liber. præter. Gomes. lib. 1. variar. resolu. cap. 11. numero 1. ver. quod primo extende, & numer. 2. in fi. Ascan. Clemen. in tract. de patr. potesta. effect. 16. numero primo, Ludou. Molin. in tracta. de primogen. Hißpan. lib. 2. capitulo 15. num. 15.* Id, quod
3 procedit inspecto etiam canonico iure, † *vt per Alexand. qui communem dicit, in consilio 70. numero 6. volumine 2. Boer. in dec. 267. numero 1. Duran. loco prædicto, num. 1. Didac. & Clar. in locis supracitatis.* Imo locum
4 habet etiam in testamento inter liberos, † *Salicen. & Ias. in authen. nouißima, C. de inofficioso testamento, Bertran. consilio decimo nono, columna, 1. volumine sexto, Ruben. cons. 72. Didac. qui communem dicit loco prædicto, numero secundo, Ruin. cons. 1. num. 2. Marsil. sing. 106.* & tantus est legitimæ fauor, quod etiam ascenden-
5 tibus relinquenda est eo titulo institutionis † *secundum communem opinionem, de qua testatur Iason in auth. nouißima, numero trigesimo septimo, & Fabian. numero ducentesimo quarto, Alexander, Dec. Clar. & Pudil. quos citat, & sequitur Molin. vbi supra, numero 16.*

Comprobatur prædicta sententia, quia licet legitima in aliquo lædatur, lege, statuto, pacto, priuilegio, aut alia dispositione, tamen adhuc † retinet naturam suam, & venit relinquenda titulo honorabili, *vt probatur Roman. Imo. & Alexand. quos citat, & sequitur Ias. in auth. nouissima, num. 24.* vbi dicunt, quod legitima statuto aucta, aut imminuta debet filio relinqui iure institutionis. Et reprobant Bald. qui tenebat contrarium, *in l. maximum vitium, numero decimo quinto, C. de liber. præter. Vasq. qui alios citat in tracta. de succes. creat. lib. secundo, §. 20. num. 240. Clar. d. quæst. 28. ver. sed pone, quod, in Molin. loco iam deducto, num. 21. ver. hæc tamen ratio.* Et facit, quod de feudo dicimus, quod & si alteratum sit in aliquo, † retinet tamen naturam suam in reliquis, *cap. 1. de feudo non hab. propr. natur. feudi. Bald. in l. 1. quæst. 6. ff. de rer. diuis. Roman. in cons. 70. plures alios cumulaui in cons. 63. num. 29.* Ita in proposito, quamuis legitima sit alterata, & reducta ad alimenta, tamen eodem modo relinqui debet quo erat relinquenda antequam mutaretur, facit etiam, quia etsi per nouationem vna actio, vel obligatio trãsfundatur in aliam, *l. 1. ff. de nouatio.* tamen priuilegia † omnia primæ obligationis transeunt in secundam, *vt docet Bar. in l. si quis cum aliter, num. 4. ver. præterea posito, ff. de verb. oblig. quem sequuntur Doctores communiter secundum Alexand. num. 3. ibi. & Aret. qui dicit singulare, & Ias. num. 12.* Et per prædictas rationes diximus suo loco, quod alimenta, quæ loco legitimæ debentur, transmittuntur ad hæredes, & præstanda sunt, non de fructibus, *vt alia*, sed de proprietate, & petuntur iure actionis. Atque ita in prædictis, & aliis multis degenerant à natura alimentorum. Iustificantur prædicta, nam videmus in dote, quæ succedit loco legitimæ, ea enim nullum recipit grauamen † sicut legitima *secundum Castren. in cons. 370. num. 2. vol. 1. Cuccus in tracta. de legitima, in §. nec vsufructu defraudari, num. 5. folio mihi 108. Caphal. in cons. 245. num. 31.* Dicunt etiam multi, quod etsi dos regulariter contineat conditionem, si nuptiæ sequantur, & ideo non debeatur, nisi sequuto matrimonio, tamen vbi debetur loco legitimæ, si filia decedat † ante nuptias transmittit eam ad hæredes, *Bald. Anchar. Corn. Campeg. & alij, quos refert, & sequitur Ruben. in l. pater filium, num. 161. ver. quarta sit conclusio, ff. de inoffic. testam. Anchar. Moder. familar. quæstio. lib. 2. quæstio. 51. numer. 3. Hieron. Gabriel. cons. 11. num. 5. volum. 1. Simon de Pret. de interpret. vltima voluntat. lib. 3. interpretat. prima, dubit. quinta, solut. quarta, numero decimo tertio.* Quare ergo non idem iudicare debemus in alimentis.

Hæc quamuis rationabilia videantur non placent † *Molin. in d. lib. 2. cap. 15. num. 20.* vbi probat particulari ratione respiciente maioratum, ideo non facit ad rem nostram: Quærimus enim de ratione, quæ omnes casus amplectatur. Secundo adducit, quia vbi quid pro legitima relinquitur eo † ipso id institutionis titulo videtur relictum *secundum Bart. in auth. vnde etsi parens. num. 2. C. de inoffic. testam. Alexan. in l. humanitatis, num. 2. & Ias. numer. 3. C. de impube. Vasq. d. §. 20. num. 254. Clarus. dicta quæst. 38. ver. sed quid si dicat.* Sed quoniam hanc sententiam non credit solidam esse, ea relicta inhæret primæ rationi, atque ita conclusio Molin. relata ad generales terminos est ratione destituta.

Mihi placet opinio Molinæ, quod alimenta in casibus prædictis non sint institutionis titulo relinquenda, hoc enim non reperitur lege cautum. Ergo non † est superstitiosis inuentionibus præsumendum, *cap. consuluisti, secunda, quæstio. 5. Archid. in proœm. sexti, in verbo, sacrosanctæ, colum. penul. in fi. D. Becius, in cons. 35. num. 4.* Secundo, quando vna res in aliam transfunditur, tunc non attenditur natura, nec qualitas rei transfusæ, sed illius in quam facta est transfusio, vt videmus, quando vnus † contractus transfunditur in alium, quod fieri potest. *At in l. certi condictio. §. depositi, vbi Doctores omnes, ff. si cer. pet.* tunc etiam non amplius inspicimus qualitatem primi † contractus, sed secundum in omnibus obseruamus, *Bar. ibi, num. 20. & 21. Ias. & Cagnol.* Ideo non opponitur exceptio compensationis, quæ competebat contra primam actionem, nec exceptio † pecuniæ non numeratæ, *vt probant Doctores loco prædicto, præcipuè Dec. Cagnol. in l. singularia, in fin. ff. si cer. pet. dixi in cons. 162. numero quadragesimo secundo.* Tertio facit, nam sublata substantia tolluntur omnia † accidentia, *l. lex quæ vectigali, ff. de pigno. Bald. in l. cum oportet, in fin. princip. C. de bon. quæ liber.* vbi dicit, quod accidentibus caret, quidquid caret substantia, *Boer. decis. 199. num. 7.* Cum verò tollitur legitima, & eius loco inducuntur alimenta, non est amplius tractandũ de natura, & qualitatibus. Quarto cum aliquid in esse producitur, ita censetur produci, quod omnia illi dispositioni conueniant, quam agens voluit inducere, ideo cum quis creatur dux, censentur in eum transferri omnia iura, quę competunt ducibus & consequenter † regalia reseruata, *Castr. in cons. 34. col. fin. vol. 2. Bosi. in tit. de regal. num. 5. vbi allegat Salicen. & Iacobin. Rolan. in cons. 42. vol. 3.* & qui facit actum censetur obligare † se legibus loquentibus de illo actu, *l. si duo, vbi Bald. ff. de acquir. hæred. dixi in cons. 254. num. 17.* Ita ergo sublata legitima, & inducta inde alimentorum præstatione seruari debent iura loquentia de alimentis, non autem disponentia, de legitima. Si enim stauentes, vel contrahentes voluissent in alimẽtis, idem omnino seruandum esse, quod in legitima, vtique non sustulissent legitimam, & eorum dispositio mutasset nomen solùm, non essentiam rei, & lex non debet censeri imposita † verbis, sed rebus, *argumento l. vbi ita donatur, ff. de donat. cau. mort. Alexan. post Bar. in l. prætor ait, num. 3. ff. de ope. no. nunt. vbi etiam Ias. colum. pen. Alexand. in cons. 80. colum. fin. versiculo & succesiuè, volum. quinto*, vbi probant, quod iura omissa verborum formalite considerant effectum. Et non obstat, quod subrogatum sapiat naturam eius in cuius locum subrogatur, quia respondetur, quod legitimæ hoc priuilegium est speciali fauore tributũ, quod relinquatur institutionis, tit. vt probant iura supra allegata. At vbi aliquid est specialiter attributum, tunc in eo subrogatum, non sapit eandem † naturam,

turam, nec subrogationis regula id extenditur, quod fuit specialiter concessum, *Bar. in l.1.§.hæc actio, ff.si quis testam. lib.esse iuss. fuer. Alexan.in l.1.num. 90.ff.de offic.eius cui mand.est iurisd.Socin. in l.1.num.19. ver.ad istud respondè.ff.quis,& à quo, Bero.cons.71. nume.42.vol.1.Iacob.Niger.in l. mandatum,ff.de offic. eius.* Secundo respondeo subrogatum sapere naturam primordialem,non accidentalem. † *glos. in l. certi condictio,vbi Bart. Bald.& alij, ff.si cert.pet.Bar. in cons.14. numer.3.vol.1.Bald..in l.vnica, §.1.C.de rei vxo. actio.Socin.in cons.141.num.6.volum.5. Ias.in d.l.si eum, §. qui iniuriarum, num. 2.in fin.Roman.singu.484. Socin.iun.in cons.74.num.21.ver.& inter alia, vol.3. Bero. in consil.71.num....vol.1.Euerar.loco 93. colum. pen. ver. istud, Natta cons.4.num.4. D. Becius.cons.101.numer.61.* Et non est primordialis natura legitimæ, sed accidentalis, quod iure institutionis, & non aliter relinquatur. Nec mouet, quod priuilegia actionis nouatæ transeant in nouantem, quia hic non agimus de illa extinctione, quæ fit per nouationem, sed de ea, quæ tollit penitus primum ius. Ideo extincta legitima sublata est omnis qualitas illi inhærens : Cum enim desinit esse legitima, desinit etiam deberi titulo institutionis, qui soli conuenit legitimæ, & iura loquentia de nouatione non faciunt ad nostram propositum. Non etiam mouere debet, quod de dote est dictum. Nam ea in omnibus succedit loco legitimę. At alimenta non succeduntin omnibus loco legitimę. Præterea, vt supra dixi non licet in omnibus arguere à dote ad alimenta.

Ex prædictis infertur, quod etsi à statuto alimenta loco legitimæ relinquantur, tamen eo casu, si pater de eis, non faciat mentionem, non rũpitur testamentum præteritione, nam is cui debetur legitima † si prætereatur non dicit testamentum nullum, *Bald.in l.maximum vitium, numero vigesimo primo, C.de liber.præter.* vbi loquitur in filia exclusa statuto, cui tamen alimenta debentur, *Castren.in cons.213. vol.1.Alexand.in consil.47.num.12. ideo totum,vol.2.* vbi similiter loquitur in filia dotata *in consil.68.num.4.& 7.volum.4. Dec.qui communem dicit in filia, in cons.105.num.1.& in cons.505.in prin. Afflict.in decis.158.num.5. & 6.Ruin.in cons.40. num.2. 9.& 15.volum.3.Bero.in cons.78.num.8.volum.2. Garzias in l. Gallus.§.& quid si tantum, num. 209.& 215. & ibi Galiau.num.54.& Crot.num.109.ff.de lib.& posthum.vbi etiam Ruin.num. 137. Socin.in cons.87.num.4. volu.4.Crot.in l.stipulatio hoc modo concepta, num.44. ff.de verb.oblig. Gram.decis.quinquagesima septima, nume.33.Clar.de testam.quæstio.42.num. 7. D. Becius cons. sil.103.num.19.* Atque † ita in nostra quæstione concludit Ludou. Molin. *d. lib. secundo quæstio.15. num.25.* vbi *num.26.* ampliat etiam, quando ita excluditur quis, dum tamen ei relinquantur alimẽta, quia si non relinquantur, nihilominus testamentum, non erit nullum, sed excluso dabitur actio ad id quod statuti forma inspecta erat relinquendum. Mouetur ex *lege prima, ff.ad leg. Falcid.* vbi Cuman. dicit, quod si à statuto committatur alicui testatori, † dummodo tantam partem alij relinquat si contingat testamentum fieri, & nihil illi relinqui sustinetur testamentum, & detrahatur id quod erat relinquendum. Et subdit Molin. id esse perpetuò menti tenendum, & defendit dictum Cumani, ab impugnationibus Alexandri, contra quem allegat multa alia, & præcipuè dictum Baldi *in capitulo, dudum, il secondo, num.6.de electio.* vbi receptus est in ciue, † dummodo datia soluat, & collectas, si ille cessat soluere, non desinit esse ciuis, quia modus implendus est per viam compulsionis, licèt conditio sit implenda per viã resolutionis, *allegat etiam gl.Innoc. Bart. Hostien.Rot. Abb.Præpos.Corne.& alios.*

SVMMARIVM.

1 *Rei suæ quilibet est moderator, & arbiter.*
2 *Cedi potest omnis actio.*
3 *Cedi potest ius, quod alicui cõpetit in potentia etiamsi non actu.*
4 *Cedi potest seruitium debitum à seruo.*
5 *Cedi possunt operæ famuli eo inuito.*
6 *Cedi potest officium iudicis.*
7 *Cedi potest nuda spes.*
8 *Cedi potest iactus retis.*
9 *Vsufructuarius potest commoditatem alij vendere, licet non vsumfructum.*
10 *Clericus beneficiatus potest vendere redditus suæ ecclesiæ retento titulo.*
11 *Patronus vendere potest redditus, & emolumenta sui patronatus.*
12 *Cedi non possunt iura personalia.*
13 *Cedi non potest ius futurorum alimentorum.*
14 *Patrono alimenta debentur ab ecclesia ex honore quodam annexo eius personæ.*
15 *Cedi non possunt iura, quæ ex priuilegio annexa sunt personæ patroni.*
16 *Regalia reseruata non veniunt concessis generaliter regalibus.*
17 *Rex si vendit Castrum cum omni iure suo non vendit ius regium.*
18 *Patronus non potest vendere, vel cedere ius percipiendi alimenta ab ecclesia.*
19 *Ratione cessante ipsa quoq; cessat dispositio.*
20 *Vsufructuarius potest ius suum cedere proprietario.*
21 *Vasallus potest feudum alienare in dominum sine alio consensu.*
22 *Dominus emendo feudum à vasallo videtur ipsi consentire.*
23 *Vasallus potest feudum domino resignare.*
24 *Vasallus alienare potest feudum sine assensu domini, quando id facit domino præsente, & tacente.*
25 *Ecclesiæ bona validè alienanturin episcopum sine solennitate.*
26 *Emphyteuta potest sine alio assensu libere rem emphyteuticam alienare in dominum.*
72 *Ius patronatus venit in vniuersali venditione Castri cum omnibus iuribus.*
28 *Ius patronatus venit in generali confiscatione omnium bonorum.*
29 *Subditi inuiti non possunt in alium dominum transferri.*

30 *Subditi rectè inuiti alienantur cum vniuersitate bonorum.*

31 *Iura passiua non possunt in alium transferri.*

32 *Cedi non potest fideicommissum conditionale.*

33 *Fideicommissum conditionale extingui potest repudiatione.*

34 *Pacta contra naturã, & accidentiam contractus sunt valida, non quæ contra substantiam.*

QVÆSTIO XXII.

ADmittunt omnes, quod si patronus redigatur ad inopiam, ecclesia patronata tenetur illi subuenire, & diximus supra in titulo, *quibus & a quibus debean. alimen.* Quæstionis nunc est, an patronus possit retento patronatu alienare, vel vendere ius quod habet recipiendi alimẽta ab ecclesia. Et primo aspectu videtur id esse
1 permissum, quia rei suæ † quilibet est moderator, & arbiter, *l. in rem mandata, C. mand.* Et iniquum esset si homines non possent pro eorum arbitrio ius suum distrahere, *vt dicitur, l. dudum, C. de contra-*
2 *hen. empt.* Secundo facit, quia omnis actio † cedi potest, *vt toto tit. de hared. vel actio. vend.* imo etiam
3 ius quod habet quis in potentia, licet † non in actu, *secundum Abb. in c. iura pastoralis, in fin. ff. de iur. pa-*
4 *tron.* etiam seruitium à seruo † debitum. *l. vxori §. fin. ff. de vsu, & vsufruct. legat.* sicuti etiam operã
5 famuli eo inuito possunt, † *Bart. Angel. Castren. Fulgos. & Alexand. in l. si non sortem, §. libertus, ff. de cond. indeb. Bald. in l. liberti, col fin. C. de oper. lib. cum aliis apud Tiraquel. de retracta. consang. §. 26. glos. 3. num. 36.* Et ne quis fortè existimet aliud esse in officio iudicis,
6 illud quoque cedi potest, † aliàs restitutio in integrum, quæ competit officio iudicis, non redderetur, *Bart. quem alij sequuntur in l. Modestinus, col. fin. ff. de solutio. Bart. & alij in l. §. fin. ff. de minor. Guid. Pap. sing. 606. ver. officium iudicis, Aret. in §. si quis agens, co. antepen. ver. ex quo nota maximam, Instit. de actio.*
7 quin & ipsa spes † nuda cedi potest. *l. spem, C. de donatio. l. nec emptio. ff. de contrahen. empt. l. pactum in fi. ff.*
8 *de pact.* & iactus † retis, *vt ff. ad leg. Rho. de iactu.* Tertio facit, quia & vsufructuarius potest retento v-
9 sufructu commoditatem alij vendere, † *l. necessario, §. fi. §. de pericu. & commo. rei vend. glos. in §. finitur, Instit. de vsufruct. Bart. in l. interest, C. de vsufruct. in l. in venditione, ff. de bon. author. iudic. possid. Bar. & Alexand. in l. cum Titio, ff. ad leg. Falcid. Bal. in l. si tibi decem, §. pactum, in 2. not. ff. de pact. alios citat Tiraquel. d. §. 26. glos. 1. num. 43. Afflict. lib. 3. constit. rub. 5. num. 9. Iaf. in l. cum filio, num. 57. ff. de leg. 1. Didac. li. 1. variar. resolutio. cap. 8. num. 6. Gom. de contract. cap. 15. num. 15.* Et idem videmus in emphyteuta, qui potest commoditatem rei alienare, & in vasallo, vt sunt iura vulgata. Ergo idem erit in patrono. Quarto rector ecclesiæ
10 potest redditus omnes suæ ecclesiæ vendere † retento titulo, *l. si. ne prælati vices suas, facit Oldra. in consilio centesimo vigesimo nono, Bald. Imo. Alexand. & alij, in l. diuortio. §. quod in anno. ff soluto matrimonio, Felin. in cap. sedes, colum. 2. de rescript.* vbi quærunt, si locatis fructibus beneficij, veniunt ea, quæ populus consueuit donare pro iucundo aduentu rectoris. Quinto patronus vendere potest emolumen-
11 ta, & redditus † sui patronatus *secundum Innocen. in capitulo, præterea, il secondo. in fin. de iure patron.* Idem voluit Hostien. ibi, qui licèt redditus illi incerti sint, tamen res etiam incerta vendi potest, vt iactus retis, partus ancillæ, & fructus futuri.

In contrarium tamen est veritas, quod scilicet patronus non potest ius alimentorum retento patronatu, in alium transferre, nam hoc quod ecclesia teneatur alere patronum in casu necessitatis, est ius personale inhærens ossibus patroni, &
12 iura † personalia vendi non possunt, *capitulo, priuilegium personale. ff. de reg. iur. in 6. Angel. in lege, quod si in diem, §. quoad Iulianus, in fin. ff. de petitio. hared.* Secundo videmus in specie decisum, quod ius futu-
13 rorum alimentorum cedi † non potest, *vt per Bart. in lege, cum Titio, ff. ad leg. Falcid.* quia ius illud cohęret personæ, & alia sunt alimẽta in persona vnius, alia verò in persona alterius, *Bald. in lege prima, colum. fin. versiculo, modo ego quæro, C. de priuileg. dot. Iaf. lege, si constante colum. fin. versiculo, item ius futurorum, ff. soluto matrimonio, Cur. sen. consilio quinquagesimo octauo, columna secunda, Tiraquel. de retracta. consang. §. vigesimo sexto, glos. prima, numero septuagesimo secundo.* Tertio ius hoc percipiendi alimenta ab eccle-
14 sia est honor quidam patrono debitus † atq; eius personæ annexus, vt inquit Abb. *in capitulo, præterea, il secondo, in fin. de iure patronatus.* vt quæ sunt an-
15 nexa personæ in priuilegium cedi † non possunt, *Bart. in lege etiam. ff. de iureiurando. per legem, si ex pluribus. ff. de adminis. tuto. lege, non solùm, §. si puella, ff. de ri. nupt. lege, cerdonem, ff. de oper. liber. Tiraquel. qui sequitur Bartol. dicta glos. prima, numero quinquagesimo octauo.* Et facit, quod de regalibus reseruatis dixit Luc. de Pen. *in l. contra publicam, columna quinta, versiculo, ponere rex, C. de re milit. lib. vndecimo,* vbi quod
16 concessis generaliter regalibus † reseruata non veniunt, quia cum sit electa industria personæ principis, & inhæreant ossibus ipsius, non possunt auelli, vel separari, *Paris. de Put. de findic. in tit. de excess. Baron. erga subditos, num. 12. Afflict. in tit. quæ sint regalia, verficulo, & bona committentium. nume. 21. Ruben. in cons. 50. Bossius in tit. de regalib. num. 18. decis. Pedem. 29. num. 5. & decis. 101. num. 12.* Per eandem rationem dixit Alber. *in l. fi. C. de iurisd. om. iud.* quod
17 si rex vendit Castrum cum omni iure † suo, non veniat in venditione ius regium, quia illud non potest transferri, *Lauden. in tracta. de princip. notab. 105. Iacobin. in sua inuestitura, in ver. de Castro rubei, numer. 6. & in ver. dictiq; vasalli, num. 3. Socin. iun. in consil. 98. num. 31. vol. 1. Caualcan. cons. 101. columna prima, Bossius in tit. de regalibus, num. 25. Natta in cons. 487. num. 31. Rolan. in cons. 1. num. 144. vol. 2. & in cons. 4. num. 46.*
18 *vol. 3.* Quarto hoc tenet † in terminis Abbas *in cap. præterea, il 2. in fin. de iure patron. quem sequitur Rochus de Curt. in tracta. de iure patron. numer. 152. circa fin.* Mouetur ea ratione, quod cum istud contineat honorem debitum personæ non potest patronus ali aut honorari per alium, quæ ratio resoluit omnes argumentationes contrariæ partis.

Intel-

Intelligo tamẽ, quod ius prædictum non possit alienari, aut trãsferri in tertium, sed benè possit cedi, & remitti ipsi ecclesiæ retento patronatu: Hoc enim casu cessat ratio personalitatis supra considerata, quæ impedit, ne fiat alienatio in a-
19 lium, & cessante † ratione debet cessare dispositio, *c. cum cessante, de appellation.*

Et pro confirmatione facit, quia etsi vsusfructus cedi, aut in alium transferri non possit imo transferendo amittatur, vt dictum est, tamen ce-
20 di potest proprietario, † vt est text. *in §. finitur, Instit. de vsufruct. ibi item finitur vsusfructus si domino proprietatis ab vsufructuario cedatur. Idem probatur in lege, si vsufructus, ff. de iure dot. ibi, cedi non posse nisi domino proprietatis.*

Facit etiam si vasallus non possit feudum alie-
21 nare sine consensu domini, tamen valet † alienatio quando fit ipsi domino, *argumento cap. 1. extra de feud. & ita tenet Bald. in cap. Imperialem in principio, num. 1. ver. sed quid si vasallus de pignori. de prohib. feud. alien. per Feder.* Eo enim ipso, quod dominus emit,
22 videtur consentire, † vt probat text. *in l. si consentiente, ff. de manumiss.* vbi Alb. ponit de vasallo, qui vendit domino. Idem tenuit Afflict. *in d. c. Imperialem, in 16. not. num. 28. post Aluar. ibi Curt. iun. in tract. de feud. par. 4. in 1. reg. princip. quæstio. 6. limita. 4. Gofred. in cons. 17. num. 38. & clarius, num. 52. & dicto cap. 1.* Ratio est, quia non dicitur alienatio sed refutatio, *vt per Doctores ibi, Lofred. dicto consil. 17. nume. 52. &*
23 domino fieri potest feudi † resignatio *secundum Bald. in cap 1. colum. 2. de alien. feud. Afflict. d. not. 16. nume. 35.* & sicuti valet alienatio in tertium facta do-
24 mino præsente, † & tacente *secundum glos. in c. 1. ver. permissione, vbi notat Aluar. de prohib. feud alien. per Lothar. Aluar. in cap. 1. § præterea quibus modis feud. amitt. Cur. in tract. de feud. par. 4. reg. 2. ver. & in primis, Iacob. qui communem dicit in statuto in ver. & cum de pacto non alienando, num. 20. Iaf. in l. quæ dotis, numero octagesimo octauo, ff. soluto matrimonio, Capic. decis. 100 nu. 6. & in decis. 156. num. 23. Clar. de feud. quæstio. 31. in fin. in ver. præterea, Natta in cons. 98. num. 1.* ita valet si fiat in ipsum dominum. Et quod alienatio validè fiat in dominum feudi sine assensu, ponit Marin. Frecia *lib. 2. de author. Baron. q. 31. per totam.* vbi fortius loquitur nõ obstante speciali constitutione, quæ requirit expressum assensum seu licentiam. Eodem modo videmus, quod etsi clerici non possi tres ecclesiæ alienare sine debita solennitate, *cap. fin. de reb. eccles. non alien.* tamen valet alienatio
25 † quando fit in Episcopum, *secundum Ioan. Andr. in cap. qui tacet, col. 2. de reg. iur. in 6. Abbas in ca. cum dilectus, in 1. notab. de consuetud, & in cap. cum in veteri col. 3. de electio.*

26 Idem dici potest de emphyteusi, † quæ in dominum libere alienatur, *vt ponit Cordub. in tracta. de emphyteu. tit. de priuatio. ob alienã. limit. 17.* vbi cum impugnat Redoan. qui tenebat valere alienationem factam præsente, & tacente domino, dicit illum saluari, quando res transfertur in dominum. Et non obstat, quod renunciari non possit iuri alimentorum, vti dixi inter priuilegia alimentorum, quia hoc est verum, quando alimenta principaliter, & de per se debentur, secus autem, quãdo debentur accessoriè, & in consequentiam alterius iuris, vt in præsenti casu, in quo debentur in consequentiam patronatus. Et ideo sicuti cum ipso patronatu trãsferri possent, ita possunt alienari sine eo. Multa enim conceduntur in consequentiam, quæ principaliter non permittuntur, vt videmus in patronatu, qui non potest vendi *cap. quia clerici. & ca. de iure, extra de iur. patron.* tamen
27 vendito Castro cum omnibus iuribus † venit cum ipsa vniuersitate bonorum, *Innocen. But. & Abb. in cap. ex literis, de iure patron. Bero. in consilio sexagesimo sexto, numero vigesimo nono, vol. 1.* Et quod cum vniuersitate bonorum veniat patronatus, ponit Bar. *in lege, si mercedem §. 1. ff. de actio. empt. Bero. in cons. 78. num. 2. volum. 1. cons. 120. num. 8. eod. vol. Phanuc. in tracta. de inuentar. par. 6. Et hanc sententiam tenuere Anchar. Roman. Abb. Felin. Roch. de Cur. Curt. iun. Pau. de Citadin. Boer. Didac. & Rol. quos citat, & sequitur Crot. in capitulo, cum quid, par. 1. ampliat. 2. num 4. vbi dicit esse communem.* Imo venit etiam in cõfiscatione †ge-
28 neraliter facta de omnibus bonis, *vt per Socin. iun. in cons. 51. num. 1. volum. 2. Bossius in tit. de crimine læ. maiest. numer. 141. de quo Clar. in sua praxi crimin. §. fin. quæst 78. num. 8.* Idem videmus in subditis, qui non
29 possunt inuiti transferri † in alium dominum, *Bald. in cap. 1. §. in generali, si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agnat. Bald. Salicen. & Castren. in l. debitorem, C. de pact. Hostien. in cap. dilectæ, vbi Abb. in 4. no. de maior. & obed. Natta in cons. 367. num. 1.* vbi multas rationes ponit, sed cum vniuersitate bonorum veniunt
30 etiam subditi, † *Bal. in cap. §. præterea ducatus, de prohib. feud alien. per Feder. Abb. Roman. Martin. Laud. Iaf. Felin. Fabian. de monte. Paris. & Ruben. quos citat Anton. Gabriel. communem opin. lib. 3. tit. de iure quæsito non tollen. conclus. 8. num. 10. Bossius, in tit. de Principe, num. 290. Duen. in reg. 215. limit. 1. Neuizan. in consil. 12. num. 118. Natta d. cons. 367. num. 4. Clar. de feud. quæst. 28. num. 2. Rolan. in consil. 1. num. 88. volum. 1.* Nec obstat, quod alimentorum ius cohæreat ossibus patroni, nec ab eo separari possit: quia respondetur, illud verum esse quoad hoc, vt de vna in aliam personam transferantur, sed ad effectum, vt ius illud extinguatur in totum, nec in futurum debeatur, benè est separabile, & non benè infertur, non potest in alium transferri, ergo non potest extingui. Videmus enim vsumfructum non posse in alium transferri, & tamen posse extingui *d. § finitur, d. l. si*
31 *vsusfructus, ff. de iur. dot.* Idem iura passim † non possunt in alium conferri *secundum Bald. in l. 2. oppositione prima, C. de pact. in l. 2. num. 5. C. de hæred. vel actio. vend.* tamen benè possunt extingui pacto, remissione, liberatione, vel aliter, vt patet de se. Similiter fideicommissum conditionale non potest
32 alij † cedi *secundum Bald. in capitulo, nonnulli, numero decimo, de rescript. Alexand. & Iaf. in l. si stipulatus fuerim illud ff. de verb. oblig. Iaf. qui communem dicit in l. 1. numero nonagesimo sexto, ff. de lege prima, Tiraquel. de retracta. conjang. §. vigesimo sexto, glos. prima, numero quadragesimo nono,* & tamen extingui potest re-
33 pudiatione, † *vt probatur in lege prima, §. sed & quotiens ibi, si velit alios, & l. cogi. §. idem merimur,*

ff. ad Trebel. Rip. d. §. sed & quotiens, num. 6. vbi dicit fideicommissarium acquirere actiones ipso iure, quando ipse vult. Potest & aliis modis extingui fideicommissum, & multa similia exempla congeri possent ad demonstrandum, non esse bonam consequentiam, non potest cedi, ergo non potest extingui. Hoc autem ipsum, quod patrono debeantur alimenta ab ecclesia, non est de substantia patronatus, imo nec de illius natura, sed potius quoddam accidens, vel accessorium, ideo posset à principio patronatus induci, cum ea moderatione, quod nunquam ecclesia teneatur ad alimenta, nam valet omne pactum contra naturam, vel etiam contra accidentia contractus, licet non valeat contra substantiam, *vt distinguit glos. in lege, pacta conuenta, ff. de contrahen. emptio. cui eam sequuntur alij omnes, præcipue Bereng. capitulo 2. num. 46. & sequen. Bart. & alij, in lege 2. in principio, vt ait Deci. num. 17. ff. si cer. pet. dixi in cons. 143. num. 29. & sequen.*

SVMMARIVM.

1 *Collectas non soluit dominus, qui vult feudum cedere.*
2 *Vsufructuarius liberatur ab oneribus si velit renunciare vsufructui.*
3 *Vasallus potest inuito domino renunciare feudo.*
4 *Fauore suo renunciare quilibet potest.*
5 *Beneficium non confertur in inuitum.*
6 *Modus dicitur, quando tale apponitur onus, quod est impensum post quæsitum emolumentum.*
7 *Modum, qui non implet priuatur omni commodo.*
8 *Donatio dicitur contractus nominatus.*
9 *Contractus à principio sunt voluntatis, postea verò necessitatis.*
10 *Contractus nominatus non resoluitur ob non sequutũ implementum.*
11 *Donatio non resoluitur per pœnitentiam ob implementum non sequutum.*
12 *Acceptans dispositionem censetur onus iniunctum agnoscere.*
13 *Ciuitatem acceptans videtur se obligare ad omnia onera ciuibus incumbentia.*
14 *Donatarius actione præscriptis verbis cogitur onus donationis exequi.*
15 *Donatarius cum onere alendi cogitur conditione ob causam reddere recepta, quando non obseruat.*
16 *Donatarius cogitur actione præscriptis verbis implere promissa.*
17 *Donatio cum onere alendi non reuocatur pœnitentia, sed datur actio ad alimenta.*
18 *Dominus fundi non liberatur à collectis, licet velit fundo cedere.*
19 *Aestimum non debetur, nisi alius sui loco reponatur.*
20 *Onus quando est rei iniunctum tollitur rem cedendo, secus quando iniungitur personæ.*
21 *Onus ex dispositione contrahentium non remittitur rẽ remittendo.*
22 *Ciuis cedendo bona liberatur ab oneribus realibus, & mixtis, non à personalibus.*
23 *Vasallus non potest inuito domino renunciare feudo.*
24 *Emphiteuta non potest renunciare rei inuito domino.*
25 *Vicinus renunciando beneficio putei non liberatur ad onera refectionis.*
26 *Approbatum, quod semel fuit, non potest reprobari.*
27 *Pœnitentiæ est locus in contractibus innominatis.*
28 *Contractus innominatus dicitur do, vt des, vel do vt facias.*
29 *Pœnitentia locus est in contractu permutationis.*
30 *Pœnitentia non est licita in contractibus innominatis, quando res non est integra.*
31 *Pœnitentia non est licita in contractibus innominatis fauore dotis.*
32 *Pœnitentiæ non est locus in contractibus innominatis fauore piæ causæ.*
33 *Pœnitentia non est licita in contractibus innominatis ex parte eius qui non impleuit, secus ex parte implentis.*

QVÆSTIO. XXIII.

SI bona alicui donantur ita tamen, quod teneatur aliquẽ alere, an postquam per aliquot annos aluit possit se ab ea obligatione eximere restituendo bona, quæ prius acceperat. Et videtur illum liberari primo per ea quæ ponit Bar. *in l. is cum quo, num. 2. ff. de acq. pluu. arcen.* vbi ait,
1 quod si dominus fundi † velit illi credere, nõ tenebitur ad collectas, & alia onera personalia, vel mixta. Idem voluit Bald. *in l. etsi forte. §. ait Labeo, ff. si seruit. vend. & in l. 1. num. 33. C. de sent. quæ pro eo quod inter. Petr. de Vbald. in tracta. de collec. quæst. 28. num. 43.* Secundo facit, quia vsufructuarius, si velit renun-
2 ciare † vsufructui, non tenetur ad onera. Et ibi dicit Bald. quod si onera, quæ imponuntur adeo sint grauia quod excedunt valorem domunculæ, quam rusticus possidet, poterit domui renũciando liberare se ab oneribus prædictis. Et per illum textum vidi ego consultum per multos Doctores, quod dominus prædij cedendo fructus illius anni non tenetur ad collectas illo anno impositas. Tertio facit, quia vasallus potest inuito do-
3 mino feudum renunciare, † *c. 1. de vasal. qui contra confit. Lothar. & hanc opinionem tenet Hostien. in cap. quæ in ecclesiarum, de constitutio. Archidiac. in ca. de forma 22. quæstio. 5.* Specul. *in tit. de feud. §. quoniam ver. 28. num. 50.* dicit quod multis in locis liberatur vasallus ab homagio reddendo feudum. *Idem Hostien. in sum. de feud. §. si. Bald. in l. 1. in 2. lect. num. 9. quæstio. 12. ff. de rer. diuis.* quia secundum eum persona est obligata propter rem, non autem propter personam. Et est communis opinio, *secundum Abb. in d. c. quæ in ecclesiarum, num. 19. Curt. iun. in tracta. feud. in 4. par. in vltim. cau. amission. feud. reg. 1. in quæstio. 31.* Cum enim feudum principaliter concedatur fa-
4 uore inuestiti potest inuestitus renunciare † fauori suo, *l. si quis in conscribendo, C. de pact.* & beneficium non confertur † in inuitum. *l. inuito, ff. de reg.*
5 *iur.* Quarto donatio prædicta videtur facta sub modo alendi scilicet illum. Dicitur enim modus

quando

6 quando disposítioni aliquid adiicitur, quod † est implendum post emolumentum quæsitum, *l. cum tale §. 1. vbi Bartol. ff. de cond. & demonstr. Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius, nu. 5. ff. eod. tit. Bald. in cons. 219. num. 5. vol. 2. Castren. & Imo. in d. §. Termilius, Ruin. in cons. 26. num. 9. & sequen. volum. 2. Bero. cons. 30. num. 6. vol. 2. Alciat. in cons. 210. num. 2. Gallitau. in rub. ff. de verb. oblig. num. 182. cum multis similibus.* Ad implendum autem modum nemo præcisè cogi potest, sed liberatur cedendo omne emolumentum. *l. 2. C. de his quæ sub modo*, vbi dicitur, quod non implens
7 † modum priuatur omni commodo. At idem est text. *in l. si hæres. ff. de cond. ob cau. l. liberto. §. Lucius, ff. de annu. leg. Bar. d. §. Termilius, num. 19. vbi etiam Socin. num. 14. ver. secunda conclusio, Bald. d. cons. 219. colum. 2. ver. amplius considerandum, Alexan. in consilio centesimo vigesimo septimo, num. 2. ver. adhuc videtur, vol. 7. consil. 102. num. 6. vol. 1. Ruin. in cons. 43. num. 8. vol. 2. Menoch. in cons. 78. num. 17.* Cum ergo donatarius rem donatam restituit, eximitur ab obligatione, quæ donationi annexa erat.

Sed etsi hæc argumenta videantur colorata, tamen mihi semper placuit pars contraria, quod scilicet donatarius non liberetur per restitutionem rei. Donatio enim dicitur contractus per-
8 fectus, & † nominatus. *glos. in lege secunda, ff. de cond. ob cau. in l. in ædibus. §. ex rebus, ff. de donatio. in l. Aristo. ff. eo. & idem voluit glos. in l. fin. ff. de cond. ob cau.* Et hanc opinionem, quod donatio olim, & hodie quoque sit contractus nominatus, tenuerunt omnes citramontani, *& eos sequitur Bar. in d. l. fin. & in omnibus locis prædictis, & alibi semper inconcussè. Corne. in cons. 101. circa princ. lib. 1. Alex. in l. iurisgentium, in princ. num. 6. vbi etiam Ias. num. 8. ff. de pact. idem Ias. in d. l. fin. nume. 13. Ripa in l. fin. nume. 120. C. de reuoc. donatio. Gomes. in §. in personam, num. 40. Instit. de action.* habet enim elegans nomen *l. 2. ff. de præscript. ver. notatur in rub. C. de rer. permutatio.* In contractibus autem nominatis non est licita pœnitentia, sed à principio
9 sunt † voluntatis, & ex post necessitatis, *l. sicut, ff. de action. & oblig.* Et quod pœnitentia non conceda-
10 tur ob implementum non sequutum, † est text. *in l. cum te fundum C. de Pact. inter emptio. & vend. Bar. & alij in d. l. fin. & in l. 2. C. de cond. ob cau.* & in donatione est text. *in l. iustè. ff. de donatio.* vbi propriè
11 loquitur, quando † agitur de rescissione non ob implementum non sequutum, sed ob pœnitentiam, *vt declarat Ripa d. l. fin. numero 120. C. de reuocan. donatio.* Et hanc esse communem opinionem dicit Imo. *in capitulo fin. numero vigesimo quinto, versiculo, secundo potest, ff. de donatio.* & in donatione facta sub modo est text. *in l. perfecta donatio. C. de donat. quæ sub modo.* Ergo sicuti facta donatione non licet donatori discedere, ita non debet licere donatario, sunt enim correlatiua, & iudicari non debent ad imparia, *l. fin. C. de indic. viduit. tollen.* Facit regula, quod semel placuit, amplius displicere non potest. Secundo facit, quia donatarius acceptando donationem censetur agnouisse onus
12 † illi iniunctum, *capitulo, officij, de testam. lege, cum ab vno, in principio, ff. de lega. 2. l. qui tutelam, ff. de testam. tute. lege, si compensandi. C. de hæredib. instit. cum multis quos allegaui in consilio 150. numero 20.* vbi, qui acceptauit legatum, censetur agnoscere onus legato iniunctum. Et dicit Anchar. *in cons. 8.* quod ciuis qui acceptauit ciuilitatem, tenetur ad omnia
13 onera † ciuibus imposita, *Anchar. in cons. 103. col. 2. volum. 2. Cagnol. in l. qui cum alio, num. 8. ff. de reg. iur. dixi in cons. 42. num. 4.* Et sicuti legatarius eo, quod videatur quasi contraxisse, cogi potest ad soluendum onus legato annexum, ita donatarius postquam donationem acceptauit potest cogi, vt alimenta præstet, iuxta modum adiectum donationi. Tertio quando aliquid est donatum adiecto onere, tunc etiamsi nulla interuenerit promissio nullaué stipulatio, tamen datur actio præscriptis
14 verbis, & ea cogitur donatarius † seruare legem donationi adiectam, *vt est text. in l. legem & in l. cum res, C. de donationib.* Ad idem est text. *in l. rebus, C. de rer. permut.* Et est regulare, quod vbi fit donatio sub modo, tunc non solùm datur rei vendicatio ad res traditas, quando modus non est impletus, vt dicunt iura passim, nec solùm condictio ob
15 causam, † quæ est personalis ad repetendum data, vt est text. in terminis, loquens de donatione facta cum onere alendi donatorem *in l. 1. C. de donatio. quæ sub modo*, sed etiam competit actio præ-
16 scriptis † verbis, vt impleatur lex donationis, & modus adiectus, vt benè dicit gl. *in d. l. 1. & est text. in l. 2. C. de his, quæ sub modo. glos. in d. l. legem, Bar. qui optimè declarat in l. si stipulatus, §. 1. numero secundo, ff. de fideiussor. & in d. §. Termilius, num. 17. ver. tertium remedium, & communem dicit opin. Gomes. in tit. de succes. sio. cap. 12. numero septuagesimo primo, in fi.* Et in terminis nostris, quod donatio alicui facta sub modo alendi donatorem, vel alium non reuocetur pœ-
17 nitentia, sed cogatur donator † implere onus iniunctum, est tex. *in l. si dona. cau. §. 1. C. de contrah. empt.*

Et non obstat, quod dominus fundi non cogatur ad collectas, si velit renunciare fundo *secundum doctrinam Bart. in l. is cum quo, ff. de acquir. pluu. arcen.* quia id non est omnino absolutum. Tenen-
18 enim alij, quod etsi velit cedere fundo † non liberetur *vt probat Ioan. Mauric. in repet. l. vnica, colum. 197. in fin. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. quem citat decis. Pedem. 95. num. 47.* vbi dicitur, quod nemo potest collectis renunciare, nisi alium submittat æquè idoneum. Pro quo facit, quod voluit Bar. *in l. incola, ff. ad municipa.* vbi, quod prædia non debent
19 adimi de æstimo † nisi alius idoneus in catastro supponatur, *Bald. in auth. sed periculum, C. sine cen. vel reliq. Castren. in l. placet, in fi. C. de sacros. eccles.* Secundo respondeo, quod dictum Bartol. procedit, quando ad onus tenetur quis tantummodo ratione rei, tunc enim cedendo rem liberatur, at vbi tenetur ratione contractus, tunc non liberatur cedendo rem. *l. quicunque, C. de fun. patrimon. li-*
20 *bro vndecimo.* Et ita † distinguit Bart. *in d. l. is cum quo, num. 1.* vbi etiam dicit, quod si onus est certum ab initio, tunc licet quis teneatur ex contractu occasione rei, & nihil promiserit, tunc cedendo rem non eximitur ab onere. Et infert, quod ideo possessor rei non liberatur à censu, vel tributo, si velit rem dimittere in proposito. Concurrit vtrũque,

que, quia donatarius obligatur ex contractu, itē onus est certum ab initio, ergo non euitat onus alendi, licet velit rem dimittere. Idem probauit Bald. *in d. l. etsi fortè, §. ait Labeo*, dicens, quod si
21 onus † venit ex dispositione contrahentium, non liberatur possessor derelinquēdo rem, licet aliud sit, quando venit ex dispositione legali. Idem Bal. *in d. l. cum fructuarius*, dum considerat, quis conuenitur ex sua promissione. Cum enim onus debeatur propter personalem obligationem, id est ex promissione non tollitur re sublata, cuius contemplatione soluebatur. Ideo Bald. *in l. vnica, num.*
22 *33. C. de senten. quæ pro eo quod inter.* dicit quod ciuis deferendo bona eximitur quidem à collectis, † & oneribus realibus, & mixtis, sed non à merè personalibus. Et dicit Bad. *in l. etiam, col. fin. C. de exequut. rei iudic.* quod allibratus præcisè potest compelli ad soluendum onera, nec liberatur deferendo æstimum. Allegat glos. *in l. incola, ff. ad muncipal.* quam dicit ordinariā Bal. *in cons. 429. vol. 3*, & Rom. *in cons. 161. in fi.* dicit, quod æstimatus, vt euitet onera, non potest renunciare æstimo, *sequitur decis. Pedem. 86. num. 5.*

Secundo obstat, quod fructuarius renunciando rei liberetur, quia procedit, ex quo onus est merè reale, & rei annexum, secus quando aliqua subesset obligatio. Ita declarat Bald. *in d. l. cum fructuarius*, inferens, quod rusticus non potest renūciare domui, licet onera excedant rei valorem. Et respondendo ad illum textum dicit, quod onus, de quo in eo, non erat in obligatione. Supponit autem, quod vbi onus est in obligatione, non liceat se eximere dimissa re secundum ea, quæ dicta sunt in resolutione præcedentis obiecti. In casu autem nostro onus est in obligatione, quia donatio facta est sub modo, & donatarius acceptando videtur promisisse implementum modi.

Non etiam resistit tertium, quod vasallus possit inuito domino renunciare feudo, quia in hoc
23 † contrarium tenuit Specul. *in tit. de feud. §. quoniam ver. 28. num. 50.* quia feudum est contractus nominatus. Ideo non est licita pœnitentia, *Bart. in d. l. is cum quo, circa princ. Bal. in d. l. cum fructuarius*, vbi dicit idem esse in emphiteuta, qui non potest re-
24 nunciare † emphiteusi, vt liberet se ab oneribus. Et hanc opinionem dicit magis cōmunem Alex. *in l. si quis. in §. fi. nu. 14. in fi. ff. de acquir. poss.* præcipuè, quando pro fundo præstatur certum seruitium, quo casu id voluit absolutè glos. *in c. 1. §. similiter, in tit. de capitan. qui Cur. vend. & in c. Imperialem, §. callidus, vbi not. Bald. de prohib. feu. alien. per Feder. idem Bald. in c. 1. ad fi. de vasal. qui contra constit. Lothar. Leaza. in c. potuit, col. 7. de loca.* Hanc etiam sententiam tenuit Alber. *in d. l. cum fructuarius*, Cæpol. *in tracta. de seruit. vrban. prædio. cap. 47. de puteo & cister. colum. 1. ver. sed pone, quædam communitas*, vbi etiam infert, quod vi-
25 cinus † renunciando beneficio putei, non se liberat ob onere refectionis, distinguendo tamen, *vt ibi per eum, Felin. in c. quæ in ecclesiarum, num. 49. ver. tertio fallit, de constitutio. Iacob. in sua inuestitura, in ver. qui quidem inuestiti, num. 29. Zas. & Moder. Gal. quos citat, & sequitur Clar. de feu. q. 34.*

Postremo non aduersatur, quod ad implendum modum non possit quis præcisè compelli, quia veritas est in cōtrarium, *vt probaui paulò supra*: tres enim actiones dantur, duæ ad repetendum, traditio rei, scilicet, vendicatio, & condictio ob causam, tertio verò præscriptis verbis, vt promissum impleatur, *d. l. legem, & cum res, cum aliis supra à me citatis.*

Prædicta licet loquantur de donatione, vendicare tamen debent locum etiam in legato facto cum onere alendi, quia acceptando legatum, cēsetur se obligare oneri ānexo, *vt dixi supra*, & postquam legatum semel est acceptatum, non po-
26 test amplius repudiari, quia quod semel fuit † approbatum reprobari non potest, *l. Pomponius scribit, ff. de neg. gest. l. si quis testibus, C. de testib. decis. Pedem. 62. num. 28. D. Becius in cons. 3. num. 39.* & acceptatum onus est exequendum per iura prædicta.

Dubium tamen est, quando non est expressa donatio, atque ita non est contractus nominatus, sed innominatus, vt quia dicatur, *do tibi hæc prædia*, vt me alas toto tempore vitæ, nam in contracti-
27 bus innominatis est locus † pœnitentiæ, *l. si pecuniam, in princip. ff. de condictio. ob caus. Bald. in rub. C. de rer. permutat. Imo. in l. Aristo, ff. de donatio. Ias. in l. iure gentium, in princip. & in l. ab emptione, ff. de pac.* præci-
28 puè quando sunt respectiui, puta do, vt des † vel facias, vt in casu nostro, *glos. 1. in l. si fundum, ff. de pac. Imo. in l. hoc iure, §. si quis dederit, ff. de donatio. decis. Pedem. 98. nume. 2. ver. secundo in contractibus, & numer. 11. ver. non videntur obstare.* vbi subdit, quod etsi re non integra cesset pœnitentia, tamen non ex eo desinit res esse integra, quod aliquid impletum fuerit de his, quæ deducta sunt in contractu, *D. Becius in*
29 *cons. 83. num. 5.* vbi infert in permutatione † locum esse pœnitentiæ, quia contractus est innominatus. Quod etiam placuit Tiraquel. *de retracta. consang. §. 30. gl. 2. num. 33. Bero. in cons. 4. num. 21. vol. 1.* vbi loquitur in donatione ob causam, & latè prosequitur per totum illud consilium, sed eo quoque casu credo pœnitentiæ locum non esse, quia etiam in contractibus innominatis non licet pœ-
30 nitere, quando † res non est integra, *vt probatur in d. l. si pecunia, §. item si quis dederit, ff. de cond. ob cau. glos. in d. l. si pecunia, in princ. in ver. liceret. ibi, caue tamen. gl. fin. in d. l. quod seruius ver. sed nonne, ff. eod. tit. Bar. in l. 3. in princip. num. 1. ff. eo.* Hanc etiam limitationem probarunt Imo. Comen. & Roman. *in l. in ædibus, §. 1. ff. de donatio.* vbi ita intelligunt *l. Aristo, in ver. deniq, ff. eo. tit.* & in facto res non est integra, quia donator rem tradidit, & donatarius cœpit implere contractum ex parte sua præstando aliquo tempore alimenta. Secundo moueor, quia videmus fauore dotis pœnitentiæ locum non esse in contracti-
31 bus † innominatis, *l. si ego, §. 1. ff. de iur. dot. Bar. in d. l. si pecuniam, num. 3. ver. respondeo ergo, ff. de cond. ob cau.* vbi dicit, esse speciale fauore matrimonij, & esse ibi casum notan. *Bald. in l. mandatum, num. 6. C. man.* vbi extendit ad piam † causam per textum prædictum, qui loquitur de dote. Et dicit, quod in contractibus innominatis non est locus pœnitentiæ, quādo respiciunt pietatē, subdens esse notandum

tandum. Et idipsum in causa pia dicit Bald. *in l. sicut, in l. fin. C. de actio. & obligat. vbi dicit esse notandum Salicen. in d. l. mandatum, oppos. 13. Alexan. inl. qui Romæ, §. Flauius, col. 7. ff. de verbo. oblig. & in dote hoc quoque voluit Bar. in l. 2. §. si pecuniam, ff. de donatio.* Hanc conclusionem tenuit etiam Bero. qui loquitur in dote, & pia causa *in cons. 4. num. 19. vol. 1. Tiraq. de vtroq; pariter tractans in tracta. de priuileg. piæ cau. priuileg. 133.* vbi tamen refert contradicentes, & demum text. *in d. l. si ego*, intelligit in hærede contrahentis, non in ipso contrahente, quod tamen est contra regulas, quia hæres eiusdem est facultatis, cuius defunctus, *l. hæredem, ff. de reg. iur.* Eam quoque partem multos allegans, & ab impugnationibus defendẽs amplexus est Menoch. *in cons. 92. num. 79.* Ex quibus apparet hãc esse communem opinionem, quod si non admittitur pœnitentia, vbi de dote agitur, vel pia causa, eodem modo denegabitur fauore alimẽtorum, cum, *vt sæpe dixi*, à causa pia, vel dote, liceat arguere ad alimenta. Tertiò pœnitentiæ non est locus in contractibus innominatis, ex parte eius qui non impleuit, sed benè licita est in eo, qui ex sui parte obseruauit cõtractum. Et ratio differentiæ est, quia per implemẽtum factum ab vna parte recipiens, remanet perfectè obligatus: ille verò, qui impleuit, cum nihil recepit, non est obligatus, proinde primo casu licet pœnitere, secundo verò non. Hoc † probat text. *in l. 3. §. 1. ff. de cond. cau. da. ponit eleganter Bar. in l. si pecuniam, num. 4. & num. 12. ver. ex parte verò, ff. de cõdictio. ob cauſ.* At is qui promisit alere recepit à donatore implementum, & dicitur perfectè obligatus, ergo sub prætextu pœnitentiæ recedere nõ potest à contractu, atque siue sit donatio, siue cõtractus innominatus, nullo casu erit licita pœnitentia. Et hanc esse rationem dicit Bar. loco prædicto, quod qui impleuit ex parte sua agere potest contra aduersarium, vt sibi impleatur præcisè, *vt in l. naturalis, §. 1. & seq. ff. de præscrip. verb.* Quod si pœnitentiæ locus esset vtique non esset verum dicere, quod compelli possit actione præscriptis verbis ad obseruantiam.

SVMMARIVM.

1 *Clausula ex decreto Mantuano, vim obtinet iuramenti in omnibus præterquam ratione periurij.*
2 *Promissio sub fide, aut sincerè, vim habet iuramenti.*
3 *Transactioni firmatæ ea clausula sub fide, vel sincerè, contrauemens incidit in pœnas, l. si quis maior.*
4 *Transactioni iuratæ contraueniens incidit in periurium.*
5 *Vsuras soluere, qui promisit iuramento, tenetur ad obseruantiam iuramenti.*
6 *Promittens soluere vsuras si iurauit cogitur iuramentum, non promissionem seruare.*

QVÆSTIO. XXIIII.

DVM hæc scriberem incidit quæstio notabilis in ciuitate Mantua, extat ordo, per quem interdictum est notariis iuramentum ponere in instrumentis, aut etiam illud partibus deferre, sed clausula quædam asscribitur vim obtinens in omnibus iuramenti, præterquam ad periurij reatum. Ea verò clausula non supplet solennitates à statuto requisitas sic alio ordine disponente: Contingit modo filium quẽdam naturalem, cui à patre relicta fuerant alimenta, taxata ad certam quantitatem, transigendo renunciasse legato alimentorum recepta pecunia, & dubitatur de validitate transactionis, nam vt dixi *inter alimen. priu.* non valet transactio super alimentis nisi interueniente decreto, *l. cum ij, de transactio.* Ex aduerso dicitur, quod ex quo clausula vim habet iuramenti, ita illa validat transactionem, ac si iuramentum esset appositum, quia subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. *l. si eum, §. iniuriarum, ff. si quis cautio.* at iuramentũ validaret transactionem vt eo loco dixi. Ergo idem debet operari
1 clausula. Quod autem clausula † vim habeat iuramenti, probatur ex iis, quæ ponit Bursa. *multos allegando in cons. 306. num. 12. vbi inter alios citat Nattam loquentem de vsu Mantuano in cons. 479. & sequen.* Illa enim clausula promitto sub fide, vel sincerè, pa-
2 rum aut nihil differt † à iuramento *c. 1. in princip. de sepultur. in 6.* vbi post Ioan. Andr. *inquit Geminian. col. 1. in fi.* quod parum differt, an dicatur, iuro ad sancta Dei Euangelia, vel dicatur promitto sub fide, *& in d. c. ad aures, ff. quod met. cau.* probatur quod iuramentum, & promissio sub fide idem operantur. *gl. in c. 2. de sponsa.* Hinc notabiliter inquit Spec. *in tit. de arbitro, §. fin. ver. sed pone compromissum*, quod sicuti contraueniens transactioni iuratæ incidit
3 in pœnas, *l. si quis maior, C. de transactio.* ita † qui cõtrauenit transactioni factæ sub fide. Et de ea clausula multa ponunt additio. ad Bar. *in d. l. si quis maior, vbi Parpal. num. 40. & Iacobin. num. 23. Iaſ. pulchrè in cons. 91. num. 6. vol. 3. Bero. cons. 59. num. 17. vol. 1. Bertran. in cons. 262. num. 5. vol. 6. Syluan in tracta. de recognitio. feu. c. 109. col. 2. Pinel. in l. 2. par. 3. cap. 13. C. de rescin. ven.* Et de prædicta clausula ponit Port. Imo. *in cons. 36. num. 59.* sed replicatur, quod transactio ideo iura-
4 mento confirmatur, quia aliâs iurans † incideret in periurium nisi eam obseruaret, *vt volunt Doctores omnes. præcipuè Bar. in l. si quis pro eo, in fi. ver. decimo prohibetur, ff. de fideiussor. cum aliis apud Tiraq. in l. si vnquam, in præfatio. num. 141. C. de reuoc. donatio. Seraph. in tract. priuileg. iuram. priuileg. 101.* At cessat timor periurij, cum apposita est clausula, quia ex decreto ea non habet vim iuramenti quoad periurium. Ergo cessare quoque debet confirmatio: facit quia Bar. loco prædicto loquitur secundum ius canonicum innuens, quod ob timorem peccati est seruandum iuramentum. Et ita eum intelligit Cardin. Alban. ad Bart. *in d. l. cum ij, ff. de transactio.* Et idem illo non citato tenuit Seraph. loco prædicto, conciliando Bart. contrarietatem, Hæc tamen replicatio non est admodum tuta: nam vbi solus vrget metus periurij, & peccati, tunc actus non confirmatur iuramento, licet iurans teneatur seruare iuramentum, vbi autem actus iuramento firmatur, tunc non attendimus solùm periurij metum, sed etiam & virtutem iuramenti. Et ne fortè aliquibus termini videantur

iidem,

iidem, cum dico, actum non confirmari iuramẽto, ſed ſeruandum eſſe iuramentum, vel cum dico actum iuramento firmari, ſciendum eſt, aliquando actum ita fore nullum, vt etiam adhibito iuramento ſuſtineatur. At quando quis cum iuramento promittit vſuras ſoluere, tunc enim promiſſio non valet nec confirmatur iuramento, quia iuramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum, tamen iurans cogitur iuramentũ ſer-
5 uare, non dico contractum confirmari, † ſed iuramentum eſſe ſeruandum, vt declarat *in d.l.ſi quis pro eo, num.10.ff.de fideiuſſo.* Et dicit benè notandum Alexan, *in l.qui Romæ, §.duo fratres, num.55.in fin.ff.de verb.oblig.* idem Bald. *in l.3.num.1.ver.quærit gl.C.plus vale.quod agitur*, inquit, quod ſi quis iurat ſoluere
6 vſuras, † tenetur ſeruare iuramentum: non dicit, quod debeat ſeruare promiſſionem. Et dicit Abb. *in c.1.num.2.de iureiuran.* quod pactum ſoluendi vſuras nullam producit actionem, nec confirmatur iuramento, ſed ſolùm iuramentum ſuper eo interpoſitum eſt obligatorium. *Et num.12.* apertius loquendo dicit, quod iuramentum non firmat contractum fœneratitium, ſed obligat promittentem ad non contraueniendum, inquiens, hoc eſſe benè notandum, *Humber.de Boueneo, in repet.auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vend.num.128.* vbi ait, quod iuramento non obſtante, contractus prohibitus odio creditoris ſemper durat in ſua nullitate. Sequitur Guido Pap. *in quæſtio.6.nume.2.Alexan.idem tenet in conſ.129.num.19.vol.6.* dicens, quod tali caſu, licet iurans, cogi poſſit ad obſeruantiam iuramenti, tamen contractus non firmatur; aliquando vero contractus eſt nullus, ſed confirmatur iuramento, vt in donatione inter virum, & vxorem, in donatione facta à patre filio in poteſtate, in venditione fundi dotalis, in alienatione bonorum minoris, in renunciatione Velleiani, vel inſinuationis, & in pluribus aliis caſibus, vt diſtinguendo. Et multis adductis authoritatibus comprobando dixi *in conſ.194.numer.23. & ſeq.* vbi ſuſtinui, quod in primo caſu, quia ſolùm obſtat periurium hæres iurantis, absque alia abſolutione poteſt venire contra authoris contractum iuratum. In propoſito igitur, cum eſt nullus, & iuramento non confirmatur, ſed promittẽs obligatur ad obſeruantiam iuramenti metu periurij, tunc clauſula, de qua in ordine Sereniſſimi Principis Mantuani domini mei non prodeſt, & nihil operatur, quia non obligat ad reatum periurij, dicitur in eo ordine, ceſſante autem metu reatus promittens ad nihil tenetur: Secundo vero caſu, quia iuramentum confirmaret contractum, & clauſula vim habet iuramenti, clauſula ipſa ita firmat contractum, ſicuti iuramentum adeſſet, & promittẽs cogi poteſt ad obſeruantiam contractus. Et hæc diſtinctio ſemper mihi placuit, & placuit etiam Senatui Mantuano, cui meã hanc ſentẽtiam explanaui, dum in eum ordinem ſum cooptatus, quamuis aliàs multi aliter rem intelligerent. Inferẽdo autem ad quæſtionem propoſitam dico, quod transactio ſuper alimentis, licet ſit nulla, confirmatur tamen iuramento, & vigore ipſius iuramenti tranſigens tenetur tranſactionem implere, *vt concludit Bar.in d.l.ſi quis pro eo, & Doctores omnes ſupracitati pro contraria parte.* Ideo pari modo confirmatur virtute clauſulæ prædictæ. Dicebatur item quod ex forma Mantuani ſtatuti interuenire debet D. prior collegij in omni contractu, in quo de iure communi decretum eſt neceſſarium: At in transactione, quæ fit ſuper alimẽtis, ius requirit decretum iudicis. Ergo in ea quoque adhiberi debet præſentia domini prioris. Vnde infertur, quod clauſula prædicta non ſuſtinet prædictam tranſactionem, quia ex forma ordinum non ſupplet ſolennitates requiſitas à ſtatuto, ſed nõ affirmo, tum quia id mihi non liqueat. Addebatur & aliud, quod clauſula inſeri debet de ordine prioris non alterius, ſecũdũ ordinem prædictum, *vt refert Portius d.conſ.36. num.59.* Sed hoc pendet à dubio præcedenti, an valeat cum clauſula ſine interuentu prioris, quia ſi eius præſentia non eſſet neceſſaria, non etiam requireretur illius iuſſus: ſi vero eſſet neceſſaria, aliud eſſet.

SVMMARIVM.

1 *Teſtatoris diſpoſitio eſt lex.*
2 *Rei ſuæ quilibet poteſt legem apponere quam vult.*
3 *Teſtator poteſt priuare ſua hæreditate eum, qui non ſeruat voluntatem ſuam.*
4 *Teſtatoris voluntatem, qui non ſeruat, dicitur illi eſſe odioſus.*
5 *Teſtatoris voluntatem, qui non ſeruat, priuatur omni commodo hæreditatis.*
6 *Hæres qui defuncti hæreditatem non implet venit priuandus.*
7 *Hæres contraueniens voluntati teſtatoris efficitur indignus.*
8 *Teſtamentum impugnare dicitur, qui cõtrauenit voluntati defuncti.*
9 *Principi applicatur pœna, quæ imponitur contrauenienti legi ſuæ.*
10 *Pœna delicti ad eum pertinet, qui principaliter læditur.*
11 *Feudum vaſallo ademptum, quia offenderit dominum applicatur domino.*
12 *Lucrum alicui ademptum illi applicatur, cuius contẽplatione ademptum eſt.*
13 *Fœmina quando fauore maſculorum excluditur mediante dote, tunc maſculis applicatur eius portio.*
14 *Alienatio quando fauore alicuius prohibetur, ille reuocat cuius fauore fuit prohibita.*
15 *Modus vt impleatur datur actio ei, cuius intereſt implere.*
16 *Actio, cui datur, illi etiam datur vtilitas proueniens ab actione.*
17 *Actio eſt ius proſequendi in iudicio quod ſibi debetur.*
18 *Pœna ei applicatur, cui datur actio pro ea.*
19 *Hæreditas, quæ alicui aufertur tanquam indigno, applicatur fiſco.*
20 *Hæreditas indigni tranſit ad fiſcum cum omnibus ſuis oneribus, & conditionibus.*
21 *Hæres quando contra præceptum teſtatoris moleſtat alimentarium, hæreditas fiſco applicatur, licet non ſit dictum in teſtamento.*

22 Hæres

22 Hæres si molestat vxorem alimentariam contra præceptum testatoris, hæreditas cohæredibus, vel substitutis applicatur, licet non sit dictum.

23 Testator censetur accommodare voluntatem suam secundum leges.

24 Fideicommissum in dubio censetur factum fauore venientium ab intestato, & illi censentur vocati.

25 Lucrum delatum ab homine non ei applicatur cuius contemplatione fuit alij ablatum, licet sit in delato à lege.

26 Testator si mille relinquit vxori donec caste vixerit, & post mortem vocauit Titium, is habebit mille si vxor inhoneste viuat.

27 Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.

28 Hæreditas indigni, quando non fisco, sed alij applicanda sit.

29 Hæres quãdo priuatur hæreditate si molestat vxorem, tunc hæreditas ob molestiam defertur vxori si ipsa sit instituta in alimentis.

30 Rationes duo vincunt vnam.

31 Persona vna fungitur vice duorum, quando iura duorum ad illam deuenere.

32 Persona vnius, quando habet iura duorum, tunc non confunduntur, sed vnumquodq; remanet illæsum.

33 Hæres institutus in re certa acquirit totam hæreditatem, si hæres vniuersalis repudiat, vel priuatur.

34 Paria sunt quod hæres in re certa non habeat hæredem vniuersalem, vel repudiet, vel priuetur.

35 Hæreditas accrescit instituto in re certa, quando nõ est datus hæres vniuersalis.

36 Hæres priuatus hæreditate ob molestiam vxori illatam succedit iterum, si vxori reperiatur post illius mortẽ substitutus.

37 Hæres ex persona propria potest impugnare quod defunctus fecerat suo nomine.

38 Duo iura si vni competunt potest is vno repudiato alterum consequi.

39 Filia, quæ renunciauit hæreditati paternæ poterit ex testamento succedere.

40 Filius si excluditur ex capite vnde liberi, venire poterit ex capite, vnde cognati, vel agnati.

41 Filius præscriptione triginta annorum exclusus ab hæreditate ex testamento poterit succedere ex secundo capite intra alios triginta annos.

42 Renunciatio generalis facta ab homine excludit ab omni capite, secus in exclusione legis, vbi vide.

43 Filius impugnans primum gradum succedere potest ex substitutione.

44 Indignus quoad aliqua non reputatur indignus quoad alia.

45 Prohibens succedere alicui potest hæredi illius succedere.

46 Alienans contra testatoris præceptum non prohibetur succedere ex fideicommisso ordinato in casum mortis, licet non in casum alienationis.

47 Filia quæ ob neglectum testatoris præceptum fuit priuata hæreditate, succedere poterit ex substitutione.

48 Impugnans testamentum excluditur non solùm à primis sed etiam à secundis tabulis.

49 Testatoris voluntatem non seruans in re aliqua particulari non prohibetur illi succedere.

50 Testator non censetur ad suam inuitasse hæreditatem eos qui non seruant suam voluntatem.

51 Hæres qui prius contrauenit voluntati testatoris non censetur vocatus ad successionem ordinatam ab eodem.

52 Testator nunquam præsumitur vocasse ad successionẽ personas sibi odiosas.

53 Exequutio nõ intelligitur ex testamento illi commissa, qui prius contrãuenerat voluntati testatoris.

54 Exequutor electus ad distribuendum bona inter pauperes, non poterit eligere inimicum testatoris, & ibi ad alia infertur.

55 Alienans cõtra præceptum testatoris priuatur sua portione, & non reuocat alienata per alios.

56 Pœna. Quod alicui in pœnam aufertur non debet ad eundem reuerti.

57 Pater non habet vsumfructum in bonis filio applicatis, quæ ipse amisit ob spretum testatoris præceptum.

58 Pater non habet vsumfructum in bonis, quæ ob eius dissipationem applicantur filio.

59 Pater ali non debet ex bonis, quæ propter edictum amisit.

60 Pater qui ob transitum ad secunda vota consequitur solùm vsumfructũ ex successione filij, qui habet fratres, nõ habet vsumfructum in portione quam habet alter filius.

61 Testamentum potest sustineri ex secundo, si non ex primo gradu.

62 Limitata dispositio limitatum producit effectum.

63 Institutionem qui impugnat videtur totũ impugnare testamentum.

64 Delictum in committendo eo maius est quod fit omittendo.

65 Legatum reuocatur ob superuenientes inimicitias.

66 Inimicitiæ superuenientes reuocant legatum etiamsi reuocatum non fuerit in codicillis postea facto.

67 Pœna non egreditur rem circa quam quis deliquit.

68 Emphyteuta qui partem alienauit rei emphyteuticæ an totum perdat, & idem in feudo.

69 Priuatio non inducitur nisi eo volente in cuius fauorẽ fuit ordinata.

70 Fideicommissarius consequitur actiuas, & passiuas actiones si vult, & non aliter.

71 Alienatio facta contra præceptum testatoris sustinetur, quando nullus extat ex vocatis in casu alienationis.

72 Paria sunt substitutum non extare, vel datum repudiare.

73 Priuatio hæreditatis non habet locum nisi declaratione sequuta.

74 Pœna quamuis ipso iure sit imposita, tamen non habet locum nisi declaratione sequuta.

75 Rescisio contractus petita videtur in antecedens necessarium, quando res ipsa petita fuit.

76 Querela inofficiosi testamenti, & petitio hæreditatis deduci possunt in eodem libello.

77 Emphyteuta priuari non potest nisi præcedente domini declaratione.

78 Dominus videtur caducitatem declarasse contra emphyteutam quando rem alij concessit.

79 *Rebellis non declaratus potest impunè occidi, & sat est in defensione probari illum fuisse rebellem.*
80 *Clericus declaratur assassinus in iudicio exequutiuo.*
81 *Hæres priuatus hæreditate censetur grauatus per fideicommissum illam restituere.*
82 *Hæres qui semel fuit, non potest desinere esse hæres.*
83 *Priuatio ipso iure inducitur propter molestiam illatam legatario, quando illata fuit ante hæreditatem aditam.*
84 *Trebellianicam deducit quicunq; grauatur hæreditatem sub conditione restituere.*
85 *Trebellianicam deducit hæres, qui propter illatam legatario molestiam priuatus fuit hæreditate.*
86 *Pœnam & præmium ex eodem facto consequi nemo debet.*
87 *Trebellianica in dubio denegari debet.*
88 *Trebellianica etiam tacita prohiberi potest.*
89 *Priuatio inducitur ipso iure, & non per fideicommissum, quando testator ita priuat, vt habeatur pro nõ instituto.*
90 *Trebellianica censetur prohibita quando hæres directis verbis fuit grauatus onere restituendi.*
91 *Actum faciens videtur se obligare legibus loquentibus de illo actu.*
92 *Voluntas declaratur ex actu nullo, sicuti ex valido.*
93 *Hæres priuatus tota, & integra hæreditate non deducit Trebellianicam.*
94 *Trebellianicam prohibere videtur testator, qui mandat totam, & integram hæreditatem restitui.*

QVÆSTIO. XXV.

RElictis vxori, vel alij alimentis, testator mandat non molestari ab hęrede, aliâs illum testator priuat hæreditate, sed non dicit, cui eo casu sit applicanda. Ideo dubitatum fuit, cui applicetur in casu molestiæ. Et pro declaratione terminorum sciendum est, quod testator in pœnam spretæ, vel non obseruatæ suæ voluntatis potest hæredem suum priuare hæreditate,
1 quia † testatoris dispositio est lex §. *disponat, in Auth. de nup.* & rei suæ potest quilibet apponere
2 † legem quam vult, *l. quoties, C. de donat. quæ sub mo.*
3 *c. vtrum, de condit. appos.* Et quod hãc pœnam † possit imponere, probat text. *in l. 1. C. de his, quæ pœ. nom. §. 1. & §. fin. Institut. de lega. l. mulcta, in princ. ff. de cond. & demonstr. Bart. in l. pater, ff. de hæred. instit. declarat Socin. in l. pœnam, ff. de his, quæ pœ. nom. Alexand. in cons. 138. in princip. vol. 1. Paris. in cons. 91. num. 59. & 60. vol. 2. Simon de Pretis, de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. interpret. 2. dubit. 4. in princip. numer. 21. & sequen. Capbal. in cons. 52. per totum*, qui enim voluntatem defuncti
4 non obseruat † præsumitur illi odiosus, *auth. hoc amplius, C. de fideicommis. Alexand. d. cons. 138. num. 25.* Quinimo etiamsi testator non opponat expressè priuationis pœnam inobedienti, idem est, quia
5 priuatur omni † commodo proueniente ab ea hæreditate, *vt in d. auth. hoc amplius.* vbi Bal. & Corne. in primo notabili dicunt causari hæc propter spretam testatoris voluntatem. Et probatur etiam *in l. si sepulchrum, §. prætor ait, ver. nisi aliquid, de religio. & sump. fun. l. pen. in fi. & ibi glos. ac Doctores, C. de legat. Socin. in l. quibus diebus, §. Termilius. ff. de cond. & demõstr. & in cons. 229. volum. 2.* Et dicit Bald. *in auth. cui relictum, num. 11. C. de indic. viduit tollen.* quod hæres,
6 qui spernit rogationem testatoris, † debet priuari. Et Ias. *d. authen. hoc amplius num. 5.* dicit, non solùm hæreditate priuandum, sed etiam prælegatis secundum opinionem magis communem. Et subdit idem esse, quando testator fuisset pari mo-
7 do relicturus, & hæres contraueniens † voluntati testatoris efficitur indignus hæreditate, *l. post legatum, vbi Bar. ff. de his quib. vt indign.* & videtur testă-
8 mentum impugnare, qui venit cõtra † cõluntatem defuncti, *Bald. in cons. 356. col. 1. in fin. volum. 4. Crau. cons. 1. num. 3.* Et multa cõgerit loquendo de tali priuationis pœna impositа à testatore Simon *d. dubitat. 4. in princip. numer. 18. & sequen.* vbi *num. 26.* dicit procedere, etiamsi fuerit contra factum in modico. Et dicit eandem pœnam incurrere ecclesiam ob contrauentionem prælati, in quo tamen esset insistendum, si opus hoc pateretur. Stãte autem validitate dispositionis videtur hæreditatem applicandam esse vxori, vel alij, cui alimẽta fuerunt relicta, vt habeat vltionem propriæ in-
9 iuriæ, vti dicimus de principe † faciente legem prohibitiuam in terra vasalli. Consequitur enim pœnam à contraueniente, *Brun. in cons. 31. num. 18. ver. insuper facit, Natta in cons. 580. num.* quia in alium non confertur, quod in vindictam propriæ iniuriæ alicui debetur, *l. at vbi, ff. de petitio. hared.* Hinc
10 pœna delicti ad eum pertinet, † qui principaliter læditur, *l. cum emancipati, §. emancipatus filius, ff. de collati. bono. Bar. in §. & hanc, in princ. in Authen. quomo. oport. episco.* Ideo text. *in c. 1. §. denique, quæ fue. pri. cau.*
11 *benefic. amitten.* dicit, † quod feudum vasallo ademptum, quia deliquerit in dominum non applicatur agnato, sed domino. Et est generalis regula,
12 quod lucrum alicui ademptũ illi applicatur † cuius cõtemplatione adimitur, *l. si defunctus. C. de suis, & legit. hared. ibi, illis, quorum commodo legem sancimus, & vbi tertia pars nepotib. ablata auunculis accrescit propter quos nepotes fuerant priuati.* Et est text. *in l. post legatum, §. amittere, ff. de his quib. vt indign. in l. si legatarius, C. de lega.* Et ita regulam constituit Bar. *in l. 2. §. videndum, ff. ad Tertullian. & in d. §. si duo emancipati.* Hinc est, quod vbi filia propter dotem excluditur à successione fauore masculorum, tunc illud,
13 quod † vltra dotem debebatur ratione legitimæ applicatur masculis, *secundum Bal. in d. l. si defunctus, & sequitur ibi Castren.* Est etiam de hoc text. notabilis, *in l. generaliter. ibi, communibus liberis seruare, & ibi, dominum autem rerum ad liberos pertinere, C. de secund. nupt. & ponit glos. in c. si diligenti, in ver. perdant, quod euicerunt, extra de foro competen. idem voluerunt Anchar. Roman. Alexan. Socin. & alij plures relati per Arelaten. in d. l. generaliter, num. 56. & sequenti, vbi infert ad plures notabiles decisiones, hancquoque partem probauit Brun. in tracta. de statu. exclu. fœmin. artic. 13. nu. 45.* vbi ait portionem exclusæ filiæ pertinere ad masculum, cuius contemplatione fuit exclusa, non autem ad fœminam. Et prædictam regulam multis probat iuribus Crau. *in cons. 418. num. 4.* dicens, quod lucrum ei debet applicari, cuius contem-

platione

platione facta est lex lucrum deferens, *Ruin. in cõsil. 51. num. 7.* vbi quando quis à lucro remouetur contemplatione alterius, lucrũ illi applicari debet, cuius contemplatione alius remouetur. Et *in cons. 107. num. 10. eo. vol.* dicit, quod vbi quis à lucro mei contemplatione excluditur, tunc mihi lucrum applicatur, quamuis non sit expressum, *Peregr. de iure fisci, lib. 6. tit. 2. num. 5. hinc Doctores in l. filius familias, §. diui, ff. de leg. 1. in l. peto, §. fratre, & in l. cum pater, §. libertis, ff. de lega. 2.* dicunt quod alienatione † prohibita fauore alicuius, datur illi actio ad reuocandum alienata, *Din. Bar. & alij, in l. si cognatu, ff. de reb. dub. Bald. in l. quoties, C. de fideicommiss. Bald. & Salic. in l. ea lege, C. de condic. ob cau.* Et ita in simili dici debet, quod hæreditas, quæ hæredi aufertur ob molestiam alimentario illatam, illi non alij sit applicãda, ex quo illius fauore, & contemplatio ne inducta fuit priuatio.

Et hoc confirmo alio modo, nam stante dispositione testatoris modo quo supra, non est dubium, quin ipsi alimentario detur actio contra hæredem ad arcendum, & prohibendum molestiam, sicuti † datur ad implendum modum, *l. 2. C. de his, quæ sub modo, Bar. in l. quibus diebus, §. Termilius, numer. 17. ver. tertium membrum, ff. de cond. & demonstr. in l. stipulatus, §. 1. num. 2. ff. de fideiuss. Gomes. tit. de succes. c. 4. 12. num. 71. in fi. dixi supra quæst. ab hinc 2.* At si datur alimentario actio infertur, quod etiam hæreditas illi applicatur cui † actio datur. *l. si cui. ff. de verborum signifi. l. si quis id. quod. ff. de iurisd. omnium iudicum, l. 1. in princ. l. si vero §. hæc actio. ff. de his, qui deiece. vel effud. l. tertia, in secundo respon. ff. de sepulch. viola.* Actio enim est ius prosequendi in iudicio, † quod alicui debetur. *§. primo, Institu. de actio, & ita arguit in simili, Bar. in l. agraria. ff. de termin. moto.* vbi dicit, quod si lex pœnam imponat, datque actionem vni, sed non exprimit, cui pœna sit applicanda, tunc † ei debetur, cui actio datur. Idem voluit Salic. *in l. 1. C. de modo mulct. Alexan. in l. 1. num 19. & 20. ff. si quis ius dicen. non obtem.* Cum itaque alimentario detur actio ad implẽdum onus iniunctum, & ad remouendum molestiam, videtur ei non alij deberi hæreditatem hæredi ablatam propter inobseruantiam.

Quod si fortè ipsi alimentario hæreditas non foret applicanda, videretur eam debere ad fiscum peruenisse, nam qui voluntati testatoris contrauenit, efficitur indignus omni relicto facto à testatore, *l. post legatum, vbi Bar. ff. de his quib. vt indign.* vbi vero alicui aufertur hæreditas tanquam ab indigno, † ea ad fiscum peruenit. *l. prima, ff. de iur. fisci. l. Papinianus. §. meminisse, vbi Bar. Bal. Castren. Ang. & alij ff. de inofficioso testamento. glos. Bar. Bald. Salicet. & alij in l. prima, C. de indign. Bald. in l. qui contra, C. de incest. nupt. Salice. in l. mulctarum. C. de modo mulct. Mantic. libro duodecimo, tit. 5. numero decimo nono,* & hæreditas transit in fiscum cum omnibus conditionibus, † modis, & oneribus, quæ inerant. *l. quod dicitur. ff. de iu. fisci. l. cum fisco. ff. ad Sillan. l. si seruus plurium, §. si quis. ff. de lega. primo, l. post legatum. §. si seruat, & §. si us. ff. de his, quib. vt indig. l. recusare. §. si fisco. ff. ad Trebellian. l. hac edictali, vbi Bald. num. 22. C. de secun. nupt.* vbi dicit, quod liberatus hæres à præstatione legatorum, *Bald. in l. 1. C. de his, quæ pœ. nom. Iason in l. eam quam. C. de fideicom.* Cum itaque hæres vt indignus priuetur hæreditate, videtur illam fisco non alij deferri: & in terminis, quod fisco hæreditas † applicetur, voluit Oldra. *in cons. 16. in 3. dubio, nu. 5. quem sequitur Simon li. 5. interpret. 1. dub. 1. numero quadragesimo tertio.*

Verius tamen est, hæreditatem, vbi testator nõ declarauit, peruenire ad substitutum, vel cohęredem, & venientes ab intestato, *ita voluit Iac. Belui. in §. si vero, in Auth. de nupt.* vbi ait, si testator † relictis alimentis vxori prohibeat illã molestari sub pœna priuationis hæreditatis, & contigat molestiam inferri, applicabitur hæreditas, non ipsi vxori, quæ passa est molestiam, sed substitutis, vel cohæredibus, vel successuris ab intestato. De hoc est text. *in auth. hoc amplius, C. de fideicommiss.* qui tamen loquitur de priuationis pœna indicta à lege, non à testatore, & in pœna tacita, non in expressa. Sed licitum est argumentum, quia testator † censetur accommodare voluntatem suam secundum leges, *vt in l. hæredes mei. §. cum ita, vbi Doctores. ff. ad Trebellian. sed textus est expressus in l. vxorem. §. hæredes ff. de leg. 3.* vbi Bar. hoc notat, *num. 1.* dicens, esse casum notabilem ad quæstionem prædictã. Idem tenet Bald. *in authen. cui relictum, num. 10. ver. extra quæritur. C. de indicta viduit. tollen.* licet postea videatur aliter distinguere idem Bald. *in l. 1. num. 43. C. de his, quæ pœnæ nom. vbi dicit notandum Ange. in cons. 168. in 4. dubio, num. 4. ver. in contrarium est veritas, vbi tamen ex prædictis neminem allegat Imo. in l. pater familiãs, colu. 2. ver. circa secundum ff. de hæred. instituen.* vbi ait prædicta esse menti tenenda, quia sæpe possunt de facto contingere, *post Angel. ibi in fin. qui dicit hoc esse singulare, ita etiam tenet Castren. in cons. 121. numer. 4. volum. 2. Aret. in cons. 67. diligenter, & maturè, in 2. dubio, num. 3.* vbi ait, quod omnes consentiunt bona deuolui ad substitutum si extat, *Alexan. in cons. 128. num. 25. & 26. vol. 1. vbi ponit pro absoluto, Iaſ in l. 1. numero 6. ver. limita tamen istam vltimam. C. de his quibus vt indign. & in l. 1. nu. 1. ver. si autem loquimur de hærede. C. de his, quæ pœ nom. Rum. in cons. 87. num. 2. vol. 2. Arelaten. in l. generaliter. num. 64. C. de secund. nupt. vbi dicit hanc esse singularem, elegantem, & memoriæ tenendam limitationem, Clar. in §. testamentum, quæst. 69. in fin. vbi dicit communem esse opinionem.* Et notãdum, quia quotidie testatores relinquendo vxoribus vsumfructum apponunt pœnam priuationis hæreditatis contra hæredes molestiam inferentes, *Simon de Pretis, de interpret. vltim. volunt. lib. 5 interpret. 1. dubita. 2. nu. 39. & nouissime hanc partem tuetur Peregrin. in tracta. de iure fisc. libro secundo, num. 16. & 19 vbi fatetur hanc esse communem.* Confirmat alia communi sententia, quæ habet, quod fideicommissum grauato iniunctum non expresso nomine fideicommissarij † censetur factum fauore venientium ab intestato. *l. peto, in principio, vbi Bartol. Bald. Castren. & alij. ff. de legat. 2. quod ante eum dixit Arelaten. d. l. generaliter. num. 63.* Ex quibus omnibus apparet absque controuersia, hanc esse communem sententiam, & ab omnibus approbatam, quam tenendo

non obstabit, quod lucrum ei sit applicandum, cuius contemplatione alij aufertur, quia pro-
25 cedit illud, quando lucrum aufertur † à lege. At secus est, quando ab homine, *ita Bartol. post Iacob. Beluis. in d. l. vxorem, §. hæres.* Et hanc resolutionem ponunt omnes supracitati, sed non dicunt rationem diuersitatis. Ea verò mihi videtur plana, quod cum testato dedit substitutum, vel cohæredem, censetur illum quoque vocasse in casum priuationis, ex quo in casu nihil disponit, substitutio enim facta in vnum casum extenditur ad alium ex coniecturata testatoris voluntate. Et sicuti eos vocauit in casibus expressis, ita credendum est, quod vocauerit in tacito. Pro quo facit, quod voluit Ioan. Andr. ad Specul. *in tit. de secun. nup.* vbi
26 si testator mille reliquit vxori, † donec castè, & honestè vixerit, & post eius mortem mandat illa solui Titio, hoc casu si contingit vxorem inhonestè viuere, Titius consequetur illa mille non expectata morte vxoris, quia verisimile est, quod testator voluerit Titium admitti in casum inhonestę vitæ, sicut in casu mortis. *Idem voluerunt Ricard. Malumb. Rainer. Bartol. Alber. Roman. Castren. Alexan. Dec. Cur. Ruin. Picus, Bertrand. Euerar. Tiraquel. & plures alij quos citaui in consilio quadragesimo quarto, numero sexto, & seq.* Addi etiam potest, quod cum vel ex substitutione in fauorem substituti, vel ex iure accrescendi in fauorem cohæredis sit à testatore prouisum ita, vt hæreditas non sit in obscuro, cui sit applicanda, cessat omnino prouisio legis, quæ illam defert ei cuius in gratiam, alij fuit
27 ablata. Prouisio † enim hominis cessare facit prouisionem legis, *l. fin. vbi Salic. ponit concordantes, C. de pac. conuent. l. & habet. §. cum quis, vbi glos. ff. de precar. Socin. iun. in cons. 120. num. 20. volum. 1. Menoch. de recupe. poss. remed. 9. numer. 164. Cæphal. in cons. 156. num. 45.* Cogita tamen, quia non est tutum interponere iudicium, qando antiqui dubitando abstinuere à voto.

Remouetur etiam obiectum, quod ex quo actio datur vxori legatariæ pro arcenda molestia, videatur etiam concessum emolumentum. Nam procedit, vt dictum est in pœna legali, secus est, quando pœna imponitur à testatore, quia tunc etsi actio detur ei cuius interest, tamen non ei applicatur lucrum per rationem prædictam, quia sumus iam certi, cui testator velit hæreditatem suam applicare. Secundo responderi potest, quod contrarium procederet, si ei legatario daretur actio ad priuationem hæreditatis, sed non datur eo modo facultas agendi, benè agit legatarius, vt hæres desistat à molestia, sed non vt priuetur, nam ius hoc agendi ad priuationem ei soli competit, cui hæreditas in casu priuationis est applicanda.

Postremò non mouet, quod hæreditas indigno ablata fisco applicetur *secundum Oldr. in d. consil. 16. in 3. dubio, num. 5.* Respondeo enim, quod eo loco Oldrad. non negat hæreditatem deuolui ad substitutum, vel cohæredem, sed negat post eos admitti succeßuros ab intestato. Secũdo respondeo, quod in contrarium est communis opinio de qua supra, vt quasi temerarium sit cõtradicere. Tertiò respondeo, quod non procedit contrarium, quando priuatur quis ex delicto certam personam respiciente: tunc enim non applicatur fisco, sed vel illi personæ, vel substitutis, id est illi personæ, quando priuatio inducitur à lege. Substitutis autem, quando inducitur ab homine secundum distinctionem de qua supra. Et eam
28 †limitationem ponit Iason *in d. l. 1. num. 6. ver. 2. notabiliter, C. de his quibus, vt indign.* Atque ita etiam, si inducta esset pœna à lege, non applicaretur fisco secundum prædicta.

Vno tamen casu hęreditas applicatur vxori vexatæ, quando scilicet alimenta fuissent sibi institutionis titulo relicta, & nullus esset datus substitutus, tunc enim illi datur hæreditas, sed non tãquam offensæ, neque proinde, quod sua contemplatione hæres fuerit priuatus, sed pro eo, quod est cohęres, & sicuti cohęredi applicaretur, si alius
29 esset cohæres, ita ad vxorem peruenit si ipsa † cohæres sit. *Ita determinat Castren. in d. cons. 121. num. 4. vol. 2.* vbi mouetur, quod vxor non debet esse deterioris cõditionis, quam alius quilibet cohæres, imo melioris, quia in alio vnica ratio militat, in
30 ipsa vero duæ, † quæ solent vnam vincere, *l. re coniuncti, ff. de legat. 3. l. si quis viduam, post princip. C. de rapt. virgin.*

Confirmo alia ratione, vbi enim iura plurium
31 personarum deueniunt ad † vnum, ille solus fungitur vice plurium, & facit, quod omnes facere potuissent, *l. non est nouum, ff de actio. empti, l. sicuti. §. finali, ff. quod cuiusque vniuer. nom. l. si mihi, & Titio, in principio, vbi Bartol. Imo. Castren. Alexan. & Iason, ff. de lega. 1. l. tutorem, ff. de his quibus, vt indign.* Et dicit Socin. *in l. cum filio, num. 28. ver. secunda ratio etiam, ff. de*
32 *leg. 1.* quod ius competens ex persona vnius † non cõfunditur cum iure alterius, sed potest is vti iure ex persona vnius, aut alterius vti libet. Et hanc conclusionem probaui multis *in consil. 30. num. 13.* Vxor autem vice fungitur duarum personarum legatariæ scilicet, & hæredis, proinde licet tanquam legataria non consequatur hæreditatem, illam tamen habebit tanquam cohæres, & licet dicatur hæres in re certa, *vt in l. quotiens, C. de hæredib. instituen.* tamen si hæres vniuersalis repudiet,
33 †vel priuetur aliquo modo, sibi accrescit vniuersa hæreditas, *vt voluit Bartol. in d. l. quotiens, vbi Salicet. Castren. & alij Bartol. Bald. Angel. Imo. & alij in l. ex facto, la grande, in principio, ff. de hæred. instituen. & plures alij citati à Iaso. in dicta l. quotiens. numero centesimo sexto.* Et sunt paria, quod hæres in re certa nullum
34 habeat cohæredem vniuersalem, vel datus † repudiet, aut morte, vel aliter excludatur, *l. 2. §. sed si sunt sui. ff. ad Tertullian. l. 1. §. penult. C. de cadu. tollen.* Et non est dubium, quod nullo existente vniuersali hærede † tota hæreditas accrescit instituto in
35 re certa. *l. 1. §. si ex fundo, & l. ex facto, la grande, in principio, ff. de hæred. instituen.* Ergo idem est cum repudiat hæres vniuersalis, vel aliter institutio deficit.

Aduerte etiam, quod si in testamento idem hæres sit substitutus vxori post illius mortem,

erit

36 † erit locus ſubſtitutioni non obſtante priuatione prædicta, *vt concludit Caſtren. in d. conſ. 221. num. 4. ver. mortua poſtea dicta vxore.* Nullam adducit rationem, ſed quod non eſt inconueniens, quod vnus cogatur reſtituere hæreditatem alij, qui mox eidem reddat. Eſt enim de hoc text. *in l. epiſtolam. §. ſi. ff. ad Trebellian. in l. ſi à me. ff. ad legem Falcidiam, in l. ſi. C. de leg.* Facit etiam, quod ſupra dixi, quod vbi iura duorum ſunt in perſona vnius ea remanent diſcreta, & is admittitur ex iure vnius ad id, quod non conſequeretur ex perſona alterius, ideo hæ-
37 res poteſt impugnare ex propria † perſona id, quod defunctus geſſerat ſuo nomine, *Bar. in l. cum vir, colum. ſi. ff. de fideiuſſor. Corne. in conſ. 310. num. 11. volum. 1.* Facit item, quia cui competunt duo iura
38 poteſt vno repudiato † alterum conſequi. *l. ſi domus. ff. de ſeru. vrba. prædio.* Item excluſus à ſucceſſione per vnam viam poteſt per aliam admitti, vt in
39 filia, quæ renunciauit paternæ, † vel maternæ hæreditati, dixit Bar. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 4. ff. de verborum obligationibus*, vbi tenet, quod non prohibetur ſuccedere ex teſtamento, *ſequitur Alexan. num. 8. vbi citat concordantes, Iaſ. nu. 13. & Crot. num. 41. idem voluerunt Bald. & Salic. in l. pactum, quod dotali, C. de collatio. Roman Pariſ. Tiraquel. Vaſq. Gabriel. citati à me, in conſ. 100. num. 18.* Eodem modo filius quærere poteſt ex capite, vnde liberi, vnde agna-
40 ti, & vnde cognati, ſi ab vno † capite excludatur ex alio poterit admitti. *l. prima, in §. ſed videndum. ff. de ſucceſſo. edic. l. 2. in princip. ff. vnde legiti, Bald. & Alex. in l. licet. C. de iure delibe. poſt gloſ. d. §. ſed videndum, quam dicit ſingularem Caſtren. in l. 3. infin. C. de iur. & fac. igno. & in l. 1. vbi Iaſon, num. 3. & Dec. num. 50. C. qui admitti*, vbi Dec. *numero nonageſimo primo*, dicit idem eſſe, in quacunque alia perſona, cui competant plura remedia, *vt poſt Bartolum quem citat inquit Bald. in l. licet, quæſtione quarta, C. de iure delibe.* Quod ſi filius triginta annorum præſcriptione excluditur à ſucceſſione paterna ſibi ex teſtamento pa-
41 tris delata, habebit nihilominus † alios triginta annos ad ſuccedendum ex ſecundo capite, *ſequũtur Angel. Caſtren. & Iaſon ibi, Caſtren. & Cuman. in l. quam diu, in princip. ff. de acquiren. hæred.* vbi Caſtren. *dicit eſſe mirabilem deciſionem, quam habuit ſæpè de facto.* Et hæc doctrina multò magis vera eſt, quando vtrumque ius non defertur eodem tempore, ſed ſucceſſiuè vnum poſt alterum, quia tunc excluſio vnius non infert ad excluſionem alterius, *argumento l. quoties duplici. ff. de regu. iur.* vbi Dec. *numero quarto, ver. venio ad ſecundum.* dicit, quod etſi ſim-
42 plex, & generalis renunciatio † hominis referatur ad omnia iura, quæ competunt, contra quam fiat in renunciatione, ſeu excluſione legis, *ſecundum gloſ. in dicto §. ſed videndum, in ver. ſuccedebat. Angel. & alij in lege prima, C. qui admitt. Alexan. in l. ſuum. C. de iure delibe.* tamen, quando non omne ius eſſet eodem tempore delatum, ſed vnum ſucceſſiuè poſt aliud, tunc cenſetur renunciatum iuri tunc delato, non autem deferẽdo, pro quo facit, quod repudiatio facta antequam hæreditas ſit delata non obeſt: addo etiam benefacere *text. in l. ex facto, la grande. §. Lucius. ff. de vulg. & pupil.* vbi filius im-

43 pugnans † primum gradum inſtitutionis poteſt ſuccedere ex ſubſtitutione vulgari, *vt etiam ibi notat, Iaſ. in §. item quæro, & multa alia ſimilia allegari poſ-*
44 *ſunt.* Item facit, quia indignus, † quoad alia. *l. hæredem, & l. Papinianus. ff. de indign.* vnde prohibitus vni
45 ſuccedere non prohibetur ab illius hærede † capere *l. qui Titij. ff. de indign.* Facit etiam, quia alienans contra præceptum teſtatoris non prohibe-
46 tur ſuccedere † cohęredi decedenti ex fideicommiſſo ordinato ab eodẽ teſtatore in caſum mortis, *Bart. in l. ſi fundum per fideicommiſſum, num. 1. ff. de leg. 1. in l. quæ dotis, num. 54. ff. ſoluto matrimonio, Bald. in conſ. 102. num. 1. & ſecundo, cum aliis, quos citaui in conſilio 70. numero decimo tertio.* Vltimo videtur hæc opinio deciſa ab Oldra. *in d. conſ. 16. in 2. dubio. num. 4.* vbi concludit, quod filia, quæ contempſit præ-
47 ceptum teſtatoris, † licet priuetur hæreditate ſibi relicta, tamen poterit ſuccedere vigore ſubſtitutionis ſcriptæ in eodem teſtamento. Et quamuis arguens teſtamentum excludatur non ſolùm
48 à primis, † ſed etiam à ſecundis tabulis. *l. poſt legatum. §. qui principale. ff. de his quib. vt indig. l. is, qui contra tabulas. ff. de vulga. & pupilla. l. in ſeruitute. §. ſi quis. ff. de bon. liberto.* Tamen ſecundum eum procedit
49 in illo, qui teſtamentum impugnat, ſecus autem eſt in illo, qui voluntatem teſtatoris in aliqua † re particulari non ſeruat, eo enim caſu pœna reſtringitur ad rem in qua læſa fuit teſtatoris voluntas.

Hæc tamen deciſio ſi veritati ſeruiendum eſt non vacat dubio. Primò quia teſtator eos vide-
50 tur ad ſucceſſionem † inuitaſſe, qui iudicio ſuo paruerunt, non qui contempſerunt, *vt dicitur in l. cum pater, in §. libertis. ff. de legat. ſecundo*, per quem textum, idem Oldra. *in eod. conſ. 16. in tertia quæſtio. numero quinto*, tenuit, quod fratri nihil applicetur
51 poſt priuationem, qui prius † contrauenerat voluntati teſtatoris. Secundò quicunque non implet voluntatem teſtatoris præſumitur illi odioſus eſſe, *dicta auth. hoc amplius. C. de fideicommiſ.* Et in ſua diſpoſitione præſumitur teſtator nunquam
52 vocare † perſonas ſibi odioſas. *l. Lucius Titius teſtamento. §. pen. ff. de leg. 2. facit capitulum, hæredes, de teſtamen.* Per quam rationem Alexand. *in conſilio centeſimo trigeſimo octauo, numero vigeſimo quinto, ver. ſed iſta eſt, volum. 1.* concludit clauſulam, per quam exe-
53 quutio † fuit expreſſè vni commiſſa non ad eum referri; quando illum contingit hæreditate priuatum eſſe, quia voluntati, & præcepto teſtatoris non obtemperauerit, qui caſus fermè noſtro accedit. Is enim Nicolaus ille erat, qui ob contemptum fuerat priuatus, & potens eſt ea ratio, quod odioſi nunquam comprehenduntur in diſpoſitione teſtatoris. Et per eam concludit *Bald. in l. id quod pauperibus, num. 35. C. de epiſcop. & cler.* quod ex-
54 equutor electus ad † diſtribuendum bona inter pauperes non poterit eligere inimicum. Et ſubdit fortius, quod ſi quis eſſet ſimul odioſus, & indignus, eligi non poſſet, quamuis etiam foret reconciliatus, Manti. *de interpret. vlt. volun. lib. 12. tit. 5. num. 19. Peregrin. d. lib. 2. num. 10.* Et ſupracitatum Alexandri conſilium ſequitur Pariſ. *in conſ. 91. nu. 54.*

vol.2 .Et per dictam rationem infert Rom. quod sub generali nominatione filiorum non venit filius exhæredatus odiosè, quia non est verisimile, &c. Idem dicit licet ad aliud propositum Alex. *in cons.213.num.4.vol.6.& dicit Socin. in cons.37.nu.6. volum.3.* quod sub nomine illorum de parentela vocatorum ad successionem non venit odiosus testatori. Et dixit Bald. *in dicta l.Lucius.§.Lucius,ff.de leg.2.* quod libertus de domo expulsus non includitur legato alimentorum libertis facto contra prędictam decisionem. Tertiò facit, quod dicitur *in dicta l.cum pater.§.libertis.ff.de lega.2.* vbi qui contrauenit præcepto alienando rem expresè prohibitam, nedum priuatur sua portione, sed etiam
55 excluditur à petitione † fideicommissi. Et per illum textum in causa fideicommissi hoc ipsum probauit Curtius senior, *in consilio sexagesimo tertio, antiquissimi, columna finali, versiculo, vltimo se offert, vbi allegat plenum consilium Barb. sequitur Paris. qui in fideicommisso idem tenet, in consilio nonagesimo primo, numero quinquagesimo quarto, numero sexagesimo quarto, &*
56 *sequen. volumine secundo.* Quartò facit, quia † quod alicui in pœnam refertur non debet ad eundem reuerti. *l.pœna.ff de cond.indeb.l.id quod.ff. de solutio.l. quod à quoquam, vbi gl. of. citat concordantem. ff. de reg. iur.* Quintò facit, quod per prædictam rationem voluit D. Beciu: *in cons.97.nu.16.* vbi inquit, quod
57 pater non habet vsumfructum in bonis, quæ † ob spretum testatoris præceptum alienando amisit, & ad eius filium ex eiusdem testatoris dispositione peruenerunt. Sextò facit, quia vbi pater sua culpa priuatur bonis, quia ob dissipationem cogitur fideicommissum filio ante conditionis euentum restituere, *vt in l. Imperator. ff. ad Trebellian.* tunc in eis non consequitur vsumfructum, quem
58 † consueuit habere in bonis filio aliunde quæsitis, *secundum Castren. ibi, num.4. Alexand. num.5. & Ias. numero sexto, Ioan. Lup. in c. per vestras. §.17. num.12. de donation. inter virum & vxorem.* Septimò facit, quod decidit Bald. *in auth. bona damnatorum, numero quarto, C. de bon. damna.* vbi tenet, quod pater non de-
59 bet † ali ex bonis, quæ propter delictum amisit, & ex statuti forma fuerunt applicata filio, idem Bald. *Martin. Laud. Aluar. & Cardin. Alexand. in cap. 1.§.si verò violator, in tit. de pace tenen. Lupus in d. cap. per vestras.§.19. in fin. Tiraquel. de retracta. consang.§.1. glos.9.num.7. post Socin. in cons.124.num.4. volumine 3.* Octauò facit, quod tenet Aret. *in cons.72. in 2. dubio*, vbi tenet, quod pater, qui ob transitum ad se-
60 cunda vota succedit solùm in vsufructu filio † defuncto cum altero filio superstite non habet vsumfructum in portione, quam consequitur superstes, quia proprietatem amisit sua culpa, *sequitur Caccialup. in l. frater à fratre, numero 104. ff. de cond. indeb.*

Porrò si hæc placeat sententia, non obstabit Castrensis authoritas, quia ratione omnino caret, nec fundamentum aliquod habet, nam etsi possit quis admitti ad hæreditatem, quam ipse alij restituerat, *vt in iuribus allegatus à Castrense*, tamē hoc locum habet, quando priuatio fuit sine culpa ipsius: at aliud est culpa intercedente, vt in facto nostro. Item in dictis iuribus ille admittitur ex voluntate testatoris expresè, hic verò contra ipsius coniecturam, ex quo enim per inobedientiam factus est testatori odiosus non præsumitur ab eo vocatus. Sunt ergo termini in multis impares, & per prædictam odij rationem tollitur, quod dicebatur de iuribus duplicis personæ. Nā hic eadem est persona, & cum sit odiosa non debet admitti ad beneficium testatoris, quem contempsit, & iniuria affecit. Non etiam obstat, quod possit quis vno iure repudiato consequi aliud, nā procedit nisi quis ex delicto, vel culpa fuerit vno iure priuatus tali priuatione, quæ ipsum reddat odiosum, vel indignum: tunc enim non potest acceptare aliud ius, ideo qui testamentum principale impugnat, non solùm excluditur à relictis in eo. *l.cum tabulis.ff.de his quibus vt indig.* sed etiam à relictis in secundis tabulis. *l.post legatum.§.qui principale.ff.eod.* Idque præcipuè dicendum est, quando talis excluditur eo, quod personam testatoris offenderit, tunc enim incapax est cuiuscunque beneficij, quod proueniat ab illo, *d.l.cum tabulis, & dicam latius paulò infra.* Et hoc modo etiam tollitur quicquid dictum est supra de filia exclusa ab intestato, quæ succedit ex testamento, & de filio excluso à capite, vnde liberi, quia ibi fuit sine delicto, & non offenditur persona testatoris. Magis videtur stringere text. *in d.l.ex facto.§.Lucius.* Sed respondetur, quod etsi filius primum gradum institutionis impugnet ex persona propria tanquā præteritus, tamen non dicitur impugnare testamentum in quo extat vulgaris substitutio, quia
61 potest testamentum incipere † à secundo gradu, *l.3.§.fin.ff.de libe. posthum. l. cum proponas. C. de hared. inst.* Non mirum ergo si potest succedere ex vulgari: impugnatio enim fuit limitatè facta, pro-
62 pterea † non egreditur suos terminos, *argumento l. in agris.ff.de acquiren. rerum dominio*, præcipuè cum persona testatoris non offenditur. Hinc est, quod si vellet succedere ex pupillari non posset, quia impugnando institutionem videtur totum testa-
63 mentum † impugnare, siue vicerit, siue succubuerit. *Papinianus §.meminisse, ff.de inofficioso testamento, l. quæsitum.ff.de acquirenda hæreditate*, & edictum non conseruat relicta impugnantibus testamenta defunctorum. *l.filium, in §.omnibus.ff.de lega.præstan. l.si non solus.§.1.& l.quidam Titium, ff.si quis omis. cau. testamen.* Præterea est quid plus contrauenire præcepto testatoris expresè, quam non implere ordinata ab eo, sicuti maius est delictum, quod fit
64 committendo, † quàm aliud, quod fit omittendo, *glos. in l.si mora.ff. soluto matrimonio, Dec. in consilio trigesimo septimo, numero nono, Tiraquel. in tracta. de pœ. temp. cau.44. Gram. decis.47.num.8.* Similiter non aduersatur, quod indignus quoad aliqua, non reputetur indignus quoad alia, quia hoc est verum, quando non offenditur persona, sed res, & respectu vnius rei committitur indignitas, at si persona est offensa, tunc non solùm indignus efficitur, sed odiosus, & odium prædictū nocet ei, quoad omne emolumentum, quod possit prouenire ab ea persona ita, vt inducatur tacita reuocatio,

catio, vt quando inimicitiæ superuenerunt: per
65 eos enim † reuocatur legatum. *l. si inimicitia. ff. de his quibus vt indign. l. 3. §. fin. ff. de adimen. lega. Bald. in l. his consequenter, in 2. lectu. in fin ff. famil. erciscun.* etiamsi
66 post inimicitiam testator fecerit codicillos † in quibus legatum non ademerit. *l. filio. §. Seia. ff. de adimen. lega. & ibi not. Bar. Aret. in cons. 93. num. 5. ver. hæc conclusio, Ripa in l. si. num. 151. C. de reuoc. donat.* & ampliatur multis modis, *vt per Mantic. de coniectu. vlt. vol. lib. 12. tit. 5. num. 1. & seqq.* Et ratio diuersi-
67 tatis est quia vbi delinquitur circa rem, † pœna non egreditur rem in qua delinquitur. *l. rescriptũ. ff. de his quib. vt indign. l. Paulus respondit, & l. beneficio. ff. ad legem Falcidiam,* sed vbi delinquitur circa personam, tunc contemptus est indiuiduus, & persona non potest pro parte offendi, *l. vulgaris. ff. de fur. hinc in emphyteuta.* Et vasallo vendente partem
68 rei sibi in emphyteusim, † vel feudum concessam, distinguit Bar. *in l. quidam in iure. §. 1. ff. de donatio. sequitur Bald. in cap. 1. de alien. feud. colum. 3. ver. quæro vtrum propter, Bald. in cap. 1. colum. 2. de vasal. qui contra constit. Lothar. Ias. in l. fi. quæstio. 13. numero centesimo vigesimo quinto, C. de iure emphy. Crot. in l. 4. §. Cato, num. 60. & sequen. vbi Socin. iun. numero centesimo quadragesimo septimo, ff. de verbo. oblig. & hanc partem comprobant. multis Natta in cons. 479. per totum, & Rolan. in cons. 17. per totum, volum. 2.* In præsenti verò casu offenditur persona testatoris, ideo priuatio inducitur, quoad omne emolumentum. Parum quoque repugnat, quod alienans contra præceptum testatoris, licet excludatur à fideicommisso ordinato in casu alienationis, tamen possit admitti ad fideicommissum ordinatum in casu mortis, *vt per Bar. in dicta l. si fundum per fideicommissum.* Respondeo enim ibi non agi de eadem re, qua is fuerat ob alienationem priuatus, vt in casu nostro, sed de diuersa, & multò indecentius est, quod vnus admittatur ad id, quod semel sibi fuit ablatum, quàm ad id, quod nunquam fuit suum. Secundò respondeo, quòd alienando contra ordinem testatoris committere videtur potius circa rem, quàm in personam, *vt secundum Bald. & alios multos dicunt Natta, & Rolan. in locis supra allegatis,* sed quãdo molestatur vxor contra præceptum testatoris, offenditur persona testatoris, & ei fit iniuria. Vltimò non resistit consilium decimum sextum Oldra. quia ipse in eodem loco, paulò post, contrarium tenet, dum *num. 5.* vult, quòd fratri nihil applicetur, sed fisco. Rursus loquitur, quando offensa est relicta ad rem aliquam, sicut & præceptum testatoris: nos loquimur, quando præceptum testatoris est generale præcisum, & indefinitum, & offensio quoque non respicit rem, sed personam.

Intellige etiam, quòd non sit locus priuationi, quando, ad quos hæreditas erat recasura, non volunt, nam tunc hæres non priuatur: priuatio e-
69 nim † intelligitur volentibus illis, qui erant successuri. *l. si seruus plurium. §. si quis ante. ff. de leg. 1. & ita tenet glos. in l. si quis autem non implens, in authen. de hæred. & falcid. Ita etiam tenet Odofred. quem citat, & sequitur Imo. in authen. hoc amplius, num. 5. C. de fideicommiss. vbi etiam Cyn. & Alber. ac Ias. num. 6. ver. tertio limita, est etiam text. in l. si quis solidum. ff. de leg. 1. vbi notant. Bar. Imo.* Facit, quod dicimus actiones actio-
70 uas, † & passiuas transire ipso iure in fideicommissarium, ipso tamen volente fideicommissum, & non aliter, *vt probat text. in l. cogi. §. idem Metianus. ff. ad Trebellian. Ripa, in l. 1. §. sed & quotiens, nu. 6. ff. eodem tit.* facit etiam, quod etsi alienatio facta contra præceptum testatoris, sit nulla quoad præiudicium eorum, qui sunt vocati in casum alienationis, tamen quando ex vocatis nemo extat, tũc
71 vltimus possessor † potest omnia bona tuto alienare, *l. cum pater. §. libertus, in fi. ff. de leg. 2. Angel. in cons. 169. col. 2. Dec. in cons. 182. colum. 1. & in cons. 111. Castren. in cons. 454. volum. 1. Socin. iun. in cons. 37. num. 1. volum. 3. Tiraquel. alios citans de retracta. consang. §. 26. glos. 1. num. 8. Natta in cons. 145. num. 19. in cons. 470. num. 3. Phanuc. in tracta. de inuenta. parte 7. num. 149. Rolan. in cons. 28. numero decimo octauo, volumine primo.* Non
72 enim refert, quod nõ extet substitutus, † vel quod datus repudiet. *l. vnica. §. pen. C. de caduc. toll. l. 2. §. sed si sunt sui. ff. ad Tertullian.* Et ad comprobationem dictæ sententiæ, quod vltimus possit alienare, *Simon de Pretis, de interpret. vltim. volunt. lib. 4. interpretat. 2. dubitatio. 4. numero trigesimo tertio, allegat Anch. Ruin. & Craue.*

Adde pro dictorum declaratione, quòd etsi necessaria sit declaratio, per quam appareat hæ-
73 redem priuatum esse hæreditate, † nec aliter dici possit hęredes in pœnam incidisse, *c. cum secundum, de hæret. in 6. Bar. in l. eius, qui delatorem. ff. de iure fisci, Aflict. in c. verum, de foro compe. Felin. in c. Rodolphus, de rescrip.* quæ iura locum habent etiam, quando pœna ipso iure imponitur, omnia enim iura mun-
74 di, quæ dicunt † pœnam imponi ipso iure, intelliguntur sequuta declaratione facti commissi, *Archi. & Ioan. Andr. in c. 1. de homicid. in 6. Bald. in cap. 1. de feu. si culpa non amit. Aret. in l. qui à latronibus. §. 1. col. 3. in princip. ff. de testam. Ias. post Bald. in l. si quis maior, numero 25. C. de transact. Dec. in cons. 145. num. 4. & in consil. 327. num. 6.* vbi declarat optimè, quando & quibus in casibus declaratio sit necessaria, tamen sufficit, quod successurus petat bona directè tanquam ad se deuoluta ad pœnam commissam, absque eo, quod prius fuerit separato iudicio declarata priuatio, nam etiam in ipso nouo iudicio fieri poterit, *argumento glos. in c. constitutus. in ver. iuxta ratam. ff. de relig. dom.* atque ibi Butr. vbi dicit,
75 quòd vbi petitur † res in libello censetur etiam petita rescissio, tanquam præambulum necessarium. Et ita per dictam glos. concludit *lex in cons. 52. num. 8. vol. 2.* vbi ad probationem allegat etiam alia iura probans, quod deduci potest in eodem
76 libello querela inofficiosi, † & petitio hæreditatis, *Dec. in cons. 913. col. 2. ver. videtur tamen,* vbi dicit, quod interloquutoria ferri potest lite pendente. *Simon de Pret. alios citans dicta dubitat. 4. nu. 25.* Facit, quia etsi contra emphyteutam, vt priuetur neces-
77 saria † sit domini declaratio *Bar. in l. 2. nu. 2. C. de iur. emphyteu. vbi Bald. nu. 3. Salic. nu. 2. Ias. nu. 6. & 12. Natta in cons. 274. num. 14. Riminal. in §. 1. num. 22. Institu. de donatio.* tamen si dominus rem alij concedat, vi-

78 detur in antecedens necessarium † declarasse caducitatem commissam, *Abb. in cons. 67. num. 3. vol. 2. Alexan. in cons. 106. num. 4. vol. 4. Ruin. 166. in fin. vol. 1. Cordub. de emphyteu. tit. de cau. priuatio. ob non solutum canonem, ampliatio. 45. num. 8.* Sufficit ergo bona peti ex ea causa, quia de priuatione poterit in eodem iudicio cognosci. Et hoc modo intelligi debet, quod voluit Bald. *in auth. hoc amplius, num. 6.* dum dicit, requiri iudicis sententiam, per quam declaratur illum esse priuatū, licèt postea subdat, quod non debet declarare, sed priuare, vt sententia sit iuri conformis. Addo, quod voluit Bar. *in extrauag. qui sint rebelles, in ver. rebellando. in fi.* vbi ait, quod
79 rebellis non declaratus potest impunè † occidi, & in iudicio homicidij sat est iustificari illum esse rebellem, *Anchar. in cons. 277. Ruin. in cons. 4. nume. 19. in fi. volum. 5. cum quo simpliciter transit Gigas in tracta. de læsa maiesta. lib. 1. quæst. 5. in fi.* idem videmus in clerico assassino, quia iudex sæcularis cognita causa illum condemnat declarādo illum esse † as-
80 sassinū, *vt post Capic. & Gram. concludit Clarus in pract. crimin. §. fi. q. 35. num. 31.*

Declara quoque, quod vbi priuatio sequitur, hæres non directè, sed per fideicommissum cen-
81 setur grauatus restituere iis, † qui succedunt *secundum Bar. in l. paterfamiliâs testamento, num. 6. ver. dico tamen. ff. de hæred. instituen. vbi eum sequitur Imo.* Et ratio quia qui semel fuit hæres, non potest desinere
82 † esse hæres, *l. nemo potest. ff. de leg. 1. l. et qui soluendo. ff. de hæred. institu. l. miles ita. ff. de testam. milit.* Et hanc conclusionem, quòd priuatio inducatur per fideicommissum tenuit etiam Castren. *in cons. 301. videtur dicendum, quod dicta filia, colum. 1. in fin. ver. ex quibus videtur inferendum, volum. 1. Aret. in cons. 67. diligenter, & maturæ, in dubio, num. 3. in princip. Alexand. in cons. 57. num. 4. volum. 2. vbi citat Bald. & Angel. idem tenentes, idem Alexan. in l. in substitutione, num. 8. colum. 2. ff. de vulg. addo Castren. in cons. 5. nu. 6. ver. si igitur hæres, volum. 1. Barbat. relat. à Socin. iun. cons. 113. numer. 50. volum. 1. Corne. cons. 99. in fin. volum. 1. Didac. in cap. Rainaldus. §. 1. nu. 7. de testa. Soc. in rub. ff. de his, quæ pœ. nom. in fi. & in cons. 43. col. 1. & 2. vol. 3. Corne. in cons. 55. col. 1. & 2. vol. 1. Crau. qui dicit communem, in cons. 1. num. 6. Hanc etiam dicit communem Bertran. in cons. 191. nu. 5. volum. 3. Cæphal. qui dicit quoque communem, in consilio 153. num. 8. vbi allegat Cuman. & alios, Clar. qui pariter testatur de communi in tracta. de testam. quæstio. 69. numero 2.* vbi, quod ea priuatio sustinetur in vim fideicommissi. *Eam item communem dicit Peregrin. de iure fisci, lib. 2. tit. 10. num. 21.* Cum ergo testator hæredem priuat hæreditate, videtur illum grauare per fideicommissum ad restituēdum. Est verum, quod Bald. & Ange. contrarium tenuerunt in locis citatis à Cæphal. *in d. consil. 153.* Sed non est de eis curandum, quando longè plures contrariam amplexi sunt sententiam, quæ etiam validiori fundatur ratione, quia etiamsi velit expressè, non potest testator facere, quod post validam additionem hæredis, primo loco scripti sit locus vulgari substitutioni. Proindeque, quoad hunc finem, nihil releuant verba illa in testamentis posita, quòd priuat ipso iure & facto, nulla præcedente iudicis cognitione, vel declaratione, licèt plurimum operentur, quoad restitutionem fructuum, & ad alios effectus. Sed tunc quoque ipso iure inducitur priuatio propter molestiam, & non per
83 fideicommissum, quando illata † fuit ante aditam hæreditatem. Cessat namque tunc ratio prædicta, *vt per Socin. in rubrica, ff. de his, quæ pœ. nom. in tertio casu, Paris. in cons. 19. num. 135. volum. 2. Rimin. in consilio 330. num. 14. & seq. & cons. 375. num. 4. Ruin. in cons. 150. num. 18. vol. 3.*

Hinc verò infertur, quod si hæres videtur iussus hæreditatem restituere per fideicommissum, poterit deducere Trebellianicam aduersus eos,
84 quibus restitutio fieri debet. Quicunque † enim grauatur sub conditione restituere, deducit Trebellianicam. *§. sed quia hæredes, Instit. de fideicom. hæred. l. 1. vbi omnes Doctores, ff. ad Trebellia. Bald. in l. quanquam, C. ad leg. Falcid. Picus in l. Titia, §. Titia cum nuberet, num. 106. ff. de leg. 2. Natta in cons. 528. num. 34. Bello. in cons. 30. num. 5. Rolan. de confectio. inuenta. §. quia in præcedenti, num. 31. folio 186.* Et in terminis quod hę-
85 res priuatus modo † prædicto Trebellianicam detrahat, voluit Imo. *in l. paterfamiliâs testamento, colum. pen. vers. vltimò potest dubitari, ff. de hæred. instituen.* vbi ait, hanc esse veriorem, & menti tenendam, quia Bart. hanc quæstionem omisit, mouetur per text. *in l. 1. §. item si ita, ff. ad leg. Falcid.* vbi detrahitur falcidia de eo, quod præstatur nomine pœnæ. Et ibi respondet fundamentis contrariæ partis, *idem voluit ibi Raph. qui idem tenet in l. 1. ff. de his, quæ pœ. nom. Aret. in cons. 18. colum. 3. Ruin. in cons. 47. num. 17. vol. 2. Ruben. qui neminem prædictorum citat in cons. 43. num. 7. Et nouissimè hanc sequitur Pereg. in tracta. de iure fisci, li. 2. in tit. 10. num. 22.* vbi subdit, quod est communis, & verior in puncto iuris, nam nullibi reperitur expressum, quod sit prohibita Trebellianicæ detractio. Ergo non est de facto inducenda priuatio: Secundò, quia sicuti testator voluit hæredem priuari hæreditate, dixisset excludendum à Trebellianica, si hoc etiam voluisset, dixisset, *argumento l. vnica, §. fin autem ad deficientis, C. de cadu. tollen.*

Contrariam tamen opinionem probauit Bal. *in l. vnica, num. 22. vers. quæro, an hæres, C. de fideicom. Capra in cons. 163. num. 9. & 10.* Et hanc partem defendit Ruin. *in consil. 48. nume. 18. volum. 2. vbi in eam sententiam citat Bartol. Hieron. Gabriel. in cons. 184. nume. 6. vol. 1.* Huius ratio est, quia hæredi in pœnam sui delicti aufertur hæreditas, *l. 1. C. de his, quæ pœ. nom. l. Lucius, §. tres hæred. ff. ad Trebellia.* Ex eodem
86 autem facto non debet † quis pœnam pati, & prę-mium consequi, *l. ita demum, ff. de arbit. l. si cui, ff. ex quibus caus. maior. glos. in l. siue hæreditaria, ff. de neg. gest.* At hoc casu hæres pœnam priuationis pateretur respectu hæreditatis, & simul præmium consequeretur retinendo Trebellianicam. Præterea is qui præceptum testatoris spreuit, lucraretur contra *l. fin. C. de fideicommis.* Et Ruin. *in dicto consilio quadragesimo octauo, numero decimo octauo,* optimè resoluit omnia fundamēta aduersæ partis. Addo quod multi tenentes primam loquuntur in filio primi gradus, quē multi volunt non posse priuari Trebellia-

bellianica: nos verò loquimur eo casu quo potest testator illam prohibere.

Rursus si præceptum testatoris non seruãs priuatur omni commodo, ergo & Trebellianica. Præterea in dubio tenenda est opinio per quam
87 Trebellianica † denegatur, Corne. *in cons.182.nume.9.& 10.vol.2.Mantic.de coniec.vltim. volun.li.7.tit.*
88 *12.num.12.* Postremò cum etiam tacitè † prohiberi possit, *vt per Manticam d.lib.7.tit.12.per totum*, cui dubium, quia testator hæredem sibi odiosum excludere voluerit ab omni emolumento. Et pro hac parte faciunt ea omnia, quæ dicta sunt supra hoc eodem cap. de parte, qui ob culpam cogitur restituere ante tempus hæreditatem, non etiam retento vsufructu, & de parte non alendo ex bonis sibi ob delictum ablatis, & filio applicatis.

Quod si prior opinio magis placeat, declaranda erit non procedere, quando testator dixit non solùm se priuare hæredem, sed etiam velle, quòd habeatur pro non instituto, quia sicuti si nõ fuisset instututus, nihil de hæreditariis bonis apud
89 eum remaneret, ita etiã quando ita priuat † quod non habeatur pro non instituto. *Ita clarè Ruin.in cons.47.nu.18. volum 2.* vbi vult, quod illa clausula idem operetur, ac si testator iussisset totam, & integram hæreditatem restitui. Quo casu secundum communem sententiam non deducitur Trebellianica. *& Ruin. sequitur Gabriel. commun. opin. libro 4.tit.ad Trebell.concluſ.9.num.8. Mantic.de coniectu. vltim.volun.lib.7.tit.12.num.28.* Et pro confirmatione facit quod voluit idem Ruin. *in cons.146.num.8.& 13.vol.3.* vbi concludit, quod si testator grauauit
90 hæredem per directa † verba onere restituendi, censetur eo ipso Trebellianicæ detractionem prohibere, quia vbi substitutio est directa, non deducitur Trebellianica, *sequitur Gabriel.dicta conclusio.9.num 10.* Est verum quod idem Ruin. *in consil. 59.num.9.vol.2.tenet contrarium.* Et hæc magis placet Mantic. *d.tit.12.num.26.* Rationabilior tamen videtur mihi, quod non detrahatur, cum enim directo priuat, & vult, quod restitutio fiat, iam testator videtur excludere Trebellianicam, quia
91 faciens † actum obligat se legibus loquentibus de illo actu. Bald. *in l.si duo, ff. de acquir. hæred. D. Becius, consilio septuagesimo quinto, num.11.* Et licet illa priuatio non sustineatur directo iure, sed cõuertatur in fideicommissum, tamen remanet semper declarata testatoris voluntas, quòd nulla fiat de-
92 tractio, nam etiam ex actu nullo voluntas † sicut ex valido declaratur, *l.fin.ff.de reb.eo.l.filij, & l.fin.C. famil.ercis. Bart.in l.gerit, num.18. ff.de acquiren.hæred. Abb.in c.1.in 3.not.ab.de succesio. ab intesta. Ruin. in consil.98.num.6.volum.3. Paris.in cons.79.num.16. vol.2. Socin.iun.in cons.8.num.31.vol.2.Rub.in cons.43.num.6. Crau.in cons.113.num.6.Natta in cons.306. num.3. Menoch.de arbit.iud.casu 131.num. 30. D. Becius in cons.76. num.21.* In quibus locis probatur sat esse, quod testator aliquid voluerit, quia etsi postea actus non habuerit effectum, tamen sustinetur voluntas testatoris. Ita ergo cum testator substituendo iure directo declaret nolle se, quod deducatur Trebellianica, seruanda erit eius voluntas, quamuis substitutio non ex modo sustineatur, quem ille cogitauit.

Declara secundò non procedere, quando te-
93 stator † hæredem priuaret tota, vel integra hæreditate: tunc enim videretur Trebellianicam prohibere, *Alcia.in cons.556.num.2.* quia vbi mandat
94 totam restitui, non retinetur † Trebellianica, *secundum glos.in l.decem, ff.de fideicom.lib. Bar.in l.Centurio, ff.de vulg.& pup. Et hanc sententiam probarunt Bar.Bald.Ang.Bened.de Plumbino, Aret.Alexan. Cordub. Cur.iun.Ruin. Crot. Grat. Rip. Galiau.Tiraquel. Natta. Caphal.& Gabriel.quos citat.Et sequitur Mantica.d.tit. 12.num.13. dicens ita tenere communem Doctorum scholam.* Hanc quoque dicit magis communem Alciat. *d.cons.556.num.2.Bello.in cons. 64.num.2. Duran. de arte testan.in tit.de substit. caut.31.Clar. de testam. q. 62.vers.sed nunquid*, vbi generaliter de omnib. verbis importantibus idem. Et hanc pariter magis communem dicit Micha. Crassus *in d.§.Trebellianica, quæst.6.num.4.* Et idem omnino dici posset omnibus in casibus quibus volunt Doctores censeri prohibitam Trebellianicam, qui videri possunt in locis paulò supra citatis.

SVMMARIVM.

1 *Molestare, vel controuersiam mouere, paria sunt.*
2 *Molestare dicitur, qui turbat in iudicio, vel extra de iure, vel de facto.*
3 *Molestia infertur non solùm agendo, sed etiam resistendo.*
4 *Molestare dominum dicitur colonus, qui portionẽ non soluit.*
5 *Molestare dicitur hæres, qui post cautionem præstitam recusat bona consignare vsufructuario.*
6 *Molestare dicitur hæres vsufructuarium, quando vult detrahere legitimam, & Trebellianicam.*
7 *Hæres iussus non molestare legatarium, non potest agere interdicto duorum legatorum.*
8 *Molestare dicitur hæres, qui petit bona describi vsufructuario debita.*
9 *Molestiam si testator iubet vxori non inferri, intelligitur de molestia malo animo illata.*
10 *Iniuriam nemini infert, qui suo iure vtitur.*
11 *Proprietarius qui promisit vsufructuarium non molestare, poterit petere cautionem de vtendo & fruendo.*
12 *Testator non potest vsufructuario remittere cautionem de vtendo & fruendo.*
13 *Hæres iussus non molestare vxorem vsufructuariã, poterit petere cautionem de vtendo & fruendo.*
14 *Pœnam non meretur quod fit lege permittente.*
15 *Pœna adiecta inualido præcepto non ligat.*
16 *Hæres potest vsufructuario remittere cautionem de vtendo & fruendo.*
17 *Cautio de vtendo & fruendo est de substantia vsusfructus in his, quæ vsu consumuntur.*
18 *Consequens qui vult, censetur etiam velle omne antecedens necessarium.*
19 *Ratione cessante cessat dispositio.*
20 *Locator si promisit non expellere conductorem durante locatione, non poterit expellere etiam superueniente necessitate.*

21 *Pactum*

21 Pactum intelligi debet, vt aliquid addat iuri communi.
22 Remissio pensionis, quando fieri debet ex pacto, non attenditur vbertas præcedentium annorum.
23 Cautio vtendi & fruendi, remitti potest ab eo, qui constituit vsumfructum inter viuos.
24 Hæres iussus fideicommissum restituere, & non molestare fideicommissarium, detrahere potest Trebellianicam.
25 Turbare quenquam non dicitur, qui de iure agit.
26 Aliqua dictio est vniuersalis, & includit casus, qui alias non includerentur.
27 Molestare tunc dicitur, qui de iure turbat, quãdo verba prohibitionis sunt generalia, & multum prægnãtia.
28 Molestare prohibitus etiam verbis generalibus, potest quæstionem iustam inferre.
29 Testator non potest aliquem priuare in casu, quo iustam legatario infert molestiam.
30 Nemo grauari debet propter alienam culpam.
31 Testator non potest hæredem priuare ob culpam alterius, vel non implementum alicuius tertij.
32 Verba vniuersalia, vel geminata hominis non recipiũt restrictionem de habilitate.
33 Venditor non tenetur de euictione, quæ sequuta est de facto vi per compromissum.
34 Venditor tenetur præstare euictionem sequutam de facto, quando promisit quomodocunque res euincatur.
35 Molestare prohibitus sub pœna priuationis cadit à toto, si molestat in parte.
36 Pars continetur in toto.
37 Monitio est necessaria, vt quis pœnam incurrat.
38 Monitio non est necessaria, quãdo iubetur quis non facere.
39 Monitio requiritur in delicto, quod fit omittendo non in eo, quod committendo causatur.
40 Monitio non requiritur vbi priuatur quis ob factum.
41 Pœna quando est expressa ob factum, vel non factum, nulla requiritur monitio.
42 Molestare dicitur hæres, qui cum posit pro re aliqua iustè molestare, iniustam infert molestiam in alia re.
43 Hæres dicitur molestare, quando legata non soluit.
44 Hæres, qui non implet iudicium defuncti, dicitur facere contra illius iudicium.
45 Pactum iuratum non seruans dicitur contra pactum venire.
46 Facere dicitur, qui non facit.
47 Facere dicitur qui tacet, & patitur, ac non contradicit.
48 Facti appellatione continetur non factum.
49 Molestare dicitur hæres vsufructuarium, quando pensionem non soluit.
50 Conductor, qui soluit pensionem expelli potest authoritate propria.
51 Emphyteuta turbare dicitur dominum si canonem non soluit.
52 Possidens naturaliter iniustè dicitur iniuriam inferre ei, qui habet ciuilem.
53 Emphyteuta dicitur dominum molestare, quando per triennium cessat a solutione.
54 Conductor etiam rei propriæ non potest domino seu locatori reficere quæstionem dominij.
55 Spoliare dicitur, qui rem negat restituere possessori.
56 Empyhteuta negans possessionem domino expelli potest.
57 Hæres dicitur legatarium molestare, quando post datam fideiussionem recusat vsufructuario consignare bona fruenda.
58 Spoliare dominũ videtur commodatarius, vel depositarius, qui recusat rem restituere.
59 Proprietarius potest rem vendere inuito vsufructuario.
60 Proprietarius potest rem pignorare inuito vsufructuario.
61 Proprietarius vendens rem pleno iure dicitur turbare vsufructuarium.
62 Conductor vendens rem tanquam proprietarius, dicitur malè versari, & facere contra naturam contractus.
63 Hæres dicitur vsufructuarium molestare, quando rem vendit non facta mentione vsusfructus.
64 Vasallus qui rem vendidit sine assensu domini, sed non tradidit, non priuatur feudo.
65 Emphyteuta, qui vendidit rem sine licentia domini, sed non tradidit, non cadit à iure suo.
66 Exceptio, tua non interest, dicitur esse litis finitæ.
67 Culpam adiicere nemo potest, ex qua ipse damnum nõ sentiat.
68 Ecclesia non potest obiicere vasallo defectum implemẽti, ex quo ipsa nullum passa est damnum.
69 Hæres, qui non impleuit voluntatem testatoris, non priuatur, si nemo passus est detrimentum pecuniarium.
70 Vasallus negans rem esse feudalem priuatur feudo.
71 Emphyteuta negans rem emphyteuticam priuatur.
72 Turbare dicitur, qui impedit dominum arare, colere, & fructus percipere.
73 Turbare dicitur, quicunque impedit ne vtar re mea liberè.
74 Turbare dicitur, qui diffamat, & publicè dicit me ius non fouere.
75 Turbare quando dicatur quis, vide ibi remissiuè.
76 Turbare dicitur, qui fructus exportat.
77 Turbare dicitur hæres, qui petit bona describi.
78 Molestare non dicitur, qui supplicauit, & rescriptum impetrauit, si tamen illo non est vsus.
79 Molestare non dicitur, qui protestatur de suo iure.
80 Hæres excusatur, quando legatarium molestat ex noua, & superuenienti causa.
81 Molestare non dicitur, qui id facit ex causa sibi præbita per aduersarium.
82 Molestia quando prohibetur, intelligitur tam ratione iuris futuri quàm præteriti.
83 Hæres excusatur, quando iustam infert molestiam legatario.
84 Instrumentum, si nulla exceptione impugnari potest, dabitur tamen exceptio, quod non est instrumentum.
85 Bona intelliguntur deducto ære alieno.
86 Hæres excusatur, quando petit creditum suum, & fuit solùm prohibitus molestare in bonis testatoris.

87 Hæres

87 Hæres potest detrahere fideicommissum sibi debitum, etiamsi prohibitus fuerit molestare in suis bonis & hæreditate.
88 Molestare non dicitur hæres, qui controuersiam mouit, si ea non habuit effectum.
89 Turbare quis non dicitur per vnicum actum sed requiritur perseuerantia.
90 Pœna eximentis careratum non ei infligitur, qui tentauit eximere, sed non perduxit ad effectum.
91 Minor restituitur ex eo, quod possit litibus vexari.
92 Minor restituitur aduersus additionem factam cũ beneficio inuentarij, quando in hæreditate sunt vexationes.
93 Molestia facti etiam effectu non sequuto sufficit ad priuationem ordinatam à testatore.
94 Iudex punitur, quando citauit coram se comparitũrum eum qui alienæ subest iurisdictioni, etiamsi cum effectu non impedierit alienam iudisdictionem.
95 Contumax non mulctatur, quando ius aduersarij non est factum deterius, fallit tamen, vt ibi.
96 Ignorantia excusat à pœna.
97 Hæres qui ignoranter molestat legatarium excusatur.
98 Ignorans non contemnit.
99 Ignorans non dicitur in culpa.
100 Ignorantia excusat in delictis.
101 Acceptans legatum, factum cum onere plus non petendi, sibi non præiudicat, si onus ignorauit.
102 Hæres suus etiam post immixtionem præsumitur ignorare contenta in testamento, vide tamen ibi de veritate.
103 Hæres præsumitur ignorasse contenta in codicillis.
104 Prouocato parcendum est, si se defendit.
105 Hæres molestans legatarium excusatur, si fuit à legatario prouocatus.
106 Turbare dicitur, qui prohibet nè quis re sua vtatur.
107 Turbare dicitur, qui prohibet nè in re mea ædificem.
108 Reus excipiendo dicitur actor.
109 Pœna tenere debet suos authores.
110 Pœna locus non est, vbi non est dolus.
111 Hæres excusatur si non ipse, sed familia molestat legatarium.
112 Procurator non facit dominum incidere in pœnam sine speciali mandato.
113 Dominus non tenetur pro facto serui, vel familiæ.
114 Scire non præsumitur dominus, quod factum est à sua familia.
115 Scientia domini non eum obligat, si non potuit prohibere.
116 Dominus tenetur pro eo, quod factum est à familia de voluntate sua.
117 Factum à seruo præsumitur factum de voluntate domini.
118 Dominus tenetur pro facto familiæ, quando affert domino vtilitatem.
119 Aqua inuenta super alicuius prato, præsumitur ab eo ducta, cuius est pratum.
120 Hæres excusatur à molestia legatario illata, si fuit necessitate coactus.
121 Alienationis prohibitio non includit necessariam.
122 Alienatio prohibita in forensem à statuto non extenditur ad necessariam.
123 Minor validè absq; solennitate alienat stabilia in exequutione ordinationis paternæ.
124 Voluntas coacta voluntas est.
125 Velle saltem conditionaliter dicitur, qui cogitur, licèt non absolutè.
126 Mora censetur remissa per subsequentem interpellationem.
127 Mora non committitur pendente dilatione.
128 Hæredi remissa videtur priuationis pœna, quando ab vsufructuario interpellatur ad implendum.
129 Venditor censetur remittere facultatem discedendi à contractu, quando protestatur se non traditurum id nisi pretio soluto.
130 Sententiam approbare videtur, qui dilationem petit ad soluendum.
131 Ratificare videtur sententiam, qui offert se soluturum.
132 Remittere videtur contrauentionem, qui perseuerat in contractu.
133 Protestatio declarat animum protestantis.
134 Protestatio repetita ostendit magis enixè voluntatem protestantis.
135 Protestatio declarat hæredem non habuisse animum molestandi legatarium.
136 Protestatio conseruat ius protestantis.
137 Dominus recipiens canonem cum protestatione non censetur remittere.

QVÆSTIO XXVI.

IN eiusmodi legato alimentorum cum præeminẽtia, uel vsusfructus ad alimenta, vel etiam quando relinquitur vsusfructus alicuius prędij pro alimentis, testatores sæpe mandant legatarium non molestari. Operæ ergo precium erit videre quando, & quomodo dicatur hæres molestare, & contrauenire præcepto defuncti. Et in hoc supponendum est, nihil referre, quòd prohibitus sit hæres molestare, vel contro-
1 uersiam mouere: æquipollent enim, † *vt probatur in l. Lucius, §. tres hæredes, ff. ad Trebellia. ibi controuersiam mouere, vbi notat gl. repetit. in verſ. de omni idem notant ibi Bartol. & Raph. post Cyn. in l. quoties, in fine, C. de dona. quæ sub modo. Alexand. in conſ. 52. num. 2. volum. 2. Socin. iun. in conſ. 113. num. 38. & conſ. vltim. numero 15. volum. 1. Rip. in l. 1. num. 2 ff. de re iud. Riminal. in conſil. 375. num. 6. Menoch. de recuper. poſſ. rem. 1. numero 256.* Et dicitur molestare, seu controuersiam mo-
2 uere quicunque infert † quæstionem, vel turbat in iudicio vel extra de iure, vel de facto agendo, vel excipiendo ante contestatam litem, vel post *vt probat Gloſ. in d. §. tres hæredes, in ver. mouerit, vbi Din. hoc tenet.* Et quod inferatur molestia etiam in iudicio, probat text. *d. authen. de ſideiuſſor. cir. princip. in ver. moleſtiis, in l. 1. in verſ. moleſtari, ſecundum intellectum Nicol. de Neapoli, C. de nund. vbi Bald. etiam notat.* Et quod prædictis omnibus modis molestando contrafiat præcepto, probant Bart. Angel. Butr. & alij Canon. citati ab Alex. qui eos sequitur *in conſ. 52. num. 3. vol. 2.* Et dicit Corset. *in ſing. incip. moleſtia,*

quod

quod si statuto, aut lege cauetur, venientibus ad nundinas aliqua molestia non inferatur, debebit intelligi tam de molestia iuris, quã facti. Et subdit esse commendandum mẽti, *allegat Aret.* & Imo. & Alexand. *in loco prædicto* loquitur, quando testator iussit vsufructuarium non molestari sub pœna priuationis hæreditatis. Sicut etiam Barbat. *in cons. 56. volum. 3. Dec. in cons. 613. colum. 1. vers. & hoc in casu isto, Ruin. in cons. 48. num. 10. ver. nam & molestia, vol. 2.* vbi dicit, quod molestia infertur non solùm
3 agendo, † sed etiam resistendo, *l. non solùm, §. si testatus, vbi not. ff. de procurat.* & nedum vim inferendo personæ, sed etiam rebus, & tam verbo, quàm etiam facto, *dicto §. tres hæredes.* Et infert, quòd colonus, qui non soluit pensionem dicitur molestare
4 † dominum, item quod hæres dicitur molestare, qui post præstitam cautionem recusat consignare
5 † bona ad vsumfructum relicta, & ea retinet penes se. *Idem Ruin. in cons. 77. nu. 6.* vbi, quod includitur molestia iuris, sicut facti extra iudicialis, & tam agendo quam excipiendo. Et infert, quod priuabitur hæres si perniciem vsufructuariæ petat legitimam, † & Trebellianicam, licet illa sibi debeatur. In eodemq; casu idem tenet Socin. iun. *in consil. 113. num. 36. & sequen. vol. 1.* vbi multis rationibus comprobat, sed ea potissimũ, quod
6 iudicialis quoque molestia non potest esse iusta, quando sit contra præceptum testatoris per quod efficitur iniustum, quod eius prohibitione circumscripta fuisset iustum. Allegat etiam Angel. *in l. hus si tres, ff. de rei vend.* vbi testator iubet hæredi,
7 ne † molestet legatarium, cui fundum reliquerat, non poterit hæres vti interdicto duorum legatorum, quamuis iustè aliàs sibi competeret. Et subdit hanc esse singularem decisionem. Adducit etiam exemplum de eo, qui in contractu promisit non inferre molestiam, nam is, neque de facto poterit turbare, *secundum Alexan. in consil. 195. colum. fin. volum. 6.* Eandem pariter opinionem, quòd iuris molestia idem operetur, quod molestia facti, tenuit Bero. *in cons. 56. num. 44. volum. 3 per text. in d. l. 1. C. de nun. & in d. authen. de fideiussor. & ante eos, Castren. in cons. 204. colum. fin. versic. ex quibus respondetur. volum. 1.* vbi dicit sub verbo molestię comprehendi non solùm exceptionem, sed fortiùs etiam actionem per dictum *§. tres hæredes, Tiraquel. de retracta. consang. § 35. Glos. 4. nu. 39.* vbi ait ei inferri molestiam qui iudicialiter vexatur, *Riminal. in consilio 249. numero decimo quarto*, vbi quod siue agat, siue excipiat, siue de iure, siue de facto, siue in iure, siue extra vexet, semper dicitur molestiam inferre. Idem dicit *in cons. 330. num. 6. & sequen.* vbi infert, quòd vsufructuarius dicitur molestari ab hærede, qui fructus bonorum capit, vel exportat, *& in consilio 375. num. 7.* vbi ait, illatam dici mole-
8 stiam ab hærede, qui † petiit descriptionem bonorum fieri, & impetrauit à iudice præceptum de restituendo fructus perceptos. Et cum prædictis transit Menoch. *d. remed. 1. num. 255. Simon de interpret. vltim. volunt. lib. 4. interpret. 2. dubit. 4. num. 25. & rursus eod. lib. interpret. 1. dubit. 10. num. 88.*

Contra tamen videtur, quòd non inducatur priuatio nisi molestia sit de facto, & iniusta, quia nõ intelligitur testator loquutus de molestia iudiciali, & iuridica *secundum Glossam in l. si seruum, prætor. ff. de acquiren. hæred. & per eam Glos. dicit Bald. in l. vnica, num. 27. C. de his quæ pœ. nom.* Quod vbi te-
9 stator mandat vxorem non molestare, † intelligi debet de molestia malo modo, & malo animo illata, *idem Bald. in l. 1. in vers. sed pone, C. de vsufru. Cuma. in cons. 51. in princip.* vbi dicit hanc esse iustiorem, & humaniorem sententiam. Et hoc idem voluit *Aret. in dicta l. si seruum, §. ait prætor, in fine, ad hoc allegans etiam text. in l. etsi quis impediat, ff. de religio. vbi gl. in verbo impediat, dicit iniustè, & hoc modo intelligit quoque Dec. in cons. 581. num. 11.* vbi pro comprobatione allegat multa iura, & authoritates, dicens amplius, quod etsi aliquando veniat etiam molestia iuris, tamen intelligitur de ea, quæ infertur extra iudicium de facto, non de iudiciali, vel etiam quando in iudicio quidem infertur, sed per calumniam, & malo animo. Idem probasse videtur Corset. *in singul. incipiens. molestia, vbi allegat ferè omnia illa iura, quibus vtitur Dec. dicto consilio 581.* Et prædictorum ratio est, quia molestiam, non in-
10 iuriam infert † qui vtitur suo iure, *l. iniuriarum, in principio, ff. de mino. l. nullus videtur, ff. de regulis iuris, l. tertia, §. si us tamen, ff. de liber. homi. exhiben.* Et per hanc rationem hoc quoque voluit Cur. *iun. consilio centesimo septuagesimo tertio, numero decimo tertio, Bero. in cons. 2. num. 9. vol. 3. Riminal. in cons. 551. num. 28. & in cons. 676. num. 70. & Menoch. in cons. 230. num. 16. & seq.*

Hinc infert Bald. *in d. l. 1. num. 13. C. de vsufructu,*
11 quòd proprietarius, † qui promisit non molestare vsufructuarium poterit nihilominus petere cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, quia ea cautio venit ex natura actus, & qui agit secundum naturam actus non dicitur molestare. *l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. l. venditores ff. de verbo. obliga. est text. notandus secundum eum in l sed etsi possessori, §. sed et si rerum. ff. de iure iuran. & Bald. sequitur Corset. d. singul. molestia. Dec. d. cons. 581. num. 11. Natta cons. 416. num. 5. Pinel. l. 1. par. 2. num. 76. C. de bon. mat. folio 279.* Sed prædicta Baldi ratio non placet, & melior est alia, quod testator non potest expres-
12 sè † cautionem remittere *secundum Bar. Bald. Salic. & alios in d. l. 1. C. de vsufruct.* Et hoc non potest facere expressè, multò minùs tacitè prohibẽdo molestiam. Et per hanc rationem dicit *Rainer. in l. quod de bonis §. frater ff. ad leg. Falcid. vbi etiam Alexan. num. 5.* quod si testator iussit vxorem vsufructuariam
13 † non molestari sub pœna priuationis non incurret hæres pœnam petendo cautionem. Idem tenuit Roman. *in cons. 211. num. 3. Castren. in cons. 221. ante quam veniam, in principio, eo. vol. 2.* vbi mouetur, quia præceptum est impossibile & non ligat, *Ias. in cons. 40. in 3. dub. num. 6. Barbat. latè in cons. 59. col. 5. ver. capio nunc secundum, num. 14. vol. 1. latissimè Socin. iun. in cons. 125. num. 27. & sequen. volum. 1.* quia quod
14 fit lege † permittente pœnam non meretur, *l. Gracchus C. de adulter.* Et prædictis duobus locis sustinetur id verum esse, etiam vbi testator expressè prohiberet cautionem exigi, quia præceptum non valet, & pœna ideo exigi non potest per regulam,

15 gulam, quod regula † apposita præcepto inualido non ligat, *Bald. in d. l. 1. C. de his quæ pœ. nomi. Capra idem voluit licet prædictos non alleget in cons. 9. nu. 8.* quia censetur interdicta solùm molestia iniusta, *Dec. qui non solet passim allegari in cons. 65. num. 2. & 3. Rolan. in cons. 92. num. 9. & seq. vol. 1. vbi allegat Crau. & alios. Plotus in tractat. de in lit. iuran. §. 26. num. 8. ver. nec potest testator, Riminal. in cons. 676. numer. 83. & seq. vbi infinitos allegat.* Hæc sententia, quando testator prohibuit vxori molestiam inferri, quod non eximatur vxor ab onere cauēdi, nec hæres incurrat pœnam, videtur mihi verissima: Attamen decisio Bal. *in d. l. 1. num. 13. C. de vsufruct.* quæ vult hæredem, qui promisit vsufructuariam non molestare in vsufruc. posse petere cautionem, patitur difficultatem, quia certum est quod ipse hæres potest ca-
16 uendi onus † remittere vsufructuario, *secundum glos. in d. l. 1. C. de vsufruct. vbi Bart. & alij.* Et sequuntur omnes vt inquit *Bald. num. 10. Aret. Instit. de vsufruct. in fi. & in tracta. de testam. glos. 93. Imo. in c. fin. numer. 12. de pignorib. Corne. in l. pen. C. vt in possess. legat. Ias. in l. nemo potest, col. fi. ff. de leg. 1. vbi Ripa, num. 41. & Ioan. Annibal, num. 195. Dec. in cons. 418. num. 16. Ruin. in consilio centesimo decimo quinto, numero 6. volum. 1.* vbi verò hæres promittit vsufructuarium non molestare in vsufructu, tunc videtur cautionem remittere, & eam admittere pro vsufructua-
17 ria, cùm in his, quæ vsu consumuntur cautio † sit de substantia, *§. itaque si pecunia, in fine, Instit. de vsufruct. Bartol. in l. prima, num. 12. C. de vsufruct. vbi Bald. num. 10. Salic. num. 2. in fine, Fulgos. in fin. Ang. Institu. de vsufruct. in principio, num 5. Ias. in l. 1. num. 125. ff. de leg. 1. Ruin. in cons. 206. num. 26. volu. 2. Socin. iun. in consilio septuagesimo secundo, num. 3. vol. 2. Caualcan. in tracta. de vsufruct. multe. relic. numero centesimo trigesimo nono,* ita vt sine cautione non sit vsufructuaria, qui enim
18 vult consequens, censetur etiam velle † omne necessarium antecedens, *l. ad rem mobilem. ff. de procurato. cum similibus.* Et in hærede promittente se non molestaturum cessat ea ratio, quæ versatur in testatore, quia potest vt dixi cautionem remittere,
19 ergo † cessare debet dispositio, *l. illud. ff. ad legem Aquiliam.* Et non obstat, quod ea, quæ sunt de natura actus semper censeantur inesse, *l. quæro. §. inter locatorem.* Et ideo qui promittit, non molestare intelligatur, dummodo caueat: Quia respondeo, quod aliàs pactum nihil operaretur, & esset inutile, propterea vt aliquid operetur, inducere debet remissionem cautionis, per ea, quæ ponit *Ang.*
20 *l. ædem, C. loca.* Vbi si locator † promisit non expellere conductorem durante locatione non potest illum expellere etiam superueniente necessitate, vt pactum non sit frustratorium, *sequitur Dec. in capitulo, quæ in Ecclesiarum, columna penultima, de constitutio.* Et cum promittit non molestare, videtur voluisse recedere à dispositione iuris communis,
21 pactum enim semper intelligi debet, † vt aliquid addat iure communi. *Natta in cons. 384. num. 11. D. Becius in cons. 94. num. 28.* Ideo Ang. *in consilio trecentesimo duodecimo, numero sexto,* dicit quod iure communi inspecto vbertas vnius anni compensetur cum sterilitate alterius, quando agimus de remit-
22 tendo mercede, tamen vbi remissio † fieri debet ex pacto non attenditur præcedentium annorum fertilitas. Et licèt prædictam decisionem Ang. *in l. ædem.* impugnet Natta *in d. cons. 416.* tamen idem Natta eam sequitur *in dicto consilio trecentesimo octuagesimo quarto, num. 11. & præter eum, Corne. Felin. Curt. iun. Alciat. Crat. & Gabriel. quos citaui in cons. 34. num. 28. & seq.* Præcipuéque id dicendum est, quia ea promissio facta in contractu plus operetur, quàm testatoris dispositio, nam etsi testator relinquendo vsumfructum non possit satisdandi necessitatem remittere: tamen id facere potest is
23 † qui inter viuos vsumfructum constituit, *vt probat Bald. in dicta l. 1. num. 12. C. de vsufruct. Ruin. in l. nemo potest, vbi etiam Ioan. Annib. num. 173. ff. de legatis 1. Alciat. lib. 7. Pereg. capitulo secundo, in fi. de quo etiam per Pinel. d. l. 1. parte 2. num. 76. ver. & ex his non videtur. C. de bon. mat.* Quidquid tamen sit illa decisio Bald. quæ habet quod peti possit fideiussio, non obstante pacto non molestandi est approbata, & obtinebit etiam in iudiciis.

Retenta tamen ea opinione, quòd dispositio testatoris intelligatur de molestia facti, non iuris, inferebat Imo. *in l. paterfamiliâs testamento. ff. de hared. instit.* quod hæres iussus † restituere fideicommissum, & non molestare fideicommissarium,
24 poterit nihilominus detrahere Trebellianicam, *Barbat. in repet. capituli, Rainaldus, car. 64. de testamen. Corset. dicto sing. incip. molestia, columna prima, in fine, & plures.* Comprobatur opinio hæc ex multis adductis *per Riminal. in cons. 676. numer. 20. & multis sequentib.* & in simili loquendo de turbatione, quæ idem importat, multa iura allegat Menoch. *in consil. 230. num. 16. & seq.* vbi probat, quod non dicitur
25 quisquam turbare, † quando de iure agit.

Quod si hæc placeat opinio, non obstabit text. *in l. Lucius, §. tres hæredes, ff. ad Trebellia.* quia ibi non fit simpliciter mentio de molestia, sed cum signo ita generali, quod quamcunque includit mole-
26 stiam: dicit enim, si quam controuersiam † mouerit, *ita glos. in clemen. 1. in ver. aut earum parte, de fero competen. vbi Innocen. Cardin. Pau. Elez. & alij.* Et dicit Ias. *in cons. 224. colum. 2. vers. tertio istud statutum, volum. 2.* quòd terminus, cui adiicitur illa dictio aliqua, vel similis, intelligitur latè, & contra propriam significationem. Et infinitos concordantes de illa dictione, ponit Tiraquel. *in l. si vnquam, in ver. partem aliquam, nu. 14. C. de reuoc. dona. Crot. in cons. 129. num. 10.* Non mirum itaque si molestia etiam iuris includitur, cum textus mentionem faciat de aliqua molestia.

Hinc multis placuit tunc solùm includi iuris etiam seu iudicialem molestiam, quando testa-
27 tor vsus est verbis vniuersalibus, † aut multum prægnantibus, *vt tenet Abb. in cons. 43. col. pen. vers. secundo principaliter, vol. 1. vbi ita tenet, quem citat, & sequitur Dec. in cons. 613. col. 1.* vbi considerat verba illa quoquomodo, *Ruin in cons. 77. num. 8. & sequen. vol. 2.* vbi ponderat generalitatem, & amplitudinē verborum quouis modo, quomodocunque, & qualitercunque, *Socin. iun in cons. 13. num. 52. vol. 1.* vbi hoc modo conatur effugere contrariam Barbat.

authoritatem, *Simon de Pretis d.dubitatio.10.num.139. vbi alios citat Rimin.in conſ.23.numer.4. & in conſ.375. num.13.* Huiuſmodi tamen verborum generalitas
38 non extenditur ad quæſtionem iuſtè † motam *ſecundum Cuman.in conſ.51.quod dominus Ambroſius, in principio*, vbi tamen mouetur ex aliis verbis teſtatoris, quæ ſuam diſpoſitionē reſtringebant, Dec. item *in conſ.581.num.11.* dicit, quod ea generalitas debet reſtringi ad moleſtiam, quæ etſi inferatur in iudicio, eſt tamen iniuſta, & malo animo illata, non autem ad eam, quæ bona fide, & animo ius ſuum proſequendi mota eſt. Pro quo facit quod voluit Cuman. *d.conſ.51.numer.3. ver. quinimo etiamſi teſtator*, dicit, quod ſi teſtator expreſſè vel-
39 let aliquem priuare † propter iuſtam moleſtiam non poſſet, per ea, quæ notantur in *l.paterfamilias teſtamento, ff. de hæred.inſtituen.* Pro quo addi poteſt, quod ſi teſtator velit teſtatorem priuare ob factum alterius, vel defectum implementi, quod alteri fuerat iniunctum non poteſt, quia nemo
30 eſt propter † alienam culpam, dolum, vel factum prægrauandus, *l.ſi quis in ſuo, §.fin.C.de inoffic. teſtam. l.quidam in.t. §.ſi quis filium, ff. ad Trebellian. & ita pro-*
31 *bat* † *text.d.l.paterfamilias teſtamento*, vbi Bal. & alij, hoc notant. Idem Bald. *in d.l.1.numero 10.& ſequen. C.de his, quæ pœ.nom. Caſtren.in d.l.Lucius, in §.tres hæredes.num.4. ff. ad Trebellian. Ruin. in conſilio centeſimo vigeſimo ſecundo, num.9.vol.2. Cæphal.in conſ.105.in fin. volum.1.* Prima tamen ſententia verior eſt, & plures habet authores: verba enim hominis vniuer-
32 ſalia † & geminata nullam recipiunt reſtrictionē de habilitate, quidquid ſit in verbis legis Bald. *in l.fin.num.1.ver.doctrina, C.ſine cen.vel reliq. Alexand. in l.ſi patroni, in princip. numero 15.ff.ad Trebellian. Iaſ. in l.ſecunda, §.prætor ait, numero quarto.ff.qui ſatisd.cogan. Ruin in conſilio centeſimo nono, numero ſeptimo, volumine primo, in l prima, §.nunciatio, numero centeſimo vigeſimo ſexto, & ſequenti, vbi Crot.numero quinquageſimo tertio, ff.de oper.no.nuntiat. Ripa in l.1. num. 17.ff.de interdic. Natta in conſ.159.num.7. deciſ.Pedem.169. numer.5. Cæphal.in conſ.199. num.24. D. Becius in conſ. 28. num.10.* Ideo licet venditor non teneatur pro eui-
33 ctione quæ defuncto ſequuta † eſt, puta per compromiſſum, *l.ſi dictum, §.ſi compromiſero, ff. de euictio. Et l.at qui natura, §.ſi me abſente, ff.de neg.geſt.* Tamen fallit, quando promiſit defendere quomodocũ-
34 que † res euincatur propter generalitatem verborum, *gloſ.fin.in l.cum pœna, ff.de arbitr. Alexand.in conſ.4.num.2.& 3.volu.3. Aret.in §.fin.col.fin.Inſtitu. de emptio.& venditio. Ruin. in conſ.98.num. 11.vol.2.* Plures cumulat Tiraquel. *de retract.conſang.in fin.nu.97. quæſt.22. Rolan.in conſ.67.in fi.volum.4.deciſ.Pedem.28. num.8. D.Becius in conſ.106.num.22.* Sicuti igitur cum promiſſio intelligi debet, de actu vnius extenditur ad actum factum ob vim generalium verborum, ita debet extendi ad actum iuris ob eandem vim quãdo intelligi deberet de actu facti, & quod dictum eſt teſtatorem non poſſe priuare hæredem ob culpam, vel defectum tertij alicuius, non procedit ſine controuerſia, nec indiſtinctè. Nam Angel. & Imo. *in d. l.paterfamilias teſtamento*, aliter volunt, quando clarè conſtat de teſtatoris voluntate. Et Cumanus met ibi *num.3.* dicit quod teſtator poteſt ſi vult, Socin. *conſilio vigeſimo primo, numero 20.volum.3.* Et plures alij videri poſſunt apud Simon. de Pretis, *libro quarto, interpret ſecunda, dubitat. quarta, numero decimo ſeptimo, & ſequenti, folio mihi 45.*

Ego circa principale dubiũ, ſalua ſemper meliore ſententia dicerẽ, quod vbi interdicitur moleſtia, intelligatur tam iuris quam facti, & tam iudicialis, quam extraiudicialis, ſi tamẽ talis ſit moleſtia, quã diſponens poſſet phibere, ſiue ſit facta phibitio in teſtamẽto ſiue inter viuos, ſiue ea moleſtia ſit iuſta ſiue iniuſta, quia deſinit eſſe iuſta, cum eſt prohibita, intelligendo tamen de ea moleſtia, quæ verbis prohibitionis poteſt includi non de ea, quæ veriſimiliter ex aliis non venit prout, quando moleſtaretur ex natura actus. Atque ita conciliantur omnia, quæ videntur inuicem pugnare.

Ampliaigitur principalem concluſionem, vt ſufficiat moleſtiam inferre in aliquo ad effectum, vt priuatio hęreditatis ſequatur in toto, quia prohibitiõ † circa totum verificatur etiam in quali-
35 bet parte ſiue totum ſit vniuerſale ſiue integrale, *l.ſi vnus, §.itẽ ſi pactus, ff.de pact.* Ita determinat Ruin. *in conſilio 48.numero vndecimo, volumine ſecundo, vbi ait* quod ſi moleſtia inferatur in parte vſusfructus hæres priuabitur in totum hæreditate: allegat Bart. *in l.Stichum, qui meus erit, ff.de leg.1.* Et eum ſequitur Riminal. *in conſ.330.num.3.* Ratio eſt, quia in toto † continetur pars. *c.cum in toto, de reg.iur. in*
36 *6.l.in toto, ff.eo.tit.* Ideo vbi in aliqua re vſufructui ſubiecta infertur moleſtia, verificatur præceptum de non moleſtando in vſufructu. Et quamuis in contrarium facere videantur ea, quæ dicuntur de vaſallo, & emphyteuta alienante partem rei: Tamen ad ea reſpondet Ruin. *loco prædicto, numero duodecimo.* Sed aliter, & melius reſponderi poteſt aliud eſſe, quod offendatur perſona, aliud quod offendatur res. Vbi enim contemnitur perſona, tunc ille omnibus rebus priuatur, ſecus quando offenſio eſt in re, vt probaui in proximè præcedenti quæſtione; at qui venit contra præceptum contemnit teſtatorem, ergo priuatur toto, licet in parte ſolùm contrauenerit.

Extendo pariter, vt priuatio ſequatur etiam nulla præcedente monitione, aut interpellatione. Nam etſi regulariter ea pœna non imponatur niſi † monitione præmiſſa, vt probat text. *in*
37 *auth. hoc amplius. C. de fideicommiſ.* Tamen hoc eſt verum, quando iuſſus eſt teſtator aliquid facere, at vbi iubetur non facere, tunc incurrit pœnam
38 non expectata † monitione ſecundum Crau. *in conſilio centeſimo nonageſimo tertio, numero quarto*, quẽ in noſtro propoſito ſequitur Riminal. *in conſilio trecenteſimo trigeſimo, numero octano.* Addo Albam idem tenentem *in conſil. 48.num.5.* Et facit pro hac deciſione, id quod voluit Innocen. *in c. extirpanda, in §. quia vero, de præben.* vbi ait quod monitio
39 † requiritur in delicto omiſſionis, non autem in eo quod fit committendo, ſequuntur ibi alij omnes.

nes, Archidiac. *in c. propter, distin. 18.* Ratio est, quia non facta latent, facta verò patent, vt inquit Innocen. loco prædicto, quem sequitur Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Imo. Abb. Bar. Bald. Cuman. Roman. & alij citati ab Alexan. *in l. ita stipulatus numero 13. ff. de verborum obligatio.* vbi dicit hanc esse elegantem decisionem Castren. *cons. 371. num. 3. in fin. volumine secundo.* Et propius accedendo ad terminos nostros dixit Bald. *in authen. hoc amplius, numero 16. ver. quæritur vtrum, C. de fideicomm.* Quod
40 non requiritur monitio, † vbi quis priuatur propter factum, sequitur Roman. *in l. cognitione, ff. ad Sillanian. Alexan. in l. 1. num. 7. C. de his quibus, vt indign. & in d. l. ita stipulatus, num. 13.* Et hanc inquit pulchram distinctionem Ripa, *in cons. 62. num. 6.* Est verum quod Bald. *in d. l. si. num. 16. ver. prædicta vera.* subdit hoc procedere quo ad moram inducendam, non autem quoad pœnam imponendam, quia quoad eam monitio omnino requiritur secundum Gozad. *in cons. 34. num. 6. Abb. d. cons. 48. nume. 18.* Sed si rectè videatur, ea declaratio Baldi nõ potest inferri ad casum nostrum. Nam dum loquitur de dispositione continente diem, vel factum certum, expressè dicit quod ad puniendum non requiritur monitio, atq; ita clarè ponit quo ad pœnam infligendam. Et si subsequens dictum traheretur ad id, implicaret contrarietatem, ergo restringi debet ad proximas duas limitationes, quibus conuenire potest, non autem ad præcedentes extendi. Rursus contrarium potest locum habere, quando agimus de pœna legali, vel etiam de pœna, quę tacitè venit imponenda. At nos agimus de pœna priuationis expressa casu quo hæres molestat. Et quando pœna est posita expressè propter factum, vel non factum, tunc nulla re-
41 quiritur monitio, † sed eo ipso locus est pœnæ, vt per Socin. *in cons. 133. num. 14. ver. postremo non omitto, volum. 1.* vbi fortius dicit in facto negatiuo in quo non solet pœna committi sine monitione non requiri monitionem, si priuatio sit expressè ordinata à testatore. Id quod placuit etiam Gozadino *in d. consilio trigesimo quarto, num. 7. ver. non obstat quod voluit.* Et subdit voluisse hoc quoque Corne. *cons. 99. volum. 1. & consilio ducentesimo quinquagesimo, vol. 4.* Stat ergo firma conclusio, quod absque interpellatione inducitur priuatio, quando pœna imponitur à testatore propter illatam molestiam.

Extendit quoque Ruin. præcedẽtem conclusionem locum vendicare, quamuis vsufructuaria tale quid commiserit, propter quod licitè potuerit molestari in aliquo. Nam si molestia infe-
42 ratur in alio in quo † nulla illius versetur culpa, nihilominus hęres pœnam incurrit. Ponit exemplum in vsufructuaria, quæ sit malè versata circa vineas: nam ea potest expelli à vineis, at si molesteturin aliis prædiis erit pœnæ locus, quia malus vsus vnius rei non præbet iustam causam molestandi in alia re.

Dicitur autem hæres multis modis molestare. Et quamuis non sit animus omnes recensendi, iuuat tamen nonnullos afferre. Et primo, quan-
43 do legata non soluit, † vt probat Bald. *nou. in cons. 99. inter consilia Cornei.* Et ibi comprobat Corne. in subscriptione, quia non faciens quod debet dicitur contra id facere, quod facere debet, & qui
44 non implet iudicium defuncti, facit † contra iudicium, *l. post legatum, § amittere, ff. de his quibus indig.* Et qui non seruat pactum iuratum, dicitur veni-
45 re contra pactum, † *l. si quis maior, C. de transactio.* Et
46 non facere † dicitur facere, *l. si quis sepulchrum, § funus, ff. de reli. & sump. fune l. 2. § item si in facto, ff. de verb. obliga. & dicit gl. in l. id quod nostrum est, vbi Dec. nu. 2.*
47 *ff. de reg. iur.* Quod qui tacet, † & patitur, & non cõtradicit, dicitur facere, sicuti appellatione facti
48 continetur non † factum. *§. si qua vxor, in fi. Instit. de nupt. gl. in l. 3. in princ. ff. de verb. oblig.* Ideo si testator relictis alicui alimentis mandat hæredi ne illum molestet, vtique hæres priuabitur hæreditate, & dicetur molestare si non soluat alimẽta iuxta præceptum testatoris.

Secundò dicitur hæres molestare vsufructuarium si fortè ab eo conducit bona, & illi non solu-
49 it pensionem, conuentis † temporibus, vt probat Ruin. *in cons. 48. num. 9. volum. 2.* Quia conductor non soluẽs dicitur iniustè detinere, ideo au-
50 thoritate propria potest expelli. † *glos. in l. adem, C. loca. Bar. & alij, in l. 2. C. de iur. emphyteut. Bar. & alij in authen. qui rem, C. de sacros. eccles.* Doctores, in capitulo, propter sterilitatem, loca. adde, quod emphyteuta, qui canonem non soluit dicitur dominum turbare † in sua ciuili. Et hac ratione conue-
51 niri potest interdicto, vti possidet is, *secũdum gl. & Doctores, in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquiren. possess. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. eodem.* Et qui iniustè possidet, naturaliter dicitur in-
52 iuriam inferre habenti ciuilem, † & illum molestare, secundum Bart. *in l. 1. §. interdictum, ff. vti possidet. gl. in l. 1. C. eodem.* Quod si emphyteuta, qui regulariter ius habet in re dicitur molestare dominum, & iniuriam illi inferre retinendo rẽ quan-
53 do per triẽnium cessauit † à solutione, multò magis molestare dicetur conductor, qui solùm habet detentionem.

Hæc Ruin. determinatio non est iuridica, quia hęres, qui ab vsufructuario conduxit bona si non soluit, non dicitur illum turbare in vsufructu; quinetiam conducendo ab illo videtur illum cõstituere in possessione, ita vt etiamsi res sit pro-
54 pria † non potest ratione possessionis contendere, nec dominij quæstionem proponere, secundum Castren. *in l. qui rem, ff. depos.* vbi dicit, quod conducens rem propriam si in iudicio conueniatur remedio *l. si quis conductionis, C. loca.* Non opponet exceptionem dominij, Salic. *in d. l. si quis conductionis, Alex. in l. si aliquam rem, num. 29. ff. de acquir. poss. Dec. in l. neq; pignus, nu. 4. in fi. ff. de reg. iur. Menoch. de recuperan. possessio. rem. 11. nu. 49.*

Rursus non soluendo non dicitur illum molestare in vsufructu, vel tanquam vsufructuarium: nihil enim cum vsufructu commune habet solutio pensionis debita ex conducto, pro quo facit quod voluit Felin. *in cons. 25.* cum concordantib. quas aliâs dedi.

Tertò molestia isto casu infertur ex causa superuenienti, id est ex conducto, ideo non potest agi de priuatione, vt dicam infra hac eadem quæstione.

Vno casu posset sustineri decisio Ruini, quando conductor ob retardatam solutionem iussus rem restituere id negaret, tunc priuaretur, quia
55 dicitur spoliare, qui negat rem restituere, *l.colonus, ff.de vi.& vi arma. Alexand.in cons.33.num.2.vol.6. Caph.l.in cons.47.num.40.* Et dicit Specul.*in tit. de loca.§.nunc aliqua, ver.65.* expelli posse emphyteu-
56 tam, qui negat † domino possessionem, quia videtur illam interuertere negando. Sequitur ibi Bald.*in additio.* Boer.*in consuetud.* Burgun. *tit. de consuetud.feu.§.13.in fin.* Menoch.*de retinen.possessio.remed 3.num.469.* At si solùm retineat pensionem non dicitur turbare illum in vsufructu, præcipuè cum præceptum de non molestando sit illi iniunctum tanquam hæredi, pensionem verò retineat non tanquam hæres, sed tanquam conductor. Atque ita consideretur tanquam tertius quilibet qui rem conduxerit. Pro quo facit, quod alibi diximus eum qui sustinet personam duorum considerari, ac si essent duo, & iura retinere distincta, vt probaui in præcedenti quæstione per ea quæ ponunt Socin. Crau. & alij, *in l.cum filiofamilias, ff.de leg.1.*

Tertiò dicitur hæres vsufructuarium molesta-
57 re, quando iam sibi cautione † retinet bona, & recusat consignare, *l.1.§.quæsitum, in fi.ff.quor.legat.* Et depositarius, vel commodatarius si recusant re-
58 stituere, dicunt † dominum spoliare, *l.si quis rem, ff.de acquir.possess. Cuman. & Alexan. in l. 3. §.si rem, ff. eodem titulo,* & per iura prædicta hoc voluit Ruin. *in d.cons.48. num.10. vol.4.*

59 Quartò licet proprietarius possit rem † vendere ex quo vsufructuario nullum infertur præiudicium, *l.locum, §.proprietarius, ff.de vsufruct.* Sicuti
60 etiam potest pignorare, † *l.2.C.de vsufruct.facit l.iustè, §.non mutat, ff.de vsucap.* Tamen si eam vendat pleno iure non reseruato iure vsusfructus, dici-
61 tur turbare, † & molestare vsufructuarium, *l.2.C. de vsufruct.vbi Castren.post Guliel.Cun.* Et dicit Bald. *in l.ædem, in fi. C.loca.* quod si conductor rem ven-
62 dit tanquam proprietarius † dicitur facere contra naturam contractus, & malè versari potestque ex-
63 pelli. Et per hæc iura † id voluit Ruin. *d.cons. 48. num.8.& 16.in princip.* Non tamen est tuta hæc opinio, quia si ex eiusmodi vēditione, aut alienatione nullum inde damnum sequatur vsufructuario, non potest conqueri, puta si possessionem nō tradidit, nec emptor eam capere tentauit, vti dicimus de vasallo qui feudum vendidit sine assen-
64 su domini, sed rem † non tradidit, Isern, *in c.Imperialem, §.callidos, ver.pœna in istis, de prohib.feud alien. per Feder.& ibi omnes Doctores.* Idem est in emphyteuta, qui non cadit in pœnam priuationis per a-
65 lienationem, si non deuenit ad † traditionem, Specul.*in tit.de loca.§.nunc aliqua ver.95.cum multis apud Clau.qui communem dicit in tracta.de emphyteut. quæst.13.num.3.vbi dicit esse communem Cordub.qui infinitos citat in tracta.de emphytet.tit de cau.priuation. ob alienation.limit.38.* vbi ait in iudicando, & consulendo non esse ab hac opinione discedendum. Item vsufructuarius nō potest obiicere proprietario alienationem, ex qua nullum sentit damnū. Et obstaret sibi exceptio tua non interest, quæ
66 † dicitur litis finitæ, *l.loci corpus, §.competit.ff.si seru. vend.l.posthumus, §.si quis ex his, vbi Bar.& alij ff.de inoffic.testam.Felin.in c.ex parte, de testib.Crau.in cons.182. num.8.Rol.cons.3.num.87.vol.1.Menoch.cons.2.num.111. D.Becius, cons.72.num.1.* Et nemo potest alij culpam
67 imputare, si ex ea damnum non sensit, † *l.in totum, ff.de impen.in reb.dat.l.is qui.ff.de actio.& oblig.Bar.in l. si vt certo, §.nunc videndum, ff.commoda. Castren in cons. 136.col.2.vol.1.& Crau.in cons.3.num.25.* facit etiam, quod voluit Bald.*in cons.127.vol.1.* vbi ait quod ec-
68 clesia non potest obiicere vasallo † defectum implementi, ex quo nullum detrimentum sensit, Dec.*in cons.80.num.2.facit Afflict.in d.c.Imperialem, in ver.16.quæro, num.35.Crau.in cons.59.num.2.in fi.* Facit etiam text. *in l.non oportet, C.de his quibus vt indign.*
69 vbi gl. dicit quod hæres non implens † voluntatem testatoris non priuatur hæreditate si implementum non concernit pecuniarium commodū alicuius. Et ibi sequuntur Iac. Butr. Fulgos. & Castren. cum quibus transit etiam Ias. *in auth.hoc amplius, num.6.ver.secundo limit.C.de fideicom.* Pro Ruin. tamen facit, quia vendendo proprietarius rē pleno iure videtur negare vsumfructum, & negans
70 incurrit priuationis pœnam, vt † de vasallo dicūt Innoc. & Abb. *in c.cæterum, de iudic. Bald.in c.1. §. vasallus, il 1.si de feud.fuer. controuer. inter dom. & agnat.* Et ibi idem tenuerunt gl. Iac. Beluis. Laud. Isern. Aluar. & alij. Et est communis opinio, secundum Clar. *de feud.quæst.59.* Cuccum *in tract.de pœnamentient.circa possess.num.104.* Cordub. *in d.tracta. de emphyt.tit.de cau.priuatio.ob mendacium, in princ. num.3.*
71 Et idem est in emphyteuta, qui neget † rem esse emphyteuticam, quia priuatur ipsa re, Specul. *d. §.nunc aliqua, quæst.65.num.82.Alber.in l.2.col.10.C.de iure emphyteut.Ias.in §.omnium, num.87.Instit. de actio. Marsil.in rub.ff.de fideius.num.384. Ripa. in l.priuilegia, num.25.ff.de priuileg.credit. Cordub.d.titulo, num.2.& sequenti, vbi infinitos allegat, & dicit communem.* Et hāc partem tenuit etiam Cuccus *loco prædicto, num.106.* Sed ex hoc non benè infertur ad proprietarium, qui fuit iussus non molestare. Nam testator ideo prohibuit molestiam, vt vsufructuarius integrè percipiat fructus. Et ita præceptum respicit solū pecuniarum commodum. Proinde priuatio sequitur solùm quando imminuitur vtilitas vsufructuarij: at in vasallo, & emphyteuta inducitur priuatio non tantum propter damnum illatū domino, quam propter illius contemptum, & iniuriam, quæ infertur alienando, & negando, nō autem infertur damnum.

Quintò turbare dicitur, qui impedit me arare
72 † colere fructusué aliter percipere ex fundo, *l.vim facit §.1.ff.de vi, & vi arma.l.si duo, §.item videamus, in fi.ff.vti possid.glos.in l.vnica, C.eo.tit.* Et est generale, quod turbare dicitur quicunque prohibet ne li-
73 berè vtar re mea, † secundum gl. *in d.l.si duo, & in l. sicuti, §. Aristo, ff.si serui.vend.* Plures citat Menoch. in

tracta.

tracta. de reintegr. possess. remed. 3. num. 486. & sequen. vbi post Innoc. & Rebuff. inquit turbari eum, cui etiam per iudicarias literas interdicitur ne sua vtatur possessione, vel cui alio modo impedimentũ obiicitur, & procedit non solùm, quando impedimentum hoc directè ponitur, sed etiam quando indirectè, puta minando colonis, qui ideo territi non audent fundum colere, vt concludit Bal. *in dispu. incip. accusatus, de vi turbatiua. col. 1. ver. sed minando, Prac. Papien. in for. libel. possess. turbat. in ver. præsentialiter, num. 3. Menoch. d. rem. 3. num. 488.* Imo turbare dicitur etiam, qui non minatur colonis, sed
74 diffamat† me dicendo publicè, quod iniustè possideo, & quod non foueo ius in tali re: si tamen ob talem diffamationem non inuenio colonos, qui velint colere res meas, videtur enim talis vim facere, *vt in d. l. vim facit, ver. siue faciendo per quod & c.* Ita concludit Bar. *in l. 1. §. huius autem interdicti, num. 1. ff. vti possid.* vbi hoc modo declarat dictum Inno. qui tenebat contrarium, sequitur Alex. *in cons. 52. nu. 6. vol. 2. vbi num. 7. dicit* quod verbalis contradictio & inquietatio dicitur molestia.

Sextò pro intelligentia, quando hæres molestare, vel turbare† dicatur, vide Menoch. *d. remed. 3. num. 468.* vbi viginti octo recitat modos turbandi, vel inquietandi, qui similiter continent molestiam, stante eo, quod supra diximus, paria esse molestare, vel turbare, vel controuersiam moue-
76 re. Et de exportatione† fructuum loquitur Riminal. *d. cons. 330. num. 6.* idem est quando hæres petit
77 bonorum descriptionem †fieri secundum eundẽ *in cons. 375. num. 6.*

78 Septimò non infertur molestia † per solã supplicationem principi porrectam, & impetratum rescriptum si postea hæres non est vsus in iudicio secundum Riminal. *in cons. 551. nu. 43. per textum in l. libertus aduersus, cum ibi not. at. ff. de in ius vocan.* quod facit pro eo, quod diximus supra legatarium non molestari per solam alienationem, si traditio vel alius nociuus actus non sequatur.

Nec dicitur molestare, qui protestatur de suo
79 iure † secundum Bal. *in cons. 347. num. 1. vol. 3. sequitur Menoch. d. remed. 3. num. 473. ver. declaratur 4.* quod tamen ego intelligo, nisi ob eam protestationem, vel diffamationem ius legatarij factum sit deterius: puta quia territi coloni non audeant colere secundum Bar. *in d. l. 1. §. huius autem interdicti, ff. vti poßide. dixi paulò supra.*

Multis tamen casibus non obstante molestia illata hæres excusatur à pœna priuationis. Primò
80 quidem vbi molestiam infert ex noua † superuenienti causa, vt declarat Capra *in cons. 9. num. 8. ver. præterea illud.* vbi dicit hoc præcipuè verum, quando causa fuisset commissa per legatarium *argumẽto l. aut facta, §. causa, vbi Bar. ff. de pœnis, sequitur Dec. in cons. 581. num. 12.* vbi mouetur etiam quod omnis dispositio intelligitur reb. sic stantib. *c. quemadmodum, de iureiur.* Et in feruntambo prædicti ad casus notabiles, & dum dicunt restringi, quando legatarius ipse causam præbuisset, facit decisio Bar. *in l. item quæro, §. inter locatorem, num. 1. ff. loca.* vbi qui
81 promisit non molestare† non obligatur si aduersarius causam præbuit: Idem dicit *in l. quidam cum filium, ff. de verb. obligatio.* Menoch. qui alios citat *in tracta. præsumpt. lib. 3. præsumpt. 38. num. 4.* vbi allegat Ruin. loquentem in proposito nostræ quæstionis. Et alia similia congessi *in consil. 64. num. 8. & sequenti, vsque ad finem.* Respectu tamen primi capitis videtur, quod causa etiam superueniens non
82 excusetˆ, quia prohibitio molestiæ † intelligitur tam ratione iuris futuri, quam præsentis, *l. stipulatio, §. quæsitum, ff. de verbor. obligat. Ita Capra in consilio 51. num. 3.* cogita ergo si debet restringi ad culpam legatarij.

83 Secundò excusatur qui iusta † ex causa mouetur contra legatarium, Signorol. *cons. 111. num. 21. & seq.* vbi infert quod impugnans testamentum seu institutionem filij non incurrit pœnam probando illum non esse filium, sed suppositum fuisse, *l. quidam cum filium, ff. de verb. oblig. l. quæro, §. inter locatorem, ff. loca. seq. Simon, d. lib. 4. interpretatio. 1. dubitat. 10. num. 85. folio 416. confirmans ex eo, quod ponit Bart. in l. 1. §. & parui, num. 3. ff. quod vi, aut clam,* vbi si nulla
84 exceptio † opponi potest contra instrumentum, allegari tamen poterit, quod non est instrumentum allegat Alexan. Iaſ. & Felin. & quod ex iusta causa liceat molestare, tenuit Bald. *cons. 356. circa med. lib. 4.* citat eum Simon loco prædicto, Dec. *in cons. 565. in fin.* faciunt, quæ supra dixi de cautione requisita ab hærede de Trebellianicæ detractione. Et Simon loco prædicto recitat etiam, quando videatur quis impugnare testamentum ita vt priuetur commodo, puta cum dicit solennitates deficere, vel testatorem non fuisse sanæ mentis, & quod iusta causa excusetˆ, probat Bar. *in l. interdum, §. quod ait, ff. vti poßidet.* vbi dicit excusari eum qui iusta causa aliquid facit in alieno, nec accusari posse de possessione turbata Bald. Corne. & Boss. quos citat & sequitur Menoch. *d. remed. 3. num. 621. latius in cons. 230. nu. 36.*

Tertia est accusatio, quando testator prohibuisset in suis bonis molestari vxorem seu legatarium: tunc enim si hæres suum aliquod creditum, vel quid aliud petat, nõ dicitur inferre mo-
85 lestiam, quia bona † intelliguntur ære alieno deducto, *l. non amplius, §. finali, ff. de legatis primo, & §. bona. l. subßignatum, ff. de verborum obligatio. Bartol. in l. vt*
86 *iurisiurandi, §. si liberi. ff. de oper. liber.* Per quæ iura † in terminis hoc voluit Cuman. *in cons. 51. num. 2.* vbi fortius vult verum esse non obstante verborum prægnantia, puta aliquo modo, iure, & c. sequitur Dec. *in cons. 425. num. 11. & 15.* vbi infert quod detrahere poterit fideicommissum, etiamsi prohibitus
87 fuerit non molestare† non solùm in bonis, sed etiam in hæreditate, Simon *d. dubit. 10. num. 86.* quæ conclusio, quando solùm dictum est in bonis, procedit de plano, sed quando dicitur de hæreditate patitur difficultatem, quia etiam bona aliena dicuntur esse in hæreditate testatoris, & eadem versatur difficultas, quando dictum est ne molestetur in bonis, per ea, quæ *in cons. 112. nu. 21. ver. & non dicatur, & num. 27.*

Quartò excusationis species est, quando molestia illata non habuit effectum, nam tunc non

88 est locus pœnæ † priuationis, ita Cuman. *in consilio 51. num. 3. in fin.* vbi ait quod non dicitur molestasse ad finem de quo supra, qui mouit quæstionem, sed non perseuerauit vsque ad sententiam, & ratio est secundum eum, quia vbi molestia sit iusta non committitur pœna, at cognosci non potest quod sit iusta, vel iniusta, nisi sequuto iudicis iudicio, *l. stipulatio, §. habet ff. de oper. no. nunt.* vbi stipulatio, de demoliendo, vbi sit iniustè ædificatum non committitur nisi sequuta sententia, quod sit iniustè ædificatum, & id etiam confirmat ex aliis. Hoc etiam voluit Castren. *in cons. 221. num. 2. ver. secundo præmitto, volu. 2.* vbi concludit, quod hæres, qui verè in iudicio molestauit vsufructuarium, non priuatur hæreditate si succubuit in iudicio, & fuit repulsus. Et dicit esse casum *in l. licet, ff. vt legato. nomi. cau. & in l. auia, §. fin. ff. de cond. & demonstr.* Et ratio est, quia conatus nihil obfuit legatario, *l. prima, §. fin. ff. quod quisque iuris.* Et subdit quod ad priuationem non sufficit aliquid de facto fieri, nisi etiam sequatur effectus, *argumento l. ea quidem, C. si mancip. ea cond. fuer. alien. cum similibus.* Hanc opinionem tenuit Crau. *in cons. 482. num. 2.* vbi in quæstione pacti conuenti inter permutantes, quod in casu molestiæ liceret redire ad bona permutata, inquit, non sufficere illatam esse molestiam, nisi effectum sortiatur, vt pacto locus sit, *allegat plures text.* Comprobatur id ex eo, quod voluit Menoch. *in cons. 230. numero septuagesimo octauo, & sequenti*, vbi ait quod non sufficit vnicus actus,
89 vt quis dicatur turbare, † sed requiritur perseuerantia, & infert, quod molestari non potest quis p violata, vel turbata iurisdictione, & quod subditum traxerit ad forum suum, nisi perseuerauerit: quod si destitit venit absoluendus, allegat tex. *in l. pen. §. docere, ff. ne quis eum, qui in ius voca. est*, vbi
90 Bart. Castren. Alexan. & Ias. notant pœnam † eximentis non ei infligi, qui cum effectu non eximit reum de manu iudicis, *addit Socin. sen. Afflict. Paris. & alios.*

Quæ etsi clara videantur mihi tamen non concludunt, qui mentem potius testatoris, & verba obseruare consueuerim, quam abstrusos, & subtiles intellectus: si enim præceptum testatoris intelligi debet de ea molestia, quæ infertur de facto, non quæ de iure, quod debemus expectare effectum. Item si molestia non habet effectum, quia hæres agendo non obtinuit, sed fuit exclusus, nonnè tanto iniustior, & damnabilior est illius molestia? Item nonnè dicitur cum effectu molestare, qui ipsum legatarium tentauit deiicere, vel se opposuit ne ingrediatur, vel quid fecit vt impediret ne fructus perciperet? iam enim consummata est molestia, etiamsi is non obtineat, quod tentat ne volũtatem suam expleat, quod si lex deficeret, sola naturalis ratio nos mouere deberet, sed lege quoque id probatur, *vt in l. minorib. viginti*
91 *quinque, ff. de mino.* vbi ait text. subueniri † minoribus non solùm vbi minuunt patrimonium, sed etiam quando interest eorum litibus & sumptib. non vexari, & per illum text, inquit Bald. *in l. cum hereditate, in fi. ff. de acquir. hared.* quod ea lex locum habet etiam iure canonico attento, quia interest hæredis non vexari, *sequitur Roman. & Castren. ibi; eiusmodi etiam vexatio habetur pro euidenti damno in l. fi. §. etsi præfatam, C. de iur. deliber. & ibi notat Bal. nu. 5. & 6.* Ideo licet minor adeundo confecerit inuentarium, propterea q; sit tutus ab omni damno, tamen si in hæreditate sint vexationes, restituitur
92 † perinde ac si esset in damno, *vt per Salic. in auct. si omnes, num. 8. vbi Castr. num. 3. C. si minor se ab hæred. abstin. & probaui in cons. 87. nu. 9. & seq. sed magis clarè probatur ex tex. in c. Rainaldus, de testam.* vbi Abb. *num. 17.*
93 notat pœnam † appositã propter contrauentionem committi ob solam molestiam facti, licet effectus non sequatur, & subdit esse dictum notabile, & infert ad pœnam adiectam compromisso, aliter tamen distinguendo, vbi pœna apposita est promissioni de ratum habendo, vel firmum tenẽdo. Et eius decisionem quoad nostrum propositum approbat Didac. *in d. c. Rainald. §. 1. numero 8.* subdens, quod id est iuxta voluntatem prohibentis molestiam, quæ est vt expensas, damna, & inquietudines auertat ab vsufructuario, & profecto non video, quod aliud sit prohibere, ne molestetur, quam prohibere, ne vexetur vel inquietetur, nec attendendum est, quid ex ipso molestationis actu sequatur: cum ipsa sola molestia producat effectum à testatore consideratum. Et id quoq; voluit Simon *d. dubit. 10. num. 88. in fi.* vbi tamen non meminit de contradicentibus supracitatis. Et probatur hæc conclusio *in l. criminali, C. de*
94 *iurisd. om. iud.* vbi punitur iudex, † qui citauit corã se compariturum eum, qui erat sub alterius iurisdictione, etiamsi iurisdictio cũ effectu non fuerit impedita, *vt declarant ibi Bald. & Castren.* Hoc etiam probatur ex eo, quod post Rotam voluit Gemina. *in c. 1. §. fi. col. 2. in fi. de electio. in 6.* vbi tenet, quod
95 etsi contumax † non mulctetur, quando ius aduersarij non est factum deterius, vel processus nõ est impeditus, tamen iudex, qui per illius contumaciam fuit elusus, potest illi mulctam indicere *sequitur Alex. in l. uidetur, in fin. ff. si quis iudici non obtemp. atq; ibi Socin. nu. 9. & 10.* Et quod dicitur in sola vexatione, in casu nostro, quia ipsa vexatio est effectus molestiæ, & dari non potest in rerum natura molestia aliqua, quæ non habent hunc vexationis effectum: Contrarium autem procedit quando effectus est quid separabile ab actu, vt in venditione, locatione, & aliis actibus, qui si non sortiantur plenum effectum habentur pro infectis, nec in aliquo imminutum est ius partis.

Quintò datur excusationis species, quãdo hæres ignorabat contenta in testamento, ignoran-
96 tia † enim liberat hæredem ab omni pœna, *l. igi-*
97 *tur, ff. de liber. cau.* Et ita † concludit Alba, *in cons. 45. num. 17.* vbi loquitur de hærede, qui non habebat notitiã testamenti subdens, quod in dubio ignorantia præsumitur. Sed ante eum hoc etiam voluit Ruin. *in cons. 150. num. 5. ver. si igitur molestia, vol. 3.* vbi similiter loquitur de hærede subdens, quod etiam in extraneo ante aditionem præsumitur ignorantia, quæ excusat à pœna *l. genero, cum ibi not. per Bald. ff. de his, qui not. infam. & sequitur eum Rimi-*

nal. in

Ital. in consilio trecentesimo septuagesimo quinto, num. 22. vbi loquitur in eisdem terminis. Et ratio est quia ignorans non videtur contemnere, † *cap. quia diuersitatem, de concessio. præben. Bero. in cons. 56. num. 5. volum. 3.* 98 *Crau. cons. 226. num. 7.* & culpa † imputari non potest ignoranti, *glos. in l. mora, ff. soluto matrimonio,* fa- 99 cit quia ignorantia † excusat etiam in delictis, *l. 1. §. Diuus, ff. ad leg. Cornel. de sicar. l. respiciendum, §. delinquunt, vbi not. glos. ff. de pœ. infinitos adducit Tiraquel. in tracta. de pœn. temper. cau. 13. num. 1. & sequen.* Hinc videmus, quod agnoscens relictum factum cum onere plus non petendi, non sibi præiudicat si 100 ignorabat † onus iniunctum, *Castren. in cons. 77. nu. 1. & 3. vol. 1. Alexan. in cons. 132. nu. 2. ver. sed ista est, vol. 2. Ruin. in cons. 79. num. 9. & 11. vol. 2. Socin. iun. in cons. 18. num. 8. volum. 4. Cagnol. in cons. 26. num. 1. inter cons. Port. Imo. & hanc partem probaui in cons. 7. num. 37. & sequen.* Et dum supracitati Doctores dicunt ignorantiam testamenti præsumi, id benè procedit ante immixtionem, vel aditionem, non solùm respectu hæredis sui, sed etiam extranei, vt per eos, at post immixtionem præsumatur scire, & mul- 101 ti tenent ignorantiam præsumi, † quia potuit adire testamenti tabulis non inspectis, *Bartol. in l. qui Romæ, §. duo fratres, quæstio. 3. vbi Alexand. & alij. ff. de verborum obligatio. & latè ibi prosequitur Claud. Crot. & Ripa, & multos eiusdem sententiæ cumulat decis. Petrus. 19. num. 19.* Contra verò quod non præsumatur ignorantia tenuit glos. Din. Iacob. de Aret. Oldra. Bart. Bald. & alij, *in l. huiusmodi, §. cum pater, ff. de leg. 1. Cyn. Salice. Alexan. Campeg. Ruin. & alij, quos citaui in cons. 119. num. 19.* Hoc autem certum est quidquid velint Doctores in testamento, quod 102 codicillorum præsumitur ignorantia, † quia cum sint à testamento separati potuit hæres adire nulla eorum habita notitia, *vt probat text. in l. 3. §. 1. ff. de transact. & in l. non est ferendus, ff. eod. tit. & hoc voluit Bart. in l. cetera, § fin. ver. oppono dicitur, ff. de leg. 1. & in d. §. duo fratres, num. 13. vbi Alexand. num. 53. in fin. Iaf. num. 58. & Crot. num. 106. hoc etiam voluerunt Bal. Ang. Alexand. Aret. Ruin. & Bellon. quos citaui in consilio septimo, numero trigesimo quinto, & sequenti. Addo Crau. in consilio ducentesimo quinquagesimo septimo, vbi addit Castren. Socin. & Corne. Mantic. de coniect. vltim. volunt lib. sexto, tit. quarto, numero duodecimo, vide Decian. consilio quinquagesimo septimo, num. 10. volum. 3. quidquid aliqui voluerint.* Nam etsi codicilli dicantur pars testamenti, tamen non ita sunt coniuncti, vt vnius haberi non possit scientia sine altero, & hæc mihi semper placuit, & applaudet sensui ac rationi naturali.

Sextò à pœna priuationis excusari debet hæres, si non ipse prouocauit legatarium ad iudicium, sed ab eo prouocatus resistit. Nam paren- 104 dum est ei, † qui prouocatus se defendit, *l. qui cum maior libertus. in fin. ff. de bon. liberto.* & defensio est de iure naturali, quæ ideo per generalia verba non excluditur, vltra quod molestia, quæ oritur ex facto, & culpa legatarij censetur semper exclusa, *l. prima, ff. quando actio de pecul. est annal. in §. fin.* Et per prædictas rationes † ita tenet Castren. *in consilio* 105 *trecentesimo septuagesimo primo, numero quarto.* Hæc tamen sententia, si ita generaliter intelligatur nō est vera, quia etiam resistendo dicitur molestiam inferre, *l. non solùm §. si status controuersia, ff. de procurato.* & qui prohibet me vti re mea dicitur tur- 106 bare. † *l. si duo, vbi glos. ff. vti possid. glos. in l. sicuti, §. Aristo. ff. si seruit. vendic.* Et idem est in eo, qui prohi- 107 bet ne in meo † ædificem, *d. l. si duo §. hoc interdictum, Menoch. de resein. possess. remed. tertio, numero 487. & numero 492.* Quid enim si legatarius ageret interdicto vti possidetis, vt manu teneatur in possessione bonorum, aut quid aliud iustum peteret ab hærede, dicemusne illum resistentem in iudicio excusari, quia fuerit prouocatus? certè non, quandoquidem prouocatio non excusat, 108 quando ille causam dedit, vt vocaretur in iudicium, puta turbando, vel quid aliud faciendo, & quid refert, quod molestia inferatur agendo, vel defendendo si reus † in sua exceptione dicitur actor, *l. 1. vbi Bar. ff. de exceptio. Corne. in cons. 222. col. 3. vol. 2. Rol. in cons. 100. nu. 25. vol. 2. alios citaui in cons. 48. nu. 3.* Posset autem ratio Castr. sustineri quoad hoc ne cōparendo in iudicio dicatur hæres molestasse, vel qñ petitio legatarij esset iniusta; hæredis verò iusta defensio, sed hoc casu sustinetur ius hæredis, nō quia fuerit prouocatus, sed quia molestia est iusta, nam prouocatio non excusat, vt dixi, nisi defensio sit iusta. Cauendum est itaque à dicto Castren. in loco prædicto, licet primo aspectu videatur iuridicum.

Septimò quamuis dominus teneatur, quando familiæ prohibet aliquem ex quo ipse prohibere videtur, *l. iu cuius, ff. si seruit. vend.* tamen excusatur hæres, si non ipse, sed familia sua puta filius, vel alius legatarium molestat. Et ratio est, quia pœna 109 tenere debet suos † authores, *l. sancimus, C. de pœn.* & vnus non debet odio alterius prægrauari, *cap. non debet, de reg. iur. in 6. l. non debet alteri, ff. eod. tit. &* pœna non debet imponi, vbi non est culpa † aut 110 dolus, *l. cum autem. §. excipitur, in ver. capitalem, ff. de ædilit. edic. Bart. in l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his qui not. an. infam.* Et hanc † partem tenet Riminal. 111 *in cons. 375. numero 20. & sequen.* vbi mouetur, quia procurator non potest facere actum per quem dominus incidat in pœnam, nihi haberet speciale † mandatum, *Bar. in l. si procurator, vbi etiam Iaf. & alij, ff. de cond. indeb. in l. 3. §. si procurator, vbi Alexan. Iaf. Riminal. Dec. & alij, ff. quod quisque iuris, alios citat idem Riminal. in cons. 203. numero quadragesimo quarto, & sequenti,* vbi ponit quid agendum in praxi, quando procurator facit actum per quem dominus potest incidere in pœnam. Prædictam quoque conclusionem, quod ob factum familiæ hæres non incurrat priuationis pœnam tenuit idem Riminal. *in cons. 551. num. 43.* Addo quod regulari- 113 ter dominus non tenetur pro † facto serui, vel familiæ, *l. 2. in princip. ff. de noxal. actio.* Felin. quia ita constituit regulam *in cap. Petrus, num. 2. de homicid. Iaf. in l. 1. in princip. num. 3. ff. ne quis eum qui in ius, Afflict. in decis. 82. num. 2. Cur. seu. in cons. 41. colum. 1. Alciat. in tracta. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 40. numero secundo,* præcipuè quando factum est momentaneum, & non successiuum, *Alexan. in l. de pupillo, § si quis ipsi*

prætori, num. 24. ff. de oper. no. nunt. Barbat. in conſ. 13. col. pen. vol. 3. Iaſ. in l. ciuitas, num. 4. ff. ſi cer. pet. vbi ſubdit etiam aliud ad propoſitum noſtrum, quod dominus non tenetur de facto ſerui, ex quo nullum ſentit commodum. Quod etiam voluerunt
114 Roman. & Iaſ. *in d. §. ſi quis ipſi prætori, Ruin. in conſ. 21. num. 1. vol. 4.* Et non caret ratione principalis noſtra deciſio, quia dominus præſumitur ignorare, quod factum eſt † à familia, *ſecundum gloſ. in c. quia*
115 *præſulatus 1. quæſt. 4. Alex. in conſ. 45. num. 5. vol. 1. Boer. in deciſ. 277. num. 7.* & ſola ſcientia domini nõ eum obligat, † quando prohibere non poteſt, *Specul. in tit. de legato. §. iuxta, ver. quod ſi amici mei Felin. d. c. Petrus, num. 2. ver. & hanc concluſionem Gram. deciſ. 47. num. 1.* Non obſtat text. *in l. is cuius*, quia loquitur quando familia aliquid fecit de voluntate domini, *vt declarat gloſ. ibi quam ſequitur Bart. in repetit. colum. 2. in princ. ver. venio ad oppoſitiones.* Secundo reſpondeo procedere, quia ibi dominus non conueniebatur pro eo quod familia prohibuiſſet, ſed proinde quod ſua promiſſio non implebatur ſtante prohibitione, & impedimento familiæ, *ita Bald. ibi in fin. ſequitur Angel. colum. 2. ver. item nota hic.* Vtraque tamen reſolutio eſt vera, quod vbi
116 familia aliquid facit de voluntate † domini, tenetur dominus, *vt probatur in cap. conſtitutum, vbi gloſ. de teſtib. Clem. ne in agro. §. porrò, deſta. monac. cap. cum ad ſedem, de reſtit. ſpoliat. cum ſimilibus.* Imo voluerunt multi, quod voluntate domini factum præſumatur quidquid fit † à ſeruo, *vt pro Bar. in d. §. ſi quis ipſi*
117 *prætori, num. 19. Roman. in conſilio ſexageſimo octauo, colum. 1. conſil. 152. colum. fin. Alexan. conſilio ſexageſimo nono, num. 5. volum. 2.* Quod tamen non eſt abſolutè verum.

Poſſet autem generaliter limitari concluſio præcedens, vt moleſtia illata per familiam imputetur domino, illis in caſibus, quibus factum familiæ imputetur domino, puta, quando domi-
118 nus ex eo commodum ſentiret, † *iuxta notata per Roman. & Iaſ. in d. §. ſi quis ipſi prætori cum aliis à me ſupra citatis.* Pro qua declaratione facit pulchrum dictum Alber. *in l. 1. §. ſi quis ita in ſuo, ff. ne quid in loco publi.* vbi ait etiam, quoad infligendum pœnam
119 † aquam inuentam ſuper alicuius prato præſumi ab eo ductam contra edicta prohibitoria, ex quo verſa eſt in eius vtilitatem, *ſequitur Alciat. in conſil. 357. in fin.* Et dixit Cur. *ſen. in conſ. 55. in fi.* quod falſum inſtrumentũ ab eo præſumitur fabricatum, cuius vtilitatem concernit, ſed pro horum veritate videndus eſt Bar. *in l. fi. num. 5. ver. item quod illa, ff. de quæſtionibus, vbi Blanc. num. 422. Bal. in l. 1. nu. 22. C. de fi. inſtru. & in conſ. 20. nu. 1. vol. 3.*

120 Octauò excuſaretur hæres ſi neceſſitate † ductus moleſtiam legatario intuliſſet, *ita Riminal. in conſ. 551. nu. 30. & ſeq.* quia prohibitio moleſtiæ intelligi debet de voluntaria, non de neceſſaria, ſicuti dicimus de prohibitione † alienationis, *l. alienationes, ff. fam. erciſ. l. 1. ff. de fun. dota.* Allegat etiam
121 quod dici ſolet, ſtatutum prohibens bona in forenſem alienari, † non habere locum, quando alienatio fieret ex neceſſitate *ſecundum Alber. in tracta. ſtatut. par. 2. quæſtio. 2. & plures alij ab eo citati.* Et
122 ſubdit Riminal. neceſſariam dici moleſtiã, quam hęres infert alienando ex neceſſitate paternorum contractuum. Pro cuius cõfirmatione addi etiam poteſt, quod etſi non valeat alienatio rei immobilis facta † à minore ſine ſolennitate, tamen fal-
123 lit quando alienat vigore ordinationis paternæ, *vt per Iaſ. in l. 1. §. fuit quæſitum, num. 15. vbi etiam Ripa, num. 10. ff. ad Trebellian. in l. qui Roma, §. cohæredes, num. 21. ff. de verb. obligat. Afflict. in c. Imperialem, num. 75. de prohib. feud alien. per Feder. Dec. in l. ſingularia, num. 15. ff. ſi cer. pet. Neuizan. in conſ. 84. num. 3. & 4. Gram. con. ciuili 10. num. 2. Rolan. in conſ. 99. num. 39. & ſeq. volu. 1. & alios citat Menoch. in tracta. de arbit. iudic. caſu 171. nu. 67. & Lamberteng. in tracta. de contract. eos. gl. 1. num. 3.* Huic ergo declarationi non acquieſco, quia non minus dicitur moleſtia, quæ infertur vigore præcedẽtis contractus celebrati cum defuncto, quam ea, quæ aliàs infertur, & non dicitur coactus fauore, qui ex ſui authoris ordinatione facit, coa-
124 cta, † enim voluntas eſt voluntas, *l. ſi patre cogente, ff. de ritu nuptiar. l. ſi mulier, §. ſi metu, il. 2. ff. quod met. cau. l. ſi priuatus, in princip. ff. qui & à quibus, cap. merito. 15. quæſt. 1. gloſ. in l. velle, non creditur, ff. de reg. iur.* Et cum teſtator prohibendo moleſtiam conſiderauerit ſolum effectum, non eſt attendẽdum, quod id fecerit hæres ob diſpoſitionem ſui authoris, poterat enim potius parere præcepto huius, quã illius teſtatoris, ſed cum elegit magis obtemperare vni, quam alij, iam contrauenit, licet enim
125 coactus † non dicatur velle abſolutè, dicitur tamen velle conditionaliter, *vt in c. maiores, §. item quæritur, de baptiſmo.*

Nonò hæres defenditur à pœna priuationis, quando legatarius remiſiſſet tacitè pœnam contrauentionis, puta interpellando hæredem poſt illatam moleſtiam, ſi velit implere voluntatẽ defuncti, quia per interpellationem creditoris cen-
126 ſetur debitori remiſſa omnis pręcedens mora, † *gl. & Bar. in l. Emilius, ff. de minorib.* notatur *in l. 2. C. de iure emphyteu.* facit *l. in diem. ff. de in diem adiect.* dum enim hæres interpellatur ad implendum, videtur
127 conceſſa dilatio, & mora † non committitur dilatione durante, *l. ſiue pars, C. de dilatio. facit l. fi. § donec, C. de iure delib.* Et per has rationes concludit Ruin. *in conſ. 150. num. 5. volu. 3.* quod hæredi cenſetur remiſſa pœna priuationis, quãdo ab vſufructuario
128 † interpellatur ad implendum voluntatem teſtatoris. Et pro eo facit egregia deciſio Ang. *in conſ. 373. num. 1. ver. 3. quia ſolutio,* vbi ait, quod venditor, qui lapſo termino ad ſoluendum poterat recede-
129 re à contractu † ſi proteſtetur, ſe non traditurũ rem niſi prius ab emptore obſeruentur omnia ꝓmiſſa, videtur per hoc renunciaſſe pactis pœnalibus, & remiſiſſe reſolutionem contractus, *ſequitur Crau. in conſ. 206, num. 2.* facit, quia petens dilationem ad ſoluendum cenſetur approbare † ſen-
130 tentiam, *l. ad ſolutionem, C. de re iudic. Roman. in conſ. 9. in fi. Grat. in conſ. 47. num. 22. vol. 2. Natta in conſilio 242. num. 23. Caphal. in conſ. 3. num. 45. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 15. nume. 122. D. Becius in conſilio 106. numero 41.* Ergo & concedens dilationem ad implendum, videtur concedere quod ille perſe-

ueret

131 ueret in contractu, & sicuti offerēs se soluturum id, in quo fuit condemnatus dicitur† sententiam ratificare, *glos. in cap. cum venissent, vbi Bald. num. 8. de eo qui mit. in possess. Ias. in l. post quam liti. num. 1. ver. 3. limita. C. de pact. Cur. iun. in l. 1. num. 41. C. eod. tit.* ita qui offert se recepturum implementum approbat contractum pro quo est implendum, nam interpellando videtur perseuerare in prima actione, quæ sibi competebat ad consequendum implementum, & qui perseuerat in contractu videtur
132 tacitè† remisisse contrauentionem, *l. si domus, in princip. ff. loca. Castren. in l. si merces, §. si vicino. ff. eod. tit. l. si fundus, §. eleganter, & l. de lege, §. post diem, ff. de lege commisso. Corn. in cons. 208. ad fi. volum. 1.* vbi ait quod videtur quis à pacto rescissorio recessisse, quando post diem vtitur eo contractu, *Lancel. Dec. in l. cum proponas, limita. 5. C. de pact. comprobat Crau. in consil. 151. numero octauo, Rolan. in consilio sexagesimo nono, numero 46. vol. 4.*

Quamuis autem non omnes prædictæ declarationes applicari possint legato alimentorum, quia plurimum conueniunt, & non parum etiam interest illas scire, non volui omisisse, quia vix lector illas inueniet vno in loco congestas.

Generaliter verò sciendum est, quod vbi potest cadere dubitatio quo animo actus turbatiuus gestus fuerit, vel molestia fuerit illata, plurimum proderit protestatio, si quæ præcessit, quia per eū
133 declaratur actus dubius qui† ab animo dependet, *l. Nesennius, vbi gl. Bar. Bald, Ang. Castren. & alij ff. de neg. gest. Innocen. & alij omnes. in ca. cum M. Ferrarien. de constitutio. Bart. in l. non solùm. §. morte, num. 18 ff. de no. op. nuntiatio. vbi latè ponunt Doctores præcipuè Ias. & Ruben.* Et cum est pluries repetita magis enixè o-
134 stendit† voluntatem protestantis, *Bar. in l. cum scimus, C. de agricol. & censit. lib. 11. Felin. in cap. nonnulli, num. 54. de rescrip. Dec. in cons. 497. num. 6.* Atque in propriis terminis nostris, quod protestatio adiu-
135 uet, † tenuit Riminal. *in cons. 676. num. 76.* Et per eandem rationem, si is, qui interpellat hæredem ad implendum, protestetur de suis iuribus, non censeretur remisisse contrauentionem, quia pro-
136 testatio† conseruat ius protestantis, *l. si debitor, §. 1. iuncta glos. ff. quibus mod. pign. vel hypothe. solu. Oldr. in cons. 237. in fin. Castren. in cons. 311. num. 4. volu. 1. Dec. in cons. 42. in fi.* Hinc est quod dominus recipiens canonem cum protestatione, minimè censetur ca-
137 ducitatem † remisisse *secundum glos. in cap. potuit, in ver. expelli, de loca. vbi Butr. num. 19. & Feli. num. 39. Ias. in l. si post moram, num. 4. ff. de eo. quod cer. loco, & in l. 2. nu. 124. C. de iure emphyteu. Clar. in §. emphyteusis, q. 10. & possem infinitos allegare.*

SVMMARIVM.

1 *Monasterium secundum tenetur eum alere, qui relicto primo ingressus est secundum.*
2 *Simonia est dare spiritualia pro temporalibus.*
3 *Simonia non contrahitur sine conuentione, vel pactione.*
4 *Simonia non est, quando aliquid relinquitur monasterio cum onere, quod aliquem recipiat ad religionem.*
5 *Consuetudo quod clerici certum quid exigant à laicis non est simonia, si habet licitum principium.*
6 *Monachus qui transit de vno monasterio in aliud non debet esse onerosus secundo monasterio.*
7 *Monacho transeunte de vno monasterio in alterū bona monachi remanent durante eius vita penes secūdum monasterium.*
8 *Monachus offerendo se & sua efficitur quodammodo seruus monasterij.*
9 *Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*
10 *Monasterium tenetur alere monachum, quem recipit ad religionem.*
11 *Exceptio probanda est ab eo qui habet regulam contra se.*
12 *Regula transfert onus probandi in aduersarium.*
13 *Monacho deserente propria authoritate primum monasterium, bona non transeunt in secundum.*
14 *Altari qui seruit, de altari viuere debet.*
15 *Opera, qui vtitur alimentis tenetur illum alere.*
16 *Monachus, qui licitè ingreditur secundum monasterium liberatur à primo.*
17 *Adoptans obligatur ad omnia onera adoptati.*
18 *Res eadem non debet diuersò iure censeri.*
19 *Monachus in aliud monasterium translatus acquirit secundo, non primo monasterio.*
20 *Ciuis deserens ciuitatem perdit omnia priuilegia ciuitatis.*
21 *Dominus deserens vasallum perdit ius vasallagij.*
22 *Ciuis deserit ciuitatem, quando transfert domicilium in alium locum.*
23 *Monachus si ingreditur secundum monasterium egenum, recipit alimenta à primo.*
24 *Pater adoptiuus alit filium, quando naturalis est pauper.*
25 *Doctor expulsus de collegio, si restituatur, non recuperat primum locum.*

QVÆSTIO. XXVII.

NON raro euenit, quod monachus, vel monialis de vno monasterio in aliud transfertur, propterea dubitatum etiam fuit aliquando, an primum monasterium teneatur religioso sic translato alimenta ministrare, vel potius ab vltimo monasterio danda sint? Hanc quæstionem non inuenio ab aliquo fore tactam præterquam à Menoch. *in cons. 193. per totum* vbi concludit, quod secundum monaste-
1 rium tenetur alere† ingressum posito, quod sit opulentum, vel habeat redditus sufficiētes. Mouetur principaliter, quia simonia contrahitur, quando monasterium aliquid pro ingressu exi-
2 git, dat enim spiritualia pro temporalibus *c. quoniam, & c. non satis, de simon.* Et notarunt Hostien. & Abb. *in d. c. quoniam*, vbi quod si redditus sunt tenues, licet aliquid recipere pro ingressi victu, *allegat etiam Diuum Thomam, Siluest. Redoan. & Nauar.* Quibus addi etiam potest Natta plenius cæteris examinans hanc controuersiam in facti contingentia *in consilio 618. per totum, post Bartolum, Bald. Ang.*

Ang. Imol. Anan. Alex. Dec. Aret. & Campeg. Et quamuis Menoch. præcitato loco aliis vtatur rationibus, illæ tamen fundantur in facto sibi proposito non in iure, sed ea ratio nõ est tuta, quia simonia
3 tunc † solùm contrahitur, vbi est conuentio, vel pactio, *ca. quam pio. 1. quæst. 2. Innoc. in c. cum M. Ferrariensis, num. 4. de constitutio. Bald. in l. si quenquam, in fi. C. de epis. & cleric.* Et quod licitè aliquid relinqui
4 possit alicui monasterio cum onere † recipiendi aliquem in monasterium, tenuit Bal. *in l. 1. num. 2. C. de instit. & substitut.* & ego *in cons. 295.* per totum, probaui, ni fallor, contra Nattam in eodem illius facto sustineri dispositionem, in qua monasteriũ instituitur, ita tamen quod teneatur recipere nõnullas honestas puellas de familia testatoris. Allegaui etiam Bart. Fulgos. Cuman. Castren. Angel. Aret. Dec. Rip. & Bertrand. qui videri possunt. Et hanc communem dicit Castr. *in l. Titio centum, §. Titio genero. ff. de condit. & demonstr.* in lectura passiua, *addo, quod idem tenuerunt Alex. & Ias. in l. 2. C. de institutio. & substitutio. sequitur etiam Benedict. in c. Rainutius, par. 2. in ver. cuidam Petro tradiderunt, num. 13. de test.* sed præter eos idem probauit Calder. *in cons. 10. in tit. de statu regul.* vbi sustinet, quod datio pecuniæ ante ingressum etiam ex pacto non est si-
5 monia, † quia fit ad subleuandum monasterium ab impensa alimentorum, quæ ministrare debet. Cum ea transit Riminal. *in cons. 477. num. 25. & 36. ver. non obstare dicatur.* Præterea quidquid de rigore iuris dici possit, nunc consuetudo generalis comprobauit eiusmodi pactiones, quæ victus causa sustinentur, præcipuè cum licitum habeant principium, nam antiquitus eiusmodi largitiones fiebant tempore ingressus per spontaneas oblationes, & vbi licitum est principium admittitur consuetudo, *vt notat. in c. ad Apostolicam, de simõ.* Et dicit Abb. *in c. fuam, de simon.* quod consuetudo dandi eleemosynam, si processit ex liberalitate, non est simoniaca, etsi postea agatur contra populum, vt obseruet laudabilem consuetudinem, actus non erit simoniacus, *Ripa in cons. 26. num. 45.* Et in proposito ita dicit Bened. loco supra allegato, *num. 13.* vbi subdit, tanto magis id sustineri stante tollerantia summi Pontificis, & Episcoporum. Confirmatur etiam, quia sustinetur traditio in causam alimentorum, secus si quid daretur vltra alimenta, per ea quæ ponit Innoc. & tradunt cæteri Doctores *in c. cum voluntate, de sent. excomm.* Et per eos dicit Rip. loco prædicto, non sustineri consuetudinem, quod populus aliquid det prædicatori vltra alimenta.

Secundò contra prædictam monachi decisionem facit, quia vbi monachus transit de vno mo-
6 nasterio ad aliud, non debet esse onerosus † secũdo monasterio, *c. de lapsis, vbi gl. 16. q. 1. cap. quod à te, vbi But. Abb. & Imo. de cleric. coniug.* Et per hanc etiam rationem glos. Io. *in ca. si quis rapuerit, 27. q. 1.* dicit, quod vbi monachus transfertur de vno in aliud monasterium, tunc secundum monasterium du-
7 rante vita monachi † consequitur vsumfructum bonorum, quæ primum monasterium habuit per illius ingressum. Quod etiam voluerunt Hostie. Io. Andr. & alij prædicti *in d. c. quod à te, Socin. cons. 52. nu. 18. vol. 4. Menoch. d. cons. 193. nu. 1. & 12.* vbi etsi dicat aliud esse, cum ingressus religionem nulla bona intulit monasterio, tamen non admittit, quod ratio Doctorum, ne sit secundo monasterio grauis, & onerosus, concludit, quod secundũ monasterium est eo onere alendi exgrauandum.

Tertiò facit, quia cũ quis se & sua obtulit mo-
8 nasterio, tunc efficitur quodammodo seruus † illius monasterij, ita vt de cætero non possit discedere etiam gratia strictioris religionis, vt inquit gl. *in c. vt lex continentiæ in ver. professi. 27. q. 1. quam dicit singularem Abb. d. c. quod à te, num. 5. allegando etiam Archidiac.* Ergo eodem modo contractu censeri debet obligatio ex parte monasterij erga monachum respectu alimentorum, vt nullo modo onus illud euitare possit, ne obligatio inter eos inæqualis sit, & claudicet.

Re tamen diligenter discussa dicendum erit primum, monasterium nihil debere pro alimentis, sed id oneris incumbere, secundo, quod cum
9 loco primi sit subrogatũ, præstare † debet id quod tenebatur primum, *l. si eum, §. qui iniuriarũ, ff. si quis cautio. §. fuerat, Institut. de action. c. ecclesia, il 1. extra, vt lib. pẽd.* Quod procedit etiam in correctoriis, *§. reliquam. ver. vnde consequentiam, in authen. de hared. & Falcid. Aret. in rub. ff. de acquir. possess. circa fi. dixi in cons. 42. num. 11.* Secundò certum est, quod monasteriũ
10 tenetur alere † monachum, quem recepit, & ad religionem admisit *Castr. in cons. 76. num. 1. vol. 1. & dixi in tit. alimen. quibus debean. & à quibus.* Si autem vult dicere primum monasterium teneri, probare debet, quia regulam habet contra se, & à se est
11 probanda † exceptio, *Bar. in l. si tutor. in fin. C. de ser. pigno. da. manum. Alberi. Signoro. Neuizan. Gram. Tiraquel. & alij, quos citaui in cons. 180. num. 9. & seq.* quia
12 regula semper transfert in aduersarium † onus probandi, *Alex. in cons. 79. num. 4. volum. 7. Ioan. de Amic. in cons. 95. num. 6. Socin. iun. Alciat. Euerar. Paris. & alij citati per me loco prædicto, num. 10.* facit, quia sibi imputare debet secundum monasterium, ex quo eum recepit cum non deberet, *cap. licèt de regularib.* per quam rationem Butr. *in cap. quod à te, numero 9. ver. si sine licentia, de cleric. coniug.* inquit, quod si
13 monachus † sine superioris licentia de primo monasterio egressus, aliud ingreditur, bona illius secundo monasterio non restituuntur, sequuntur alij ibi.

Tertiò facit, quia cum monachus seruiat in secundo monasterio debet de illius reditibus viue-
14 re, qui enim † altari seruit, de altari viuere debet, *c. cum secundum, de præben.* Et tenetur quilibet alere
15 eos quorum operis & ministerio † vtitur, *l. in rebus, §. possunt, ff. commoda. l. pe. ff. de oper. liber. l. vnica, §. sed scimus, C. de lati. libe. tollen. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. item serui, in fin. ff. de ædilit. edic. l. diuortio. §. fi. ff. solu. matr.* monachus autem cum Deo ibi seruiat de reb. Deo dicatis in eo monasterio recipere debet alimenta, non autẽ à primo monasterio quod exeundo deseruit, cuiq; nõ seruit, & dicit gl. *in c. 1. de infan. & languid. expos. in ver. languid.* quod monasteriũ denegando monacho alimenta, impiè agit.

Quartò

Quartò certum est quod vbi monachus de vno monasterio transfertur in aliud, desinit esse
16 primo subditus, †& subiicitur secundo, ita quod eximitur à nexu prioris, & secundo obligatur, ergo pari modo primum monasterium liberari debet ab onere alendi, illudque transferri in secundum, vt dicimus de filio, qui vbi datur alicui in adoptionem, liberatur pater ab omni onere alendi, atque illud in patrem adoptiuum transfertur, *l. onera, ff. adoptio.* vbi dicitur, quod in patrem
17 † adoptantem transferuntur illius onera, qui suscipitur in adoptionem, & ibi gl. tenet, quod pater adoptiuus alit filium, non autem pater naturalis, *Placen. & Azon. quorum primum citat glos. secundum vero Io. Fab. in §. sed ea omnia, Instit. de hæred. quæ ab intest. Specul. in tit, qui fil. sint legiti. num. 19. vbi Io. And. & sequuntur alij, quos citaui in tit. quibus & à quib. debean. alimen. in quæst. incipien. quæ etiam pater adoptiuus.* Sicuti igitur primum monasterium per ius superioritatis, quod habebat in monachum, ita liberari debet ab onere, vt eum sequantur incommoda, quem sequuntur commoda, *l. secundum naturam, ff. de reg. iur.* Aliâs esset inconueniens, & absurdum, quod in secundũ monasterium sit translatum ius superioritatis, in quo consistit commodum, & onus alendi remaneat apud primum monasterium.

18 Quintò vna & eadem res non debet † diuerso iure censeri, *l. eum qui ædes, ff. de vsucap.* & monachus translatus diceretur, quoad seruitia de secundo monasterio, quo vero ad alimenta diceretur de primo, quod esse non debet.

Sextò redditus monasterio applicantur, vt in vsus monasterij conuertantur illique monasterio seruire debent, cui sunt addicti, & monachus in aliud monasterium translatus non dicitur esse de primo monasterio, sed de secundo, ideo, si quid
19 post translationem acquireret † non applicaretur primo, sed secundo, *cap. vnico, 18. quæst. 1. c. cum olim, il 2. & ibi Abb. de priuileg.* Quæ conclusio est verissima si translatio in aliud monasterium facta est, non solùm ante aditionem hæreditatis, sed etiam ante delationem, quidquid sit, quãdo esset translatus ante aditionem, sed post delationem. De qua quæstione latè post Ioan Andr. & alios tractant Doctores omnes *in cap. in præsentia, de probation. vbi Dec. num. 71. Bero. in cons. 26. num. 9. vol. 1.* Non ergo licet bona primi monasterij conuertere in alimenta monachi degentis in alio monasterio, facit ratio, quia tenetur quisque proprios, non alienos filios alere, quando illi à proprio parente ali possunt. Concludo itaque per rationes prædictas, monachum alendum esse à secundo, non à primo monasterio. Sed prius aliam adduco rationem, quam omiseram, quia scilicet nec debet monachus commodum aliquod exigere, percipere, aut sperare ab eo monasterio, quo ipse deseruit, & à quo per egressum fecit ad alienum, argumento eius quod dixit Bald. *in l. 2. in fin. C. de infantibus expos.* vbi ait, quod deferens † ciuitatem
20 perdit omnia priuilegia ciuilitatis. Et idem dicit de vasallo deserente dominum, & de patre, qui fi-
21 lium exponit, & de domino, qui deserit † vasallum, priuatur enim vasallagio. Et hoc inquit singulare dictum Ias. *in l. 1. §. huius studij, num. 15. ff. de iust. & iur. Neuiz. an. in cons. 12. col. 1. inter cons. Brun. Cephal. in cons. 171. num. 34. Rolan. in cons. 79. num. 32. vol. 1. Menoch. de arbit. iudic. casu 396. num. 11. & sequen.* Iniquum enim esset quod haberet quis emolumentum à monasterio, à quo læsionem habere non potest, *vt in simili loquendo de statuto voluit Ruin. in cons. 18. col. fin. vol. 2.* Et dicitur ciuitatem deserere
22 † qui alium in locum transfert domicilium, *Host. in sum. tit de foro compet. §. 2. ver. item ratione originis, Afflict. decis. 384. col. penultim. Ripa,* qui multis iuribus comprobat *in cons. 111. num. 1. & sequen.* dicens amitti ciuitatem translato domicilio, *Burs. in cons. 36. num. 10.* Non obstat itaque, quod non debeat monachus esse onerosus secundo monasterio, quia respondetur cessare hanc rationem, quia non dicitur onerosus si illi seruit. Et quamuis Doctores vtantur hac ratione, quando monachus sic, vt supra translatus habet bona penes primum monasterium, tamen ea non quadrat vbi non habet aliqua bona, quia nihil sibi imputari potest. Et quod ratio illa non sit indistinctè bona probatur, quia non est generalis, & non habet locum, quando extant bona, quia nihilominus monachus recipitur in monasterium, & ab eo alitur. Minus etiam mouet, quod monachus nõ possit exire monasterium etiam gratia strictioris religionis. Respondeo enim quod Abb. *in d. c. quod à te:* dubitat de eo dicto. Secundo vbi esset verum loquitur in aliis terminis, quando scilicet quis expressè statim, cum ingreditur religionem, dedicat se, & sua, nos vero, quando per professionem emissam post probationis annum. Tertiò dico, quod hoc argumentũ concluderet posito, quod monachus perseueret in eodem monasterio, tunc enim debet alimenta recipere à monasterio, at cum ipse discedit sicuti se liberat à nexu monasterij, ita liberatur monasterium ab obligatione alendi & dissoluitur ille quasi contractus, qui intercedebat inter eum, & monachum, & monasterium non tenetur alere quenquam extra domum, sicuti etiam pater non tenetur extra domum alere filium, qui sine causa, sed propria culpa discessit, *vt dixi supra loco suo.*

Hoc tamen intellige, quando secundum monasterium esset opulentum, & haberet vnde ali-
23 menta monacho ministraret, quod si agens † sit tenetur primum: Ita videtur innuere Menoch. *in cons. 193. num. 12.* facit, quod voluit Faber. *in §. sed ea omnia Instit. de hæred. quæ ab intest. deferunt.* vbi quod etsi pater naturalis teneatur regulariter secũdum eum alere filium, quem tradidit alij in adoptionẽ,
24 tamen fallit, quando est egenus, † quia tunc onus hoc transfertur in patrẽ adoptantem, *sequitur Ang. ibi num. 3. circa fin.* Rationes tamen supra allegatæ ad probandum principalem conclusionem militant etiam ad probandum, quod primum monasteriũ non tenetur, etiam quando secundum inops est, ex quo discedendo ab illo dicitur deseruisse, & per translationem dissolutum est omne vinculum,

culum, quod intercedat, ita quod si aliquando rediret ad primum non recuperaret pristinum locum, sed tanquam nouus homo admitteretur per ea quæ ponit Bart. *in l. 2. ff. de decurion.* vbi inquit, quod Doctor expulsus † de collegio si restituatur nõ recuperat primum locum in collegio, sed admittitur tanquam si nunquam fuisset in collegio: nisi dicamus quod in primo monasterio durant reliquiæ quædam primæ obligationis.

SVMMARIVM.

1 *Filius est alendus à patre si viuere potest in aula principis, vel ire ad bellum.*
2 *Pater non cogitur alere filium robustum, qui non vult operari cum possit.*
3 *Nemo cogitur se coniicere in periculum.*
4 *Metus dicitur iustus, qui descendit à periculo personæ.*
5 *Metus iustus dicitur qui respicit vitam filij.*
6 *Saluo conductui nemo credere tenetur, quando agitur de periculo vitæ.*
7 *Impossibile iudicatur quod pendet à voluntate principis.*
8 *Impossibile non reputatur quod pendet à voluntate principis, si non fuit ab eo postulatum.*
9 *Culpam obiiciens marito quod non adhibuerit medicum vxori infirmæ, probare debet quod extaret medicus in loco.*
10 *Culpa tutori obiiciens, quod pupillarem pecuniam non conuerterit in emptionem prædiorum probare debet, quod extarent prædia venalia.*
11 *Minoris contractum dicens nullum quòd non fuerint adhibiti consanguinei, probare debet consanguineos extitisse.*
12 *Nullitatem testamenti obiiciens, quod non fuerint adhibiti testes Mantuani probare debet quod adhiberi possent.*
13 *Peculium castrense dicitur quidquid à principe datur in recompensationem seruitutis.*
14 *Donatum à principe non confertur, nec imputatur.*
15 *Peculium castrense, vel quasi non conferuntur, nec imputantur.*
16 *Pater non habet vsumfructum in bonis à principe donatis filio suo.*
17 *Effectus si sequatur non curamus de modo.*
18 *Consequentia. Multa veniunt in consequentiam, quæ principaliter non venirent.*
19 *Damnum pati aliud est, quam lucrum non facere.*

QVÆSTIO XXVIII.

QVamuis *in titulo, quibus ex causis alimenta alioquin debita denegari possint*, dixerim filio non deberi alimenta, qui potest aliunde victum sibi quærere, tamen omissa est quæstio nunc in facto agitata, *an filius dicatur aliũde habere, eo ipso quod potest alicui principi seruire, satellitium præstando, vel etiam militando in bello, atque ita merendo stipendia?* Et sanè videtur excludendum à petitione alimentorum: paria enim sunt, quod non sit nobilis, & sciat artem, ex qua possit victũ quærere, vel quod nobilis sit, & possit principi seruire domi, aut in bello, imo siue nobilis sit, siue ignobilis, cum potest in bello habere stipendia secundum conditionem suam, vel pari modo principi, non potest dici pauper. Ita concludit Curt. iun. *in*
1 *cons. 148. num. 5.* dicens, filium non esse à † patre alendum si potest viuere in aula principis, vel eundo ad bellum, per doctrinam Bar. *in l. 1. circa fin. C. de mendican. valid. lib. 11.* vbi ait, patrem non cogi
2 alere filium robustum, qui cum sciat non vult † operari. *Eum citat, & sequitur Emilian. in cons. 146. nu. 1. Menoch. in cons. 321. num. 26. Gabriel. commun. opinio. lib. 6. tit. de alimen. conclus. 1. num. 27.* Et facit, quia ad filij exclusionem Doctores considerant solùm potentiam quærendi victum. Et non est dubium, quod non minus prædictis modis potest quilibet viuere, quam ex arte, & disciplina. Cum verò cõtigisset hæc controuersia inter Dominos Iulium, & Octauium patrem & filium de Mainoldis, nobiles Mantuanos, non placuit Senatui ea Curtij opinio. Propterea illa spreta censuit filio prouidendum à patre pro eo, quod deesset ad debita alimẽta. Et principalis fuit ratio, quia si filius semper diceretur habere vnde viueret, cum potest principi, bello, vel domi seruire, iam non esset distinguendum inter filium artificem, & industriũ, & ineptum, atq; ignarum, cum semper obiici illi possit, *seruias principi*, sed sufficeret probare illum sanum, & robustum esse. At Doctores distinguũt inter artificem, & inertem.

Secundò motus fuit, quia nemo tenetur ire ad bellum cum periculo suæ personæ, quinimo ne-
3 mo cogitur † se coniicere in aliquod periculum, *l. fi. C. de accusation. l. 3. C. ad leg. Iul. maie. l. nostris, C. de*
4 *calumnia.* & iustus dicitur metus, qui descendit † ex periculo personæ, *l. 4. cum seq. ff. de eo, quod met. cau. l. interpositas, C. de transact. l. metus autem, ff. ex quibus causis maior.* Imo fortius admittunt Doctores iu-
5 stum inferri metum, quando pater suspicatur † de vita filij ex doctrina Innoc. & Card. *in c. cum locum, de sponsal.* vbi non solùm matrimonium vitiatur tanquam meticulosum, sed etiam quando eius filio incutitur. Idem loquendo in genere tenuit Aret. *in cons. 14. num. 15. ver. secundus etiam actus Socin. iun. in consilio septuagesimo septimo, num. 38. vol. 1. Alciat. in consilio centesimo sexagesimo secundo, num. 9. & Rolan. in cons. 2. num. 66. & 68. volu. 1.* Hinc dixit Imo. *in l. nam quod §. non omnis, ff. ad Trebellian.* quod vbi agi-
6 tur de periculo vitæ, non tenetur credere † literis salui conductus sibi à principe concessis, *allegat c. accedens il 2. extra, vt li. non contest.* Et dixit Barbat. *in c. cum canonicus, de offic. delega.* si non comparet, quia timeat ab inimicis excusatur, quia nemo tenetur exponere se periculo, *cap. 1. de cler. non resid. in 6. Aflic. in decis. 289. col. 3. in princ. nu. 21. Barbat. in cons. 62. num 10. volu. 1. Ias. in cons. 86. num. 36. vol. 3. Igne. in l. necessarias, §. non alias, num. 424. ff. ad Sillanian. Franch. de March. quæstio 68. par. 2.* Ioan. Iacob. de Leonar. *inter consil. Brun. consilio centesimo decimo quarto, numero trecentesimo septuagesimo quinto.* Quod si vbi agitur de vita, non tenetur quis committere se fragilitati cautionis, aut salui conductus, multò minus cogitur quis ire ad bellum, vt victum sibi quærat, cum aliunde consequi potest à patre.

Mouit

Mouet etiam senatum, quia non constabat, quod posset principi seruire, licet admodum aptus, & Dn. Octauius, quæ enim pendēt à voluntate prin-
7 cipis † reputantur impossibilia, *l. apud Iulianum, §. si, ff. de leg. 1. l. cum qui maiori, in princ. ff. de bon. liberto.* Et licet hoc non procedat, quando à principe non fuit postulatum, quasi præsumatur fuisse impetratu-
8 rus † si postulasset, *Bal. in cons. 395. col. 1. vol. 2. Castren. in cons. 433. col. 3. vol. 2. Cravet. in cons. 121. num. 10. Bursat. in cons. 56. num. 24. dixi in cons. 90. num. 40.* tamen in casu nostro non fuit necessaria petitio, quia defuncto Sereniss. Duce Gulielmo, cum plures alij assumpti forēt in obsequia Sereniss. Domini Moderni Ducis ipse Dn. Octauius fuit omissus. Præterea qui dicit eum, potuisse principi seruire probare debet, quod extet princeps aliquis, qui foret libenter eius opera vsurus, sicuti dicimus de eo, qui imputare
9 vult marito, quod medicum non adhibuerit. † Tenetur enim probare, quod extarent in loco medici, qui possent adhiberi, *secundum Bar. in l. ab hostib. §. si vir. ff. solu. matrim. vbi ait, esse notādum, idem Bar. in l. si seruum, in fi. princ. ff. de verbor. oblig.* vbi inquit, probādum esse quod foret facilè marito adhibere medicum, *Castr. in d. l. si vir, Alex. in cons. 123. num. 2. ver. nam, vt dicit, vol. 7.* Et dicit Rolan. *in tract. de lucro dot. q. 64. nu. 18.* quod Bart. doctrina est ab omnibus approbata, vt in simili dixit idem Bart. *in l. tutor qui repertorium, §. si post depositionē, in fi. ff. de adminis. tuto.* quod tutori negligentiam obiiciens pro eo, quod pupillarem pe-
10 cuniam † non conuerterit in emptione à prædiorum tenetur probare, quod in loco extarent prædia venalia. Et inquit Corn. *in cons. 241. colum. 3. vol. 2.* quod allegās nullitatem contractus gesti cum minore, quia non fuerint adhibiti consanguinei de-
11 bet † probare consanguineos extitisse, qui potuissent adhiberi, *alios concordantes citauit in cons. 39. nu. 14. & seq.* Hinc etiā dixit Bursat. *in con. 307. num. 37.* quod allegans nullitatem testamenti, eo quod non fue-
12 rint adhibiti testes Mantuani † vti mandat statutum, tenetur probare non solū, quod extarent homines Mantuani in loco, sed etiam quod facilè adhiberi possent, quia esse potest, quod extarent, sed quod temporis brevitas nō pateretur illos accersiri, vti cōtigit in eo facto. Et idipsum probauit Rolan. *in eodem facto loquens, in cons. 90. vol. 3* licet vterque ipsorum satis ieiunè pertractet hoc argumentum. Ita ergo in proposito non sat est, multos ostendere principes, nisi etiā probetur, quod essent in eorum obsequio acceptaturi Dn. Octauium. Rursus respectu primi obiecti, quod posset in bello stipendia mereri dicebatur, quod in hac patria extat decretū, ne cui liceat in iussu principis nomen dare, cum vero requiratur licentia, non potest obiici Dn. Octauio culpa, si non militat, cum non appareat id fieri posse permissu principis, imo eiusmodi licentia tamquam à sola principis voluntate dependens impossibilis à iure reputatur, *vt dixi paulò supra.* Et quamuis soleat princeps illam concedere, id tamē omnibus nec indistinctè, nec pro quorumque bello facit, sed pro longinquis partibus, puta sub Duce Parmæ in Flandria, quo non nisi magna cum impensa, maltoque periculo non datur accessus, his præsertim diebus, quibus ob ingēs atroxq; in Galliis bellum militibus, & latronibus obsidentī itinera, vt vix terrestri via pateat trāsitus.

Eodem in facto contingit dubitari, an in calculandis alimentis necessariis deducendum esset id, quod eidem Dn. Octauio dono datum fuerat à Sereniss. Duce Gulielmo, atque id posset Dn. Octauius præcipuum capere, vel potius teneatur pater tanto minus in causam alimentorum tradere, dubiū faciebat, quia datū alicui à Principe ob merita, vel in recompēsatione seruitutis habetur pro
13 peculio quasi Castrense, † vt est text. *in l. cum multa, C. de bon. quæ liber.* Quam dicit ibi in hoc singulare Bald. quod fœmina potest habere peculium quasi castrense, Isern. *in cap. 1. num. 13. qui feud. da pos.* vbi dicit, idem esse in rege donante, & loquitur in donatione feudi, cum quoque textum dicit singularem Ias. *in Auth. ex testamento, num. 13. C. de collatio. & in l. ex imperfecto, num. 3. C. de testamen. Coras. in l. frater à fratre,*
14 *num. 105. ff. de cond. indeb.* Et non confertur, † nec imputatur, vt dicitur *in ea l. cum multa, Ias. d. Auth. ex testamento.* Et Coras. loco prædicto, quia castrensia,
15 vel quasi † non conferuntur, *l. 1. §. nec castrense, ff. de collatio. bono. l. filia licet, C. de collatio.* Quod si filius ex fructibus eorum bonorum teneretur sibi prouidere de alimētis, vtique fructus prædicti cederent in vtilitatem patris, & eū eximerēt ab onere alendi. Et tamen pater in bonis filio donatis à Princi-
16 pe † nō habet vsumfructum, vt probat *d. l. cum multa.* Et ponunt omnes prędicti Doctores: atque ita pater per indirectum consequeretur in bonis filij, quod ei directè denegatur. Sed in hoc quoque senatus tenuit sufficere, quod filius aliunde habeat vnde viuat, ad hoc vt pater alendi onere exgrauetur: lex enim cōsiderat effectum, dum patrem co-
17 gat in subsidium. Et non curamus de modo † dum tamen effectus sequatur, *l. 3. C. de institut. & substitut. Menoch. cons. 35. num. 22.* Et certum est, quod tenetur quilibet prius de suo viuere quam alios molestare: & quando vnus tenetur in subsidium alterius, debet prius alter excuti, vt videmus in fideiussore, & aliis personis. Et non obstat, quod hoc modo exgrauando patrem deferatur illi vsusfructus per indirectum, vel saltem commoditas, quia respondetur attendendum esse, quòd principaliter agitur,
18 non quod venit consequutiuè, & multa † veniunt in consequutione, quæ principaliter non concederentur Barto. *in l. 1. ff. de author. tutor. Dec. in l. 2. num. 26 ff. de iurisdict. omn. iud. Tiraq. in tract. res inter alios acta, colum. 2. D. Becius cons. 47. num. 32.* Principaliter autem res à Principe donata, cedit in vtilitatem donatarij qui ex ea sumit alimenta, licet in consequentiam pater exgrauetur onere filium alendi, & pater ex hoc non dicitur lucrari, sicuti quando in bonis filij habet vsumfructum, sed à damno de-
19 fendi. Et aliud est damnum pati, aliud † verò lucrum nō facere, *l. quamuis, & l. si. C. de iur. & fact. ignoran. l. error, ff. eod. facit l. fina. §. licentia, C. de iur. deliber. Cardin. Florent. & Abb. in c. ex parte, de restitutio. in integr. Fulgos. in cons. 61. domina Catharina, colum. fina.* Et hoc modo satisfit *l. cum multa, C. de bon. quæ liber.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor cui alimenta relicta sunt à viro, an possit supplementum quartæ petere in bonis mariti diuitis.*
2 *Causa quæ certo tempore requiritur, sat est si eo tempore adsit licet deinde desinat.*
3 *Vxor, cui quarta debetur in bonis viri diuitis non excluditur ab ea, si diuitiæ superueniant.*
4 *Executor ad distribuendum in pauperes dando cuique duas bucellas, nō poterit plus robusto dare quam debili.*
5 *Vxori indotatæ datur quarta in bonis mariti diuitis, ne cogatur mēdicare cū opprobrio matrimonij anteacti.*
6 *Vxor dotata parua dote consequitur quartam in bonis mariti, perinde ac si dotem non haberet.*
7 *Vxori indotatæ non debetur quarta in bonis viri defuncti, si habet patrem diuitem.*
8 *Ratione legis cessante, ipsa quoq; cessat dispositio.*
9 *Necessitatis causa quando aliquid conceditur cessat ipsa cessante necessitate.*
10 *Ratio restringit dictum generale.*
11 *Qualitas à lege requisita probanda est, aliàs legi non est locus.*
12 *Qualitas adiecta enti illud qualificat, & in diuersa specie reponit.*
13 *Conditio nihil ponit in esse, nisi sit purificata.*
14 *Conditionis natura est quod prius existat quam acquiratur emolumentum.*
15 *Conditio adiecta facit rem videre diuersam.*
16 *Conditio significat causam.*
17 *Legatum acquiritur legatario statim à morte testatoris.*
18 *Prius aut posterius non datur in his quæ fiunt eodem tempore.*
19 *Dominium rei legatæ non trāsit recta via in legatarium, quando legatum consistit in quantitate.*
20 *Actionem qui habet, rem ipsam habere videtur.*
21 *Vxor indotata non petit quartam in bonis secundi viri si potest illam consequi in bonis primi.*
22 *Cum de vno disputamus, cætera omnia supponuntur habilia.*
23 *Qualitas non potest stare sine subiecto.*

QVÆSTIO XXIX.

EX DISPOSITIONE Authenticæ, præterea, C. *vnde vir & vxor*, cauetur, quod vxori indotatæ quarta debeatur in bonis viri locupletis, & legatū ei factū à viro in eam quartam imputatur. Fuit à Docto. quæsitum si maritus vxori pauperi relinquat alimenta, vel tot bona ex quibus possit commodè viuere, cum tamen non ascendant ad quartam bonorum, an possit petere id, quod deficit ad supplementum quartæ. Et Ioan. Petruc. de Perus. *in d. Authen. præterea, pront eum refert.* Et sequitur Caccialup. ibi, con-
1 cludit supplementum deberi, † quia ex quo fuit semel aperta via ad petitionem, tota quarta debetur, nec minui debet, argumento *l. si post mortem, §. fi. ff. de bonor. possess. contratab.* Et cum eis transit Fab. de Pap. *in d. Authen. præterea, num. 127.* vbi alias rationes allegat, & præcipuè quod legatum vxori superueniens post ius quæsitum non tollit, nec minuit ius
2 illud, quia vbi aliqua causa certo tempore † requiritur, sat est, si eo tempore adsit, licet postea cesset, Bar. *in l. generaliter, colum. 2. C. de episcop. & cler.* Faciunt multa per Dec. allegata, *in d. Authen. præterea, in fi.* vbi ideo infert, *quod si post ius quartæ delatum.* Et ita post
3 mortem mariti vxor † efficiatur dives, non impeditur in consequutione quartæ, & idem dicit *in cons. 24. Socin. in cons. 121. num. 30. volum. 4. Fabia. in d. Authen num. 103.* Allegat etiam gl. *in c. vnico, in ver. quartæ, in fi. de inuest. fact. de re alie.* Quæ vult, quod maritus teneatur quartam relinquere vxori: ergo vbi minus reliquit supplementum peti potest. Addit etiā *tex. in §. quia vero dudum, il 2. in Auth. vt liceat matri & auiæ*, vbi dicitur quartam ascendere posse vsque ad centum libras auri, ergo transcendere longe potest rationem alimentorum. Hanc quoque sententiam probauit Pau. Picus *in dicta Authen. præterea, num. 61.* vbi dicit esse communē, & mouetur, quantitas vxori inopi debita est taxata à lege, ideo neque augeri, neque minui potest, siue sufficiat ad alimenta, siue non, argumento *l. creditor, §. si inter, ff. manda.* Quem textum dicit singularem, allegat etiam textum *in l. si partem, ff. de seruit. rust. prædio.* vbi Bal. & Ange. dicunt, quod deputati ad distribuen-
4 dum eleemosynam pauperibus † dandumque cuique duas bucellas, non poterunt plus dare viro robusto, nec minus puero, vel paruulo, ex quo taxatio est facta. Infert etiam ad plures similes quæstiones, eandem conclusionem probauit Ias. *in d. Auth. præterea, num. 11. ver. item adde his quæ dixi*, vbi tamen nihil allegat, sed supponit pro indubitato, attento eo tex. Addo, quod hanc partem videtur sequi Purpur. ad Ias. *in d. Authen. præterea, d. num. 11.* dum ait, quartam posse ascendere ad centum libras auri.

Hæc sententia quamuis apud omnes videatur indubia, non est sine difficultate, nam dictæ Au-
5 thenticæ ratio est, ne † vxor superstes laboret inopia, ibi dicitur expressè, & *in §. fina. circa fin. in Authen. de exhiben. reis*, Nico. de Vbald. *in tract. de successio. ab intesta. par. 4. colum fi.* vbi dicit, quod lex considerauit prouidere inopiæ coniugis superstitis, Barba. *in cons. 74. colum. 3. ver. modo licet, vol. 4.* vbi ad hoc ponderat tex. ex quo sumpta est d. Authen. Et quod illa dispositio fundetur super inopia, & mendicitate vxoris, probat Signoro. *in cons. 231. num. 6.* vbi infert, quod cōtinet pietatem, per dictam rationem Baldi, *in d. Authen. præterea, in fi.* vbi ait, rationem esse, ne infelix coniunx mendicare cogatur. Et infert, quod ex quo eadē subest ratio in dote parua, quæ
6 † in nulla, idem lex illa obtinet etiam, quando mulier est dotata, sed parua dote, sequitur Alex. *nu. 4.* dicens, decisionem esse fundatam super inopia, ne cogatur mendicare, & allegat Salic. Roman. & Castren. Idem voluit Socin. *d. cons. 121. num. 44.* Et sequitur Corn. *in cons. 249. colum. 2. ver. & circa hoc, volum 3.* vbi ait, attendi id solum, an vxor cogatur mendicare. Et ideo infert ad cognoscendum si dos ad exclusionem vxoris à dicta quarta sit parua, vel congrua attendi debere, an sufficiat pro alimentis, quod ante voluit Barbat. *in cons. 75. num. 3.* Et hanc partem comprobat latè Rolan. *in cons. 24. num. 26. & seq. volum. 3.* vbi infert, quod locum habebit etiam in parua dote, quando nihilominus cogeretur mendicare, Cæphal. *in cons. 244. num. 16. & sequen.* vbi affirmat hanc esse rationem finalem, Lancello.

Gallia.

Gallia. *in consuetu. Alexan. in ver. solidos, quæst. 6 num. 26.* Inferunt ideo Doctores, quod vxor habēs patrem
7 † diuitem, & virum etiam locupletem, licet ipsa laboret extrema inopia non habebit quartam, quia alimenta potest consequi à patre, vt voluit Alex. *d. Auth. præterea, num. 11. vbi Dec num. 20. dicit communem post Cordub. ibi, quod etiam voluit Socin. d. cons. 121. num. 49. Cæphal. in d. cons. 144. num. 20. Natta in cons 648. num. 13. Lancel. loco prædicto.* Hæc autem ratio cessat, quando maritus legauit vxori alimenta, quia non dicitur inops, nec cogitur mendicare, ergo cessare debet
8 † dispositio, *l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. l. à Titio, ff. de verbor. obliga. l. 1. in fi. ff. de donat.* Et simili argumēto vtitur Dec. *in cons. 24. in princ.* Quidquid enim cōceditur propter inopiam, aut necessitatem, cessat
9 † auctis facultatib. *l. cura, §. deficientium, ff. de mune. & hono. l. his honorib. §. pen. ff. de vacatio. mune.* Et generale dictum limitatur, † & restringitur per rationem secundum suam causam, vt inquit Ang. *in l. obligatione generali, super gl in ver. non fuisse. ff. de pignoribus, Natta cons. 546. num. 11.* Sat enim est, quod satisfiat causæ propter quam lex fuit introducta.

Secundo in terminis, quod stāte legato alimentorū facto à marito vxor excludatur ab ipsius quartæ petitione, voluit Io. Mar. Rimin. *in cōs. 114 per tot.* vbi pluribus mouetur fundamentis & rationibus, vt apud eum videri potest, ita ne sit necesse sigillatim referre. Et illum sequitur cōfirmando, & contrariis respondendo argumentis, Cęph. *in cons. 244.* Et tenendo hanc partem nō obstabit, quod semel aperta via ad quartam non possit minui, quia respondetur, iam non dici apertum, nisi concurrentibus qualitatibus à lege expressis inter quas ea est, quod vxor est inops adeo, vt cogatur mendicare: at vbi cessat mendicitas, non conceditur petitio quartæ, qualitas autem à lege requisita debet in-
11 teruenire: aliàs legi † non est locus, Bart. & Ang. *in l. 2. §. diē, ff. quando testam. aper. Bart. in l. 1. §. ait prætor, ff. ne quid in flum. public. Marsil. in l. si quis ne quæst. num 145. de quæstio. cum similibus.* Et hoc ipsum est de quo agimus, an cessante qualitate mendicitatis cesset dispositio, proinde non debet assumi pro vero, quod lex simpliciter quartam tribuat, ex quo non tribuit simpliciter, sed sub conditione si vxor sit, inops, & cogantur mendicare. Et aliud est quod sit simpliciter tale, vel quod sit tale secundum quid, & qualitas enti adiecta illud qualificat, & in diuer-
12 sa † specie reponit, Bart. *in l. si quis posthumo, §. si quis filium, & ibi Ias. num 51. ff. de liber. & posthum. cap. statutum, & can. canon. de electio. in 6. Marsil sing. 520. Bero cons. 129. num. 12. volum. 1. Crot. cons. 10. Gomes. in §. in personam, num. 16. Instit. de action. Menoch. de arbit. iudic. quæstio. 11.*
13 *num. 13.* Et idem est in conditione, quæ † nihil ponit in esse, nisi sit purificata, *l. cedere diem, ff. de verbor. signif. l. pecuniam, ff. si cert. petat.* Et natura conditio-
14 nis est, vt † prius existat, Bart. *in l. quib. dieb. §. Termilius, ff. de cond. & demonst. Alexan. in cons. 119. colum. 1. volum. 1.* Et conditionis adiectio facit quod res non
15 sit eadem, † sed diuersa, *l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verbor. oblig. §. præterea, Instit. de mutuis stipulatio. Bart. in l. denunciasse, §. quid tamen, ff. de adulter. probat Natta in cons. 363. num. 18.* Textus autem in Authen. præterea, loquitur sub conditione, si laboret inopia, & con-
16 ditio † denotat causam, Bart. Imo. & Roman. *in l. 2. §. fina. ff. de donatio.* vbi quod significat causam finalem, atque ea cessante cessat dispositio, Tiraquel. *in tract. cessan. cau. lumi. 1. num. 41.* Cum igitur non simpliciter quarta deferatur vxori indotatæ, sed sub conditione, si inops sit, cessat contrarium argumentum. Nec mouet, quod causam necessariam sufficiat adesse eo tempore quo requiritur, licet postea cesset: quia respondeo verum esse id, sed in facto non verificari. Cum enim maritus legat vxo-
17 ri, vel alimenta, vel bona, ex quibus potest alimenta percipere, tunc legatum statim † à die mortis testatoris acquiritur legatario, *l. à Titio, ff. de fort. notatur in l. 1 §. cum igitur. & §. in nouissimo. C. de caduc. tollen.* Proinde cum vxori eodem tempore deferatur ius petendi quartam, & ius petendi legatum, non potest dici tempore mortis testatoris vxorem inopem esse, vel etiam legatum, aut diuitias superuenire post quæsitum ius quartæ. In iis enim, quæ eo-
18 dem tempore fiunt, non datur prius, † aut posterius, vt inquit Bart. loquendo de his, quæ fiunt in eodem instrumento, *in l. contractus, C. de fide instrum. & de testamento, l. quidam testamento, §. ante hæredis, ff. de hæred. institu. Doctores in l. 3. §. prius, ff. de vulg. & pupil.* Et propterea non dicitur prius quæsita quarta, quam legatum alimentorum.

Et si dicatur: aduerte, quia dominium quantitatis legatæ, non transit recta via in legatarium li-
19 cet † aliud sit in dominio speciei legatæ, Bart. *in l. 1. num. 12. ver. tertio casu, ff. de leg. 1.* Et ibi eum sequuntur alij, Bart. & alij, *in l. 1. colum. 2. C. commu. de leg. Ruin. in cons. 153. num. 4. volum. 5. Paris. in cons. 77. num. 4. volum. 2. Ripa in d. l. 1. num. 54. vbi etiam Alciat. ff. de leg. 1.* Respondeo quod, etsi dominium quantitatis legatæ non transeat recta via in legatarium, tamen benè transit ius petendi ipsum legatum, & qui actionem ha-
20 bet, rem ipsam † habere videtur, *l. qui actionē, vbi Dec. & Cagno. ff. de reg. iur.* Et ad excusionem quartæ sufficit, quod officium iudicis competat non actio, vt probant supracitati Doctores, qui dicunt, quod denegatur quarta vxori habenti patrem diuitem, cum tamen filio aduersus patrem pro consequendis alimētis non detur actio, sed officium iudicis, vt probaui suo loco, Bart. *in l. si quis à liberis, in princ. ff. de lib. agnoscen. Dec. in d. Authen. præterea, num. 20.*
21 *Et Socin. d. cons. 121. num. 30. volum. 4.* dicit, † quartam in bonis secundi viri nō dari vxori, quæ potest quartam consequi in bonis primi viri, atque ita sufficit, quod habeat actionem, ex quo remedium est subsidiarium. Sequitur Cęph. *in d. cons. 244. num. 22.* Nec mouet ea glos. quæ vult, quod maritus teneatur quartā relinquere vxori, quia intelligi debet suppositis terminis habilibus. Id quod vxor quartam habeat sibi pro alimentis, sufficiat. Cum enim
22 de vno † disputamus, cætera omnia supponuntur habilia, *§. in extraneis, Instit. de hæred. qualit. & differ.* Intelligi ergo debet, quod in casibus quarta vxori debetur, maritus teneatur illam relinquere: at vbi maritus relinquit alimenta, non debetur quarta, ergo, &c. Eodem modo eneruatur textus, *in §. quia vero dudum, in Authen. vt lic. mat. & auiæ.* quia vbi debe-

tur quarta poteſt aſcendere ad centum libras, non autem quærimus nunc quãta eſſe poſſit, ſed an debeatur vbi habet alimenta. Cum enim agitur de quantitate, præſupponitur ſubſtantia, aliâs nõ da-
23 retur quantitas ſeu † qualitas ſine ſubiecto, *nec vllam, §. ſi abſentis, vbi Ang. ff. de petitio. hæred. l. Pomponius, §. fi. vbi Aretin. princ. ff. de acquiren. poſſeſ. Bal. in l. 2. ff. de bono. poſſeſſ. ſecundum tab. & in l. omnium, C. de teſtam. Ruin. in conſ. 218. num. 14. volum. 1.* Et dicit Bal. *in conſ. 465. num. 1. volum. 4.* quod volens probare qualitatem, debet prius probare ſubſtãtiam. Nec diſſimili collirio ſanatur argumentum adductum à Pico, quod quarta, cum ſit à lege taxata, non poſſit minui. Quandoquidem id verum eſt, quando taxatur, non tamen taxatur, niſi in caſibus quibus debetur: vnde cum non debeatur, quando vxor habet alimenta ex legato viri, ceſſat obiectum, quod optime procederet, ſi præſupponeremus quartam deberi, ſed id eſt in controuerſia, an debeatur. Quare ſi ratione foret contendendũ, poſterior hæc opinio eſſet amplectenda: ſed ex quo plures primam tenent, difficile eſſet obtinere in iudicio. Ideo Iaſ. *in d. Authen. præterea, num. 9.* videns cuitari non poſſe quamplures illationes, dixit ſe tenere pro cõſtanti, quod deciſio illius Authen. non ſit facta ob ſolam rationem alimentorum, ſed etiam, vt recompenſetur præteritum matrimonium, quæ tamen ratio nihil valet, quia daretur recompenſatio etiam, quando vxor non eſſet diues, vt ratio ſit generalis. Et tamen textus diſponit contrarium, quia lucrum defert ſolum vxori inopi.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ pro feſtinatis nuptiis ſunt hodie ſublatæ.*
2 *Annus luctus dicitur primus, qui ſequitur mortẽ mariti.*
3 *Nominatio ducitur ab eo, quod rationabiliter deberet fieri, licet non ſit factum.*
4 *Auguſtus dicitur Imperator ab augendo, licet aliquando minuat Imperium.*
5 *Iuſtitia dicitur, quia ſuum cuiq; tribuat, licet aliquando auferat.*
6 *Vſus communis loquendi attenditur in diſpoſitione teſtatoris, & illam interpretatur.*
7 *Verba intelligi debent demonſtratiuè, non diſpoſitiuè.*
8 *Subſtitutio facta filio impuberi, nõ reſtringitur ad tempus pubertatis.*
9 *Legatum coniunctæ perſonæ factum, non interpretatur ſtrictè.*
10 *Qualitas cenſetur adiecta gratia demonſtrandi, non reſtringendi in materia alimentorum.*
11 *Legatum alimentorum, non interpretatur ſtrictè, ſed largè.*
12 *Qualitas nominis determinans verbum à quo diſpoſitio ſumit effectum reſtringit, & limitat diſpoſitionem.*
13 *Qualitas, quæ eſt alicuius effectus adeſſe debet tempore quo diſpoſitio ſortiri debet effectum.*
14 *Qualitas cenſetur eſſe cauſa diſpoſitionis.*
15 *Cauſa reſpiciens commodum & honorem teſtatoris, dicitur eſſe finalis.*
16 *Nuptiæ ſecundæ triſtitiam afferunt animæ mariti.*
17 *Vidua quando intra annum luctus nubit, lex de illius impudicitia ſuſpicatur.*
18 *Legatum factum ob cauſam determinatur ſecundum cauſam annexam.*
19 *Priuilegium peculio conceſſum ceſſat, quando peculij ceſſat nomen.*
20 *Contrahens cum hærede videtur intuitu qualitatis hereditariæ contraxiſſe.*
21 *Contrahens cum iure videtur reſpexiſſe ad ciuilitatem.*
22 *Iuramentum præſtitum perſonæ cum expreſſione dignitatis, non obligat ceſſante dignitate in ea perſona.*
23 *Priuilegium Regi conceſſum, qui erat tunc dux, ceſſat quando deſiit eſſe dux.*
24 *Qualitas legatarij declarat quid veniat in legato.*
25 *Qualitas perſonarum declarat diſpoſitionem quamlibet.*
26 *Expreſſum videtur id quod fuiſſet expreſſum, ſi partes de eo interrogatæ fuiſſent.*
27 *Odioſus teſtatori in dubio non videtur inuocatus.*
28 *Vxori relictũ nõ debetur ei, quæ cũ mala gratia diuertit.*
29 *Vxori relictum habetur pro reuocato, ſi vxor viro viuente, ſed ignorante commiſit adulterium.*
30 *Vidua perdit legatum ſibi factum, ſi nubit intra annum luctus.*
31 *Legatum vxori factum ſub mentione viduitatis, vel luctus perditur per tranſitũ ad ſecunda vota intra annũ.*
32 *Indigno quod auſertur propter culpam commiſſam poſt mortem teſtatoris applicatur fiſco.*
33 *Fiſco non applicatur, quando indigno id auſertur quod fuerat relictum à teſtatore.*
34 *Vxor vidua, ſi nubat intra annum luctus, an perdat legata ſibi facta à teſtatore.*
35 *Vidua tranſeundo ad ſecundas nuptias intra annum efficitur ingrata.*
36 *Infamis efficitur, & primum virum offendit, qui viduam duxit in vxorem non elapſo anno luctus.*
37 *Legatarius priuatur legato, ſi intra annum luctus vxorem ducat à teſtatore relictum.*
38 *Nuptiæ ſecundæ duplici ratione prohibentur.*
39 *Argumentum à communiter accidentibus ſumptum eſt validum.*
40 *Voluntas teſtatoris præualet communi loquendi vſui.*
41 *Verba in dubio ſtant reſtrictiuè, non demonſtratiuè.*
42 *Subſtitutio pupillaris inducitur, quando de pupillari ætatẽ fit mentio.*
43 *Conditio viduitatis adiecta primo legato vxori facto, cenſetur etiam repetita in ſecundo.*
44 *Licentia nubendi conceſſa vxori, non extenditur ad nuptias contractus intra annum luctus.*
45 *Diſpenſatio pro vno impedimento conceſſa intelligitur dummodo aliam legem non offendat.*
46 *Licentia teſtandi conceſſa alicui intelligatur ſeruatis ſolemnitatibus.*
47 *Legatum coniunctæ perſonæ factum intelligitur ſtrictè, quando hæres quoque eſt coniunctus.*
48 *Legatum quantumuis fauorabile non extenditur contra tacitam, vel expreſſam teſtatoris voluntatem.*
49 *l. Mela, ff. de alim. & cibar. lega. quomodo intelligatur.*
50 *Legatũ alimẽtorũ latè interpretatur, quãdo ſit pauperi.*

QVÆSTIO XXX.

EVi his diebus interrogatus, ſi maritus reliquit vxori alimenta per annum luctus præſtanda, an ea conſequi debeat, etiam ſi intra annum ſecundas contraxerit nuptias,

ptias. Et dubium faciebat, non, quia nubens intra annum luctus priuetur omni relicto sibi facto à viro, *vt l.1.C.de secun.nupt.vbi Bal num.6.Alexan.ad Bart. Dec.num.10.& seq.& Ioan.Garron.num.66.Ptcus in l.Titia, §. Titia cum nuberet, num.166. ff. de lega. 2. Bero. cons. 32. num. 19. volum. 2. Boer. in decis.186. per totum*, nam illæ pœnæ, tanquam impositæ non fauore filiorum,
1 † sed ob nimiam festinantiam sublatæ, *per dictum Apostoli, & per Innoc.in cap. fi. de sponsa.vbi Hostien. Io.And. Butr. Ancha. & alij, sequitur Bart.in d.l.1.in fi.C.de secund. nupt.Bal.in cons.366.num.2.volum.4.Abb.in c.Ecclesia sanctæ Mariæ, colum.2.de consti.& ibi communem ducit Aretin. Felin. num. 35.* vbi quoque dicit magis communem Ioan.de Garro. *d.l.1.num.132.* vbi ait, temerarium esse, contrarium tenere in consulendo vel iudicando. Et alios multos adduxi *in cons.135. num.20. & seq.* Dubium autem faciebat, quia faciendo mentionem de anno luctus, videtur testator voluisse non restringere legatum ad tempus viduitatis, sed designare primum annum, & ita potius voluisse demonstrare tempus anni, quam restringere ad vi-
2 duitatem. Annus † enim luctus dicitur primus annus, qui sequitur à morte mariti, etiam si maritus non lugeatur, vt probat text. *in l. liberorum, §.1.ff. de his, qui notan. infam.* vbi dicit, quod pœna vxori nubenti intra annum luctus imposita, locum habet etiam in ea, quæ maritum lugere non tenebatur, quia lex sic denominando annum, habuit respectum ad id, quod fieri solet, *sequuntur gl. Bart. & alij.*
3 Et denominatio † sæpè fit ab eo, quod rationabiliter fieri debet, non autem ab eo, quod de facto accidit, *gl.in rubrica proœm.Digest.in verbo, Augustus,* vbi ait, Imperatorem dici semper Augustum, quia
4 augere † tenetur, licet aliquando minuat Imperium, sicuti matrimonium, licet aliquando diuidatur, & iustitia dicitur tribuere suum cuique, li-
5 cet aliquando auferat, † *sequitur Bart. ibi, num.10. ver. modo circa vltimam, Bal.num.18. & sequuntur alij ibi, & ponunt Doctores in proœm. decret. præcipuè But. & Abb. numero 11.vbi Apostil.idem Abb. in c.1. de iudic. & plura exempla ponit Iaf. in l.2. §. appellata, ff. si cert. pet.* Sic ergo dicitur annus luctus primus annus, intra quem mulier rationabiliter deberet lugere virum, licet aliquando non lugeat.

Confirmatur, quia ex vsu communi loquendi appellatur annus luctus, is qui ad lugendum est
6 vxori destinatus, ideo † testator videtur loquutus fuisse secundum communem illum vsum, *l. liberorum, §. quod tamen Cassius, ff. de leg.3. l. Labeo, ff. de suppellect. leg. infinitos citat Mant. de coniect. vltim. volunt. lib.3. titu.8.num.1. & sequen.*

Tertio facit, quia verba censentur magis appo-
7 sita demonstratiuè † quam restrictiuè, aut dispositiuè, *l.fi.§.Titia, ff.de libe.lega. Ioan. And.in cap. si pater, de testamen.in 6.* vbi infert, quod substitutio facta sim-
8 pliciter filio impuberi † non restringitur ad tempus pubertatis, ex quo verbum impuberis stat demonstratiuè, ac si dictum esset, qui nunc est impubes, *Bart. in l. Centurio, num.31. ff. de vulg. & pup. Alexan. cons.1.num.8.volum.1.Rui.cons.103.num.21. & seq.volum.2.* vbi ait, quod testator loquendo de filio suo muto, videtur id dicere ad demonstrationem, non autem, vt limitet dispositionem. Et quod verba in dubio intelligantur posita gratia demõstrationis, non autem taxationis, voluit Castren. *in pulchro casu, in cons.339.num.3.volum.1. Dec.in cons.324. colum.1.ver. quarto facit, & in l.in toto iure, num.16. ff.de reg.iur. D.Becius in cons.94.num.9.* In facto autem proposito facta fuit mentio de luctu ad designandum illum annum certum pro quo alimenta erunt præstanda, quam ad limitandum tempus lugendi.

Quartò hæc opinio obtinere debet, quia etsi legatum regulariter strictè alias sit interpretandum,
9 tamen fallit, quando fit coniunctæ † personæ, *l. si seruus plurium, §.fina.ff. de lega.1. Dec. in cons.92. Gozad. cons.132. num.12. Socin. iun. in cons.98.num.22. volum.1. Crot.cons.14. num.21. Paris.cons.89.num.22.volum.1. Bero. famil quæst.29. colum.2. Rolan.in cons.16.num.16.& 38.volum.3. Natta in cons.296. num.6.& cons.626.num.20. Menoch.de arbitr.iudic. quæst.99. num.15. Manti. lib.6.titu.11. num.23.& seq.vbi adducit etiam textum in l.Aurelius, §.Titius testamento, ff. de liber. leg.* vbi etiam contra filium hæredem fit lata interpretatio, fauore legatarij coniuncti, & dixi *in cons.72. num.16.* vbi etiam si fiat ab hærede coniuncto.

Quintò in materia alimentorum, quod quali-
10 tas † censeatur adiecta demonstrationis, non limitationis causa, est text. *in l. Mela, in princ. ff.de alimen. & cibar. legat.* vbi etsi relicta sint alimenta puero, vel puellæ, tamen ea adiectio non restringit relictum ad tempus pubertatis, sed tanquam apposita ad demonstrandum personam, cui factum est relictum, determinatur perinde, ac si non esset apposita, & alimenta videntur relicta durante vita naturali.

11 Sextò, cum agatur † de fauore alimentorum legatum debet extendi, non autem restringi, vt probaui, supra *in tit. quæ sint alimentorum priuileg.*

Respondi tamen, quod alimentorum legatum expirauit, cum primum vxor ad secundas nuptias conuolauit, quia qualitas luctus adiecta anno restringit dispositionem, *l.Titia, ff.de testamen.milit.l.2. ff. de aur. & argen. lega.* vbi probatur, quod qualitas
12 † nominis determinans verbum, à quo dispositio sumit effectũ, restringit & limitat dispositionem. Et per illa iura hoc dixit Bart. *in l.ex facto, colum.2. num.1.ver.secundo casu requiritur, ff.de vulg.vbi Imo.num.1. in fi.& num.2.* vbi dicit, quod cessante qualitate cessat dispositio. Et dicit Bal. *in l.Titius, ff. de testam. mi-*
13 *lit.* quod qualitas, † quæ est alicuius effectus adesse debet tempore, quo dispositio sumere debet effectum, *Felin.in cons.25.num.23.*

Secundò facit, quia relictum factum pro anno luctus intelligitur, quatenus tanto tempore luge-
14 at, quia qualitas † censetur causa dispositionis, *l.Lucius, la 1.ff. de fideicom.liber.* Et dicit Bal. per illum text. *in l.centesimis, §.si ita stipulatus, num.... ff.de verb.obliga.* quod si quid collatum est in arbitrium heredis, intelligitur quatenus est hæres, & duret.

Tertiò causa respiciens commodum & hono-
15 rem testatoris † dicitur esse finalis in legato, *in l.2. §.fina.num.1. ff. de donat. & ibi sequitur Castren. Ange. in cons.124.num.3.ver.præterea, Imo.in l.Titio, cum testamento, num.3.ff.de leg.2. Crau.in cons.243.num.2.& 3.* In casu

noſtro luctus anni cenſetur cauſa legati, quia quod per annum lugeat vxor, cõcernit honorem mariti, & familiæ, nam ſi contriſtatur mariti ani-
16 ma † per ſecundas nuptias, quæ poſt annum contrahantur, *vt probaui in conſ. 178.* multo magis id fiet per nimiam feſtinantiam, propter quam lex ſuſpi-
17 catur de impudicitia † vxoris, *vt ponit gloſ. & Docto. in l.1.C.de ſecun.nupt. & in l.liberorum, §.1.ff de his, qui notan. infam.* ſed poſt ſecundas nuptias ceſſat cauſa legati. Ergo ceſſat legatum ipſum, *l. cum tale, §. falſam cauſam, ff.de cond. & demonſtr.l.qui tutelam, in princ.ff.de teſtam.tute.alios citat Tiraq.in tract.ceſſan.cau.in 1.par.num. 121.Bero.in conſ.23.num.24.& in conſ.32.num.3.vol.2. Caphal. in conſ. 131. num.1.* Quinimò legatum factum ob
18 cauſam determinatur ſecundum cauſam † annexã, *l.Seio, ff.de annu.leg. Bal.in l.1.num.2. C.de legat.alios citat Manti. de coniect. vltim. volunt.lib.6. tit.14. num.13.* Cum ergo per tranſitum ad ſecunda vota ceſſet cauſa lugendi, & luctus ipſe, ceſſare debet legatum.

Quartò quando aliquid cõceditur propter nomen, tunc extincto nomine ipſa quoque conceſſio extinguitur, *l fi. C.inoffic teſtam.* vbi priuilegium
19 † conceſſum peculio, ceſſat, quando ceſſat peculij nomen. *Id quod notat Salic.num 2.Roder.in quæſtio.maioricat.num.23.folio mihi 873.* Alimenta igitur pro tempore luctus relicta non debentur, quando ceſſauit tempus lugendi.

Quintò facit, *l.ſi proponas, §.1.ff.de inoffic.teſtam.* vbi
20 contrahens cum hærede, † videtur cum illo ratione & intuitu qualitatis hæreditariæ contraxiſſe. Et ibi Ang. adducit concordantes. *Dec.in conſ.283.nu.8. ver.& hoc cõfirmatur.* vbi ſubdit, inſpiciendũ eſſe, qua cõtemplatione actus fiat, *Alcia.in conſ.155.num.8.* vbi
21 infert, quod contrahens cum ciue † videtur habuiſſe reſpectum ad ciuilitatem, *Soci.in conſ.34.in fi. vol.3.* vbi arguit ex eo, quod Cardin. in cõtractu dicatur locator, & Felin. *d. conſ.25. num. 23.* ex eo, ꝙ in contractu dictum fuerat, quod liceret conductoribus quandocunque francare, concludit, facultatem illam nõ competere, poſtquam deſierunt eſſe conductores, ſed extinctam eſſe, quia finita conductione ob ſolutionis defectum, ceſſat qualitas, ſub qua fuit contractum. Infert ex hoc Abb. *in cap. veritatis, num. 2. ver.aut ſimpliciter fuit præſtitum, de iureiuran.* quòd iuramentum præſtitum perſonæ ex-
22 preſſæ, † cum nomine dignitatis, non obligat in ea perſona, ſi deficit dignitas, puta, quando dictum eſt Carolo Imperatori, quia intelligitur iuraſſe intuitu dignitatis, *cap.venerabilem, in fi. de electio.* vbi iuramẽtum de obediendo Imperatori non obligat, quando per depoſitionem, vel aliter definit eſſe Imperator, & notat Abb. *ibi, in vltim. notab. Natta in conſ.19.num.8.* Et dicit Boſſius *in tit.de Principe, nu.344.*
23 Quòd † priuilegium Regi Francorum conceſſum qui tunc erat Dux Mediolani, ne ſubditi Mediolanenſes traherentur extra curiam, non habet locum, quando Cæſar factus eſt Dominus Mediolani, quia conceſſio facta illi tanquam Regi fuit extincta, quando rex deſiit eſſe Dux Mediolani. Sicin præſenti caſu relictum factum vxori pro anno luctus cenſetur factum intuitu viduitatis & luctus, eoque ceſſante extingui debet.

Sextò legatum factum vxori viduæ intelligi debet ea viduitate durante, alias non conueniret
24 perſonæ, cum tamen legatum declaratur ex † qualitate legatarij, *Bal.in l.plenum, §.equitij.ff.de vſu & habitat.* vbi ait, quòd culcitræ de ſerico, non veniunt in legato lecti, facto vxori viduæ, quia illæ non conueniunt viduæ. *Idem Bald. in l.1. num.12. C.de lega. Salicet.in l.fina.num.6. C.indict. viduit. tollen. Ripa in l. ex facto, §.ſi quis rogatus, num.13.in fine, ff. ad Trebellia. Mantica, de coniect vltim.volunt.lib.6.tit.11. num.17.* & ex qua-
25 litate † perſonarum, declaratur quælibet diſpoſitio, *vt per Felin. in cap. cauſam quæ, colum. 3. ver. quinta declaratio, de reſcript. Cagnol.in l.quoties, idem ſermo, numero 5.ff. de reg. iuris, Simon de interpret.vltim. volunt. libro 1. interpretat. ſecunda, dubitatione 2.ſolut.7. num.14. folio mihi 68.*

Septimò nulli dubium, quin per feſtinatas nuptias intra annum luctus contriſtetur, & offendatur teſtatoris anima, & vxor fiat ſibi odioſa, nam hoc magis clarum eſt, quam vt egeat probatione. Et ponunt Doctores, *in l.1.C.de ſecund.nupt.* Et ſi teſtator fuiſſet interrogatus, an vellet alimenta dari vxori, etiam poſtquam nupſiſſet, certè dixiſſet, quod non. Ergo non debemus intelligere, quòd
26 voluerit etiam in tempus illud relinquere, † *gl.ſi.in fi.in l.tale pactum, ff.de pact.cum multis apud Tiraq. in præfatio. l. ſi vnquam, num.56. C.de reuoc. dona.* Aliàs, cum mulier eo tẽpore ſit odioſa viro, videbitur ei quoque proſpectum fuiſſe, cum tamẽ odioſus teſtato-
27 ri † in dubio nõ cẽſeatur vocatus, *l.3. in ſi. ff.de adim. leg. Lucius Titius, ff.de leg.2. Alex.in conſ.138. num.25. vol.1.* Et facit quia relictum factum vxori, nõ debetur ei
28 quæ diuertit mala gratia, imo † videtur reuocatum, *gloſ.in l.vxori.vbi Bart. & Bal.num.2.ff.de aur. & argen.lega. Mantica loco prædicto, lib.12.titu.2.num.18. & titu.5.num.3.* In tantum autem legatum ex tacita voluntate teſtatoris interpretatur, vt habeatur pro adempto, quando ventum eſt ad caſum, in quem
29 teſtator non reliquiſſet, vt in vxore, † quæ ignorante viro, illo tamen viuente, commiſit adulterium, *vt per Gloſ. Barto. & alios in l.fideicommiſſum, C.de fideicommiſſ. Bart.in l.1. ff.de his, quib.vt indign. Mantica d. titu.5. num.7.* Et pro hac parte faciunt authoritates illorum, qui dicunt, quòd vxor contrahendas ſe-
30 cundas nuptias intra † annum luctus, perdat legatum ſibi factum à viro, *gloſ.in l.decreto, C. ex quib.cau. infam.irrog. Bertac.in repert.in ver. vidua, colum.3.* Et licet communis opinio videatur in cõtrarium, *vt latè examinat Ioan. de Garron. in l.1. num.68. vſque ad 73. C. de ſecund.nupt. Caualcan.de vſufruct.mulie.relict. num.113.* tamen illud procedit, quando in legato non eſt facta mentio de ſecundis nuptiis, vel de anno luctus. At vbi de viduitate facta eſt mentio, tunc aliud eſt
31 † dicendum, *vt ferè in terminis reſoluit Ioan.de Garron.in rub. C. de ſecund. nupt. num.37.* In caſu autem noſtro dictum fuit expreſsè de luctu. Ergo non eſt dubitandum, quin teſtator ſecũdas nuptias abhorruerit, & conſequenter perdatur legatum, & acquiratur non fiſco, ſed hæredi. Nam ſi pro culpa com-
32 miſſa poſt teſtatoris mortem, fiſcus † auferat regulariter tanquã ab indigno, *Bar.in l.1.ff.de his, quib.vt indign. Natta, conſ.462.in fi. Manti.d.lib.12. titu.5. num.21.*

tamen

tamen fallit, quando priuatur eo, quod fuit relictum à testatore, † *vt ponit Bart. in l. fi. in fi. ff. de his, quibus, vt indign.* præcipuè, quando offensa est commissa intra annum luctus, *vt declarat Ioan. de Garron. d. l. 1. nu. 73. Caualcan d. num. 113. in tract. de vsufru. mulie. relicto.*

Octauò, hæc sententia procederet sine aliqua difficultate, si teneamus opinionem illam, de qua alibi tractauimus, quæ vult, quod mulier transiens ad secunda vota † intra annum luctus, perdat legata sibi à viro relicta, quam tenuerunt Bald. Roman. Alexan. Iason, Socin. & alij, quæ opinio satis videtur vera, non per rationem, qua illi adducuntur, quod scilicet maritus volens, non possit concedere licentiam nubēdi intra annum luctus. Sed quia in dubio testator videtur sentire de nuptiis contrahendis intra annū luctus, & quia transeundo ad secundas nuptias ita festinanter † efficitur ingrata, & consequenter indigna commodo sibi relicto, ex quo contristauit animam mariti, *vt per Ang. & Bald. quos citat & sequitur Alexan. ad Bart. in l. 1. C. de secund. nupt Ioan. de Garron. d. l. 1. num. 84.*

Nonò concurrit coniecturata testatoris voluntas, qui non censetur cogitasse malum euentum nuptiarum intra annum luctus, per quas oritur suspicio, ne vxor etiam viuente marito inhonestè vixerit, & per quas anima mariti contristatur, & offenditur existimatio, & reprehenderetur à sapientibus, si expresse reliquisset alimēta, eo quod intra annum contraheret secundas nuptias. Et non est verisimilis interpretatio, quod relictum factum fuerit etiam in eum casum, qui testatori displicuisset, & præcipuè, quod voluerit exonerare virum, qui post nuptias tenetur vxorem alere, atque ita benefacere personæ odiosæ, nam etiam is, qui vxorem ducit intra annum luctus, dicitur offendere † primum virum, & iure ciuili efficitur infamis, *l. liberorum, §. notatur, ff. de his, qui not. infam. cap. infames, §. porrò, in ver. aliquando, 3. quæstio. 7. & ponit Ioan. de Garron. in rub. C. de secund. nupt in pœna 29. & in l. 1. in 4. notab. num. 13. C. eodem titu.*

Qua ratione aliqui voluerunt, quòd talis efficiatur ingratus, † & priuetur relicto sibi facto à primo viro, licet Garron, *dicta l. 1. num. 77.* teneat contrarium. His verò non obstat, quod annus luctus dicatur etiam, quando maritus non est lugendus, *l. liberorum, §. 1.* quia respondeo, ibi id procedere, quia cum duplex sit ratio, propter quam secundæ nuptiæ prohibentur, licet vna cesset: tamen, quia subsistit alia prohibitio † sustinetur, *vt post Cynum, Baldum, Salicetum & alios, in l. 1. C. de secun. nupt. ponit Barto. in dicto §. 1.* non autem mouetur textus ex eo, quod sit annus luctus, quia prohibitio legis respicit annum primum, & vna ex rationibus est, vt maritum lugeat, & quamuis aliquando sumatur denominatio ab eo, quod fieri solet, vel debet, tamen in casu nostro constat ex pluribus factam esse mentionem de luctu ad effectum taxandi & limitandi, non demonstrandi, *vt dictum est, & dicetur latius infrà.*

Secundò, non obstat communis vsus loquendi, quia verum est annum luctus, inspecto communi vsu loquendi significare primum, tamen etiam secundum communiter accidentia, non solent mulieres intra annum luctus nubere, & ideo, quando testator fecit mentionem de anno luctus, sensit, quod intra eum vxor duceret vitam vidualem, quia valet argumentum à communiter accidentibus † deductum, *vt latè per Marsil. singu. 1.* Respondeo etiam, quòd illud procederet, nisi aliud suaderet voluntas testatoris, *de qua supra dixi, & infra quoque ponam*, nam voluntas testatoris præualet communi † vsui loquendi, *vt post Alber. voluit Iason, in l. si pater, numero 2. in fi. C. de hæred. institut. Socinus iunior in cons. 126. num. 7. & 8. volum. 3. Manti. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 8. in fine.*

Tertiò non obsistit, quod in dubio verba censeantur potius demonstratiuè, quam restrictiuè apposita, *secundum Bart. in l. Centurio, num. 31. ff. de vulga.* quia imo in dubio stant restrictiuè, † *vt voluit gl. in l. cohæredi §. cum filiab. ff. de vulgar. vbi Bald. Castren. & Aretin. reprobant Barto. in loco supracitato, Ripa in l. 1. numero 39. & sequentib. ff. de vulgar.* quia cum fit mentio pupillaris ætatis, † tunc inducitur pupillaris substitutio, *glos. magna in fine, in l. precibus, C. de impub. Doctores in dicta l. 1. Socinus iunior in cons. 95. num. 14. & 15. volum. 1.* Et Bartolus *in dicta l. Centurio, num. 31.* non negat, quin per ea verba includatur etiam pupillaris intra tēpora pubertatis, licet si moriatur factus iam pubes contineat fideicommissariam, imo hoc admittit, vt ex eius mente colligit Ias. ibi, *num. 55. Castren. in l. precibus, num. 12. C. de impub. Alexan. in l. 2. in princ. num. 26. ff. de vulgarib. alios citat Mantica, de coniect. vltim. volunt. lib. 5. titu. 7. num. 21.* Præterea totum facit voluntas testatoris, vt inquit Bartolus *in d. l. Centurio, num. 21.* vbi dicit, quod verbum impuberi, stat etiam demonstratiuè, quando respicit exequutiuum verbum, si tamen voluntas testatoris id suadeat. In casu autem nostro dixerit, quod testator voluerit alimenta vxori relinquere post transitum ad secundas nuptias, qui solet virum etiam defunctum contristare, pro quo facit, quod voluit Castren. *cons. 11. in fi. volum. 2.* vbi ait, cōditionem † viduitatis adiectam primo legato vxori facto censeri repetitam in secundo ex præsumpta mariti voluntate, *sequitur Rui. cons. 84. num 9. volum. 2. facit etiam quod voluit Ioan. de Garron. in d. l. 1. num. 78. C. de secun. nupt.* vbi dicit, quod licētia vxori à marito concessa † nubendi non extenditur ad nuptias contrahentes intra annum luctus, quia cum duobus modis offendatur maritus: Primò, quando vxor nubit post annum: Secudo verò, quando nubit intra annum, licentia simpliciter concessa restringitur ad nuptias post annum contrahendas, quia cum dicit, quod possit nubere, intelligitur dummodo aliam legem † non offendat, *l. si non lex, ff. de hæred. instit. l. vt gradatim, §. & si lex, de mune. & honor.* sic etiam licentia testandi alicui concessa intelligitur seruatis aliis † solennitatibus, *l. si quando, ff. de inoffic. testam.*

Non etiam aduersatur quartum, quia etiam factum coniunctæ personæ restringitur, quādo hæres quoque est coniuncta † persona, *vt hic, Corn. in cons. 155. colum. 2. volum. 3. Cæpha. in cons. 14. nu. 21 in fi. Dec. cons. 46. num. 2. Crau. cons. 297. num. 2. & 3. Zanc. in l. hæredes mei, §. cū ita, par. 1. nu. 132. & seq. ff. ad Trebellia. Manti.*

de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 11. num. 23. immo multi volunt, quod sit speciale in legato patri facto, quod largè interpretatur, *vt volut Dec. con. 92. Gabr. con. 98. num. 44. vol. 1.* sed ego hoc non firmo. Respondeo etiam, quod legatum quantumuis sit fauorabile, nunquam tamen extendi debet contra voluntatem † testatoris expressam seu tacitam, *l. in conditionibus, ff. de cond. & demonstr.* 48

Ad *l. Mela, ff. de alim. & cibaria lega.* respondeo, quod non habet locum, quando constat aliam esse voluntatem testatoris, † vt ibi dicitur, *in ver. aut si non apparet, & paulò suprà,* dum dicit, quod alimenta debentur donec testator voluerit: hic verò non est dubia, sed certa testatoris voluntas, quod alimenta non præstentur post secundas nuptias. 49

Postremò non resistit, quod fauore alimentorum fieri debeat latè interpretatio, † quia id procederet, quãdo legatum esset factum pauperi, non autem, quando diuiti. Sed melius dico, quod eatenus extenditur, donec patitur voluntas testatoris, vbi verò voluntas repugnat non fit extensio. 50

SVMMARIVM.

1 *Assensus super dote præstitus non extenditur ad alimẽta.*
2 *Assensus est gratia & dispensatio, & non regulatur à petitione.*
3 *Restitutio concessa super principali, non extenditur ad ad interesse.*
4 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
5 *Fideiussoris obligatio non extenditur ad interesse.*
6 *Delictum vnius non debet in altero puniri.*
7 *Pœna tenere debet suos authores.*
8 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*
9 *Accessorium inducitur, tollitur & confirmatur inducto, sublato, vel confirmato principali.*
10 *Accessorium videtur inesse principali.*
11 *Dispositio facta super sorte extenditur ad fructus.*
12 *Assensus adhibitus super sorte extenditur ad fructus.*
13 *Assensus trahitur ad omnia accessoria.*
14 *Obligato bonorũ facta pro principali, trahitur ad vsuras.*
15 *Hypotheca constituta pro dote, trahitur etiam ad vsuras dotales.*
16 *Connexorum & annexorum idem est iudicium.*
17 *Annexum sequitur conditionem rei, cui est annexum.*
18 *Assensus extenditur ad connexa & annexa.*
19 *Connexa iudicantur pro vno.*
20 *Dos seruire debet oneribus matrimonij & ad hoc datur.*
21 *Assensus censetur adhibitus, secundum naturam, & qualitatem contractus, cui præstatur.*
22 *Patris consensus contractui adhibitus sustinet iudicium factum pro illius contractus exequutione.*
23 *Assensus super constitutione dotis præstitus, operatur pro restitutione.*
24 *Assensus regulatur à contractu super quo interponitur, & secundum illius naturam intelligitur.*
25 *Assensus super dote restituenda includit casum, quando maritus vergit ad inopiam.*
26 *Assensus non facit irreuocabilem actum, qui sui natura est reuocabilis.*
27 *Beneficium latissimè interpretatur.*
28 *Assensus amplectitur omnia, quæ sequuntur ex contractu, super quo fuit interpositus.*
29 *Assensus præstitus super antecedenti, operatur etiam in consequenti.*
30 *Assensus super matrimonio extenditur ad constitutionem dotis.*
31 *Argumentum à maiore ad minus est validum.*
32 *Ratio vbi est eadem, ius quoque idem est.*
33 *Expressum censetur id, quod à contrahentibus dictum fuisset, si de eo fuissent interrogati.*
34 *Assensus extenditur ad ea omnia, quæ veniunt sub finali ratione & mente concedentis.*
35 *Assensus durat, quatenus durat causa concedendi.*
36 *Assensus pro dote extẽditur ad alimẽta & vsuras dotales.*
37 *Hypotheca pro sorte extenditur ad vsuras.*
38 *Obligatio facta pro dote extenditur ad alimenta dotalia.*
39 *Assensus est stricti iuris, quando dispensatur contra regulas feudi, alias largè interpretatur.*
40 *Assensus intelligitur aliquando, vt priuilegium, aliquando vero, vt beneficium, & ibi declaratur.*
41 *Assensus est beneficium.*
42 *Assensus est gratia.*
43 *Gratia largè interpretatur.*
44 *Beneficium latè interpretatur solum quoad expressa.*
45 *Expressum dicitur, quidquid sequitur ab expresso.*
46 *Expressum dicitur, quod ex mente colligitur.*
47 *Assensus trahitur etiam ad id, quod à lege subauditur.*
48 *Assensus includit ea omnia, quæ virtualiter veniunt.*
49 *Assensus extenditur ad ea, quæ veniunt ex mente concedentis.*
50 *Assensus est bonæ fidei, quando fuit præstitus super contractu bonæ fidei.*
51 *Gratia est bonæ fidei, quãdo fit super cõtractu bonæ fidei.*
52 *Assensus super dote est bonæ fidei.*
53 *Dispensatio est gratia etiam si sit correctoria.*
54 *Dispensatio à iure ciuili dicitur indulgentia.*
55 *Dispensatio latè interpretatur, quatenus est gratia.*
56 *Assensus etiam in materia rigorosa includit casum, qui venit ex mente dispononentis.*
57 *Extensio non dicitur, quando eadem militat ratio.*
58 *Dispensatio extenditur ad connexa.*
59 *Dispensatio etiam rigorosa extenditur ad dependentia & consequutiua.*
60 *Dispensatio concessa super pluralitate beneficiorum extenditur etiam ad incidentiam.*
61 *Assensus quoad expressa latè interpretatur.* (tatur.
62 *Gratia est taxatiuè restricta ad expressa, latè interpre-*
63 *Restitutio concessa pro sorte extenditur ad interesse fauorabile.*
64 *Vsuræ dotales propter moram commissam in non soluendo omni iure petuntur.*
65 *Restitutio concessa pro sorte includit interesse, quod idem reputatur cum principali.*
66 *Maritus, qui diu tacuit non censetur remisisse vsuras dotales.*
67 *Inclusio vnius non excludit connexa.*
68 *Inclusio vnius non excludit ea, in quibus eadem est ratio.*
69 *Pars continetur in toto.*
70 *Assẽsus super vẽditione feudi trahitur ad vẽditionẽ partis.*
71 *Assensum concedens videtur cogitasse de eo, quod reputatur idem cum eo, quod cogitauit.*
72 *Fideiussio strictam recipit interpretationem.*
73 *Fideiussor obligatur etiam pro vsuris, quando promisit non expressa certa quantitate.*

74 *Fideiuss-*

74 *Fideiussor simpliciter acceptus censetur obligatus in omnem causam, quæ orietur ex natura contractus.*

75 *Fideiussor simpliciter acceptus, obligatur etiam pro eo, quod accrescit ex natura contractus.*

76 *Fideiussor pro scholari domum concedente obligatur etiam pro supellectili.*

77 *Assensus simpliciter concessus extenditur ad omnem, qui includi possit sub verbis.*

78 *Assensus ad donandum extenditur ad donationem inter viuos, quæ sit habitura effectum post mortem.*

79 *Indefinita in feudalibus æquipollet vniuersali.*

80 *Indefinita æquipollet vniuersali in statutis non correctoriis si eadem militat ratio.*

81 *Assensus præstitus super instrumento censetur præstitus super omnibus inclusis in instrumento.*

82 *Assensus intelligitur & declaratur secũdum petitionem.*

83 *Rescriptum intelligitur secundum supplicationem.*

84 *Responsio intelligitur secundum interrogationem.*

85 *Fideiussor obligatur etiam pro interesse & aliis accessoriis, quando contractus est bonæ fidei.*

86 *Contractus à principio sunt voluntatis, postea vero necessitatis.*

QVÆSTIO XXXI.

OBLIGATIO bonorum facta pro dote, an extendatur ad alimẽta, cognitum est ex superioribus: nũc videndum si assensus concessus pro dote, extẽdatur ad alimenta. Et Aflict. *in cap. Imperialem, in 12. not ab. q. 8.* di-
1 cit, † quod assensus est stricti iuris, ideo non extenditur ad alimenta, & eius decisionem sequitur Marin Frec. *d. Auth. Baron. lib. 2. q. 20. per totam*, vbi mouetur eadem ratione, quod sc. stricta fit interpretatio, *vt ibi, num. 8.* Item, quod est quædam dispẽsatio,
2 † & gratia, quę non regulatur à petitione, sed à formalitate verborum, *vt per Archid. & Butr. quem ipse allegat, num. 7.* & per Bal. *in l. fi. C. quan. prouo. nõ est necess.*
3 vbi dicit, quod restitutio cõcessa † super principali trahitur ad interesse, *l fi. §. Lucius Titius, ff. de cõd. indeb.*
4 Item, quia dominus obligando pro † sorte, censetur denegasse pro aliis, *l. vnica, §. fin autem deficientis, C. de caduc. tol. l. tribunus, ff. de testam. mili. l. ait prætor. ff. de iudic. c. nonne, de præsumpt.* Vlterius dominus habetur
5 loco approbatoris & fideiussoris, at † fideiussoris obligatio restringitur ad sortem, *l. quæro, vbi gl. ff. loca. l fideiussores magistratuum, §. pro Aurelio, ff. de fideiussor. Docto. in l. centum Capuæ, ff. de eo, quod cer. loco, Marsil. rub. ff. de fideiuss. num. 31.* demum, si extenderetur ad alimenta, propter moram, dominus puniretur pro
6 delicto † alterius, contra *l. nõ debet alteri, ff. de reg. iur.*
7 pœna enim suos tenerẽ debet † authores, *l. sancimus, C. de pœnis.* Et hanc partem tenuit quoque Bursa. *in cons. 103. num. 23. Sola in decre. Blanc. in tit. de feu. glos. vnica, num. 19. par. 1. folio mihi 70.*

Hæc opinio nũquam mihi est visa vera, & ideo, quamuis durum sit aduersus prædictorum sententiam tenere, tamen amore veritatis nunquam mihi placuit, & contrarium existimo veriorem, quod scilicet assensus à domino præstitus pro dote extendatur & trahatur etiam ad alimenta, quæ occasione dotis debẽtur. Moueor primo, quia alimenta sunt dotis accessoria, & cum ipsa dote venit obligatio alendi vxorem, accessorium autem sequi-
8 tur † naturam sui principalis, *cap. accessorium, de reg. iur. in 6. vbi ponunt omnes Doctores, Cagno. in l. cum principalis, ff. eo. titu.* vbi ait, procedere, siue agamus de indocendo, siue de tollendo, siue de confirmando
9 principali, quia † accessoriũ inducitur, tollitur & confirmatur, *secundum glos. Ioan. And. & Fran. quos ipse*
10 *citat.* Et ratio est, quia accessorium in esse † semper videtur principali obligationi, *l. ex diuerso, ff. de rei*
11 *vend.* & dispositio facta de principali, trahitur † ad accessoria, *l. Aurelius, §. legatum, & l. fina. §. fina. ff. de lib. lega. l lecta, vbi Doctores omnes, ff. si certum peta.* Per hanc dixit Isern. *in cap. 1. de alien. feud. pat.* quod assensus ad-
12 hibitus super obligatione extenditur † ad fructus tamquam accessorios, *sequitur Paris de Put. de feudi reintegr. cap 255. num. 7. alios citat Marin. Frec. d. quæstio. 12. num 8.* vbi post Felin. ait, quod assensus trahitur ad
13 † accessoria omnia, & facit, quia obligatio facta pro principali debito, trahitur etiam ad interesse,
14 † & vsuras, *l. Lucius, ff. qui potio. in pigno. habe. Alexan. in l. si cum dotem, §. sin autem in sæuissimo, ff. soluto matrimonio*, vbi Bartolus & alij inferunt, quod bona obligata pro dote, censentur etiam obligata pro ali-
15 mentis, & vsuris dotalibus, *de quo latè Negusan. de pignor. in 4. memb. 2. part. num. 47. & sequen. vbi comprobat multis modis, & latè agit Bursat. in cons. 32. ferè per totum, præcipuè num. 18. & sequen.*

Secundò, vbi alimenta & vsurę dotales non possent dici accessorium, tamen negari non potest, quin sit quid doti annexum, & connexum, quia separari quodammodo non possunt ab ipsa dote. At
16 de annexis † & connexis idem fieri debet iudicium *l. 3. §. iudicio contrario. ff. de contraria actio. tute. Castren. in l. si quis, §. ratione, ff. de eden. Felin. & Dec. in cap. translato, colum. 2. de constitu. plures citat Cagnol. in l. secundum naturam, num. 1. ff. de reg. iur. vbi infert ad multas decisiones, &*
17 annexum sequitur statum & cõditionem † rei, cui principaliter annectitur, *l. grege, ff. de leg. 1. l. peculium, in princ. ff. de leg. 2. Cyn. & Bal. in l. etiam, C. de iure dot. Bar. in l. si conuenerit, §. si vnde, ff. de pignor. actio.* Assensus au-
18 tem idem operatur circa † connexa, quod super principali, *l. si de certa, C. de transactio. Isern. in cap. 1. colum. 5. qui succesſo. tenean.* vbi dicit, hoc procedere ex voluntate contrahentium, *sequitur Marin. Frecia, d. lib. 2. quæst. 3. num. 5. & quæst. 5. num. 5.* vbi allegat Iaſ. sic tenere, & quod assensus includat etiam connexa, voluit Paris de Put. *de feud. reintegra. cap. 236. num. 7. &*
19 *sequen.* quia vbi duo sunt connexa † iudicantur tanquam vnum, *l. hæredes palam, §. vno contextu, ff. de testamen. l. cum antiquitas, C. eodem tit.* Et hoc etiam voluit Camera. *in cap. Imperialem, in 12. conclu. folio mihi 464. de prohiben. feud. alien. per Feder.* Assensus ergo præstitus pro dote, sustinebitur etiam pro alimẽtis, quæ dotis occasione debentur.

Tertiò de natura dotalis cõtractus est, quod de-
20 seruiat oneribus matrimonij, & ad hunc † finem datur dos, *l. vbi adhuc, C. de iure dot. Doctores in l. si constante, ff. solu. matrim.* & inter onera matrimonij illud est præcipuè, quod alatur vxor, *vt supra dixi*, assensus
21 autem prẽstitus super vno contractu † censetur secundum naturam & qualitatem illius adhibitus, *l. si pupillorum, §. si pupillus, ff. de reb. eor. Roma. in l. vsusfructus, ff. solu-*

ff.solu.matr. Et hanc conclusionem cõprobat Paris de Put.*d.tract.de feud.reintegra.cap.236.num.2.* vbi infert post alios per eum citatos, quod consensus pa-
22 tris, † contractui adhibitus, sustinet iudicium pro exequutione illius cõtractus factum, sine suo consensu, & adhibitus in causa principali trahitur etiam ad causam appellationis, & quod domini consensus super matrimonio validat obligationem
23 feudi, & quod assensus † super constitutione dotis extenditur ad eiusdem restitutionem. Et dicit Marin Fretia, *d. lib.2. quæst.2. num.14.* quod assensus re-
24 gulatur † à contractu super quo interponitur *argumento l. si vno, ff. loca.* Et infert, quod assensus præstitus pro restitutione dotium faciẽda in omnem casum, & euentum dotium restituendarum, extenditur etiam ad casum, quando dos assecuratur
25 propter vergentiam mariti ad inopiam, † quia propter fructus dotis distribuendos vxorem, filios & familiam, ea conseruatio concernit restitutionem. Et infert etiam ad alias decisiones. Et idem Marin. *in quæst.10.num.6.* dicens, quod assensus regulatur ab actu super quo interponitur, *l.fi. C.de*
26 *de pact.* Et infert, quod per assensum actus † sui natura reuocabilis, non efficitur irreuocabilis. Et dicit Camerar. *in d.cap Imperialem, in 7. conclu. circa materiam extensionis, folio 410.* quod sicuti stipulatio assumit naturam actus, super quo interponitur, ita assensus secundum illam regulatur. Et subdit hoc esse notãdum, quia minuti feudistæ hoc ignorant. Amplectitur ergo assensus ea omnia, quæ veniunt in contractu, & sunt secundum illius naturam, & consequenter etiam alimenta.

Quartò assensus, quia à domino conceditur, dicitur beneficium, vt probabo infra in resolutione
27 contrariorum, ergo debet fieri latissima † interpretatio, *l.fi.ff.de constit princip.l.pen.ff.de dona.inter vir. & vxo. l.fi. C. de præpos. agen.in reb.lib.10.l.sancimus, §. exceptionem, C.de donat.* Ideò concesso vno venit omne consequutiuum illius, *Bal. & Claud. in l.2. ff. de iurisd. omn.iud.latè comprobat Carroc.in c.cum quid, in 1.par.§.ad secundum de beneficiis, num.10. & seq.* Et quod assensus amplectatur omnia, quæ consequuntur ex contractu super quo † fuit interpositus, tenuit Marin.
28 Frec. *d.lib.2.quæst.5.num.5.* vbi, quod includit ea, quæ sunt de sequela, *l.tutor rerum, vbi Bart. ff.de admin. tut.*
29 Et præstitus super antecedenti, † operatur etiam in consequenti. *l.1. §. item acquirimus, vbi Socin. & Ias. ff.de acquir.posses.* Et infert, quod includit hæredem, & ante hoc voluit Afflict. *in d cap.1.colum.4.qui succesſo.tene.quem citat & sequitur idem Frecia, d.lib.2. quæst.2. num.10.* vbi infert, quod præstitus super matrimo-
30 nio † operatur in constitutione dotis, & super pacto operatur super exequutione.

Quintò in alimentis militat eadem, imò maior ratio, quam in dote ipsa, quia dos datur pro alimentis vxoris, & pro aliis matrimonij oneribus
31 supportandis, & propter † quod vnumquoque tale illud magis, *vt in Auth. multo magis, C. de sacros. eccles.*
32 vbi autem eadem militat ratio, † idem ius esse debet, *l.illud. ff.ad leg. Aquil.* Et certum est, quod si dominus fuisset de alimẽtis interrogatus idem dixis-
33 set. Ideo haberi debet † pro expresso, *secundum gl. in l. tale pactum, ff. de pact.* quæ locum obtinet in omni materia, *vt post alios inquit decis. Pedem. 64. in fi. Marsi. in in l. si quis viduam, num.9. ff. de quæstio. Rol. cons. 97. num. 18. volum. 2. Tiraq in præfat. l. si vnquam, num. 56.* & assensus
34 super vno † præstitus extenditur ad id omne, quod sub mente, & finali ratione concedentis continetur, *Camerar. d.c. Imperialem, conclu. 4. ver. aliud est ergo, folio mihi 424.* quia secundum eũ donec durat cau-
35 sa, † durat assensus, *l. sicut, §. sed si permiserit, ff. quib. mo. pig. vel hypo. solu.* allegat communem sentẽtiam, quæ secundum eum à nullo fuit ponderata, *in cap. 1. de benef. frat. & in cap. 1. §. & quia, de his, quæ feud. dare poss.*

Sextò in terminis nostris est decisio Camera. *in d. cap. Imperialem, d. conclu. 8. ver. ex quibus hoc quoque colligo, folio mihi 407. & seq.* vbi reprehendendo Afflict. contrarium tenentem concludit, quod consensus
36 pro dote † adhibitus, extenditur etiam ad interesse, quod debetur pro retardata solutione dotis. *allegat Isern. in const. in aliquib. in ver. quintum decimum, colum. 7. in fi. & colum. seq.* Et mouetur, quia dos & interesse consideratur vt vnum & idem, non vt duo, *c. cum singula, de præben. in 6. c. dudum, de elect. eo. tit.* & dominus cogitando de dote, cogitauit etiam de interesse dotis, quod venit in consequentiam, *l. quanquam, ff. de ritu nupt. l. si cui, ff. si seru. vend.* Eandem sententiam, quod assensus cõcessus super dote datur quoque ad interesse, tenuit Marin. Frec. *d. lib. 2. q. 2. num. 11.* allegando Ias. Curt. iun. & Neguſ. Et *in fi.* dicit, quod concilium vigore assensus præstiti super restitutione dotis cuidam mulieri, concessit assicurationem super bonis prædictis etiam pro damnis, expensis & interesse. Et sanè non potest diuersa consideratio dari, quare magis restringi debeat cõsensus domini, quam hypotheca, & tamen
37 hypotheca constituta † pro sorte includit interesse & vsuras, *l. Lucius, ff. qui pot. in pign. hab. Bursa. latè cons. 32. nu. 10. & seq.* vbi multos allegat, & bona obligata
38 pro dote cẽsentur etiam obligata † pro alimentis dotalibus, *Specu. in tit. de dona. inter vir. & vxor. §. formatis, ver. sed nunquid bona viri, cum aliis apud Neguſ. d. tract. in 4. mem. 2. par. num. 47.*

Quibus sic explicitis non obstat, quod contrarium voluerit Afflict. nam pro hac parte stat decisio Isern. quem sequitur Camera. Et hic de veritate agimus quæstionis, non de authoritate tenentium eam. Et dum dicitur, quod assensus est stricti iuris, aduertendum est, quod tunc assensus est stricti iuris, quando dominus per illum aliquid concedit, quod est cõtra ius commune feudorum, vel
39 contra naturam, & qualitatem feudi, † vbi consentiendo nihil tradit, sed tollit tantummodo suę voluntatis impedimentum, tunc feudum non dicitur dispensatio, sed beneficium, & non interpretatur strictè, Martin. Lauden. *in c.1. in princ. colum. 2. de de his, qui feu. dare poss.* & melius cæteris, quos viderim declarat Camer. *in d.c. Imperialem, in 2. conclu ver. quod quidem argumentum folio mihi 344. & sequen. vbi allegat sic voluisse Bal. Martin. Laud. Claud. Saisel. & Ias.* vbi ponit exemplum, quando consensit dominus bastardus, quod alienetur, vel vendatur feudum fœmineum, tunc stricta fit interpretatio, quia dicitur priuilegium, sed quando consensit simplici vendi-

venditioni, vel obligationi, quæ secundum feudi naturam fieri potest, sed requirit domini consensum pro solo domini interesse, tunc non dicitur priuilegium, sed gratia & beneficium. Et idem Camerar. *in conclu. 14. ver. tertio, quod assensus, folio 502.* vbi dicit, quod assensus duplici modo consideratur:
40 primò, † vt priuilegium, & dispensatio, veluti, quando cõceditur super institutione bastardi, secundo modo, vt assentiendo tollatur obstaculũ, & impedimentum, quod residebat in voluntate domini, & hoc casu nõ est dispensatio, nec priuilegium, sed gratia & beneficium, & hoc secundo casu non modo non interpretatur strictè, sed latissimè accipitur. Ideo Isern. *in c. Imperialem, nu. 4.* appellat beneficium, † *& in c. 1. §. quid ergo, de inuesti de re alie. facta,* ap-
41 pellat gratiam, † ponit Camerar. locis prædictis, &
42 Frecia *d. q. 2. num. 10.* beneficium autem amplissimè interpretatur, *l. fi. ff. de constit. princ. & dixi paulò suprà.*
43 similiter gratia latè † interpretatur, *vt post Isern. Abb. & alios, concludit loquendo in assensu, Camera d. c. Imperialem, in 3. conclu. fol. 348.* vbi ait, quod est gratia, & debet latissimè interpretari. In proposito autem assensus nihil cõtinet, quod sit contra naturã, vel legem feudi, ergo interpretari debet latè, nõ strictè.

Etsi dicatur: aduerte, quod etiam beneficium
44 latè interpretatur solum, quoad expressa, † secus autem quoad ea, quæ non sunt expressa, quia in eis fit stricta interpretatio, vt declarando, *d. l. fi. inquit Isern. in d. c. Imperialem, num. 4. Camerar. 2. conclu. ver. ad hæc optimè facit, folio 345. & in tertia conclu. in princ. folio 348. & additio ad Isern. loco prædicto.* Respondeo enim, quod habetur pro expresso, quidquid sequitur ab
45 expresso, † licet illud videatur tacitum, *Bart. in l. fideiussor, § meminisse, ff. de leg. 1. alios citatis in cõs. 143. nu. 20.* vbi latè comprobaui, & expressum dicitur, quod
46 † ex mente colligitur, *l. prætor, §. 1. vbi glos. Bart. Bal. Ange. Imo. Roman. Castren. Alexan. & Ias. ff. de oper. noui nunt. cum aliis per me adductis, eo cons. 143. num. 19.* & assensus
47 † trahitur etiam ad id, quod tacitum est, sed subauditur à lege, *vt per Isern. in cap. 1. qui successo. tene. Camer. d. cap. Imperialem, conclu. 9. ver. & videtur dicendum, folio*
48 *436.* & non excluditur ab assensu, † quòd virtualiter sub assensu includitur, *vt probat Isern. in d. cap. Imperialem sequitur Marin. Frecia. dicta quæstio. 2. num. 8. & sequen.* & quod ex mente concedentis venit, illud
49 videtur expressum, & inclusum in assensu, † *Isern. in cap. 1. colum. fina. ff. de feu. non haben. propr. natur. feud. & in d. cap. Imperialem, num. 4. Camera. in 8. conclu. in princ. folio 411.* vbi dicit, hoc procedere, non per viam extensionis, sed comprehensionis, *& ad plura alia infert, vt per eum & Marin. d. quæstio. 2. num 9. post Isern. Afflict. Capyc. & Losred.* dicit, includi in assensu, quidquid venit de mente concedentis non per viam extensionis, sed comprehensionis. Interesse autem & alimenta veniunt tacitè & consequutiuè ad dotem, & dominus non minus cogitauit de eis, quam de ipsa dote, ideo facta expressione dotis in assensu, videtur etiam facta de alimentis, & interesse eius.

Secundò principaliter respõdeo ad id, quod dictum est, assensum esse stricti iuris, quod procedit, quando apponitur super contractu, qui sit stricti iuris, nam si apponatur in contractu bonæ fidei, di-
50 citur † bonæ fidei, quia, *vt supra dictum est,* assumit naturam contractus, super quo conceditur. *ita Camera. in d. cap. Imperialem, in 2. conclu. in princ. folio 342.* vbi, quòd sicuti stipulatio ita assensus interpretatur secundum qualitates contractuum, quibus adhibentur. Et ideo *folio 345. ver. ad hæc optimè facit,* inquit, quod etsi gratia sui naturę latissimè interpretetur, tamen fallit, quando adhæret contractui
51 stricti iuris. † Et ponat rationem, quia dominus præstando assensum non transfert feudum, sed id facit vasallus suo contractu, dominus autem solum tollit impedimentum, quòd suberat respectu suæ personæ, quod antea dixerat *in prima conclu. folio 337.* Et hoc modo in terminis respondet ad argumentum hoc idem Camer. *conclu. 7. in fi. ver. nec obstat, si quispiam subtilis, folio 410.* vbi ait, quod assen-
52 sus super dote præstitus, assumit † naturam bonæ fidei, quia dotis contractus est bonæ fidei, *§. fuerat, vbi Doctores, Institut. de actio.* & assensus secundum eum regulatur à contractu, non autem contractus ab assensu.

Non etiam refragatur, quod assensus sit quædam dispensatio, quia respondeo, quod etiam dis-
53 pensatio, † est gratia, quantumuis sit correctoria; *secundum Abb. in c. ad aures, colum. fi. de rescript. Aretin. in c. at si clerici, §. de adulteriis, colum. 7. de iudic.* quod enim canonico iure dicimus, dispensationem iure ciuili
54 appellari indulgentiam, † *vt Bald. in d. §. de adulteriis, ver. scias tamen, vbi etiam Dec. num. 3.* ideo ipsa quoque
55 dispensatio, quatenus est, gratia venit † extendenda, *Gemin. in c. 1. de fil. presbyt. Abb. in d. §. de adulteriis, sequitur Camerar. d. cap. Imperialem, ver. quod quanto magis, folio 493.*

Secundo respondeo, quod etiam si esset dispensatio rigorosè, & strictè intelligenda, tamen includeret etiam damna, interesse & alimenta, non per viam extensionis, sed per viam comprehensionis, *vt supra dictum est,* quia etiam in materia correctoria & odiosa, includitur casus, qui ex mente venit
56 disponentis, ita propriè loquendo de † assensu, Camerar. *d. conclu. 8. in princ. folio 411.* non enim dicitur extensio, quando eadem militat ratio, sed est de-
57 claratio & † interpretatio, *cap. 1. de tempo. ordin. lib. 6. Oldrad. cons. 185. in fi. & dixi in cons. 25. num. 39.* at in alimentis eadem, *vt dixi,* imo maior est ratio, quam in dote, ergo idem ius esse debet.

Tertiò respõdeo, quod etiam si dispensatio regulariter non admittat extensionem, tamen fallit,
58 quoad ea, quæ sunt † connexa, vel annexa, *vt voluit gl. not. ab. in c. quia in tantum, vbi not. at Abb. de præben. sequitur Ias. in l. 1. num. 3. C. de transact.* dicit enim gl. prædicta, quod dispensatio facta in vno trahitur ad omnia accessoria. Et Abbas *num. 4.* dicit, quod etsi stricti iuris sit, & strictam recipiat interpretatio-
59 nẽ, tamen extenditur ad cõsequutiua, & † dependentia. Et subdit, hoc dictum esse benè notandum, & obliuioni nunquam tradendum, & comprobat multis similibus, & præcipuè ex eo, quod voluit glos. *in cap. si quis clero, 7. quæst. 1.* quod dispensatio concessa super pluralitate beneficiorum, cen-
60 setur etiam concessa super residentia. Et eam glos.

præter

præter Abb. in loco prædicto tenuerunt multi citati à Carroc. *in c. cum quid, in 2. par. in 1. ampliat. num. 6. & sequen.* vbi, *num. 13.* dicit hoc maximè verum esse, quando agimus de dispensatione fauorabili, qualis ea est quam tractamus.

Quartò dixi supra, quod casus alimentorũ continetur sub expresso casu dotis, quia expressum dicitur, quod generalitate verborum continetur, vel quod etiam venit sub eadem disponentis. Ideo non est extensio, sed expressio, nam etiam, quando stricta fit interpretatio, id intelligitur, quoad ea,
61 quæ non sunt expressa, † sed in expressis latissima fit interpretatio, *vt post Isern. in d. cap. Imperialem, tenet Camer. ibi, ver. nam hic ponderationi, folio 494.* vbi ait, quod etsi gratia super materia stricta sit strictè interpretanda, tamen hoc est verum in non expressis, nam in expressis latè interpretatur. Et ratio est, quia quoad expressa est mera gratia, & nõ restringitur à natura rei, cui adhæret, & prædicta vera sunt
62 etiam, quando gratia est restricta † ad expressa taxatiuè, *vt per Marin. Freciam, d lib. 2. quæst. 3. num. 7.*

Non etiam resistit, quod restitutio in integrum concessa pro sorte non trahatur ad vsuras, *l. fi. §. Lucius, ff de cond. indeb.* Nam illud procedit in vsuris odiosis, quæ debentur propter moram, secus est in vsuris fauorabilibus, vt sunt alimenta, & interesse, quod debetur pro retardata dotium solutione,
63 hoc enim † tamquam fauorabile venit etiam in restitutione, *ita limitat & declarat Iaſ. in d. §. Lucius, nu. 3. ver. vnde respõde, & in l. 2. §. interdum, num. 5. ff. de vulg. additio. ad Ang. in d. §. Lucius*, & quod vsuræ prædictæ
64 sint fauorabiles probatur, quia omni iure † petuntur etiam canonico, *c. salubriter, de vsur. Bart. in l. atqui natura, §. non tantum, ff. de nego. gest. cum multis apud Rolan. in conſ. 65. num. 4. volum. 4.* Et dixi suo loco in præsenti opere.

Secundo limitat Iaſ. in locis prædictis textum in contrarium allegatum, vt non procedat in vsuris, quæ reputantur vnum, & idem cum sorte princi-
65 pali, sed locum habeat solum, quando † sunt quid diuersum à principali debito, sed iã supra ostendi alimenta, & vsuras dotales reputari pro vno cum ipso debito dotium. Et hanc resolutionem in proposito innuit Camer. *d. conclu. 7. circa finem, ver. quando aliud est, folio 409.* vbi distinguit inter interesse iuris dispositione debitum, & pœnam pacti promissam, & demum illud, quod accedit sorti tamquam accessorium.

Tertio respondeo, quod ille textus procedit in vsuris titulo lucratiuo debitis, secus autem est in vsuris debitis titulo oneroso propter interesse passum. Diuersimodè enim iudicatur de vsuris, quæ loco interesse debentur, ac fiat de aliis. Et ideo licet *in l. cum quidam, ff. de vsur.* dicatur, quod creditor
66 qui diu tacuit † videtur vsuras odiosas remisisse, tamen aliud est, quando quis est creditor de vsuris dotalibus, quia ex solo temporis cursu cum taciturnitate non censetur illas remisisse, *ita Ange. in §. fuerat, num. 9. in fi. Institu. de actio. Roman. conſ. 517. Dec. in conſ. 571. colum. fi. ver. secundo non obstat, alios citat Rolan. d. conſ. 65. num. 18. ver. secundo non obstat, volum. 4. Et plures citaui suo loco in hoc eodem tractatu.* Et hæc respõsio eadem videtur cum prima, licet Iaſ. non ita explicet, quandoquidem, *vt dixi paulò superius*, vsuræ dotales sunt fauorabiles, non odiosæ.

Minus aduersatur, quod dominus concedendo assensum pro sorte videatur denegasse pro reliquis, *argumento l. cum prætor, ff. de iud.* quia omittendo alias limitationes, quæ multa ad dictam legem applicari possent, respondeo non procedere quo-
67 ad connexa † quia ea quoque censentur inclusa, licet de illis non sit facta mentio, *Corset. singul. argumentum incip. tu habes, Meno. conſ. 14.* alimenta vero diximus habere cum dote connexitatem.

Secundo respõdetur, non esse locum obiecto,
68 quando eadem ratio † militat in casu omisso, quæ concurrebat in incluso, *gl. in d. l. cum prætor, Gerard. ſing. 7. Dec. in t. secundo requiris, num. 21. Menoch. in conſ. 14. num. 14. ver. quarto non procedit, Becius conſ. 42. num. 16.* In alimentis autem eadem, si non maior cadit ratio quam in dote.

Tertio dico, quod ex quo alimenta reputantur vnum & idem, cum sorte principali, satis dicuntur inclusa in assensu concesso super dote, quamuis de
69 eis nihil expresse dictum fuerit, quia † in toto continetur etiam pars, *l. si quis cũ totum, ff. de exceptio.* Vnde Isern. & Aluar. *in cap. Imperialem, de prohib. feud. alie.*
70 *per Feder.* dicunt assensum † præstitum super venditione feudi procedere etiam in parte vendita, *Frecia d. q. 2. num. 9.* Quando autem accessorium stat, vt vnum cum principali, tunc dominus cogitando de
71 † vno videtur etiam cogitare de alio, *Camerar. dicta conclu. 7. in fi. ver. ex quibus de hoc quoque, folio 408.*

Quòd verò dicitur obligationem fideiussoris nõ trahi ad interesse nõ videtur facere ad propositum, quia dominus non contrahit, nec se obligat, sed subtrahit impedimentum, quod alienæ obligationi obstat, *vt sæpius dictum est.*

Secundo respondeo, quod ideo non fit extensio in fideiussore, quia iam alienam suscipiat obli-
72 gationem, † strictè intelligitur eius obligatio, *l. blãditus, C. de fideiussor, l. stipulationem aliæ, §. satis acceptio, ff. de verbor. oblig. Dec. in conſ. 193. num. 3. Curt. iun. in conſ. 36. num. 5. Natta in conſ. 202. num. 5. Rolan. in conſ. 58. num. 20. volum. 1. & ante eos Bal. in conſ. 106. in fi. volum. 2.* assensus autem, quia assumit naturam actus, super quo interponitur, non est stricti iuris, quando adhibetur contractui dotali, qui, vt dixi, est bonę fidei, & ideo extenditur etiam ad interesse, & vsuras dotales.

Respondeo tertio tunc fideiussorem non teneri ad vsuras & alimenta, quando fideiussit habito respectu ad certam quantitatem sortis, puta pro centum: sed vbi simpliciter, & sine determinatio-
73 ne † quantitatis intercedit, tunc obligatur etiam ad vsuras. Et hoc modo intelligendus est textus *in fideiussores magistratuum, in princ. & §. 1. ff. de fideiusso. glos. in l. quæro, in princ. ff. locu. it a respondet Neguſan. de pign. in 4. mem. 2. part. num. 48. & 55.* & hoc est secundũ regu-
74 lam, quæ vult, quòd fideiussor † simpliciter acceptus intelligatur obligatus in omnem causam, quę oriri potest ex natura negotij, *l. quæro, ff. loca. l. si seruum, §. nunc videamus, l. morarei. ff. de verb. oblig. & melius in l. si quis pro eo, §. si numos, vbi notant Alber. & Castren. ff. de fideiusso. Florian. in l. ait lex, num. 2. ff. ad leg. Aquil. Castr.*

conſ 23.

conſ.23.colum.3.in fi.volum.1.Cravet.in conſ.45.num.6.Boer.deciſ.314.num.4. vbi vult, quod fideiuſſor tenea-
75 tur etiam pro eo, quod † acceſſit obligationi, quãdo fuit ſimpliciter acceptus. Et eſt textus *in l.ſi ab vno, ff.vt lega.nom.cauea.* quem ſingularem dicit Roman.*ſing.154.* ad idem eſt tex. *in l.amiſſi, §. fideiuſſores, vbi gloſ.in ver.dotis, ff. de fideiuſſor.* vbi fideiubens pro
76 ſcholari † conducente domum obligatur etiam pro ſuppellectili, *Roman.ſing.150. & ibi addit Marſil. d. rub.ff.de fideiuſſor.num.95. & ſequen.* Et quicquid dubij ſubeſſe poſſit in fideiuſſione, id omne ceſſat in aſſenſu, quia pręſtitus intelligitur in omnem caſum, qui includi poſſit verbis, licèt ſimpliciter ſit con-
77 ceſſus, † *vt declarat Camerar. loco ſæpiſſimè citato, concluſio.3. folio 349.* vbi probat, quòd licentia donandi feudum includit etiam donationem inter viuos
78 factam, quæ tamen effectũ ſortiatur † ſolum poſt mortem, quia appellatione donationis, venit omnis donatio, ſicuti conceſſa ad vendendum, amplectitur omnem venditionem, quidquid enim tenuerit Socin. *in conſ.278. num.6. volum.2. quem ſequitur Rolan. conſ. 80. num.51. volum.1.* indefinita etiam in
79 feudalibus, æquipollet † vniuerſali, *ſecundũ Iſern. in c.1. nu.3. de capit. qui cur. vend.* vbi ait, quod vendens baroniam, videtur omnia vendere, ex quo indefinita æquipollet vniuerſali, *Camerar.in d.cap.Imperialem, concluſ.8. ver.hinc etiam videmus, folio 419.* vbi dicit, eſſe quoque de mente Bald. & ſubdit procedere, quoad ea, quæ ſub expreſſis comprehenduntur, & quod Socinus errauit amore pecunię. Et certè Socini concluſio eſt nimis generalis: nam videmus, quod in ſtatutis quoque, quæ regulariter ſtrictè & propriè interpretantur, indefinita æquipollet vni-
80 uerſali, † ſi cadit eadem ratio, & materia ſtatuto inclusa non eſt correctoria, aut odioſa, *vt per Bar. in l. omnes populi, num.57.ff.de iuſtit.& iur. Baldus in l.fina.§.in computatione, num.17. C. de iure deliber.* vbi vult, quod in ſtatuto tunc indefinita æquiualeat vniuerſali, quando etiam æquiualeret in iure communi, *ſequuntur Bal. Ange. Dec. Curtius iun. Nellus & alij citati à Didac. variar. reſolut. lib.1. cap.13. num.8. ver. quarto hinc. deciſ. Pedemon. 168. num. 21. vbi allegat Bero. & Grat. alios citat Becius conſ. 51. num. 15.* Melius igitur eſt in feudis diſtinguere prout in ſtatutis, quia licet in feudis regulariter ſtricta fiat interpretatio, tamen ſæpè feudum continet gratiam & beneficium, vt diximus de aſſenſu. Comprobantur autem prædicta, nam quando inſtrumentum dotis producitur, in quo bona feudalia ſunt obligata, ſi petitur aſſen-
81 ſus, † cenſetur præſtari ſuper omnibus contentis in inſtrumento, quia de omnibus ibi incluſis iudicatur tanquam de vno. Ita determinat Iſern. *in c.1. qui ſucceſſo. tenean. quem citat & ſequitur Paris de Put. de reintegrat.feud. cap.236. num.8.& ſequen. declarat Camerar.dicta conclu.2. ver. quamobrem dixit, folio 343.* vbi tamen limitat, quando vti de Neapolitano ſtilo fieri conſueuit, apponitur clauſula, præterquam quoad expreſſa. Et hoc modo quidquid idem Marin. dixerit *in dicta quæſtio.20. num.7.* aſſenſus declaratur,
82 † & intelligitur ſecundum petitionem tantum, *Iſern. Paris de Put. d.cap.236. num.9. & 16.* Et eſt regula-
83 re, quòd reſcriptum † intelligitur ſecundum ſupplicationem Bal. *in cap. inter dilectos, in ver. cæterum, ibi, ex forma petitionis, extra, de fide inſtrum. Alexan. conſ.84. num.7. volum.1.* Et procedit etiam in iis, quæ ſtrictè interpretantur, vt in ſtipulatione, in qua reſpon-
84 ſio † intelligitur ſecundum interrogationem, *vt in §.præterea, Inſtit. de inutil.ſtipul.* & indefinita principis reſponſio aptari ſemper debet ad petitionẽ, quantum fieri poteſt, *Alexan.conſ.57.num.11. volum.5. pluries citat Becius conſ.55. num.4.& ſeq.* vbi refert Gozad. loqui etiam in priuilegio. Saluari autem poteſt Frecia, quando in aſſenſu adeſt clauſula quoad expreſſa tantum, alias maledicit, quod aſſenſus nõ intelligatur ſecundum petitionem, & ab ea non recipiat interpretationem, vt dictum eſt.

Quartò reſpondetur, quod etiam acceſſiones veniunt in contractu fideiuſſionis, quando fide-
85 iuſſor adhibetur in contractu, † qui eſt bonæ fidei, vti ſupra diximus, eſſe contractum dotalem, nam fideiuſſio, ſicuti etiam ſtipulatio, intelligitur ſecundum naturam contractus cui adhibetur, *ita declarat Neguſan.de pignor.in 4. mem.3. par.num.56. & ſeq.* vbi concludit, quod fideiuſſor ſimpliciter intercedens, tenetur etiam pro vſuris iudicis officio debitis pro dote, vel alio contractu, qui ſit bonæ fidei. Et eius reſponſionem in propoſito noſtro approbat & communem dicit Camera. *d.conclu.7.in fi.ver. nec obſtat quod cumulauit,* & ſubdit eſſe notandum.

Vltimò, non mouet, quod ſi conſenſus extenderetur ad alimenta, dominus puniretur pro culpa & mora vaſalli, quod eſſe non debet. Sed reſpondeo, nõ poſſe hoc caſu dici, quod plectatur dominus pro alterius delicto, poſtquam ipſe conſenſit feudum obligari pro contractu vaſalli, contractus
66 † enim à principio ſunt voluntatis, poſtea vero neceſſitatis, *l.ſicut, ff.de actio.& obliga.*

SVMMARIVM.

1 *Bonorum dominium tranſit in fiſcum in crimine læſæ maieſtatis poſt accuſationem correctam.*
2 *Adminiſtratio interdicitur in crimine læſæ maieſtatis à die cogitati delicti.*
3 *Voluntas in mente retenta nihil operatur.*
4 *Cogitationis pœnam nemo patitur, præterquam in crimine læſæ maieſtatis.*
5 *Dominium bonorum hæretici tranſit recta via in fiſcum à die commiſſi delicti.*
6 *Adminiſtratio bonorum hæretici interdicitur à die delicti commiſſi.*
7 *Hæreticus nullũ omnino actum iuris ciuilis facere poteſt.*
8 *Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipſe habeat.*
9 *Filij eius qui commiſit in maieſtatem principis, deberent mori.*
10 *Ali nemo debet ex bonis, quæ ſibi auferuntur ob delictum.*
11 *Paupertas extrema dicitur, quando à nullo debentur alimenta.*
12 *Alienationis prohibitio non includit eam, quæ fit ex neceſſitate.*
13 *Prohibitio alienationis facta à lege, homine, vel ſtatuto, non includit neceſſariam.*
14 *Neceſſitas facit licitum, quod alias erat illicitum.*
15 *Neceſſitas continet impoſſibilitatem.*
16 *Neceſſitas nulla maior eſt fame.*

17 Debitor rectè soluit suo creditori pendente accusatione.
18 Reus pendente accusatione potest soluere suo creditori, vel dare bona in solutum.
19 Fiscus tenetur filiam delinquentis dotare etiam in crimine læsæ maiestatis.
20 Pater delinquens si filiam dotauit pendente iudicio sustinetur actus.
21 Filij sunt alendi ex bonis patris condemnati.
22 Reus delatus potest vendere pro se alendo & defendendo.
23 Defensio est de iure diuino, naturali & ciuili.
24 Possessio bonorum non aufertur delinquenti in crimine læsæ maiestatis nisi post sententiam.
25 Reus pendente accusatione exigit fictus, & canones sibi debitos.
26 Ratione cessante ipsa quoque cessat dispositio.
27 Necessitatis causa concessum non extenditur vltra quam ipsa necessitas extendatur.
28 Dare in solutum non potest, qui non habet rerum suarum administrationem.
29 Alimenta reo non debentur, nisi lite pendente.
30 Alimenta post latam sententiam condemnatoriam reuocantur nulla facta pretij restitutione.
31 Alienatio pro alimentis facta post sententiam, quæ transiuit in iudicatum, est nulla.
32 Alienationes factæ post sententiam pro debito necessario sunt validæ.
33 Restitutio facta ab hærede qui repudiauit, non potest impugnari à substituto vulgari, si erat restituenda.
34 Facta multa tenent, quæ fieri prohibentur.
35 Captura nulliter facta, nō retractatur si cōstat de debito.
36 Tenuta nulliter concessa non retractatur si erat concedenda de iure.
37 Circuitus sunt euitandi.
38 Rationes plures quādo concurrunt, nisi sufficit vnā tolli.
39 Duo si obstant, vno sublato remanet alterum.
40 Ratio naturalis non minus debet mouere, quam lex.
41 Datio in solutū facta vero creditori ab ingresso sustinetur.
42 Alienatio facta à reo delatam post sententiam est nulla.
43 Minus restituitur ad rem venditam iusto pretio quando non expediebat sibi illam vendere.
44 Interesse quando cessat nemo auditur.
45 L. si patronus, §. fi. ff. ad Trebellia. quomodo intelligatur.
46 Capturam iniustam non tenetur iudex confirmare.
47 Tenutam nullam iudex non tenetur confirmare.
48 Circuitus non sunt euitandi, quādo aliqua subest vtilitas.
49 Exequutio nulliter facta nō retractat nisi oblato debito.
50 Nullitatem exequutionis allegās tenetur soluere debitū.
51 Datio in solutum facta pro maiori summa, quam sit debitum non retractatur nisi soluto integro debito.
52 Retineri non potest vna res pro alia.
53 Retentio conceditur quando res peruenit ad creditorem ex causa illius debiti pro quo retinetur.
54 Creditor secundus, non reuocat pignus alienatum, nisi soluto eo, quod emptor tradidit primo creditori.
55 Retentio conceditur creditori pro suo credito, quando secundus creditor vult rem ab illo emptum auocare.
56 Creditor accipiens in solutum rem sibi obligatam extinguit creditum.
57 Retentio conceditur ei, qui sua pecunia debitoris absentis pignus liberauit.
59 Officium iudicis competit, quod ex re mea quis factus est locupletior.
59 Officium iudicis competit, quando actio defecit.
60 Fiscus reuocans alienato post sententiam, pendente tamen appellatione soluit pecuniam, quæ versa est in alimenta damnati.
61 Alienatio facta pro alimentis reo pendente appellatione sustinetur, sed retractatur, confirmata exinde sententia.
62 Reo licet irreuocabiliter pro alimentis alienare post latam sententiam, si tamen pendet appellatio.
63 Appellatio dicitur tiriaca aduersus iudicis venenum.
64 Appellatio dicitur defensio.
65 Appellatione pendente ea omnia fieri possunt, quæ permissa erant lite pendente.
66 Appellatione pendente, licet possessori suam continuare possessionem.
67 Alienatio facta à reo appellatione pendente sustinetur, si in causam alimentorum post sententiam facta sit.
68 Litigiosa res potest alienari ex causa necessaria.
69 Appellatione pendente permittuntur ea, quæ tendunt ad faciliorem exitum appellationis.
70 Appellatione pendente expediri possunt omnia quæ dilationem non patiuntur.
71 Appellatio causam reducit ad eum statum, in quo erat ante sententiam.
72 Paria sunt sententiam non esse latam, vel appellatione suspensam esse.
73 Bart. in l. post contractum, nu. 15. ff. de donat. reprobatur.
74 Paria sunt pendente appellatione, vel durare tempus ad appellandum.
75 Alienatio facta à reo lite pendente, non valet, nisi constet de vero debito.
76 Confessio in prohibitis non probat.
77 Iuramentum non validat confessionem in prohibitis.
78 Datio in solutum facta vero creditori à reo lite pendente non valet, nisi facta pro iusto pretio.
79 Datio in solutum reuocatur in totum, quando facta est pro maiori summa, quam sit debitum.
80 Datio in solutum non reuocatur, quando non est erratum in quantitate debiti, sed res data est, quæ est maioris valoris.
81 Datio in solutum facta à parte de re, quæ est maioris valoris, quam fuerit æstimata in nullo reuocatur.
82 Alienatio, quæ ex causa permittitur contra iuris regulas sustinetur quatenus extenditur causa illa.
83 Datio in solutum facta à iudice de re maioris valoris, quàm sit debitum, non vitiatur in totum, sed illud plus restituitur debitori.

QVÆSTIO XXXII.

MVLTI sunt casus, quibus alienatio ipso iure interdicitur, imo & administratio rerum propriarum, præcipuè, quando pœna imponitur ipso iure, & facto à die commissi criminis, vt in crimine læsæ maiestatis humanæ, per text. *in l. quisquis*, C. *ad leg. Iul. maiest.* et-
1 iam antequam † accusetur, *Odofr. in l. eorum patrimonia, colum. 2. num. 7.* C. *de iure fis. lib. 10.* Imo interdicitur administratio à die nedū perpetrati, sed etiam co-
2 gitati criminis, † vt probat tex. *in d. l. quisquis, §. emancipationes. imo quo primū memorati de ineunda factione, & societate cogitarunt, quem ad hoc ponderat Gigas, de crim. læsa maiest. lib. 2. tit. de pœnis commit. crim. q. 23. in fi.* Picus *in l. post*

in l. post contractum num. 77. ff. de donatio. Licet enim re-
3 gulariter voluntas † in mente retenta nihil operetur, *Aretin. in l. Titia, §. idem respondit, il 1. in fi. ff. verbor.*
4 *obligation.* & cogitationis pœnam nemo † patiatur, *l. cogitationis, ff. de pœnis*, tamen in dicto crimine speciale est propter illius atrocitatẽ, *vt in d. l. quisquis, in princip. in ver. cogitauerit, & in dicto §. emancipatione, Iacob. de Aretin. l. si quis non dicam rapere, C. de episcop. & cleric. sequitur Afflict. & Sigis. Losred. quos citat & approbat Gigas d tracta. lib. 1. tit. qualiter & à quib. quæst. 66. circa fi.* Et quod in eo crimine statim interdicta sit administratio, voluit Bart. *in l. Imperator, ff. de iure fisci, vbi reprehendit Din. cõtrarium tenentem, idem tenuerunt Cyn. glos. Bart. Imo. Socin. & alij apud Gigan. d. tit. de pœnis committen. quæst. 23. ponunt Picus & Ioan. Annib. in d. l. post contractum.* Et idem est in crimine hæresis, quia domi-
5 nium à die commissi delicti, transit † recta via in in fiscum, eoque priuatur hæreticus ante latam sententiam, *glos. in cap. qui maximum, quæst. 7. Geminia. in cap. cum secundum, cap. confiscationes, de hæret. in 6. Ang. in Auth. de incest. nupt. num. 2. & 4. & idem voluerunt Butr. Abb. Felin. Dec. & multi alij, quos ad hoc citat Menoch. in*
6 *cons. 185. num. 8.* Et eadem ratione † interdicitur administratio, *d. c. cum secundũ, vbi not. Anch. num. 1. Frãch. & alij in c. præsidentes, de hæret. in 6. sequitur Brun. Carrer. Grillan. Gondisal. Boßius, Corrad. ad Locatell. & alij plures adducti à Bursa. in cõs. 14. num. 3.* vbi quod etiã efficitur intestabilis, & si alienet, reuocantur per fiscũ bona alienata, nec est necessaria pretij restitutio. In prędictis ergo & aliis casibus, in quib. delinquens ipso iure dominij, & administratione rerum suarum priuatur, videndum est, an delinquenti liceat pro alimentis suis alienare bona aliqua ex iis quæ possidet. Et primo aspectu videtur dicendum, quod non, quia si administratio est interdicta, nullum omnino actum iuris ciuilis facere potest, vt de hæ-
7 retico † dicitur, *in l. omnes, & l. Manichæos, C. de hæret. in l. 2. C. de summa Trinit. Rosred. in Sabbati, quæst. 42. in prin.* & vendendo, seu alienando non potest plus iuris
8 in alium transferre, † quam ipse habeat, *l. traditio, ff. de acquiren. rer. dom. cap. nuper, de donat. inter virum & vxorem, cap. nemo, de reg. iur. in l. nemo plus, ff. eod.* & qui nihil habet, nihil etiam dare potest, *cap. Diabertum, 1. quæst. 7. cap. quomodo, de consecrat. distinct. 4. l. si filius, C. de donat. Dec. & Cagnol. in d. l. nemo plus.* Secundò, quia ex text. *in d. l. quisquis*, alimenta denegantur filiis, licet ij non deliquerint, ergo multo magis denegabuntur patri, qui deliquit, & ibi dicitur, quod filij
9 † eodem perire deberent supplicio, sed vita conceditur Imperatoria lenitate. Et hęc sententia clarior videtur post latam sententiam, quia delinquens eo casu morte, non vita dignus est. Tertiò,
10 alimenta non sunt alicui præstanda ex bonis † quæ per delictum sibi auferuntur. *vt inquit Bald. in Auth. bona damnatorum, num. 4. C. de bon. damnato. Socin. in cons. 124. num. 4. volum. 3. Bal. Martin. Laud. Aluar. & Car. Alexan. in cap. 1. §. si vero violator. in tit. de pace constan. Io. Lup. in repet. c. per vestras, §. 19. in fi. de donatio. inter virum & vxorem, Tiraquel. de retract. consang. §. 1 glos. 9. num. 70.* Quartò, videtur probari, *in d. l. quisquis, in §. filij vero*, vbi dicitur, quod filiis mors esse debet solatium, & vita supplicium, & perpetua debet laborare inopia. Si in filiis hoc dicitur, multo magis obtinebit in patre, qui si haberet alimenta, vtique non labo-
11 raret extrema † inopia. Non enim dicitur talis esse is, cui ab aliquo debentur alimenta, *vt declarat Bart. in l. si quis à liberis, §. item rescriptum, & in l. pen. ff. de liber. agnoscen. vel alen.* Contraria tamen opinio verior est, quia prohibita alienatione, non venit illa, quæ
12 fit ex sola necessitate, † *l. 1. ff. de fun. dota. l. 3. §. item quæro, ff. de reb. eor. l. alienationes, vbi Alber. & Florian. ff famil. erciscun. l. pero, §. prædium, ff. de legat. 2. Ioan. And. in cap. verum, de cond. app. Archid. in c. Apostolicos, 12. quæst. 2. Bart. in d. l. 1. Bald. in Authen. hoc ius porrectum, num. 10. ver. sed pone, C. de sacrosan. eccles. Ange. in Authen. de alien. & emphyt. num. 15. Alexan. in l. filius familias, §. diui, colum. 2. ff. de leg. 1. & ibi Ias. num. 21. Opiz. on. num. 11. Ripa, num. 24. Tiraquell de retract. consang. §. 1. glos. 14. num. 11. Anchar. famil. quæstio. lib. 2. quæstio. 6. num. 15. Becius, in cons. 100. num. 6.* Et procedit hæc conclusio, siue prohibitio sit à
13 † lege, siue à statuto, siue ab homine, *vt post Marsi. & alios probat Ioan. Annib. d. l. post contractum, num. 263. Cæphal. in cons. 47. num. 21.* vbi loquitur in prohibitione statuti, *Benintend. Rota Bonon. decis. 48. num. 15.* vbi, siue fiat à lege, siue ab homine, fit enim licitum ne-
14 cessitate † vrgente, quod alias erat illicitum, *l. 1. vbi nota. ff. de offic. consul.* & cum lex præcipere debeat possibilia, non censetur loqui in casu necessitatis,
15 quæ præsupponit impossibilitatem, vt inquit Bal. *in l. diuus, ff. de petit. hared.* Et vulgo dicimus, quod necessitas legem non habet, *l. quæ propter necessitatem, vbi Dec. & Cagno. ff. de reg. iur.* nulla autem mă-
16 ior necessitas considerari † potest quam famis, *Baldus in cons. 406. colum. 1. volum. 5. Tiraquel. de pœnis temper. cau. 33. per totam, Benincas. de pauper. quæstio. 7. specia. 9. iudic. num. 20. Rolan. in cons. 52. num. 24. volum. 2. Menoch. cons. 31. num. 9.* Secundò, quod alienatio necessaria non sit prohibita, probat text. *in l. reo, ff. de sol.* vbi di-
17 citur, quod reo postulato rectè soluitur † à debitore, *& ibi notant Bart. & alij, idem volunt Doctores, in l. post contractum, ff. de donatio.* Tertiò facit, quia reus potest nihilominus soluere suis creditoribus alie-
18 nando bona, † *vt voluit Bart. in d. l. post contractum, numero 12. vbi Imo. colum. 2. sic declarat.* Nisi tamen pro minimo debito daret bona in solutum magni valoris. Et hoc modo sustinet dictum glos. *in d. l. reo, & in l. ex iudiciorum, ff. de accusatio. Salicet. in l. si quis posthac, colum. 5. de bonis proscript. Picus d. l. post contractum, num. 76.* vbi subdit rationem esse, quia si reus non soluisset, fiscus ipse fuisset coactus soluere. Ideo cogitur ratam habere solutionem factam à reo, *Boss. in titu. debito. an delinq. solu. poss. in princ.* vbi ait, quod relinquens potest dare in solutum bona sua creditori, nisi rem magni pretij dederit pro paruo debito; & subdit, quòd si de debito cõstaret per solam confessionem delinquentis, ea non noceret fisco, & ibi etiam ponit, quando de solutione constat solum per scripturam delinquẽtis, quæ omnia repetit Peregrin. *in tract. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 176. & num. 183.* In quibus locis dicit etiam, quod coloni & fictuarii reo delato tanquam vero possessori rectè soluunt. Quartò, eadem ratione quidquid tenuerit Picus *in d. l. post contractum, num. 74.* etiam post commissum crimen, & sequutam sententiam

condemnatoriam fiscus tenetur dotare filiam de-
19 linquentis,† *Afflict. post Isern. in cap. 1. in princ. in gl. 3. nume. 80. quæ fuit priu. cau. benef. amitten.* vbi dicit obseruatum sic fuisse à rege Ferdinando in crimine rebellionis, *Gigas in tit. de crimine læsæ maiest. lib. 3. cap. 15.* Et non solum tenetur fiscus, sed si pater ipse dotes
20 dedisset † bona fide sustinetur actus, *argum. l. 1. §. sed si libertus, ff. si quid in fraud. patro. ita clarè Pereg. d. lib. 5. titu. 1. num. 77.* Quintò, eodem modo in bonis condem-
21 nati debentur alimenta † filiis, *Ange. in cons. 357. in 2. dub.* vbi allegando, *l. quisquis*, dat intelligere, quod sua decisio etiam in damnato ob læsam maiestatem, *Ripa in l. ex facto, num. 9. ff. ad Trebellia.* Et latissimè comprobat hanc sententiam Becius *in cons. 8. fere per totum, Pereg. d. lib. 5. titu. 1. num. 76.* vbi loquitur expresè in crimine læsæ maiestatis, & sic quoad alimenta, & dotes filiarum fuit iudicatum, in ea causa, in qua Becius consuluit in confiscatione bonorum illustris cuiusdam viri, cuius nomen reticeo, ne cuiquam iniuriam faciam. Sextò in terminis, quod sustinetur alienatio, quando facta est
22 pro alimentis † rei delatis, voluit Bart. *in d. l. post contractum, num. 12. ibi eum sequuntur Picus, num. 75. & sequen. & Io. Annib. num. 263. post Imo. colum. 2.* qui omnes idem dicunt in impensa, quæ fit in exemplandis scripturis, in aduocato, in procuratore, & aliis cõcernentibus defensionem. Et dicit text. *in d. l. res, in fi.* quod alioquin plerique innocentium necessa-
23 rio sumptu egebunt. Et cum nemini † deneganda sit defensio, quæ iure ciuili, naturali, imo & diuino competit, *vt latè probat Becius cons. 51. num. 8.* tolleretur hoc modo per indirectum, & sæpè etiam innocens damnaretur contra *l. absentem, ff. de pœnis, vti considerat Picus, loco prædicto.* Hanc etiam conclusionem Bartoli dicit singularem & notandam Salice. *in d. l. si quis posthac, colum. 5. Peregr. d. tit. 1. num. 179. in fi. Bursa. cons. 14. num. 29.* Et ex prædictis respondetur ad argumentum supra in contrarium allegatum, quod statim commisso, imo cogitato delicto, fuerit ipso iure delinquens priuatus dominio rerum suarum, imo etiam administratione, quia hoc est verum, quoad actus voluntarios, secus vero quoad eos quos de necessitate facere tenetur. Præterea licet interdicta sit administratio, quatenus est iuris, nõ tamen est sublata quatenus est facti: nam etiam in crimine læsæ maiestatis exequutio non
24 fit, nisi mediante † sententia & possessio, quatenus est facti, remanet penes delinquentem, *vt latè probat Bursa. in cons. 14. num. 18. & sequen.* vbi loquitur in crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ. Dum autem administrat de facto, sustinetur quicquid ipsam cõcernit administrationem, si bene factum
25 sit, ideo iure exigit † canones sibi debitos, & pensiones à conductoribus & colonis, *l. si vrbana, ff. de condit. indeb. Anchar. cons. 285. & post Bosium tenet Pereg. d. lib. 5. num. 176. ver. intellige præter quam.* Quare ergo non eodem modo sibi licebit de alimentis sibi necessariis prouidere.

Et hæc quidem rectè, & sine difficultate transeunt meo iudicio, quoad alimenta ante sententiam debita, sed dubium maius est quoad alimenta post ipsam sententiam condemnatoriam. Videtur, quod non debeantur: illa enim cum ad vitæ sustentationem pertineant, ei dãda non sunt, quem lex morte non vita dignum statuit. Et hoc casu cessat ratio leg. *reo, ff. de solutio.* quia clarum cum sit, eum esse culpabilem, stante sententia non potest considerari inconueniens ibi allegatum, ne innocens aliquis necessario egeat sumptu. Cessante au-
26 tem ratione legis, cessare † debet dispositio, *cap. cum cessante de appella. Tiraquel. in tract. cessan. cau. in principio.* Hoc etiam casu non potest considerari necessitas, & fauor defensionis, cuius causa inductum est, quod liceat reo bona alienare. Concessum autem ob necessitatem, non permittitur, nisi quatenus
27 ipsius necessitatis † termini exigunt, *cap. 2. vbi Card. Anchar. & Butr. no. de custod. Eucha. Tiraquel. dicto tracta. parte 1. num. 179.* Et lata sententia iam cessat defensio, quæ sicuti suadent deneganda esse alimenta, ita ex aliis videtur non sustineri alienationem bonorum, si quæ facta sit à reo post sententiam pro habendis alimentis: nam lata sententia dominium rerum ipsius damnati transiuit in fiscum irreuocabiliter, & pleno iure, *vt dictum est in principio.* Se-
28 cundò, qui non habet † administrationem, non potest dare in solutum aut soluere, *§. admonendi, Institu. quib. alien. licet, vel non.* Tertiò, non reperitur iure cautum, quod reus post sententiam habeat
29 alimenta & expensas † in bonis suis, nisi lite pendente, *l. fina. C. de ord. cog. quem textum dicit notandum & singularem Picus, d. l. post contractum, num. 90. in fine.* Addo, quod multo minus iure cautum reperitur, quòd reus possit alienare post sententiam confiscationi bonorum. Quartò, certum est, quòd post latam sententiam non licet reo criminis alienare, imo quæcunque alienationes post eum factæ sunt
30 nullæ, & † reuocantur nulla facta pretij restitutione, *secundum Bart. in d. l. post contractum, num. 15. in quinto tempore, vbi Doctores omnes, præcipuè Picus, num. 85. Peregrin. dicto lib. 5. titu. 1. num. 181.* Et prædicti Doctores loquuntur indistinctè de quacunque alienatione, nec discrimen cõstituunt inter eam, quæ fit ex necessitate, & aliam, quæ fit ex voluntate, *vti distinguunt in aliis temporibus.* Quintò, hoc videtur voluisse in specie Picus, *in d. l. post contractum, num. 89.*
31 vbi dicit, quod alienatio † facta pro alimentis post sententiam, quæ transiuit in iudicatum, non sustinetur per prædictas rationes, & infert generaliter ad omnes alias necessarias alienationes, & solum vult alienationes sustineri, quæ pro alimentis factæ sunt appellatione pendente, sed quoad factas post sententiam, quæ fecit transitum in iudicatum vult absolutè, quod non valeant, & cum eo transit Io. Annib. *loco prædicto, num. 315.*

Sed hæc sententia non videtur omnino tuta, quinimo videtur, quod lata sententia factæ alienationes sustineantur, si bona fide, sine fraude, & pro iusto pretio sint factę: nam etiam post sententiam latam, & donec viuit, condemnatus est alendus, vt supra dictum est de quocunque carcerato, & condemnato, cui enim vita dimittitur, iniustè denegantur, quæ ad vitæ sustentationem sunt necessaria, & sibi imputat fiscus, qui sententiam non exequitur, cũ possit hoc facere nullo omnino ob-

stante

stante impedimento. Cum ergo hoc sit debitum fisci, reum alere carceratum, vel condemnatum, & consequenter, hanc impēsam fiscus effugere non possit, sitque necessaria, sustinetur alienatio facta à condemnato. Id quod probatur ratione, quæ allegatur pro sustinenda datione in solutum facta vero creditori, quia cum ad soluendum fiscus cogi possit ratam eam habere debet, *vt supra dictum est, & ponunt Bart. & alij supracitati.* Quæ ratio militat non minus post sententiam, quam ante, vt ex ea inferatur, sustineri dationem in solutum factum vero creditori post sententiam, *vt voluit Picus, d.l. post contractum, nu. 88. & seq.* vbi infert alienationes † omnes 32 factas pro necessario debito post sententiam retractari minimè posse, licet tanquam ab aliis non tactum, & nouum dictum relinquat cogitandum, allegat text. *l. si patronus, §. fi. ff. ad Trebellia.* vbi, etsi hæres, qui repudiauit, non possit hæreditatem restituere, † *vt tenet ibi glos.* tamen substitutus vulgaris 33 cogitur ratam habere restitutionem ab eo factam. Et idem videtur tenere, quamuis non admodum tenaciter Io. Annib. *ibi, num. 314. & seq.* & facit, quia Bart. ibi loquendo de donatione in solutum facta à reo, non distinguit tempora, *vt facit in alijs casibus.* Si ergo, id est, in solutione debiti ex alia causa per condemnatum contracti, quare non idem erit in debito ex causa alimentorum per ipsum fiscū con- 34 tracto, facit etiam, quia multa facta tenent † quæ fieri prohibentur, *l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur.* & captura non ritè facta nō retractatur, si constat de debito, sed vel confirmatur, vel de no- 35 uo † conceditur secundum Castren. *in conf. 473. nume. 4. ver. postremò, & conf. 19. num. 2 ver. præterea, ex quo, volum. 1. Rub. Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 147. ff de acq poss. Ias. in l. à diuo Pio, §. in venditione, num. 12. ff. de re iudic. Bertac. de episcop. in 3. par. 1. lib. num. 67. quæstio. 49. Cranet. in conf. 46. num. 7. & Cotta in memor. incip. creditor faciens.* Hinc dixit Ange. *in l. si finita, in* 36 *princ.* quod tenuta, quæ nulliter fuit à iudice † concessa non retractatur, sed confirmari debet, si de iure erat danda, *sequuntur Castrens. Imola, Salicet. & alij citati per Alexan ibi, colum. antepen. & penult. Abb. in conf. 29. in fi. volum. 2. Ang. Aret. in §. quadrupli, num. ... colum. 19. ver. ego autem, Instit. de action. Ias. in l. fi. num. 19. C. de edict. Diui Adrian. tollen. Dec. conf. 449. num. 17. Curt. iun. in conf. 127. num. 5. & in d.l fi. num. 75. & 85. Ruin. conf. 91. num. 17. volum. 5. Grat. conf 37. num. 27. volum. 1. Gozad. conf. 21. colum. 7. Bero. conf. 162. num. 15. volum. 3.* Vitari 37 enim debet circuitus † iuxta notata, *in l. singularia, ff. si cert. pet.* Et non obstat, quod ali non debeat, qui morte dignus est, quia hoc esset verum, nisi fiscus ipse, differendo sententiæ exequutionem, esset in culpa: quandiu enim differtur, alendus est condemnatus, & sibi imputare fiscus debet. Non etiam mouet, quod cesset ratio defensionis, quia sat est, 38 quod alia subsistant: quando enim plures † concurrunt rationes, non sufficit vnam tolli, *§. affinitatu, Instit. de nupt. Ias. in l. cum filio, num. 146. ff. de lega. 1.* Et quando duo obstant vno sublato remanet al- 39 terum, † *l. si quando, C. de inoffic. testam. multos citaui in conf. 50. nu. 27.* Non etiam resistit, quod condemnatus nō sit dominus, & sit interdicta administratio, quia id impediret quidem alienationem faciendam, sed factam non annullat, ex quo subsistit debitum per supra dicta. Et licet iure cautum non reperiatur, quod reus post sententiam consequi possit in suis bonis alimenta, *vt dicunt Picus, & Io. Annib. in l. post contractum,* tamen benè cautum reperitur, quod est alendus siue de suis, siue de fisci bo- 40 nis, & vbi deesset lex, non deficit naturalis † ratio, quæ nō minus quam lex mouere debet, *l. in summa, §. item nauis, ff. de aqua pluu. arcen. Buttr. in cap. 3. de præben. Iser. in prooem seu. colum. pen. Ias. conf. 92. num. 32. volum. 1. Natta in conf. 129. num. 2.* nec aduersatur, quia etsi factæ post sententiam alienationes retractentur, tāmen id fallit in necessariis, vt de datione in solu- 41 tum creditoribus † facta, dicunt Bart. Picus, & Io. Annib. *d.l. post contractum.* Et licet Bart. & Doctores in contrarium allegati non distinguunt, tamen ita intelligendi sunt per rationes prædictas præcipuè, quia quoad necessariam alienationem eadem militat ratio pro ea, quæ fit post sententiam, sicuti pro ea, quæ facta est ante. Nec obstat authoritas Pici, & Io. Annib. quia ex prædictis apparet, eos non attigisse finalem rationem quæstionis, & presupponere pro vero, quod tamen est in iure falsum, quod scilicet post sententiam non debeantur alimenta.

Pro resolutione tamen existimo dici posse, alienationem esse nullam, & consequenter reuocandam, sed non aliter admittendum esse fiscum ad alienatorum reuocationem, nisi refundat quantitatem erogatam in alimenta cōdemnati. Primum autem dictū probatur ratione, de qua supra, quod penes condemnatū nullum extat dominium, nulla administratio, imo nulla facultas contrahendi, aut ciuilem aliquem actum faciendi. Et non obstat, quod liceat condemnato dare in solutum pro ære alieno iam contracto, quia hoc est falsum. Dicunt enim Bart. & alij omnes *in d. l. post contractum,* 42 quod indistinctè nullæ sunt † alienationes, quæ fiunt post latam sententiam. Et Bar. ibi discurrendo per quinque tempora concludit alienationes factas quatuor primis temporibus esse validas, sed reuocari sæpè tamquam factas in fraudem fisci. Et *num. 12.* quærit, an eis quoque casibus valeat, id est, sustineatur, & reuocatione defendatur datio in solutum, sed respectu quinti temporis dicit absolutè inualidas esse alienationes mero iure, & non est bona ratio, dum dicitur, quod fiscus tenetur ratam habere alienationem factam à condemnato, quia fecerit is, quod fiscus facere debebat. Nam fiscus non tenebatur alienare pro alendo carcerato, & non tenebatur carcerati bona potius quam sua dare in solutum, sed potuisset alimenta præstare in speciebus, vel ei qui præstitisset soluere in pecunia, & potest interesse fisci, quod rem habeat, & pretiū soluat, vti dicimus de minore, qui dicitur, quia vendidit rem, quam tunc vendere non erat expe- 34 diens, ideo restituitur ad rem † licet non sit læsus in pretio ex quo præstabat rem habere quam pretium, *Bart. in l si sine, §. interpositio, circa fi. de administr. tuto. de quo per Sfort. Odum de rest. in integ. quæst. 57. art. 2. num. 10. & artic. 4. num 31.* Et non obstat *l si patroni, allegata à Bart. in d. l. post contractum. nu. 17. & à Pico, nu 88.*

quia ibi substitutus vulgaris tenebatur corpora eadem restituere, quæ iam restituerat hæres, & consequenter cessabat omne interesse suum, eo vero cessante, non poterat restitutionem impugnare
44 factam ab hærede: nemo † enim auditur nisi sua interfit, *l. si vnus, §. ante omnia. ff. de pact. Tiraq. de retract. consang. §. 1. glos. 2. num. 51.* Cum ergo substitutus teneretur idipsum restituere, quod hæres restituit, male agit petendo id, quod fuit iustè restitutum. Secus est in fisco, qui non tenetur eadem bona dare
45 in solutum, & hoc innuit ille text. † *in §. fi.* dum sub conditione dicit, si fideicommissum ab eo quoque relictum est, vicit, innuens aliud esse, quando à substituto non fuisset relictum, & non subsistit, quod dictum est iniustam seu non ritè factam ca-
46 pturam debere confirmari, quia † contrarium tenuit Bal. *in cons. 318. volum. 4. per rationes ibi positas, Roma. cons. 241. colum. 2. ver. & hæc sufficiant, Ripa alios citans in cons. 167. num. 9. & idem voluerunt Felin. & Dec. quos sequitur Rolan. cons. 65. num. 10. volum. 3. Natta in cons. 430. num. 26.* Sicuti etiam nõ est tuta eorum opinio, qui volunt tenutam nulliter concessam confirmari
47 debere, si constet † de nouo esse dandam. Contrarium namq; voluit Bal. *in l. §. num. ... col. 1. C. de Carb. edict. Bal. in cons. 135. volum. 2. Alexan. in cons 53. num. 17. volum. 5. alios plures citat decis. Pedem. 34. per totam.* Et demum vitãdi quidem sunt circuitus, si inutiles sunt,
48 at si quid est vtilitatis in eis nõ sunt † fugiendi, sed tolerandi, *vt docet Cardin. in Clem. auditor, num. 14. de rescript. Cagno in l. 2. num. 20. C. de pact. inter empt. & vend. Tiraq. de retract. conuention. §. 2. gl. 1. num. 71.* In facto autem potest circuitus esse vtilis, quia fisco magis forte expediet pecuniam dare, quam rem.

Quod autem dixi fiscum reuocantem alienata teneri refundere, quod in condemnati alimenta fuit impensum, probatur ex text *in l. 1. C. de fide instr.*
49 *& iure haf. fisc. lib. 10.* vbi re alienata sine debitis † solennitatibus non admittitur dominus ad eum reuocandum, nisi soluto debito pro quo facta est alienatio. *Idem probatur in l. fi. §. fi. C. si adu. fiscum,* vbi loquitur de alienatione facta fauore fisci, *Castren. in l. si quis alia, ff. de solutio. Salic. in l. 1. colum. 2. ver. attende, C. ne lice ter. prouoc. Neguf. de pigno. in 4. mem. 2. par. num. 125. alios citat Neuiza. in cons. 77. num. 12.* vbi generaliter loquendo dicit, quod volens retractare exequutio-
50 nem, tenetur offerre † debitum, *Rolan. in cons. 32. nume. 16. & seq. volum. 1.* Et Bart. atque alij, *in l. si non sortem, §. si centum, ff. de cond. indeb.* dicunt, quod etsi da-
51 tio in solutum facta † pro maiori summa, quam esset debitum, sit nulla, tamen non retractatur, nisi debitor integrum exoluat debitum.

52 Secundo moueor, quia etsi regulariter † vna res pro alia retineri non possit, *l. fina. vbi glos. & Doctores, C. commoda, l. si inducta, C. in quib. cau. pignus taci. cont.* tamen competit retentio, quando res illa peruenit
53 ad creditorem ex causa illius † debiti pro quo vult retineri, Salicet. *in d. l. fi. C. commoda,* vbi ponit exemplum in re, quæ pro debito fuit in solutum nulliter data, ea enim retineri potest, *vt per Bart. & alios, in d. l. si non sortem, §. si centum, idem voluerunt Bart. & alij in l. si cum aurum, ff. de solutio. Bart. & alij, in l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pignorat. actio. Bart. in l. petenti, in fi. C. de pignorat. actio. Neguſan. de pignor. in 3. mem. 5. par. num. 4.*

Tertiò, cum rei pretium sit versum in vtilitatem fisci, id est, in extinctionem debiti, cuius solutio ad fiscum pertinebat, datur retentio rei, quãuis nulla subsit hypotheca, vt probat text. *in l. cum prior, ff. de*
54 *distract. pignor.* vbi secundus † creditor rem habens obligatam non aliter admittitur ad reuocandum alienationem pignoris factam à debitore, nisi emptori offerat, quidquid ille persoluit pro primi debiti extinctione. Idem probatur *in l. cum ex causa, C. de remiss. pignor.* vbi glos. dicit, quod datur retentio, non actio, *& sequuntur ibi Bal. & Salicet.* Et idem est, quando primus creditor emit & suum creditum
55 supputat, vel acceptũ fert pro † extinctione pretij, nam succedit in locum sui ipsius quoad retentionem, licet non quoad actionem, *vt inquit gl. in l. qui à debitore suo, ff. qui potio. in pigno. habean. vbi Barto. in fi.* Benè declarat, & idem est, quando primus creditor accipit in solutũ, vt probat text. *in l. 1. C. si antiq. credit.* vbi secundus cogitur offerre primum debitum. Et tamen certum est, quod hypotheca & obligatio omnis, quæ priori creditori competebat,
56 erat extincta, † quando rem obligatam acceperat in solutum, vt probatur *in l. eleganter, ff. de pignor. actio, vbi glos. Bart. Castr. & alij, in l. si quis aliam. ff. de solutio.*

Adduco etiam text. *in l. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypo-*
57 *the. solu.* vbi, qui sua pecunia debitoris absentis † pignus liberauit, potest illud retinere, donec sibi pecunia restituatur, *& ibi hoc voluerunt glos. Bart. & alij, & idem probari videtur in l. 1. vbi gl. & Doctores, C. si alien. res pign. da. fit.* vbi is, cuius pecunia, licet tertio, & falso procuratori mutuata pignus fuit liberatũ, potest pignus retinere, donec sibi satisfiat. *Neguſ. in d. tract. in 3. mem. 5. part. num. 6.* Et id suggerit æquitas,
58 quia si res mea versa est in suam † vtilitatẽ, iustum est, quod mihi aliquo remedio succurratur, *l. si me & Titium, vbi latè Doctores, præcipuè Iaſ. ff. si cert pet,* præ-
59 cipuè, quando deficit omnis alia actio, & soluens est omni ope destitutus, *Menoch. de recup. possſ. remed. 4. per totum.*

Quibus sic positis infero, quod multo magis tenebitur fiscus offerre debitum, quando retractat alienationem, seu dationem in solutum factã post
60 latam † sententiam, pendente tamen appellatione interposita ab ea, quia si verum id est post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, multo magis obseruabitur, quando pendet appellatio.

Sed an sustineatur ipsa datio in solutũ, quæ facta est appellatione pendẽte pro alimentis eodem, tẽpore præstitis, & Doct. *vt retuli supra* indistinctè dicunt, nõ sustineri alienationes factas post sententiam, licet dicant ante factas valere, sed reuocari, si fraus interuenerit. Et Bart. *in d. l. post contractum,*
61 *num. 15.* dicit, † quod pendente appellatione valet alienatio, si retractatur, quando sententia confirmatur, *l. chyrographis, §. 1. ff. de administr. tutor.* Imò fortius vult ibi Bart. quod etiam ante confirmationem sententiæ reuocari possit alienatio ex officio iudicis tamquam attentatum, multo ergo magis reuocari poterit sequuta cõfirmatione. Sed quidquid sit de tempore pendentis appellationis, omnes concludere videtur, quod detur reuocatio,

quando

quando sententia est confirmata, *sequitur ibi Picus, num. 86. vbi dicit esse communem, sequitur Ioan. Annib. num. 300. & seq.* Contrariam tamen sententiam verio-
62 rem existimo, quod etiam post sententiam, † à qua tamen sit appellatum, licet appellatione pendente alienare, & sustineatur alienatio, nec etiam reuocetur. Confirmatur exinde sententia: militant enim post sententiam rationes omnes, quibus reo alienare ante sententiam permissum est, ne scilicet restringatur ei defensionis facultas, cuius necessitas magis vrgere videtur post latam sententiam, quam ante: Nam appellatio, cum sit tiriaca aduer-
63 sus iudicis † venenum, *vt inquit Bal. in l. vnica, in fi. C. si à mement. poss.* & per eam subueniatur lumine priuatis, *vt in l. per hanc, C. de tempor. appellat. Bal. in cap. licet, in*
64 *princ. de offic. ordin.* dicitur & ipsa quædam † defensio, quæ datur oppressis contra iniuriam iudicis, *c. cum speciali, § porrò, de appellat.* Et hac ratione Abb. *in rub. extra, de appellat.* dicit, quod substantia appellationis est de iure naturali. Omnes tamen conueniunt in hoc, quod sit defensio, *Gemin. in c. non solum, in 2. no. de appella. in 6. Ang. in l. 1. in princ. ff. de appellat. Anch. in rub. eodem titu. Abb. in cap. dilecti, de except. Dec. in d. rub de appella. num. 9.* Ideo sicuti in prima instantia accusatus potest alienare pro sua defensione, ita licebit pendente appellatione, imo magis quia agitur de irreparabili damno.

Secundo moueor, quia appellatione pendente
65 ea omnia fieri possunt, † quæ lite pendente erant permissa. *cap. 1. & 2. extra, vt lit. non contest. cap. solum, de appellat. in 6. Natta conf. 99 num. 6.* Ideo possessori licet
66 suam continuare possessionem, † nec ideo dicitur ob interpositam appellationem attentare, *glos. magna in d. cap. non solum, in ver. dic tamen secundum, vbi Io. And. Gemin. & alij, Imo. in l. si quis filio exhæredato, §. si autem. ff. de iniust rup. testam. Alexan. conf. 99. num. 3. volum. 5. Crot. conf. 7. num. 6. Parisc. conf. 39. num. 5. volum. 2. Bero. conf. 109. num. 3. volum. 3. Gabriel. commu. opin. lib. 5. titu. de acquir. poss. conclu. 6. num. 1. Lancell. in tract. de attēta. par. 2. c. 4. limitat. 1. tit. de attenta. lite pend. & c. 12. limit. 26. tit. de attenta. appella. pend.* at pendente lite reus poterat alienare pro se alendo, *vt supra dixi.* Ergo id quoque
67 facere poterit appellatione pendente. Et hoc †, voluit clarè Imo. *in d. l. post contractū, in fi. vbi Pic. num. 89. Io. Annib. num. 316.* vbi habent pro absoluto, quod irreuocabiliter teneat alienatio. Confirmatur hæc sentētia ex eis, quæ ponit Lancello. *d. c. 4. limit. 8. per*
68 *totum*, vbi probat, quod alienatio † necessaria potest fieri lite pendente, quia necessariam alienationem non affici vitio litigioso, voluit Alex. *ad Bart. in l. fi. ver alienari, C. de litigio. per text. in l. si constante, §. fi. vbi Imo. ff. solu. matrim.* Addo, quod pendēte appellatione fieri possunt omnes actus, qui tēdunt ad fa-
69 ciliorem exitum † causæ, *c. cum teneamur, vbi Franc. in 2. notab. de appellat. Bero. in conf. 45. num. 2. lib. 3. Duen. reg. 42. limit. 17. & latè probat Lancell. d. c. 12. limitatio. 4.* præstatio autem alimentorum non modo tendit ad faciliorem exitum appellationis, sed est necessaria, quia reus absque alimentis non potest appellationē prosequi. Accedat quod appellatione pendente expediri possunt ea omnia, quę non patiun-
70 tur † dilationem, *vt post Ripam, in l. admonendi, num. 193. ff. si cer. pet. concludit Lan. cllo. d. c 12. limit. 43.* Huiusmodi autem est præstatio alimentorum, quia, *vt suo loco dixi*, venter non patitur dilationem.

Nec prędictis contradicit generalis illa conclusio, quod post sententiam alienatio facta non valeat, quoniam vbi pendet appellatio res ad eum
71 statum reducitur, in quo erat ante sententiam, *l. ita demum, vbi Bart. Bal. Castren. & alij, C. de procurat.* & pa-
72 ria sunt, quod sententia non sit lata, vel quod † sit appellatione suspensa, *secundum glos. in l. 2. in ver. sententiam, C. vt lite penden. Maran. de ordin. iudic. part. 4. distinct. 6. num. 25. decis. Pedem. 5. num. 1. Natta d. conf. 99. numero 4.* Proinde sicuti secundum prædicta irreuocabiliter fieri potest alienatio ante sentētiam, pro alimentis consequendis, ita & post sententiam si pendet appellatio.

Non etiam contradicit Bar. *in d. l. post contractum,*
73 *num. 15.* quia reprehenditur ibi ab Imo. † quatenus vult, quod per viam attentatorum reuocari possit alienatio facta pendente appellatione. Et licet Picus, *dicto num. 89.* eum reprobet, tamen verior est Imo. sententia, quod per viam attentatorum reuocari non possit, *vt aduertit Ioan. Annib. num. 300.* qui vt effugiat hoc contrarium, intelligit, Bartolum loqui de reuocatione facienda post confirmatam sententiam, nam licitè fit appellatione pendente, quidquid ante sententiam erat permissum. Sed quia in casu nostro idem omnino esset, si reuocarētur alienata post confirmatam sententiam: Respōdeo, quod Bart. ibi loquitur de alienatione voluntaria, non de necessaria, quæ fit pro alimentis, *vt supra declarauī.* Ideo Picus, & Ioan. Annib. admittunt sustineri alienationem factam appellatione pen. & non reuocari confirmata sententia.

Quæ demum dicta sunt de alienatione, facta pendente appellatione, procedunt quoque in ea, quæ facta est pendente tempore ad appellandum,
74 quia paria sunt quod appellatio † pendeat, quæ iam fuit interposita, vel quod duret tempus ad appellandum concessum, *c. non solum, vbi notat de appellat. in 6. glos. in l. ex iudicorum, ff. de accusatio. Alex. conf. 99. num. 3. volum. 5. Socin. conf. 27. num. 35. volum. 4. Crot. d. conf. 7. num. 23. Ripa in l. 1. num. 8. ff. de re iudic. Maran. in 6. par. in 2. actu, num. 173. Bero. conf. 184. num. 7. & 8. volum. 3.* Erit igitur secundum supradicta conclusio vera, quod pro alimentis reus ex quouis crimine poterit alienare irreuocabiliter ante sententiam, & rursus post sententiam, appellatione tamen pendente, & consequenter licet in crimine læsæ maiestatis, vel hæresis, & in aliis etiam quibus priuatur ipso iure dominio rerum suarum à die commissi criminis, & interdicitur sibi administratio, tamen sustinebitur alienatio ex causa prædicta tanquam necessaria, post sententiam vero approbatam, vel quæ transiuerit in rem iudicatam, non licebit alienare, & si fiat alienatio reuocari poterit, oblato tamen eo quod in causam alimentorum solutum fuit.

In quo aduertendum erit, quia in prædictis omnibus casibus, quib. dicitur alienationem sustineri pro causa alimentorum, intelligi debet modo per veras probationes constet de debito ex ea cau-

sa contracto, aliud autem esset, si de eo appareat sola condemnati confessio, quia illa non probaret
75 † per id quod voluit Bart. *in d.l. post contractum, nu. 17. in fi.* vbi ait, quod in casibus quibus sustinetur datio in solutum facta à debitore, lite pendente pro debito iam contracto constare debet de vero debito, & non sufficit confessio per *l. 1. §. quod si in lite, ff. de iu. quæ in frau. patro.* Ptius *d.l. post contractum, num. 91. ver. limita secundo, vbi allegat Castren. & Alexan. & alios, & Io. Annib. num. 319. ver. secundo limita,* Peregrin. *de iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 183. ver. quod si de vero credito,* vbi ait, esse de hoc text. *in l. si quis posthac, C. de bon. proscript.* Et infert ad confessionem dotium solutarum: quando enim quis prohibetur aliquid facere præterquam
76 ex iusta causa, tunc † non probatur causa per solam prohibiti confessionem, *Bart. in l. si fortè, ff. de castren. pecul. Cin. Bal. Alba, Bal. & alij in l. fi. ff. de exercit.* vbi
77 confessio nō probat merita in prohibitis, † & procedit etiam, si sit iurata, *Cin. in l. 1. in fi. C. de sacrof. eccle. Tiraquel. in l si vnquam, in ver. donatione largitus, num. 89. & 91. C. de reuoc. donat.*

Intellige etiam secundo, sustineri dationem in
78 solutum, si bona fide facta sit, id est, si res † data sit pro iusto pretio, alias non valeret, si res esset maioris valoris, *Bar. d.l. post contractum, num. 17. ver. hoc est verum, per l. 1. §. si quis in fraudem, ff. de iu, quæ in frau. patro. sequitur* Ptius, *& Io. Annib. loco prædicto, Imo. colum. 2. ver. sed potes dicere, Boss. in tit. debitor. an delinq. solu. poss. num. 1.* vbi idem dicit, quando de debito non aliter constat, quam per confessionem, *Peregr. loco prædicto, numero 183. in princ.*

Dum vero Barto. loco prædicto dicit, quod vbi res maioris valoris datur in solutum pro paruo debito, sustinetur datio pro rata debiti, sed reuocatur, quatenus excedit, admitti potest eius dictum, quando facta fuit venditio: sed si sit datio in solu-
79 tum † aliud videtur, nam quando fit pro maiori summa, quam sit debitum reuocatur in totum, *l. si non sortem, §. si centum, ff. de cond. indeb. vbi Bart. Castren. Fulgos. Alexan. & Ias. Bal. in l. certi condictio, §. quoniam. ff. si cert. pet. Roman. in l. 1. §. pen. ff. de verbor. oblig. & in cons. 450. in fi. Afflict. decis. 358. num. 7. Marsi. in l. fina. num. 44. de iurisdict. omn. iudic. Curt. iun. cons. 120. num. 3. Ruin. cons. 17. num. 6. volum. 5. Socin. cons. 82. circa fi. volum 3. Tiraq de retract. consang. §. 23. glos. 1. num. 23. & seq. Natta cons. 631. nume. 37. Rolan. cons. 7. num. 87. volum. 3. Maran. de ordin. iud. part. vlt. num. 20. post Ias. Tiraquel. & alios, de quibus supra,* inquit, quod fructus imputantur in sortem, *Caualca. de vsufruct. mulie. relict. num. 208. Anch. Modern. lib. 2. famil, quæstio 14. num. 7. Riminal. cons. 5. num. 210. Bursat. consi. 73. num. 27. Asin. in tract. de exequutio. §. 4. cap. 5. per totum, folio mihi 90.* Quorum multi dicunt procedere non solum in iudiciali, sed etiam in conuentionali dationem in solutum. Sed pro Bartoli defensione est aduertendum, quod cōtrarium procedunt, quando est erratum in quantitate debiti, puta credidit
80 debitor, sed centum debere, † cum tamen solum quinquaginta deberētur. At vbi in quantitate debiti non est erratum, sed res, quæ pro quinquaginta datur in solutum plus valet, tunc sustinetur datio pro quantitate debiti, & reuocatur, quatenus transcendit debitum. *Ita videtur tenere Bar. in l. quatuis, num. 2. ff. de solutio. quem ita declarat Ruin. cons. 136. num. 5. volum. 1. sed ante eum voluit Castr. in d. §. 1. centum, num. 3. & ibi Alex. etiam, num. 7.*

Sed rursus est dubium, quia Castren. & Alexan.
81 ibi dicunt, quod si est data à parte † res maioris valoris in nullo reuocatur. Ergo non bene dixit Bartolus reuocari, quatenus excedit debitū. Dici potest, quod in nullo reuocatur, quando solius dantis præiudicium versatur, & quando fraudis suspicio nulla subest: aliâs, vbi de fraude cogitari potest, & tertio inferri potest præiudicium, tunc reuocatur in excessu, quia alienatio, quæ contra iu-
82 ris regulas † ex certa causa permittitur, eatenus sustinetur, quatenus causa extenditur, & nō vltra. Est *in l. fina. §. 1. ver. sed si quidem, C. de iur. dom. impetran.* per quem ita notabiliter dixit Bal. *in c. quoniam frequenter, §. sin autem, num. 2. extra, vt lite non contesta.* Et hoc etiam idem tenuit Bal. *in d.l. fi. num. 4. C de iu. dom. im-*
83 *petran.* vbi ait, quod si res plus valens, quam † debitum, datur in solutum, non vitiatur decretum, sed illud plus redditur ipsi debitori, & repetit, *num. 5.* Et idem videtur sentire Castren. *d. §. si centum,* vbi loquendo de datione in solutum facta à iudice, refert se ad notata *in l. fi. C. de iur. dom. impetran. & sequitur Alexan. in d. §. si centum, num. 3. & l. a Diuo Pio, § si pignora, in princ. ff. de re iudic. Ias. in d. §. si centum, num. 2.* Et quicquid sit non reperitur cautum, quod alienatio sit in totum nulla. Quinimò Castren. Alex. & Ias. videtur velle, quod vbi à parte sit in totum valida, sed hoc intelligendum est, *vt dixi,* quando non agitur de fraude, vel de præiudicio partis: si enim ageretur de solo interesse dantis, sustineretur in totum, nisi læsio esset vltra dimidiam, & prædicta volui hoc loco ponere vltra ea, quæ inter alimentorum priuilegia dixi, *super priuileg. 35.*

SVMMARIVM.

1 *Confiscatio bonorum non includit alimenta damnato relicta.*
2 *Hæretico non confiscantur alimenta relicta.*
3 *Hæreticus occultus amittit administrationem rerum suarum sicut manifestus.*
4 *Hæreticus occultus est incapax acquisitionis bonorum actiuè, & passiuè.*
5 *Hæretico legari non potest.*
6 *Hæreticus non potest instituì.*
7 *Hæretico interdicti sunt omnes actus ciuiles.*
8 *Hæret. occultus priuatur bonis à die cogitati criminis.*
9 *Seruo legari nihil potest.*
10 *Seruo legatum pro alimentis factum sustinetur.*
11 *Hæreticus quando per abiurationem restituitur, an reassumat omnia iura, quæ amiserat.*

QVÆSTIO XXXIII.

DIxi supra inter alimentorum priuilegia,
1 *priuilegio 59.* quod in publicatione † bonorum alicuius delinquentis, non veniunt alimenta ei debita, id quod post Caualcan. *de vsufruct. mulie. relict. num. 238.* placuit etiam peregrino *in tracta. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 123.* quia cum sint personalia non possunt egredi personam, & quia iura conditionalia non confiscantur, &

tur, & quia cum habeant determinatam & certam causam annexam, ei non applicantur, cui ea causa
2 non conueniat. Id quod in crimine quoque † hæresis locum habere dixit Bursat. *cons.14. num.28.* In facto autem fuit controuersia in hoc Senatu multis ab hinc annis, posito etiam quod in confiscatione bonorum non veniant alimenta, an hæreticus occultus quoad forum fori sit capax legati alimentorum, ita vt ante latam sententiam declaratoriam ius illi quæsitum sit? Et Menoch. consuluit legatum nunquam fuisse quæsitum legatario, vti legitur *in cons.185. num.7. & sequen.* motus, quia hære-
3 ticus occultus ante sententiam † non minus amittit rerum suarũ dominium & administrationem, quam esset manifestus, & sententia condemnatus, *Gemin. in cap. cum secundum, §. in confiscationis, de hæret. in 6.* Ergo hæreticus tanquam incapax admitti non potest ad relictum. dicit enim text. *in cap. excommu-*
4 *nicamus, tl i. §. credentes, de hæretic.* talem esse † acquisitionis bonorum actiuè & passiuè incapacem. Et quod legatum factum hæretico sit ipso iure nul-
5 lum, † ponit Io. Fabr. *in §. legati, Instit. de legat. alios citat Menoch. d. cons.185. num.14. ver. vndecimo & vltimo cap.*
6 sicuti institui non † potest, *c. si quis episcopus, de hæret.*
7 & hæreticis † ciuiles omnes actus interdicti sunt, *l. omnes, & l. Manichæos, C. de hæret. l. 2. C. de summa Trinit.*

Verum in eodem facto Bursat. *in cons.14.* contendit, hæreticum fuisse capacem legati, mouetur tamen vnico fundamento, quia nondum hæresis detecta erat nec lata sententia, clarè innuens, aliud omnino esse, quando vel sententia tempore delati, aut agnati relicti lata fuisset, vel hæresis fuisset nota. In quo tamen nullum omnino fieri potest fundamentum, cum à die cogitatę hæresis talis delinquens afficiatur pœna bonorum suorum pri-
8 uationis, etiã si occultus sit † & mentalis, vt melius sensit infinitos allegando idem Bursat. *cons.289.* & ita à paucis mensibus citra Senatus hic Mantuanus iudicauit in causa agitata inter Vincentium Campagnolium, & D. Iulium Frambertum, & sic etiam seruant hæreticæ prauitatis inquisitores, vti mihi super eo facto interroganti, respondit Reuerendus eiusdem ciuitatis Inquisitor.

Ego vero in re tam clara non video, cur duo illi præstantiss. alioquin Iurisconsulti dubitauerint, norunt enim omnes alimenta cuicunque quantumuis incapaci relinqui posse, atque illi dari illo-
9 rum exactionem, & in seruo † videmus, quod etsi legari non possit, *l. seruis, C. de lega.* tamen fallit, quo-
10 ad alimenta, quæ etiam seruis legantur, † *l. seruos ad custodiam templi, ff. de alim. & cibar. leg. l. seruo alieno, §. si quis post, ff. de lega. 1.* vbi gl. dicit, esse speciale alimentorum fauore, quod seruo debetur officio iudicis, etiam contra dominum, & comprobaui rationibus & authoritatibus, *in tit. de alimen. priuileg. cap.7.* vbi idem dixi de damnato ad metalla. Et ratio est, quia tales personæ, cum naturalia iura retineant, non sunt eis deneganda, quæ pro exequutione iuris naturalis competunt, *vt ibi dixi:* Edunt enim, bibunt, ambulant, & alia faciunt cæteris animantibus communia, & ideo non mirũ, si alimenta quoque recipere possunt. Contraria vero omnia procedunt in omnibus præterquam in alimentis speciali quodam fauore. Quibus stantibus superfluum quoque fuit eisdem Iurisconsultis quærere, an sequuta hæresum abiuratione, seu detestatione censeatur hæreticus, ita ad iura sua restitutus, vt legatum alimentorum recuperet. In quo Menoch. *cons. 185. numero 16. & in cons.218.* tenet illum minimè
11 † posse reassumere ius, quod propter hęresim amiserat. Bursat. autem illi in omnibus contrarius *consilio 280.* diuersam tuetur sententiam, fuit eorum labor vtilis propter hæreditatem Ludouici de Cono, quam Liuius Furga condemnatus petebat vltra legatum sibi factum à Quintilio Furga, sed ea quæstio nihil ad nos, prę monuisse sufficit, dubium minimè fuisse, quia Liuius retinuerit legatum alimentorum, quod etiam non potuit venire in confiscatione, *vt dixi in principio.* Ideo non esse disputandum, si ob restitutionem, vel indulgentiam reacquisitum fuerit. Addo, quod vbi etiam legatum alimentorum veniret in confiscatione, tamen sequuta indulgentia in eo facto, fuisset adhuc debitum Liuio, quia erat annuum, nempè de aureis centũ octuaginta singulo anno, quo casu tot censentur legata quot anni, *vt dixi suo loco.* Id ęo licet respectu præcedentium annorum denegaretur petitio, tamen pro sequẽtibus annis datur actio tanquam ad diuersa legata postea facta. Et hoc quoque fundamentum fuit Bursato ignotum.

SVMMARIVM.

1 *In legitimam non imputantur alimenta, quæ viuens pater præstitit filio.*
2 *Imputatur in legitimam quidquid filius capit in vltima voluntate de bonis defuncti.*
3 *Legatum compensatur cum debito necessario.*
4 *Dos relicta filiæ imputatur in legitimam illi debitam.*
5 *Legatum alimentorum filio relictum, imputatur illi in legitimam.*
6 *Legata duo diuersarum rerum in eodem testamento relicta debentur.*
7 *Legitima debetur de corporibus hæreditariis.*
8 *Legatum alimentorum ad vitam, & legatum centum librarum singulis annis, vtrumque debetur, quando sit in eodem testamento.*
9 *Legatum alimentorum, si in eodem testamento fiat, vbi etiam est relictus vsus fructus, vtrumque debetur.*
10 *Legatum alimentorum non imputatur in legitimam, quãdo legitima quoque fuit in eodẽ testamento relicta.*
11 *Dos non imputatur in legitimam, quando in testamento relicta fuit legitima.*
12 *Dos soluta imputatur in legitimã simpliciter testamento relictam etiã, quando integra legitima fuit relicta.*
13 *Dos non est verè & propriè as alienum.*
14 *Imputationi locus est, quando testator vult, secus si nolit.*
15 *Dos non imputatur in legitimam, quando eodem testamenta relinquitur dos & legitima.*
16 *Legitima præstanda est de corporibus hæreditariis.*
17 *Dos relicta in pecuniam, non imputantur in legitimam, si filia legatum non acceptauit.*
18 *Dos relicta in pecunia imputatur in legitimam filiæ, quæ legatum dotis acceptauit.*
19 *Debitor potest aliud pro alio soluere volente creditore.*

20 Colla-

20 *Collationi non est locus, quando testator eam prohibuit.*
21 *Imputationi locus non est, quando testator vetuit.*
22 *Legitimam filio relinquere pater tenetur.*
23 *Legitimam pater auferre, aut minuere non potest.*
24 *Pater confitendo non præiudicat filio in legitima.*
25 *Pater non potest disponere, quod imputetur id, quod de iure non est imputandum.*
26 *Viuere præsumitur quilibet vsque ad centum annos.*
27 *AEstimatio legati alimentorum, vel vsusfructus, quomodo fiat.*
28 *Legitima largo modo dicitur falcidia.*
29 *AEstimatio legati alimentorum, vel vsusfructus, licet vno modo fiat, tamen ab euentu reformatur.*

QVÆSTIO XXXIIII.

ALIMENTA, quæ pater viuens præstitit certum est, non imputari in legitimam
1 eidem filio † debitam ex paternis bonis, *l. quæ pater, ff. famil. erciscun. & probaui supra in tit. de priuileg. alimen. cap. seu quæst. 57.* Sed an legatum alimentorum à patre relictum imputetur in legitimam: dic imputari, quia filius imputat sibi in le-
2 gitimam, quidquid ex vltima † voluntate capit de bonis defuncti siue institutionis, siue legati, siue fideicommissi, *vt l. omnimodo, & l. scimus, C. de inoffic. testam.* Atque ita regulam constituit Ripa, *in l. quartam, num. 140. ff. ad leg. Falcid.* vbi Picus, *num. 179.* dicit procedere etiam, quando difformiter caperetur, quod etiam tenuit loco prædicto Ripa, Bereng. *cap. 3. num. 30. Crassus, in §. legitima, quæstio. 20 num. 1. & sequen. Cuccus de legitima, in ver. percepta ex testamento, num. 1. & seq. folio mihi 66.* facit etiam, quia lega-
3 tum regulariter censetur factum animo † compensandi, cum necessario debito, *vt per Doctores in Auth. præterea, C. vnde vir & vxor.* Legitima autem debitum est necessarium, ergo cum ea fit compensatio. Tertio facit, quia, *vt sæpè dixi*, argumentum valet à dote ad alimenta, filia tenetur dotem sibi reli-
4 ctam imputare in † legitimam, *vt per Bart. & alios, in d. l. in quartam, ergo & alimenta.* Quartò, hoc videtur
5 supponere † in terminis Hieron. Gabriel. *cons. 109. num. 11. colum. 1.*

Declaratur tamen, vt non procedat, quando in eodem testamento pater relinqueret filio alimenta, & deinde legitimam, vel econtra. Tunc enim sine imputatione consequeretur vtrumque legatum per doctrinam Bart. *in l. cum centum, num. 1. in fi. ff. de alim. leg. in ver. aut secundum legatum*, vbi ait, quòd
6 vbi † in eodem testamento duo fiunt legata, & diuersarum rerum, vel quantitatum, vtrumque debetur, & præsumitur, quod testator voluerit duplicare, nisi verba sint expressa, vel vltimũ sit factum sub commemoratione primi, *l. si ita, ff. de lega. 1. l. 3. §. cum Titio, ff. de adim. legat. ad idẽ est text. in l. si pater pro filia, ff. de collatio. dot.* Sunt autem res diuersæ alimen-
7 ta & legitima, quia legitima † debetur de corporibus hæreditariis, *l. scimus, §. repletionem, C. de inoffic. testam.* Alimenta vero de fructibus præstantur, *vt suo loco dictum est.* Item legitima ita est præstãda, vt perpetuo sit penes filium, quia etiam disponere possit de ea, alimenta verò dantur pro vita tãtum. Et per has rationes Alcia. *in cons. 619. Dominus Ioannes*, concludit, quod vtrumque legatum debetur, quando
8 alimenta † relinquuntur ad vitam, & libræ cẽtum in singulos annos. Et in fortioribus terminis dixit Bal. *in cons. 239. num. 1. ver. quarto casu, volum. 1.* quod vbi in eodem testamento relinquuntur alicui alimen-
9 ta, † & vsusfructus, vtrumque debetur, licet vnum possit euelli de corpore alterius, quia in dubio, cũ sint diuersa standum est verbis, si de voluntate non constat. Hic autẽ casus erat magis dubius, quia alimẽta sub vsufructu continerentur, cũ tamen non eodem modo contineantur sub legitima. Et per prædictam rationem Hieron. Gabr. *d. cons. 109. nu 11. ver. illud tractandum superest, volum. 1.* tenet † in termi-
10 nis nostris, quod si testator relinquit filio alimenta, & legitimam, non fiet compensatio, aut imputatio, quia cum vtrumque seperatim relinquit velle velle videtur, quod vtrumq; habeat. facit, quod voluit Bal. *in l. si cum dotem, §. si pater, num. 1. ver. contra hoc opponitur, ff. solu. matrim.* vbi dicit, quod etsi regu-
11 lariter † dos imputetur in legitimam iure naturæ debitam: tamen fallit, quando legitima fuit relicta, quia secundum cũ aliud est legitima à lege debita, aliud vero ea, quę à testatore relinquitur, non enim reguntur eadem ratione, aut regula. Et Castren. *ibi, num. 6.* dicit fortius procedere hanc opinionem, etiã si pater legitimam relinquẽdo mandat eam compensari cum dote, quia cum onus sic iniunctum non valeat, poterit legitimam retinere, & dotem consequi, *sequitur Alexan ad Bal. in l. quoniam in prioribus, num. 6. C. de inoffic. testam. vbi ait sic tenuisse Bal. in l. cum à matre, quæstio. 17. in fi. C. de rei vendic. & Ang. in d. §. si pater.*

Contra verò prædictã limitationem facit, quod voluit Bal. *in d. l. quoniam in prioribus, num. 6.* vbi, si pa-
12 ter filiæ relinquat † simpliciter legitimam, tenebitur illam imputare in dotem, quam recepit, quia imputatio ineſt relicto tacitè, etiam si de ea nõ sit facta mentio, quando aliquid debetur quasi lucrum, *allegat Iacob. de Aretin. in d. §. si pater, & idem voluit Castren. in l. quoniam nouella, num. 1. ver. secundo si pater, C. de inoffic. testam. Alex. in d. §. si pater, circa fi. ver. extra glos. quæritur, vbi dicit Castr. in contrarium allegatum malè loqui.* Et respondet ad dictum Bal. *in d. l. cum à matre*, quod ibi ideo fundus non imputatur in legitimam, quia est proprius filij, & in legitimam imputatur solũ id, quod filius capit de substantia patris. Et dicit Picus *in d. l. in quartam, num. 184.* quod in practica seruatur opinio Bal. & Iac. de Aret. & addit text. *in l. 1. §. fi. ff. de collatio. dot. quem tex. dicunt mirabilem & singularem Alex. in l. post dotem, ff. solu. matr.* Hãc item opinionem tenuit Ias. *in d. l. quoniam nouella, num. 3.* vbi, *num. 4.* vult locum vendicare, etiã quando integra legitima esset relicta. Et respondendo ad fundamentum Alexan. qui vt sępè de eo gloria-
13 batur dicit, quod † dos non est penitus æs alienum, & ideo filia potest institui in sola dote, & imputatur regulariter in legitimam, quod non esset si verè & propriè æs alienum diceretur, hãc item communẽ esse siue legitima simpliciter fuerit relicta, siue etiam integra, dicit Bereng. *in d. l. in quartam, in 3. c. num. 67.* vbi tamen distinguit inter filium & extraneum hęredem. Roder. *in d. l. quoniam in prioribus, limit. 13.*

simit. 13. folio mihi 239. vbi dicit hoc esse singulare verbum Bal. Ibi Ripa *in d. l. in quartam, num. 153.* Quia relinquendo legitimam censetur id reliquisse, quod ratione legitimæ exigi poterat, est enim legitima nomen iuris & vniuersale, & ampliat etiam, quando relicta est integra legitima, quia satis dicitur integra, quando relinquitur, quando deest ad implementum, Vasq. *de succes. creat. o. §. 10. num. 434.* vbi testatur de communi, Cras. *in §. legitima, q. 23. num. 5.* vbi & ipse cõmunem pronunciat, licet Ferdin. distinctionẽ dicat esse æquã. Vbi loquitur etiã quando integra legitima est relicta, eam similiter communẽ affirmat Cuc. *de legitima, in rub. data inter viuos, num. 42. & seq. folio 63.* licet ipse illi non acquiescat.

Hæc tamen non debent suprascriptam declarationem offendere, sed iis non obstantib. firma stare debet. Loquuntur enim Bal. & alij, quando sola legitima est relicta. Tũc enim imputatio non censetur exclusa, quia possunt simili stare, & reliquerit legitimã, & quod voluerit dotem imputari, ex quo imputatio tacitè videtur inesse, *vt Bal. inquit in loco prædicto.* vbi verò non solũ relinquit legitimam, sed etiam dotem, tunc videtur velle, quod non fiat imputatio, ex quo nõ possunt simul stare, quod vtrumque habeat legatum, & quod vnum imputetur in alterum. 14 Imputatio † autem locum habet, si velit testator, vt probatur ex iis, quæ ponit Bal. *in l. maximum vitium, C. de libe. præter.* Et ita dicebat quidã inter cons. Cornei, *cons. 200. colum. 2. ver. Dominus Antonius, volum. 3. Bertran. cons. 216. num. 3. volum. 2.* Et dixi *in cons. 192. num. 21.* Sed videtur imputationem prohibere testator, quando vtrunque legat. Et in proposito id voluit † 15 Corne. *in subscriptione d. cons. 200. colum penult. per totum,* vbi dicit, non fieri imputationem, quando legitima, & dos cum indumentis in eodem testamento relinquuntur. Et cum sequitur Ripa *in d. l. in quartam, num. 154. ver. & idem responderem,* sequitur Cuccus *d. titu. data inter viuos, num 44. in fi. ver. addit Ripa:* ergo idem dicendum est, quando alimenta relinquuntur & legitima, quia videtur ex tacita testatoris mente prohiberi imputatio.

Declaratur secundo, vt non procedat, quando filius legatum alimentorum non acceptasset, quia tunc imputare non teneretur in legitimam: nã alimenta præstantur in pane, vino, lignis, oleo, & aliis speciebus ad vsum necessarium, vt dixi *in tit. qualit. alim. sint præstan.* 16 Legitima autem † debetur in corporib. hæreditariis, *l. scimus, §. repletionem, C. de inoffic. testam.* Et ibi omnes notant, faciunt, quæ ponit Picus *d. l. in quartam, nu. 183.* vbi dicit, quod si pater reliquit filiæ † 17 dotem in pecunia, non tenebitur illam imputare in legitimam, si tamen dotem nondũ est consequuta, sed potest dimissa dote consequi legitimam in corporibus per rationem prædictam. Et hoc etiam innuit Bereng. *d. c. 3. num. 67.* Secus autem est, quando filius acceptasset legatũ alimentorum, quia acceptando videtur consensisse oneri imputationis, quod tacitè ex legis dispositione est ipsi legato iniunctum. Et post acceptionem non licet variare, vt in filia, quæ dotem acceptauit in pecunia constitutam, quod videatur sibi præiudicasse, 18 † ne possit pro quantitate dotis legitimam eligere in bonis stabilibus, cõcludunt Picus, & Bereng. locis prædictis. Quod enim dicitur legitimam deberi in corporibus hæreditariis, intelligitur nisi filius 19 consentiat aliud pro † alio sibi solui, vt dicitur *in l. 2. §. mutui datio,* vbi Doct. omnes, *ff. si cert. pet.* Et idem esset, quando testator prædium aliquod reliquit pro alimentis, quia tunc fit imputatio de plano, ex quo legatum continet corpus hæreditarium.

Declaratur tertiò non procedere, quando testator mandaret legatum esse præcipuum, & non imputari, quia tunc contra testatoris voluntatem 20 non fit imputatio, vt de collatione † dicitur *in Authen. ex testamento, C. de collatio.* vbi Doctores omnes notant, non solum quando expresè, sed etiam quando tacitè est prohibita, Ang *in §. illud, in Authen. de trien. & semis. Bal. in cons. 210. colum. 1. volum. 4. Et in specie de † imputatione ponit Corne. cons. 200. colum. 2. ver. Dominus Antonius, volum. 3. Bertran. cons. 216. num. 3. vol. 2. dixi in cons. 192. num. 21. volum. 2.*

Vbi verò hoc testatoris præceptum tenderet ad minuẽdum legitimam alterius filij crederem non esse seruãdum, quia pater non potest facere, quo- 22 minus † legitima filio relinquat, *l. parentibus, l. cum quæritur, C. de inoffic. testam.* Et sicuti auferre, ita mi- 23 nuere † non potest, *l. quoniam in prioribus, l. omnimodo, in princ. C. eod. Alexan. in cons. 69. in princ. volum. 1. Cæpha. in cons. 56. num. 42. Natta, cons. 528. num. 28.* Hinc confi- 24 tẽdo non præiudicat † filio, Spec. *in tit. de confes. §. nunc videndum, ver. sed nunc, quod patris confessio, vbi Ioan. And. Barto. in l. cum quis decedens, §. codicillis, num. 4. ff. de lega. Butr. in cap. 3. quamuis, vbi Abb. num. 33. de re iudic. Iaf. in l. si arrogator, num. 20. ff. de adoptio. Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glos. 18. num. 80. Gomes. de testam. cap. 12. num. 81. ver. item etiam infertur, vbi multos alios allegat, Cæpha. in cons. 148. num. 8.* vbi, quod donando pater non præiudicat legitimæ filiorum. Et sicuti ad præiu- 25 dicium filij pater non potest disponere, † quod imputetur id, quod de iure non erit imputãdum, vt probant Picus *in l. in quartam, num. 251. in princip. & Berengar. in tertia par. numero 88. Grat. cons 7. num. 42. volum. 2. & dixi dicto cons. 192. num. 24.* Ita ordinare non non potest, quod ad prejudicium alterius filij non imputetur, quod erat de iure imputandum. Intelligetur itaque prædicta tertia limitatio, quando per eam non fit deterior conditio aliorum filiorum in legitima.

Vt autem sciri possit, quid & quantum sit imputandum, necesse est legatum alimentorum æstimare, quomodo igitur fiet æstimatio. Et aliqui di- 26 xerunt hominis † vitam præsumi vsque ad centum annos, *glos. & Doctores in l. fi. C. de sacros. eccles. Alciat. in tracta. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 44. per totum.* Sed in hoc habemus textum clarum, qui loquitur 27 de æstimando legato † alimẽtorum, & cum distinctione ætatis formam præscribit, quæ seruanda est *in l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid.* Et procedit semper cum tractatur de taxanda vita hominis pro æstimatione alimentorum, Bal. *in l. cum hi, §. nihil autem, in fi. ff. de transactio.* Alios citat Roder. *in l. quoniam in prioribus, in tertia ampliatio. num. 9. & 10. Cordub. in l. si quis à liberis, §. sed si filius, num. 109. ff. de liber. agnoscen. vel alen. vbi citat glos. Alciat. Didac. Ioan. Lup. Modern. Gallos, Gomes.*

Gomes. Paulach. Pinel. Oros. & Nauar. Roland. alios citans, cons. 29. num. 25. volum. 4. Et licet aliqui velint, textum non trahi ad alios casus, quam Falcidiæ, tamẽ tanta est conformitas inter Falcidiã & legitimam respectu detractionis, quod idem est in vtroque seruandum, si non reperiatur expressa diuersitas, tum quia leges trahi possunt in exemplum, *vt aduertit Roderic. loco prædicto*, tum etiam, quia legitima largo
28 † modo, dicitur Falcidia, *Authen. vnde si parens, & ibi notatur, C. de inoffic. testamen.* Et hæc sententia mihi semper placuit cum ea moderatione, quod si ex euentu longius, vel breuius sit tempus, partes ex post facto reducantur ad æqualitatem, quia non fuit legis intentio, rem tam ambiguam, imo omnibus hominibus ignotam certa regula terminare, & prẽfinire, sed mediam quandam viam, *vt inquiunt dicti Moderni Galli*, eligendo prouidere, ne per incertitudinem dimisso negotio semper in suspenso partibus inferatur præiudicium. Et vt vno verbo dicam, videtur mihi prouisio quædam duratura, donec ex euentu certificetur, quod nunc dubium
29 est, & ita † intelligit glos. *in d. l. hæreditatum, triplici in loco, vbi Bartolus, Imola, Castren. & alij, Roderic. dicta ampliat. 3. num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Vxori pauperi non debetur quarta in bonis viri diuitis, qui eidem reliquit alimenta, vel æquiualens legatum.*
2 *Ratione legis cessante, cessat dispositio.*
3 *Vxori pauperi debetur quarta in bonis mariti diuitis, ne cogatur mendicare.*
4 *Legati dies cedit à morte testatoris.*
5 *Qualitas adiecta verbo, intelligitur secundum tempus verbi.*
6 *Vxori diuiti tempore mariti non debetur quarta.*
7 *Vxori debetur quarta in bonis viri, quando dotem habet incongruam tempore mortis viri, licet esset cõgrua quando fuit data.*
8 *Vxori inopi non debetur quarta, quando patrem habet diuitem.*
9 *Vxori inopi non debetur quarta in bonis viri, quando habet fratrem.*
10 *Vxori inopi debetur quarta de bonis mariti locupletis etiam contra viri voluntatem.*
11 *Maritus diues non potest aliquid relinquendo vxorem inopem excludere à supplemento quartæ.*
12 *Causæ adiectio non restringit dispositionem, quæ continet certam taxationem.*
13 *Vxori inopi debetur quarta in bonis mariti diuitis, etiam si quarta excedat necessitatem alimentorum.*
14 *AEstimatio alimentorum taxatur secundum l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid.*
15 *Vxori inopi non augetur quarta in bonis mariti diuitis, quando ea non sufficeret ad alimenta.*
16 *Contrariorum eadem esse debet disciplina.*
17 *Vxori suppletur quarta, quando legatum à viro factum non ascendit ad eam.*
18 *Aliquid, dictio, includit omnem casum.*
19 *Vxori inopi debetur quarta in bonis mariti diuitis, etiam si alimenta sint ei à viro relicta.*
20 *Vxori inopi debetur quarta alia ratione, quam mendicitatis.*
21 *Vxori inopi quarta debetur ex bonis mariti diuitis etiam si post mariti mortem superuenerint diuitiæ.*
22 *Quarto vxori inopi debita in bonis mariti diuitis, defertur iure successionis.*
23 *Legatum non debetur, nisi adita hæreditate.*
24 *Legatum capi debet de manu hæredis.*
25 *Frustra impetratur ab homine, quod à lege conceditur.*
26 *Prouisio hominis nõ tollit prouisionem legis iam factam.*
27 *Legatum fingitur retro nunquam quæsitum, quando legatarius repudiat etiam, quando recta via transit.*
28 *Duo iura quando competunt, potest vnum acceptari, & alterum repudiari.*
29 *Legatum potest quis acceptare repudiata hæreditate.*
30 *Legatarius potest vnum legatum acceptare, & alterum respuere.*
31 *Vxor inops potest repudiare legatum factum à viro diuite, & quartam integram petere.*
32 *Vxor quæ potest quartam habere ex bonis primi viri, non admittitur ad petendum eam in bonis vltimi.*
33 *Vidua videtur habere quando habet actionem ad dotem.*
34 *Acquirere, vel non, quando cogi possit quis ad hoc, vt non consequatur.*
35 *Pauper dicitur quis arbitrio iudicis.*
36 *Inops dicitur qui nihil habet.*
37 *Inopia nouissima dicitur, quando nulla actio & nullum etiam officium competit.*
38 *Vxor inops excluditur à quarta, quando potest esse diues si velit.*
39 *Negatiua vniuersalis nullam recipit restrictionem.*
40 *Nihil, dictio, est vniuersalis negatiua.*
41 *Negatiua in vno falsa, est in omnibus falsa.*
42 *Vxor dicitur pauper, licèt actionẽ habet contra pauperẽ.*
43 *Vxor habens patrem, vel fratrẽ, tunc excluditur à quarta, si pater, vel frater sit diues, & non aliter.*
44 *Actio est manis, quam excludit inopia debitoris.*
45 *Vxor, cui diuitiæ superuenerunt, non excluditur à quarta debita in bonis viri.*

QVÆSTIO XXXV.

MAritvs diues, habens vxorem pauperem & indotatam, reliquit ei alimẽta, vel tãtum, quod sufficere potest ad alimẽta, licèt non æquiualeat quartæ, quæ vxori inopi debetur in bonis viri locupletis ex dispositione *Authen. præterea, C. vnde vir & vxor.* Dubitatum ergo fuit, an vxor excludatur à petitione quartæ, seu supplementi. Et Rimin. sen. *in cons. 114.* tractans ex professo hanc quæstionem, dixit, quartam non
1 † deberi. Eum quoque serio pertractando eandem controuersiam sequutus est Cæpha. *in cons. 244. per tot.* mouentur, quia cessante legis ratione, cessat le-
2 gis † dispositio, *l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patro. l. à Titio, ff. de verbor. oblig.* vbi autem vxor alimenta habet ex legato, cessat ratio, ne vxor in opprobrium
3 mariti mẽdicare cogatur, quę fuit causa † prædictę dispositionis, *vt concludunt Bal. Salic. & alij in d. Authen.*
4 *præterea.* Secundò, legatum cedit à morte † testatoris, *l. à Titio, ff. de fur. nota. in l. 1. §. cum igitur, & in §. nouissimo, C. de caduc. tol.* ergo tẽpore, quo maritus moritur, vxor nõ cogitur mendicare, quia etiã prouisum est de alimẽtis, & nõ est inops, quãdo defertur sibi ius succedendi in quarta, & consequẽter de ea non lo-

non loquitur *dicta auth.* quæ requirit inopiam in
5 vxore tempore mortis mariti, qualitas enim †adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi. *l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. l. si Titius, vbi*
6 *Bar. ff. de testam. mili. & in specie* † *Dec. d. auth. præterea, num. 9. ver. & pro ista opinione, & latè probat alios citando Rolan. in cons. 15. num. 21. & seq. vol. 3.* vbi ait, in successionibus regulariter mortis tempus inspiciē-
7 dum esse. Et post multos infert, quod etsi dos †vxoris sit congrua inspecto tempore matrimonij, sed incongrua attento mortis tempore, erit locus successioni. Hinc dicimus, quod vxori habenti patrem diuitem non conuenit dictæ legis dispo-
8 sitio, quia potest ab eo consequi † alimenta, *Cum in l. in suis. ff. de li. & posthum. & communem dicit Dec. alios citans in d. auth. præterea, nu. 10. Cæphal. d. cons. 244.*
9 *num. 20.* Et idem in habente fratrem † diuitem voluit Rolan. *in cons. 14. nu. 19. & 53. d. vol. 3.* Et quamuis text. *in auth. præterea, in fine,* mandet legatum imputari, tamen per hoc non dicit, quartam esse supplēdam. Et vbi id diceret, intelligi deberet eo casu, quo legatum non sufficit ad alimenta, & non tollit mendicitatem, at vbi per illud satisfactum est rationi legis, tunc cessat quarta. Postremo hāc sententiam probasse videtur Bald. *in auth. præterea, in fi.* vbi dum dicit, vxorem non excludi pro modico legato, præsupponit aliud esse, quando legatum sufficeret ad alimenta, *sequitur Alcia. cons. 252. num. 7.* tamen contraria opinio est verior, quia legatum alimentorum imputatur in quartam, & quod deest ad suplementum peti potest. Id, quod pluribus rationibus suadetur. Primò, quia quarta, de qua agimus, debetur vxori etiam cōtra ma-
10 riti † voluntatem, *vt inquit Bald. in d. auth. præterea, nu. 1.* vbi infert, quod ius illud succedendi est perpetuum. Et dicit Castr. *in fi.* quòd defunctus hanc quartam auferre non potest, *sequitur Roman. ibi, vbi Alex. num. 6. Ias. num. 17. in fi. ver. & quid esset, Dec. nu. 9. Pepus, nu. 35. & seq. vbi dicit esse magis communem omniū Doctorum, Corne. cons. 178. col. 1. & 2. vol. 2. Sōcin. in cons. 108. col. 1. vol. 1. Cæphal. d. cons. 244. num. 1. & seq. Rolan. d. cons. 14. in fi. vbi dicit communem.* Et ex iis, qui primo
11 allegati sunt, inferunt † multi, quod maritus non potest vxorem excludere à supplemento quartæ, licet legando aliquid prohibeat eam plus petere, *Dec. in cons. 24. colum. pen. ver. & hoc quidem ius adeundi.* vbi ait, quod debetur contra mariti voluntatem, & eo inuito, quia debitum est necessarium, *& allegat multos Doctores, sequitur purpur. ad Iason. in loco prædicto.* Ideo sicuti maritus non potest in totum illam auferre, ita legando minuere nequit, & non cessat quarta, quando prohibet plus peti, multò minus cessabit, quando nulla prohibitio est adiecta. Secundò, quia vbi taxatio est facta ad certā
12 quantitatem, tunc adiectio † causæ non restringit taxationem, neque eam alterat. *l. creditor. §. finter. ff. mandati.* In proposito autē lex statuit, quartam deberi vxori inopi, & licet id fecerit, vt eius paupertati subueniret, eueniatq; casus, per quem subueniatur cum minori quantitate, tenetur non per hoc minus debebitur vxori. Ideo *in §. quia vero*
13 † *dudum, il 2. in Auth. vt licet. mat. & au.* dicitur, quod quarta ascendere potest ad centum libras auri, & tamen certum est, quod ea quantitas excedit necessitatem alimentorum. Cum enim incertum omnino sit, quid & quantum pro alimentis constitui possit vxori inopi, lex mediam quandam viā eligendo statuit, quartam esse relinquendam, vt
14 in simili, quando de vita hominis † æstimanda dubitatur fit taxatio *in l. hæreditatum. ff. ad legem Falcidiam, vt per moder. Gall. in tracta. de vsur. num. 475. & seq.* Hinc est, quod vbi quarta non sufficeret pro alimentis vxoris, vel quia morbo laborans multa
15 impensa requiratur, vel ex alia causa, tamen † præstatio augenda non esset, vt de se patet. Et probat Corne. *cons. 4. col. penult. ver. & licet quando vxor, vol. 4. Picus d. authen. præterea, num. 60.* Sicuti igitur non augetur taxatio per rationem, quod minimè sufficiat ad alimenta, ita non debet minui si pro alimentis sufficit, vel eorum valorem excedit, vt
16 † contrariorum eadem sit disciplina. *l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iu. l. in fundo. ff. de rei vendic. Alexan. cons. 109. colum. fin. volu. 2. Paris. cons. 131. num. 122. volum. 1.*

Tertiò est text. *in §. quoniam verò, in Auth. de exhiben. reis,* vbi dicitur, quod si vxori factum est lega-
17 tum, quod tamen † non ascēdat ad quartam, suppleri debet vsque ad quartæ implementum, qui textus, quia generaliter loquitur debet etiam generaliter intelligi etiam si legatum sufficeret ad alimenta. *l. de pretio. ff. de publicia.* Et illum textum ad hoc citat Corne. *d. cons. 4. col. pen. in fin.* Augetur argumentum, quia in eo textu non simpliciter fit mentio de legato, sed de aliquo legato, quę dictio
18 omnes species † legatorum includit, *argumento gl. in clemen. 1. in ver. aut earum parte, de foro compet.* & includit etiam ea, quæ impropriè talia sunt, *vt per Iason. cons. 224. col. 2. vol. 2. infinitos concordantes citat Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. partem aliquam, num. 14. & seq. C. de reuoc. dona.* Et ideo non refert, quod dictum sit de aliquo legato alimentorum, vel sufficiente ad alimenta. Sic etiam text. *in d. auth. præterea, in fin.* dicit indistinctè esse imputandum legatum non habita ratione, quod sufficiat ad alimēta, vel non.

Quartò, quod supplemētum quartæ peti possit, quamuis vel alimenta fuerint relicta, vel tan-
19 tum, quod sufficit † ad alimenta, voluit Ioan. Petrus de Perus. *in d. auth. præterea, cuius sententiam sequutus est Caccialup. ibi, prout eos refert Pepus, num. 127. & Picus, num. 61. vbi dicit esse communem opinionem.* Et hoc quoque pro absoluto habuit *Ias. ibi, nu. 11. ver. item adde hu, vbi inquit,* quod contraria opinio est contra illum textum. Sed latius cæteris omnibus eam sententiam probat, & defendit Corn. *in cons. 4. per totum, vol. 4.* vbi dicit, quod ex quo detrahitur contra voluntatem testatoris, non potest testator quartam vel in totum tollere, vel minuere legādo vxori, vel etiam aliis. Et non obstat, quod contrarium voluerit Riminal. & Cæphal. quia parum est curandum de eis, cum multi grauesq; authores aliud voluerint. Nō etiam mouet, quod stante legato cesset ratio propter quam vxori debetur quarta, quia Ias. *in d. authen. præterea, num. 9.*

20 *ver.illud etiam ego credo*, inquit, † disposition em illã non processisse sola alimentorum ratione, vt per eum. Sed quia video communiter esse receptum contrarium : non insisto præcipuè, cum textus verba *in d.§.quoniam verò*, sint clara. Secundò respondeo, quod lex considerauit, an mulier aliunde, quam à marito consequi possit alimenta, & an sit pauper tempore, quo moritur maritus, non autem habuit respectum ad id, quod ex testamento mariti sibi relinqui posset, vt probatur *ex d. authen.* vbi dicitur, an vxor sit sine dote, & vir sit dines. Sic etiam *in d.§.quoniam verò*, hæc omnia considerantur. Licet igitur cesset inopia, tamen quia cessat ex prouisione mariti non attenditur, & per hoc tollitur argumentum Cæphali dicẽtis, quod cum habet alimenta, à viro excludi debet, sicuti si haberet ex legato alicuius tertij. Nam non est par ratio, quia dum textus considerat diuitias vxoris, eas inspicit secundum tempus, quo vir adhuc viuit, & loquitur comparatiuè, quod vxor sit inops, & maritus locuples. Debet igitur esse inops, dum maritus viuit, atque ita, dum maritus est lo-
21 cuples, & consequenter superuenientes, † diuitiæ non eam excludunt, etiamsi aliũde prouenirent, *vt latè per Dec. in cons.24. per totum, & in d. authen. in fi. Cæphal. d. cons.244. num.4.* Non resistit etiam, quod qualitas inopiæ non cadat in vxore, cui vir testamento reliquit alimenta, quia respondeo, imo concurrere eo tempore, quo quarta sibi defertur.
22 Nam quartam iure successionis, † & hæreditatis consequitur. *§.fi. in auth. de exhib. reis, Corn. dicto cons. 4. columna 3. ver.ex his infertur*, vbi dicit, quod vxor quartam capit, vt hæres. Pepus, latè *d. auth. præterea, num.11.* Atque ita statim sibi quæritur ius à morte mariti : sed non sic in legato, in quo expectanda
23 † est hæreditatis aditio, antequam debeatur, vel peti possit. *l.si nemo. ff. de testamen. tut. l. eam quam. C. de fideicom. & ita respondet Corne. loco prædicto, Pepus in authen. præterea, num.127. ver. quarto probatur.* Sicuti igitur superuenientes diuitiæ vxorem non excludunt à quarta, ita nec legatum, quod effectũ sortiri non possit, nisi post aditam hæreditatem, atq; ita post acquisitam quartam. Præterea adest ratio à Corne. considerata *d. cons. 4. in fi.* vxor quartam authoritate propria capere potest, legatum au-
24 tem de manu † hæredis accipiendum est. *l.1. ff. quorum legat.* Antequam verò hæreditas sit adita, vel hæres soluat legatum, vxor cogi posset mendicare. Et nemo est, qui nõ videat, quam melius sit sibi ipsi prouidere, quam alienum auxilium expecta-
25 re. Facit, quia frustra † impetratur ab homine, quod à lege conceditur. *l.1. C. de thesaur. lib. 10. alios citaui in cons.215. num.12.* Et quamuis text. *in authen. præterea*, non dicat de supplemento, tamen id dicitur *in §. quoniam verò.* Vnde pro parte sumpta est illa authentica, & vbi non diceret, esset tamen intelligendum, quia à principio defert vxori quartam, mox dicit legatum esse imputandum, ergo admittit, quod si facta imputatione aliquid deest, illud vsque ad implementum quartæ peti possit. Facit, quod legitur *in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffic. testamen.* Quod verò dicitur intelligendum esse, quando legatum non sufficit ad alimenta, est contra generalitatem text. *in d. authen. præterea, & in d.§. quoniam verò*, qui indistinctè loquuntur non habita ratione, quod legatum æquiualeat alimẽtis, vel non. Et vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Et non mouet argumentum
26 Cæph. quod prouisio hominis faciat cessare † prouisionem legis, quia respondeo, quod hominis prouisio nõ tollit legis prouisionem iam factam, seu natam, licet tollat nascituram, *vt inquit Bald. in l.fi. C. de pact. conuen. Pepus, d. authen. præterea, num.49.* Et ex prædictis tollitur etiam authoritas Baldi, & Alciati, quia pater hanc partem præualere ratione, & authoritate vltra, quod Bald. loquitur ad alium finem. Hæc autem sententia procederet sine dubio, quando mulier repudiasset legatum alimentorum sibi factum, quia tunc cessaret quæstio imputationis, quia etiam in casibus, quibus rei legatæ dominium transit recta via in legatarium,
27 sic legatarius illud repudiet, † fingitur retro nunquam quæsitum, Bart. *l. Pomponius. la 2. num.10. ff. de negot. gest. in l.si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg.1. dixi in cons.128. num.14. & cons.253. nu.26.* Et is cui duo iu-
28 ra † competunt, potest vnum respuere, & alterum retinere, *l.si domus. ff. de ser. vrb. præd. facit l. libertus patroni. §. quid ergo. ff. de bon. liberto.* Et sicuti potest quis
29 repudiata hæreditate † legatum acceptare. *l. cum responso. C. de lega. l. si qua. ff. famil. ercis. l. qui filiabus. §. fi. ff. de legat.1. l. apud Celsum. §. si quis ex vnica. ff. de excep. do. Fab. in auth. nouissima, num.151. C. de inoffic. testamen.*
30 quinimo ex pluribus legatis vnum respuere, † & alterum amplecti. *l.si duobus. §.1. ff. de leg.2. l.si legatario, in princip. ff. de fideicom. lib. gl. in l.2. ff. de leg. 2. Cyn. in l. quidam elogio. C. de iur. delib. vbi Bar. Castren. & Ias.* ita potest repudiato legato acceptare quartã, quę, *vt dixi*, hæreditario iure defertur. Et cum non sit in facultate mariti tollere, vel minuere quartam in quantitate, ita nec in rebus legãdo vnam rem.
31 Cum ergo non inueniã † expressè decisum, quod vxor possit repudiare legatum, existimo standum esse regulæ, per quam permittitur repudiatio. Facit, quod dixi supra in præcedenti quæstione, *in 2. declaratione*, vbi tenui, quod filius non imputat in legatum alimentorum, quod nunquam acceptauit eo, quod non tenetur legitimã acceptare, nisi in corporibus hæreditariis, non autem in speciebus. Contra tamen huiusmodi conclusionem facere videtur, quod voluit Socin. *in cons.121. num.30.*
32 *& seq. vol.4.* vbi concludit, quod mulier, † quæ potest quartam consequi in bonis primi viri, nõ admittitur ad petendum eam in bonis vltimi viri. Et cum eo ita quoque concludit Pepus ita dicens *in d. auth. præterea, num.104. & seq. vol.4.* qui omnes mouentur eisdem rationibus, sed ea præcipuè, quod habetur pro diuite, qui facere potest, vt sit dines. *l. qui potest facere. ff. de reg. iur.* Adducunt etiam, quod voluere Imo. Castren. Roman. Alexan. & Ias. *in l. diuortio, in princip. ff. solu. matr.* vbi dicunt,
33 quod mulier † videtur habere aliunde, quando habet actionem, vel potest exigere. Et ideo tunc non est alẽda ab hæredibus viri, infra annum luctus. Ita in proposito cum possit habere legatum sibi

sibi relictum, nõ videtur, quod illud possit repudiare, vt pinguiorem quartam accipiat. Sed hoc totum procederet si legatum à tertio aliquo, non autem à marito relinqueretur, quia eo casu per acquisitionem excluderetur à beneficio, si legatum ad alimenta sufficeret, & quando per acquisitionem excluditur quis ab aliquo beneficio, tũc non potest non acquirere is, qui ad beneficium
34 aspirat, sed vbi † per acquisitionem quis non excluditur à beneficio, tunc potest non acquirere, *ita declarat Pepus d, auth. præterea, num. 106. in princ.* At vxor per legatum factum à marito, non excluditur à quarta, sed agit nihilominus ad supplementum, & legatum dicitur pars quartæ, & succedit loco quartæ, ex quo in eam imputatur. Ergo potest legatum repudiare. Infertur tamen ex adductis per Soc. & Pep. *in locis prædi.* quod si ante mortem mariti ius aliquod deferretur vxori ex vltima voluntate, vel etiam inter viuos, quod sufficeret ad illius alimenta, non posset vxor illud post mariti mortẽ repudiare, vt petat quartam, quod confirmatur, quia cum iura paupertatem exigant in muliere, quæ vult in quarta succedere, & iudi-
35 cis † arbitrio committatur, quis dicatur pauper, *Bart. in l. si constante. num. 14. vbi Alexan. & alij. ff. soluto matrimonio, & in proposito nostro glos. in d. auth. præterea, vbi Dec. num. 15. Cur. iun. num. 23. & Pepus, nume. 7. cum multis apud Beincas. in tracta. pauper. in 6. quæstio. num. 17. & Menoch. de arbitr. iudic. casu 65. num. 7.* certè nemo iustus iudex pauperem eum arbitrabitur, qui possit esse dives si velit iure suo vti, & actiones sibi competentes exercere. Augetur hoc fundamentum, quia text. *in d. §. quoniam verò*, non solùm loquitur de paupertate, sed etiam de inopia
36 quæ † propriè dicitur, quando quis nihil habet, licet pauper sit, qui parum habet *secundum Archid. in c. quo iure, distinct. 8. Castren. in l. id quod pauperibus, C. de episcopo. & cler. Dec. d. auth. præterea, nu. 16. ver. sed potest saluari, Menoch. d. casu 65. numer. 5.* Confirmo hanc sententiam alio argumento, nam text. *in d. §. quoniam verò*, vult mulierem viuere nouissima inopia, vt quartam petat. Nouissima autem inopia dicitur, quando deficit non solùm substan-
37 tia, † sed etiam actio, & officium iudicis *secundum Bar. in l. si quis à liberis. §. item rescriptum. ff. de libe. agnoscen. vel alen.* vbi dicit, quod hæredes extranei filij non tenentur patrem alere, donec extat mater, vel frater, quia tunc dicitur extrema, vel vltima inopia, quando nemo extat, qui iure cogi possit ad præstandum alimenta. Sequuntur multi alij, quos suo loco citaui. Donec ergo competit mulieri actio ad consequendum relictum sibi factũ, non dicitur viuere nouissima inopia. Et ad hoc textum illum duobus aliis modis dico applicari posse: primo dum loquitur non de muliere, quæ actu nihil habet, sed de ea, quæ etiam potentia, & habitu est pauper. Dicit enim nihil habere valen-
38 tes, atque ita sufficit, † quòd possit habere, vt excludatur. Et ad hoc ponderat Natta *d. cons. 648. num. 13. & 15.* vbi ideo vult, quod legatum alimentorum vxori factum à patre, excludat vxorem à petitione quartę, quod etiam in eo casu, licet testum illum non alleget, voluit Cæphal. *cons. 671. nu. 21. & in eodem casu Roland. cons. 14. num. 19. & 53. vol. 3.*

Secundò dum dicit *nihil*, quæ dictio cum sit vni-
39 uersalis negatiua, † nullam recipit restrictionem, *Crau. cons. 294. num. 6.* potentius enim negat, quam ponat affirmatiua, *Bart. in l. Gallus, in princip. num. 4. ff. de lib. & posthum. Menoch. de arbitr. iudic. q. 30. num. 7.*
40 & de dicta † dictione nihil, Tiraq. *in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, num. 85. C. de reuo. don.* vt non dicitur nihil habere mulier, quæ habet actionem ad consequendum legatum, *l. qui actionem, ff. de reg.*
41 *iur.* & negatiua in vno † falsa in omnibus est falsa, *l. si is, qui ducenta. ff. de reb. dub. §. vtilem. Crau. cons. 809. num. 4. ver. sextò si post protestationem.* Vera est igitur conclusio, quod siue vxor tempore mortis mariti verè, & actualiter habeat, quantum sufficit pro alimentis, siue habitu, & potentia, ius competat ad consequendum, vtroque casu excluditur à petione quartæ, *sequitur Cæphal. cons. 244. nu. 23. Natta cons. 648. nume. 13. & sequen.* intelligendo tamen, quod hoc secundo casu is, contra quem datur vxori actio, sit soluendo: aliàs enim non minus vxor diceretur pauper, † quam si nihil haberet, *vt*
42 *per Socin. d. cons. 121. num. 30.* vbi requirit, quod debitor sit exigibilis de iure, & de facto, *Pepus, qui idem dicit, num. 104. Natta in cons. 649. num. 13.* vbi ait incumbere vxori onus probandi, quod debitor nõ sit soluendo, *Rolan. d. cons. 14. num. 53. & 55. in fi.* Ideo Doctores, qui dicunt vxorem excludi à petitione quartæ, quando habet patrem, addunt, quod pa-
43 ter sit dives, † & ad alendum filiam habilis, *Cuma. in l. in suis. ff. de lib. & posthum. Alexand. Ias. & alij in d. auth. præterea, vbi Dec. num. 20. in fin. dicit communem, Cæph. cons. 244. num. 19. Rolan. d. cons. 14. num. 19. idem Cæphal. cons. 671. num. 21.* facit regula, quia inanis est
44 actio, † quam excludit inopia debitoris. Secundò intellige de ea vxore, cui tempore mortis mariti competebat actio, nam si eo iam mortuo superu-
45 eniat actio, vel facultas † consequendi alimenta, non excluditur à petitione quartæ, *vt latè probat Dec. d cons. 24. Pepus, d. num. 106. ver secundò instatur, & num. seq. Cæph. cons. 244. nu. 4. cons. 671. nu. 35.*

SVMMARIVM.

1 *Filij aliud sunt, aliud nepotes.*
2 *Filij dicuntur, qui primo gradu descendunt.*
3 *Nepotes non sunt propriè filij.*
4 *Legatum strictè, & propriè est interpretandum.*
5 *Verborum à propria significatione recedendum non est.*
6 *Filiis relictum non debetur nepotibus.*
7 *Filiis alimenta, quando relinquuntur ab homine non veniunt nepotes, secus, quando à lege.*
8 *Filiorum appellatio sæpe nepotes includit.*
9 *Nepos venit appellatione filij in dispositione fauorabili.*
10 *Liberis alimenta si relinquuntur veniunt nepotes.*
11 *Testamentum. Larga fit interpretatio in testamentis.*
12 *Legatum restringitur, & ampliatur secundum causam propter quam fuit factum.*
13 *Legatum pia causæ factum largè interpretatur.*

14 *Nepos non venit filiorũ appellatione, quando filij sunt nominatim vocati.*

15 *Filiorum appellatione non venit nepos, quando fit relatio ad filios nominatim vocatos, & ibi ornatur.*

16 *Filiorum appellatione nepos non venit, quando nepoti non conuenit qualitas adiecta filiis.*

17 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum suorum.*

18 *Nepotes appellatione filiorum non veniunt, quando seorsim testator de filiis disposuit, & de nepotibus.*

19 *Filiorum appellatione non veniũt nepotes, quando extant filij in quibus dispositio verificari potest.*

20 *Nepos non venit appellatione filij, quãdo agitur de nepote ex filio viuente.*

21 *Filiorum appellatione nunquam venit nepos, qui non tenet primum locum, sed a patre proceditur.*

22 *Filius in successione patrui non intrat locum patris, qui viuebat, quando patruus decessit.*

23 *Nepos non venit appellatione filij, quando extant filij, qui sunt nepotes patrui.*

24 *Nepos alienatione filij non venit, quãdo dispositio semel est sortita effectum in filio.*

25 *Nepos appellatione filij non venit, quando dispositio potest in filio verificari.*

26 *Filiorum appellatione venit nepos etiamsi semel dispositio sit verificata in filiis, quando verba habent tractum temporis in futurum.*

27 *Filiorum appellatione venit nepos etiam quando semel est sortita effectum, si tamen non plenè, aut integrè.*

28 *Nepos non venit appellatione filij in dispositione facta à transuersali.*

29 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, qui nati, aut concepti non sunt tempore testatoris.*

30 *Nepotes non nati, nec concepti tempore mortis testatoris veniunt appellatione filiorum, quando dispositio habet tractum successiuum.*

31 *Nepos non natus tempore mortis testatoris non venit, quando extant filij tunc nati etiamsi agatur de substitutione successiua.*

32 *Nepos multis in casibus non venit appellatione filiorũ remissiuè.*

33 *Filiorum appellatione nepotes non veniunt, quando apparet ex coniecturis de voluntate testatoris.*

34 *Nepotes veniunt filiorum appellatione, quando de voluntate testatoris constat ex coniecturis.*

35 *Nepotes veniunt appellatione filiorum, quando dispositio est collata in futurum euentum.*

36 *Filij nascituri appellatione veniunt nepotes.*

37 *Filiorum appellatione veniunt nepotes in dispositione facta gratia conseruandæ agnationis.*

38 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando ex eis militat eadem ratio, quæ in filiis.*

39 *Filiorum appellatione venit nepos, si in eo adest qualitas à disponente considerata, vt quando dicitur de filiofamilias.*

40 *Nepos venit appellatione filiifamilias in statuto disponente, quod pater soluat condemnationem pro filiofamilias.*

41 *Nepos venit appellatione filiorum, quando dictum est, quòd succedatur in stirpes, non in capita, vide tamen ibi.*

42 *Nepos venit appellatione filiorum, quando dictum est in stirpes, non in capita, etiamsi ille non esset successurus ab intestato.*

43 *Subiecta talia sunt, qualia prædicata demonstrant.*

44 *Nepos venit appellatione filij, quando testator eũ consueuerat nominare pro filio.*

45 *Nepos tunc venit appellatione filij ex vsu loquendi testatoris, si non extabat filius, aliàs secus, dic tamen vt ibi.*

46 *Nepos venit appellatione filij, quando testator eũ consueuit nominare filium etiamsi extet filius.*

47 *Verba impropriantur, vt actus sustineatur.*

48 *Vsus loquendi non attenditur, quando actus esset nullus si attenderetur.*

49 *Olim dictio intelligitur de præterito, sed & de præsenti, vt actus sustineatur.*

50 *Nepos venit appellatione filij, quando aliàs esset nullus.*

51 *Nepos venit appellatione filij, quando aliàs resultaret aliquid absurdum, vel inhumanum.*

52 *Nepos venit appellatione filij, quando aliàs minus dilectus excluderet magis dilectum.*

53 *Nepos venit appellatione filij nascituri, vide tamen ibi.*

54 *Nepos appellatione filij nascituri venit si natus sit tẽpore mortis testatoris, si dispositio nõ habet tractum temporis in futurum, secus verò quando respicit futurum tempus.*

55 *Nepotes nati post mortem testatoris non veniunt appellatione filiorum, etiam quando alias venirent.*

56 *Nepotes veniunt appellatione quorumcunq; filiorum.*

57 *Nepotes veniunt appellatione filiorum, quando testator promiscuè loquebatur de filiis, & de nepotibus.*

58 *Filiorum appellatione veniunt nepotes in multis casibus remissiuè.*

QVÆSTIO. XXXVI.

LEgatum filiis certę personę relictum alimenta continens, an etiam illius nepotibus debeatur. Aliquando fuit in facto dubitatum, & tenebant aliqui nepotibus actionem non dari,
1 quia aliud sunt † filij, aliud nepotes, *Bar. & Alciat. in l. liberorum, ff. de verb. signif.* & filij dicũtur qui pri-
2 mo † gradu descendunt. *l. 1. §. primo gradu, ff. de grad. affin. Instit. eod. tit. in princ.* & nepotes non sunt pro-
3 priè † filij, *l. quod si nepotes. ff. de testam. tute. l. 1. §. quæritur, ff. de vent. inspic. l. Gallus. §. 1. & §. instituens, ff. de liberis & posthum. l. posthumorum, ff. de iniuf. rup. testam.*
4 *§. fi. Institut. quibus tut. pet. poss.* legata autem strictè, † & propriè sunt interpretanda, *l. apud Iulianum, §. Seio, ff. de leg. 1. l. nummis, ff. de leg. 3.* & in dubio non est re-
5 cedendum à propria verbi significatione, † *l. non aliter, ff. de leg. 3. l. si alij. ff. de vsufruc. leg.* Et quod reli-
6 ctum filiis non debeatur nepotib. est decisio † gl. *And. de Pis. Raine. Cyn. Iac. de Are. Bal. & Imo. in d. §. instituens, idem voluerunt Bald. Signo. Alber. Castr. Aret. Rom. Alex. Ang. Aret. Cor. Socin. Dec. Cur. iun. Alciat. Rube. Bertran. Zas. & Duran. quos omnes citat, & sequitur Menoc. dicens esse magis receptam opinionem in cons. 215. num. 96. & cons. 328. num. 4. cons. 347. num. 27. & 28. Socin. iun.*

cons.

*conſ.149.num.4.vol.2. & conſ.31.nu.9.& 27.vol.3.Rolan.in conſ.43.nu.26.vol.4.Simon.de coniect.vlt.volunt. lib.3.interpret.3.dubit.4.ſolut.1.nu.27.fol.mihi 326.*vbi concludit propriè, & regulariter nepotem non venire appellatione filij, *Tiraq.in tract.de primogen. q.40.num.58.Bello.conſ.50.num.5.Thob. Non.in conſ.33. Molin.de primogen.Hiſpan.lib.1.c.6.num.27.* Poſtremo in terminis agendo de legato alimentorum hoc
7 † videtur voluiſſe Rebuf.*in d.l.liberorum,§.ſi.ver.& in quib.caſib.ff.de verb.ſignif.*vbi reſpondendo ad tex. *in l.ſi quis à liberis,ff.de lib.agnoſcen.* dicit tibi, nepotes venire ex diſpoſitione legis,quia ſuadebat natura ſeruari in nepotibus,quod erat in filiis diſpoſitũ. Secus inquit vbi ſumus in diſpoſitione, *& eum ſequitur Menoch.d.conſ.214.nu.88.90.& ſeq.* vbi in ſpecie dicit,alimentorum legatum filiis factum non deberi nepotibus. Contraria tamen ſententia, ſicuti eſt benignior, & humanior, ita mihi ſemper viſa eſt verior,quod nepotes quoque petere poſ-
8 ſint legatum filiis factum,quia † ſæpe filiorum appellatione nepotes veniunt, *l.iuſta interpretatione, & l.liberorum, §.ſed & proprius,ff.de verb.ſignif.* Item ſemper venit nepos, quando diſpoſitio eſt fauo-
9 rabilis, † & continet fauorem nepotum, *vt voluit Bart.in d.l.liberorum,§.fin.num.5. Alex.in conſ.26.nu.5. & 6.vol.3.& in conſ.37.num.12.vſque ad fin.vol.6 Ang. Aret.in tract.de teſtam.gl.89.nu.5.Socin.in conſ.14.col.1. vol.1.conſ.249.col.1.vol.2.& in conſ.18.col.1.vol.4.Iaſ.in conſ.52.num.8.vol.3.vbi allegat Ang.Franc.Aret.& alios.* ſubdens,quod in opinione Bart.ſolet eſſe ſubſtãtia veritatis. *Eandem ſententiam probarunt Barbat. Corne. Dec. & Ruin.quos citat, & ſeq. Natta in conſilio 602. numero 13. & ſeq.* vbi loquitur de fideicõmiſſo relicto filiis alicuius tertij, & dicit,quod ex quo de filiis fit mentio eos vocando,& in teſtamentis fit lata interpretatio, veniunt quoque nepotes. *Idem Natta loquendo in legato conſ.626.num.12. eandem probarunt ſententiam, Butr.Anch.Cardin.Alex. Barbat.Ang.Aret.Corn.Socin.Dec.Cur.iun.Ruin.Gozad. Pariſ.Cap.Socin.iun.Rom.Iaſ.& Rub.quos allegat,& approbat Cæphal.in conſ.262.num.6.vbi dicit eſſe veriorem, & crebriorem ſententiam,idem Cæphal.in conſ.194.num. 19.Zanch.in l.hæredes mei,§.cum ita,par.4.num.197.ff. ad Trebel.vbi addendo Alciat.& Alban. dicit eſſe communem.* Hanc etiam communem dicit Simon *d.ſolut. 1.num.54.ver.quartus caſus,fol.328.* vbi ait procedere etiã in teſtamento tranſuerſalis,& extranei, *Craſſ. in §.fideicommiſſum.q.10.num.6.vbi ait non eſſe dubitandum quin ſit magis communis opinio, Mantic. de coniect. vltim.volunt.lib.8.num.12.Rimin.in conſ.23.num.70.vbi poſt Mod. Gallos tuetur hanc opinionem, Rolan.conſ.89. num.3.& 4.vol.3. vbi addit Tiraq.& Mandel.Burſat.in conſ.31.nu.5.* vbi dicit habere locum etiam in contractu ſi agatur de ipſorum fauore, *Gabr. conſ.123. num.24.vol.2. vbi inquit de hoc non eſſe dubitandum,& conſ.23 num.14.vbi etiam in priuileg.Purpur.in conſ.311. nu.6.* vbi dicit maximè procedere in Doctore teſtante, *Menoch.conſ.310.num.28.& conſ.435.num.22.* Concludunt autem prædicti,quod vbicunq; filij vocantur, ſiue in directa, ſiue in fideicommiſſaria ſubſtitutione,ſemper veniunt nepotes,&licet fideicommiſſum videatur onus reſpectu grauatorum,eſt tamẽ fauorabile reſpectu vocatorum.
10 Et ideo in ſpecie, quando † alimentorum legatũ fit liberis,vult Alex.*in conſ.158.in princip.vol.7.* quod etiam nepotibus debeatur, *ſequitur Rolan.in conſ.89. num.9.vol.3.* vbi videtur idem velle, quando eſſet relictum filiis. Accedat quod hic ſumus in vltima
11 † voluntate,in qua plenior fit interpretatio, *ca.dilecti.de donatio.l.in teſtamentis,ff.de reg.iur.* Item agimus de legato alimẽtorum, quod eſt fauorabile, *vt dixi inter priuileg.alimentorum.* & legatum reſtringitur, † & ampliatur ſecundum cauſam, propter
12 quam eſt factum, *l.cum pater,§.dulciſſimis, vbi Bar.& alij,ff.de leg.2. Bart.in l.reg.§.& licet, ff.de iur.& facti ignor.Pariſ.conſ.13.num.22.vol.3. Rub.conſ.23.num.7.*
13 Ideo quando legatum factum eſt piæ † cauſæ,largè interpretatur, *l.Titia,§.ſi.vbi gl.Bar.& alij.ff.de annu.leg.Socin.247.num.6.vol.2.Gozad.conſ.60.num.15. Dec.& Cagn.in l.ſemper in obſcuris.ff.de reg.iur.* Et Natta *in conſ.626.per totum,* ſuſtinet in legatis non ſtrictam,neq; largiſſimam,ſed largam interpretationem fieri debere,& ideo,quod in contrarium dictum eſt,in legatis appellatione filiorum non venire nepotes, poſſet intelligi in eo legato, quod non eſt fauorabile,quale eſt legatum alimentorũ. Et non obſtat diſtinctio Rebuf. inter diſpoſitionem legis,& hominis,quę confirmatur ex iis,quę ponit Crau.*in conſ.964.num.20.* vbi vult, quod latior interpretatio fit in diſpoſitione legis quam hominis. Reſpondeo enim,quod hæc diſtinctio in propoſito redditur vana,quia etiam in diſpoſitione hominis nepotes veniunt appellatione filiorum,ſi diſpoſitio fauorabilis ſit, & non tractetur de eorum odio, *vt probant Doctores,* qui loquũtur in legatis,in fideicommiſſis,in reſtitutione,& in aliis caſibus. Hæc autem concluſio ſecundum facti contingentiam poteſt clarior reddi,ſicut etiam alterari,& limitari, eritque intelligenda procedere ſolum in caſibus,quibus Doctores dicunt filiorum appellatione venire nepotes, & econtrà limitabitur illis in caſibus, quibus nepotes non veniunt. Quamobrem,licet apud Doctores videri poſſint omnes illi caſus,ne tamen lector longa fatigetur inquiſitione nonnulla congeram ad eiuſmodi quæſtionem pertinẽtia; Conſtat itaque ex iis, quæ ſupra in principio dixi, ex propria ſignificatione nepotes non venire ſub nomine filiorũ.

Secunda eſt in confeſſo, eos non cenſeri vocatos, quando filios nominatim teſtator † expreſſis
14 propriis nominibus vocauit, *gl.in l.ſi quis ita, §.1.ff. de teſtam.tute.Bart.§.inſtituens,num.3.inſi.ff.de liber.& poſth.* vbi dicit,hoc non habere dubium. *Idem dicit Bar.in d.l.liberorum,nu.5.ver.ſed mihi videtur,ff.de verb. ſignif.Alex.in conſ.37.nu.16.ver.ſecundo non obſtat.vol. 6.Cum.conſ.119.col.1.poſt medium,Dec.in conſ.465.n.9. Pariſ.in conſ.20.nu.57.vol.3.Ruin in conſ.179.nu.3.vol.2. Bello.conſ.50. num.5.Rol.conſ.97.num.17.& 16.volu.4. Crau.conſ.94.num.9.Simon d.ſolut.1.num.39.folio mihi 326.Mantic.d.lib.8.tit.8.nu.4.Craſſ.d.§.fideicomm.q.10. nu.12.Zanch.d.§.cum ita,par.4.nu.213.Crau.conſ.964. nu.21. Gabriel.conſ.121.num.22.vol.1. conſ.69.num. 23. Burſat.conſ.13.num.31. in quibus locus alios citant.*
15 Tertiò idem eſt, quando per † relationem ad

filios nominatos testator aliquos vocauit, *argumento l. qui liberis. §. hæc verba, ff. de vulg. Crau. cons. 98. num. 8. Ruin. cons. 179. nu. 3. vol. 2.* vbi quando nominatis aliquibus dicitur, vno decedente cæteri admittantur. Et idem est quando dicitur, alij succedant, *Alex. cons. 204. num. 3. vol. 2. & Ruin. d. cons. 181. num. 2. & 3. vol. 2. & de verbo dicti, Burs. d. cons. 13. nu. 21. cons. 53. nu. 34.* vbi etiam quando dicitur talem filium, & *num. 33.* post alios quos citat dicit idem, quando extant verba arctatiua. Et ante eum, Bal. *cons. 302. vol. 4.* vbi quando dicitur istum filiū, qui nascetur infra decem menses, vel extant alia verba arctatiua, *Gabr. cons. 93. num. 37. in secūdo,* vbi eosdem filios Menoch. *cons. 347. num. 9.* vbi filij infra nominati, *Zanc. d. §. cum ita, num. 213. in fi.* vbi quando sunt verba arctatiua, *Simon d. solut. 1. num. 46. vbi multas refert formulas, Crau. d. q. num. 14. vbi alium superuenientem, Mantic. d. tit. 8. nu. 8.*

Quartò nepotes non veniunt, quando de filiis
16 facta est mentio cum aliqua qualitate, † quæ nepoti non conuenit, *vt per Alexan. in cons. 4. vol. 4.* vbi quando dictum est, de filio maiore natu, *idem Alex. in cons. 123. num. 2. vol. 1. Dec. cons. 443. num. 24. Alba in cons. 60. num. 5. Simon d. solut. 1. num. 45.* qui omnes loquuntur de maiore natu, *sequitur Alcia. Tiraq. Lup. & Costa citati à Molin. in tract. de primoge. Hispan. lib. 3. c. 8. nu. 18.* qui tamen conatur sustinere contrariū, sed malè, vt dixi in ardua causa maioratus nunc vertente inter dominos Carretos, *Gabr. d. cons. 121. nu. 24. in 1. & cons. 119. nu. 50. vol. 2.*

Quintò quando testator fecit mentionem de
17 filiis suis, † nepotes non censentur vocati, quia eis non conuenit suitas. *ita Socin. in l. Gallus, §. instituens. num. 5. ff. de lib. & posth. & ibi hoc etiam voluit Ias. nu. 23. ver. sed tu defendendo, Menoch. in maioratu cons. 328. nu. 14. & seq. & cons. 347. nu. 10.*

Sextò quādo testator seorsum prouidit nepo-
18 tibus non veniunt, † quando alio in loco mētionem fecit de filiis, *Socin. cons. 72. nu. 10 vol. 3. cons. 73. nu. 21. lib. 4. Corn. cons. 290. vol. 4. Goz. ad. cons. 29. nu. 16. alios citat Gabr. lib. 6. tit. de verb. signif. concluſ. 1. nu. 92. Crau. in cons. 677. nu. 3. ver. secundo respondetur, Simon d. solut. 1. nu. 43. addo Ruin. cons. 131. nu. 4. vol. 3. Crau. cons. 354. nu. 6. & cons. 964. nu. 26.* vbi id deducit ex Bar. *in d. l. liberorum, nu. 4. ver. primo casu,* quia constat sic testatorem voluisse, qui alterum ab altero separauit, *Menoch. cons. 321. nu. 40. & cons. 328. nu. 6. vbi confirmat aliis similibus.*

Septimò quando extant filij quibus dispositio
19 potest verificari, † nunquam veniunt nepotes, *Soc. d. §. instituens, in fi. ver. secundo respondē, & Ias. nu. 23. ver. secundo dic quod ibi, Ruin. cons. 8. nu. 8. vol. 5. Paris. in cons. 20. nu. 56. vol. 3. vbi allegat Corn. Socin. & Dec. Purpur. cons. 311. nu. 5. Crau. in cons. 677. nu. 3. vers. quoniam locum sententiæ, Zanc. d. par. 4. nu. 164. vbi allegat Alex. Socin. Corn. Cur. sen. Cur. iun. Dec. Goza. Ruin. Paris. Rub. Pinel. & Caphal.* dicens, verum esse, quamuis dispositio sit in futurum aliquem euentū collata, *Gabr. d. concluſ. 1. nu. 77.* Quę opinio caret dubio, quando
20 adest filius, & ex eo nepos, † nam tūc venit nepos, sed à filio excluditur propter præsumptum charitatis ordinem, *Socin. iun. cons. 146. nu. 19. vol. 2. quē citat, & sequitur Mantic. d. lib. 8. tit. 8. nu. 5. Cass. d. q. 10. nu. 13.* quia vbi nepos venit appellatione filij, in-
21 telligitur si primum obtinet locum, † & eum pater nō præcedit, vbi autem pater præcedit, nepos nunquam venit, *Ruin. latè cons. 8. nu. 7. & per totum, vol. 5. facit,* quia nepos in successione patrui non
22 intrat locum patris, † qui cum tēpore mortis patrui veniret decessit hæreditate non adita, *Salicen. auth. post fratres, in princ. C. de leg. hæred.* Sed conclusio procedit generaliter, etiamsi non pater nepotis,
23 sed alius † filius superesset, *secundum Zanc. loco prad.* vbi reprehendit Socin. iun. qui illā vellet restringere ad casum, quando supersit pater nepotis.

Octauò non venit nepos, quando dispositio
24 semel est † sortita effectum in filio, *ita Bart in d. l. liberorum, col. pen. nu. 18. Socin. cons. 104. in prin. vol. 3. Cur. sen. in cons. 46. col. 9. ver. tamen si dispositio, nu. 21. Corne. in cons. 131. col. 2. vol. 3. Alexan. Goz. ad. Ruin. & Paris. quos citat, & sequitur Simon d. solut. 1. nu. 44. adde Ruin. cons. 8. nu. 7. vol. 5.* vbi ait hoc verum, siue dispositio sit
25 verificata, siue in eo sit † statu, in quo possit verificari, *Rolan. in cons. 43. nu. 36. vol. 4. Mantic. d. lib. 8. tit.... nu. 6. Gabr. d. concluſ. 1. nu. 74. Menoch. cons. 47. nu. 4. & 18. Alcia. cons. 526. nu. 4.* Hoc tamen non procedit, quādo testator vtitur verbis habentibus tractum successiuum, & respicientibus futurum tempus, quia tunc nepos venit appellatione filij, etiamsi
26 iam † filij successissent, *ita probat Ruin. in cons. 117. nu. 2. vol. 2. Gabr. d. concluſ. 1. nu. 77. Menoch. d. cons. 347. nu. 4. in fi.* Quamuis contrarium voluisse videatur Zanc. *d. par. 4. nu. 164. vbi allegat Roma. Pinel. & alios.*

Limitatur etiam prædicta conclusio, vt non procedat, quando per admissionem filij intentio
27 testatoris non est integrè † sortita effectum, puta, quia constet, testatorem non solùm filios vocasse, sed etiam descendentes, tunc enim nepos venit appellatione filij, *ita declarat Socin. cons. 25. nu. 5. ver. infertur etiam, & tertio, volu. 2. Ruin. in cons. 35. num. 15. vol. 1. Caphal. in cons. 262. nu. 17. ver. non obstat etiam, & Zanc. d. nu. 164. in fi. ver. bene verum.* Hæc autem declaratio, licet ponatur pro diuersa, meo tamen iudicio eadem est cum præcedenti, quia quando verba testatoris habent tractum successiuum, vel futurum tempus respiciunt, tunc voluntas testatoris non extinguitur, nec perfectè impletur per filiorum admissionem. Sed quia vlterius ꝓgreditur, & vlteriores gradus amplectitur longiusq́; in posteros excurrit, necesse est pro implemento, quod nepotes quoq; includantur. Alio etiā modo declaratur conclusio predicta secūdum Purpur. *in cons. 311. nu. 12.* apud quem videripoterit.

Nonò appellatione filiorum non veniunt ne-
28 potes, † quando dispositio fit à transuersali, *vt consuluit Accurs. quē citat, & sequitur Cyn. in d. §. instituens, Alex. in cons. 26. vol. 3. Socin in cons. 17. vol. 1. Socin. iun. in cons. 30. num. 18. vol. 3. vbi ponit rationem, Bero. cons. 122. col. 2. vol. 2. Alciat. in cons. 526. num. 4. alios citat Zanc. d. par. 4. num. 195. Rolan. in cons. 43. num. 38. vol. 4. Simon d. solut. 1. num. 40.* vbi tamen loquitur quando tales nepotes non erant ab intestato successuri, *prout etiam, Mantic. d. lib. 8. num. 7. aliud tamen Simon, numer. 48. in fin.* Sed hanc declarationem non reci-

pià

pi à Doctoribus, inquit Gabriel. *d. cõcluſ. 1. num. 89.*

Decimò nepotes non cenſentur vocati, quando teſtamenti tempore ſoli extabant: ij verò ne-
29 potes, † qui nunc contendunt non extabant, ſed nati & concepti ſunt poſt teſtamentum, tum quia poſthumi non veniunt appellatione filiorum, *l. qui filiabus, in princ ff. de legat. 1.* tum etiam, quia conceptus poſt mortem teſtatoris non dicitur ei cõiunctus, *l. 1. §. ſi quis proximior, ff. vnde cognat. ita Cord. in conſ. 290. num. 7. volum. 4. Socin. in conſ. 152. vol. 1. Dec. conſ. 95. num. 5. ver. 3. Alciat. conſ. 526. num. 4. Simon d. ſolut. 1. num. 47. vbi allegat Barbat. Caccialup. Ruin. Tiraquel. & Gabriel. Mantic. qui alios citat d. tit. 8. num. 9. Rolan. d. conſ. 43. num. 31. & ſeq. vbi latè agit, Zanch. d. p. 4. num. 214.* vbi etiam quando diſpoſitio conferatur in futurum euentum. *Et multos pro hac ampliatione allegat, vt per eum Becius conſ. 56. num. 57. vbi addit Ruben. & Cæphal.* Quæ opinio procedit ſine difficultate in ſucceſſione legali. Item in directa ſucceſſione hominis, quia cum attendi debeat tempus mortis ij ſoli admittuntur, qui tunc reperiuntur in rerum natura, ſed vbi agimus de fideicommiſſaria, vel alia diſpoſitione, quæ futurum tempus reſpiciunt, multi tenent, nepotem venire etiam, qui ſit natus, & conceptus poſt teſtato-
30 ris mortem, & ſat eſſe ſi tempore † euenientis conditionis extet, vt voluit Ioan. Andr. *ad Specul. in rubrica, de teſtam. quem ſequuntur infiniti citati à Simon. d. num. 47. ver. hoc autem verius, Alciat. conſ. 262. num. 14. Zanc. d. par. 4. nu. 29. vbi allegat Caſtren. Alex. Socin. Dec. Ruin. Pariſ. & infinitos alios.* Et ſubdit, quod intelligitur, dummodo nepos non natus tempo-
31 re † teſtamenti non concurrat cum filio nato eo tempore, quæ diſtinctio mihi ſemper viſa eſt rationabilis, quia nati cenſentur magis dilecti, & quia expreſsè nominati præferendi ſunt incognitis, *iuxta pulchram deciſionem Cur. iun. in conſ. 57. num. 12. & conſ. 58. col. 2. quem ſequitur Riminal. in conſ. 35. & ſeq. vbi latè agit, & nouiſsimè Petra, de fideicommiſ. q. 11. num. 26. licet eam videatur impugnare Purpur. in cõſ. 311. num. 11.* Et pro hac limitatione facit, quod poſt Zanc. *d. num. 164.* dixi *ſupra in 7. declarat.* quod ſcilicet nepotes non veniunt, quando diſpoſitio poteſt in filiis verificari etiamſi collata ſit in futurũ.

Vndecimò extãt multi alij caſus quibus nepos
32 non venit † appellatione filiorũ, quæ videri poſſunt apud Gabriel. *d. concluſ. per totam, Zanc. d. §. cum ita, par. 4. num. 164. & aliis Mantica d. tit. 8. num. 4. & ſeq. Simon. d. ſolut. 1. num. 37. & ſeq. Craſſ. §. fideicommiſſum, q. 12. num. 12. & ſeq.*

Duodecimò nepotes generaliter non veniunt
33 appellatione filiorum, quandocunque † ex coniecturis, vel aliter conſtat voluntatem teſtatoris aduerſari, *Socin. in conſ. 62. nu. 6. vol. 3. vbi duas ponit coniecturas, Corne. conſ. 182. col. 2. & ſeq. vol. 2. conſ. 290. num. 3. vol. 4. Alciat. conſ. 526. num. 4. Socin. iun. conſ. 114. num. 31. vol. 2. & conſ. 108. num. 21. eod. vol.* vbi ait, quod nepotes veniunt ex interpretatione, quæ ceſſat, quando deficit voluntas teſtatoris, *Menoc. conſ. 328. num. 3.*

Contra verò veniunt nepotes appellatione fi-
34 liorum † quandocunque apparet ex coniecturis vel aliter ſic teſtatorem voluiſſe. vt probat text. *in d. l. liberorum, §. ſed & Papirius. ibi, niſi voluntas teſtatoris aliter ſe habeat. ff. de verb. ſignif. Cur. iun. qui ita dicit in conſ. 111. num. 5. Iaſ. Pariſ. Socin. iun. & Crau. in locis allegatis per Mantic. d. tit. 8. num. 12. Simon d. ſolut. 1. nu. 56. vbi plures recitat coniecturas, Cæphal. conſ. 262. num. 11. Rimin. conſ. 23. num. 67.* Et dicit Craſſ. *d. §. fideicommiſ. q. 10. nu. 5. ver. quoniã autem,* quod hæc quæſtio pluribus à coniecturis dependet, *Aret. conſ. 145. num. 2. Gabriel. d. concluſ. 1. nu. 32.*

Secundò veniunt nepotes, quando diſpoſitio
35 eſt collatio † in futurum euentum, *ſecundum Imo. Alex. & Iaſ in d. §. inſtituẽs, Alex. in cõſ. 9. col. 2. vol. 1. Dec. conſ. 391. & idem voluerunt. Socin. Iaſ. Dec. Soc. iun. Rom. Gozad. Alcia. Cardin. Alban. & Cæphal. quos refert, & ſequitur Zanc. d. par. 4. num. 197. vbi dicit eſſe communem opinionem, licet aliqui contradicant, Purpur. conſ. 311. nu. 7. vbi pariter dicit communem, & reſpondet ad iura allegata in contrarium, Aret. in tract. de teſtam. gl. 79. in ver. etſi deceſſerit ſine filio maſculo, & hanc dicit veriorem, & magis receptam opinionem, Gabriel. conſ. 121. nu. 22. vol. 1. Rimin. conſ. 23. num. 66. vbi addit Ruin. Curt. iun. & Cæphal. Menoch. conſ. 95. num. 107. eandem communem dicit Craſſ. in d. §. fideicommiſſum, q. 10. num. 6.* vbi alios addit, ſubdens procedere etiam, quando nepotes concepti, aut nati ſunt poſt mortem teſtatoris. Et hoc videtur voluiſſe Mantic. *d. tit. 8. nu. 20.* dum inquit, nepotes veniſſe ad relictum factum ſub cõditione, quia teſtator non poteſt eſſe certus, an filij vel nepotes tempore euenientis conditionis ſint ſuperfuturi, *Simon d. ſolut. 1. num. 47.* Quamuis Menoch. *conſ. 347. nu. 23.* contrarium teneat, & neget hanc eſſe communem. Et pro noſtra concluſione ponitur exemplum, quando
36 † vocantur naſcituri filij, ſecundum Cur. iun. *in conſ. 3. nu. 9. Mantic. d. tit. 8. nu. 16. Craſſ. d. q. 10. nu. 9. & Simon d. nu. 57.*

Tertiò filiorũ mentio nepotes includit, quan-
37 do diſpoſitio facta eſt pro † conſeruanda agnatione, *Ioan. Andr. ad Specul. in rubr. de ſucceſſio. ab inteſta. Curt. iun. conſ. 3. num. 11. Salic. Imo. Fulgoſ. Caſtr. Iaſ. Cur. iun. Gozad. Pariſ. Soc. iun. & Georg. Natta. citati à Gabriel. d. concluſ. 1. n. 37.* vbi ait non ſolùm nepotes, ſed pronepotes quoq; venire eo caſu, *addo Ruin. in conſ. 101. nu. vol. 2. Caſſan. conſ. 63. num. 99. Menoch. conſ. 359. num. 3. Mantic. d. tit. 8. num. 17. Rimin. d. conſ. 23. nu. 74. vbi addit Anchar. Cuman. Bero. & Cæphal. Simon. d. ſolut. 1. num. 53. Craſſ d. q. 10 num. 8.* Quamuis contrarium tenuerit Menoch. *in conſ. 238. nu. 33. & 36.* vbi vellet reſtringere hanc concluſionem ad certos caſus, & perſonas, cum tamen fauor agnationis conſeruandæ non id patiatur.

Quartò appellatione filiorum veniunt nepo-
38 tes, quando in eis eadem † militat ratio, quæ in filiis, Roman. *in conſ. 129. colum. 1. Bart. ante eum, d. l. liberorum, num. 5. Pariſ. conſ. 78. num. 11. vol. 2.* vbi addit Alex. Socin. iun. *conſ. 1. nu. 33. vol. 3.* vbi ponit quomodo cognoſcatur eandem rationẽ vigere, *Mantic. d. tit. 8. num. 17.* Et pro hac ſententia facit textus, *in l. filium habeo, ff. ad Maced.* vbi appellatione filij venit nepos propter identitatem rationis, *vt intelligit. Alexan. in l. ſi prius, num. 27. ff. de ope. no. nun. Iaſ. in l. prima, §. hoc autem, num. 10. in 2. lect. ver. poteſt autem*

dicere, ff. ad Trebel. Dec. in l. 1. num. 27. circa medium, ff. de iurisd. om. iud. vbi dicunt extẽsionem fieri ex identitate rationis, *Pinel. in l. 1. par. 1. nu. 71. C. de bon. mat. folio mihi 164. vbi allegat Gozad. & alios.*

39 Quintò idem est, quando in nepote † adest qualitas, quæ fuit considerata in filio, quia tunc nepos venit appellatione filij, vt quando dicitur filius familiâs. Propter illam enim qualitatem familias adiectam, videtur considerata patria potestas, & quia ea non minus cadit in nepote familias, quam in filio, extẽditur dispositio ad filium, *vt probatur in d. l. filium habeo, ita Bald. in l. penult. C. ad Macedonianum, sequitur Castr. in d. l. filium habeo, Pinel. d. l. 1. par. 3. nu. 71. Gabr. d. concluſ. 1. nu. 38.* Sed hæc declaratio, quamuis à Pinello reputetur diuersa à præcedenti, mihi tamen videtur eadem, quia Bal. non simpliciter considerat qualitatem adiectam, sed rationem disponentis, quæ resultat ex adiectione qualitatis. Et ideo infert, quod tunc nepos non veniet appellatione filij, quando dispositio caret ratione, etiamsi in nepote adsit qualitas adiecta filio, vt quando statutũ mandat, quod pater soluat condemnationem prõ filio familiâs: Vult enim quod non soluat pro nepote familias. Sed
40 hæc illatio † mihi non videtur vera, quia licet fortè statutum prædictum careat iusta ratione, non tamen caret ratione, quam statuentes iustam crediderunt, puta, vt filii familiâs à delinquendo illius pœnæ timore retrahantur, qui eo, quod bona propria non haberent, proniores erant, quę ratio cum non minus in nepote familias versetur, quam in filio, habebit quoque in nepote locum decisio facta de filio, sed quia hoc non est præsentis speculationis, relinquo aliis cogitandum.

Sexto nepotes veniunt appellatione filiorum,
41 † quando testator vult, quod succedant in stirpes, & non in capita, tunc enim, quia hæc dispositio non potest solis foliis conuenire, ex quo inter eos non cadit consideratio succedendi in stirpes, vel in capita, nepotes censentur vocati, *vt voluit Socin. iun. in conſ. 1. num. 44. vol. 3. vbi allegat Curt. iun. conſ. 161. num. 1. sequitur Manti. d. tit. 8. num. 18.* vbi post Socin. iun. intelligit, quando nepotes poterant ab intestato succedere. Et principalem conclusionem ante prædictos tenuit Socin. *in conſ. 250. num. 4. verſ. ostenditur, volum. 2. sequitur Menoch. in conſil. 347. num. 51. Gabriel. conſ. 69. num. 45. in 2. Riminal. conſ. 283. num. 19.* Ea tamen declaratio Socini iun. *in conſ. 149. num. 8. volum. 2. quam sequitur Mantic. loco*
42 *prædicto*, non videtur posse sustineri, quia benè procedit, quando dispositio etiam respectu filiorum facta est in successuros ab intestato, sed quãdo esset facta in extraneos tales, quod etiam filij non erant successuri, venire debent quoque nepotes cum filiis, vt quandoin stirpes vocantur filij alicuius tertij non agnati, neque cognati, isque habet cum filiis nepotes, certè eo casu negabit nemo quin admittantur etiam nepotes, alias enim distinctio facta à testatore de succedendo in stirpes, esset superflua, & nihil operaretur contra *l. si quando, ff. de lega. 1.* Et per hanc ipsam rationem idem dicendum esset, quando quis fratris viuentis filios vocaret in stirpes, nam & tunc venirent nepotes, quia tunc ab intestato filij non erant successuri. Sed idem omnino existimo, etiam quando filij essent ab intestato successuri, sed non nepotes, vt quando ex fratre mortuo extant filij, & nepotes ex eiusdem fratris filio prædefuncto, quia nihilominus cum filij sint vocati in stirpes, & hæc consideratio non possit verificari in
43 solis filiis, extendi debet ad nepotes: talia † enim sunt subiecta qualia prędicata demonstrãt, *Oldra. conſ. 60. dixi in conſ. 34. num. 40.* Et quando testator mandat, quod succedatur in stirpes, iam præsupponit vocatos esse non eius personæ, sed diuersarum filios.

Septimò nepos appellatione filij venit, quan-
44 do † eum testator consueuerat filium nominare, & vt talem tractare, *Bar. in l. alimenta, in fin. princip. de alimen. & cibar. leg. Roman. in l. si viro, in 33. fallent. ff. soluto matr. & in conſ. 438. in fi. Bald. conſ. 186. vol. 2. Aret. in conſ. 145. circa fin. Ang. in §. fi. col. fin. Inſtit. qui teſtam. tuto. dari poſſeſſ. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 9. num. 9. Gabriel. dicta concluſ. 1. num. 40. addo Castre. in conſ. 117. num. 2. volum. 2. Alex. ad Bar. in d. l. alimenta, Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. libertis, num. 101. C. de reuoc. donat.* Sed hoc intelligitur quando filius extat,
45 nam † eo extante non venit nepos, sed filius *secundum Bar. in l. si pater, num. 3. C. de hæred. inſtit. vbi mouetur ex deciſione Cyn. & Albe. ibi,* qui voluerunt, quod substitutio filiæ facta à quadam vetula, quæ cum filiam, & ea neptem haberet, solebat tamen neptem semper filiam vocare, filiam verò proprio nomine appellare, intelligatur de vera filia, non
46 etiam de nepte, ego tamen assentior generali limitationi † quam eo loci Ias. tradidit, quia per eã destruitur præcedens nostra conclusio, quæ tamẽ est communiter recepta, & vult quod cum filiis admittatur nepos, etsi filij nulli extarent, absque dubio nepotes venirent, ex quo dispositio non posset aliter verificari, idq; procederet, non quia testator consueuisset nepotem dicere filium, atque ita non ex loquendi vsu testatoris, sed ne dispositio reddatur nulla. Et quod dixerunt Cyn. & Alb. loco prædicto obtinet ex aliis, & primo, quia de filia mentionem fecit in singulari, ideo non potest cum filia concurrere neptis, sed cum vnica persona includatur, necesse est alteram excludi. In dubio autem capi debet interpretatio per quã actus sustineatur, etiamsi verba contra communem loquendi intelligantur, quod si institutio intelligeretur de nepte, testamentum esset nul-
47 lum ob filiæ præteritionem. Sicuti igitur, † vt actus sustineatur, impropriantur verba, *l. cum filio, vbi Cuman. ff. de legat. 3. gloſ. in c. Abbate san. è, de verbor. ſignific. l. quoties, ff. de reb. dubiis. l. quoties, ff. de verbor. obligatio.* ita pro actus sustentatione recedi debet
48 † à communi vsu loquendi, quod probatur ex eo, quod etsi dictio olim, secundum loquendi
49 vsum intelligatur de præterito tempore † *secundum Barbat. in cap. cum olim Abbas, in 1. & 2. colum. de offic. delegat.* tamen ne actus dicatur falsus intelligitur etiam de præsenti, *vt per Bartol. in l. 1. §. hoc*

autem,

autem, num. 2. in fin. ff. de oper. no. nunt. vbi inquit per hoc defendisse notarium à pœna falsi, & eius decisionem inquit communiter esse approbatam Ias. *ibi num. 3. 8. & 9.* vbi subdit non esse recedendũ ab ea in procedendo, & iudicando, *sequitur Alcia. præsumpt. 34. num. 7.* Sic ergo licet testator neptem soleret vocare filiam, tamen quia intelligendo secundum consuetudinem testatoris actus redderetur nullus intelligitur eius dispositio, secun-
50 dum verbi proprietatem, & nepos † filij appellatione venit, *vt actus valeat, Gabriel. d. conclus. 1. num. 42.* Idipsum procedit alia ratione, vt scilicet euitetur absurdum, idest, ne videatur propriam filiam excluisse, vt ex ea neptem instituerit. Sicuti
51 autem nepos venit appellatione filij, † quando aliâs sequeretur aliquid absurdum, vel inhumanum *Bartol. d. l. liberorum, colum. 3. cum multis apud Gabr. d. conclus. 1. num. 34. Craff. d. q. 10. nu. 10.* ita debet excludi, quando admissio cõtineret iniquitatem, vt cõtrariorum eadem sit disciplina, & facit, quia nepos non venit appellatione filij, quando ma-
52 gis † dilectus excluderetur à minus dilecto, *vt post Alciat. & alios ponit Mantica d. lib. 8. tit. 8. num. 11.* Rursus in casu Cyn. Albe. quæstio erat inter matrem, & filiam: certum autem diximus supra, quod nepos non venit, quando dispositio potest in filia verificari. Erit igitur vera nostra conclusio, quod filij appellatione veniat nepos, quem filium solebat testator nominare, *Bero. cons. 122. in principio, vol. 2. Rolan. cons. 43. num. 37. vol. 4.* Sed limitabitur non procedere quoad exclusionem filiorum, quia propter coniecturas excludendi non sunt proprij filij.

53 Octauo filij appellatio † nepotem non excludit, quando testator loquitur de filiis nascituris, quia tunc non potest dici, quod habeat affectionem ad certas personas. *ita tenuit Imo. in dicta lege, Gallus, §. instituens, Anchar. cons. 146. col. 1. Roman. cons. 428. Alex. in cons. 9. vol. 1. Curt. iun. in cons. 111. num. 9. vbi ait, quod hanc decisionem sequuntur communiter scribentes, & cons. 113. num. 11. Ruin. cons. 35. nu. 14. vol. 1. Gabriel. d. conclus. 1. num. 71. Cras. d. q. 10. num. 9. Mantica. d. tit. 8. num. 16.* vbi tamen restringit ad descendentes testatoris, secus in trã sucrsalibus, innuẽs, quòd hęc conclusio ,pcedit etiam in iis nepotibus, qui nati & concepti sunt post mortem testatoris, quando dispositio est collata in futurum euentum, licet extent alij nati tempore mortis testatoris. Sed vbi dispositio non haberet tractum temporis in futurum, tunc admitterentur solùm ij, qui tem-
54 pore mortis testatoris † aderant, *vt declarat Curt. iun. d. cons. 113. num. 12.* Facit, quia etsi veniant aliquando nepotes in dispositione facta de filiis, ta-
55 men regulariter intelligitur si † nati sint quando testator decessit, non autem veniunt nascituri, *Alexand. in cons. 184. colum. 1. vol. 2. alios citat Gabriel. d. conclus. 1. num. 68.* vbi tamen ponit quid vbi verba sunt in futurum collata, de quo Crau. *d. quæstio. 10. num. 7.*

56 Nonò veniunt nepotes, quando testator † vniuersaliter vocat quoscunque filios, *vt per multa ,pbat Curt. iun. cons. 48. num. 3.* & mouetur principaliter, quia sub vniuersali dictione veniunt etiam ea, quæ secundum proprietatem sermonis includi non possunt, vt quando feudum conceditur ,p quibuscunque hæredibus, *sequitur Crau. in cons. 155. num. 4. Mantic. d. tit. 8. num. 22.* Et hæc limitatio est multum notanda, quia in testamentis notarij solent vti vniuersalibus verbis.

Decimò venire nepotes, quando testator pro-
57 miscuè † vsus est nomine filiorum, & liberorum eaque sic pro sinonimis habuit, voluerunt Curt. iun. *in cons. 111. num. 7. & cons. 113. num. 7. Crau. cons. 62. nu. 12. & cons. 155. nu. 3. Menoch. cons. 359. nu. 2. Mantic. d. tit. 8. num. 21.* Et ratio est quia sicuti liberorum mentio includit nepotes, ita includere eos debet mentio filiorum, ex quo testator inter filios, & liberos non constituit discrimen. Item si vocantur nepotes in vna parte testamenti, quando scilicet meminit de liberis, non debet excludi in alia, quando meminit de filiis. Colligitur enim & declaratur voluntas testatoris ex iis, quæ leguntur in alia testamenti parte. Et quamuis in oppositum dici possit, quod sub nomine filiorũ non vocauerit nepotes, quia non de filiis, sed de liberis mentionem fecit, quando voluit nepotes includi, tamen respondet Crau. *d. cons. 62. nu. 13.*

58 Extant & plures alij casus, † quibus filiorum appellatione nepotes veniunt, qui videri possunt apud Curt. iun. *d. consil. 114. & 112. Gabriel. d. consil. 1. Mantica d. tit. 8. Craff. d. quæst. 10. Simon d. solut. 1. num. 50. & sequentibus, fol. 327. Zanch. d. par. 4. num. 197. 213. & pluribus sequen.* Ex quibus facilè poterit dignosci & inferri, quomodo alimenta filio relicta debeantur etiam nepoti, ideo non aliter prosequor singulos casus.

SVMMARIVM.

1 *Pauper quis dicatur arbitrio iudicis committitur.*
2 *Pauper dicitur qui etsi victum habeat necessarium, tamen viuere non potest honorificè secundum conditionem suam.*
3 *Pauper dicitur, qui solùm mille habet in bonis.*
4 *Vxori pauperi datur quarta in bonis mariti diuitis, ne cogatur mendicare.*
5 *Vidua videtur esse in eodem matrimonio.*
6 *Vxori inopi in bonis mariti diuitis datur quarta ne sit opprobrio marito.*
7 *Vxori dotem paruam habenti datur quarta in bonis viri diuitis sicuti nullam habenti dotem.*
8 *Inopia nouissima requiritur in vxore, vt habeat quartam in bonis mariti diuitis.*
9 *Inops dicitur, qui nihil habet.*
10 *Inopia nouissima dicitur cum nihil omnino habere potest.*
11 *Paupertas artissima dicitur, quando nihil prorsus habet.*
12 *Nihil dictio est vniuersalis negatiua.*
13 *Negatiua vniuersalis nullam recipit restrictionem.*
14 *Negatiua potentius negat, quam affirmet affirmatiua.*
15 *Negatiua vniuersalis falsa in vno est falsa in omnibus.*
16 *Dos mille aurorum sufficit etiam pro Comitissa.*

17 *Quarta*

17 *Quarta vxori inopi datur gratia miserationis in bonis mariti diuitu.*

18 *Quarta vxori inopi datur in subsidium, quando deficit omnis promissio.*

19 *Dos ad excludendū quartam non sufficit, quod sit parua nisi etiam sit minima.*

20 *Dotu reditus raro, vel nunquam sufficiunt pro alimētis vxoris.*

21 *Dispositio authen. præterea, C. vnde vir, & vxor, est exorbitans.*

22 *Extensio non est licita in exorbitantibus ex identitate rationis.*

23 *Extensio in exorbitantibus non est licita ex maioritate rationis.*

QVÆSTIO XXXVII.

PErtinet quoque ad alimenta quæstio, quæ in facto contigit paucis ab hinc mensibus, decessit enim nobilis quidam Doctor, & Eques ditissimus relicta vxore, quæ dotem dederat ducatorum mille ducentorū, jj efficiunt aureos mille in circa: petebat autem quartam in bonis tanquam pauper, quia etsi regulariter arbitrio iudicis committatur in cognoscendo, quis †verè dicatur pauper, *glo. in auth. præterea, in ver. locuples, C. vnde vir, & vxor, vbi Bart. Alex. Ias. Dec. & alij, Benincas. in tract. paup. in 6. q. prin. num. 17. Menoch. de arbitr. iudic. casu 65. num. 6. Mascar. de probat. conclus. 1154. nu. 8.* tamen nō solùm dicitur pauper, qui non habet, vnde viuat, sed etiam, qui nō potest commodè viuere, † secundum suam cōditionem, *Bal. in l. si quis ad declinandam, nu. 5. C. de epis. & cler. Ias. in l. si constante, num. 146. & num. 151. ff. solu. matrim. Dec. in auth. præterea, nu. 15. Alciat. in l. quos nos hostes §. locuples, nu. 11. ff. de verb. signific. Natta cons. 590. nu. 14. Bellon. cons. 16. nu. 6. Simon. de interpret. vlt. volu. lib. 4. interpret. 1. dubit. 12. nu. 74. fol. mihi 442. Benincas. in d. tract. q. 1. nu. 40. Marcabu. in cons. 105. nu. 41. Mascar. d. conclus. 1154. nu. 14.* Certum est autem, quod ex reditu aureorum mille nō potest mulier viuere honorificè, si nobilis sit. Et dicit Bar. *in d. l. si constante, nu. 14.* dici pauperem eum, qui † in bonis habet solum mille, *sequitur Socin. cons. 30. nu. 1. vol. 4. vbi loquitur in proposito nostro Bero. cons. 120. num. 15. vol. 1. Natta in cons. 605. Pedroc. cons. 8. nu. 153.* Quod si eo tempore reditus aureorum mille non sufficiebat, quando omnia erant vilia, multò minus sufficiet nunc quod ad ea tempora deuenimus, quo omniū rerum pretium creuit, & ex communi vsu plura ad vsum, & ornatum desiderantur, quam prædictis temporibus consueuisset. Ratio *auth. præterea,* est ne vxor pauper † cogatur cum mariti opprobrio mendicare, *vt Barb. Nicol. de Vbal. Ang. Dec. Gozad. Bened. Rube. Mantu. & alios dixit Rol. d. cons. 15. nu. 4. vol. 3.* vidua enim videtur esse in eodem † matrimonio, *l. filij §. vidua, ff. ad municipa. l. quoties, C. de priuil. schola. lib. 12. Guido. Pap. q. 379. Rol. cons. 14. nu. 46. cons. 15. n. 11. vol. 3. Dec. cons. 33. nu. 9. in 1. vol.* & lex non solùm considerauit paupertatem vxoris, † sed etiam opprobrium viri, *vt per Bal. in d. auth. præterea, Castr. num. 4. Salic. nu. 2. Ias. nu. 9. & seq. alij ibi Riminal. sen. cons. 114. num. 7. Corne. cons. 4. num. 4. volu. 4. Bened. in c. Rainutius, in ver. vxorem nomine Adelasiam, decis. 5. num. 244. Cordub. in d. l. si quis à liberis, in princip. num. 78. ff. de liber. agnoscen.* Cum ergo dispositio authen. *præterea,* sit fundata super paupertate, & defectu alimentorum, & honore mariti obtinere videbatur etiam in casu prædicto, quia etsi dotata esset mulier, ea tamen dos videbatur parua inspecta mariti qualitate, & conditione, † quo casu non minus debetur quarta, quam si esset sine dote *secundum Bald. ibi in fi. vbi Castren. colum. fi. Rom. col. 2. Salic. nu. 2. Alexan. col. 1. & Ias. colum. 2. in fin. Rolan. qui multos citat d. cons. 14. num. 29. ver. 3. quod, Natta cons. 246. num. 6. Caphal. cons. 288. num. 29.* Contra verò non videbatur esse locus dictæ quartæ, quia in muliere requiritur nouissima † inopia, & quod nihil habere valeat, *vt in §. quoniam vero, in Auth. de exhiben. reis,* inops dicitur, qui nihil habet † *Archid. in c. quæiura, distin. 8. Castren. in l. id quod pauperibus, C. de epis. & cler. Socin. in cons. 30. num. 16. cons. 121. num. 45. volu. 4. Fabian. d. authen. præterea. num. 19.* & nouissima inopia est cum nihil omnino habere † potest, *Bartol. in l. si quis à liberis, §. item rescriptum in fi. ff. de liber. agnoscen.* Et dicit Bald. *in authen. si qua mulier, colu. 3. ver. secundo probo. C. de sacr. eccles.* quod arctissima paupertate laborare dicitur, qui nihil prorsus † habet, & textus prædictus vtitur dictione nihil, quæ est vniuersalis negatiua † *Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, numer. 8. C. de reuoc. donat.* & cum vniuersalis negatiua nullam recipiat † restrictionem, *Crau. cons. 294. num. 6.* potentius enim negat, quam affirmatiua affirmet, † *Bar. in l. Gallus, in princ. num. 4. ff. delib. & posthum.* & falsa in vno redditur in omnibus falsa. † *l. si is qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb. dub. Crau. in cons. 809. num. 4. ver. sed si post protestationem, & dixi supra in quæstione antepenult.* & non dicitur inops, vel pauper qui mille habet aureos, tum quia neque indotata dicitur, neque parua dote dotata, nam dos mille † aureorum sufficit etiam pro Comitissa, *vt post Fulgos. & Dec. tenet Alcia. in cons. 252. num. 5. in fin.* Tum verò, quia si dos illa in censuum emptionem conuertatur, qui passim hac in regione ad octo pro centenario constituūtur, reddet aureos octuaginta. Hic verò reditus sufficit ad tollendam indigentiam, & mendicitatem à lege consideratam. Accedat quod beneficium dictæ † quartæ fuit miserationis gratia concessum, *vt inquit Alcia. d. cons. 252. num. 5.* Ergo non sufficit vxorem esse pauperem, nisi etiam sit miserabilis seu miseratione digna, & non dicitur talis ea, quæ reditum habet octuaginta aureorum. Præterea datur ea prouisio in subsidium, † quando alia omnia deficiunt, *vt volunt Doctores ibi. & Socin. in cons. 121. num. 6. vol. 4. Fabian. d. authen. præterea, num. 33. Caphal. cons. 244. num. 22. Gabriel. cons. 142. nu. 29. Menoch. cons. 433. nu. 23.* sed non dicitur deficere aliquid mulieri, quæ dotem habet quātitatis prædictæ. Et ex prędictis respondetur ad omnia contraria, quia etsi dicatur pauper ille, cui non sunt facultates ad honorificè viuendum sufficientes, tamen non sufficit paupertas simplex in proposito, sed requiritur nouissima inopia, *d. §. quoniam verò*

verò. Similiter licet parua dos non tollat remediũ prædictum, tamen hoc est verum, quando nõ so-
19 lùm est incongrua † habito respectu ad conditionem, qualitatem & statum mariti, sed est minima, ita vt illa non obstante vxor laboret extrema inopia, *ita determinat Corne, in cons. 249. col. 2. in fin. ver. licet autem militaret, vol. 3.* Et dicit Socin. *in cons. 30. nu. 14. vol. 4.* quod ad exclusionẽ mulieris sufficit, dotem non esse minimam, licet etiam non sit congrua vel condecens. Et eiusmodi sentẽtiæ fuit Pepus *d. auth. præterea, nu. 19. & 83.* vbi vult maximam paupertatem requiri, *Purpur. cons. 330. num. 5.* Quorum dicta quoad supra citatam conclusionem nõ reprobantur, licet inferant alia, quæ in iure non sunt tuta. Eodem modo tollit fundamentũ, quod parua dicatur dos, quę non sufficit ad alimenta, *vt voluerunt Bald. Corset. & Mant. quos citat, & sequitur Rol. in cons. 14. num. 21. & seq. vol. 3.* Intelligitur enim de alimentis necessariis, & sine quibus viuere nemo potest, non autem de alimentis, secundũ honorificẽtiam, quia aliâs semper esset locus dispo-
20 sitioni dictę authen. ex quo nũquam, vel raro † reditus dotis sufficit pro sustentatione vxoris, & aliarum expensarum, quæ fiunt pro victu, ornatu, & decore illius, *vt inquit Purpur. in cons. 330. nu. 7. ver. ex cuius dicta, Pepus in d. auth. num. 85.* In casu autem dotis reditus sunt sufficientes ad tollendum miseriam, necessitatem victus & mendicitatem, licet non sufficiant pro decore, & ornatu vxoris, ergo non debet esse locus illi dispositioni, quæ cum sit
21 exorbitans, † *vt volunt Doctores in prin. præcipuè Castr. Socin. cons. 108. col. fin. vol. 1. Cæphal. in cons. 671. num. 34.*
22 non debet extendi † secundum gl. *in §. 1. in ver. curationem, in Auth. vt hi, qui oblig. res minor. hab. Alex. in l. si ita stipulatus in §. Grisogonus, colu. pen. ff. de verb. oblig. Dec. in l. qui se patris. col fi. C. vnde lib.* imo etiam quan-
23 do subest maioritas † rationis *secundum Ias. in rub. ff de re iudic. col. 3. ver. 2. quia etiam dato.* Et hanc partem ego credidi veriorem, quam etiam amplexus est Senatus Mantuanus, qui tamen videns viduæ nõ sufficere reditum aureorum octuaginta, vtendo authoritate sibi concessa, addidit aureos viginti quinq; in singulos annos dum vixerit.

SVMMARIVM.

1 *Exclusio legis excludit etiam à legitima.*
2 *Renunciatio generalis excludit ab omni remedio.*
3 *Ali nemo debet ex bonis quæ sibi auferuntur.*
4 *Accessorium tollitur principali sublato.*
5 *Primogenitus, cui omnia bona ex consuetudine deferuntur, tenetur alere secundogenitum.*
6 *Monachi in Gallia exclusi à successione parentum, sunt tamen alendi.*
7 *Exclusus à successione per legis dispositionem consequitur tamen alimenta.*
8 *Bald. in auth. bona damnatorum, C. de bon. damnato. quomodo procedat.*

QVÆSTIO. XXXVIII.

EIliæ, cui dos in tempus nuptiarum est relicta, debentur interim alimenta ex bonis patris dotantis, vt probaui *in tit. quib. debean. alim. q. 26.* sed quid si penitus sit statuto vel consuetudine exclusa, & idem dubitari potest in filio, quando à successione paterna, vel materna modo prædicto repellitur. Et videretur dicendũ, quod non debeantur, nam videmus quod à lege
1 exclusus simpliciter à † successione, censetur etiam exclusus à legitima, *Socin. cons. 150. colu. 4. vol. 1. Dec. in cons. 392. col. fin. num. 6. Natta in cons. 308. num. 4. Rola. in cons. 62. num. 50. & sequen. vol. 3. Cæphal. in cons. 304. num. 1.* Ergo eodem modo videri debet exclusus ab alimentis: valet enim argumentum à legitima ad alimenta, *vt dixi suo loco.* Præterea generalis exclusio generaliter excludit ab omni reme-
2 dio, † & ab omni capite, *gl. in l. 1. §. sed videndum, ff. de successor. edic. quam dicit singularem Bald. in l. vnica, C. quan. non peten. par. Castren. in l. 1. num. 6. C. qui admit. Bartol. Salice. Castren. Alexand. & alij, in l. necis, §. hæres institutus, ff. de hæred. instit. Aret. in l. cum igitur, num. 3. & 4. Instit. de bono. poss.* Et licet prædicta iura loquantur in exclusione hominis, tamen idẽ videtur in exclusione legis: ea enim fortius excludit, quã exclusio hominis, *vt voluerunt, Socin. Dec. Natta, Rola. & Cæphal. supra citati.* facit etiam ratio, quia
3 non est alẽdus † quispiam ex bonis, quorum successio à lege sibi denegatur, vti supra dictum est de bonis, quæ propter delictum auferuntur, *secundum. Bald. in authen. bona damnatorum, & alios sæpe hoc in opere citatos.* Rursus diximus aliquando alimenta danda esse agenti, qui probauit saltem semiplenè sibi ius aliquod prætendere in bonis cõtentiosis, at secus est, quando clarè constat in eis, nullum sibi ius esse, dantur enim alimenta ratione bonorum: at vbi bona non debentur frustra ex eis petuntur alimenta, sublato enim principali
4 † tollitur omne accessorium, *l. cum principalis, ff. de reg. iur.* In contrarium tamen facit, quod voluit Bald. in *l. cunctos populos, numero decimo septimo, C. de sum. trinit.* vbi ait, quod si ex statuto, vel consuetudine, omnia bona deferuntur primogenito, exclusis aliis, debebuntur aliis alimenta ratione naturali, facit etiam, quod de primogenito succedente ex consuetudine, vel statuto in vniuersis
5 bonis † *dicunt Hostien. Ioan. Andr. Abb. & alij in capit. licet de voto*, vbi dicunt alimenta secundogenito deberi, *alios citaui in titulo, quibus debeantur alimenta, quæstio. vigesima septima.* Et hæc pars mihi videtur verior, quando liberi egent alimentis, & confirmatur, quia tali casu alimenta non possunt statuto aut consuetudine tolli, *vt dixi suo loco:* Ideoque Bened. *in capitulo Rainutius, in prima parte, ver. vxorem nomine Adelasiam, numero ducentesimo sexagesimo secundo, de testam.* † dixit quod etsi in Gal-
6 liis consuetudine ab omnibus approbata monachi, vel moniales non succedant parentibus, tamen sæpe facta fuit filiis præcipuè monialibus prouisio alimentorum, quando monasterij facultates non erant sufficientes. Sed ego crederem sanctius, & magis piè facturos Gallos, si ea consuetudine, seu potius corruptela destructa monachos, & moniales ad parentum admitterent successionem. Mihi enim ea consuetudo nõ probatur, vt quæ ecclesiasticæ libertati aduersetur

& à vita contemplatiua retrahat, quidquid pro illius validitate laborando Benedictus adducat. Et quamuis simpliciter excluſus à lege intelligatur etiam excluſus à legitima, tamen non dicitur ex-
7 cluſus † ab alimentis, *vt poſt Bald. voluit Georg. Natta de ſtatu excluſ. fœmin. in 1. q. num. 4.* vbi ait, quod filia ab inteſtato excluſa ſit tamen alenda, dixi *in tit. de alimen. priuil. c. 33.* facit etiam, quia vt aliâs dixi ſtatuto alimẽta tolli non poſſunt, ſimiliter licet generalis excluſio tollat omne caput ſuccedendi, tamen alimenta non cenſentur ſublata, niſi de eis fiat ſpecialis mentio, vt pariter dixi inter alimentorum priuilegia, vbi probaui, quod generalis legatorum reuocatio non trahitur ad legatum ali-
8 mentorum. Quod autẽ dixit † Bal. *in auth. bona damnatorum*, non facit ad rem, quia loquitur, quando bona fuerunt eidem perſonæ ablata per delictum, nos autem agimus de bonis, quæ nunquam fuerunt filij, & à quorum ſucceſſione filius excluditur non ob delictum, ſed ſola conſuetudine ſine ſua culpa, qui caſus plurimum differunt, & diuerſam inter ſe rationem habent.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta repetuntur ſecundum ſumptum factum, nõ ſecundum laborem, & induſtriam.*
2 *Domum alienam, qui habitauit ſoluere tenetur quanti aliam conduxiſſet, non quanti illa potuiſſet locari.*
3 *Qualitas, & conditio alimentarij inſpicitur in præſtatione alimentorum.*
4 *Nobili debentur alimenta etiam pro famulo.*
5 *Laboris quoque ratio habenda eſt in repetitione alimentorum.*
6 *Salarium debetur tutori, qui negocia ſua dimiſit, vt tutelæ incumberet.*
7 *Salarium debetur procuratori, & ſindico, qui res ſuas dereliquerunt, vt alicna expedirent.*
8 *Tutor repetit impenſas pro pupillo factas etiamſi excedant valorem omnium bonorum pupilli.*
9 *Tutor repetit impenſam factam in ſoluendo mercedem magiſtris pupilli.*
10 *Expenſarum condemnatio includit damna, quæ victor artifex eſt paſſus, vt litem proſequeretur.*
11 *Aduocatus in cauſa propria repetit lucrum quod amittit cum cauſam propriam defendit.*
12 *Lucri, vel damni diuerſa eſt ratio.*
13 *Lucrum iudicatur pro damno, quando eſt radicatum.*
14 *Bal. in l. patrem, C. de nupt. reprobatur.*
15 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*
16 *Gerens aliena negotia non repetit quod impendit, ſed quanti dominus eſt factus locupletior.*
17 *Operæ pupillæ æſtimantur quanti tutor factus eſt locupletior, non quanti potuiſſet locari.*

QVÆSTIO XXXIX.

IN repetendis alimẽtis cuidam puellæ præſtitis durante infirmitate graui, qua laborabat, dicebant teſtes pro creditore adducti, quod vltra impenſam fuerunt ſemper duæ mulieres occupatæ circa miniſterium neceſſariũ, ideo petebat etiam ſibi refici impenſam tam ali-
1 mentorum, quam ſalarij dictarum mulierum: aliqui dicebant non de illis eſſe teſtibus curãdum, quia alimenta taxari debent pro burſali diſpẽdio, non autem pro labore, † & moleſtia perſonæ, *inquit Bal. in l. patrem, in fi. C. de nupt.* cuius dictum pro ſingulari refert Petr. de Rauen. *ſing. 28. & ſecundum hæc fuit iudicatum à Rota Romana, vt legitur deciſ. 742. num. 1. in 1. par. inter nouiſſimè editas.* Sed quamuis temerarium quodammodo ſit à tantorum patrum iudicio diſcedere, ſi tamen veritati cedere omnia debent, & cuique liberum eſſe debet ſuum iudicium, ea ſententia mihi non placuit. Si enim eius perſonam reſpicimus, cui præſtita ſunt alimenta, certè commodum ſenſit ex labore, & induſtria mulierum, quę operas præſtiterunt, & conſequẽter ex pecunia per creditorem erogata in alimenta, & ſalarium illarũ, ita vt neceſſe ſibi fuiſſet alias conducere ſua impenſa, ſi munus illud aliæ non ſubiiſſent, & facit, quod dicimus de eo, qui alienã
2 domum habitauit †: tenetur enim tantum refundere, quanti coactus fuiſſet aliam cõducere, ſi illã non habuiſſet, *Bar. in l. ſumma, §. in frumento, ff. de cõd. indeb. vbi Bald. idem dicit Dec. in conſ. 62. col. 3. in fi. Corta in memor. incipien. creditor habitando, Natta in conſ. 53. num. 1.* Item alimenta præſtantur ſecundum quali-
3 tatem, & conditionem † eius cui debentur, *l. ſi cui, ff. de annu. leg. l. Mela, & l. penu. ff. de alim. & cibar. lega. l. tutor, ſecundum dignitatem, in princ. ff. de adminiſtr. tutor. Tiraq. in tract. nobilit. c. 20. num. 43.* At certum eſt quod infirmo adhibendæ ſunt perſonæ, quæ ſecundum morbi exigentiam aſſiſtant, & ſeruiant. Et ſicuti viro nobili dantur alimenta etiam pro
4 famulo, quia non poteſt ſine † dedecore ſordida quæque per ſeipſum expedire, *d. l. tutor ſecũdum dignitatem, gl. in §. ſi. in ver. onera, in Auth. de non eligen. ſecun. nub. vbi Bar. hoc notat, Imo. & Alex. in d. l. ſi marit. ff. ſolu. matr. alias citaui in tit. qualit. aliment. ſint præſtan. q. 18. num. 9.* ita infirmo dari debent alimenta pro iis omnibus ſine quib. eſſe non poteſt, ex quo ſibi ipſi per diuerſam valetudinem ſeruire nõ poteſt. Tertiò in præſtandis alimentis, non ſolus ſum-
5 ptus, ſed labor † quoque vertitur, vt inquit textus *in d. l. patrem, C. de nupt.* ergo pro labore quoq; fieri debet ſolutio ei, qui alimenta dedit. Et ſi præſtans alimenta fecit, quod facere debuiſſet, infirmus agit contra eum, vel de in rem verſo, vel actione negotiorum geſtorum, *vt toto tit. ff. de neg. geſt. & de in rem ver.* Et idem eſt, quando is, qui præſtitit alimenta, erat aptus lucrari, & coactus fuit lucrum dimittere, vt infirmo ſeruiret. Poteſt enim conſe-
6 qui mercedem, vti dicimus de tutore, † qui ſi reliquit ſua negotia, vt pupilli bona curaret, ideoq; diſpendium paſſus eſt rerum ſuarum, poterit ſalarium petere, *l. à tutoribus, §. ſi. vbi gl. & Bar. ff. de tutel. Bar. in l. in eos, ff. eod. tit. Are. in §. actionum, num. 44. Inſtitu. de actio. Alex. & alij, citati à Caualcan. in tracta. de tutor. & curato. nu. 301.* Sed prẽter eos Guido Pap. *in q. 68. Anchar. famil. q. 61. num. 7. li. 2. Cord. in l. ſi quis à liberis, § ſi mater, num. 73. ff. de liber. agnoſc.* comprobat multis argumentis, & iuribus, *Menoch. in conſ. 228. num. 1. vſq; ad 47.* vbi multa ad propoſitum adducit,

ducit, quæ hic possent repeti, & præcipuè, dum
7 ait, idem dici posse de procuratore, † & syndico. facit etiam, quod dicitur in *l. 3. in principio, ff. de contrar. iud. tute.* vbi dicitur, quod tutori restitui debent ex-
8 pensæ factæ pro pupillo, etiam si excedant † valorem omnium facultatum pupilli. Et ibi Nico. de Neap. dicit, hoc benè procedere, si fuit vtiliter expensum, subdens, tunc dici vtiliter expensum, quando erogauit pro defensione causæ status pupilli, cui fuerat mota quæstio. Si ergo pro pupilli statu erogatum, dicitur vtiliter impensum, quanto magis iudicari debebit vtilis impensa facta, pro sanitate recuperanda. Et sanè quoad salaria prædicta, neque Bal. *in dicta l. patrem*, videtur dubitasse, dum distinguit inter laborem & sumptum, & facit *l. si paterno affectu, C. de nego. gest.* vbi, qui soluit mer-
9 cedem † magistris, repetit, si non donandi animo erogauit, facit *l. alimenta, C. eodem*, vbi repetitio eius conceditur, quod in rem pupilli fuit impensum, & passim diximus supra repeti impensam, quæ ad commodum alimentorum alterius facta est: quo verò ad damnum, quod sensit actor ex eo, quod circa curam alimẽtati fuit occupatus, videtur pro resolutione dicendum, quod si erat artifex, vel solitus ex negotio aliquo, cum sua persona lucrari, & vacauit à suo officio & labore, vt commodo alimentati incumberet, concedatur sibi repetitio,
10 & moueor ex eo, quod voluit † glos. *in l. 1. ff. de alien. iud. mutan. cau. fact.* vbi ait, quod etsi in condemnatione expensarum, quæ fit à iudice ratione victoriæ, litis non habeatur ratio damnorum aliunde prouenientium, sed eius impensæ tantummodo, quæ in lite facta est: tamen aliud est quoad damna, quæ passus est victor, qui ex arte lucratus fuisset si non fuisset coactus liti interesse arte dimissa. *Et sequitur Bartolus, ibi num. 1.* Et clarius dicit glos. *in l. si procurator, ff. rem ratam hab.* quod sub nomine expensarum repetit victor id omne, in quo fuit damnificatus ex eo, quod lis eum reuocauit à suis negotiis, *sequitur Bartolus ibi, in fi.* & Castren. ibi dicit, esse menti perpetuo tenendum, quia si artifex non potuit lucrari id repetit à condemnato. Et idem voluit Alexan. *ibi, Butr. in cap. finem litibus, num. 25. de dolo & contum. Specu. & Ioan. And. in §. fi. ver. quod si victor artifex, in titu. de expens.* Hac etiam ratione Abb. *in dicto cap. finem litibus, num. 30.* dicit, quod si aduoca-
11 tus † amisit lucrum, dum defendit causam propriam, illud repetit ab aduersario in expensi condemnato, *sequitur Sapia ibi, in additio. & Ias. in l. properandum, §. sin autem alter utra, num. 14. C. de iudic. vbi multa congerit, idem voluit Mynsinger. centuria 1. obseruat. 2. Asinius sua praxi §. trigesimo secundo, capitulo secundo, limitat. 19. in quibus locis sequuntur, quod supra dictum est de artifice.* Et quamuis alia sit ratio emergentis da-
12 mni, alia † verò lucri cessantis, *l. qui autem, in princ. ff. de his, quæ in fraud. credit. cum aliis apud Dec. in l. non fraudantur, ff. de regu. iur.* tamen, vbi lucrum est radica-
13 tum, de eo idem iudicatur, quod † de damno, *glos. in l. 1. §. si quis propter, in ver. restitutione, ff. de itin. actuq; priua. Cin. & Bal. in l. cum te, C. de donatio. ante nupt. Bal. Ang. & Imo. in l. non amplius, §. 1. ff. de lega. 1. Alexan. in cons. 89. colum. penult. volum. 2.* Et doctrina Bal. *in l.*
14 *patrem, C. de nupt.* † non bene deducitur ex eo text. quia cum loquatur de alimentis includit omnem impensam, quæ pro sustentatione vitæ est necessaria, *vt probaui supra, in tit. alimenta qualiter sint præstan.* vbi dixi, medicos, medicinas & famulos deberi, si persona, vel dignitas, vel necessitas exigat, quinimo text. *in d. l. patrem*, videtur contrarium probare, dum inquit, puellam illam factam fuisse adultam sumptu & labore alterius. Attribuit enim labori, quod ad eam ætatem sit producta, ideo dum infrà loquitur de alimentis, amplectitur vno vocabulo, quod duplici verbo supra expresserat, & non debet fieri iniqua interpretatio, per quam ille, qui laborem impendit, remanet in damno: nemini e-
15 nim † officium suum debet esse damnosum, *l. sed etsi quis vir.* Benè admitto, quod non repetet, quantum ex arte fuisset lucratus, sed quanti fuisset conducturus, & soluturus is, cui alimẽta præstita sunt, vt supra dixi de eo, qui domum inhabitauit. Et facit text. clarus *in l. si pupilli, §. sed et si quis, ff. de neg. gest.*
16 vbi gerens † aliena negotia, non repetit quidquid sibi abfuit in eo negotio, sed quãti factus est locupletior is, cuius gestum est negotiũ, *Cuma in cons. 88.*
17 *in fi.* vbi ait, q; etsi operæ † præstitæ à pupillo compensandæ sint cum alimentis, quæ tutor præstitit, tamen tutor imputat solum, in quantum factus locupletior, non in quãtum locare potuissent alij, *l. si non sortem §. libertus, ff. de cõdictio. indeb.* Sustineri autem posset Baldi & Rot. decisio, in eo qui nullum detrimentum sensit, vt quia non erat artifex, nec artem aliquam callebat, à qua distrahi vel auocari potuerit.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia relicta ad alimenta non debet consumi, sed poni ad honestum lucrum.*
2 *Proprietas censetur relicta, quando fundus relictus est ad alimenta.*
3 *Legatum alimentorum non minuitur falcidia.*
4 *L. Diui, ff. ad leg. Falcid. quomodo intelligatur.*
5 *Proprietas ei videtur relicta, cui fundus relinquitur, vt alat tertium.*
6 *Pecunia relicta ad alimenta venit proprietas.*
7 *Pecunia quando relinquitur ad alimenta remanere debet penes hæredem.*
8 *Testator in dubio cẽsetur hæredem minus grauare, quam fieri posit.*
9 *Ignorantia iuris præsumitur in testatore potius, quam quod videatur plus debito grauare hæredem.*
10 *Legatum capi debet de manu hæredis.*
11 *L. fundi Trebatiam, ff. de vsufruct. leg. quomodo procedat.*
12 *Redditu mille aureorum relicto, an teneatur hæres tot bona assignare quibus percipiatur.*
13 *Pecunia relicta ad alimenta venit consignanda legatario, quando est grauatus illam restituere.*
14 *Restituere, verbum, significat rem esse traditam.*
15 *Restituere, verbum, non semper traditionẽ præsupponit.*
16 *Proprietas verborum attendi, etiam contra mentem disponentis.*
17 *Voluntas testatoris attenditur in vltimis voluntatibus.*
18 *Verba sunt apertius testimonium nostræ volũtatis, quam aliud quidquis.*

19 *Legatarius quando possit legatum propria authoritate capere.*
20 *Vsusfructus, quando censeatur relictus.*
21 *Legatarius, cui pecunia ad alimenta relicta traditur, tenetur cauere.*
22 *Vsusfructus consistere potest in pecunia.*
23 *Beneficium non confertur in inuitum.*
24 *Aequalitas seruari debet inter creditorem & debitorem.*
25 *Creditor nō cogitur ante diem recipere solutionem cum suo incommodo.*
26 *Emphyteuta non potest inuito domino repræsentare futurorum annorum solutiones.*
27 *Legatarius alimentorum si acceptat pecuniam, quæ inde amittatur, alimenta perdit.*
28 *Conditio in dubio censetur apposita fauore hæredis, & idem est in die.*
29 *Hæres potest soluere inuito creditori ante euentum diei aut conditionis.*
30 *Creditor non cogitur solutionem recipere ante diem incertum, vel conditionem.*
31 *Legatarius censetur in legato magis dilectus quā hæres.*
32 *Hæres non potest inuito legatario assignare tot bona quando annuus redditus est relictus.*
33 *Vsura nihil aliud est quam lucrum prouenies ob vsum pecuniæ alicui concessum.*
34 *Vsura est omni iure prohibita.*
35 *Pecunia pupillaris conuerti debet in emptionem prædiorum.*
36 *Census annuus reputatur inter immobilia.*
37 *Pecunia, ad alimenta relicta poni debet apud mercatorem ad honestum lucrum.*
38 *Tutor qui pecuniam pupillarem deposuit apud mercatorem, qui reputabatur idoneus, non tenetur si decoxit.*
39 *Vtiliter gestum dicitur negotium, quando à principio ita fuit.*
40 *Hæres tenetur curare, quod fundus colatur & seminetur, quando fructus illius relicti sunt alicui.*
41 *Consuetudo patrisfamilias, postea vero regionis attenditur.*
42 *Consuetudo particularis attenditur.*
43 *Consuetudo an originis attendatur, vel loci vbi testator versatus est.*
44 *Consuetudo ciuitatis attenditur in exigendis vsuris.*
45 *Vsuræ vsurarū debentur quando sic se habet consuetudo.*
46 *Vsuræ pupillo soluuntur iuxta id quod soluebatur eius patri.*
47 *Vsuræ quando consueuerunt diuersimodè solui attenditur quod minimum est.*

QVÆSTIO XL.

PECVNIA quando alicui relinquitur ad alimenta, tunc non debet consumi, sed
1 poni ad honestum lucrum, ex quo inde alimenta † legatario præstentur, ex tex. *in l. Diui, vbi Bart. hoc no. ff ad leg Falcid. sequitur Ang. subdens sic feciſſe Lælium de Montecatino magnum vſurarium, Imo. circa med. ver. item nota,* vbi ait, in dubio testatoris mentem esse, quod alimenta præstentur ex redditibus pecuniæ, non autem ex ipsa pecunia. Et Castren. dicit, hoc esse vtilius, quia durat perpetuo, & infert, quod vbi pecunia legatur in alimenta pauperum, exequutor, vel episcopus non debet illam inter pauperes distribuere, *alios citatui in titulo, quomodo & qualiter sint præstan. alimen. quæst. 9. num. 13. addo Rot. decis. 742. num. 2. in 1. par. in nouiſſ.* Sed contra
2 prædicta facit, *l. 4. ff. de alimen. & cibar. lega.* vbi dicitur, quòd fundo † ad alimenta legato, venit proprietas, & ad hęredes transmittitur, *sequitur Bart. ibi, num. 2. idem voluit Bar. in l. cum hi, §. si vni, ff. de transact. & infinitos ad hoc citatui in tit. alimen. quan. censean. relict. q. 1. in princ.* & miror, quia nemo ex Doctoribus, quem viderim, aduertit ad contrarietatem prædictam. Posset forte dici, quòd imo text. *in d. l. Diui,* concordat cum *l. 4.* quia ibi dicitur legatum pecuniæ ad
3 alimenta factum subiici Falcidiæ, quod non esset si diceretur legatum alimentorum; nam hoc † non minuitur Falcidia, *vt probaui inter priuilegia alimento. priuileg. 18.* Etsi dicatur videri relicta alimenta ex eo, quod fidei præsidis committitur, vt curet pecuniam collocari apud idoneos viros: respondeo, illud fieri, vt modus legato adiectus impleatur, sed non ideo immutatur legati substantia. Si etiam dicatur, quod tunc solum à Falcidiæ onere eximitur legatum alimentorum, quando factum est egeno, aut pauperi, *vt probaui dicto priuileg. 18.* respondebo, quod cum ibi nō dicatur de paupere, vel diuite legatario, non debet magis intelligi de diuite, quam de paupere, sed ita, vt verificari possit in vtroque.

Secundo respondeo, imo deprehendi, quod legatum factum est pauperi, quia præsidis officium excitat. Si enim diuiti factum esset, quid est, quod prætor sit ad curam suam reuocaturus: Quidquid tamen sit prima hæc solutio certè contradicit omnibus Doctoribus, qui volunt textum illum loqui in diuitibus, non autem in pauperibus: expressè etenim dicunt, quod si legatum pauperi factum esset, Falcidiam non pateretur, *ita Bart. Ange. Imola, & alij ibi.*

4 Secundo responderi potest, quod etiam † in *d. l. Diui,* proprietas fuit relicta, & venit in legato, non autem sola alimenta ex pecuniæ redditibus percipienda, quandoquidem dicitur ibi expressè, quòd pecunia subiacet legi Falcidiæ, sed si intelligeretur factum solum legatum alimentorum, diceretur legatum ipsum pati falcidiam, & aliud est, quod alimenta patiantur falcidiam, aliud vero, quod pecunia, nam in taxatione falcidiæ super legato alimentorum seruatur dispositio *l. hæreditatum, ff. ad l. falcid.* Sed super legato pecuniæ alia est ratio taxationis. Dum ergo dicitur pecuniam relictam ad alimenta subiacere falcidiæ, supponitur ipsam fuisse relictam, non autem sola alimenta præstanda ex illius pecunię redditu. Et hic intellectus videtur mihi conuenire literæ, sed Doctores omnes ibi supponunt non pecuniam, sed alimenta relicta fuisse.

Tertio dici posset, ibi pecuniam relictam fuisse, non iis quibus alimenta præstanda erant, sed tertio pro alimentis aliorum, puta, relinquo Titio mille ad alimenta existentiū in tali hospitali: tunc enim cum Titium ex ea pecunia nullum sit percepturus commodum, non potest dici, quod ad eum spectet proprietas pecuniæ, sed potius cura, & exercitio legati: Non etiam potest dici relicta pecunia pauperibus, quibus expressè sola alimenta fuerunt

runt legata. Sed hęc quoque responsio patitur difficultatem, quia † secundum prædicta, etiam Titio videretur relicta proprietas, idque probatur *ex l. cum hi, §. sed et si certa, ff. de transactio.*

Quartò videtur posse attentari, quod intelligatur textus *in d. l. Diui*, quando nulli determinatæ personæ relicta fuit pecunia, nec in aliquem sunt directa verba legati, sed dictum simpliciter, *relinquo mille ad alimenta pauperum*. Hoc enim casu relictum pecuniæ non est factum pauperibus; secus quando diceretur, relinquo pauperibus mille ad alimenta, prout *in l. 4. ff. de alimen. & cibar. lega.* vbi res ipsa relinquitur. Et pro hac dictione facit ratio Ange. *in conf. 338. in fi.* vbi dicit, quod hoc casu ex figura verborum apparet testatorem voluisse rem transferre in legatarium, facit enim ratio allegata à Pico, *in l. Titia, §. Titia, nu. 20. ff. de lega. 2.* vbi ait, quod res hoc casu dispositiuè relinquitur, alimenta verò causatiuè. Hæ etenim rationes cessant, quādo verba non diriguntur expressè in legatarium. Et hoc est quod dixerunt Imo. & Alexan. *in d. l. Diui*, in dubio scilicet pecuniam non esse in alimēta erogandam, sed ex redditibus alimenta præstanda esse. Et hic quoque intellectus sustineri potest, quia non apparet, quod voluerit testator pecuniam legatarij relinquere. Cogita de vero intellectu illius legis, quia Doctores habuerunt pro absoluto, ibi non venire proprietatem, sed sola alimēta. Et ideò disputant, si alimenta sunt ex redditibus præstanda, vel ex fructu pecuniæ. Et Simon de Pret. post hæc scripta visus, *de interpret. vlt. volunt. lib. 4. dubit. 11. num. 2.* tenet quod relictū pecunię ad alimēta sit in
6 telligendum quoad † proprietatem, *allegat Fulgos. & reprehendit Iason, in loco prædicto*. Quæ opinio mihi placeret, nisi Doctores supponerent contrarium.

Vbi autem ex pecunia præstari alicui debent alimenta, an dimittenda sit pecunia ei, qui alendus est, vel stare debeat apud hæredem, vel deponenda sit penes tertiū, iura in hoc videntur diuersa: nam videtur pecuniam hæredi dimittendam, qui certum quid fructuum loco pro alimentis præstabit, vt probatur *in l fundi Trebatiani, ff. de vsufruct. lega.* Cōtra videtur dandam legatario alimentorum, qui curabit ex ea fructum percipere sufficientem ad alimenta, & ita vult textus *in l. cum hi, §. si integra, ff. de transact.* Quinimò videtur, quod apud idoneos homines pecunia sit deponenda, vt dicitur, *in ea l. Diui, ff. ad leg. Falcid.* Veritas est, quod pecunia esse de-
7 bet † penes hæredem qui soluit redditum ordinarium, *vt probat textus in d. l. fundi*, vbi fortius dicit, licere hæredi fundum vendere, dummodo annuum fructum præstet legatario. Et ita voluit Ange. *in d. §. si integra, vbi eum sequitur Ias.* dicens credere, quod hæc sit veritas: facit, quia in dubio testator censeretur hęredem minus † grauare, eumque plus diligere, quam legatarium, *l. si Titia, §. qui in vita, & l. vnum ex familia, §. si rem suam, ff. de leg. 2. l. Sticho, in fi. ff. de vsufruct. lega. l. qui concubinam, §. qui in vita, & l. nummo, ff. de lega. 3.* & præsumitur potius in testatore ignoran-
9 tia iuris † quam quod voluerit hæredem grauare, *Corne. conf. 84. num. 2. in fi. volum. 2. Manti. de coniectu. vltim. volunt. lib. 12. tit. 17. num. 25.* Hæres autem cum minore damno præstabit redditum pecuniarum, quam pecunias consignabit, vt de se patet.

Secundo facit, quia pecunia non venit in lega-
10 to, sed alimenta, at legatum capi debet † de manu hæredis non autem propria authoritate, *cap. Raynaldus, vbi gl. in ver. petendo, de testam. l. eam quam, C. de fideicommiss. dixi conf. 213. in princ.* Contra tamen hanc propositionem tenuit Fulgos. *in dicto §. si integra.* Et
11 certè text. *in d. l. fundi*, † non probat opinionem Angeli, qui dicit, redditum dari volo, quæ verba expresse demonstrant, quod legatarius de manu hæredis capere debet, *vt inquit Bart. in dicta l. fundi, ante num. 1.* Præterea, *in l. fundi*, est legatus redditus fundi, ideo dubitari poterat, ne fundus sit penes legatariū, sed in casu nostro relicta est pecunia, quam diuersitatē expendit ipsemet Ange. *in d. §. si integra.* Ideo tenenda est quidem Angeli opinio, sed non per rationem quam ipse allegat, verum per alias supra adductas, & facit, quod in simili voluit Socinus iun. *in conf. 60. num. 34. volum. 4.* vbi circumscripta testatoris voluntate ex aliis declarata vult,
12 quod relicto annuo † redditu aureorū mille quingentorum non teneatur hæres proprietates assignare, sed impleat legatum, si singulo anno eam quantitatem exoluat.

Declaratur hæc conclusio, vt non procedat quando testator post legatum pecuniæ ad alimen-
13 ta † mandat, quod legatarius restituat illam pecuniam post mortem, tunc enim pecunia est legatario tradenda, nec est in facultate hæredis illam rētinere, & vsuras præstare, vt probat text. *in d. l. cum hi, §. si integra.* dum enim vult, quod legatarius restituat, videtur mandare, quod sibi tradatur, *vt declarat Ange. ibi*, non enim potest restitui, quod rece-
14 ptum non fuit, † *Ange. in conf. 158.* vbi infert statutum disponens, quod maritus dotis partem restituat, & partem lucretur, procedere solum in dote data, non promissa, *Salicet. in l. si constante, num. 6. C. de donat. ante nupt.* vbi, quod verbum restituo, non conuenit ei, cui non est datum, *Ias. in l. si donaturus, §. 1. num. 14. ff. de cond. ob cau. Rolan. de lucro dot. q. 11. num. 12. Becius conf. 55. num. 8.* Et prædictam declarationem tenuit quoque Ias. *d. §. si integra.* Posset autem dubitari de veritate, quia verbum restituere, non semper
15 traditionem importat, † sed applicatur aliquando ei, quod nūquam fuit receptum, *vt probatur in l quoties sub conditione, ff. de cond. & demon. Alciat. in conf. 252. num. 13.* Sed responderi potest quòd ibi impropriè
16 ponitur, in dubio autem proprietas † verborum attendi debet, *l. non aliter, ff. de lega. 3.* etiam quando in contrarium pugnat mens disponentis præsumpta, *Baldus conf. 408. volum. 3. Cranet. conf. 161. num. 13. Menoch. conf. 97. num. 40. & sequenti.*

Declaratur secundo non habere locum, quan-
17 do aliter constaret de mente † testatoris, quia ea attenditur, *l. in conditionibus, ff. de cond. & demonstr.* etiam si solis coniecturis colligatur, *l. cum proponeretur, in fi. ff. de lega. 2. l. licet Imperator, vbi Bart. ff. de lega. 1. dixi in conf. 21. num 4. facit quod voluit Socin. iun. d. conf. 60. num. 34. 39. & sequen. volum. 4.* vbi legato introitu, vel redditu tot aureorum vult, quod assignandæ sint proprietates legatario, qui ex eius manu propria

redditum illum percipiat, & non cogatur exigere singulo anno ab hærede. Et sicuti cum testator iubet pecuniam per legatarium restitui, censetur mãdare, quod prius sibi soluatur, *vt dictum est supra*, ita dicendum est, quando ex aliis verbis constaret de intentione testatoris. Quando autem videatur testator hoc velle, dignosci poterit ex verbis; quibus vsus est, nullum enim habemus volũtatis † nostræ magis certum testimonium, quam verba, *l. Labeo, ff. de suppel. lega. cum multis apud Tiraq. in l. si vnquam, in ver. libertis, num. 17. C. de reuocan. donat.* Et hæc applicari poterunt, quæ Doctores ponunt in ea quæstione, quando videatur testator legatario concessisse facultatem capiendi legatum propria authoritate, quia iis in casibus, quibus legatum non est à manu hæredis capiendum, illis omnibus pecunia erit legatario soluenda. Videtur autem ea facultas concessa, si dictum sit, † legatarius capiat, accipiat, percipiat, vel vsus sit testator aliis verbis, de quibus apud Menoch. *de adipiscen. possess. rem. 6. num. 46. & seq. & ego aliqua dixi in cons. 265. in princ. & ferè per totum, Simon de interpret. vlt. volunt. lib. 5. interpret. 2. dubit. 1. nu. 97. & seq.* tunc etiam pecunia est legatario tradenda, quando testator vsus est verbis † importantibus vsumfructum, id quod deprehenditur ex doctrina Bart. *in d. l. fundi Trebatiani, ff. de vsufruct. lega. & in l. totem ferro, §. qui maximos, num. 9. ff. de publica. & dixi in cons. 155. in princ.* Et cum legatario traditur pecunia, † tenetur is cauere cum fideiussore de illam restituendo finita causa alimentorum, *iuxta tit. de vsufr. ear. rer. quæ vsu consum. ita voluit Castren. in d. §. si integra. quem legit cum l. cum hi, in princ. num. 9.* Quibus verbis innuit, non esse legatum alimentorum, sed vsusfructus, nam de vsufructuario loquitur titulus ab eo allegatus. Certum est enim etiam in † pecunia consistere vsumfructum, *vt ponit post alios Pinel. in l. 1. part. 2. num. 40. & seq. C. de bon. matern. Caualcan. de vsufruct. mulie. relict. num. 42. & seq. Mantic. lib. 9. tit. 6. nu. 14.* Et si non esset legatum vsusfructus, sed alimentorum, non debetur cautio de vtẽdo & fruendo, sed vt *legat. seruand. non. caueat.*

Dubitari autem posset in casibus, quibus legatarius capere debet alimenta de manu hæredis, an possit hæres inuito legatario pecuniam tradere? Et videtur, quod non, quia beneficium non confertur † in inuitum, *l. fi. C. de neg. gest, l. si pro re, ff. manda. l. inuito, ff. de reg. iur.* præcipuè, cum eo casu fideiubere teneatur, quod est graue, *vt per Doctores in l. 2. vbi Bald & Saluc. C. de hæred. vel actio. vend. l. si is à quo, §. fi. ff. vt in possess. lega. & dixi in cons. 18. num. 13.* & non debet actus pendere à voluntate hæredis, & sicuti hæres inuitus non potest cogi tradere pecuniam, ita non debet posse cogere, vt seruetur æqualitas † inter creditorem & debitorem, *l. si C. de fruct. & lit. expen. ita in simili arguit Ias. in l. quidam existimauerunt, num. 4. ff. si certum pet.* nec enim tenetur creditor solutionem † recipere cum suo incommodo, *l. si soluturus, ff. de solutio.* & quando agitur de interesse creditoris, non cogitur inuitus ante tempus recipere, *l. qui Romæ, in princ. vbi glos. Bart. & alij, ff. de verbor. oblig. sicuti nec legatarius, l. cum pater, §. a filia. ff. de leg. 2. l. vxorem, §. Seia, ff. de lega. 3. Bart. & Doctores omnes, præcipuè Ias. in l. post mortem, C. de fideicom. Alexan. in l. stipulatio ista, §. si quis dolum. ff. de verbor. oblig.* facit, quod de emphyteuta, † qui non potest anticipare pro pluribus annis recipere soluere canonem inuito domino, inquit Specu. *in §. nunc aliqua, num. 43. de loca. cum multis apud Dec. in l. cum tẽpus, nu. 7. ff. de reg. iur. Corbul. de emphyt. tit. de cau. priuat. ob non solut. canon. limit. 17. num. 3.* Interest autem legatarij primum non fideiubere, deinde redditum exigere, sine labore & solicitudine, aut cura, & demum, quia euitat amissionis periculum, quod posset contingere per mortem animalium, si in eorum emptionem conuerteretur pecunia, vel euictionem prædiorum, si qua ex ea comparata sunt, vel etiam si nomen debitoris decoqueretur, vel aliter efficeretur non soluendo. Hoc enim totum acceptata pecunia † suo cederet incommodo, *vt voluit Socinus iun. cons. 60. num. 34. & sequenti, volum 4. Manti. de coniect. vltima volunt. lib. 9. tit. 2. num. 3.* & per hoc tollitur, quod in contrarium dici posset diem † & conditionem in dubio appositam videri fauore hæredis, *l. eum qui calendis, §. 1. & §. quotiens, ff. de verborum obligationib. l. cum tempus, ff. de regu. iuris, Corneus in l. post mortem, circa finem, C. de fideicommiss. Dec. in dicta l. cum tempus, num. 1. & Cagnol. num. 2.* Vnde infertur, quod si hæres velit, potest ante euentum diei, vel † conditionis soluere, *l. eum qui, ff. de annu. lega. l. patrem, ff. de his, quæ in fraud. credito. dicta l. post mortem.* nam prædicta bene procedunt in die, loco, & aliis circumstantiis, circa quas interesse nullum creditoris versatur, secus est, quando possit considerari aliquod illius interesse, *vt per Dec. Cagn. & alios supra citatos.* Præterea aliud est in die & conditione, aliud verò in ipsa legati substantia, quæ non potest considerari magis facta fauore hæredis, quam legatarij, & ideo non cogitur creditor recipere ante † conditionem, vel diem incertum, *Bart. in l. item liberatur, §. qui paratus, in fi. ff. quib. modis pign. vel hypothec. solu. not. in dicta l. stipulatio ista, §. inter certam, ff. de verborum obligationib. Decius in dicta l. cum tempus, num. 4.* & quoad substantiam legati magis fauetur legatario, quam hæredi, quia in re legata † præsumitur magis dilectus, *l. si quis eum, vbi Bald. ff. de conditionib. & demonstrationib. l. si quis Titio, ff. de legt. 2. l. si fideicommissorum, vbi Alber. not. ff. vt in possess. legat. Rimin. cons. 555. num. 9.* Sed contra hanc conclusionem videtur textus expressus, *in l. si quis argentum, § sin vero redditus. vbi Bald. num. 5. C. de donat.* vbi is, qui donauit certum redditum, potest inuito donatario fundum illius redditus assignare.

Sed respondetur, quod illud est speciale † fauore eius qui liberalitatem exercuit, secus est in aliis, vti voluit glos. *ibi, quam sequitur Salicet. num. 1. Barbat. in rub. extra, de donat. colum. fina. Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glos. 6. num. 19. & 20. Pinel. l. 2. parte tertia, cap. vltimo, num. 32. C. de rescind. vendit. & dicam in sequenti quæstione.*

Quomodo autẽ pecuniæ redditus poterit considerari, cum lucrum proueniens ob vsum pecuniæ alicui concessum nihil aliud sit † quam vsura, *l. quod si Ephesi, in princ. vbi no. Castr. ff. de eo quod cer. loco, Salic. in l. 2. C. de vsur. Natta in cons. 45. num. 14.* vsura autem sit omni iure † prohibita, *glos. & Doctores in cap.*

quia

35 *quia in omnibus, de vsur.* respondetur quod † poterit conuerti in emptionem prædiorum, *Bart. in l tutor. qui repertorium, § pen. ff. de admin. tut. Salic. in Auth. nouissimè, C. eo tit. Roma. cons. 28. in princ. Barbat. in c. 2. col. 2. depos.* & quod dicitur de prædiis, locum etiã habet
36 in censu annuo, quia † reputatur inter immobilia, *Bal. in l. hac edictali, § his illud, num. 1. C. de secund. nupt. alios citat Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. c. 10. num. 6.* Po-
37 terit etiam deponi apud mercatorem ad † honestum lucrum, ita loquendo de pecunia relicta ad alimenta, dixit in terminis Bart. *in l. diui Seuerus. ff. ad leg. Falcid. per text. in cap. per vestras, de donatio. inter vir. & vxor, sequuntur Ange. Castren. Imo. & Alexan. Bal. in l. 1. circa fi. C. de cond. ind. vbi reputat singulare.* Et Castr. *in d. l. diui, post Bart.* inquit, hoc generaliter seruandum esse, vt deponi debeat pecunia modo prædicto in illis omnibus casibus, quibus olim tenebatur quis pecuniam ponere ad vsuram, *Roman. in cons. 139. colum. 2. in princ.* vbi inquit ita cõmuniter tenere Doctores omnes, *Lup in c. per vestras, in 6. notab. § 6. num. 1. folio mihi 175.* & ibi, *num. 3.* ponit, quod si mercator decoxerit, cuius erit damnum, & concludit, quod
38 si communiter reputabatur idoneus hæres, † non tenetur, *l. si res pupillares. ff. de administr. tut. Bar. in l. si soluturus, ff. de solut.* & prosequitur vsque ad finem. Ad-
39 do, quod sufficit † negotium fuisse vtiliter gestum, inspecto principio, non enim attenditur, quod postea contigit, *l. sed an vltro, § 1. vbi Doctores omnes, ff. de neg. gest. l. 2. vbi Bart. & alij, C. eod.*

Quid si hæres, cum posset honestum lucrũ consequi ex pecunia, illam collocauit apud mercatorem ad nimium lucrum. In hoc videtur illum te-
40 neri per † text. *in d. l. fundi Trebatiani, § penult. ff. de vsufruct. leg.* vbi hæres cuius culpa, aut facto fundi redditus facti sunt minores, tenetur de suo diminutionem supplere, & text. illum dicit vnicum. Bald. *in d. l. vnica, § excepto, ante num. 1. ver. extra quæro, C de caduc. tollen.* vbi inquit, hæredem curari debere, vt fundus diligenter colatur, seminetur, & non destruatur. Idem ergo erit, vbi agitur de collocandis pecuniis.

Ponamus ergo quod hæres pecuniam penes se retinuerit, nec cuiquam dederit, quantum præstabit loco redditus pecuniarum. Respondeo, quod attenditur consuetudo particularis, & tãtum præstabit hęres, quantum ipsi legatario consueuerunt pecuniæ reddere, nam in primis attenditur con-
41 suetudo † patrisfamilias; deinde vero regionis, *vt est tex. in l. si seruus plurium, § fi. ff. de lega. 1. in l numis, ff. de lega. 3. l. si cui annum, ff. de annu. leg. & latè ponunt Aretin. & Iaſ in d § fi. Aret. in l. hæredes palam, § 1. num. 9 ff. de testam. Dec. latè in l. semper in stipulationibus, num. 8. & seq. vbi etiam Cagnol. num. 7. ff. de reg. iur. Clar. de testam. q. 76. num. 4. Gabriel. commun. opin. lib. 6. tit. de consuet. concl. 1. per totam, Mantica, de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. fi. numero 26. Simon, in eodem tract. lib. 1. interpret. 2. dubit. 2. so-*
42 *lut. 9. nu. 2.* Et de particulari consuetudine † ponit Mantica, *lib. 6. tit. 9. num 1.* vbi poterit videri, quia vterque eorum declarat, & vbi testator ab vno loco
43 ducit originem, & in alio versatus † est, quid seruandum sit, vide Manticam, *d. lib. 6. tit. 8. num. 3.* Et
44 in materia vsurarum quod consuetudo † attenda-

tur probat text. *in l 1. ff. de vsur. & in l. apud Iulianum, § in vsurarum, ff. de leg. 1.* Et dicit Alexan. *in cons. 8 num. 4. volum. 6.* quod si extat consuetudo, præstabuntur
45 etiam vsuræ † vsurarum, *Gabriel. d. concl. 1 num 31. vbi allegat etiam Rochum de Curte.* Ideo Roman. *in cons. 139. colum. 2. ver. in contrarium tamen,* dicit, quod si tutor consueuerat certas vsuras præstare patri pupillo,
46 tenebitur secundum eas † soluere pupillo, per tex. *in l. tutor, qui repertorium, § pecuniæ, ver. in suos vsus, & in l. si quis semisses, ff. de vsur. facit l. cum seruus, circa med. ff. de cond & demonst.* vbi dicitur, quod pater videtur id hæredibus iussisse, quod ipse viuens facturus esset, *Mantica d. lib. 1. interpret. 3. dubit. 2. solu. 5. num. 50. folio 19.*

Quod si de particulari consuetudine pupillæ patris vel legatarij non cõstat, & in regione diuersi sunt redditus pecuniæ, vti sunt Romæ, vbi aliæ reddunt octo, vt quando in emptionem censuum conuersæ sunt, vel duodecim, vt quando empta sunt officia, tunc præstabit hæres id, quod minus
47 † percipi consueuit, vt probat tex. *in d. l. tutor, qui repertorium, § ex cæteris,* quem ad hoc vnicum dicit Roman. *sing. 179. in fi.* vbi ait, habuisse quæstionem in facto. & sic fuisse iudicatum, idem dixit *in con. 139. colum. 2. ver quinimo, etsi Lupus d. cap. per vestras, in 6. nota. § 7. num. 2. Ro. decis 742. num. 3. par. 1. in nouiss.* vbi dicit, vsuras fuisse taxatas ad octo pro cẽtenario, quemadmodum soluuntur census, non autem ad duodecim, vti reddunt officia.

SVMMARIVM.

1 *Valor rei colligitur computatis fructib. viginti annorum.*
2 *Valor rei donanti computatur ex fructibus quindecim annorum.*
3 *Emphyteuta potest à principio soluere pro quindecim annis.*
4 *L. si quis argentum, C. de donat. procedit speciali fauore donantis pauperis.*
5 *Donanti pinguius succurritur, quam soluenti debitum.*
6 *Liberalitatis suæ pœnam nemo pati debet.*
7 *Vsufructuarius, qui donauit proprietatem, non tenetur cauere de vtendo & fruendo.*
8 *Donans non conuenitur vltra quam facere potest.*
9 *Legatum est donatio.*
10 *Legatarius præfertur hæredi in re legata, & censetur magis dilectus.*
11 *Hæres repræsentat personam defuncti.*
12 *Hæres non repræsentat personam defuncti, nisi pro hæreditaria portione.*
13 *Debitor grauatus dare certum quid annuum de certo prædio, potest prædium tradendo se liberare.*
14 *Donans certum quid annuum, potest se liberare tradendo fundum illius redditus.*
15 *Donans in vita dicitur magis liberalis, quam legans.*
16 *L. hæreditatum, ff. ad leg. Falcidiam, procedit in quocunque actu.*
17 *Donans certum quid annuum non liberatur soluendo in pecunia, si habet prædia.*
18 *L. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid. non habet locum quando emersit veritas ex post facto.*
19 *Donans certum quid annuum, si solutione quindecim annorum est liberatus, non tenetur supplere si donatarius superuiuat.*

20 *Valor inspicitur secundum tempus contractus.*
21 *Factum legitimè non retractatur ex euentu.*
22 *Damnum non consideratur ex euentu, quando actus ita se habebat ad lucrum sicut ad damnum.*
23 *Donans quando fundum assignauit, illum recuperat, quandocunque decedat donatarius.*
24 *Fructus intelliguntur deductis expensis omnibus.*
25 *Creditor quando cogitur accipere in solutum rem debitoris potest eligere meliorem.*
26 *Donans certum redditum potest assignare fundum mediocrem.*
27 *Creditor vt cogatur capere in solutum rem debitoris multa requiruntur.*
28 *Debitor qui iurauit soluere in pecunia non potest offerre bona in solutum.*
29 *Iuramentum non obligat ad impossibile.*
30 *Donans certum redditum si velit se liberare soluendo pro quindecim annis in interusurium medij temporu non deducit.*
31 *Plus soluit, qui ante diem soluit.*

QVÆSTIO XLI.

QVAMVIS in præcedentibus dictum sit, legatarium minimè cogi posse, vt reciat certum fundum ab hærede, ex quo habeat alimenta, quia tamen aliquis posset tenere contrarium, vel partes possent conuenire de assignando certum fundum, quomodo tali casu æstimabitur fundus, & quomodo fiet assignatio, pono exemplum, damnatus est hæres dare mihi singulo anno certas mensuras frumenti, vini, olei & lignorum pro alimentis, vt verò euitet onus seu curam prouidendi quotannis, de prædictis, vult assignare fundum, ex quo totidem frumẽti, vini & olei, & lignorum mensuræ percipiantur, quomodo dignoscetur, an fundus possit eum redditum ferre, videtur dicendum, quod æstimandum sit id, quod pro alimentis singulo anno est præstandum, deinde detur fundus tanti valoris,
1 quantum capiunt † fructus viginti annorum, *secundum glos. in verbo, iusta, in l. perpetua, C. de sacros. eccles. vbi Fulgos. Castren. & Salicet. in penult. quæstio.* dicitur enim ibi, quod ex quo fructus viginti annorum æquare debent impensis deductis iustum valorem fundi æstimatio ipsius fundi fit secũdum ipsorum fructuum valorem, est etiam text. *in §. si vero, vbi glos. in Authen de non alien. reb. eccles. multos citat Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glos. 6. num. 19. Didac. lib. 3. variar. resolut. cap. 9. num. 5. Neuizan. cons. 77. num. 28. Pinel. in l. 2. par. 3 cap. fina. num. 29. C. de rescind. vend. Natta cons. 498. num. 10. Soarez in suo thesau. in ver. æstimatio, num. 124. Borgnin. decis. 1. num. 21. in 2. part.* Contra tamen videtur probare text. *in l. si quis argentum, §. si autem donator, C. de donatio.* vbi inquit, quindecim tantummo-
2 do † annorum redditus esse supputandos, remque tradendam esse illius æstimationis, quam capiunt fructum quindecim annorum. Et hoc notat Bal. ibi ante *num. 1. ver. quid in eo promittendo*, licet malè explicet. Dicit enim fundum talem esse assignãdum, cuius fructus æquiualeant verò valori fundi. Sed quis est ille fundus, cuius fructus quindecim annorum capiant verum fundi valorem. Certè nullus, aut is rarus. Voluit ergo dicere dãdum fundum, qui tanti sit valoris, quantum capit valor rerum in quindecim annis tradendum, vt si decem corbes frumenti tradẽdæ sunt, fundus valeat centum quinquaginta corbes. Hæc tamen sententia non probatur ex eo textu, quinimo *in §. si verò*, dicitur fundum esse tradendum, qui redditum annuum relictum inferre possit, atque ita vult fundum assignandum esse valoris talis, qui possit donatario eandem vtilitatem inferre, quod non esset, si solum quindecim annorum fructus essent considerandi. Et hæc est mera veritas, vt inspiciatur an fundus reddat quantitatem relictam.

Hæc autem consideratio haberi posset, quando debitor alimentorum vellet soluendo semel integra alimenta liberari penitus à solutione pro futuris annis, sed non dando fundum, verum dando pecuniam: nam hoc casu videtur quod si alimenta soluat pro quindecim annis liberetur, ita disponit text. *in d. l. si quis argentum, § si autem donator*, vbi donans certum quid annuum liberatur in totum soluendo à principio pro quindecim annis. Et notat ibi Bald. *in princ. num. 7.* vbi, *num. 8.* infert, quod
3 emphyteuta † potest à principio soluere pro quindecim annis. Sed reuera Baldi decisio non subsi-
4 stit, quia † dispositio text. *in d. l. si quis argentum*, procedit speciale fauore donantis, qui ex quo conuenitur ex propria liberalitate debet in aliquo recompensari, *vt voluit gl. ibi in secunda solu. quam sequuntur ibi Pet. Cyn. Alber. Salicet. & alij, Ias. in l. 2. §. mutui datio, limit. 17. ff. si certum petat. Gerard sing. 34. Barbat. in rubr. extra de donatio. colum. fina. Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glos. 6. num. 21. in fi. Modern. Gall. in tract. de vsur. quæstio. 5. num. 119. Didac. variar. resolut. lib. 3. cap. 9. num. 9. ver. quandoque vero, Pinell. in l. 2. parte 3. cap. vltim. num 35. C. de rescind. vend.* Quinimò Modern. Didac. & Pinell. intelligunt, quando donator est pauper, quia ita loquitur textus *in §. si autem donator.* Et prædicto-
5 rum ratio est, quia pinguius donatori † subueniendum est, quam ei qui persoluit debitum, *l. & exhæredatum, in fine, cum l. sequen. ff. de re iudic.* pateretur
6 enim donator pœnam suæ liberalitatis, † vt dicitur *in l. ex res, ff. de adult. edict.* & fieret inops ob suam liberalitatem, contra *l. ne liberalitate, ff. de re iudic.* Et hac ratione, qui omnia bona donauit solo vsufru-
7 ctu retento, non tenetur cauere † de vtendo arbitro boni viri, *vt inquit Ioan. de Plat. in §. præterea, Instit. de action. Corneus in cons. 262. colum. 3. volum. 4. Socinus in l. omnes, ff. de exceptio. Dec. cons. 365. colum. fina. Gozad. cons. 91. num. 5. Ioan. Annib. in l. nemo potest, numero 174. ff. de lega. 1. Rube. cons. 54. num. 7. Pinel. in l. 1. par. 2. num. 80. C. de bonis maternis, Rolandus in cons. 37. num. 8. & 24. volum. 2. Caualcan. de vsufruct. mulie. relict. numero 153. decis. Pedemon. 153. num. 2.* facit etiam, qui sua
8 liberalitate † conuenitur, tenetur solum in quantum facere potest deducto ne egeat, *l. diuus. ff. de regulis iur.* vbi Decius & Cagnol. inferunt ad multas decisiones.

Sed fortè replicabit quis idem esse in legato, quod in donatione disponitur, quia legatum est
9 † donatio, *§. 1. Instit. de legat.* ideo Baldus *in dicta l. si quis argentum, num. 6.* infert etiam ad legatum. Et eodem

eodem modo Iaſ. *d. §. mutui datio, colum. fina. limit. 17.* vbi ait quotidianum & honorabile. Idem dicit Gerard *ſingu 34. Cotta memor. incip. ſolui non poteſt, colum. 1. alios citat Tiraquel. loco prædicto.* Hoc non inuenio tactum in ſpecie à Doctoribus, ſed reſpondeo, quod etſi eadem liberalitas ſit in legante, quæ in donante, tamen non idem fauor præſtandus eſt hæredi legantis, qui ipſi donanti impenditur, quia non eſt eadem ratio. In hæredem enim ceſſant rationes ſupra in donante conſideratæ, ne ſcilicet ſua liberalitate fiat inops, & ne pœnam ſuæ liberalitatis patiatur: Quinimo contraria penitus militat, ex quo magis fuit à teſtatore dilectus legata-
10 rius quam hæres, † quia rem legatam magis voluit eſſe legatarij, quam hæredis, *l. ſi quis cum. vbi Baldus, ff. de cond. & demonſt. & dixi in præcedenti quæſtione, nu-*
11 *mero 31.* Et quamuis hæres † repræſentet perſonam defuncti, *l. hæres in omne ius, ff. de acquirenda hæreditate. l. cum hæredes, ff. de acquirenda poſſeſſ. l. nihil aliud, ff. de verborum ſignificat.* tamen hoc intelligitur, quoad bona ſibi relicta, & quoad ſuam portionem hære-
12 ditatis, † non quoad alia, *gloſ. & Bald. in l. cum à matre, C. de rei vendic. gloſ. in l. fina. §. in computatione, C. de iure deliber. vbi Baldus num. 14. & Cornetus num. 6. Iaſon in l. 2. §. ex his, numero 4. ff. de verborum obligationib. Cagn. in l. hæredem, num. 16. ff. de regulis iuris, Pinel. in l. 1. par. 3. num. 79. verſic. eadem concluſio, C. de bonis maternis, folio mihi 513.*

Declarat etiam Caſtren. *in conſ. 47. in fi. volum. 2.*
13 procedere, quando quis eſt grauatus dare † certum quid annuum de certo prædio, quia tunc cum non teneatur vltra, quam ex eo prædio percipiatur, poteſt prædium aſſignare, ſecus quando relictum eſſet factum in genere, & nullo certo prædio limitatum, quia tunc eſt locus aſſignationi, *ſequitur Tiraquel. d. num. 21. & Cotta in d memor.* Sed aduertendum quod Caſtren. loquitur de textu, *in l. filius-familias, §. apud Marcellum, ff. de lega. 1.* Nos autem ſumus in textu claro in ſuis terminis, *in d. §. ſin vero,* qui loquitur, quando donatio, non eſt ad certum prædium reſtricta.

Alio modo declarauit Afflict. *in deciſ. 34.* vbi ait,
14 *l. ſi quis argentum,* procedere † in contractibus tantum, non autem in vltimis voluntatibus, quia in eis ſeruatur diſpoſitio, *l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid.* & reprobat Alexan. qui volebat etiã in tranſactione locum eſſe ſupputationi, de qua *in l. hæreditatum, ſequuntur Modern. Gal. in tract. de vſur. num. 475. Pinell. d. cap. vlt. num. 32.* Et quamuis Afflict. hoc non dicat, tamen eandẽ diſtinctionem inter donationem, & legatum fecit Bart. *in d. l. hæreditatum, num. 1.* qui tamen dicit rationem diuerſitatis aſſignari non poſſe, quod etiam dixit Ang. ibi. Et idem probãt Imo. *in fi. Alex. num. 8.* qui ponunt notabilem rationem
15 † quia magis eſt liberalis, qui donat in vita quam legans, primus enim in re illa magis diligit donatarium, quam ſe ipſum, ſecũdus vero magis quam hæredem, diligit quidem legatarium, ſed non ſe plus diligit illum. Et licet hæc ratio ſit potens, efficitur tamen potentior ſi conſideretur, quod in legato ceſſat ea ratio, quæ attenditur in donatione, vt ſupra demonſtraui. Et hoc meo iudicio tenendum eſt quidquid Cordub. dixerit *in d. l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, num. 110. & ſequentib. ff. de liber. agnoſcen. vel alen.*

Nec refragatur, quod multi dicunt diſpoſitio-
16 nem, *l. hæreditatum,* procedere † quocunq; in negotio, *ſecundum gloſ. in l. cum hi, §. nihil autem, ff. de tranſactio vbi Bal. in fi. cum pluribus apud Cordub. loco prædicto, num. 109.* Quia verum eſt, quando tractatur de vita hominis taxanda, ita illi omnes loquuntur, non ſic quando agimus de æſtimando valore alicuius relicti ſeu donati. Mihi igitur pro concluſione placet, quod *l. ſi quis argẽtum,* locum habeat tantummodo in ſuo caſu, lex autem *hæreditatum,* in aliis omnibus caſibus. Et ideo ſi pro alimentis certum quid annuum fuerit donatum, tunc donans liberabitur ſoluendo ſemel pro annis quindecim: ſi verò quid in vltima voluntate erit relictum, tunc aliud erit, quia non cogetur legatarius, & vbi cogatur fiet calculus ſecundum legem, hæreditatum, non autem ad quindecim annos.

Erit tamen primo caſu aduertendum, quod ſolutio pro quindecim annis non fiet, niſi quando donans non habet prædia, cum enim prædia ha-
17 bet, † non poterit ſoluere in pecunia, & hoc eſt quod voluit dicere ille text. *in §. ſin vero,* dum dixit, neceſſe habere, vt ſit ſenſus, ſi donans velit ſe liberare, cogetur dare prædiũ, ſi prædia habet, ſin minus dabit pecuniam. Et hoc voluit gl. *in ver. habens, Modern. Gal. d. num. 119. Pet. & Cin. in d l. ſi quis argentum, in princ.* Et hic intellectus melior eſt quã ille, quem conſiderat Salic. *in d. §. ſi vero, in princ. in ver. ſed ab extra,* vbi ait, neceſſitatem imponi donanti reſpectu qualitatis fundi, vt ſcilicet non deteriorem poſſit tradere, ſed cogatur mediocrem aſſignare: nam etſi ſua concluſio vera ſit, non tamen conuenit verbis tex. qui de fundo aſſignando præcisè loquitur de qualitate autem fundi ponit in ſeparato ver. *incip. in talibus autem.*

Dubium eſt tamen, ſi facta donatione pro alimentis ſolutaque pecunia pro quindecim annis, donatarius ante, vel poſt moriatur, an reſtituendum vel ſupplendum aliquid erit, ſecundum facti contingentium, & gloſ. *in d. §. ſi autem donator, in ver. præſtet,* inquit, reſtituendum vel ſupplendum eſſe, prout in facto euenit: facit, quia illud iudicium de quindecim annis ſit à principio ſuper re dubia, fundatur que ſuper præſumptione, vbi autem apparet veritas, ceſſat præſumptio, *l. cum de indebito, ff. de probatio.* facit etiam, quod Doctores volunt *in d. l. hære-*
18 *ditatum,* vbi concludunt † attendi ex poſt facto veritatem, vt per Alexan. *ibi, in fi.* qui fortius dicit, præſtandam eſſe hinc inde cautionem de ſupplendo, vel reſtituendo, prout caſus dederit, *Afflict. deciſ. 34. in fi. & alibi dixi, hoc idem ante eos voluit Imola, d. l. hæreditatum, circa med. ſed prius Bart. num. 2.* Petrus tamen & Cin. *in d. l. ſi quis argentum, in princ.* reprehendunt gl.
19 & † volunt, quod facta ſemel ſolutione ea de cætero non ſuppleatur, nec minuatur. Ratio eſt, quia hæc ſolutio ſuccedit loco fundi, qui erat aſſignandus: ergo ſicut per aſſignationem fundi extinguitur obligatio, quicquid inde ſequatur, ita per ſolutionem pecuniæ. Idem probat Salic. *§. ſi autem, nu. 2.*

quia est quędam compositio facta à lege,& subdit, quod hic intellectus magis conuenit literæ. Addo, quod hæc est æstimatio, vt inquit ibi text. Ideo siue crescat, siue decrescat valor, non attenditur, quod
20 ex post facto sequitur, † vt dicunt Doctores *in l. 2.*
21 *C. de rescind. vend.* & semel † legitimè factum, non reuocatur ex euentu circa factum legitimè, *de reg. iur. in 6. in l. in ambiguis, §. non est nouum, vbi Dec. & Cagn. ff. de reg. iur.* Et non consideratur damnum quod casualiter contingit, quando à principio actus ita se habebat †
22 ad lucrum sicut ad damnum, *l. si pater puellæ, C. de inoffic. testamen. l. de fideicom. vbi Castren. Alexan. Iaſ. Dec. & alij, C. de transactio.* ratio autem diuersitatis, quare magis fiat suppletio & restitutio, *in d. l. si hæreditatum*, quam *in l. si quis argentum*, forte alia nō potest assignari, quam ea, de qua supra, fauor scilicet donatarij. Sed posset etiam dici, quod *in l. hæreditatum*, non fuit intentio legis totum negotium definire, sed mediam quandam viam eligere seruandam, donec effectus certitudinem ostendat.

Non tamen est ignorandum, quod etiāsi quando pecunia quindecim annorum est soluta, curandum non sit quod alimentarius viuat vltra dictum terminum, vel ante illum decedat, tamen quando
23 assignandus est fundus, † ille venit restituendus, quandocunque alimentarius decedat, *Ita Bal. in d. l. si quis argētum, in princ. num. 8. ver pone, quod ille.* Sed ego credo lectionem corruptam esse, & Bal. loqui de pecunia, non de prædio. Vera tamen est propositio, quòd vbi prædium assignatur, illud restituendum est. Ita præsupponit text. dum ait, assignandum esse prædium, inferens eundem redditum, & innuit glos. *in ver. fundos*, dum ait, donatarium ius habere in re tanquam fructuarium, vel alimentarium, *Salicet. in d. §. si vero, in princ.*

Et ibi addit aliud, quod est notandum, nempè
24 † in assignando prædio rationem habendam esse impensæ, quæ circa culturam agri est necessaria, & ea deducta inferri posse tantum redditum, quantum capit donatio facta, fructus enim reputantur illi, qui supersint deductis impensis, *vt ibi dicitur & probatur in l. si à domino, vel à patre, §. fina. ff. de petitio. hæred. gl. Bart. & Ang. in l. in fundo, ff. de rei vend. gl. in §. ex diuerso, vbi Doctores, Instit. de rer. diuis. infinitos allegat Tiraq. de retract. conſang. §. 15. gl. 1. num 1. & seq. Didac. variar. resolut. lib. 3. cap. 3. num. 3. Menoch. de recuper. possess. remed. 15. num. 574. & seq.*

Quando verò donans vult dare fundum, & non
25 pecuniam, videtur quod si in facultate † donatarij eligere quam velit etiam meliorem, vt probat tex. *in Authen. hoc nisi debitor, C. de solution.* Cum enim cogatur creditor aliud pro alio capere, & in hoc grauatur, non mirum, si in alio releuatur, vt rem habeat meliorem, *secundum Bal. ibi & Salicet. Aufrer. decis. Tholoſ. 67. Rolan. conſ. 6. num. 44. vol. 1. Natta conſ. 344. num. 3.* In donante tamen inductum est *d. l. si quis ar-*
26 *gentum*, vt † neque meliorem neque deteriorem, sed mediocrem fundum assignare debeat. Et ibi hoc voluit Salicet. *num. 1. in fi.* Et id solum diuersitatis ab eodem fonte procedit, quia non est rigorosè agendum cum eo, qui sua liberalitate conuenitur, sed vbi alimenta alia ex causa quam donationis deberentur, tunc standum esset *d. Authen, hoc nisi*
27 *debitor*, quæ † multa requirit, vt illi locus sit, *secundum Nattam, d. conſ. 344.* vbi vult, procedere etiam stante statuto, quod creditor teneatur à debitore in solutum capere tot de bonis.

Posset etiam limitari *dicta l. si quis argentum*, locum non habeat, quando donans iurauit soluere in rebus, quia tunc nō posset in solutum dare præ-
28 dia, argumento eius quod voluit † Iaſ. *conſ. 9. nu. 19. volum. 1.* vbi ex quo iuramentum obligat præcisè, vult, quod iurās in pecunia soluere, non possit offerre bona in solutum, *ſequitur Goz. ad. & alij apud Rolan. d. conſ. 6. num. 44. volum. 1.* quod tamen intelligit Benint. *deciſ. Bonon. 28.* non habere locum, quando
29 facta † exquisita diligentia esset omnino impossibile debitori inuenire pecuniam, nam iuramentum non obligat ad impossibilia, *vt probat Maran. diſputat. 7. num. 19.*

Cum autē in pecunia soluit pro quindecim annis, tunc integram omnium annorum persoluit pensionem nulla facta deductione ratione inter-
30 vsuriorum medij † temporis, *vt volunt Petr & Cin. in d. l. si quis argentum, vbi reprehendunt gloſ. contrarium tenentem, ſequitur Salic. in §. si autem, num. 2. Bal. in princip. num. 8.* vbi dicit, ideo solui à principio, vt ex redditibus tot annorum sic aceruatis creditor cōsequatur annuum alium redditum, sed illam gl. sequitur Bart. *in l. hæreditatum, num. 3.* quando tamen partes sunt concordes, *ſequitur Imo. & Alexan. colum. 2. in fi. &*
31 *colum. 3.* Et facit quia plus † soluere videtur, qui ante diem soluit, *§. plus autem, Inſtit. de actio.* Et cum tex. dicat quindecim annorum estimationem prestandam esse, videtur velle, quòd etiam interusurij habeatur ratio, durum tamen est ab opinione Petri, Cini, Salicet. & aliorum, discedere.

SVMMARIVM.

1 *Resoluto iure authoris resoluitur ius ſucceſſoris.*
2 *Emphyteuſis finito tempore redit ad dominum libera.*
3 *Feudum finitum reuertitur ad dominum ſine aliqua obligatione.*
4 *Venditio rei ſubiecta fideicommiſſo, annullatur euenientе conditione, & res ad fideicommiſſarium vadit ſine onere.*
5 *Conſtitutum reſoluitur, quando ſublatum eſt ius conſtituentis.*
6 *Hypotheca conſtituta ab emptore reſoluitur, quando res ex ſtatuto retrahitur.*
7 *Obligationes factæ ab emptore reſoluuntur, quando venditor ex præcedenti pacto rem recuperat.*
8 *Donatario non alente res donata vadit ad donantem, libera ab omni obligatione.*
9 *Reſoluto contractu ex cauſa voluntaria, ius ſucceſſoris non extinguitur.*
10 *Venditor quando ob læſionem recuperat rem, tunc ius ſucceſſoris non reſoluitur.*
11 *Donatione reſciſſa ob defectum inſinuationis ſuſtinetur hypotheca, & obligationes factæ à donatario.*
12 *Ius ſucceſſoris non reſoluitur, quando authoris ius eſt extinctum per dationem in ſolutum etiam iudicialem.*
13 *Succeſſor in beneficio non tenetur ſtare colono, quod declara vt ibi.*

14 *Actus factus à debitore non præiudicat creditori.*
15 *Pactum vnius non nocet alij.*
16 *Renunciatio non nocet tertio.*
17 *Emptore restituente rem venditori læso extinguuntur omnes obligationes.*
18 *Insinuationis defectus destruit omnes obligationes super re interea factas.*
19 *Resoluto iure dãtis resoluitur ius accipiẽtis, etiam quando actus resoluitur ex voluntate, non tamen ad resolutionem ordinata.*
20 *Resolutio iure dantis resoluitur ius successoris, quando resolutio fit iure dominij, & ex præcedenti contractu.*
21 *Donatio continet tacitam conditionem, quod possit reuocari propter ingratitudinem.*
22 *Contrahens cum vasallo vel emphyteuta non debet ignorare conditiones feudi vel emphyteusis.*
23 *Coacte fieri dicitur id, quod cogi poterat faciens.*
24 *Donatario bona fide remittente bona donata ob defectum implementi resoluitur omnis hypotheca.*
25 *Confessio debitoris non præiudicat creditori.*
26 *Maritus confitendo se vergere ad inopiam non præiudicat creditoribus suis.*
27 *Debitor confitendo se prius rem alij obligasse non præiudicat creditoribus.*
28 *Emptor qui non denunciauit litem, agit de euictione si probat iustitiam euincentis.*
29 *Sententia lata contra authorem nocet successori.*
30 *Litigare temere, & malam causam defendere nemo tenetur.*
31 *Fidem bonam agnoscere quilibet tenetur.*
32 *Resoluto iure dantis, nõ resoluitur ius accipientis, si dans non est vsus exceptionibus sibi competentibus.*
33 *Emptor non agit de euictione, quando propria culpa succubuit.*
34 *Emptor, qui non præscripsit cum posset, dicitur in culpa, & non agit de euictione.*
35 *Successor singularis, succedens ex causa necessaria, tenetur stare colono.*
36 *Locatio quando facta est in fraudem, non obligat successorem singularem etiam necessarium.*
37 *Sententia non nocet ei, cui alias noceret, si reus causam non defendit.*
38 *Sententia lata per collusionem ei non nocet, cui alias noceret.*
39 *Collusio annullat actum.*

QVÆSTIO XLII.

DONATARIVS, qui non curauit alere donatorem vti promiserat, priuatur re donata, quæ ideo redit ad donantem, tali tamen casu dubitatur, si cui tertio ius fuisset medio tempore quæsitum in bonis donatarij, an illud resoluatur. Res alicui posset clara videri, quia resoluto iure † authoris resoluitur ius successoris, *l. si is, §. 1. ff. quemadmodum seru. amitt. l. minor, §. fi. ff. de pericu. & commu. rei vend. l. si ex duobus, §. fi. ff. de in diem adiect. l. si quis domum, ff. loca. l. peto, §. prædium, ff. de leg. 2. l. si res, ff. quibus mod pign. vel hypoth. solu. l. Statius, §. Cornelio, ff. de iure fisci, l. si finita, §. si de vectigalib. ff. de publica. l. 1. C. si pign. pigno. datum sit, l. peto, §. prædium, ff. de lega. 2. l. lex vectigali, ff. de pignor. cap. 1. §. rursus, vbi Bal. quibus mod. feud. amittat. cap. 1. §. quid ergo si pretio, & §. fina. de inuest. facta de re alien. cap. fina. ne prælat. vic. suas.* Hinc infert Bald. *in dicta l. lex vectigali,* quod etsi res liuellaria obligari possit, tamen emphyteusi finita † redit res ad dominum liberè ab omni obligatione. Et dicit Bal. *in l fina. §. sed quia nostra, in fine, C. commun. de legat.* quod regula hæc procedit etiam in rebus † feudalibus, ideo infert, quod si vasallus res aliquas alienauit finito feudo, reuocatur alienatio, quia non potest dominium liberè in alium transferre is, qui non habet liberum & absolutum. Hinc etiam est, quod etsi grauatus alienare possit res fideicommisso † subiectas, dum † pendet conditio, tamen ea eueniente resoluitur venditio, *dicta l. fina. §. sin autem sub conditione, C. commun. de legat.* sic resoluto iure † constituentis resoluitur virtus constituti, *Dec. in consilio 366. in fine, alios citat Craue. in consilio 437. num. 5.* Et hoc procedit, siue verba resolutiua sint directa, siue obliqua, vtroque enim casu ius accipientis tollitur sublato iure dantis, *vt probat Gabriel. consilio 76. num. 2. volum. 1.* Et in feudo atque emphyteusi, quod finito iure vasalli, vel emphyteutæ destruatur ius seruitutis, venditionis, aut alterius obligationis constitutæ à vasallo, & emphyteuta, voluerunt Baldus, Salicet. Castren. & alij omnes, *in l in prouinciali, C. de seruit. & aq. infinitos cumulat Tiraquel. de retract. conuention. §. 3. glos. prima, num. 11. Corbul. de emphyteu. tit. de priuatio. ob non solut. canonem. ampliat. 34.* Hinc quoque fit, quod consanguineo ex vi statuti retrahente rem venditam nulla sibi facta oblatione † extinguitur omnis hypotheca & obligatio constituta ab emptore, *vt volunt Neguſan. de pignor. in 1. mem. 5. parte, num. 44. & seq. Tiraquel. dicto §. 3. glos. 1. num. 8. & sequitur Gabriel. dicto consilio 76. num. 2.* Idem est, quando retrahit venditor vigore pacti à principio † conuenti, *secundum Bartolum in l. in diem, ff. de aqua plu. arcen. quem sequitur Bald. Ang. Curtius sen. Dec. Fabian. Cagnol. & alij à Tiraquel. citati loco prædicto, num. 8. & 9.* Et in terminis donationis factæ, cum onere † alendi donantem, quod donatario non implente ea, rescindatur etiam ad præiudicium cuiuscunque creditoris, vel ius habentis à donatario, voluit Alexan. *in cons. 93. num. 4. volum. 2.*

Sed facit contrarium doctrina Bart. *in l. si res, §. sed Marcellus, ff. de in diem adiectio.* vbi ait, quod si contractus † resoluitur ex causa non necessaria, sed voluntaria, tunc non resoluitur pignus, vel obligatio, & ponit exemplum, quando res redhibetur ex voluntate emptoris, ponit & aliud exemplum, quando venditor læsus vltra dimidiam iusti pretij rem recuperat, tunc inquit ius † successoris non resolui, quia emptoris ius soluitur ex mera voluntate illius, qui cum posset supplere pretium, elegit rem reddere, *idem voluit Bartolus in l. si res, ff. quib. mod. pign. vel hypothec. soluit.* vbi aliud ponit exemplum, quando ex defectu insinuationis rescinditur, † & annullatur donatio; eo enim casu, quia rescissio procedit ex voluntate eius, qui non curauit insinuare, subsistunt omnes obligationes, *Barto. & Cuman. in l. in diem, ff. de aqua pluuia arcenda, Fulgos. d. §. si res, Ioan. And. ad Specu. in rub. de oblig. & solut. colum. 2. Alber. in l. secunda, colum. 4. versic. item quæro, vendidi,*

C. de re-

C. de rescind. vend. Alexan. in cons. 45. colum. 2. volum. 5. Fabian. de Mon. in tract. de empt. & vendit. in 4. quæstio. 7. quæstio. princip. & hanc dicit communem, Boer. decis. 181. num. 11. & sequen. Et facit etiam quod voluit Bal. in cons. 371. Masiolus, lib. 1. vbi ait, quod si emphyteuta renunciat domino, tenebitur stare locationi factæ per eum, Guido Papæ, quæstio. 575. & idem voluerunt Iac. Rain. Pet. Iac. Masuer. & alij, quos citat & sequitur Tiraq. de retract. consang. §. 34. glos. 1. num. 9. Bened. in §. Rainutius, in ver. vxorem nomine Adelasiam, decis. 4. num. 16. de testam. vbi loquitur in venditione & datione in solutum, Coras. in l. 3. num. 36. ff. de seruit. Boer. dicta decisione 182. num. 12. vbi, quando emphyteuta donauit domino, Pinel. in l. 1. part. 3. num. 72. C. de bon. matern. Bened. in ver. & vxorem nomine Adelasiam, decis. 2. num. 7. Beroius cons. 46. num. 24. & seq. volum. 1. vbi idem dicit, quando res esset à iudice in solutione data: † nam ex quo offerendo debitum potuisset euitare illam 12 dationem dicitur hoc esse factum voluntarium. Et hac ratione dicebam aliquando quod, & si successor † beneficij non teneatur stare locationi 13 factæ à præcessore, nisi facta sit vtiliter nomine Ecclesiæ, vt per Rot. decis. 232. si prælatus, in nouis. Tiraquel. de retract. conuention. §. 3. glossa vnica, num. 14. Ananch. cap. fina. num. 8. ne prælati. vicar. suas, Socinus in cons. 34. volum. 3. tamen hoc fallit, quando locator renunciauit beneficio, quia tunc eius factum non potest conductori nocere, l. non debet alteri, ff. de regulis iuris. Non videtur autem negari posse quin in propositum factum sit voluntarium, quando donatarius negligit alimenta præstare donanti, & & confirmatur hæc sententia, quia resolutio contractus non debet pendere à potestate ipsius donatarij, d. l. res, ff. quibus mod. pign. vel hypothec. solu. aliâs facilè posset donatarius colludere cum donante, 14 & fraudem facere tertio ius habenti, ideo † actus non præiudicat creditori, l. liberto octingenta, ff. de bonis libert. l. filiæ meæ, ff. soluto matrimonio.

Quidquid tamen sit, verior est prima opinio, quia donatarius contrahendo cum alio, non potuit deteriorem facere conditionem donantis, & 15 † pactum vnius, non nocet tertio, l. si vnius, §. pactus ne peteret, ff. de pactis, l. Imperatores, in principio, ff. de transactio. Castren. Alexan. & Iason, in l. si actione, C. de pecu. castren. in l. planè, §. si duobus, ff. de legatis. 1. Crot. in cons. 89. num. 9.

16 Idem videmus de renunciatione, † quæ tertio non nocet, l. iubemus, C. ad Velleian. Castren. cons. 30. nume. 30. volum. 2. Roman. in cons. 472. in princ. Tiraq. de retract. consang. §. 1. gl. 9. num. 127. & de pacto ponit Ias. in l. iuris gentium, §. prætor ait, num 9. ff. de pact. Tiraq. loco prædicto, & in liberatione ponit Paris. in cons. 100. num 60. volum. 1. Sicuti igitur donans bona sua recuperaret liberè, si nullum pactum fecisset donatarius, nullamque obligationem iniecisset, ita quando est iniusta, quia non potuit in suum præiudicium apponi onus.

Non obstat autem doctrina Bartoli, in d. l. si res. dum distinguit inter resolutionem voluntariam & necessariam, quia accipiendo illam in genere est vera, sed difficultas est, quando dicatur voluntaria, & quando ius donatarij resoluitur per illius venditionem, renunciationem, dationem in solutionem, vel alios similes modos: certum est durare ius successoris illæsum, & vbi resolutio causatur ex præambulo contractu, tunc necessaria dicitur causa, non voluntaria, vt quando promisit retrouendere, vel quando ex statuto tenebatur reuendere. Et idem est, quando ex dispositione iuris tenetur rem, vel restituere, vel supplere pretium, quia tunc quicquid tenuerit Bartolus, communis 17 est opinio, quod † re restituta tollatur omnis obligatio, ita Bal. in dicta l. 2. quæstio. 3. num. 17. C. de rescind. vend. vbi Salicet. quæstio. 15. Castren. num. 11. Cremen. numero 189. & Cagnol. num. 120. Alexan. ad Bartolum, in dicta l. si res, Negusan. in 1. memb. 5. par. num. 43. & sequen. Et hanc opinionem dicit veriorem, & magis communem, Socin. iun. cons. 119. num. 16. volum. 2. Cagn. in l. 2. num. 199. C. de pact. inter empt. & vendito. Alciat. in l. debitorum, num. 2. C. de pact. Pinel. alios citans, in d. l. 2. par. 2. cap. 3. num. 11. & sequen. Et hanc tenent multi ex iis quos citat Cordub. dicto titu. de priuatio. ob canon. non solut. ampliat. 34. Et eodem modo, quando resolui- 18 tur ob defectum insinuationis, † quod extinguatur omnis obligatio, voluit Bal. in d. l. 2. quæstio. 13. & sequitur Alexan. & Negusan. in locis prædictis, facit d. l. lex quæ vectigali, vbi etsi solutio pendeat à voluntate debitoris, si tamen eam omittat, resoluitur ius accipientis, & hoc nulla alia ratione, nisi quia solutio erit debita ex præcedenti contractu: facit etiam, quia ante factam donationem res non erat donatarij, per donationem autem non est facta sua irreuocabiliter, sed cum modificatione, quod præstantur alimenta. Non mirum itaque, si reuertitur libera ad eum, ita Bal. in dicta l. 2. sequitur Negus. dicens, hæc verba esse menti tenenda. Accedat, quod non potest necessario dici, quod voluntaria sit causa, ex quo fortè donatarius non habebat pecuniam, vnde alimenta præstaret, atque ita contrauenit donationi, vt in simili dicit Negus. loco prædicto, num. 43 cap. fina. quod tamen in facto nostro non mihi placet, quia vbi donatarius ex impotentia defecisset forte non incurreret pœnam priuationis, vt dixi suo loco.

Præterea vbi etiam cessatio, & defectus prædictus ascribi posset voluntati, non etiam necessitati, quia tamen actus ille non est ordinatus ad re- 19 scissionem contractus † de eo iudicatur, quod de necessario, ita pulchrè & magistraliter, Bart. in l. in diem, num. 2. ff. de aqua plu. arcen. Alexan. in d. l. si res, & cum theorica Bart. ibi transeunt omnes Doctores, vt inquit Negusan. d. part. 5. in 1. mem. num. 43. cap. fi. & illius Doctrinam inquit approbatam deci. Pedem. 65. num. 2. Gabriel. d. cons. 76. num. 5.

Sed & illa distinctio vera est, quod aut succedit quis virtute præambuli contractus, & tunc successio reputatur necessaria; aut succedit ex alia causa non descendente à præcedente contractu, & tunc reputatur voluntaria, & primo casu res redit libera ab omni obligatione, secundo vero 20 non. Ita probat † text. in cap. Imperialem, §. præterea, & §. callidis, in versic. reuertatur, vbi omnes Doctores notant, de prohiben. feud. alien. per Feder. Dec. cons. 239. num. 12. decis. Pedemon. 156. num. 9. & sequen. vbi infinitos allegat. Et

hoc

hoc est, quod Pinel. *dicta l. 1. par. num. 72.* dicit, quando res ad dominum redit iure dominij, & ob necessariam consolidationē: consideratur enim necessitas inspecta origine, & contractu præambulo, vnde omnia deriuantur: licet enim non cogatur donatarius contrauenire & deficere contraueniendo, tamen & omittendo cogitur rem restituere; ideo actus iudicatur necessarius. Erit igitur firma cōclusio, quod si non impleat donatarius promissa, res poterit à donante reuocari libera ab omni obligatione.

Quam conclusionem extendo, vt procedat etiam, quando in donatione non extat pactum de alendo donantem: cum enim donatarius teneatur circumscripto etiam pacto donantem alere, *vt dixi in tit. quib. præstanda sint alimenta*, & eo deficiente reuocetur donatio, non video quare quoque casu reuocatio non fiat liberè, sine oneribus, sicuti quando adest pactum de alendo, nam hæc condi-
21 tio reuocandi donationem † videtur ab initio apposita, & à lege inserta donationi tanquam de eius natura, vt dicit Baldus *in cap. 1. §. rursus, si fidelis, quibus modis feud. amitta. sequitur Martin. Lauden. & Cardin. Alexan. Tiraquel. dicto §. 34. glos. 1. num. 10.* vbi sub-
22 dit, quod contrahens † cum vasallo emphyteuta, vel non donatario non debuit ignorare conditionem rei, quin & obligationem possessoris, & sicuti quando venditio rescinditur ob enormissimam læsionem redit res libera, licet nullum extet rescindendi pactum, ita fieri debet, quando reuocatur donatio, & est decisio Alber. *in l. solū, C. de reuoc. donat. Tiraquel. dicto ver. reuertatur, num. 330. facit Negusan. d. num. 44.*

Extenditur secundo etiam, quando donator sine iudicio, & sententia rem recuperaret, eo tamen casu, quo potuisset etiam in iudicio recuperare, puta, quando donatarius defecerat, non enim
23 dicitur voluntarius actus is † ad quem faciendum cogi poterat, *l. nouissimè, vbi notat Bald. ff. quod fal. tuto. autho. Ioan. And. in cap. præterea, in verbo, extorquentes, de iure patron. Cagnol. in l. 2. numero 199. C. de rescind. vend. Decius in cap. cum M. Ferrariensis, num. 34. de constitutio. Marsil. in l. 1. num. 42. ff. de quæstio. Dec. & Cagnol. in l. velle non creditur, ff. de reg. iur. & in specie ponit Pinel.*
24 *dicta l. 2. part. 2. cap. 3. num. 16. & sequen.* † vbi, quod si donatarius bonam fidem agnoscendo, remittat bona eo casu, quo iudiciali via potuisset cogi ad remittendum, præiudicabit suis creditoribus. Est verum, quod Baldus & Salicetus *in dicta l. 2.* tenent contrarium, *sequitur Negusan. dicto num. 43.* sed ipsi loquuntur, quando aliter non probatur defectus emphyteutæ, vasalli emptoris, & donatarij, nam dicto eius non est standum, & tunc non tam ex lege præcedentis contractus iureq; dominij proprij dominus venditor, vel donans recuperat, quam ex absoluta & libera voluntate vasalli emphyteutæ, emptoris vel donatarij, cuius confessio non
25 potest creditoribus suis præiudicare, † *secundum Io. And. ad Specu. in tit. de oblig. & solut. §. fi. num. 7.* vbi dicit, quod confitendo nemo præiudicat tertio, *Natta in cons. 94. num. 7. Cin. in l. vbi adhuc, quæstio. 12. C. de iure dot.* vbi ait, quod maritus † confitendo se vergere ad inopiam, vt vxor possit dotis restitutionem petere, non præiudicat creditoribus, *sequitur Natta in cons. 438. num. 10.* Et dicit Castren. *in l. Seia, ff. ad*
27 *Vellei.* quod confessio debitoris † dicentis se prius rem suam nō obligasse, alij nō præiudicat creditori, cui verè obligauerat. Et dicit Cuman. *in cons. 155. colum. pen. ver. ad id autem*, quod confessio creditoris post venditionem, non obest emptori, *Castren. cons. 134. num. 2. volum. 1. Rolan. cons. 85. num. 6. & sequent. volum. 2. vbi infert ad alias decisiones, & latè ponit Caphal. in cons. 101. num. 17. & sequent.* & sicuti debitor paciscendo creditori non præiudicat, *l. debitorum pactionibus, C. de pact.* ita nec confitendo, sed vbi donans assumit onus probandi ingratitudinem, & defectum, tunc perinde est, ac si rem iudiciali via reuocasset: facit, quod si dicimus de emptore, qui si litem motam non denuntiauit, non agit de eui-
28 ctione, tamen si velit probare † se malam causam fouere, & succubiturum fuisse si causam defendisset, obtinebit aduersus venditorem, *l. emptorem, in princ. ff. de actio empt. vbi Albe. & Fulg. Bart. Ang. & Castren. in l. atqui natura, §. cum me absente, ff. de nego. gest. Didac. lib. 3. variar. resolut. cap. 17. num. 6. vbi allegat Bald. Ang. Roman. Alexan. Claud. Imo. Barba. Rub. & alios, plures citat Caballin. in tract. euiction. §. 3. num. 73. Pinel. d. cap. 3. num. 17.* Hoc autem interest, quia vbi donans iudiciali via euincit prædium, tunc absque alia probatione tollitur ius eorum, qui à donatario causam habent, ex quo sententia lata contra donatarium
29 illis in consequentiā nocet, † *argumento l. authore, C. de euictio. l. ex contractu, ff. de re iudic. Ange. Imo. Cuma. Alexan. Iason & alij, in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de lega 1. Martin. Lauden. Aluar. & Cardin. Alexan. in cap. 1. §. quid ergo, de inuest. de re alien. facta*, vbi vero donatarius cedit liti non expectata sententia, vel etiam cedit prædio, tunc donans, qui prætendit cessionem nocere tertio, tenetur probare ius proprium, id est, donatarium potuisse cogi. Et prædictorum ratio est, quia tali casu ius tertij per spontaneam rei traditionem non est factum deterius, & non tenetur
30 donatarius temere litigare, † & malam causam tueri, *secundum Bartolum & Baldum, in l. Herennius, §. 1. ff. de euictio. Bald. in l. emptor, & l. si cum quæstio. C. eodem*
31 *titu.* Imo † tenetur quilibet bonam fidem agnoscere, *l. quoties, §. sicuti, ff. de administr. tuto. l. qui solidum, §. etiam, ff. de lega. 2. glos. in l. 2. in verbo instantia, vbi Cm. quæstio. 9. C. de iuramen. calum. Anchar. cons. 154. colum. 1. Abb. cap. fina. colum. pen. ver. quarto, de præscript. Tiraq. in l. si vnquam, in ver. donatione largitus, num. 202. C. de reuocan. donat.*

Declaratur tamen, vt non procedat conclusio nostra, quando donatarius non est vsus iure suo, nec causam defendit, cum posset proponendo exceptiones excludere donantem; tunc enim sen-
32 tentia lata in fauorem donantis, non nocet † tertio qui causam habet à donatario, *ita Bero. in cons. 46. num. 23. vol. 1.* Et ratio est, quia dicitur sua culpa succubuisse, & perinde habetur, ac si sponte nullo cogente remisisset. Rem facit, quod dicimus de vēditore cui si culpa obiici potest, non competit † actio
33 euictionis, *glos. in l. quod si nolit, §. mancipium, in ver. culpam, ff. de adil. edict.* vbi, quando imperitum adhibuit

buit aduocatum, *Franc. March. decis. 583. alios citat Caballin. d. tract. §. 5. num. 40. Rimi. conf. 205. num. 22. volum. 2.* vbi loquitur generaliter, quando emptori imputari quoquomodo potest, & cum potuit se defendere, & non defendit dicitur, in culpa, *glos. in l. si dictum, §. si cum posset, ff. de euictio.* vbi, qui potuit præ-
34 scribere † si non fecit, dicitur in culpa, alias esset in facultate donantis includere cũ donatario in perniciem tertij, atque ita fraudem facere, cũ tamen fraus sit omnino arcenda. Vnde dicimus, quod etsi successor singularis teneatur stare colono, quã-
35 do † ex necessaria causa successit, *glos. in l. diuortio, vbi Bart. Bal. Ange. Imo. Alexan. & alij, ff. solu. matrim. Cotta in memor. incip. successor*, tamen fallit, quando locatio
36 facta † est in fraudem, *Bal. in c. quoniam frequenter, §. fi. in fi. vt li. non contest. Tiraq. de retract. §. 1 glos. 7. num. 73. & de retract. conuen. §. 3. glos. 1. num. 15. & sequen.* quibus in locis ponit coniecturas ad detegendum fraudem, sed melius facit, quod tenuerunt Doctores *in l. sæpè, ff. de re iudic. vbi Alexan. num. 76. & seq.* vbi dicunt in
37 casibus, † quibus sententia contra vnum lata solet nocere tertio plura requiri, sed id præcipuè quod causa viriliter à conuento defendatur, *l. qui repudiantis, §. fi. ff. de inoffic. testam.* Intelligendo tamen secundum Iacob. Butr. Bald. Ange. Fulgos. & Abb. quos citat Alexan. loco prædicto, *num. 78.* quando interfuit soli causæ, licet fuerit contumax in actu sententiæ. Et idem est, quando detegeretur aliqua
38 † collusio: tunc enim sententia non noceret ei, cui alias ex sui natura præiudicasset, *l. 1. ff. de colluf. deteg. Bal. & Salic. in l. 2. C. quib. res non noc.* collusio enim an-
39 nullat † actũ, *secundum Bal. in conf. 172. colum. 2. volum. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Hæredes mariti alunt vxorem intra annum luctus, etiam si dos consistit in mobilibus.*
2 *Filia, cui dos est relicta in diem, vel sub conditione, interim est alenda.*
3 *Alimenta secundum dotem promissam debentur à promissore.*
4 *Contraria mutuo se expellunt.*
5 *Contrariorum vno posito tollitur alterum.*
6 *Contraria non cadunt in eodem subiecto.*
7 *Subrogatum intelligitur secundum naturam eius, in cuius locum facta est subrogatio.*
8 *Hæredes mariti ideo alunt viduam intra annum luctus, quia fructus dotis recipiunt.*
9 *Causa limitata producit effectum limitatum.*
10 *Dispositio quælibet restringitur secundum suam causam.*
11 *Onus cessat causa oneris cessante.*
12 *Causa determinat id quod ob causam conceditur.*
13 *Onus regulatur secundum commodum quod est oneris causa.*
14 *Hæredibus mariti conceditur in priuilegium dilatio annalis ad soluendum dotem.*
15 *Dilatio debet ei vtilis esse, cui conceditur.*
16 *Fauore alicuius inductum nõ debet in odium retorqueri.*
17 *Locupletari nemo debet cum aliena iactura.*
18 *Exceptio, tua non interest, agentem excludit.*
19 *Subueniendum est potius ei qui de damno tractat, quam ei qui de lucro.*
20 *Vidua non potest pro alimentis intra annum luctus plus consequi ab hæredibus mariti quam sint fructus dotis, contra num. 39.*
21 *Lex generaliter loquens, debet intelligi indistinctè.*
22 *Dos est loco alimentorum.*
23 *Vidua intra annum luctus videtur durare in eodem matrimonio.*
24 *Obligatio non variatur ex qualitate hæredum.*
25 *Vidua, quæ non habet aliunde, est alenda ab hæredibus viri.*
26 *Hæredes mariti lucrantur fructibus dotis, qui supersunt deductis alimentis viduæ debitis.*
27 *Hæres repræsentat personam defuncti.*
28 *Correlatiuorum idem est iudicium.*
29 *Onus regulatur secundum emolumentum.*
30 *Grauatus in vno, debet in alio releuari.*
31 *Minor non dicitur læsus ex actu qui potest afferre commodum & incommodum.*
32 *Appellari non potest à sententia sortis.*
33 *Res iudicatur secundum propriam naturam, non secundum accidentalem.*
34 *Hæredes mariti non alunt viduam intra annum luctus, si dotem restituunt.*
35 *Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi non alij est imputandum.*
36 *Electio mala nocet eligenti.*
37 *Culpa est non cogitare, quod facile poterat præuideri.*
38 *Conductori non fit remissio ob bellum, si conduxit tempore belli.*
39 *Hæredes mariti tenentur intra annum alere viduam etiam vltra fructus dotis.*
40 *Dotes ratò sufficiunt pro alimentis.*
41 *Subrogatum sapit primordialem naturam eius, cui subrogatur, non accidentalem.*
42 *Subrogatum super naturam eius, cui subrogatur, quoad ea, in quibus facta est subrogatio, non quoad alia.*
43 *Fructus dotis qui supersunt deductis alimentis viduæ, cedunt lucro hæredum.*
44 *Acceptans legatum tenetur agnoscere onus annexum. etiam si excedat emolumentum.*
45 *Acceptans emolumentum, tenetur acceptare onus adiunctum.*
46 *Accidentaliter quod accidit non attenditur, sed quod ordinariè.*
47 *Iniuria non fit volenti & consentienti.*
48 *Damnũ sentienti ex propria culpa subueniendũ non est.*
49 *Necessitas ei non prodest, qui propria culpa in illam se coniecit.*
50 *Actum facienti ex necessitate subueniendum magis est quam facienti voluntariè.*

QVÆSTIO XLIII.

TRactaui in titulo, *quib. præstanda sint alimenta, quæst. 44.* an viduæ sint præstanda alimenta intra annum luctus, & *nu. 32.* dixi id procedere, etiam, si eorum quantitas excederet fructus dotis, in tit. verò, *qualiter alimenta sint præstanda, quæst. 20. num. 6.* dixi, quod vxori viduæ alimenta præstantur secundum quãtitatem & redditum dotis: posset itaque aliquibus videri prædictas conclusiones pugnare inuicem. Præterea hodie contingit in facto disceptare, si vera sit ea opinio, quod hæredes viri teneantur alimenta viduæ præ-

duæ præstare vltra fructus dotis, ideo existimaui, nõ inutilem futuram subtiliorem indagationem. Et quod attinet ad repugnantiam, certè nulla cogitari potest, quia possunt simul stare, quod in dubio alimenta taxentur habito respectu ad quantitatem dotis, & quod nihilominus possint fructus dotis excedere, quia aliud est dos, aliud verò fructus dotis, & ideo videmus, quod si pecunia regulariter non germinet, nec fructũ ferat, tamen Doctores *in l. diuortio*, volunt, hęredes mariti alere vxorem intra annum luctus, quãdo dos consistit in pecunia, & idem dicunt, quando consistit in mobili-
1 bus etiam, quæ † nullum reddãt fructum, *Castren. l. diuortio, in princ. num. 6. ff. solu. matrim.* Præterea, quando dos est relicta in diem, vel sub conditione, filia
2 interim † est alenda secundum quantitatem dotis, *l. cum vnus, §. si. ff. de alimen. lega.* & tamen dos fructum eo casu non reddit. Hinc etiam concludit Cravet. *in cons. 186. num. 9.* quod, vbi alimenta relinquuntur
3 vxori, quæ † dotem promisit, sed nõ soluit, vel vbi dotem promittens obligauit se ad alimenta, tunc taxantur secundum quantitatem dotis, quę tamen tunc non est in fructu. Cum igitur duæ illæ conclusiones se inuicem compatiantur, non dicuntur repugnantes, contraria enim mutuo se expellunt,
4 & ad positionem † vnius sequitur alterius destru-
5 ctio, *gl. in l. sed et si pupillus, §. pen. in ver. institutoria, ff. de instit. actio. probaui cons. 230. nu. 13.* & posito vno † contrariorum, remouetur alterum, *l. si inter me & te, ff. de excep. rei iud. l. Pompon. §. si is, in fi. ff. de procurat. l. hæc verba, illa, aut illa, ff. de verbor. signif.* & natura non pati-
6 tur, quod duo contraria † concurrant in eodem subiecto, *l. peto, §. mater, vbi gl. ff. de lega. 2. Cravet. pro genero, num. 449. Neuizan. in cons. 66. num. 51.* quod autem attinet ad principalem quæstionem, videtur alimentorum taxam nõ posse superare dotis fructus, quia ex quo dos est causa finalis huius prętationis, alimenta succedunt loco interusurij dotium, *l. 1. §. exactio, C. de rei vxo. actio.* ergo dotis fructus non exce-
7 dunt, cum subrogatũ intelligatur secundum † naturam eius, in cuius locum subrogatur, *l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis cau.* Et hoc modo arguit Bald. *in cons. 58. in 4. dub. num. 7. volum. 2. quem sequitur Cravet. d. cons. 189. num. 9.* Rursus hæredes mariti ideo tenen-
8 tur ad alimenta, quia fructus † dotis percipiunt, *vt voluit glos. in d. l. diuortio.* Ergo eatenus coguntur alimenta præstare, quatenus suppetunt fructus, quia
9 causa limitata † producit effectum limitatum, *l. in aquis, ff. de acquir. rerum dom.* & quælibet dispositio re-
10 stringitur † secundum suam causam, *l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de lega. 2. l. cum tale, §. falsam. ff. de cond. & demonst. l. non dubium, C. de legib.* Et hoc argumento vtitur Alexan. *in d. l. diuortio, in princ. num. 19.* Cum ergo desunt fructus, quæ sunt causa præstationis ipsum
11 quoque † præstandi onus cessare debet, *l. adigere, §. quãuis, ff. de iur. patron.* & quod fit ob causam aliquam
12 determinetur secundum † causam, *Bar. in l. Seio, ff. de annu. leg. vbi Albe. decis. Pedemon. 98. num. 10.* & onus re-
13 gulatur secundum commodum, quod † est causa oneris, *Bar. Bal. Ang. & Alex. in l. planè, §. si duob. ff. de leg. 1.*

Tertiò, dilatio anni ad restituendũ dotem con-
14 cessa est mariti hæredibus † in priuilegium, & eius fauorem, *l. vnica, §. exactio, C. de rei vxor. actio.* debet au-
15 tem dilatio esse † vtilis, *l. 2. §. in omnibus, ff. de iud.* sed si teneantur pro alimẽtis soluere vltra, quam ex dote percipiant, dilatio esset nociua, & fauor conuer-
16 teretur in odium contra † *l. quod fauore, C. de legib.* inductumq; ad vnum finem operaretur cõtrarium, *l. legata inutiliter, ff. de adim. leg. Cæph. in cons. 342. num. 70.* Hoc modo arguebat Iacob. Butrig. quem citat Salic. *in d. l. vnica, §. sin autem, num. 6. ver. sed econtra quid.*

Quartò, si viduę pinguiora ab hęredibus mariti præstarentur alimenta, quam reddãt dotes, ea vti-
17 que locupletaretur cum aliena † iactura, contra *l. planè, ff. de petit. hæred. l. qui mancipio, §. si. ff. de instit. actio.* vbi dicitur, dolo facere eum qui cum aliena iactura lucrum quærit facere, *l. iura naturæ, vbi Dec. ff. de regu. iur.* & cum ipsa ex dotibus nihil vltra esset perceptura, quam hæredes fuerint consequuti, non debet prætendere vltra verum redditum, etsi præ-
18 tendat repellitur exceptione, tua nõ interest, quæ solet † agentem excludere, *Bart. & Ang. in l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pact. Ang. in l. si patroni, §. qui fideicommissa, ff. ad Trebell. Tiraq. de retract. consang. §. 1. gl. 2. num. 51.*

Quintò, in dubio magis est subueniendum ei,
19 qui † tractat de damno, quam ei, qui certat de faciendo lucro, *l. at si quis, §. sed si adita, ff. de relig. l. iuris ignorantia, in princ. ff. de iur. & fact. ignor. l. professitia, l. si pater repudiauerit, ff. de iure dot. l. Proculus, la seconda, ff. de damn. infect, l. si is cui, §. si. ff. de furt. l. si. §. licentia, C. de iure delib. l. si. C. de codicil. l. si. C. de acquir. possess. Becius, cons. 90. num. 24.* at hæredes quærũt euitare damnum, dum contendunt id solũ alimentorũ loco soluere, quod ex dote ad eos peruenit contra viduæ lucrum affectat, dum vult exigere vltra quam ferant dotis redditus, ergo hæredibus in re dubia fauendum est.

20 Sextò, in terminis † sententiam hanc probarunt Iacob. Butr. *in l. vnica, §. illo procul dubio, C. de rei vxor. actio. Bal. in d. cons. 58. in 4. dub. volum. 2. Alexan. qui hanc dicit veriorem in d. l. diuortio, in princ. num. 19. Cordub. in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 125. ff. de lib. agnoscen.* vbi eiusdem opinionis allegat quoque fuisse Iason. *in ea. l. diuortio.*

Sed prædictis non mouentibus verius arbitror dici posse, quod alimẽta possunt excedere fructus dotis. Primò, quia communis Doctorum opinio, quæ habet, mulierem alendam esse ab hæredibus viri intra annum luctus, quando dos est in bonis mobilibus, vel pecunia, loquitur generaliter, &
21 distinctè: ergo † debet indistinctè intelligi, siue alimẽta æquiualeant fructibus dotis siue eos transcendant, *l. de pretio, ff. de publiciana.*

22 Secundò, dos est loco † alimẽtorum qualiscunque sit, *l. si cum dotem, §. sin autem in fauissimo, ff. solu. matrim.* ergo quicunque dotem retinet præstare debet alimenta quantacunque sint mulieri necessaria vel condecentia.

23 Tertiò, durante anno luctus videtur † mulier durare in matrimonio, *l. omnem, C. de bon. mat. Barto. Ang. Castr. & alij, in d. l. diuortio, in princ.* ergo ab hæredibus viri alenda est, etiã si fructus dotis nõ suppetant, sicuti alebatur, vel alenda erat à viro durante matrimonio habita ratione, si dotis fructus sufficerent, vel non: ex qualitate enim hæredum non

24 variatur † obligationis cõditio, *l.2.C.de fructib.& lit. expen. l.in executione, §.pro parte, vbi Castren. ff.de verbor. oblig. l.2. §.ex his, ff.eod. tit. vbi glos. citat concordantes, & notant ibi omnes Doctores.*

Quartò hæredes mariti tenentur alere viduam,
25 quæ † non habet aliunde, secundum opinionem Ricard. Malum. *in l.fina. C.de bon.mat.* qui loquitur, quando mulier erit indotata, *& eam sequuntur Docto. communiter, vt per Cin. & Bald. ibi, idem voluerunt Bart. Roman. Castren. Aretin. Cuman. Fulgos. Alexan. Corne. & alij, quos citaui d. tit. quib. alim. debean. quæst. 44. num. 44.* & eo casu non potest haberi ratio fructuum dotis, cum nulla extet, ergo multo minus habenda eorum ratio erit, quando extat quidem dos, sed non sufficit ad alimenta.

Quintò, hæredes mariti, quando dotis fructus superant alimentorum valorem, non tenentur re-
26 stituere mulieri viduæ fructus † super extantes, sed eos lucrantur, *secundum Bart. Roman. Imo. Aret. Alex. Iason. & alios, in d. l. diuortio, in princ. cum aliis à me adductis in ea quæst. 44. num. 30.* Durum ergo eis non debet videri alimenta soluere vltra dotis fructus, quando
27 illi non sufficiunt, tũ quia mulier & hæredes, † qui virum repræsentat, *vt in Authen. de iureiuran. à morien. præst. in princ. & dixi cons. 16. num. 7.* non debet ad im-
28 paria iudicari contra naturam † correlatiuorum, *l. 1. C.de cupres. lib. 10.* tum verò, quia cum sequi debet incommodum, ad quem spectaret commodum, *l.*
29 *secundum naturam, ff.de reg. iur.* onus † enim regulari debet secundum emolumentum, vt ad eũ spectet, cui emolumentum cederet, *Bart. Ang. & Alex. in d. l. planè, §. si duobus, ff.de lega. 1.* Et demum cum vidua in hoc grauetur, quod alimentis contenta nõ potest fructus dotis super extãtes consequi, debet in alio
30 releuari, † vt integra habeat alimẽta, etiam, quando fructus non sufficiunt, & iniquum esset desiderium, si hæredes emolumentum tunc ex dote prouenies sibi vsurparent, incommodum autem casu contingens agnoscere recusarent.

Sextò, hęc opinio multò magis vera est in facto, quod nunc fuit propositum, quia etsi in principio anni adeo rerum omnium ad alimenta necessariarum creuerit valor, vt fructus dotis excedat, contingere tamen potest, vt in progressu is valor decrescat, & omnia ita viliori pretio comparentur, & adhuc multum hæredes superlucrentur ex fructibus, hęc autem incertitudo actum solet iustificare,
31 *l. verum, §. sciẽdum, ff.de minor.* vbi, quod minor † non dicitur læsus ex actu, qui potest non minus commodo, quam incommodo cedere, & ibi dicit Bart. quod læsus à sorte non restituitur, & dicit Bal. *in l. fi.*
32 *in princ. C. commu. de legat.* quod † à sententia sortis nõ potest appellari, facit text. *in l. de fideicommisso, vbi notant omnes Docto. C. de transact.* vbi mutuum periculum sustinet transactionem, quæ alias esset nulla, & de minore multos citat Tiraq. *in l. si vnquam, in ver. donatione largitus. num. 128. C de reuoc. donat. Natta cons. 181. num. 9.* Et ratio est, quia iudicatur res secundum
33 suã † propriam naturã, & secundum id, quod accidentaliter contigit, *l. item veniunt, §. cum prædiximus, ff.de petit. hæred. Dec. in rub. C. de eden. colum. pen.*

Septimò, cum hæredes potuerint restituendo
34 † dotes se liberare ab onere alimentandi, *secundum Bal. in Authen. ei, qui iurat, num. 19. C. de bon. autho. iud. possid. quem sequuntur Salic. Cuma. Alex. Socin. Iaf. Corne. Capic. Rebuff. & Cordub. quos adduxi d. quæst. 44. num. 52.* & id non fecerint, quinimo electo alendi onere renunciauerũt facultati restituendi dotes, damnum hoc
35 † sibi imputare debent, *cap. damnum, de reg. iur. in 6. l.*
36 *quod quis ex culpa, ff.eod. tit.* & mala electio † nocet eligenti, *l. fina. §. seruorum, ff. nau. caupo. stabu.* & culpa est
37 non cogitare, † quod præuideri facilè potuit, *l. si idem cum eodem, §. si. ff.de iurisdict. omn. iudic. l. qui bona, §. cum inter, ff.de dam. infect. Crau. qui alios citat in cons. 957. num. 31. & alibi,* augetur autem culpa, si vt in eo facto eo tempore, quo vir decessit, eusque peruenerat rerum valor, vt excederet valorem fructuum dotis, argumento eius quod voluit Cin. *in l. ex conducto,*
38 *§. 1. ff. loca.* vbi ait conductori † remittendam nõ esse pẽsionem ob causam belli, si is cœpto iam bello conduxerat, *Bal. in cons. 329. colum. 1. volum. fi. Alex. in l. interdum, §. quod ex naufragio, in fi. ff.de acquir. possess. Aret. cons. 139. circa med. infinitos cumulaui concordantes, in cons. 61. num. 2. addo Craue. d. cons. 957. num. 30.* Hoc autem argumento in hanc sententiam descendit Salicet. *d. l. vnica, §. fin autem, num. 6. C. de rei vxor. actio. & Socin. in d. l. diuortio, in princ. num. 16.*

Octauò, quod non sit curandum de excessu, sed hæredes teneantur alimenta viduæ præstare etiam
39 vltra dotis redditum, † voluit Bart. *in d. l. diuortio, nume. 5.* vbi id supponit pro absoluto, quod si fructus dotis non sufficiunt ad alimenta, tenentur hæredes de suo supplere, *sequitur Ange. & Imo. prout eos refert Socin. qui idem probauit, num. 17.* Et eos quoque sic tenere citat Aretin. *d. l. diuortio, colum. 4. ver. circa primam conclusionem, Roman. num. 14. vbi tenet cum Bart. Salic. d. l. vnica, §. fin autem, num. 6. C. de rei vxor. actio. Capic. in dec. 24. num. 5. & 6.*

Et non obstat argumentum Bal *in cons. 58 num. 4. volum. 2.* quod ex quo dos est causa finalis alimenta succedant loco interusurij dotium, quia in primis negari potest dotem esse finalem causam præstationis alimentorum, quoniam indotatam tenentur hæredes mariti alere, *vt supra dixi,* secundo posito, quod dos sit finalis causa, non tamen per hoc infertur, quod alimenta succedant loco interusurij dotium, nã maritus tenetur alere vxorem propter dotem, quãdo est dotata, tamen si sit sana, cogitur sæpè impẽdere vltra fructus dotis: rarò enim
40 † dantur dotes, quæ sufficiant ad alimenta, *vt inquit Purpur. in cons. 330. num. 7. Pepus in Auth. præterea, num. 85.*

Tertiò respondetur, quod alimenta succedunt quidem loco dotalis interusurij, ita scilicet, vt vsuras dotales non petat, sed non ita, vt eatenus debeantur alimenta quatenus capiunt fructus dotis, & non vltra. Subrogatum enim sat est, si sapiat pri-
41 mordialem naturam eius, cuius † in locum subrogatur, *Bero. cons. 71. num. 43. volum. 1. Becius, cons. 101. nu. 61.*
42 & sapit illius naturam, † quoad ea tantum pro quibus subrogatio est facta, non quoad alia, *Dec. in consilio 38. in fi. Menoch. cons. 88. num. 23. alios citaui in cons. 53. num. 14.*

Et eodem modo tollitur secundum argumentum, quod ideo hęredes tenẽtur alere, quia fructus dotis

dotis percipiunt, nam ea non est vera ratio, ex quo tenentur etiam eo casu alere viduam, quando dos esset in mobilibus, vel rebus sui natura in fructuosis, sed vbi etiam ea esset, & non alia ratio, non tamen concluderet, quia etsi ideo teneantur, quia fructus percipiunt, nō tamen sequitur, quod quātitas alimentorum sit ad fructuum quantitatem limitata & taxata, vti diximus in marito, qui vltra fructus dotis alere tenetur. Præterea si alimēta essent ad fructus taxata, vtique tenerentur hæredes restituere fructus, quando supersunt, præstitis ali-
43 mentis, quod tamen est falsum, quia † super extantes lucrantur, *Bar. in d.l.diuortio, num.5. vbi Imo. Roman. Alex. Socin. & alij, quos enumerauit d.quæst.44.num.30.* licet ergo hæredes ideo teneantur vxorem viduam alere, quia dotes retinent penes se, tamen non per hoc alimentorū quantitas dicitur restricta ad fructus, onus enim sæpè superat emolumentum. Ideo dicunt Castr. & Alex. *in l.si cum dotem, §. si pater, ff. solu.*
44 *matrim.* quod acceptans † legatum, tenetur agnoscere onus annexum, etiam si legatum minus valeat, *Dec. in cons.425.num.8. Rum. in cons.79. in princ. vol.2. Cravet. cons.174. num.9. Natta cons.186. num.1. alios multos cumulat Phanuc. de dote, glos.8.num.72. Simon de Pretis, de interpret. vltim. volunt. lib.5. interpret.1. dubit.3.num.106.* Nam postquam onus est rei, vel facto illi iniunctum, illi omnino subeundum est qualecunque sit, qui rem vel factum agnoscit.

Ad tertium, quo dicitur dilationem concedi fauore hæredum, & debere vtilitatem afferre, respōdetur, quod etsi dilatio fuerit hęredibus in priuilegium concessa, iniunctum tamen fuit onus alendi viduam, ideo hęredes, qui delationem acceptarūt,
45 tenentur onus † quoque annexum subire, *l.cum ab vno, in princ. ff. de lega.2. cap. officij, de testam. alios posui in cons.112 num.29.* dilatio autem in eo est vtilis hæredibus, quia eligere possunt, vel dotes restituere, vel eas retinere & alimenta præstare, sed postquā maluerunt soluere alimenta, si quid damni inde se-
46 quitur, id tanquam accidentale † non attenditur, *l.item veniunt, §. cum prædiximus, ff. de petitio. hæred Cagn. in l.secundum naturam, in fi. ff. de reg. iur.* Respondetur secundo, priuilegium dilationis fuit quidem hæredibus mariti concessum, sed citra iniuriam & præiudicium mulieris viduæ, quam lex ali voluit, *vt volunt omnes Doctores in d.l.diuortio, in princ. & d.l.vnica, §. exactio. & dixi in quæst.44.*

Quartum quoque nō aduersatur, quia etsi mulieri integra soluantur alimenta, non tamen ideo dicitur id fieri cum iactura hæredum, dum quia ipsi eligendo dotis retentionem, & alimentorum præstationem, quam poterant euitare illas restituendo videntur hoc voluisse & consentienti, ac
47 † volenti non fit iniuria, *cap. scienti, vbi glos. de reg. iur. in 6. l.nemo plus, ff. de reg. iur. vbi glos. Dec. & Cagno. tenent concordantes,* tum etiam quia cum retentio dotium ita possit lucrum sicut damnum afferre; non est curādum, quod ex casu fuerit damnosa, *argumento l. de fideicommisso, C. de transact. & aliorum, quæ supra citaui.* & sicuti quādo retenta dote fructus excedunt valorem alimentorum, illi cedunt lucro hæredum, ita æquo animo ferre debent, si aliquando fructus non sufficiunt, nec ideo mulier dicitur locupletari, cum sæpè etiam ex dilatione damnum consequatur, quia minus est in alimentis, quam in fructibus dotis.

Quintò, non mouet, quod hæredes mariti tractent de damno, mulier verò de lucro: hoc enim prorsus est falsum, quia imò hæredes tractāt de lucrum faciendo ex re dotali cum dotem retinēt, & esset eorum certissimum lucrum, si alimenta nunquam præstare cogerentur vltra quantitatem fructuum, mulier autem certum esset nō lucrari, cum vbertatis etiam tempore nihil vltra alimenta possit consequi. Secundò respondetur subueniēdum
48 ei non esse, qui sua † culpa incidit in damnū, *l. quod quis ex culpa, vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. c. damnum, eo. tit. in 6. Rom. in cons.475. in 1. dub.* vbi loquitur de socio, qui in diuisione plures accepit creditores, quam debitores, & non succurritur ei, qui se in necessita-
49 tem † coniecit, *l.si fideiussor, §. si necessaria, vbi Doctores, ff. qui satisd. cogan. latè Crau. in respon. pro genero, num.44. & seq. cons.876. num.11. decis. Pedemon.167. num.29. & seq. Menoch. casu 182 num.37. & seq.* Proinde cum hæredes sua voluntate in hoc periculum inciderint, vxor autem ex necessitate, ex quo non poterat dotes pe-
50 tere, magis est vxori in dubio subueniēdum, † quæ fecit actum ex necessitate, quam hæredibus, qui ex voluntate, *l.1. §. merito, ff. depos. gl. in l. cum mandato, ver. audiri, ff. de min. & ibi sequitur Bart. & alij, Becius cons.59. num.8. dixi, cons.104. num.14.*

Vltimò, nō mouet eorum authoritas, qui contrarium tenuerunt, quia plures hanc nostram amplexi sunt, & meliori ratione est stabilita, & Iason. qui allegatur à Cordub. mihi hoc non dicit. Erit igitur firma conclusio, quod viduæ ab hæredibus integra præstanda sunt alimenta, quod absurdum & impium esset.

Qualiter autem æstimandi sint fructus dotis, quæ constat ex sola pecunia, videri poterit ex iis, quæ dixi supra *in quæstio.40. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Tutori Principis potest à iudice salarium constitui.*
2 *Correlatiuorum idem est iudicium, & dispositum in vno locum habet in altero.*
3 *Correlatiuorum priuilegium vni concessum, extenditur ad alterum.*
4 *Gabella non debet per emptorem solui, quando fuit venditori remissa.*
5 *Tutoris bona sunt tacitè obligata pupillo pro administratione.*
6 *Minori sunt pro administratione obligata bona tutoris & procuratoris.*
7 *AEqualitas seruanda est inter contrahentes.*
8 *Argumentum valet à contractu ad quasi contractum.*
9 *Extensio admittitur contra iuris regulas pro æqualitate seruanda.*
10 *AEqualitatis seruandæ causæ impropriantur verba.*
11 *Tutor cogitur administrare.*
12 *Necessitate ductus si actum facit excusatur.*
13 *Tutori obligatur pupillus pro administratione.*
14 *Minor non dicitur lædi, quando obligatur ex dispositione legis.*

15 *Minoris bona tacitè cẽsentur obligata p restitutiõe dotis.*
16 *Tutori ideo obligatur minor, vt hoc modo prouocetur ad impendendum de suo.*
17 *Ratio vbi est eadem ibi ius idem seruandum est.*
18 *Lex quod non dicit superstitiosis inuentionibus non est præsumendum.*
19 *Voluisse non videntur partes si non expresserunt, quod eis facilè fuisset exprimere si voluissent.*
20 *Hypotheca non inducit vt nisi in casibus expressis.*
21 *Minor carens curatore potest se obligare personaliter.*
22 *Minor non potest obligare sua sine decreto iudicis.*
23 *Minor facilius potest obligare personam quam res.*
24 *Specialia plura nõ sunt multiplicanda circa idem subiectũ.*
25 *Minoris bona non obligantur tacitè pro tutela, etiam si dispensatur ad illum assumendum.*
26 *Obligatio tacita bonorum inducta à lege, intelligitur quoad eos, qui possunt expressè bona obligare.*
27 *Minoris bona non sunt tacitè obligata tutori pro administratione.*
28 *Correlatiuorum argumentum non procedit, quando militat diuersitas rationis.*
29 *Correlatiuorum argumentum procedit in actu indiuiduo, non in alio.*
30 *AEqualitas non seruatur, quando constat de voluntate disponentis.*
31 *Contractus cum minore celebratus claudicat, & potest sustineri volente minore, secus eo nolente.*
32 *Voluntati, quod committitur, necessitati non subiicitur.*
33 *Ratio naturalis habetur pro lege.*
34 *Rationem requirens vbi adest sensus, laborat imbecillitate intellectus.*
35 *Omissum non dicitur id, in quo eadem militat ratio, quæ in expresso.*
36 *Expressum dicitur, quod fuisset expressum, si partes de eo fuissent interrogatæ.*
37 *Specialia plura tolerantur, quando venit in consequentiam alterius.*
38 *Specialia plura admittuntur quãdo veniũt subordinatè.*
39 *Hypotheca est accessoria ad personalem obligationem.*
40 *Specialia plura admittuntur in dispositione hominis, non in dispositione legis.*
41 *L. fi. C. de legitim. tutor. declaratur.*
42 *Dispensatio trahitur ad consequutiua.*
43 *Dispensatio minoris ad beneficium curatum, continet dispensationẽ, ne intra annũ promoueatur ad ordines.*
44 *Ciuilitatem acquirens tenetur ad onera ciuib. imposita.*
45 *Onus regulatur secundum honorem annexum.*
46 *Actum faciens obligatur ad leges de eo actu loquentes.*
47 *Habilitatus ad testandum tenetur tamen seruare solennitates iuris.*
48 *Minoris bona inuecta in domum conductam censentur tacitè locatori obligata.*
49 *Minor non ea ratione à tutela reiicitur, quod eius bona non possint obligari.*
50 *Tutela non est nulla si tutor bona non obligat.*
51 *Tutor debet obligare bona sua.*
52 *Minor non poterit esse tutor, licet dispensetur ad obligandum bona sua.*
53 *Prohibitio cessat ratione prohibitionis cessante.*
54 *Consequenti destructo annullatur antecedens.*
55 *Crot. in l. si constante, in 2. lect. num. 143. ff. solu. matrim. reprobatur.*
56 *Hypotheca legalis facilius in re minoris cõtrahitur quando minoris factum non interuenit, quam vbi adest.*
57 *Hypotheca tacita contrahitur in bonis vxoris, quæ dotem promittit, sicut in bonis mariti.*
58 *Hypotheca tacita non oritur in bonis mulieris dotem promittentis, si ea minor sit.*
59 *Hypotheca quando à lege inducitur in bonis minoris actus ille est minori vtilis.*
60 *Doctoris authoritas habetur pro lege, quando non habet contradicentem.*
61 *Hypotheca tacita inducitur in bonis etiam minoris, quando delinquit.*
62 *Hypotheca tacita à lege inducta, locum habet etiam si pars in contrarium protestaretur.*

QVÆSTIO XLIIII.

ALIMENTA non esse regulariter tutori præstanda ex bonis pupilli, visum est in superioribus, vbi diximus ex causa contrarium statui posse à iudice: id, quod
1 procedit sine difficultate † in tutorib. principum & illustrium personarum, *vt voluit Gemin. in c. grandi, num 12. de supplen. neglig. prælat. vbi etiam Corse. num. 93. Menoch. cons. 228. num. 42. 50. & sequen.* vbi, *num. 11.* dicit, idem esse, quando tutores inopes sunt, & aliunde non habent, & latè etiam agit toto eo consilio, quando iudex debeat tutori salarium constituere, & recenset diuersas prouinciarum consuetudines circa tutorum alimenta. Videndum est nunc, si tutor, qui pupillo de alimentis prouidit, habeat minoris bona obligata pro illorum repetitione.

Et cum tutor ac pupillus sint correlatiui, dispo-
2 situm fauore † pupilli censetur etiam dispositum fauore tutoris, *l. fina. C. de indict. vidu. tollen. l. fina ff. de acceptilat. l. 1. C. de cupress. lib. 11. Becius cons. 72. num. 10. decis. Pedemon. 115. num. 10. & infinitas cumulat decisiones Iaf. d. l. fina. C. de indict. viduit. tollen. vbi ait, se consuluisse super statuto Parmæ, vt legi potest in cons. 112 volum. 1. vbi Becius in additio.* & prædicti volunt, id locum quoque habere in materia correctoria & pœnali. Et idem est, quando vni ex correlatiuis cõceditur priuilegium
3 † vel beneficium, quia censetur & alteri cõcessum, *Gemin. in cap. 1. de tempor. ord. in 6.* vbi infert, quod exemptio concessa venditori prodest emptori, vbi Imo. *in §. 1.* dicit, quod si vendenti remissa est ga-
4 bella, † emptor nõ tenebitur ad illius solutionem, *Felin. in proœm. decreta in ver. Gregorius, num. 6. Iaf. d cons. 112. num. 8. Dec. in l. 1. num 7. C. de in ius vocan. Marsil. in l. si quis viduam, num. 18. ver. adduci etiam potest, ff. de quæst.* Et facit optimè doctrina Cuma. *in l non tantum, ff. de re iudic.* vbi dicit, priuilegium singulariter & dispensatiuè concessum vni extendi ad alium virtute solius correlationis: At pupillus habet tutoris bona
5 † tacitè hypothecata pro administratione bonorum, & rationum redditione, & reliquatus restitutione, *l. pro officio, C. de admin. tut.* vbi Cin. Bart. Bal. & Salic. dicunt procedere non solũ in administratis, sed etiam pro neglectis, imo etiam bona eius, qui
6 se gessit pro tutore † vel curatore sunt obligata, *secundum gl. in d. l. pro officio, Cin. Bal. Ang. & alij, Neguss. de pigno. in 4. mem. 2 par. num. 6. vbi ampliat multis modis, Ripa in l. dabimus, §. si quis cum tutor, num. 9 ff de priuileg. credito.*

dito. vbi dicit communem, Caualcan de tuto. & curato. numero 225. Ergo eodem modo bona pupilli debent esse obligata tutori pro iis consequendis, quæ in alimenta pupilli erogauit.

7 Secundò, sicuti inter contrahentes † seruari debet æqualitas, *l. Iulianus, §. offerri, num. 6. ff. de actio. emp.* vbi Salic. *num. 6.* infert, ꝙ quomodo venditor potest rem, donec sibi pretium soluatur, retinere, eo ipso emptor pretium retinet, donec res tradatur, *argumento glos. in l. qui pendente, ff. de actio. empt. Becius in cons. 45. num. 23. Bertran. cons. 266. num. 11. & 12. volum. 2.* vbi quod etiam in contractibus initis cum principe, seruanda est æqualitas, eaque ratione princeps in contractu vtitur iure communi, *Crauet. cons. 428. num. 15. cons. 477. num. 8. & cons. 548. num. 5.* ita inter eos est seruanda, qui quasi contrahunt, licet enim à

8 contractibus arguere † ad quasi contractus, *l. si pupilli, §. si quis ita, ff. de neg. gest. l. apud Iulianū, §. fi. ff. ex quib. cau. in poss. eat. latè Euerar. loco 18. in princ. Tiraq. de legib. connub. gl. 5. num. 125.* vbi *num. 126.* dicit, tutelā esse quasi contractum, sed non esset æqualitas inter minorem & tutorem, si tutoris bona essent pro administratione obligata, sed non econtra, & prædicta in tantum procedunt, vt pro æqualitate seruanda

9 fiat extensio † ad casum, ad quem alias non traheretur, *§. illud, Instit. de societa. l fi. C. de fruct. & lit. expens. Anchar. in cons. 350. colum. 1. Crauet. in cons. 133. num. 8. & in cons. 973. num. 12. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, par. 1.*

10 *num. 37.* & impropriantur verba, † vt dispositio ad æqualitatem reducatur, *Bar. l. fi. ff. pro dona. Socin. in l. 1. num. 8. ff. de reb. dub. Bero. in cons. 150. num. 55. volum. 3. Cæphal. in cons. 188. num. 10.* vbi ergo id expressè in fauorem tutoris non reperiatur debet pro seruanda æqualitate per extensionem induci.

11 Tertiò, tutor cum est datus † cogitur administrare, *l. 1. ff. de administr. tut. vbi Dyn. Bart. & alij, Nicol. de Neap. in l. 1. ff. de contrar. vid. tute.* etiam captis pignoribus & mulcta indicta, *l. vnica, ff. si quis iurisdict. non obtemp. l. 1. §. 1. ff. de vent. inspic. gl. in d. l. 1. ff. de administ. tuto.* vbi cū sequūtur omnes, ergo ei magis est subueni-

12 endum, qui actū facit ex necessitate † quā minori, *l. 1. §* meritò *ff. de depos. gl. in l. cum mādato, in ver. audiri, ff. de minor. vbi eam sequitur Bart & alij, dixi in cons. 104. n. 14.*

Quartò, quanquā nemini possit se pupillus obligare sine tutoris authoritate, & tutor non possit authoritatem pupillo præstare, vt sibi obligetur, tamen permittit lex, quod pupillus obligatur tu-

13 tori pro sua † administratione. ista sunt ferè formalia verba textus *in l. 1. §. 1. ff. de contrar. vti. actio. tute.* vbi autem ius probat causam obligationis, tūc approbat etiam effectum illius, & minor non dicitur

14 lædi, † quia obligatio est legalis & necessaria, vel saltem probabilis, ex quo enim negotia sua prudenter agit lex supplendo, quod deest ætati, obligatio bona non interest minoris, quod vltra personalem indicatur etiam realis, cum effectualiter, & sine inspecto ipse sit obligatus. Ita pulchrè & magistraliter post Nicol. Matarel dixit Bal. *in l. certi iuris, in 8. quæst. num. 11. ff. locat.* & cum interueniat huic obligationi decretum legis, non requiritur decre-

15 tum iudicis, *vt ibi inquit Bal.* ideo bona minoris † tacitè à lege obligantur pro dote, secūdum eum ibi, *& in l. vnica, §. & vt plenius, num. 2. ver. extra quæritur, C. de rei vxor. actio. Bal. Ang. Roman. Alexan. & alij, in l. si constante, ff. solu. matrim. vbi Iaf. in. 1. lectu. num. 201. allegando multos concordantes, dicit esse communem opinionem, & veriorem dicit Bal. Nouel. num. 76. vbi allegat etiam Ioan. And. & Crot. in 1. lectu. num. 99. & 104. dicit magis communem, & 2. lectu. num. 142. & seq. eandem dicit communem Neguſ. de pignor. in 4. memb. 2. par. princip. num. 23.*

Quintò, sicuti minor speciali iure obligatur personaliter tutori pro administratione eas ob rationes, quod tutores scientes pupillos ex administratione sibi obligatos fore facilius accedunt ad

16 administrationem, & hoc modo † prouocātur tutores vt promptius de suo aliquid impendant in rem pupillorū, vt inquit tex. clarus *in d. l. 1. in princ. & in §. 1. ff. de contrar. & vti. actio. tute.* ita induci debet

17 obligatio rerum, cum eadem † militet ratio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil.* Et non differunt, quæ in ratione conueniunt, *Bal. in l. omnes populi, num. 16. ver. tertio quæro, ff. de iustit. & iure,* & quando sub eadem ratione plura conueniunt, videntur omnia virtualiter inclusa sub eodem dicto, *Bal. in l. de quibus, num. 35. Tiraquel. latissimè in tract. cessan. cau. par. 1. num. 138. cum sequenti, multa cumulat Lancello. Gallia. in consuetu. Alexan. in ver. legare, quæst. 7. num. 100. & sequen.* vbi probat non dici extensionem eam, quæ fit virtute rationis præsertim expressæ, *Euerar. loco 35. vbi latè agit.*

Contraria tamen opinio, quòd minoris bona non sint tutori tacitè obligata suaderi videtur ex infrascriptis, primò, quia lege id cautum non re-

18 peritur, ideo non est superstitiosis † inuentionibus præsumendum, *cap. consuluisti, 2. quæstio. 5. Archid. in proœm. sexti, in ver. sacrosanctæ, colum. penult. in fi.* & quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, *Baldus cons. 298. colum. 1. volum. 2.* & paria sunt aliquid fieri contra legem vel sine lege, *Bal. in c. in Genesi, colum. fi. de electio. latè Becius cons. 35. num. 3.*

Secundò, si lex voluisset pupilli bona esse tutori pro administratione obligata, expressè hoc dixisset, vti fecit loquendo de personali obligatione,

19 *in d. l. 1. in princ. & §. 1.* cum vero non dixerit † voluisse non videtur, *l. vnica, §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. libertis, num. 3. C. de reuoc. donat. Crauet. cons. 61. num. 8. Becius cons. 1. nu. 14. cons. 12. num. 44.*

Tertiò, hypotheca tacita legalis non inducitur

20 nisi in casibus † à iure expressis, *glos. fi. in l. 2. ff. de priuileg. credit. Ripa in l. dabimus, §. siquis cum tutor, num. 9. ff. eo. tit. Bal. in l. 2. Cin. quib. cau. pign. taci. contra Fulgos. cons. 59. colum. 1. in fi. alios citat Crauet. cons. 692. num. 6. & cons. 872. num. etiam 2.* & non reperitur expressum, quod minoris bona sint tutori obligata, ergo non debent de nouo excogitari.

21 Quartò, differunt inter se obligatio personæ, & obligatio rerum, nam adultus † potest personam obligare, si non habet curatorem, *l. si curatorem, C. de in integr. restit. mino. glos. in l. 1. §. fuit quæsitum, in ver. necessaria, ff. ad Trebell. gl. in l. 1. in ver. promiserit, ff. de nouatio.* & tamen nō potest obligare bona sua sine de-

22 creto † iudicis, *l. 1. ff. de reb. eor. l. fina. C. de reb. alien. non alien.* Et dicit Bal. *in d. l. certi iuris, num. 11.* quod minor

23 facilius potest obligare † personam quam res, *Iaf.*

in l. si constante, in 1. lectu. num. 220. Crot. in 1. lectu. num 99. post Imo. ibi, in 2. lectu. num. 143. Ergo ex eo, quod lex permittat obligationem personæ non bona, infertur ad obligationem rerum, quia ex diuersis non fit bona illatio, *l. Papinianus exuli, ff. de minor.*

Quintò, obligatio personę fuit speciali quodam fauore introducta ex prędictis causis, ergo non debet trahi in consequentiam, *l. ius singulare, ff. de legib.*
24 & specialia non sunt † multiplicanda circa idem subiectum, *l. 1. in fi. C. de dot. promis. glos. in l. cum post, §. gener, ff. de iur. dot. alia adduxi in cons. 34. num. 46. plures addit Becius cons. 28. num. 13.*

Sextò, generalis dispositio legis mandantis bona obligari tacitè pro tutela administrata, *vt in l. pro officio, C. de administr. tuto.* non includit minorem, *vt*
25 *in l. fi. C. de legit. tut.* vbi probatur, & si minor, † qui iure prohibetur à tutela constituatur tutor aliquo modo, tamen eius bona non erunt obligata, *ita Ias. in l. si constante, num. 222. in 1. lect. ff. solu. matrim.* vbi post gl. *in cap. similiter. 16. q. 1.* infert, quod non potest esse prælatus, quia bona eius tacitè obligari non possunt, *Crot. d. l. si constante, 2. lect. num. 143.* & idipsum videtur innuere Ange. *in cons. 202.* vbi ponit quomodo obligatur minor, qui nulliter testator tutor datus de facto administrauit, *Rum. cons. 97. vol. 5.* Si autem minoris bona non obligantur, quando lex generaliter disponit quemcunque tutorem teneri personali & reali quoque obligatione, quanto minus erunt bona sua obligata, quando nihil tale in legibus dispositum reperitur, sed tantum facta est mentio de personali obligatione. Et Crot. loco prædicto inquit, quod talis lex inducès bonorum
26 obligationem † intelligitur quoad eos qui sunt habiles ad obligandum, non quoad alios, *argum. l. 1. C. de sacros. eccles. Bar. in l. 1. §. nunciatio, ff. de oper. no. nunt.* & ponit exemplum *in l. promittendo, in princ. ff. de iur. dot.* vbi quilibet promissor dotis obligatur, tamen non includitur minor, *l. fi. C. ad Velleia.*

Septimò, nullã competere tutori obligationem
27 in bonis pupilli † tenuit Alber. *in d. l. pro officio, C. de administr. tuto.* mouetur, quia hoc nõ reperitur cautum, *sequitur Ripa, d. l dabimus, num. 13. ff. de priuileg. creditor.* quia secundum eum tutores & curatores non sunt in eadem causa, in qua sunt ipsi minores, & tenendo hanc partẽ responderi potest ad contraria.

Et primo ad argumentum correlatiuorũ, quod
28 non procedit, † quando subest diuersa ratio, *l. curatorem, vbi gl. Cin. & alij, C. de interd. matri. l. fi. vbi Salic. C. de rescind. vẽd. Euerar. loco 76. colum. 2. ver. præmissa tamen, Ias. d. l. fi. num. 18. C. de indicta viduit. tollen. Crot. in l. si constante, in 2. lectu. num. 63. Lantel. Gallia. in consuet. Alexan. in ver. vxori, q. 4. num. 44. & seq.* at non eadem est tutoris causa & minoris, *vt inquit Ripa, d § si quis cum tutor, nume. 13.* Ratio autem diuersitatis licet à Ripa non allegetur, potest tamen esse, quia tutores consilij & rationis potentes non tanto egent auxilio, quanto minores consilij omnino expertes, & cum ætas sit causa priuilegij, non est idem concedendum tutoribus quibus per ætatem licet sua iura tueri.

Secundò respondetur, quod ratio correlatio-
29 nis procedit respectu eiusdem † actus indiuidui, vt cum prohibetur vir relinquere vxori, tunc etiam vxor prohibetur capere, secus quando agimus de actu diuerso, quia tunc dispositum in vno, habet locum in altero, *ita Socin. in cons. 74. nu. 5. volum. 3. Curt. iun. cons. 6. num. 13. ver. secundo aduertendum, Crot. Ferdin. Cruet. Plotus, Cæphal. & alij citati à Lancell. d. q. 6. num. 81.* In præsenti casu non est quæstio de eodem actu, sed de diuerso & separato, id est, an eo modo minoris bona sint tutori obligata, quo bona tutoris sunt obligata minori.

Non obstat fundamentum æqualitatis seruan-
30 dæ, quia illi non est locus, quando constat † de voluntate disponentis, *l. vt liberis, C. de collatio. Curt. iun. cons. 10. num. 8. in fi. Rum. cons. 9 num. 5. vol. 2. Paris. cons. 61. num. 32. volum. 2. Neuiza. in cons. 45. in fi. vbi allegat Dec. & alios, Natta in cons. 622. num. 13. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, par. 1. nu. 86. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 6. tit. 2. num. 7.* qui etsi loquantur in paterna dispositione, tamen idem censendum est in legali: hic vero si voluisset lex æqualitatem seruari, dixisset.

Secundo respondetur, quod non est nouum, quod cõtractus cum pupillo, vel minore celebra-
31 tus claudicet, † & ab vna parte maior insurgat obligatio, quam ab alia, *§. ex contrario, Instit. quibus alien. non licet,* vbi contractus sustinetur in fauorem pupilli, sed non in odiũ, *& Instit. de author. tutor. in princ. vbi gl. & Aretin. notant, probaui latè in cons. 9. num. 10. addo Fulgo. & Alex. in l. cum hi, §. eam transactionem, num. 3. ff. de transact. alios citat Tiraq. de legib. connub. glos. 8. num. 91.*

Ad tertium, quod tutori subueniendum sit, ex quo coactè administrat, facilis est responsio, nam satis prouidetur eius indemnitati per obligationem personalem, quam lex fingit contra iuris regulas. Benè verum est, quod si etiam hypothecariam concessisset pinguius prouidisset, sed non per hoc dicitur minus sufficiens prouisio, quod rerum obligatio non sit inducta.

Quartò, facilis applicatur solutio, nam non negatur, quin lex ea facilitate potuisset hypothecam inducere, qua voluit oriri personalem actionem, sed dicitur non fuisse necessariam, ideo, quia non
32 quidquid iudicis volũtati † committitur iuris necessitati subiicitur, *l. non quidquid, vbi Bal. ff. de iudic. dixi in cons. 98. num. 1.* Potuit ergo lex, sed non voluit. Dum vero ex Baldo *in l. certi iuris,* dicitur nõ interesse minoris, quãuis personali accedat rerum obligatio, id negatur expressè, nemo enim est, qui non videat quanta oriantur commoda ex hypotheca, quæ tamen ex sola personali non competerent.

Postremum quoque diluitur, quia etsi ex recitatis rationibus inducta sit personæ obligatio fauore tutoris, & ille eo magis verificatur, quo maioribus fauoribus lex ipsos tutores prosequitur, tamen cum facultas concedẽdi ea priuilegia, procedat à mera voluntate legis, potuit lex hoc, non illud concedere, & quia vnum concesserit, cogenda non est alia tribuere. Si cui tamen cõtraria sententia placeret posset huius opinionis argumenta sic refellere. Et primo nõ obstat, quod lex hoc non dicat, quia imo satis dicitur decisum ex vi correlatiuorum, *vt dictum est primo fundamento,* & vbi non
33 extaret lex, ratio non deficeret, † quia pro lege est seruanda, *l. scire oportet, §. sufficit, ff. de excus. tutor.* & in-

firmitas

firmitas intellectus iudicatur quærere legem, vbi rationem habemus, *Iaſ. in Lillam, colum. 2. C. de collatio. dixi in conſ. 222. num. 17.* ſicuti imbecillitas intellectus
34 dicitur in eo, qui rationem exigit † cũ ſenſum habet, *Bal. in rub. ff. de rer. diuiſ. colum. 5. & in l. 1. colum. 2. C. de his, qui accuſa. non poſſ. Euerar. loco 9. in princ.*

Hoc quoque modo reſpondetur ad ſecundum
35 obiectum, quia omiſſum nõ dicitur id in quo † eadem militat ratio, *Oldrad. in conſ. 224. colum. 7. Bal. in conſ. 95. in 4. volum. Tiraq. de retract. conſang. §. 2. gloſ. 1. num. 19. alios citaui in conſ. 36. num. 21.* Etſi legislator
36 fuiſſet hoc caſu interrogatus, idem omnino dixiſſet, ideo † habendum eſt pro dicto, *argumento gl. in l. tale pactum, ff. de pact. Cur. iun qui communem dicit conſ. 19. num. 15.* præcipuè cum agamus non de extendendo iuris diſpoſitionem, *vt paulo inferius dicam*, ſed de eam interpretando, *ita reſoluit Rui. conſ. 146. num. 8. volum. 2. Becius, conſ. 88. num. 43.*

Tertij reſolutio eſt, quod expreſſum id dici poteſt, ex quo legitur fauore pupilli inducta o ligatio bonorum, nam, *vt in principio dixi*, quod vni ex correlatiuis conceditur in priuilegium, cenſetur alteri quoque conceſſum, *ſecundum Gemin. Cuman. & Iaſ. quos ibi allegaui.* Et hoc non dicitur extenſio, ſed inclusio, quia cum vnicus ſit quaſi contractus. Et vnicus actus vltro citroque obligatorius, non debet minor obligatio ab vna parte induci quam ab alia, hoc enim modo claudicaret contractus, & iudicaretur ad imparia.

Non obſiſtit, quod quarto dicebatur rerum obligationem differre à perſonali, & minorem poſſe quidem perſonam, ſed non res obligare, quandoquidem hæc differentia procedit inſpecta minoris perſona, ſed nos agimus non de poteſtate minori, ſed legis, cui ita facile eſt rerum ſicuti perſonarum inducere obligationem, & cum pro exequutione perſonalis obligationis ad rerum quoque venditionem & diſtractionem veniri poſſit, *l. à Diuo Pio, per totum, ff. de re iud.* lex quæ conſiderat ſolam cauſam obligationis non curat, quod rerum ſicuti perſonarũ inducatur obligatio, & cum in lege ceſſet deceptio & fraudis, aut læſionis ſuſpicio, nõ ita limitate eſt eius diſpoſitio intelligenda, ſicuti ſi de hominis obligatione quæreretur, vbi timor deceptionis ſubeſt.

Quinto non dicuntur multiplicari ſpecialia,
37 quando vnum venit † in conſequentiam alterius, *§. ſed ſi ab hoſtibus, Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. Bart. in l. ſi is, qui pro emptore, num. 71. vbi Iaſ. num. 43. ff. de vſucap. Bal. in l. 2. in fi. C. de fruct. & lit. expen.* vbi idem dicit,
38 quando vnum venit † ſubordinatè poſt alterum, *Tiraquel. de conſtit. poſſeſſ. par. 3. limita. 5. num. 6. in fine. Neuizan. conſ. 2. num. 23. Euerar. loco 92. colum. 1. Bereng. in l. naturaliter, §. nihil commune, in 3. par. num. 81. ff. de acquir. poſſeſſ. Dec. l. ſingularia, num. 4. Curt. iun. num. 5. Cagnol. num. 50. ff. ſi cert. pet. Parpal. in l. 2. in princ. num. 72. ff. ſoluto matrim. Cæph. in conſ. 396. num. 31.* ſed hypotheca venit
39 conſequutiuè & acceſſoriè ad perſonalem obligationem, *l. contrahitur, vbi Bart. ff. de pignor. l. fideiuſſor obligari, vbi Bart. ff. de fideiuſſor. Neguſ. de pignor. in 1. mem. 3. par. num. 9. Ruin conſ. 224. num. 11. volum. 1. Socin. iu. in conſ. 20. num. 6. volum. 2. Bero. conſ. 203. num. 16. volum. 1.*

Rurſus concurrere poſſunt plura ſpecialia in
40 diſpoſitione legis, licet aliud ſit † in diſpoſitione hominis, *Bal. in l. 1. in fi. C. quan. lice. ab empt. diſced. Iaſ. in l. quoniam in prioribus, in fi. ver. teneo iſtud, C. de inoffic. teſtam. Neguſ. in 1. mem. 5. par. num. 16. Bereng d. 3. par. num. 81. in fi. Pariſ. conſ. 80. num. 24. volum. 1.*

Sextum pariter non reſiſtit, nam *l. fina. C. de legit.*
41 *tut.* non dicit, † quod minoris bona non veniant in tacita legali obligatione, etiam ſi minori aliqua ex cauſa permitteretur tutelam aſſumere. Et in hoc errant Iaſ. & alij in contrarium allegati, quia ſi minor ad tutelam diſpenſaretur, eius bona tenerentur tacita hypotheca, quia diſpenſatio † trahitur
42 ad omnia conſequutiua, *gl. in c. fi. de filiis presbyt. lib. 6. in cap. non poteſt de præben. eo. lib. Tiraq. de retract. conſang. §. 32. gloſ. 1. num. 59. Rolan conſ. 61. num. 16. volum. 1.* Hinc minor diſpenſatus ad beneficium curatum, cenſe-
43 tur etiam diſpenſatus, ne † promoueatur ad ſacerdotium intra annum, *in gl. in cap. quia tantum, vbi Abb. & Dec. de præb.* Et cum obligatio bonorum ſit annexa tutelæ, admiſſus ad tutelam, ſubiicitur obli-
44 gationi bonorum, ſicuti admiſſus † ad ciuilitatem tenetur agnoſcere onera ciuib. indicta, *Cagnol. in l. qui cum alio, num. 8. ff. de reg. iur. Rimin. conſ. 1. num. 14.* Et cum obligationis onus ſit tutelæ annexum, quiſ-
45 quis ad tutelam admittitur illi † oneri alligatur, *l. ſecundum naturam, ff. de reg. iur. Dec. in l. ſi Ruſin. colum. 2. C. de teſtam. milit. Cagnol. d. l. ſecundum naturam, num. 1. circa fi.* Et qui recipitur ad faciendum actum, intel-
46 ligitur obligari ad omnes leges † de illo actu loquentes, *Felin. c. cauſam quæ, colum. 11. de reſcript. Dec. in Auth. præterea, vbi Curt. iun. num. 23. C. vnde vir & vxor, di-*
47 *xi conſ. 42. num. 6.* Et habilitatus † ad faciẽdum teſtamentum nõ liberatur à ſolennitatib. requiſitis ad validitatem teſtamenti, *l. ſi quando, ff. de inoffic. teſtam.* Quamuis enim tex. *in d. l. fi.* dicat, bona minorũ non poſſe obligari, tamen intelligi debet per ipſos minores, nam per legem indubitatum eſt induci poſſe obligationem etiam in rebus minorum, *vt probaui ſupra in quarto fundamento huius partis.* Et idem eſt, quãdo minoris bona inuehuntur in domum con-
48 ductam, ea † enim tacitè cenſentur à lege obligata, *vt poſt gl. Io. And. Bal. Ang. Roman. Caſtren. Alexan. & alios probat Neguſ. d. 4. mem. 2. par. num. 154.* Conſtat ergo ex prædictis, generalem legis diſpoſitionem, quæ habet, quod bona ſint tacitè aliquo caſu obligata, includere etiam bona minorũ, & proinde cõcluſionem, de qua *in d. l. fi.* nõ habere locũ in obligatione legali, ſed reſtringi ad expreſſam hominis. Et non
49 eſt verum quod inquit † Crot. *in l. ſi conſtant., in 2. lectu. num. 143.* ideo minorem ad tutelam non admitti, quia non poſſit obligare bona, nã in eo tex. mouetur Imperator ex imbecillitate ingenij, & defectu cõſilij. Vnde ſequitur effectus, quod nõ poteſt obligare bona, & ſibi rerũ ſuarum interdicitur adminiſtratio, & quod poteſtas obligandi bona non ſit cauſa, propter quam minor arceatur à tutela. Probatur, quia etiam ſi tutor non obliget expreſsè
50 bona, nõ tamen ideo tutela † erit nulla, niſi ex ſpeciali aliqua ratione interſit minoris, vltra tacitã habere quoque expreſſam hypothecã, *vt inquit Bal. in l. pro officio. C. de adminiſtr. tutor.* Et licet text. *in l. fi. §. in*

prouinciis. C. de curat. fur. & in l. de creationibus, circa fi. C.
51 *de epiſcop. aud.* dicat, quòd tutor † debet expreſsè obligare bona, id quod etiam tenuit Spec. *in tit. de tuto. §. ſi. num. 1.* tamen debet intelligi, quando intereſſet minoris, habere expreſſam hypothecam, *declarat Bal. loco prædicto*, nam Barto. & alij poſt gloſ. *in l. legitimos, num. 1.* inter multa requiſita ad validitatẽ tutelæ neceſſaria, non recenſet neceſſitatem obligandi bona, *Caualca. in tract. de tuto. num. 13.* Quod ſi non eſſet valida tutela abſq; expreſſa obligatione, fruſtra lex introduceret tacitam in bonis tutoris, cum non aliter eſſet tutor, niſi præmiſſa expreſſa obligatione, probatur etiam ex alio. Ponamus minorem fuiſſe ſimpliciter à principe habilitatum ad obligandum bona, quo caſu ſublatum erit impedimẽtum & impotentia, nunquid poterit hic mi-
52 nor † eſſe tutor. Certè non, quia aliud eſt poſſe obligare bona, aliud verò diſpenſari & habilitari ad tutelam, non obſtante ætate, & hoc de ſe patet, vt nõ egeat probatione. Ergo excluſio à tutela non ex eo prouenit, quia non poſſit obligare bona, quia ſi inde oriretur, ceſſaret prohibitio, cum primũ habet facultatem obligandi: ceſſante enim
53 ratione † prohibitionis ceſſat prohibitio, *l. 1. vbi Bal. colum. 2. C ſi rect. prouinc. c. & ſi Chriſtus, vbi Bald. & Butr. de iureiur. Tiraquel. in tract. ceſſan cauſa, par. 1. num. 215.* ſed conſequens eſt falſum, ergo † & antecedens, *l. 2. §.*
54 *mutui datio, vbi gl. & Docto. ff. ſi cert. petat. l. apud antiquos, vbi Cyn. Albe. & alij, C. de furt. Euerar. loco 97. in princ.*

Non etiam valet argumentum Crotti, *in d. l. ſi*
55 *conſtante*, qui dicit, † quod lex inducens obligationem bonorum, intelligi debet quo ad eos, qui ſunt habiles ad obligãdum, quia eſt falſum, ex quo non poteſt obligare, & tamen ſi dotem recipiat, vel in domum conductam bona aliqua inuehat & inferat, illa cenſentur à lege tacitè obligata, *vt dictum eſt ſupra*, & cum lex actum facit, conſideranda eſt habilitas, & potentia in ipſa lege faciente, non in homine, circa cuius bona actum facit, cũ enim ipſius minoris voluntas in productione actus non concurrat, fruſtra eius quoque potentia conſideratur, & cum lex ſua vi & authoritate id faciat, non debet validitas actus pendere à poteſtate minoris.

Ex prædictis ſublata eſt authoritas Alber. *in d. l. pro officio, & Ripæ, d. §. ſi quis cum tutor.* Mouentur enim ambo fragili ratione, quam ſupra confutauimus, quod ſcilicet non reperiatur iure cautum, ſed fragilior eſt, quam Ripa adducit, dicens aliam eſſe minoris, aliam tutoris cauſam, quandoquidem ſi vnicus eſt quaſi contractus, non debet maior obligatio inſurgere ab vna parte, quã ab alia, & licet contractus cum claudicet aliquando, id tamen verum eſt, quando obligatio contrahitur per minorem, & eius facto, quia eſt quid imputetur contrahenti, qui ſciuit, vel ſcire potuit, illum eſſe minorem, & non obligari, & qui non potuit contrahere: at ſecus in quaſi contractu tutoris, in quo prædicta ceſſant, imo contraria militat ratio, quoniam & tutor inuitus cogitur adminiſtrare, & nullum interuenit minoris factum, & obligatio inducitur, & fingitur à lege, & tutori nihil poteſt imputari: Ex eo enim quod inuitus obligetur infertur, quod ei eſt ſubueniendum, *vt dixi ſupra*, & quod ſi in vno grauatur in alio debet releuari, vulgaris iuribus, &
56 quia nullum minoris factum interueniat † facilius inducitur hypotheca, *vt voluit Guliel. Cun. quem refert Cyn. in l. certi iuris, in 5. quæſt. C. loca. licet Bart. in l. ſi conſtante, aliud dicat.* Rurſus in obligatione inducta à lege, non cadit fraus vel deceptio, quia minor facit id, quod faceret diligens quilibet paterfamilias, *Iaſon in l. ſi conſtante, num. 215. & num. 222. ver. ſecundo, ibi.*

Vnum etiam contra hãc partem plurimum vrgere videtur; Nam ſicuti in bonis mariti pro reſtituenda dote contrahitur tacita hypotheca, ita
57 etiam fit in bonis vxoris † dotem promittentis, *l. 1. §. ſed vt plenius, C. de rei vxor. actio.* & tamen ſi mulier
58 ſit minor, † non datur tacita hypotheca in eius bonis, *l. Titia, ff. de iur. dot. l. 1. C. ſi aduer. tot.* vbi Doctores dicunt requiri decretum, & hoc fundamento vtitur Bar. *in d. l. ſi conſtãte, num. 77.* Sed hoc quoque diſſoluitur, quandoquidem vbi mulier minor dotem promittit, habetur eius promiſſio pro indiſcreta, niſi prius per iudicis ſolertiam diſcuſſum fuerit, an in ea quantitate, vel in eis bonis dotem conſtituere expediret minori. Cum verò id factum non ſit, merito conſtitutio dotis non tenet, lex ſuum fauorem inducendo, tacitam hypothecam non præſtat ſuper actu, ex quo minori læſio reſultare poſſit: ſecus autem eſt, quando nullum interuenit factum minoris, & actus pro quo hypotheca legalis
59 conceditur, eſt vndequaque † minori vtilis, *ita reſpondet clare Crot. in d. l. ſi conſtante, in 1. lect. in fi.* & ante eum, ſed paucis verbis eodem modo reſpõdet Bal. *ibi, in ſi princ. Iaſ. num. 210. dum reſpondet ad l. lex quæ tutores, C. de admin. tutor.*

Hæc autem opinio mihi multum æqua videtur, & placeret, niſi repugnaret authoritas Alberici, quæ magna eſt, & contra quam difficile poſſet in foro obtineri, cum non habeat contradicentem,
60 quem viderim, quo caſu habetur pro † lege, *vt inquit Iaſ. in l. pen. colum. pen. C. de pact. Gomes in §. æque, colum. 6. in princ. Inſtit. de actio. Becius in conſ. 35. num. 18.* Et pro hac parte facit, quia generalis prouiſio legis amplectitur etiam minorem, *l. ſine hærede, §. Lucius, ff. de adminiſt. tutor.* & tacita obligatio, quæ contrahi
61 ſolet in bonis delinquentis † includit bona quoque minorum, *vt inquit Bal. Nouel. in d. l. ſi conſtante, num. 77.* vbi ſubdit, tacitam obligationem prædictam, quæ à lege inducitur, adeo neceſſariam eſſe,
62 vt contraria † proteſtatio non proſit, nec eam impediat, *vt per Bal. in l. 1. C. de rei vxor. actio.*

SVMMARIVM.

1 *Minor qui ſeipſum aluit, extra domum reſtituitur aduerſus inobſeruantiam modi aſcriptam legato.*
2 *Minori læſo ſua facilitate, vel dolo aduerſarij conceditur reſtitutio.*
3 *Minor reſtituitur aduerſus omiſſum lucrum ſibi delatũ.*
4 *Minor tenetur volũtatem teſtatoris ſeruare ſicut maior.*
5 *Minor veniens contra præceptum teſtatoris non reſtituitur.*
6 *Teſtatoris diſpoſitio habetur pro lege.*
7 *Minor alienans contra præceptum teſtatoris, priuatur hæreditate iuxta præceptum, & non reſtituitur.*

8 *Aditio est quasi contractus.*
9 *Minor restituitur aduersus pœnam conuentionalem.*
10 *Ecclesia quæ iuxta testatoris præceptum non ædificauit monasterium restituitur.*
11 *Minor restituitur aduersus implementum omissum propria culpa & negligentia.*
12 *Minor restituitur aduersus lucrum dotis quod amisit, quia vxorem non introduxit intra annum secundum formam statuti.*
13 *Minor, qui propter ignorantiam non impleuit voluntatem defuncti, restituitur.*
14 *Minor restituitur ex generali clausula ob iustam ignorantiam.*
15 *Ignorantia semper præsumitur in minore.*
16 *Minor excusatur, si propter ignorantiam non impleuit modum adiectum à testatore.*
17 *Restitutio in integrum datur minori propter absentiam, vel aliud impedimentum.*
18 *Minori non conceditur restitutio aduersus omissas probationes quas ignorabat habere.*
19 *Restitutio conceditur minori, etiam quando conditio semel defecta instaurari non potest.*
20 *Minor restituitur etiam quando committendo venit contra testatoris voluntatem.*
21 *Minor non restituitur quando est in dolo etiam in omittendo.*
22 *Dolus præsumitur ex sola scientia.*
23 *Minor restituitur aduersus dolum præsumptum.*
24 *Dolus verus non inducitur ex sola scientia.*
25 *Ignorantia non præsumitur in minore, potius quã dolus.*
26 *Minor non restituitur aduersus præceptum testatoris, prohibens id, quod est prohibitum iure communi.*
27 *Lex noua nõ ligat nisi lapso bimestre post publicationem.*
28 *Lex noua ligat ante bimestre, quando addit pœnam facto prohibito à iure communi.*
29 *Ignorantia iuris præsumitur in minore.*
30 *Error iuris excusat à dolo.*
31 *Maior qui non stetit in domo secundum præceptum testatoris licet restituatur, tamen consequitur solum alimenta, quatenus hæres in domo impendisset.*
32 *Scholaris recedens ante diem, soluit pro interesse quantum dominus domus deductis impensis fuisset lucratus.*

QVÆSTIO XLV.

QVID si minor sit is, cui alimenta in domo hæredis relicta sunt, & ipse alibi habitauit, an saltem ope restitutionis in integrum petere ea possit pro præterito tempore. In hoc articulo Corne. *in cons. 184. super hac noua, colum. 2. ver. quantum autem ad alimenta, volum. 3.* di-
1 cit, dandam esse restitutionem, † si tamen minor ipse seipsum aluit, quia primo casu dicitur læsus, cum non sit consequutus alimenta, quæ statim hęreditate adita consequi poterat, secundo vero casu, quando alius præstitit alimenta, non dicitur læ-
2 sus, quia semper restituitur minor † cum sua facilitate, vel dolo aduersarij læditur, *l. fi. C. de in integ. rest.*
3 *minor.* etiam quando lucrum sibi delatum † non assumpsit, *l. ait prætor, §. fina. & l. et si fine, §. quæsitum. ff. de minorib. & Cor. citat & sequitur simpliciter Alciat. in tract. præsumpt. reg. 1. præsumpt. 42. num. 8. in fine.* Sed hæc quæstio latius est examinãda, & contra prædictam decisionem facit, quia vbi agitur de mente testatoris seruanda, non est differentia inter maiorem
4 & minorẽ, † sed vterque indistinctè tenetur, *l. si in hærede, §. Lucius, vbi Bart. ff. de admin. tut.* & vbi minor
5 venit contra præceptum testatoris † non restituitur, *ita voluit Matthe. de Felicia cons. 259. colum. fin. ver. & ex hoc infertur, volum. 1. inter cons. Castren.* vbi loquendo in muliere minore, quę non habitauit in domo testatoris, secundum sibi iniunctum præceptum, concludit eam priuari, nec succurri restitutionis in integrum remedio. Et dicit Fulgos. *in cons. 61. num. 6. ver. ad tertium ibi, quod autem nouissimè*, quod minor puella, quæ contra testatoris præceptum nupsit, non restituitur, quia esset illudere testantium voluntates, *Paris. in cons. 19. num. 83. ver. circa quintum articulum, volum. 2.* vbi dicit, quod minor non obediens præcepto testatoris, non restituitur, quia pariformiter obligatur, sicut maior, & dicitur delinquere, at in delictis non datur minori restitutio, *l. auxilium, ff. de minor.* & minori, qui contrauenit voluntati testatoris, non magis datur restitutio, quam vbi legem offendit, cum dispositio testa-
6 toris † habeatur pro lege, *§. disponat, in Authen. de nuptiis*, & aduersus præceptum legis non restituitur minor. Probauit eandem sententiam Crauetta, *in cons. 293. num. 4. ver. sed in terminis, & per totum primum dubium*, vbi concludit, quod minor alienans contra prohibitionem testatoris, priuatur hæreditate,
7 † iuxta illius dispositionem, nec est locus restitutioni. Idem tenuit Cæphal. *in cons. 356. per totum, præcipuè num. 13. & sequen.* sed pro opinione Corn. facit,
8 quia minor adeundo † dicitur quasi contrahere, *§. hæres, Instit. de obli. quæ ex quasi contr, l. ex maleficiis, §. hæres, ff. de actio. & oblig.* vbi autem minor contractum
9 non obseruat, restituitur aduersus pœnam † conuentionalem, *glos. in l. 3. in ver. dum agit, vbi etiam Bal. ff. de minorib. Bal. in l. 1. num. 2. C. de sponsal. Zabarel. in cons. 148. num. 3.* præcipuè quando in contractu est clausula, rato manente pacto, *Curtius in l. cum proponas. num. 3. C. de transact.* Probatur etiã opinio ex gl. *in l. Polla, C. de his, quib. vt indign. & Bart. in l. tutorem, ff. eo. tit.* vbi, licèt minor impugnans defuncti iudicium, priuetur ipso iure omni commodo, tamen restituitur. Additur etiam decisio Bal. *in l. pupillorum, C. de repud. hared.* vbi ait, concedi restitutionem eccle-
10 siæ, † quæ secundum voluntatem testatoris non ædificauit monasterium, licet in defectum conditionis inducta fuerit priuatio. Et quamuis loquatur in ecclesia, tamen iura per eũ allegata loquuntur in minore. Et Bal. intelligit etiam in minore, dum vult restitutionem in eo iure concedi ecclesiæ, quæ daretur minoribus. Rursus facis, quia mi-
11 nor restituitur aduersus † defectum implementi conditionis sequutum sua culpa & negligentia *l. 3. §. si hæres sit institutus, ff. de minor.* Et per iura prædicta Aret. *in cons. 67. num. 5. venio ad quartum*, post longam disputationem concludit, quod mulier, quæ contra testatoris præceptũ se maritauit, restituitur aduersus priuationem eo casu ordinatam à testatore, & ibi respondit singulis fundamentis eorum, qui aduersam partem sectantur. Pro hac quoque parte facit Ruin. *in cons. 193. per totum, volum. primo,*

vbi ma-

12 vbi † marito vult dari restitutionem in integrum, vt lucrum dotis cõsequatur delatum à statuto sub cõditione, si vxorem intra annum ad domum traduxerit, quamuis eam conditionem non seruauerit, & ibi sequitur Aretinum in omnibus suis conclusionibus, cum Ruino transit in propriis terminis Phanuc. *in tract. dotis gl. 2. num. 106. & seq. vbi reprehendit Fulgos. in cons. supra relato, & nouissimè hanc partem tenet Sfor. Odo. in tract. de restitu. in integr. q. 82. in 6. art. vbi respondet ad contraria.* Et hanc sententiam vti æquiorem, ita veriorem existimo, quod minor restituatur aduersus contrauentionem quam fecit voluntati testatoris.

Et procedit facilius, quando minor ignorasset disposita à testatore, quia tunc restituitur ex capi-
13 te ignorantiæ † ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, *vt voluit glos. & Doctores in l. 2. C. de iure emphyt. cum aliis apud Corne. in d. cons. 184. colum. fina. ver. si autem ignorauit, Odo d. quæstio. 82. art. 6. num. 60.* & est regulare in minore: imo procedit etiam in ma-
14 iore † qui restituitur propter ignorantiam, *Bar. in l. 1. §. si quis autem propter, ff. de itin. actuq; priu. cum infinitis apud Balb. in tract. præscript. in 4. par. q. 29. in princ. vbi communem dicit Tiraq. de retract. conuang. §. 35. gl. 4. num. 35. Ripa cons. 149. num. 22. Cagn. in l. 2. num. 219. C. de pact. inter empt. & vend. Pinel in Auth. nisi tricennale, nu. 58. C. de bon. mat. decis. Pedem. 69. num. 16. Vasq. illustr. quæst. c. 73. D. Bec.*
15 *cons. 50.* & hæc ignorantia † in minore semper præsumitur, *l. si quis partem, ver. proinde, ff. de eden. l. cum indebito, §. sin autem is, ff. de probatio. D. Bec in cons. 11. nu. 14.* vbi post Alexan. & Crauet. dicit locum habere, etiam si tractet de perdendo lucrum, imo etiam ma-
16 ior, † qui propter ignorantiam non impleuit modum adiectum in donatione excusatur, *Corn. in cons. 110. col. fi. lib. 1. Dec. in l. qui in alterius, num. 2. ff. de reg. iur.*

Et quod dicimus de ignorantia, procedit etiam
17 in absentia, & in quouis alio impedimento, † *vt per Ruin. in d. cons. 199. in fi.* vbi fuerat maritus impeditus vxorem traducere, quia domus est demolita, & reparatione egebat.

Aduertendum tamen, quod in casu ignorantiæ non datur minori restitutio, quia tunc non est læsus sui facilitate, & eo casu non plus facere potuis-
18 set † maior, *vt per Corne. d. cons. 184. ver. si autem ignorauit. facit Bart. in l. 1. §. nuntiatio, num. 33. & ibi latius Ruin. num. 220. ff. de oper. noui nunciat.* Sis ergo cautus, ne data ignorantia petas restitutionem ex titulo de minoribus. Et prædicti Doctores loquuntur non solum, quando per viam modi, sed etiam, quando sub conditione adiicitur onus habitandi, vt apud eos videri potest.

Et procedit dicta conclusio etiam, quando cõ-
19 ditio talis est, quæ semel defecta restaurari † non potest, vt probat text. *in l. Iulianus, §. fi. ff. ex quib. cau. maio. vbi gl. & Bart. hoc notant.* & licet loquatur in absente, tamen locum habet etiam in minore, quia fauorabilior est restitutio, quæ minori datur propter ætatem, quam ea, quæ absenti causa reipublicæ competit, *argumento eorum quæ ponit Bart. in l. 1. ff. de diuers. & tempor. præscript. vt ait in omnibus concludit Aretin. d. cons. 67. num. 9. Ruin. d. cons. 199. num. 3.*

Et non solum restituitur minor, quando omisit implere voluntatem testatoris, vt quia non habitauit in domo, secundum illius præceptum, *vt dixi supra, & ponit Odo d. art. 6. num. 62.* vbi inquit esse verã, & communem opinionem allegãdo multos alios,
20 sed etiam, quando committendo † veniret contra testatoris voluntatem, vt in iuribus prædictis.

Limitantur tamen prędicta, ne locũ vendicent,
Melioramenta æstimantur quanti res fuit meliorata, non quātum fuit impensum, eodem titulo, quæst.11.num 41
Menoch.cons.60.num.29.quomodo intelligi debeat, tit.5.q.7.nu.4
Mens, non verba legis, est amplectenda, tit. 8.priuil.90.num.9
Mens legis est sicuti anima, & verba sunt corpus, tit.9.q.17.num.18
Mens legis attendi debet tamquam virtus intrinseca, ibid.num.19
Mensuræ expensa soluitur mensori communiter ab emptore, & venditore, tit.1. q.86.nu.1
Merita parentum transeunt ad filios, titulo octauo, priuileg.65.nu.41
Idem priuileg.66.num.7
Meritum non cōsequitur ex eo, quod quis facere tenetur, tit.6.q.14.num.20
Meretrix non potest filiam exhæredare ob meretricium, tit.7.q.2.nu.17
Meretrix non dicitur, quæ sui corporis non facit quæstum, eod.tit.q.4.nu.33
Metus ei non prodest, qui illum intulit, tit. 1.quæst.45.nu.36
Metus dicitur iustus, qui descendit à periculo personæ, tit.9.q.28.nu.4

Metus iustus dicitur, qui respicit vitam filij, ibid. nu. 5

Meum quod est, non potest amplius meum fieri, tit. 5. q. 9 n. 18

Meum dicitur etiam id, in quo habeo solam proprietatem, tit. 7. q. 37. n. 24

Miles absens cum licentia, habet nihilominus sua stipendia, tit. 1. q. 76. n. 6

Miles non exigitur in plus, quam possit facere, eod. tit. q. 78. n. 17

Miles propter ingratitudinem priuatur cingulo, tit. 6. q. 18. n. 12

Miles gaudet beneficio, ne conueniatur vltra quam facere potest, tit. 7. q. 31. n. 6

Milites aluntur a Republica, quam defendunt, tit. 1. q. 55. n. 12

Idem, q. 76 num. 1

Milites vltra stipendia capere aliquid prohibentur, ibid. n. 3

Milites consequuntur stipendia pro tempore quo captiui apud hostes moratur, ib. n. 5

Militi debetur stipendium etiam durante infirmitate, ibid. n. 4

Militibus stipendia dantur pro tempore, quo sunt in itinere, ibid. n. 8

Militibus deputatis ad custodiam alicuius, debentur alimenta vltra salarium a custodito, ibid. n. 9

Militibus quando non soluuntur stipendia in bello iusto, licet deprædari pro necessario victu, ibid. n. 11

Militibus debetur hospitatio a subditis, & nil aliud, ibid n. 14

Militibus alimenta præstantur singulis diebus per rationē de qua ibi, ti. 4 q. 17. n. 17

Militare nemo cogitur proprijs stipendijs, tit. 1. q. 62. n. 3

Idem, q. 76. num. 2

Idem, tit. 4. q. 22. nu. 12

Minimum semper debetur in contractibus, tit. 8 priuil. 25. num. 2

Minor restituitur ad lucrum amissum etiam minimum, tit. 1 q 42. n. 97

Minor non restituitur ad lucrum cum præiudicio aduersarij, ibid. n. 98

Minor non dicitur læsus, nec restituitur, quando actus potest se habere ad lucrū, sicut ad damnum, eo. tit. q. 44 n 20

Minor non condemnatur in expensis, sed eius tutor, eo tit q. 48. n 33

Minor potest fructus immobilium bonorum alienare sine decreto, tit. 4. q 10 n. 31

Minor petens pretium rei nulliter venditæ, videtur renūciare nullitati, ti 6. q 3. n. 65

Minor fideiubendo pro alio dicitur eo ipso circumuentus, eo. tit. q 8 n 95

Minor obligatur ex causa dotis & contra eum militat tacita bonorum hypotheca tit. 7. q 14 n. 43

Minor qui iurauit se maiorem non restituitur in integrum, eo. tit. q. 37. n. 39

Minor non potest esse in iudicio sine curatore, vbi ampliatur, tit. 8. priu. 8 n. 1

Minor sine tutore, aut curatore, petit alimenta, ibid. n. 2

Minor non petit alimēta sine curatore quā do non est periculum in mora, ibid. n. 3

Minor non potest esse in iudicio sine curatore, etiam quando patris consensus non requiritur, ibid n. 4

Minor sine solennitate valide alienat, si alienatio est vtilis, eo. tit priu 56 n. 66

Minor & Ecclesia possunt stare contractui nulli, sed non coguntur, ibid. n 80

Minor qui semel impugnauit actum, non potest illum approbare, ibid. n. 82

Minor licite alienat, sine solennitate ex permissu testatoris, ibi. n. 91

Minor valide alienat sine solennitate, quādo facit in exequutionem actus gesti a testatore, ibid. n. 92

Minor non potest donare, etiam cum authoritate curatoris, vel decreto iudicis, ibid. nu. 107

Minor non restituitur, quando inspecto principio contractus poterat ita esse vtilis sicuti damnosus, tit. 9. q. 11. n. 11

Minor non restituitur, si tempore contractus non est læsus, etiam si nunc appareat læsio, ibid n. 13

Minor nō restituitur ad omissas probationes si illas ignorauit, ibid n. 15

Minor restituitur ex eo, quod possit litibus vexari, eod tit. q 26. nu. 91

Minor restituitur aduersus additionem factam cum beneficio inuentarij, quando in hæreditate sunt vexationes, ibi. n 92

Minor valide absque solennitate alienat stabilia in executione ordinationis paternæ, ibid. n. 123

Minor non dicitur læsus ex actu, qui potest afferre commodum, & incommodum, eo tit. q 43. n. 31

Minor non dicitur lædi, quando obligatur ex dispositione legis. eo. tit. q. 44. n. 14

Minor carens curatore potest se obligare personaliter, ibi. n. 21

Minor non potest obligare sua sine decreto iudicis, ibid. n. 22

Minor facilius potest obligare personam, quam res, ibid. n. 23

Minor nō ea ratione a tutela reiicitur, quod eius bona non possint obligari, ibi. n. 49

Minor non poterit esse tutor, licet dispensetur ad obligandum bona sua, ibid. n. 52

Minor qui seipsum aluit extra domum, restituitur aduersus inobseruantiam modi ascripti legato, eo. tit. q. 45 n. 1

Minor restituitur aduersus omissum lucrū sibi delatum, ibi. n. 3

Minor tenetur voluntatem testatoris seruare, sicut maior, ibid. n. 4

Minor veniens contra præceptum testatoris. non restituitur, ibid. n 5

Minor alienans contra præceptum testatoris priuatur hæreditate iuxta præceptum, & non restituitur, ibid. n. 7

Minor restituitur aduersus pœnam conuētionalem, ibid. n. 9

Minor restituitur aduersus implementum omissum propria culpa, & negligentia, ibid. n. 11

Minor restituitur aduersus lucrum dotis, quod amisit, quia vxorem nō introduxit intra annū secundū formā statuti ib. n. 12

Minor qui ppter ignorantiā non impleuit voluntatem defuncti, restituitur, ib. n. 13

Minor restituitur ex generali clausula ob iustam ignorantiam, ibid. n. 14

Minor excusatur, si propter ignorantiam non impleuit modum adiectum a testatore, ibid. nu. 16

Minor restituitur etiam quando committendo venit contra testatoris voluntatem, ibid. n. 20

Minor non restituitur, quando est in dolo etiam in omittendo, ibi. n. 21

Minor restituitur aduersus dolum præsumptum, ibid. n 23

Minor nō restituitur aduersus præceptum testatoris prohibens id quod est prohibitum iure communi, ibid. n. 26

Minor restituitur ad rem venditam iusto pretio, quando non expediebat sibi illā vendere, tit. 9. q 32 n. 43

Minori non potest dari curator ad donandum, tit. 8 priuil. 56 n. 109

Minori sunt pro administratione obligata bona protutoris, & procuratoris, tit. 9. q. 44 num. 6

Minori læso sua facultate, vel dolo aduersarij cōceditur restitutio, eo. tit. q. 45 n. 2

Minori non conceditur restitutio aduersus omissas probationes, quas ignorabat habere, ibid. nu. 18

Minoris bona vendi possunt, vt ex eis præstentur sibi alimenta, tit. 7. q. 37. n 17

Minoris bona vendi possunt sine solennitate pro alimentis pupilli & suorum, tit. 8. priuil. 45 n. 2

Minoris contractum dicens nullum quod non fuerint adhibiti consanguinei, probare debet consanguineos extitisse, ti. 9. q. 28. n. 11

Minoris bona tacitē cēsentur obligata pro restitutione dotis, eo. tit. q. 44. n. 15

Minoris bona non sunt tacite obligata tutori pro administratione, ibid. nu. 27

Minoris bona inuecta in domū conductā cēsentur tacite locatori obligata, ib. n. 48

Minorum bona stabilia alienari non possunt sine decreto, & solennitatibus, etiā si fiat vtiliter, tit. 8. pri. 45 n. 1

Misericordia ductus si quis delinquit, mitius punitur, tit. 8. priuil. 78. nu 6

Misericordiæ cōmunis est vsus, tit. 3. q. 8. n. 2

Modum non curamus, dum sequatur effectus, tit. 1. q. 48. n. 62

Modum qui non implet priuatur relicto, tit. 9. q. 16. n. 56

Modum qui non implet, priuatur omni commodo, eod. tit. n. 7

Modus præsumitur causa impulsiua fauore ecclesiæ, tit. 1. q 48. n. 70

Modus non limitat, nec restringit dispositionem, tit 2. q. 1. n. 29

Modus restringit legatum, quando non respicit fauorem legatarij, ibi. n. 35

Modus dicitur, quando onus iniunctum impleri debet post quæsitum emolumētum, tit. 5 q 3. n. 19

Modus mixtus deficiens per casum non extinguit legatum, tit. 8. priuil. 24. n. 9

Modus si non impletur, emolumentum nō debetur, tit. 9. q 4. n 24

Modus dicitur quando onus implendum est post quæsitum emolumentum, eod. tit. q. 16. nu 40

Modus. Legatarius sub modo tenetur cauere de modo implendo, alias non consequitur legatum, ibid. nu. 41

Modus vt impleatur a legatario agit actione ex testamento is, cuius interest, ibid. num. 42

Modus vt impleatur a legatario, agere potest etiam tertius, cuius interit, ibid. num. 43

Modus dicitur, quando tale apponitur onus quod est implendum post quæsitum emolumentum, eo. tit. q. 23 n. 6

Modus vt impleatur datur actio ei, cuius interest implere, eo tit q 25. nu. 15

Molestare vel controuersiam mouere, paria sunt, eod. tit. q 26 n 1

Molestare dicitur, qui turbat in iudicio, vel extra de iure, vel de facto, ibid n. 2

Molestare dominum dicitur colonus, qui portionem non soluit, ibid n. 4

INDEX

Molestare dicitur hæres, qui post cautionē præstitam recusat bona consignare vsufructuario.ibid.nu.5
Molestare dicitur hæres vsufructuarium, quando vult detrahere legitimam, & Trebellianicam,ibid.nu.6
Molestare dicitur hæres,qui petit bona describi vsufructuario debita, ibid.nu.8
Molestare tunc dicitur, qui de iure turbat, quando verba prohibitionis sunt generalia,& multum prægnantia,ibid.nu.27
Molestare prohibitus etiam verbis generalibus, potest quæstionem iustam inferre, ibid.num.28
Molestare prohibitus sub pæna priuationis,cadit a toto,si molestat in parte,ibid. numero 35
Molestare dicitur hæres, qui cum possit pro re aliqua iuste molestare, iniustam infert molestiam in aliare, ibid.nu.42
Molestare dicitur hæres vsufructuarium, quando pensionē non soluit,ibid.nu.49
Molestare non dicitur, qui supplicauit, & rescriptum impetrauit, si tamen illo nō est vsus,ibid.nu.78
Molestare non dicitur, qui protestatur de suo iure, ibid nu. 79
Molestare non dicitur, qui id facit ex causa sibi præstita per aduersarium,ibid.nu.81
Molestare non dicitur hæres, qui controuersiam mouit,si ea non habuit effectū, ibid. num.88
Molestia infertur non solum agendo, sed etiam resistendo,ibid.num.3
Molestia quando prohibetur, intelligitur tam ratione iuris futuri, quam præteriti, ibid. num 82
Molestia facti etiam effectu non sequuto sufficit ad priuationem ordinatam a testatore,ibid. nu.93
Molestiam si testator iubet vxori non inferri, intelligitur de molestia malo animo illata,ibid.nu.9
Monachi in Gallia exclusi a successione parentū,sunt tamen alendi,eo. tit.q.38.n.6
Monacho accusanti Abbatem ministrantur interim expensæ monasterio, tit. 1. q 121. num.1
Monacho litiganti debentur a monasterio expensæ, non solum pro sustinenda sed etiam exequenda lite, ibid.nu.2
Monacho agenti contra Abbatem ad propriam vtilitatem non ministrantur interim expensæ a monasterio,ibid.nu.3
Monacho agenti ad propriam vtilitatem, si est pauper, & agat principaliter ad alimenta,prouidendum est,ibid.nu.9
Monacho accusato ministrantur alimenta pendente lite, vbi tamen distinguit,eod. tit.q.128.num.2
Monacho dum contenditur, an sit monachus,,puidendū est a monasterio,ib.n.11
Monacho agenti ad vtilitatem monasterij traduntur alimenta secundum qualitatem personæ,tit.4.q.18.nu.35
Monacho accusanti monasterium debentur expensæ necessariæ tantum, non vltra, eod. tit.q.23.nu.39
Monacho expensæ debentur ad proponēdum,& prosequendum litem,ibid.n 40
Monacho litiganti cum Abbate,non dantur alimenta, si habet loculos, titul.7. quæst.42.num.13
Monacho transeunte de vno monasterio in alterum, bona monachi remanent, durante eius vita penes secundum monasterium,tit.9.q.27.nu.7
Monacho deserente propria authoritate primum monasterium, bona non transeunt in secundum,ibid.num.13
Monachū qui aluit, repetit a monasterio, vel Abbate,tit.6.q.19.nu.18
Monachus ali debet a monasterio. tit. 1.q. 75. numero 1
Monachus acquirit monasterio, ibid.nu.2
Monachus non potest accusare Abbatem sine licentia,alias nō consequitur prouisionē pendente lite,eod.tit.q.121.nu.5
Monachus dicitur mortuus mūdo, ibi.n.6
Monachus caret arbitrio,ibid nu 7
Monachus nō potest quemquā accusare, præter Abbatem proprium,ibid.nu.8
Monachus aliū accusans,quam Abbatem, non consequitur ab ecclesia expensas,& alimenta,nisi id faciat ad ecclesiæ vtilitatem,ibid. nu.16
Monachus in ingressu monasterij dicat se, & sua omnia, eo.tit.q. 128.nu.3
Monachus obligatur monasterio tanquā filius,ibid.nu.7
Monachus Sancti Francisci non facit partem in computatione legitimæ,nec numeratur in ea,tit.3.q.1.nu. 44.
Monachus qui mutuo accepit pecuniā, vt se aleret,petit ab Abbate alimenta præteriti temporis,tit.5.quæst.1.num. 48
Monachus degens extra monasteriū, non acquirit monasterio,tit.7.q.35.nu.5
Monachus expulsus, si velit redire salua disciplina religionis, recipiendus, & alendus est,ibid.nu.6
Monachus qui obtenta licentia intrandi strictiorē religionē vagatur,perdit omnia bona,& applicantur monasterio,ibi.n.10
Monachus qui fuit a monasterio datus obses ab Abbate pro debito monasterij,agere potest, vt se liberet, tit.8. priu.38.n.27
Monachus non potest quidquam habere proprium,eod.tit.priuil.79.nu.1
Monachus habens proprium remouetur a communione altaris,& ei denegatur sepultura, ibid. nu.2.
Monachus aliquid habens ex licentia Abbatis, vel Papæ, intelligitur habere ratione administrationis,ibid.nu.3
Monachus potest aliquid habere ratione vsusfructus, vt si victum quærat, & vestitum, ibid.nu.6
Monachus factus episcopus non potest habere proprium,ibid.num.8
Monachus factus Episcopus non deponit habitum,ibid.num.9
Monachus factus Episcopus, si deposito habitu monachali assumat rochetum, excommunicatur,ibid.nu.10
Monachus non potest eleemosynam facere, etiam cūm licentia Abbatis, vbi ampliatur, ibid. nu.11
Monachus potest bona monasterij elargiri pauperi & inopi sine Abbatis licentia, ibid.num.12
Monachus nō potest obligare monasteriū pro alienis debitis, eo.tit priuil. 97.n.1
Monachus potest obligare monasteriū pro expensis, quas fecit in studio,ad quod contulit se de licentia Abbatis, ibid.n.2
Monachus qui transit de vno monasterio in aliud,non debet esse onerosus secundo monasterio,tit.9.q.27.nu. 6
Monachus offerēdo se & sua efficitur quodammodo seruus monasterij, ibid.n.8
Monachus,qui licite ingreditur secundum monasterium,liberatur a primo,ibi.n.16
Monachus in aliud monasterium translatus acquirit secundo,non primo monasterio,ibid. nu.19
Monachus si ingreditur secundum monasterium egenum, recipit alimenta a primo, ibid.nu.23
Monasterium non acquirit monachus expulsus, si redeuntem recusauit acceptare,tit.7.q.35.nu.7
Monasteria habentia ecclesias curatas tenentur vicarium eligere, qui spiritualia ministret,tit.1.q.100.nu.1
Monasteriū est loco filij, eo.tit. q.128.nu.8
Monasterium, quando vult monachum expellere, prouidet de alimentis pendente lite, ibid.nu.10
Monasterium succedit loco filij, & excludit substitutum,tit.2.q.15.nu.159
Monasterium non succedit loco filij, quoad ea quæ non fuerunt relicta monasterio,ibid.nu.160
Monasterium succedit loco filij,ibid.n.172
Monasteriū, quando nō excludit substitutum,tunc vsusfructus nō restringitur ad alimenta fauore piæ causæ, ibid.nu.175
Monasterium cōsequitur omnia bona ingredientis,ibid.nu.176
Monasteriū quando alit filios ingressi tenetur tradere,quantum importat vsusfructus legitimæ,tit.4. quæstio.23.nu.6
Monasterium alit filios monachi egenos, tit.1.quæst.29.n.1
Monasterium tenetur ad omnia ingressi onera, ibid.nu 2
Monasteriū. Omnia iura ingressi activa, & passiua transeunt in monasteriū, ibi.n.3
Monasterium tenetur ad æs alienum,quod ingressus contraxerat,ibid.nu.4
Monasterium est loco filij,ibid.nu 5
Monasterium alit filios spurios ingressi, & ibi vide de veritate,ibid.nu.9
Monasterium alit patrē ingressi egenum, ibid. num.10
Monasterium dicitur suus hæres cuiusdam semimortui,ibid.nu.11
Monasterium tenetur alere maritum eius, quæ ingressa est religionem, viro consentiente,eo.tit.q.37.nu.1
Monasteriū acquirit omnia bona ingressi, ibid. num.2
Monasterium tenetur ad omnia onera ingressi,ibid.nu.16
Monasterium tenetur alere filios ingressi, eod.tit.quæst.49.nu.1
Monasterium negans alimenta monacho, priuatur bonis sibi per monachū quæsitis,eo.tit.q.75.nu.3
Monasterium, quando negat monacho alimenta, reponitur in alio monasterio, & ibi bona applicantur,ibid.nu.4
Monasterium non priuatur bonis per monachum quæsitis, quando propter paupertatem negat ei alimenta,ibid.nu.5
Monasterium non alit monachum, quem expulit,tit.7.q.35.nu.1
Monasteriū si recusat recipere monachum pœnitentē, is ab episcopo transfertur in aliud monasterium cum bonis, quæ habet,ibid.nu.8
Monasterium expellens monachum non acquirit eius bona,nisi expulsio facta sit a solo Abbate,ibid.nu.9
Monasterium expellens monachum cogitur illi reddere omnia bona sua,ibid.n.11
Monasterium inops nō tenetur alere monachū,ibid.n.12

Mona-

Monasterium soluit quidquid erogatum fuit pro monacho infirmo, vt curaretur, tit.8.priuil.97.nu.4
Monasterium obligatur pro expensa facta in doctoratu monachi, ibid.nu.5
Monasterium secundum tenetur eum alere, qui relicto primo ingressus est secundum, tit.9.q.27.nu.1
Monasterium tenetur alere monachum, quem recipit ad religionem, ibid.nu.10
Monialium indigentia est magis periculosa, quam masculorum, tit.1.q.93.nu.25
Monitio est necessaria, vt quis pœnam incurrat, tit.9.quæst.26.nu.37
Monitio non est necessaria, quando iubetur quis non facere, ibi. nu.38
Monitio requiritur in delicto, quod fit omittendo, non in eo, quod committendo causatur, ibid.nu.39
Monitio non requiritur, vbi priuatur quis ob factum, ibid.nu.40
Mora non contrahitur, quando debitum non est liquidum, tit.1.q.42.nu.15
Mora non committitur durante tempore ad soluendum concesso, ibid.nu.52
Mora nocere debet morosо, ibid.nu.74
Mora in dote contrahitur lapsu diei, ibid. num.126
Mora per lapsum diei dicitur in persona, ibid.num.127
Mora non committitur per lapsum diei, nisi creditor probet ea die se fuisse in loco, ibid.nu.128
Mora in dote cõmittitur eo ipso, quod maritus sustinet onera matrimonij, ibi.n.133
Mora irregularis non sufficit, vt maritus dotem lucretur ex statuto loquente de dote data, ibid.nu.134
Mora non committitur, nisi lapso termino conuento, ibid.nu.135
Mora contrahitur lapsu biennij in dote, ibid.num.140
Mora in dote vxori promissa non contrahitur lapsu biennij, ibid.nu.142
Mora inducitur per interpellationẽ, ibid. num.144
Mora in debito alimentorum contrahitur sine interpellatione, tit.3.q.9.nu.27
Mora irregularis sufficit in alimentis debitis propter dotem, ibid.num.28
Mora non contrahitur per interpellationem extraiudicialem, quando debetur aliquid ex officio iudicis, ibid.nu.29
Mora intercedente, pecunia pro alimentis relicta peti potest in principio anni, tit. 4.q.17.nu.19
Mora non committitur sine interpellatione, vbi dies non est appositа, ibid nu.28
Mora non committitur statim post interpellationem, sed debitor est aliquantisper expectandus, ibid.nu.29
Mora nõ purgatur in delictis, tit.7.q.1.n.31
Mora regulariter purgari potest, tit.8.priu. 47.num.1
Mora nõ purgatur, quando res non est integra, & ius alterius factum est deterius, ibid.n.3
Mora circa debitum alimentorum purgari potest, tribus concurrentibus, & non aliter, ibid nu.4
Mora censetur remissa per subsequentem interpellationem, tit.9.q.26.nu 126
Mora non committitur pendente dilatione, ibid.nu.127
Morã non purgat, qui alimenta tenebatur præstare, & defecit, tit.8.priuil.47.nu.2
Morbus excusat, ne filius cogatur viuere ex arte, tit.7.q. 6.nu.17
Morbo liberatus, habetur ac si nunquam fuisset morbosus, eod.tit.q 1.nu.30
Mulier est minus audax, tit.1.q.31.nu.20
Mulier consequitur alimenta ab hæredibus viri, quando non habet aliunde, & facit quidquid potuit, vt exigeret dotes, eod.tit.q.45.nu.26
Mulier post annum luctus alenda est ab hæredibus viri, si est indotata, & nõ habet aliunde, ibid.nu.27
Mulier quæ nõ cõsueuit negotiari, nõ cõsequitur interesse lucri cessantis, ibi.n.40
Mulier, quæ ventris nomine fuit in possessione, non imputat sibi alimenta, quæ percepit, nisi dolose dixerit se prægnantem, eod.tit.q.124.nu.1
Mulier succumbens non restituit viro alimenta, quæ percepit pendente lite super matrimonio, ibid.nu.3
Mulier, cui administratio domus relinquitur, vel quæ relinquitur administratrix, habet alimenta, tit.2.q.9.nu.1
Mulier potest intra annũ luctus petere alimenta ab heredibus viri, tit.3.q.2.nu.11
Mulier nõ petit a filiis interusuria dotis nõ solutæ post annũ luctus, si cum esset tutrix non soluit sibi, eo. tit q. 7.nu.18
Mulier, cui factũ est legatũ cum onere nubẽdi Titio, illud perdit, si recusat nubere, licet postea mutet volũtatẽ, tit.5.q.4.n.26
Mulier restituitur propter errorem iuris, tit 6.q 7.nu 5
Mulier reuocare potest erroneam confessionem, ibid.nu.8
Mulier excusatur avera cõtumacia, ibi.n.10
Mulier vidua, quæ seipsam aluit extra domum mariti intra annũ luctus, an repetat ab hæredibus viti, eo.tit.q.10.nu.1
Mulier vidua, quę vt se aleret accepit mutuam pecuniam intra annum luctus, repetit ab hæredibus mariti, ibid.nu.3
Mulier vidua repetit ab hæredibus viri alimenta post annum luctus, si non habet aliunde, & fecit quidquid potuit, vt dotes exigeret, ibid.nu.4
Mulier nõ dicitur infamis, nisi palã sui corporis quęstum faciat, tit.7.q.4.nu.34
Mulier, quæ vni tantum se prostituit, vel quæ sine quæstu id facit, dicitur turpis, licet non infamis, ibid.nu.35
Mulier indotata solet spernia viro, eod.tit. q.6.nu.6
Mulier non censetur bona sua in dotẽ dedisse, licet longo tempore maritus illam possederit vxore sciente, eod.tit.q.19.n.4
Mulier secundo nubens non dicitur caste & honeste viuere, eod.tit.q.23.nu.3
Mulier secundo nubens nõ perdit legata, sed proprietatẽ illorũ reseruat, ibid.n.9
Mulier perdit legatũ per secundas nuptias, quãdo extãt aliquæ coniecturæ, ibi.n.22
Mulier nubendo perdit legatum factum sub modo non nubendi, ibid. nu.23
Mulieri post annum luctus debet interesse, si passa est moram in dotis restitutione, tit.1.q.45.nu 30
Mulieri prægnanti alimẽta præstantur secundum eius dignitatẽ, tit.4 q.18.nu.42
Mulieri & rustico non succurritur in iis, quæ tendunt ad conseruandum iuris rigorem, tit. 6.q.7 nu.6
Mulieri læsæ succurritur ex remedio l.2.C. de rescind.vend.ibid.nu.9
Mulieri litiganti cũ viro non est prouidendum de alimentis, si maritus probet adulterium, tit.7.q.42.nu.14
Multa simul iuncta iuuant, quæ singula nõ prosunt, tit.1.q.120.n.8
Munera prohibentur, non autem sumptus necessarij, tit.4.q.22.n.13
Mutatio morum non præsumitur, tit.7 q. 4.num.25
Mutiana cautio præstatur a legatario, cui onus est negatiue iiunctum, tit.5.n.22
Mutiana cautio non habet locum in contractibus, ibid.nu.47
Mutiana cautio præstatur, quando alimẽta per contractum debentur sub conditione negatiua, ibid.nu.48
Mutuãs nomine absentis, non videtur donare, tit.6.quæst.1.nu.11
Mutuans in rei conseruationẽ probare debet, quod pecunia sit mutuata & cõuersa in eam causam, eod.tit.q.8.nu.20
Mutuans in refectionẽ nauis, tenetur probare, quod pecunia mutuata conuersa sit in eum vsum, vt aliis præferatur, tit.8. priu.34.nu.8
Mutuãs in refectionem nauis, sat si probet nauem egere refectione, ibid.nu.9
Mutuans non obligat personam priuilegiatam, nisi probet pecuniam versam esse in vtilitatem. ibid.nu.10
Mutuãs ad emendũ rem habet solum personalem actionẽ, & non profertur alij habenti hypothecam, eo.tit.priu.48.n.4
Mutuans in refectionẽ rei, nõ habet hypothecam, nisi expresse dicatur, ibid.nu.7
Mutuans in refectionem rei tenetur probare, quod pecunia fuerit consumpta in eum vsum, ibid.nu.8
Mutuum factũ cum onere alẽdi, vel annuũ quid soluendi, non valet, etiam si sit ad tempus limitatum, tit.9.q.11.nu.17
Mutus vel aliter imperfectus perdit feudum, & illud deuoluitur ad dominum, cum distinctione tamen, tit.1.q.58.n.1.
Mutus vel aliter imperfectus a natura, non succedit in feudo, ibid.nu.2

N

NATTA in consi.387.in fine, reprobatur, tit.4 q.15.nu.64
Natalium conditio attẽdi debet in dotando, tit.7.q 9.nu.32
Nati & concepti post mortẽ testatoris veniunt ad legatum alimentorum factum filiis tertij alicuius, qui tunc nullos habebat, tit.8 priu 31.nu.7
Nati & concepti post mortem testatoris succedunt, quando testator vocauit nascituros, ibid nu.5
Natura quemlibet arctat ad se alendum, tit.1 q.91.nu.1
Natura est omnibus communis tam spuriis, quam legitimis, tit.7.q.9.n.3
Naturam solam attendimus, quando de alimentis tractamus, eo.tit.q.2.nu.4
Naturales filij hodie raro sunt secundum proprietatem sermonis, tit.1.q.9.n.14
Naturales nihil differunt a legitimis inspecta natura, eo.tit.q.10.nu.6
Naturales, & legitimi reguntur eo modo quoad naturam, eod.tit.q.15.n.2
Naturales filij sunt alendi a matre, ibi.n.7
Naturales secundum naturam, nihil differunt a legitimis, ibid.nu 9
Naturales filij succedunt auo materno sicut matri, vbi quid in auo illustri, & quid de iure canonico, eo.tit.q.16.nu.10
Naturales ita dilecti censentur a testatore, sicut legitimi, tit.2.q.15.n.43

INDEX

Naturales succedunt matri, sicut legitimi & naturales, ibid. n.49
Naturales arguunt de inofficioso testamẽto matris, ibid n 50
Naturales succedunt matri vna cum legitimis, ibid n.51
Naturales obligationes non possunt tolli, tit 7.q.2.n 3
Naturales inter se reciproce succedunt, & eodem modo, tit.9.q.10.nu.11
Naturali agenti ad portionem sibi ab intestato delatam, debentur interim alimenta, tit.1.q.115.nu.5
Naturali debentur alimenta miserationis gratia ex æquitate, non de rigore iuris, tit.7.q 12.n.5
Naturali negantur alimenta ex omnibus iis causis, quibus legitimi possunt exhęredari, eo.tit.q.13.n.1
Naturali non debetur legitima, nec prætertus rumpit testamentum, ibid n.2
Naturalia iura non possunt aboleri, tit.2. q.15.n.44
Naturalia non possunt mutari iure ciuili, tit.8 priu.6.n.6
Naturalis filius etiam ciuili iure alendus est a patre, tit.1.q.9.n.1
Naturalis filius, non obstante patris iuramento, debet ali, ibid.n.5
Naturalis filia dotanda est a patre, & ibi late agitur, ibid.n.6
Naturalis filius proprie & stricte dicitur, qui ex concubina natus est in sehemate vxoris, ibid.nu.9
Naturalis filius ex concubina est magis odiosus iure canonico, quam natus ex furtiuo coitu, ibid.nu 16
Naturalis filius non dicitur, qui susceptus est ex muliere, quæ in domo retinetur pro famula, ibid.nu.17
Naturalis non dicitur filius susceptus ex paupercula, quæ in domo seruit ad opera vilia, ibid.n.18
Naturalis filius large dicitur, quicunque nascitur ex soluto & soluta cum qua posset consistere matrimonium, ibid.n.20
Naturalis filius dicitur ex communi vsu loquendi, & secundum ius canonicum quicumque suscipitur ex soluta, & soluto, ibid.n 21
Naturalis, in materia fauorabili dicitur natus ex soluto & soluta, ibid n.22
Naturalis filius succedit matri cum filiis legitimis, eod.tit.q.15.n.5
Naturalis non differt a legitimo quoad alimenta, eod.tit.q 115 n.3
Naturalis quibus in casib. succedere possit ex testamento, vel ab intestato, ibid.n.6
Naturalis facto testamento habetur pro extraneo, ibid n.7
Naturalis non est a patre nominandus in testamento, ibid.n.8
Naturalis non rumpit testamentum, si prætereatur, ibid.n.9
Naturalis, qui agit tamquam legitimus, & naturalis, est interim alendus, ibid.nu.15
Naturalis filius instituì potest in omnibus bonis, quando nõ extat legitima sobolès, tit 2.q.15.n.45
Naturalis filius non potest habere vltra vnciam, stantibus legitimis, ibid.n.46
Naturalis quoad matrem habetur pro legitimo, tit.6.quæst 8.n.45
Naturalis consequitur duas vncias in bonis patris intestati nullis extantibus legitimis, tit.7.q.10.nu.3
Naturalis filius non succedit patri ab intestato, quando exstant filij legitimi, ib n.2
Naturalis cui vncia relicta est a patre stantibus legitimis filiis, non debet ali a patre, ibid.nu.4
Naturalis qui habet quintã ex lege Hispaniæ in bonis patris cõsequitur supplemẽtũ alimentorũ, si ea non sufficit, ib.n.25
Naturalis, qui duas habuit vncias in bonis patris intestati nõ extantibus liberis, an etiã alimẽta cõsequatur, eod.tit.q.12.n.1
Naturalis nihil consequitur in bonis patris condito testamẽto, nec præteritus rumpit testamentum, ibid.n.26
Naturalis filius impugnat testamentum patris, si sibi non reliquit alimenta, tit. 8.priu.81.n.4
Naturalis filius succedit matri ab intestato in omnibus bonis, ibid.n.5
Naturalis filius succedit vna cum legitimis, ibid.nu.6
Naturalis quoad matrẽ habetur in omnibus pro legitimo, ibid n.7
Naturalis filius, vel etiã spurius postea natus reuocat paternã donationem vsque ad alimentorum quantitatem, ibid.n.11
Naturalis filius reuocat ex dispositione l. si vnquam, donationem factam a matre, ibid.n.12
Naturalis imputat in sortẽ fructus prædij sibi obligati, donec soluantur aurei quadringẽti pro alimẽtis relicti, tit.9.q 18.n.1
Necessarius actus nõ regulatur secundum formã actus voluntarij, tit.8.priu.56.n.36
Necessitas multa operatur contra iuris regulas, tit.1.q.44.n.26
Necessitas. Relictu pro necessitatibus, intelligitur relictu pro alimẽtis, tit 2.q 5.n.1
Necessitas nulla durior est fame, ibid nu.2
Necessitas. Relicto vsufructu pro necessitate, aut indigentia, legatarius habebit sola alimenta, ibid.nu.3
Necessitas dicitur, quando aliunde quis capere non potest, ibid.n.5
Necessitas licet non adfuerit, tamen alimenta pro tollenda necessitate concessa debentur, ibid.n.8
Necessitas non excusat eum, qui sua culpa incidit in illam, tit.4.q.5.n.15.& tit.9.q. 43.num 49
Necessitas ignoscitur, & qui actum facit ex necessitate, tit.4.q.15 nu.41
Necessitas. Relictum pro suis necessitatib. peti potest, etiam nulla subsistente necessitate, tit.5.quæst.1.n.42
Necessitas. Relictum pro necessitate debetur, etiam non subsistente necessitate, eod.tit.q.5.n.13
Necessitas quam quis sibi imposuit, nõ excusat, tit.6 q.9.n.14
Necessitas. Nemo in necessitatibus liberalis exístit, eo.tit.q.14.n.6
Necessitas ei est imputanda, qui fuit in culpa, tit.7.quæst.5.n.6
Necessitas ei non prodest, qui sua culpa incidit in illam, eo.tit.q.15.n.12
Necessitas facit licitum, quod alias est illicitum eod.tit.q.16.n.43
Necessitas. Excusatur, qui ex necessitate actum facit, tit.8.priu.65.n.52
Necessitas licet nõ excusat in grauibus delictis, præbet tamen iustam causam minuendi pœnam, ibid.n.53
Necessitas facit licitum, quod alias erat illicitum, tit.9.q.32.n.14
Necessitas continet impossibilitatẽ, ib.n.15
Necessitas nulla maior est fame, ibid.nu.16
Necessitate cessante, priuilegium quoque cessat causa necessitatis indultum, tit.8. priu.2 nu.18
Necessitate ductus, si actum facit, excusatur, tit.9.quæst.44.n 12
Necessitatis causa concessum cessat, necessitate cessante, tit.8.priu.38.n.28
Necessitatis tempore omnia sunt communia, eo.tit priu.39.n.5
Necessitatis causa quando aliquid conceditur, cessat ipsa, cessante necessitate, tit. 9.q.29.nu.9
Necessitatis causa concessum nõ extenditur vltra quam ipsa necessitas extendatur, eo.tit.q.32.nu.27
Necessitatis tempore omnia sunt communia. tit.1.q.17.n 9. idem, q.90.nu.5
Necessitatis tempore frumentum exteris venditum reuocari potest a ciuibus, eo. tit.q.93.nu.14
Necessitatis causa concessum cessat, vbi ipsa cessat necessitas, tit.2.q 5.n.6
Necessitatis causa concessum eatenus durat quatenus ipsa durat necessitas, tit.7. q.6.n.19. idem, q.42.n.4
Negans alimenta, videtur necare, tit.1.q. 48 nu.5
Negans se esse talem, perdit beneficium, ne cõueniatur vltra quam facere possit, eod.tit.q.78 n.28
Negatiua non eget probatione, quando negante est implendũ, eo.tit.q 43.nu.53
Negatiua probari debet ab allegante, ibid. num 56
Negatiua vniuersalis nullam recipit restrictionem, tit.9.q 35.n.39
Negatiua in vno falsa, est in omnibus falsa, ibid.nu.41
Negatiua vniuersalis nullam recipit restrictionem, eo.tit.q 37.n.13
Negatiua potentius negat quam affirmat affirmatiua, ibid.n.14
Negatiua vniuersali falsa in vno, est falsa in omnibus, ibid.n 15
Negatiuam probare tenetur, qui se fundat in illa, tit.4.q.5.n 46
Negatiuam allegans tenetur probare, eod. tit.quæst.26.n.9
Negotia alterius gerens non præsumitur donare voluisse, tit.6.q.15.nu.5
Negotiorum gestor præsumitur impendere de pecunia domini, ibid.nu.1
Negotium inutiliter dicitur gestum, quãdo gerens succubuit, tit.1. q.121.n.18
Negotium alienum vtiliter gerens, repetit quod impendit, tit 3.q.5.n.2
Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habeat, tit.1 q.42.n.66
Nemo tenetur sibi victum arctare, vt alimenta aliis præbeat, eo.tit.q.97.n.5
Nemo tenetur facere contra seipsum, eod. tit.quæst.110.n 3
Nemo tenetur aliũ iuuare contra seipsum, ibid.nu 4
Nemo dat quod non habet, tit.4.q.18 n.65
Nemo debet commodũ reportare ex sua malitia, tit.7.quæst 5.n.7
Nemo tenetur propriæ saluti alienã præferre, eod.tit q 8.n.3
Nemo tenetur victum proprium arctare, vt alium alat, ibid.n.9
Nemo tenetur proprium victum arctare, vt alij subueniat, eod.tit.q 14 n.9
Nemo tenetur proprium sibi victum arctare, vt alij prouideat, eod.tit.q.28.n.6

Nemo

Nemo carnem suam odio habere debet, eod. tit.q.30.n.7
Nemo præsumitur immemor salutis æternæ, tit.8.priu.30.n.7
Nemo debet molestari pro debito alterius, eod.tit.priu.54 n.1
Nemo inuitus cogitur aliquid facere, eod. tit. priu.56.n.1
Nemo præsumitur velle suum iactare, tit.9. q.12. n.23
Nemo grauari debet propter alienam culpam, eod.tit.q.26.n.30
Nemo cogitur se coniicere in periculum, eod.tit.q.28.n.3
Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habeat, eod.tit.q.32.n.8
Nepos spurius ex filio legitimo non est odiosus legibus respectu aui, tit.1.q.12.n.6
Nepos spurius ex filio legitimo potest institui tamquam extraneus, ibid n.11
Nepos ex filio spurio institui potest, si non fiat contemplatione filij, ibid.n.14
Nepos spurius ex filio legitimo, non potest ab auo cõsequi vltra modum.l. fin. C. de natur. lib. etiã si sit legitimatus, ibi. n.16
Nepos naturalis ex filio legitimo, non potest institui secundum terminos.l. fin.C. de natur.lib.ibid.n.17
Nepos venit appellatione filij in fauorabilibus, eod.tit.q.13.n.2
Nepos legitimus & naturalis ex filio spurio, potest institui ab auo, ibid.n.3
Nepos spurius ex filio spurio potest institui ab auo, si non adsit legitima soboles, ibid.n 9
Nepos. Statutum in filio, locum habet in nepote, eod.tit.q.16.n 9
Nepos spurius ex punibili coitu, ali debet ab auo materno in subsidium, ibid. n.11
Nepos ingreditur locũ patris in successione patrui, eod.tit.q.28.n.2
Nepos ex fratre excludit patruum defuncti, ibid. n.3
Nepos pendente lite cum patruo, est alendus, ibid.n.6
Nepos non cogitur alere patruum, ibi.n.12
Nepos ex nuru ignominiosa succedit auo, eod.tit.q.38.n.36
Nepos acquirit auo, in cuius est potestate, eod.tit.q 102.n.1
Nepos alendus est a patre, nõ ab auo, ib.n.6
Nepos comprehenditur appellatione filiorũ, cum de eis fit mentio ab homine, tit.2.q 15.n.14
Nepos petit ab auo alimẽta iudicis officio, tit.3.q.1.n.27
Nepos ex spurio filio non potest institui contemplatione patris, tit.5.q.7.n.25
Nepos venit appellatione filij in dispositione fauorabili, tit.9.q.36.n.9
Nepos non venit filiorum appellatione, quãdo filij sunt nominatim vocati, ibid. num.14
Nepos nõ venit appellatione filii, quando agitur de nepote ex filio viuẽte, ibid.n.20
Nepos non venit appellatione filii, quãdo extãt filii, qui sunt nepotes patrui, ib n.23
Nepos appellatione filii non venit, quando dispositio semel est sortita effectum in filio, ibid. n. 24
Nepos appellatione filii non venit, quãdo dispositio potest in filio verificari, ibid. num. 25
Nepos non venit appellatione filii in dispositione facta a transuersali, ibid.n.28
Nepos non natus tempore mortis testatoris non venit, quãdo extant filij tunc nati, etiam si agatur de substitutione successiua, ibid.n.31
Nepos multis in casibus non venit appellatione filiorum remissiue, ibid. n.32
Nepos venit appellatione filiifamilias in in statuto disponente, quod pater soluat cõdemnationẽ pro filiofamilias, ib.n.40
Nepos venit appellatione filiorum, quãdo dictum est quod succedat in stirpes, non in capita, vide tamen ibi, ibid.n.41
Nepos venit appellatione filiorum, quando dictum est in stirpes, non in capita, etiam si ille non esset successurus ab intestato, ibid.n.42
Nepos venit appellatione filii, quando testator eum consueuerat nominare pro filio, ibid.n.44
Nepos tunc venit appellatione filii ex vsu loquendi testatoris, si non extabit filius, alias secus, dic tamen vt ibi, ibid. n. 45
Nepos venit appellatione filij, quando testator eum consueuit nominare filium, etiam si extet filius, ibid.n.46
Nepos venit appellatione filii, quãdo alias esset nullus, ibid n.50
Nepos venit appellatione filii, quando alias resultaret aliquid absurdum vel inhumanum, ibid.n 51
Nepos venit appellatione filij, quãdo alias minus dilectus excluderet magis dilectum, ibid.n.52
Nepos appellatione filii nascituri venit, vide tamen ibi, ibid n.53
Nepos appellatione filii nascituri venit si natus sit tempore mortis testatoris, si dispositio non habet tractum temporis in futurum, secus vero quando respicit futurum tempus, ibid.n.54
Nepotes veniunt appellatione filiorum, quando sumus in materia filiis fauorabili, & ibi late, tit.2.q.15.n.13
Nepotes non sunt proprie filii, tit.9.q.36.n 3
Nepotes nõ veniunt appellatione filiorũ suorum, ibid.n.17
Nepotes appellatione filiorũ non veniunt, quando seorsum testator de filiis disposuit, & de nepotibus, ibid.n.18
Nepotes non nati, nec concepti tempore mortis testatoris veniunt appellatione filiorum, quando dispositio habet tractum successiuum, ibid.n.30
Nepotes veniunt filiorum appellatione, quando de voluntate testatoris constat ex coniecturis, ibid.n.34
Nepotes veniunt appellatione filiorum, quando dispositio est collata in futurum euentum, ibid.n.35
Nepotes nati post mortem testatoris non veniunt appellatione filii, etiam quando alias venirent, ibid.n.55
Nepotes veniunt appellatione quorumcunque filiorum, ibid. n.56
Nepotes veniunt appellatione filiorum, quando testator promiscue loquebatur de filiis, & de nepotibus, ibid.n.57
Nepoti spurio ex filio legitimo relinqui potest ab auo, tit.1.q.12.n.10
Nepoti agenti ad hæreditatẽ aui, debentur alimenta a possessore, eod.tit.q.111.n.2
Nepoti agenti ad hæreditatem patris, debentur interim alimenta, ibid.n.30
Nepoti ex filio spurio relinqui potest contemplatione propria, tit.5.q 7.n.26
Nepoti ex filio genito per incestas nuptias nihil relinqui potest, secus si nuptiæ non erant incestæ, ibid n.36
Neptis naturalis ex filio legitimo, non potest institui secundum terminos l.fin. C. de natur.lib.tit.1.q.12. n.12
Nihil dictio, est vniuersalis negatiua, tit.9. q.35.n.40 idem, q.37.n.12
Nisi dictio, post negatiuã posita, affirmat, tit.1.q.104. n.6
Nisi dictio, significat oppositum eius, cui immediatè aduersatur, ibid.n.7
Nobiles includuntur in relicti distributione, si magnum est, eod.tit.q.93.n.34
Nobili alimenta debentur delicata, nec vesci debet cibo rusticorũ, tit 4 q.18.n.8
Nobili alimenta debentur etiã pro famulis secundum conditionem suam, ib n.9
Nobili cum debentur alimẽta, ea præstãda sunt etiã pro seruitore, eod.tit. q.24. n.10
Nobili debentur alimenta etiã pro famulo, tit.9.q.39.n.4
Nobilis qui cœpit mẽdicare, potest etiam sine dedecore arare, tit.7.q.6.n.14
Nobilibus peste infectis digniora designãtur hospitalia, tit.1.q.93.n.32
Nobilitatem perdens ob delictũ, sustinet tamen onera nobilibus imposita, ti 6.q. 18.n.23
Nomen debitoris venit in generali obligatione, tit.1.q.45 n 53
Nomina, quæ carent effectu, non sunt in consideratione, tit.8.priu.56.n.7
Nominatio constituit filium in quasi possessione, quando fit in actu, qui soli conuenit filio, tit.1.q.112.n.10
Nominatio ducitur ab eo, quod rationabiliter deberet fieri, licet non sit factum, tit.9.q.30 n.3
Notarius præsumitur sapiens, t.2.q.15.n.107
Notarius priuatus officio ob crimen falsi, non potest iterum creari notarius, tit. 8. priu.65.n.56
Noua quæ emergunt, nouo indigent auxilio, tit.7.q.20.n.18
Nouans transfundit nouum debitum in aliud, vel vnam obligationem in aliã, tit. 3.q.1.n.70 (uatæ, ibid.n.71
Nouans actio habet omnia priuilegia no-
Nouata actione priuilegia omnia transeũt in actionem nouantem, tit.9.q.21.n.8
Nouatio censetur facta cum omnibus qualitatibus & priuilegiis, quæ competebãt actioni nouatæ, tit.1.q.42.n.60
Nouerca odio prosequi priuignum præsumitur, eod.tit.q.40.n.2
Nouerca non est alenda ab hæredibus mariti, quando potest quartam consequi in illius bonis, ibid.n.5
Nouerca est loco matris, ibid.n.8
Nouerca. Matrimonium naturali iure est cum nouerca prohibitum, sicut cum matre, ibid.n.9
Nouerca & priuignus desinunt affines esse per mortem mariti, vt patris respectiue, ibid.n.10
Nouerca non ligatur statuto de causis inter affines compromittendis, quando maritus decessit, ibid n.11
Nouerca si in viduitate perseuerat, videtur durare in matrimonio, ibid.n.12
Nouerca de fructibus dotis tenetur alere filios sui viri, si deductis prius alimentis suis, secundi, & filiorũ ex eo, aliquid supereſt, eod.tit.q.41 n.10 (15 n.28
Nouerca facile dissentit a priuigno, tit.2.q.
Nouerca præsumitur odio prosequi priuignum, tit.4.q.14.n.4

INDEX

Nouerca potest extra domum petere alimenta, licet relicta sub conditione, si nõ diuerteret a priuigno, eod. tit. q. 15. n. 15
Nouercæ eadem reuerẽtia exhibenda quæ est matri, tit. 1. q 40. n. 6
Noxa caput sequitur, eod. tit. q. 38. n. 30
Nullitas non potest allegari, nisi ab eo, in cuius fauorem actus est nullus, tit. 8. pri. 56. n. 81
Nullitatem testamenti obiiciens, quod nõ fuerunt adhibiti testes Mantuani, probare debet, quod adhiberi possent, tit. 9. q. 28. n. 12
Nullitatem exequutionis allegans, tenetur soluere debitum, eod. tit. q. 32. n. 50
Nullum a principio, non conualescit tractu temporis, tit. 7. q 20. n. 8
Nuptiæ secundę sunt admissę a lege, nõ reprobatæ, eod. tit. q. 23. n. 13
Nuptiæ tertię non magis displicent, quam secundæ, ibid. n. 18
Nuptiæ etiã octauæ sunt permissæ, ib. n. 19
Nuptiæ secundæ tristitiam afferunt animę mariti, tit. 9. q. 30. n. 16
Nuptiæ secundę duplici ratione prohibentur, ibid. n. 38
Nuptias secundas contrahere, vel inl. honeste viuere, paria sunt, quoad filij educationem, tit. 4 q 13. n 22
Nurus habetur loco filiæ, tit. 1. q 38. n. 4
Nurus appellatione venit etiam pronurus, ibid. n. 41
Nurus alit socerum de fructibus dotis, sibi restitutæ, eod. tit. q. 39. n. 1
Nurus tenetur alere filios mariti ex prima vxore, tit. 4. q. 12 n. 2
Nutriti qui debet, ei alimenta præstanda sunt, tit. 2. q. 2. n. 13 (n. 3
Nutrix venit appellatione matris, ti. 1. q 14.

O

OBLIGARI nemo potest sibi ipsi, tit. 3. q. 1 num. 3
Obligatio alendi oritur a charitate sanguinis, non a patria potestate, tit. 1. q. 1. n. 22
Obligatio naturalis fortior est ciuili, eod. tit. q 106 n. 8
Obligatio non datur sine cõtractu vel quasi, delicto vel quasi, tit. 3. q. 1. n. 11
Obligatio est mater actionis, ibid. n. 12
Obligatio ad interesse succedit loco obligationis facti, quando factum nõ potest præstari, tit. 4. q. 23. n. 24
Obligatio non variatur ex persona hæredum, eod. tit. q. 29. n. 40
Obligatio semel extincta, non reuiuiscit, tit. 5 q. 1. n. 64 (q. 7. n. 3
Obligatio non oritur sine consensu, tit. 6.
Obligatio non variatur ex persona hęredũ, eod. tit. q. 8. n. 8
Obligatio omnis transit ad hæredes, licet de eis non sit dictum, eod. tit. q. 22. n. 6
Obligatio non cadit inter patrẽ & filium, tit. 8. priu. 6. n. 5
Oblig rẽ tradi, est indiuidua, tit. 9. q. 14. n. 8
Obligatio alendi respectu creditoris est personalis, ibid. n 11
Obligatio rem tradi diuiditur inter plures hæredes mortuo promissore. ibid. n. 13
Obligatio rem tradi, est indiuidua, sed inter hæredes diuiditur, ibid. n. 20
Obligatio solidi non censetur inducta, nisi expresse dictum sit, ibid. n 24
Obligatio bonorum facta pro principali trahitur ad vsuras, eod. tit. q. 31 n. 14
Obligatio facta pro dote extenditur ad alimenta dotalia, ibid. n. 38
Obligatio non variatur ex qualitate hæredum, eod. tit. q. 43. n 24
Obligatio tacita bonorum inducta a lege intelligitur quoad eos, qui possent expresse bona obligare, eod. tit. q. 44. n. 26
Obligationes personales, quibus tutor tenetur, duæ sunt, & duplici tẽpore oriuntur, tit. 8. priu 49. n 17
Obligationes factæ ab emptore resoluuntur quando venditor ex præcedenti pacto rem recuperat, tit. 9. q. 42. n. 7
Obligationis conditio non variatur mutatione personæ, tit. 1. q. 42. n. 68
Obligationis qualitas non variatur ex persona hæredis, tit. 9. q. 14. n. 15
Obligatus ad factum non soluit interesse, quando per illum stat, cui erat implendum, tit. 4. q. 23. n 26
Obligatus ad factum pręstat interesse, quãdo fuit in mora, ibid. n 27
Obsequia qui recipit in domo, tenetur seruientem alere, tit. 1. q. 108. n. 1
Obses videtur pignori datus, vel tanquam in seruitutem, tit. 6. q 1. n. 29 (n. 3
Obsidẽ dare est species seruitutis, tit. 1. q. 69.
Obsides aluntur ab illis, qui eos dederunt, vbi tamen vide, ibid. n. 1
Obsides testari non possunt, & habentur tanquam serui, ibid. n. 5 (6. q. 1. n. 28
Obsidi præstans alimenta, repetit ab eo, tit.
Obsidi, qui alimenta præstitit, repetit a retinente, cui obses inseruiebat, ibid. n. 31
Obsidibus alimenta præstantur tamquam liberis, nõ tamquã seruis, tit. 4 q 23. n. 32
Obsidis datio non valet sine obsidis consensu & iuramento, tit. 1. q. 69. n. 4
Occidat quis, vel mortis causam præbeat, nihil interest, eod. tit. q. 54. n. 13
Occidens patrem spiritualem non minus punitur, quam occidens naturalem, eo. tit. q. 11. n. 10
Occidere licet eum, qui alloquitur vxorem alicuius contra trinam illius monitionem, tit. 7. q. 16. n. 79
Odiosus testatori in dubio non videtur inuocatus, tit. 9. q. 30. n. 27
Officiales qui milites per territoriũ mittũt, expẽsis rusticorũ puniuntur, t 1. q. 65. n. 4.
Officiali discedenti soluenda est impensa itineris, etiam si non domum redeat, si tamen non progrediatur longiorem ad locum, eod. tit. q. 67. n. 4
Officiali exeunti prouinciam nõ debentur expensæ victus, eod. tit. q. 68. n. 3
Officiali sua culpa remoto ab officio debetur salarium pro tempore quo seruiuit, tit. 7. q. 41. n. 7 (1. q. 33. n. 41
Officialis infirmus alendus est a prætore, ti.
Officialis cõductus a potestate alit seipsum eod. tit q. 67. n. 1. & vide, n. 2
Officialis pro accessu, & recessu alendus est a potestate, ibid. n. 3
Officiali, qui non domum, sed alium ad locum vadit, petere potest pecuniam, non res pro impensa, ibid n. 6
Officialibus, qui gratis seruiũt, prætor medicinas præstat, si impensa non est magna, tit. 4 q. 5. n. 7
Officio iudicis qui tenetur, dicitur realiter obligatus, tit. 1. q. 49. n. 7
Officio iudicis quod debetur, quasi debitũ appellatur, tit. 3. q. 1. n. 19
Officio iudicis petuntur alimenta debita soluto matrimonio, eod. tit. q. 2. n. 16
Officium iudicis transit ad hæredes, tit. 1. q. 24. n. 9
Officium iudicis triginta annis præscribitur, eod. tit. q. 42. n. 93
Officium iudicis mercenarium expirat sublato principali, eod. tit. q 43. n. 10
Officium iudicis datur contra singularem successorem, quando subsistit æquitas, eod. tit. q. 49. n. 6
Officium suum nemini debet esse damnosum, eod. tit q. 62. n. 2
Officium Iudicis pro alimentis non datur contra hæredes, nisi subsistente eadem æquitate, eod. tit. q. 104. n. 8
